83 Creditor contrahens cum aduena, an eo recedente, liberè eum capere poſſit?

84 Fides qualis iudici eſt facienda, vt debitor ſuſpectus poſſit capi.

85 Licentia debitores capiendi, quando concedenda?

86 Sequeſtrum propter timorem fugæ, quando fieri poſſit?

87 Debitor tempore contractus dilapidare incipiens, & indies fortius ſuam conditionem deteriorans, an vt ſuſpectus capi poſſit?

88 Debitor ſi tempore debiti contracti non eſſet ſoluendo, ſed dolo aſſerendo ſe idoneum, ſuum creditorem ad ſecum contrahendum induxit, an poſſit capi?

89 Citatio realis eſt, capere perſonam.

90 Iudex debet prius diſcutere, an debitor ſit ſoluendo, antequam faciat eum detineri?

91 Creditor an ſuſpicionem fugæ debitoris per ſolum iuramentum probare poſſit?

92 Ad ſuſpicionem fugæ, an quid vltra iuramentum requiratur?

93 Suſpicio fugæ debet probari per duos teſtes.

94 Creditor habens pignus, debitorem ſuſpectum de fuga non poteſt capere.

95 Debitor captus ratione ſuſpicionis fugæ, an de incompetentia iudicis opponere poſſit?

96 Debitor Clericus ſuſpectus de fuga, an per iudicem laicum capi poſſit?

97 Creditor in caſu fugæ, an propria authoritate debitorem ſuum verbaliter citare poſſit?

98 Debitor ſtrictè non dicitur, qui reali actione tenetur.

99 Statutum diſponẽs, q̃ ſi quis fuerit negligens ad petendum ſibi debitum ſpacio decem annorum, quòd poſtea petere non poſſit: an procedat, vbi actione reali agitur?

100 Interpretatio craſſa non eſt ſumenda in ſtatutis.

101 Statutum diſponens, quòd ſi debitum non fuerit petitum ſpacio decem annorum, non poſſe amplius peti: nunquid valeat?

102 Teſtator ſi legat liberationem omnibus debitoribus ſuis, de quibus intelligatur?

103 Soror ſi faciat generalem refutationem fratribus, iſta remiſſio ad quæ extendatur.

104 Actio tàm realis, quàm perſonalis, an hic definiatur?

105 *Definitio cui non competit, nec definitum.*
106 *Experiri sine actione nemo potest.*
107 *Vniuersitatis quæ sunt singulorum.*
108 *Agens actione iniuriarum, quid debeat persequi?*
109 *Conclusum in causa, quando dicatur?*
110 *Ius superueniens actori pendente iudicio, an sibi prosit?*
111 *Statutum si disponat quem non audiri, nisi soluta gabella, an sufficiat pendente iudicio gabellam solui?*
112 *Ius excipiendi superueniens reo, pendente iudicio, an sibi prosit?*
113 *Pupillus & Ecclesia censentur agere, cum eorum nomine agatur.*
114 *Faciens per alium, quando per se facere dicatur.*

SVPEREST, VT DE. Iste titulus totus communi omnium diuisione diuidit in tres partes principaliter. In prima ponitur continuatio huius tituli ad præcedentes. In secunda definitio actionis. In tertia, quæ durat vsq; ad finẽ tituli, ponunt diuisiones actionũ. Secũda ibi, prope principiũ, actio aũt nihil aliud est. Tertia ibi, paulò post, in §. omniũ aũt actionũ. Illa tertia pars principalis subdiuiditur in sex partes, prout in hoc titulo ponũtur sex diuisiones actionũ quas enumerat per ordinem gl. magistr. in §. sunt præterea in gl. 1. inf. eod. & ibi gl. addit alias sex diuisiones actionũ quæ ponuntur in alijs locis extra hunc titu. ibi videbimus. Istud principium vsq; ad §. omnium, non summatur, quia Imperator definiẽdo procedit, & definitiones non possunt ad breuius summariũ reduci, quia aliter redargueremus Imperatorem de superfluitate.

In tex. ibi, in iudicio, quot modis accipiatur iste terminus Iudiciũ
a a, habetis gl. magistra, in §. præterea. in ver. Iudicium. sup. qui nõ est permi. fa. test.

Nota ex isto tex. in ver. nihil aliud est, q̃ ius, ſm Nico. de Neap. hìc, quem Lud. Rom. in repe. l. Auth. similiter. C. ad l. Falc. in 4. speciali, quod habet pia cã inter vltimas voluntates, appellat sublimis scientiæ Doctorẽ, textualem maxi
1 mum, ꝙ † dictio exceptiua ponit, & non priuat, quod ſm
2 eum, facit ad quæstionẽ, † ꝙ si promisi fundum non vendere alij, q̃ tibi, ꝙ ex hac promissione possim inuitus compelli ad vendendũ tibi, posito, ꝙ non velim vendere alij.

In contrariũ tamen dicit esse gl. in l. si eum. §. fin. ff. si qs cau. & refert Gul. de Cu. post Pet. de Bel. Perti. ibi tenerẽ contrarium per l. Titia. §. fin. de ma. text. no. in l. si sterilis. §. penult. de act. empt. Et ad istum tex. dicit eos responde
3 re, † ꝙ ideo hæc dictio exceptiua ponit, quia sit prolata à lege, ne alia lex sit incerta: secus autẽ sit, si proferat ab homine. Et hanc etiam solut. ponit Dyn. in regu. peccatũ nõ remittitur, de reg. iur. in 6. Vos addite ad primum, scilicet an dictiones exceptiuæ ponant, vel priuent, vt latè traditur per Bar. & alios in dict. l. 1. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si
b qs cau. & per Bar. & alios, in l. actione. b C. de transactio. & per Bar. aliquid in l. 1. in 4. colum. ff. de condit. & demõstrat. & ibi per Imol. per Dyn. in d. regul. peccatũ, & plenè per Io. And. in addit. Spec. in tit. de spon. §. 1. circa princ. & ibi etiam per Specul. & in his locis consueuit magis Communiter concludi, maximè per Bar. in locis vbi sup. ꝙ aut p̃cedit oratio affirmatiua, & tunc dictio exceptiua stat priuatiuè, seu remotiuè. Aut p̃cedit oratio negatiua, & tũc dictio exceptiua ponit seu affirmat. In quo tñ est aduertẽdũ, ſm eos, ꝙ aut oratio p̃cedens negatiua negat potentiã, & tũc dictio exceptiua ponit potentiam: Aut oratio negatiua negat actum, & tunc dictio exceptiua ponit actũ. Et ex illa theorica colligitur determinatio quæstionis, sup. formate, vt fiat vis in verbis promissionis. † Aut enim in pro-
4 missione dictũ est, ꝙ nõ possum alij vendere, q̃ tibi, & tũc
c quia oratio negatiua negat potẽtiã, c & non actũ, dictio exceptiua ponet potentiã, scilicet ꝙ possim tibi vendere, si velim: tñ isto casu, si alij vẽderẽ, posset ꝯ me agi actione ex vendito, per textũ illũ not. in d. l. si sterilis. §. penult. Aut est dictũ, ꝙ nõ tenear alij vẽdere, q̃ tibi, & tunc q̃a negatiua negat actũ necessitatiuũ, dictio exceptiua sequens ponet actum cũ illa necessitate, & sic ponet, ꝙ tenear tibi vẽdere. De qua tñ q̃stione dicite, vt latius per Bar. in d. l. si eũ. §. qui iniuriarũ. in 2. colum. & melius in vlt. col. p Cyn. Bart. & alios in l. actione. C. de transactionibus, & per Io. And. in addit. Spec. in dict. tit. de spon. 1. circa principiũ, & p Ang. & Imol. i. l. q. Romæ. §. cohæredes. ff. da verb. oblig. Glos. 1. in verb. Superest, continuat hãc rubricam duobus modis, idcirco in duas partes diuiditur. Secunda ibi. vel dic, quia sup. tractatum est.

In eadem gl. ibi. sup. de iure natur. gentiũ, & ciui. §. fin. hãc primã cõtinuationẽ approbãt Dyn. & Nico. de Neap. hìc. quã ampliando declarauit Bal hìc, & sequitur Ang. de Aret. sup. in rubr. ſm aliquas lect. Nam omne ius, quo vtimur, pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones. d. §. fin. De personis, quæ sunt nobiliores rebus, dictum est in lib. 1. Verùm quia rerum quædam sunt corporales, quædam incorporales. l. prima. §. quędam. ff. de rerum diuisio. & supra de re. cor. in princ. quia ergo vsque ad titulum de obligationibus exclusiuè visum erat de rebus corporalibus, restat videre de rebus incorporalibus, quales sunt obligationes & actiones. Verùm quia obligatio interdum est mater actionis. d. §. ea obligatio. idcirco positur in primo de obligationibus, postmodũ cõgruẽti ordine ponit hìc de actionibus. Et dicit Bal. ꝙ ista cõtinuatio nullũ patitur contrarium, & hanc continuationẽ sensit glos. in rubric. sup. de obligationibus.

In fin. gl. hanc secundã cõtinuationẽ impugnat Iac. Bu. sup. in rubr. quia sequeret, ꝙ in hoc titulo non tractaretur de actionibus realibus, quæ non habent obligationẽ matrẽ, imò nullã præsupponnnt obligationẽ: vt inf. §. 1. sed earũ mater est dominiũ, vel quasi, vt l. vnica. C. de alien. iur. mu. cau. fac. & l. in rem, in princ. ff. de rei vendic. Posset tñ hæc cõtinuatio saluari, ſm eundẽ Iacob. But. vbi suprà. & Nico. de Neapol. hìc, si suppleat hoc modo. Visum est suprà de acquirendo rerũ dominio, & aliorum iurium, quæ sunt matres actionis realis. l. vnica, & dict. l. in rẽ, in princ. visum ẽ s. de obligationib⁹, & obligatio est mater actiõis personalis, in §. ea obligatio, & suprà de verborũ obligationibus, in princ. Ideo congruenti ordine, restabat videre de vtraque filia, scilicet de actione tàm reali q̃ personali: Igitur bene positus est iste titulus. in quo de vtraq; tra-
5 ctatur. Et si diceres, si ea ratione, † quia obligatio fit mater actionis, in hoc volumine prius tractatũ est de obligationibus, q̃ de actionibus, quid est, quod in volumine Digestorum, & Codicis econtrà priùs tractat de actionibus, q̃ de obligationibus, vt patet in rub. ff. de actionibus & obligationibus? Potestis rñdere, quod licet ſm ordinẽ Scripturæ prius ponat de actionibus, tñ ſm ordinẽ intellectus,
6 † qui ordo est attendẽdus, vt l. nec enim. ff. de solut. & l. 2. §. prius, vbi traditur. ff. de vulg. & pupil. Intelligimus ergo ſm ordinẽ intellectus prius tractari de obligationibus, quàm de actionibus. Et ita dicunt Docto. in rubric. sup. de obligat. Stabit ergo ex prædictis, & ex gloss. no-
7 stra conclusio: † ꝙ obligatio est mater actionis, & quid diuersum ab actionẽ. Et diuersitatẽ probat ẽt diuersitas definitionũ, cùm aliter definiatur obligatio, vt suprà de obligatio. in princ. & aliter definiatur actio, vt hìc, iuncta l. si idem. C. de Codic. Patet ẽt ex rubr. de actionibus & obli-
8 gationibus, † cùm de natura copulæ sit, cadere inter diuer
d sa, d iuxta glo. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & ibi Bart. & gl. in c. querela, in ver. non petit. extrà de simo. Nec huic conclusioni obstabit, ꝙ orta obligatione statim oriat actio, q̃d cùm videatur impossibile per naturam vt eiusdem temporis sit filia, cuius est mater: Ergo erit etiam impossibile per artem, iuxta §. minorem, sup. de adop. & l. adoptio. ff.
9 de adoption. Quia respondetur, † ꝙ ſm ordinẽ intellectus, qui est attendedus, vt suprà dixi, intelligemus prius fuisse obligationem, & sic matrem, q̃ actionẽ, & sic filiam, secundum Ang. de Aret. hìc, prout etiam in simili dixit Bal. in l. j. in princ. ff. de iustit. & iure. Non obstabit etiã huic con-
10 clusioni, † quòd obligatio, quæ est de iure gentiũ, l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, produceret speciẽ à se diuersam, sci licet

licet actionem, quæ eſt de iure ciuili, iuxta ea quæ communiter traduntur in d.l.ex hoc iure, & videbimus inf. in glo. in ver. Ius. quia ſunt, qui reſpondent, ꝙ licet obligationes inuentæ ſint de iure gentium, tñ quia ſunt approbatæ de iure ciuili, & ſic ſaltẽ approbatione poſſunt dici de iure ciuili, & hoc reſpectu, non dicantur producere ſpeciem à ſe diuerſam. Vel aliter poſſet reſponderi, ꝙ illa obligatio, q̃ eſt de iure gentiũ, ſcilicet obligatio naturalis, non eſt illa, quæ producat actiones. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. & l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus. ſed obligatio ciuilis, quæ eſt de iure ciuili, iuxta glo. penult. in dict. l. ex hoc iure: Illa bene producit actionem, licet de per ſe, vt tenet Bart. in l. j. in 7. colum. ff. de cõdict. indeb. vel ſaltem iuncta naturali, quo caſu ciuilis obligatio agit tanquã pater, naturalis tanquã mater, vt declarat Bart. in ea. l. j. 14. col. De quo tñ videte p gl. ſup. de obli. i prin. & ibi p Do. maximè p Ang. de Are. & Io. de Plat. hic.

11 † Iſta tamen concluſio, quæ habet, vt obligatio ſit mater actionis, limitabitur, vt procedat in actione perſonali: ſecus autem ſi in actione reali, per ea quæ ſuprà dicta ſunt.

Secundò limita dictam concluſionem, vt procedat in actione natiua: ſecus autem ſi in datiua, quæ datur à lege ſine aliqua obligatiõe matre præambula, ſm Bar. in l. cum mota, in 3. col. C. de tranſact. & Bar. in l. j. in 7. col. ff. de condict. indeb. & bonus text. in l. Iuris gentiũ. §. j. ff. de pact. & ibi Bar. dixit, eum eſſe ſingularem ad hoc, & meliorem de iure, & eſt bonus tex. & fortaſsis melior in l. 3. in princi. ff. commo. & Bart. ſecundum aliquas lect. in repe. l. j. in 4. colum. C. de actio. & obligatio. Et quę ſit actio natiua, & quę datiua, videbimus in §. rurſus, inf. eo.

Glo. in verbo, actio. diuiditur in tres partes principales: In prima ponitur quot modis capitur terminus actio. In ſe
12 cunda diſputat, † an cauſa & actio ſint idem? In tertia reſpondet tacitæ obiectioni. Secunda ibi: & nota ꝙ illud. Tertia ibi: itẽ licet dixerim quòd nomina. In ea glo. ff. eo. l. nihil. habetis ex iſta gl. quòd tribus modis capitur iſte termi
13 nus Actio. † Addite, ꝙ etiam quarto modo capitur pro adminiſtratione. in §. iuſiurandum, in Authẽ. vt iud. ſine quoquo ſuff. ſecundum gl. in §. ſciendum, allegato hic in gl. ſecundum Dy. Nico. de Neap. Ang. de Are. & Ioã. Fab. hic, q̃ ad hoc addũt textum, in l. actus, in prin. ff. de adminiſt. tu.
14 Et aduerte quòd dum gl. dicit, † quòd aliquando capitur pro actione criminali, quòd tunc propriè dicitur accuſatio, vt l. qui accuſare, iuncta glo. C. de eden.
15 † Et eſt ſciendum, ꝙ tunc dicitur agi ciuiliter, quando illud, quod petitur, vel etiam ipſa pœna eſt applicãda parti. Si verò pœna ſit applicanda fiſco, dicitur eſſe criminalis quantumcunq; pœna ſit pecuniaria. Ita dixit glo. notabi. in l. 3. in prin. in ver. aureorũ centum. ff. de ſepul. vio. & ibi Bar. & idem dicunt Cyn. & Bal. in l. ſi qua per calumniam in prin. §. de Epiſc. & Cleric. de quo per Imo. in rubr. ff. de publ. iudi. & per Doct. Ant. de But. in rub. e extra de iudi. & per Bar. in l. non ſolùm. §. fin. ff. de procur. licèt gloſ. aliæ complures aliter dixerint, quas omnes allegat, & impugnat Barto. in l. 3. in princ. ff. de ſepul. vio.

Intelligite tamen prædicta, vt procedant, quando pœ-
16 na eſt applicanda fiſco ex accuſatione, † quia tunc dicitur cauſa criminalis: Secus in aliqua actio intentetur nomine fiſci, puta petitio hæreditatis, quia tunc dicitur eſſe cauſa ciuilis ſecundum Bar. in l. 3. ad fi. prin. per l. j. C. de peti. hæred. cũ alijs ibi alleg. per Bart. Etſi imponitur pœna pecuniaria, quæ pro parte veniat amplicanda fiſco, & pro parte parti: certè pro ea parte, quæ venit applicanda fiſco, dicit cauſa criminalis: pro ea verò parte, quæ venit applicanda parti, dicitur cauſa ciuilis, vt colligitur ex verbis Bal. in l. j. in 4. col. §. de iud. Sed ſecundum Do. Ant. in d. rub. extra de iudi. iſta propriè appellatur cauſa miſta, vt eſt text. & ibi no. in c. tuæ. extra de procur. maximè per Imol.
17 † An autem in dubio, qñ pœna imponitur ſimpliciter à lege debeat applicari parti, vel fiſco? habetis gl. in l. Agraria. quam fecit Cæſar. ff. de termi. mo. & ibi latè Bart. qui allegat cõplures gl. variantes: de quo etiã per Doct. in l. mulctarum, C. de modo mul. & per Bal. in l. ſi Eccleſia venerabilis. C. de Epiſcop. & Cler. & per Ioan. And. in addit. Spe. in titu. de dolo & contu. §. reſtat. in princ. per Angel. in l. ſi quis id, quod, in prin. de iuriſdict. omnium iudi. per Imol. in rubr. & in l. j. de public. iud. per Ang. in §. pœnales, in 6. col. inf. eo. & ibi fortaſsis videbimus: & eſt bonus text. in l. ſi quis maior, & ibi Bal. C. de tranſact.
18 † Et pœnæ debitæ ex vltima voluntate, cui ſint in dubio applicandæ, ſi teſtator aliquid iubeat hr̃di, & eo caſu, quo contra fecerit, priuet eũ ſimpliciter hæreditate, cui erit tũc illa hæreditas applicanda? habetis tex. ſingularẽ, & menti tenendũ, ſecundum Bar. ibi in l. vxorẽ. §. hæres. ff. de legat. 3. & ibi declarat Bar. de quo etiam per Bal. in Authen. cui relictum. C. de indi. vi. toll. & per Bald. in l. vnica. in 11. colum. C. de his, quæ pœn no. & per Imol. poſt alios in l. paterfamilias. ff. de hæred. inſtitu.

Sum modò in ſecunda parte principali gl. ibi. Item nota quod illud, quod hic dicitur, quam diuido in tres partes principales: In prima recitat opin. Placent. In ſecunda recitat opin. Azo. In tertia concludit. Secunda ibi. Sed Azo dixit, ꝙ & verum eſt. Tertia ibi: concludo ergo, & dico: Illa ſecũda particula, in qua refertur opi. Azonis, poſſet ſub diuidi in quinque particulas, prout quinque fundamentis comprobatur opin. Azonis.

In ead. gl. ibi, vt ſicut apud Dialecticos dicitur. Bal. hic dixit, quòd gl. non intellexit rationem Placent. quæ ſecun
19 dum eum ſic debet intelligi. † Illud, quod dicitur argumẽtũ apud Logicos, dicitur Actio apud Legiſtas. Et argumentum apud Logicos, eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Nam ſi dubitetur, an Petrus currat, & velim probare quòd ſic, debeo proponere cauſas hoc inducentes in hunc modũ: omnis homo currit: Petrus eſt homo: ergo Petrus currit. Et iſtæ cauſæ hoc inducentes, ſunt argumentũ. Ita ſi dubitatur, an actio mihi cõpetat, debeo proponere cauſas hoc inducentes. Sicut ergo apud Logicos cauſæ inducẽtes ar-
20 gumentũ, ſunt argumentũ: ita apud † Legiſtas cauſæ inducentes actiones, ſunt actiones: Ergo cauſa & actio ſunt idẽ. Vel ſm Ioan. Fab. poteſt argumentum Placen. aliter ſic declarari. Nam ſicut apud Logicos argumentũ fit ad declarandã dubitationẽ, ita apud Legiſtas intentatur actio ad conſequendũ petitũ, ſuper quo eſt dubium. Sicut ergo argumentum non conſiſtit ex ſola concluſione, ſed ex maiore minore, & concluſione ſimul, & hoc totũ ſimul eſt argumentũ, & eſt vnũ & idẽ, quod argumentũ: ita cùm in actione cauſa capiatur pro minore, & concluſione, & ſic p hoc toto ſimul, qđ totũ ſimul eſt actio: ergo cã & actio ſũt idẽ.

In eadem glo. ibi, ſed per actionem in factum, teneatis
21 † ꝙ actio de dolo nõ põt intentari contra patrẽ, vel patronũ: quia eſt famoſa f, & infamat: ideo intẽtanda eſt actio in factum, quæ non infamat, vt l. non debet. ff. de dolo. Sed aduertite ſecundum Bar. in l. infamem. in 2. col. ff. de pub.
22 iud. † ꝙ imò actio in factũ, niſi temperetur verbis, infamat ſi directò intentetur ex delicto. Et ideo, quando agitur actione in factũ cõtra patrem, vel patronum, ne talis actio infamet, debet verbis tẽperari, & debet concludi per verba bonæ fidei, hoc modo: quia res mea apud te eſt, vel peruenit, & bonæ fidei non conuenit cum aliena iactura locupletari: ideo peto illam mihi reſtitui. De quo etiam p Bart. in d. l. non debet. ff. de dolo, quam Bar. legit in c. fin. l. ſi eum, eiuſdem tit. & per Bal. in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.
23 † In eadẽ gl. ibi, concludo ergo, & dico. Videtis glo. noſtram diſputantem, & tãdem concludentem contra Placen. quòd cauſa, & actio nõ ſunt idem. Pro opi. tamen Placent. allegatur hic per Doc. text. qui videtur bene facere, ſ. l. & an ead. §. actiones, in verbo, ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequuntur. ff. de excep. rei iud. vbi de neceſsitate intelligitur, cauſæ, id eſt, actiones, cũ actiones tanquã filiæ ſequantur matrem, nec de alia cauſa poſsit intelligi, & ſic cauſa & actio ſunt idem. pro eodẽ enim ibi ponuntur. Sed audite, licet in hoc articulo multa referãtur per Doc. plures, & diuerſæ diſtinctiones ponantur hic per eos, vt p Dyn. Iacob. Fab. Nico. de Neapol. & Ang. de Are. & multipliciter diſtinxerit Bal. in l. edita. in repe. Peruſina, in verſi. 3. qro, an cã & actio ſint idẽ. C. de edend. tamen q̃a iſte articulus, vt videtis, aut nullius, aut modicæ admodũ vtilitatis eſt, paucis cõcludẽdo teneo opinionẽ gl. noſtrę contra Placent.

Placent. cũ post multa in effectu visus est adhærere Ioan. Fab.& eam expressè firmaut Petrus de Bella Pertica, Iacob.Bu.& Ang.de Are.hic. Non tñ hoc teneo per rationẽ Io.Fab.& Ang.de Are.dũ dicunt,ꝙ si diceremus, ꝙ causa & actio sint idẽ,sequeretur ꝙ reus, qui non habet actionẽ non diceretur habere causam.Quod tñ est falsum,quia ita reus dicitur habere causam,sicut Actor,Authẽ.causa,quæ fit cũ Monacho.C.de Episco.& Cler. in Authẽ. apud quos opor.cau.dice.Monac.in princ.& l.clarũ.C. de authori.pstan.& l.causas,vel lites,in princi. C.de transactio.quia ad hoc pōt hic faciliter respōderi: quia in dictis legibus causa accipitur pro instãtia.Et bene verũ est,ꝙ ita reus dicitur habere instãtiã causæ, sicut actor. Sed in proposito nostro aliter accipitur causa,vt patet ex prædictis. Nō etiam pro hac parte satisfacit mihi illa ratio Ang.de Are.hic,dũ dicit,ꝙ in naturali obligatione tãtùm inest causa,vt est text. quamuis ipse non alleget ad hoc.l.quãuis,in prin.ff.ad Trebell.in vers.causa naturaliũ obligationũ,& tñ in naturali g obligatione tantùm non inest actio g ; vt l.fideiussor obligari.ff.de fideiussori.in §.fideiuss.& in l.iuris gentiũ.§. sed cum nulla.ff.de pact. Ergo causa & actio non sunt idem : quia respondeo, ꝙ Placent.intellexit de causa efficaci,non autem inefficaci, vel respectu personarũ,vel respectu conuentionis nudæ;quia tunc clarum esset,nec Placent.dubitaret, quòd illa non est eadem cum actione.

Confirmo ego hãc partẽ tali ratione collecta ex verbis Doct.& gl.hìc.Considero enim ꝙ in exẽplo Placẽt. hic gl. posito,conuenio te ad decem ; quia vendidi:intellexit Placen.ꝙ illa sit causa;quia vendidi;& sic cõtractus ipse. Verùm quia ex contractu oritur obligatio,quæ obligatio postea producit actionem,vt dixit gl.not.in dicta l. & an eadẽ.§.actio.in 2.glo. Ergo obligatio dicitur causa proxima & immediata producendæ actionis;contractus autem dicitur causa remota. Cùm ergo ipsa obligatio,quæ est causa proxima,non sit eadem cum actione,imò diuersa,vt,pbaui ad finem glo.j.proximè præcedentis: quantò minus causa remota diceretur eadem cum actione? Præterea, vt dicitur hic in glo.contractus est;facti,actio verò ius: ergo non possunt dici idem. Et huic argum. dicunt Dyn. & Io. Fab.hìc quòd impossibile est respondere.

Non obstant modò allegata pro opinione Placent. & primò non obstat argu.logicorũ, secũdum primam declaratione Baldi, dũ dicebat, ꝙ sicut causæ inducentes argumentum,sunt argumentum,ita causæ inducentes actionẽ, sunt actio.quia respondeo, fatendo quòd causæ inducentes argumentum,vt maior,minor,& conclusio,sunt argumentum,eò quia sunt causæ materiales ipsius argumenti; quia ex ipsis,tanquam ex materia,fit ipsum argumẽtum, & bene verum est,quòd materia,& materiatum sunt idẽ; sed causæ inducentes actionem,vt est causa,quia vendidi, non sunt causæ materiales ipsius actionis, sed sunt causæ efficientes,& producentes actionem.Vnde debet esse differentia inter causantem, & causatum, & impossibile est dicere,quòd idem sint:argu.l.quo minus. ff.de flumi. & l manumissiones.ff.de iusti.& iure.

Non obstat etiam declaratio,quam de eodem argumẽto Logicorum facit Ioan.Fab. dum dicebat, quòd maior, minor,& conclusio simul sunt argumentum, & non cõclusio sola. Eodem modo causa,quæ est in actione pro minore & conclusione,dicetur esse idem, quòd ipsa actio, quia posito,ꝙ verũ sit, quòd causa sola habeat se pro minore, & conclusione,qđ tamen ego non firmo,argum.istud non potest procedere etiam secundum Logicos: Nam non est bona consequentia:maior, minor, & conclusio sunt argu. ergo causa est actio. Nam ideo maior,minor,& conclusio sunt argumentum,eò, quia sunt materia ipsius argumenti;sed causa,imò nec petitio,non est materia actionis, sed causa efficiens,vt prædixi.

Non obstat dic.l.& an eadem.§.actiones,quia respõdetur,ꝙ ibi terminus Causa,non intelligitur,id est actiones, sed intelligitur,id est,instãtiæ,& erit sensus. Singulas obligationes singulæ causæ,id est,instantiæ in iudicio ventilandæ sequunt.Vel exponite aliter, vt ibi per glossam & Bart.

In fi.glo.Glo.bene dicit.Glo.in verbo,nihil aliud,diuiditur in tres. In prima infert ex textu. In secunda quærit. In tertia ponit dictum.Secunda ibi,sed quæ erat olim differentia.Tertia ibi,at hodie nulla est differentia.

In eadem gl.ibi.ff.de fur.l.si seruus nauem, habetis, ex 24 glos.duo.† Primò, quòd olim actio erat aliud,q̃ sit hodie. Hoc infert glo.primò ex text.nostro, dum dicit nihil aliud est, per verbũ præsentis temporis,quasi innuat,ꝙ aliud esset in præteritum.Secundò probat gl. quia olim requirebatur certa solẽnitas,quæ hodie est sublata: Ergo cùm olim aliter intentaretur,& impetraretur actio,quàm hodie intẽtetur:ergo apparet quòd aliud erat olim,quàm nunc sit.

Vos tenete cõtrariũ,scilicet ꝙ actio hodie non sit alia, vel diuersa quàm olim esset,prout tenent Iacob.But.& Nicol.de Neapol.hic,& istud idẽ tenet Bar.in dict.l.si seruus nauẽ.Nec obstat iste textus noster,in verbo,Est,quia etiam simili verbo præsentis temporis vtitur textus, in l.nihil aliud est.ff.de actio.& obligatio.qui tex.est de iure Digestorum,& sic de iure antiquo.Non obstat secundum, dum di 25 citur de solemnibus antiquis hodie sublatis,† quia illæ solemnitates sunt qualitates,quæ possunt adesse & abesse pter subiecti corruptionem.l.inter stipulantem. §. sacram. ff.de verborum obligatio.& l.mortuo,& l.proponebatur. 26 ff.de iud. † Et qualitates non faciunt differentiam specificam,secundum Bar.in l.j.in prin. ff.de acquir. posses. in 5. colum.& Bartol.secundum aliquas lectu.in l.2. in 2. colu. C.de act.& obligatio.

27 † Secundum,qđ vult gl.ista,est,quòd hodie actio non sit vulgaris formula. Antiquitùs enim actiones impetrabantur à Pontificibus,id est,his,qui præerant populo,cum certa forma, & solemnitate verborũ, adeò ꝙ si quis cadebat in syllaba,cadebat à tota causa.l.2.§.deinde ex his, & §. omnium.ff.de origi.iur. Hæc vulgaris formula dicebatur, eo ꝙ cum certa forma & solemnitate verborum concipiebatur. Verùm cùm hodie hæc formula sit sublata, sentit 28 gl.† ꝙ hodie actio non sit vulgaris formula. Et ex hoc sequitur,quòd d.l.si seruus nauem.hodie sit sublata, & correcta. h * Vos tenete contrarium, & dicite secũdum Bar. in d.l.j.C.de formul.ꝙ aut loquimur de actione non deducta ad actũ,nec exercitiũ,& tunc actio est ius persequẽdi, vt hic dicitur. Aut loquimur in actione deducta ad actũ, & sic prout proponitur in libello, & tunc actio bene est vulgaris formula,quia cõgrua, & cum debita formula est proponenda, non dico illa exquisita antiqua vulgari formula,ita vt si quis deficiat in syllaba, debeat à tota causa cadere. Et ideo, cùm hodie etiam sit actio cum debita forma proponenda,hodie etiã actio erit vulgaris formula,& consequenter remanebit hodie incorrecta.d.l.si seruus nauem.Et istud idẽ tenet Bal.in dicta l.j.& Bart.in dicta l.edita,in j.col.& ibidẽ Bal.in repetit.Perusina,circa 4.colum.

In ead.gloss. respondeo,vt ibi diximus. Dicite ꝙ ibi in princi.glo.in ver.forma,ponit duas differentias, quas etiã ponit gloss.in rubri. ff. de interdict. tamen illæ differentiæ reprehenduntur per Doct.ibi,& Ioan.Fab. post Iacob. de Rauen.inf.de interdict.in prin.Sed reprehenduntur etiam 29 per Nicol.de Neapol.hic,& per eos tenetur,† ꝙ non esset regulariter differentia inter actiones,& interdicta,sed modus loquendi alius fuerat in interdictis, & alius in actionibus. Possetis tamen dicere secundum Ioan.Fab. in dict.rubri.infe.de interdict.in princ.quòd olim esset ista differentia,quia Prætores, qñ proposuerunt interdicta,nullã actionem dederunt,sed voluerunt, ꝙ interdicta obtinerent locum actionum,dum tñ solemniter, & certo ordine intentarentur. Sed hodie legum latores introduxerunt, vt per actiones sine illa solemnitate agatur,vt §.fin.inf. de interdict.& sic patet olim fuisse differentiam.

30 In ead.gl.in fine,tenetis ex hac gloss.quòd hodie † non est differentia inter interdicta & actiones. Et idem tenuit gl.in rub.ff.de interdi.quæ gl. reprehenditur per Dyn. & Bart.in dicta rub.ff.de interdict.& Ioan.Fab. n rubr.infrà de interdict.in princip.per rubricam illam.ff. de interdic. 31 seu.extraordi.act. † cùm ibi interponatur dictio Seu, quæ i est ampliatiua i l.si ita quis.ff.de auro,& argen. leg. Facit l.j.§.restituẽdæ.ff.vti possid.in ver.aut interdicto. Aut per actionẽ, cùm alternatiua sit diuersificatiua extremorũ. l. ubi

ubi aũt non apparet.§.qui illud,aut illud.ff. de uerborum obligatio.& l.ille,in princip.ff. de leg. 3. Accedat pro hac opinione bonus tex.in l.ſi quis miſſus.§.cum Prætor. ff. ne uis fiat ei.& dicit Bar.in dict.rubri.ff.de interdict.quòd eſt differentia inter actionẽ & interdictum,ſicut inter matrẽ & filium,cùm ex interdicto oriatur actio in factum , ut §. fin.inf.de interdict.

32 †Quæ aũt ſit differentia inter interdictum & edictũ, ponit gloſſ.in l.Prætor ait.§.1.ff.de oper.no. nun. per Bart.in l.1.in prin.in eo.ti.in 2.col.& ibi latiùs & clariùs per Imo.

Gloſſ.in uer.quàm ius,habet duas partes. Primò ponit quale ſit iſtud ius,poſitũ hic in definitione. Secũdò ponit ad cuius differentiam ſit in definitione illa dictio Ius, ibi ſecunda,ſed ad cuius differentiã.Illa prima ſubdiuiditur in tres.In prima facit,quod dictum eſt.In ſecunda per modum notabilis ponit differentiam inter ius proueniens ex obligatione, & ius proueniens ex actione. In tertia per uiam quæſtionis declarat primum dictum, reſpondendo tacitæ obiectioni.Ibi ſecundò: Item & hic nota, quòd actio eſt ius.Ibi tertiò:& ſi quæratur.

In eadem gloſ.ibi,hoc eſt unum de ſignificatione eius. Habetis ex hac prima parte principali gloſ. tria per ordinẽ reportare,quorũ duo paucis expediã: tertiũ aũt egebit

33 altiori indagatione. † Primum eſt, ꝙ actio eſt ius. Et hoc cõcludite eſſe indubitãter uerũ,ſcilicet ꝙ actio ẽ ius, licet deducere actionẽ ad exercitiũ facti.Iſtud tenent hic Dyn. & Bal.& Ang.in vlt.quæſtione,quã ponunt hic ad fi. Iſtud idem tenet hic Nico.de Neap.in 5.oppo. poſt multos antiquos,quos ipſe hic refert.Iſtud ẽt tenet Ioã.Fab. hic,in 5. col.Iſtud idẽ tenet ẽt Bal.hoc latè diſputans in l. edita, in repet.Peruſina,in 1.col.& in 1.quæſt.Licet contrarium teneat,& malè,Iacob.de Ra.Nic.de Neap.& Rodul.de Auricur.hic,& contra eos poſt multa allegat, & per Doct. vbi ſup.Et vltra tex.hic apertũ facit ẽt clara rõ:nã ea,quæ ſunt facti,non tranſeunt ad hæredes: ſed ea tantùm, quæ ſunt

34 iuris l.cùm hæredes,in princ.ff.de aquir. poſ.† Sed actio-

K nes tranſeunt ad hæredes, K niſi ſint pœnales.§.non aũt, inf.de perpe.& tẽpo.act.ergo ſunt iuris,& non facti. Secũdũ quod vult glo.eſt,quòd ſit differentia inter ius,quod eſt in obligatione, & ius,quod eſt in actione, & ſic quòd ius obligationis,& ius actionis non ſint idem.De quo, ſi vultis videre,videte Bal.latè diſputantem in dict.l.edita.in repet.Peruſina,in 3.colum,in verſic.2.quęritur,actio eſt ius. & ibi concludit,& idem tenet quod gloſſ.hic.

35 Tertiũ & vltimum quod vult hic glo.eſt†ꝙ actiones ſint de iure ciuili,intelligendo ſecundum gloſ.ius ciuile, largo modo,ꝓ omni iure facto poſt ius gẽtiũ, vt ſic cõprehẽdat ẽt ius prætorium,vt ẽt dicit Io.de Plat. hic. Iſte articulus, An actiones ſint de iure ciuili,an de iure gẽtiũ,eſt multùm diſputabilis,& latè diſputatur per oẽs hic, & per Doct. vt per Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iur. & ibi diffusè per Salic.In qua quæſtione conſueuerunt plurima fundamenta hinc inde ad vtranque partẽ adduci.Ego ea duntaxat attingã,quæ vrgentiora,& ſtrictiora videbuntur.Ante tamẽ, ad hunc articulũ accedã,nõ omitto,ꝙ ex huius diſputationis inueſtigatione inſurgit maxima vtilitas.ſecũdũ Bar.&

36 alios,in dict.l.ex hoc iure,in princ.†Nã bannitos noſtri tẽporis,ſiue æquiparemus deportatis,iuxta gl.no. in §.relegatis,ſup.quibus modis ius pat.pot.ſolu.ſiue æquiparem⁹ transfugis,iuxta l.amiſſione.§.qui deficiũt,ff. de capi. dimi.certẽ deportati,& transfugæ perdunt omnia,quæ ſunt

l iuris ciuilis,& retinent ea,quę ſunt iuris gentiũ. l l.quidã.

37 ff.de pœnis.†Deportati ergo, & bãniti noſtri tẽporis poterunt ſibi quærere actiones,ſi dixerimus,eſſe actiones de iure gentium.Si verò dixerimus,eas eſſe iuris ciuilis,nequa-

38 quam.De hoc tamen,† an,& quando, & quomodo ban-

m niti noſtri temporis ęquiparentur deportatis, m & an, & quando æquiparentur relegatis,videte plenè Bar.in diſput.ſua,incip.ſtatuto Lucanæ ciuitatis,per Bar. Bal. & alios,in l.1.C.de hæred.inſtit.per Bart.& Bald.in l. amiſſione,in §.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.per Bart.in Extrauagant.qui ſunt rebel.in ver.rebellando,per Bart. & Imol.in l.ex facto.§.ex facto,ff.ad Trebellian.qui Bart.& Bald.in l. ſi qua.ff.de his,qui ſunt ſui vel alien.iur.per Bar. in l.certa, vbi bonus textus pro communi. C. de iu. fiſc. lib. 10. per Bart.Bald.& Imo.in l.eius.§.1.ff.de teſtament. per Barto. in l.ad cognitionẽ.ff.ex quibus cau.in poſſe. eat. per Bart. in l.ſi ſine hærede.§.final.ff.de admic.tute.per Bar.in l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offic.præſi.per Bart.in repet.l.ſi cõſtãte,in princip.ff.ſolut.matrimo.in 5. col. per Bal. poſt glo.in c.1.de mili,vaſal.qui cõtum.eſt,in vſi.feud. per Bal. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de libe. & poſthum. per Bal.in l.ſeruum quoque.§.publicè,in 4.col.ff.de procurat. per Bal.in repet.l.1.in 11.& 16.colum.C.de ſacroſanct.Eccle.per Alb.in tractat.ſuo ſtatutorũ,in 4.parte,in quæſ. 13. quæ incip.item quæro de quæſtione antiqua.

39 In hoc ergo articulo†vtrùm actiones ſint de iure ciuili, vel iure gentiũ.Glo.hic ſentit,vt prædixi,ꝙ ſint de iure ciuili.Et hoc expreſsè firmat gl.in d.l.ex hoc iure,in gl. pen. in verbo,obligationis,& gl. fin.in l.rerũ quidem amotarũ iudicium.ff.rer.amot.& gloſſ.fin.in l.actionum genera. §. fin.ff.de act.& obligat.& glo.ordinaria, in l.placet. C. de Epiſcop.& Cleric.& gl.in l.quoties.C.de preci.Impe.offe. & glo.1.mag.circa mediũ,in l.fi.C.ſi contra ius,vel vti. publi.Et hãc partem tenet Bal. & communiter Citramonta. in d.l.ex hoc iure,& ſequũtur Dyn.& Bal.hic. Pro hac parte adducitur tex.in §.ſed iſtæ,inf.eo.in uer.ex legitimis,& ciuilibus.& tex.in l.commodato.§.ſicut.ff.cõmod.in verſ.

40 ciuileſque actiones.& ibi† Iuriſconſultus appellat actionẽ deſcendentem ex cõtractu iuris gentium ciuilem. Ad idẽ l.1.§.1.ff.de ſuperfic.in ver.ciuili actione ſubnixus eſt. Ad idẽ l.4.§.ex hoc edicto.ff.nau.cau.ſtab.in ver. ciuili actione.Ad idẽ adducitur tex.in §.non autem omnes,inf.de perpe.& tempo.actio.quem tex.dicit Bal.hic,eſſe meliorẽ ad hoc,quàm alius,qui ſit in mundo,dũ tex.ibi dicit', omnes actiones,quæ ipſo iure competunt,aut à Prætore dantur.Sed tex.ille mihi nihil facit,cùm ſecundum Bal. debet ſubaudiri,ipſo iure,ſcilicet ciuili.Sed ſi velles tenere contrarium,poſſes ſubaudire, ipſo iure, ſcilicet gentium: & hoc modo probaret contrarium.

Vltimò pro hac parte adducitur iſte textus in ver. ius

41 proſequendi in iudicio, † cùm iudicia omnia ſint de iure ciuili,vt eſt gloſſ.ſup.de obliga.in prin.ver.neceſsitate.

Subtiles tamen Vltramonta, in d. l. ex hoc iure, & inter eos Iaco. de Rauen. & Pet. de Bel. Pert. hic, tenent contrarium, ſcilicet, quòd imò actiones ſint de iure gentium, non autem de iure ciuili. Primò, per textum fortem in l.rerum quidem amotarum iudicium.ff.re. amo.in in verſ.iure gentium condici poſſe,iuncta l.ſeq.paruula,&

42 §.appellamus,inf.eo. Secundò, † quia deportatus perdit omnia ea, quæ ſunt de iure ciuili,& retinet ea, quæ ſunt iuris gentium,vt l.quidam.ff.de pœnis. Sed deportatus retinet actiones, text.eſt in l.ſi tibi mandauero, in §. is, cuius.ff.manda.ergo actiones ſunt de iure gentium. Tertiò, per textum,qui per Gloſſatores noſtros pro alia parte con ſueuit adduci in l. 2. §. deinde ex his. ff. de ori. iur. in ver.

43 ex his legibus compoſitæ ſunt actiones. † Nam compoſitum dicitur illud,quod prius erat,ſed eſt in ordinem redactũ,dict.l.2.uer.nam quod Papyrius.Melius facit textus in proœmio Digeſtorũ, in ver.compoſitũ,iuncta gloſſ.& tex. in §.omnes, in ver.compoſitum,iuncta glo.ſup. in proœmio huius libri.Præterea,ſi diceremus,actiones nõ eſſe de iure gentium,ſequeretur maximum abſurdum,ꝙ contractus,& obligationes,quę ſunt de iure gentium,fuiſſent eo tempore inefficaces,aut inutiles, & ꝙ nemo potuiſſet ius ſuum conſequi,cùm nullus poſsit ſine actione experiri.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.Et ſecundum hanc opinionem optimum fuiſſet eo tempore contrahere, & mutuum accipere, quando nullus poterat compelli reddere, & conuentiones ſeruare.Hinc dicit Iac.de Rauen. ſecundum quod refert Bar.in dict.l.rerum quidem amotarũ, ꝙ ſi fuiſſet illo tempore,multas pecunias mutuò accepiſſet.

Ego teneo ſententiã glo.noſtrarũ,q̃ eſt cõmunior, pro

44 qua multùm me mouet talis rõ.Nã clarũ eſt,† ꝙ naturalis obligatio,q̃ eſt de iure gẽtiũ,ſola nõ põt producere actionẽ.l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.ff. de fideiuſ. & l.iuris gẽtiũ.§.ſed cũ nulla.ff.de pac.Sed vel ciuilis aliq̃n ſolut iuxta ea,q̃ tradit Bar.ĩ l.1.ĩ 7.col.ff.de cõdic.indebit. vel ſaltẽ ciuilis

ciuilis iuncta cum naturali, quo casu, tunc ciuilis obligatio est tanquam pater naturalis, & tanquam mater, vt declarat Bartol. in dict.l.1.in 4.& 7.col.ff. de condict.indebit. Cum ergo sine ciuili obligatione nõ possit produci actio, quõ possibile est dicere, quod actiones sint de iure gentiũ quo iure nõdũ erat ciuilis obligatio? alias sequeret maximũ absurdũ, q̃d causatũ fuisset in esse productũ ante suã causam, & sic filia ante suã matrẽ, quod nõ est dicendũ. Et licet hæc ratio adscribat Salic. in d.l.ex hoc iure, tñ hanc rõnẽ ponunt hic Dyn. Io. Fab. & Nic. de Neap.

Nec obstat d.l.rerũ quidẽ amotarũ iudiciũ, q̃ a Bart. ibi dupliciter rñdit. Primò, dum dicit ibi iure gentiũ condici posse verũ est, eo modo, quo cũ dicebantur de iure gentium, scilicet p manum regiã, vt dict.l.2.in princip.ff. de ori.iur. Arguit enim ibi Iurisconsultus, q̃ si de iure gẽtiũ, quo non erat actio, fiebat exactio, quantò magis hodie, cùm sit exactio. Vel secundò, de iure gentiũ cõdici posse, intelligitur, secundum Bar. ibi, addita tamen actione de iure ciuili. Quæ solutiones non procedunt, nisi cum violentia illius textus. Non obstat secundum† de deportato,
45 quòd possit cõtraere: quia respondeo, secundum Bar. in d.l.ex hoc iure, q̃ licet actiones sint de iure ciuili, tamen ex quo permittitur deportato, q̃ possit contrahere, debet intelligi, quòd possit efficaciter contrahere, & consequẽter, quòd possit habere actiones pro consequendo effectu illius contractus. Et sic deportatus non habet actionẽ, nisi in consequentiam iuris gentiũ sibi permissi. d.l.si tibi mãdauero.§.1s, cuius.ff.manda. Et multa conceduntur in cõsequentiam, quæ principaliter non concederentur.l.1.in princ.in ver.per consequentias.ff.de autho.tut.

Non obstat tertium de dict.l.2.§.deinde, in ver.composi-
46 sitæ, quia respondeo,† quòd verum est, quòd compositũ dicitur illud, quod prius fuit, si referatur ad personam cõponentis, & sic ad causam efficientẽ, & ita loquitur d.l.1. cum simili. Si verò fiat relatio ad materiam, ex qua componitur, & sic ad causam materialem, prout fit in d.§.deinde ex is legibus, dum dicit, ex his legib⁹. Nã si voluisset referre ad causam efficientẽ, dixisset ex his legibus. Vnde nõ est possibile dicere, q̃ cõpositũ prius fuerit sua materia. Nõ obstat vltimum quò d obligationes, & cõtractus, qui sunt de iure gentiũ, fuissent inefficaces, ex quo de iure gentium nõ erant actiones, quia respondeo, q̃ licet de iure gentiũ non essent actiones, tamen omnia mandabantur executioni per manum regiam. dict.l.2.in princip.per quã manum regiã poterat vnusquisque ius suũ consequi.

Stabit ergo ex prædictis firma sentẽtia glos. nostrarum, quòd actiones sint de iure ciuili, non autẽ de iure gentiũ. Non omitto tamen, q̃ Bal. in d.l. ex hoc iure, & ante eum Ray. de Forli. ibi secundum quod dicit hic Nico. de Neap. distinxerunt, quòd aut loquimur in contractibus iuris gẽtium, & sic in cõtractibus inuentis à iure gentium: & tũc actiones ex talibus contractibus descendentes respectu materiæ, dicuntur esse de iure gentiũ, sed respectu formæ, dicuntur esse de iure ciuili, cùm sint postea in formã redactæ per ius ciuile. Et in his terminis est intelligenda opinio Vltramonta. secundũ Io. Fab. hic. Aut loquimur in contractibus iuris ciuilis, & sic inuentis à iure ciuili, & actiones descẽdẽtes ex talibus cõtractib. nullo modo possunt dici de iure gentiũ, cùm sint, quo ad materiam, & quo ad formã de iure ciuili. Nam actiones debent dici de eo iure, à quo sunt productæ, vel quo ad materiã, vel quo ad formã. Et ita dicit Ray. vbi suprà, esse glos. quæ secundum eũ, nõ reperitur alibi, in l.creditores, in verb. ciuili.ff. de verb. signific. Et hæc cõsideratio, licet adscribatur Ray. de Forli. fuit tñ originaria Rod. de Auri. hic, in 2.quæst. secundũ q̃d hic refert Nicol. de Neapo. Et hanc distinctionem probat, & sequit, apud me magnæ authoritatis Io. Fab. hic. Et pro hac distinctione videtur optimè facere, quod voluit Bald. in l.eas causas.ff.de cap.dimi. vbi tenet. q̃ cùm cõtractus dotis sit de iure gentiũ. d.l.eas causas, & Bar. in rub.ff.solu.
47 matrimo.ad fin.† q̃ ẽt actio de dote sit de iure gentium, licet cõtrariũ tenuit ipsemet Bal. dicens, quòd imò actio de dote sit de iure ciuili. in rub. C.de priuileg. dot. in penu. col.in verb. decimò quæro, certum est. Ista tñ distinctio vr mihi multùm periculosa, per tex. in d.l.in cõmodato.§.si-
48 cut.ff.cõmo † vbi Iurisconsultus appellat actionẽ descendẽtẽ ex cõtractu iuris gẽtiũ, ciuilẽ. Et p̃ huiusmodi distinctionẽ multũ stringit rõ, quã sup. posui ad cõfirmãdũ opin. gl. nostrarũ. Teneo ergo pro vero, & firmo, quod sup. dixi. Sum modò in secũda parte principali gl. ibi, sed ad cuius. quã subdiuido in quinque particulas. In prima quærit, ad cuius differentiam sit posita in diffinitione dictio Ius, & respondet vno modo. In secũda respondet alio modo. In 3. sumpta occasione à secunda responsione, disputat an officium iudicis, & actio sint idẽ. In quarta ponit formam petitionis in actione iniuriarũ. In quinta ponit dictum. Secunda ibi: vel melius. Tertia ibi: licet Mar. diceret. Quarta ibi: sed quid petã. Quinta ibi: est tñ quoddã aliud officiũ.

In ea gloss. ibi: vt sup. de reb. cor. & incor. §.1. Hæc vera & hanc approbant Doct.

In ea gloss. ibi: sed in facto potius hoc consistit. Glo. visa
49 est sentire, † q̃ officium iudicis sit facti, non aũt sit ius. Et in hoc reprehenditur per Dyn. hic, in 2.colum. & etiã per Bal. hic, quia imò officiũ iudicis est ius. l.ius dandi.ff.de tutor. & curat. da. ab his, & l.illicitas.§. qui vniuersas. ff. de offi. præsi. Sed aduertite, quia gl. nostra non vult, q̃ officiũ iudicis si facti, sed benè dicit, q̃ cõsistit in facto, quasi velit gloss. q̃ officiũ iudicis cõsistit in facto hoc est in exercitio, quia officium iudicis est ius faciendi. l.1.in prin. ff.de offi. cõsu. quã sic intelligit. Bar. in l.1.ff. de iurisd. om. iud.
50 In ea gl. ibi: licet Iudex possit refrenare.† Tenetis ex gl. formã petitionis in actione iniuriarũ, & cõsequenter formã libelli: verùm quia hæc forma non est explicita, nec clara, imò nec perfecta, ideo breuibus subijciã nonnulla p veras conclusiones, super quibus posset probabiliter dubitari, quibus visis, clarè apparebit, qualis debet esse forma libelli in actione iniuriarũ, & consequenter, per quẽ modũ debet talis libellus formari. Et primò an locus, & tempus
n commissæ iniuriæ n debeant poni in libello? Dicitẽ quòd sic. l.iniuriarum. la.2. & ibi Bar. in princ. ff. de iniuria. & l.Prætor edixit, in princ. in eod. tit. & ibi no. Bart. facit. §. atrox. sup. de iniur. De quo etiam per Bal. in l.edita. C. de eden. in repet. Paduana, in 6.colum. in 9.oppo. Item debet inseri qualitas personæ iniuriatæ, & habitus eius. l.atrocẽ. C. de iniur. & secundum Iacob. But. ibi, vt ibi refert Salic. si iniuria fuerit corporalis, debet in libello poni, in qua parte corporis sit illata, quia acrius punitur illa in facie, q̃ in alia parte corporis. dict.§.atrox. Et dicit Cy. in l. si non cõuicij, de iniur. quòd in libello debet dici, quòd verba iniuriæ fuerunt prolata animo iniuriandi, alias libellus nõ valet. Ang. ibi contra, per, l.fin. C.de anna. except. quod puto verius: licet Salic. distinguat. Et pro Ang. facit, quod no. voluit Bar. in l.nec exemplũ. C. de fal. vbi voluit, q̃ q̃n quis accusat aliquem de falso, non est necesse, q̃ dicat, q̃ cõmisit falsum scienter & dolosè: quia ista tacitè includuntur. Ideo dixit generalius Bal. in Authen. habita, in 6. C. ne fil. pro pat. & est verbum magistrale, q̃ vbi qualitas exprimẽda in libello, tacitè inest ex natura facti, concludit libellus absque qualitate illa.
51 † An autem certa æstimatio iniuriæ debeat de necessitate poni in libello, an verò sufficiat petere in genere interesse, quia Glo. & Doct. sunt varij, vt per glos. Bar. in l. iniuriarũ. l.2.ff.de iniur. & per gl. in l.Prætor edixit.§.ĩ j.ver. sarciatur. in eod. tit. & per Cy. in d.l.si non conuicij. 9. quæst. & per Bal. in l.2.in prin. C.de sent. quæ sine cert. quant. & ibi per Salic. & per eundem referentem multas contrarietates Doct. & gl. in d.l.atrocem.
Ideo ad tollendas has dubitationes, placet mihi practica Ang. de Aret. hic, vt in libello petat certa æstimatio, & postea adijciantur ista verba, & plus, & minus, prout taxationi iudicis videbitur. Et aduerte, q̃ in petitione æstimationis, potest haberi relatio vel ad lucrum, vel ad damnum, vnde vel possumus dicere: Nollẽ esse lucratus tm̃, ad talẽ iniuriam patiendũ, vel possumus dicere: Vellem potius p-
o didisse, & non fuisse passus talẽ iniuriã, secũdũ gl. no. & Bar. in d.l.iniuriarũ. la.2. & Salic. in d.l.atrocem, & per
52 Ange. de Aret. hic. Vltra p̃dicta de† forma libelli in actiõe iniuriarũ, videte Spe. ĩ tit. de iure. circa prin. & ĩ §.iniuria, & Ang.

& Ang.de Aret.in tractat.ſuo maleficiorũ,in ver. nec non
ad querelã,& in §.pœna aũt,ſup.de iniur. & Bar.in l.Præ-
tor.§.ſi mihi plures.ff.de iniur.vbi ponit,de eo, cui plures
53 †iniuriæ ſunt ſimul factæ,an cogamur omnes ſimul propo
nere in vno libello, & an debeat fieri diſtincta æſtimatio
pro vnaquaque iniuria,an verò ſufficiat vna generalis æſti
matio pro omnibus?de quo etiam per Cyn.in dict.l.ſi non
conuicij.in 12.quæſt.& per Salic.in d.l.atrocem,in penul.
quæſtione,in eod.titu.
54 In fin.glo.diſputat ergo gl.vtrùm†officiũ iudicis, & a-
p ctio ſint idẽ. p In qua quæſtione aduertendũ eſt ſecundum
Bart.in l.1.in 5.col.ff.de iur.omni.iudic.quòd officium iu-
dicis põt cõſiderari dupliciter.Primò prout cohæret per-
ſonæ iudicis,& tunc fatuũ eſt dubitare, vtrùm officiũ iudi
cis,& actio ſint idẽ,quia actio cõpetit parti, & eſt ius petẽ
di id,quod debetur parti: ſed officiũ iudicis eſt ius cõpe-
tens ipſi iudici,& eſt ius faciendi ea,quæ ſibi incumbunt.
Secundò poteſt conſiderari officiũ iudicis, prout reſidet
in parte,hoc eſt,prout à parte petitur,& imploratur in lo-
cũ deficientis actionis, vt eſt petitio in integrũ reſtitutio-
nis,& petitio excuſationis à tutela.Et illud officiũ iudicis,
ſi nõ habeat aliud ſpecificũ nomen, appellatur perſecu-
tio.l.pecuniæ.§.1.ff.de.verb.ſignificat.Et de iſto officio iu
dicis,ſiue de hac perſecutione diſputat glo.noſtra hic,ſci
licet vtrùm tale officiũ iudicis, ſeu talis perſecutio ſit idẽ,
quod actio.Et pro opinionibus Mar.optimè facere videt l.
actionis verbo.ff.de verb.ſignificat.vbi tex.dicit, actionis
verbo perſecutionẽ cõtineri.Et probat ille tex. ĩ verbo Cõ
55 tineri,† ꝙ appellatiõe actionis,venit officiũ iudicis ex pro
pria ſignificatione,nedũ ex lata, per illud notabile verbũ
Bart.quod eſt perpetuò notandũ,in l.cui eorum. §.affinita
q tes.q *ff.de poſtu.& eũdẽ.Bart.in l.hęc verba.ff.ad leg.Iul.
56 de adulter.vbi dicit,†ꝙ verbum Cõtineri, denotat, ꝙ il-
lud ſit ex propria ſignificatione vocabuli,non aũt extenſio
ne:quod faceret cõtra gl.1.in l.1.in prin.ff.de edend. & cõ
tra Doct.cõmuniter,in d.l.1.ff.de iur.omni.iudic. & cõtra
Ioã.Fab.hic,in 8.col.vbi volũt,ꝙ largè ſumpto vocabulo,
appellatione actionis poſsit cõprehendi tale officium iu-
dicis.quia imò per d.l.actionis,iuncto eo,quod ait Bart.,p
batur,ꝙ imò cõprehendatur ex propria ſignificatione vo
cabuli,nedum ex lata.Ex quo videtur notandũ, poſſe cor-
57 rolariè hic inferri, † quòd ſtatutum faciens mentionem
r de actione,comprehendat etiam officium iudicis.r
Et iſta dicerẽ eſſe vera,niſi alibi diceret tex. tale officiũ
iudicis inſtar habet actionũ,in l.actionis verbo, in prin.ff.
de actio.& obligat.Et ſic ſentit tex.ille, ꝙ appellatione a-
ctionis,cõtineatur officium iudicis ſimilitudinariè, nõ au
tem ſubſtantialiter.Quod expreſsè firmat Ioã.Fab.in glo.
fina.in prin.Reperio tamen in terminis ſtatuti, quod feli-
cis, & obſeruandæ recordationis pater & Præceptor me⁹
Do.Alex.Imo.in d.l.1.in ſpecie,tenet,retento ẽt,ꝙ appella
tione actionis,nõ veniat officiũ iudicis, niſi lato ſumpto
vocabulo,ꝙ nihilominus ſtatutũ, etiam exorbitans à iure
communi,loquens in actione comprehenderet officiũ iu
58 dicis,quia etiã † in exorbitantibus fit extenſio ad caſum,
qui etiam ex lata ſignificatione vocabuli poterat in ſtatu-
to cõprehẽdi,vt probatur in l.filium habeo, in princip. ff.
ad Macedo.iuncta l.iuxta.ff.de verborum ſignificat. & iun
ctis no.per Bar.in l.liberorũ,in 2.quæſt.princ. ff. de ver.ſi-
gnifi.& benefacit l.libertum.la.2.§.1.de ritu nupt. Et hoc
expreſsè no.Cy.in l.1. C.quæ ſit lon. cõſuet. & expreſsius
Io.de Imo.in l.ſi verò. §.de viro.ff.ſolut.matri.in 1.fal.quã
59 ponit in exorbitantibus. Itẽ pro Mar. facit, nam † cautio
damni infecti petitur per officiũ iudicis.l.Prætoris, in prĩ.
& l.cùm poſtulaſſem, in princ.ff.de dam. infect. & tamen
cautio damni infecti dicitur actio.l.inquilino. ff.de damn.
infect.ergo officium iudicis & actio ſunt idem.
His tñ non obſtantibus,paucis cõcludẽdo, teneo opin.
gl.noſtræ hic,quã tenent cõiter Doct.hic,& Bar.& alij,in
d.l.1.ff.de iur.omni.iud.ſcilicet ꝙ officiũ iudicis & actio-
nis ſit idẽ.Bene verum eſt, vt ſtatim dixi, ꝙ appellatione
actionis, largo ſumpto vocabulo, venit officium iudicis,
d.l.actionis verbo.de verb.ſigni. allegata pro Mar. Et hac
ratione aliquando actio ponitur pro officio iudicis d. l.in
quilino. Et ꝙ ſit differentia inter actionẽ & officium iudi-
cis,patet ex dictis per Bar.in d.l.1.ff.de iur. omni. iud.quẽ
refert Ange.de Are. hic. Ex cuius dictis habetis in effectu
paucis reportare tres differentias.Prima eſt, ꝙ actio regu
lariter orit ex obligatione, vulgata l. licet. §. obligatio.ff.
60 de procur. †Officiũ aũt iudicis nullã præſupponit obliga-
tionẽ,l.qui percolluſionẽ.§.fi.ff. de act. emp. & l. quintus.
ff.de ann.lega.Optimè facit tex.in l.deducta,in prin. ff.ad
Trebel.Et hoc ſequitur,ſm Bar.vbi ſup. ꝙ qñ libellus for-
matur ſuper actione, debeant ea narrari,per quæ conclu-
datur,ꝙ pars teneatur ad aliquid dandũ, vel faciendum.
61 Sed quãdo formatur†libellus ſup officio iudicis, debeãt
ea narrari,per quæ concludatur,ꝙ iudex poſsit vel debeat
facere,nõ aũt ꝙ pars teneatur.Et idẽ dicit Bar.in l. 4.C.de
poſi.& ſequũtur Do.Ant.de But.Imo.& Pan. in c. fi. extrà
de offic.iudic.& vide per Specul.in ti. de libel. concep.§.
fi.ver.ſis ẽt cautus,& adde Io.And.in addit.Spec. in tit.de
offi.omni.iudi.in rubric.ubi notabiliter uult,ꝙ ſi in implo
ratione officij iudicis,in libello quis ageret cõtra partem,
62 ꝙ tamen ſuſtineretur libellus. Pro quo facit, quia licet†of
ficiũ iudicis non præſupponat obligationẽ propriè, præ-
ſupponit tamen obligationẽ largo modo,ſecundum Bar.
141 Agens ad rei restitutionem, an videatur contractus rescissionem petere. 142.
143 Actor petens pronuntiare sibi actionem competere, reum sibi condemnari.

144 *Libellus an non obſtante præpoſteratione ſuſtineri poſſit.*

145 *Clauſula, Peto in expenſis reum condemnari, an ſit neceſſaria?*

146 *Reum condemnari in expenſis an peti debeat?*

147 *Clauſula, Super q̃bus, etc. quid operetur. 148. 149. et 150.*

150 *Clauſula, Omni meliori modo, quid operetur.*

151 *Clauſula, Non tantùm dicto modo, &c. quid operetur.*

152 *Clauſula, Peto condemnari ſecundum formam iuris, & ſtatutorum copulatiuè, vel alternatiuè ſecundum formã iuris vel ſtatuti: an ſit apponenda in fine libelli. 153.*

154 *Libellus, Peto condemnari ſecundum leges & conſuetudines, an valeat?*

155 *Si petatur aliquem puniri ſecundum formã ſtatutorum & conſuetudinis, ſi nõ conſtat de conſuetudine, quomodo puniendus ſit.*

156 *Clauſula, Saluo iure addendi, minuendi, &c. an aliquid operetur? 160 & 159.*

157 *Libellus ante litem conteſtatam, nunquid mutari, vel corrigi poſſit?*

158 *Reus qualiter caueat, ne actor libellum mutare poſsit.*

160 *Libelli receptio qualiter cautè fieri debeat per reum, vt actor non poſſit eum ante litisconteſta. mutare.*

161 *Clauſula, Non ſe adſtringens ad probandum, non eſt neceſſaria.*

162 *Clauſula, Et prædicta fuit ſæpius confeſſus, &c. in libello.*

163 *Libellus in cauſis ciuilibus an locum & tempus celebrati contractus continere habeat?*

164 *Libellus an declarare habeat id, quod petit cum duabus demonſtrationibus, vel duabus cohærentijs, ſiue duobus confinibus.*

165 *Libellus an hodie nomen actionis continere habeat?*

166 *Libellus ſi in eo actio inepta exprimeretur, an hodie vitietur.*

167 *Sententia lata ſuper inepto libello, an ſit nulla?*

168 *Exceptio ineptitudinis libelli quandocũque opponi poteſt.*

169 *Libelli verba an impropriare licitum ſit.*

170 *Libellus ſuſtineri poteſt, ſi verba interpretari poſſint.*

171 *Libellus ſuſtineri debet groſſo modo.*

172 *Libellus in rei vendicatione formandus.*

173 *Reſtitutio rei petitæ, an fiat officio iudicis?*

174 *Libellus petendi fructus rei, qualiter ſit formandus. 176.*

175 *Fructus qualiter peti poſſunt, & quo iure debentur.*

177 *Iudex an poſſit condemnare reum in fructibus non petitis ab actore.*

178 *Fructus & alia acceſſoria, an pendente iudicio ſortis, peti poſſint?*

179 *Iudex an teneatur in ſententia exprimere certam quantitatem fructuum.*

180 *Sententia nunquid valeat, ſi dicat, Condemno te ad reſtituendum rem cum fructibus.*

181 *Verbum Reſtituere, habet plenam ſignificationem.*

§. OMNIVM AVTEM.

AD euidentiam huius §. præmitto vobis ex mente Dyn. hic, ꝙ actionum quædã ſunt merè perſonales: Quædã merè reales: Quædam miſtæ Quædam perſonales ab origine, in rem tamen ſcriptæ. De hoc euidentiali Ioa. Fab. truſatur, & malè.

1 † Actiones perſonales dicuntur illæ, quæ prouenïunt ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi: vt hoc tex.

Intelligit tamen non immediatè, ſed mediante obligatione. Nam cùm obligationes oriantur ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi, leg. 1. in princi. ff. de actio. & oblig. & §. fin. ſuprà de oblig. actiones verò perſonales procedant ab ipſis obligationibus, leg. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. Sequitur ergo, ꝙ actiones perſonales, mediãtibus ipſis obligationibus, dicũtur procedere ex cõtractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi. Et ita dixit gl. no. in leg. & an eadẽ. §. actiones, ĩ ver. ſingulæ cauſæ. ff. de exceptione rei iudica. Et dicuntur actiones perſonales tàm ex parte rei cõuenti, cõtra quẽ cõpetunt, quàm ex parte actoris, cui cõpetunt. Ex parte rei, quia ipſe eſt adſtrictus, & obligatur ad id, quod in obligationẽ deuenit.

2 † Et dicitur perſonalis, quia nunquàm egreditur perſo-
a nam obligati, ſed ſemper aduerſus eũ locũ habet. Ita dixit mirabiliter tex. in leg. actionũ genera, in princ. ff. de actiõ. & obligat. & glo. hic in verbo, In rẽ. Hinc vulgò dicimus, ꝙ tales actiones ſequuntur perſonam rei, ſicut lepra leproſum. leg. 1. §. ſi hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. & leg. penult. C. de actione & obligat. Ex parte verò actoris dicuntur perſonales, quia perſonæ ſuæ inſeparabiliter cohærent, & ſunt affixæ oſsibus ſuis, ſicut eſt character baptiſmi, & aliorũ ſacramentorũ, vt dixit gloſſ. no. in leg. 3. in princip. ff. pro ſocio. & licet aliquando cedantur, tamen ſolùm vtiles transferuntur: Directæ verò nunquàm ſeparantur. dict. leg. 3. in princip. & l. Sticho. ff. de pecu. & videte gl. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius, in ver. tranſibit. ff. de aqua plu. arcen.

3 † Reales verò actiones ſunt in totũ oppoſitæ perſonalibus quia non cohærent inſeparabiliter perſonæ, neque ex parte rei, neque ex parte actoris. Et dicunt reales, quia non habent aliquã perſonã obligatã, ſed cõpetunt rõne iuris, quod quis habet in re, puta ratione directi dñij, ſi quis ſit directò dñs, vt hic eſt tex. & in rẽ, in princ. ff. de rei vẽdic. Vel ratione vtilis dominij, ſi quis habeat vtile dominiũ. leg. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphy. peta. Vel propter ius ſeruitutis: vt in §. æquè, infrà eod. vel pp ius pignoris, vel hypothecæ, quod quis habet in re. §. itẽ Seruiana. infrà eod. & ſemper cõpetũt aduerſus eũ, qui rẽ poſsidet, ẽtſi res per mille manꝰ ambulet, vt dicit textus in dict. leg. actionũ genera, in princ. & glo. hic in verbo, in rem. vel aduerſus eum, qui rem detinet, aut quomodocunque rem habet, ſi illius reſtituendæ habeat facultatẽ, ut eſt tex. no. in leg. officium, in fin. de rei vẽd.

4 † Et quomodo ẽt iura realia à perſonalibus cognoſcàntur, habetur per Bald. in leg. ſi certis annis, in 1. colum. C. de pac. & ibi poſtea dat iſtã theoricam, quòd vbicunque reperitur ius ſine vlla obligatione, illud eſt ius reale. vt hìc. Ius verò, quod non reperitur, niſi in ipſa obligatione, eſt perſonale, ut ibi ꝑ eum. De quo tamen uidebimus latiùs opportunùs infrà in materia rei uendicationis.

5 † Miſtæ uerò actiones dicuntur illæ, quæ non ſunt merè perſonales, nec merè reales, ſed habent cauſam miſtã, ut ſunt illæ, quæ ponũtur in §. quædã, infra eod. & ibi uidebimus. Quare dicãtur miſtæ. Pro nunc tamen dicite, quòd ideo dicũtur miſtæ, eo quia per actiones reales agimus ad id, quod noſtrũ eſt, uel ad id, quo ius habemus. Per actiones uerò perſonales agimus ad id, quod non eſt noſtrum, ſed eſt nobis debitum. Cùm ergo per miſtas actiones agimus ad utrnnque, certè ideo debent dici miſtæ: nam ſi ego hæres ago familiæ erſciſcundæ contra cohæredẽ meum, ut tota hæreditas diuidatur: certè ex eo quòd partem meam peto, & ſic ago ad rem, quæ mea eſt, dicitur actio realis: Ex eo uerò quòd includitur in petitione portio cohæredis, ex quo ago ad totam hæreditatem diuidendam, ago ad id, quod non eſt meum. Sed ex eo, quòd aliquando fit mihi adiudicatio in parte ſocij, dicor agere ad rem, quæ licet non ſit mea, poteſt tamen mihi deberi.

6 † Perſonales uerò in rẽ ſcriptæ dicuntur actiones, quæ ſunt ab origine perſonales, eo quia naſcuntur ex contractu, uel quaſi: ex maleficio uel quaſi, ſicut cæteræ perſonales. Tamen quia ſemper comitat̃ poſſeſſorẽ rei, ſicut actiones reales, iſta ratione dicuntur in rẽ ſcriptæ, ut eſt actio ad exhibendũ. Nã cõſtat, eã non eſſe ex maleficio, nec quaſi. Itẽ nec ex cõtractu, ergo eſt ex quaſi cõtractu, ut ſuprà de oblig. quę ex quaſi cõtractu, in princ. Ergo eſt perſonalis, quia habet perſonã obligatam ex quaſi cõtractu, ut hoc tex. Tamen quia datur contra eum, qui detinet rem, & ſemper concomitatur poſſeſſorẽ rei, dicitur in rem ſcripta. l. 3. §. eſt autem perſonalis hæc actio. & ibi gloſſ. 1. no. & magiſtra. & §. ſi. ff. ad exhiben. Idẽ eſt

7 in omnibus interdictis, † quia omnia interdicta dicuntur per-

personalia,in rem tamen ſcripta: vt leg.j.§. interdicta. ff. de
interdi.Et quæ dicantur actiones in rem ſcriptæ, videatis gl.
enumerantem in d.l.3.§.eſt autem perſonalis hæc actio.& vi
dete Bar.in d.l.ſi tertius.§.ſi quis prius.ff.de aqua pluuia ar-
8 cend.& ibi Bart.declarat,† quæ differentia ſit inter actionem
in rē,& actionē ī rē ſcriptā,q̄ differētia ſatis patet ex p̄dictis.

Item pr͂emitte ad euidentiã tex.ꝙ in iure noſtro habemus
9 multiplices arbitros.†quidã ſunt arbitri, qui appellantur ar-
bitri iuris,vt ſi cauſa aliqua ſit cōmiſſa alicui iudici, quem al
tera partiū ſuſpectū dicat,eligendi ſunt arbitri à partibus,q̄
de cauſa hac ſuſpicionis cognoſcant,& tales arbitri appellã
tur arbitri iuris:& de his non loquitur textus noſter, ſed de
b eis habetis tex. not.in l.fina.C.de iudi.b* & ex eo text. ibi
10 in ver.niſi fuerit prouocatum,colligit not.Bar.†ꝙ licet à ſen
tentia arbitri cōpromiſſarij non poſſit appellari, vt l.prima.
C.de arbit.& leg.diē proferre.§.ſtari.ff.de arbi.tamē ab iſtis
arbitris iuris, qui eliguntur à poteſtate, & neceſſiate legis,
11 benè poteſt appellari. Hinc infert ibi no.Bar. † ꝙ iſti arbitri
qui eliguntur ex forma ſtatutorum, cùm habeant magis
vim delegatorum,q̄ arbitrorū, ſentit Bar.ꝙ ab eorū ſentētia
c poterit appellari. c Et hoc tenet Salic. & addo Bartol.iſtud
expreſsè tenentē,in leg.j.C.de arbit.vbi Bart. dicit hoc eſſe
notandum,& menti tenendū,& idem etiã tenet expreſsè in
leg.2.ad fin.ff.de arbit.Contrariū ſentit Bart. contra morem
ſuum ſibi contrarius,in princ.1.conſtitutionis Codicis, in j.
colum.cum quo tenet do.Ant.de But.in ca. Quintauallis,de
iure iur.De quo tamen articulo, quia locus ſuus non eſt hìc,
ſi vultis videre,videatis etiã eundē Bar.in leg.prima.§.fin.ff.
à quibus appel.nō licet,& Bal.in leg.j.C.de peri. & commo.
rei vend.& dom.Ant.de But.in cap.dilecta, extrà de arbi.&
videte omnino Ioan. de Imol. qui concordat has contra-
rietates.Bart.in leg.j.in pen. colum.ff.ſol.matrim.
12 † Quidam ſunt arbitri electi à partibus, corã quibus non
proceditur ordine iudiciario,cùm aſſumantur de iure, & de
facto,& iſti propriè appellantur arbitratores,de quibus non
loquit̄ iſte tex.in d.leg.ſocietatem.§.arbitrorum. ff. pro ſoc.
Et talis arbitrator dicitur eſſe quaſi negotiorum geſtor par-
tiū:Ita eū appellat Bal.in leg.fi.in 3.q.C. de cōtrahen. empt.
Alibi appellatur proxeneta, ſeu mediator partium. Ita eum
appellat Bar.in leg.fin.ff. de var. & extraor. cogni. & Bal. in
cap.j.in pen.colum.de inueſti.in maritum fact.in vſi.feu.di-
cit, ꝙ iſti arbitratores rediguntur ad inſtar proxenetarum.
Quidã ſunt arbitri compromiſſarij, in quos fit à partibus
13 cōpromiſſum, & iſti tenentur ordinem iuris ſeruare, † cum
talia arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorū.leg.j.ff. de arbi.
Et coram iſtis proponendæ ſunt actiones, vt dicit hic tex.&
gl.hic in verſi.arbitros, & de iſtis propriè loquit̄ textus nr̄.
14 † Quæ autē differētia ſit inter talē arbitrū cōpromiſſariū,
& arbitratorē,declarat Bar.in d.leg.ſocietatem.§.arbitrorū,
in 2.colum.in 1.quæſt.extra gl.ff.pro ſoc. & Bart. in leg.pri-
ma.§.& poſt operis.ff.de oper.no.nunt. & Bartol. in leg. ſed
& ſi in ſeruum.§.ſi quis iudex. ff. de arbitr.
15 †Quæ autem differentia ſit inter iſtum arbitrum compro-
miſſarium,& iudicē ordinariū,videte hic per Angel.qui po-
nit ſedecim differentias, & poſtea etiã ponit octo æquipara-
tiones,ſeu cōformitates inter eos.Verùm,quia iſta ſunt mul-
tùm extrauagãtia à §.noſtro,vt ipſe etiã Ange.dicit,ideo iſta
nō refero,ſed ſi vultis,videte hic per eū,& videte Lud.Rom.
in l.prima,in princ.ff.de arbi.in l.ſi Titius.ff.de ver.oblig.vbi
vltra ea,quæ ponit hic Ang.ponit ēt alias differentias,& etiã
16 alias æquiparationes, ſeu cōformitates. † Et vltra prædicta
quot modis capitur iſte terminus Arbiter, habetis gl.ordina
riã & magi.in leg.pen.in verb. imperare.ff.de arbit.& glo.j.
in l.prima.C.de ſenten.ex bre.reci.

His ſic breuiter præmiſsis,diuido hunc §.aliter, q̄ alij fa-
ciant,ſm̄ quod puto eſſe de mente huius literæ,in duas par-
tes,ſm̄ Nicol.de Neapol.hic.In primo ponit diuiſionē bimē
brem hic.In ſecunda,diuiſionē cōprobat ſufficientem,à par
tium enumeratione arguendo,& partes per exempla decla-
rat.Secunda ibi,namque agit vnuſquiſque.

Et licet §.iſte multis modis ſummetur per Docto. vt per
Bal.Ang.de Aret.& Ioan.de Plat.hic. Ego tamen hoc modo
ſummo.Omnis actio aut eſt perſonalis,aut realis,quia vnuſ-
quiſque agit aut contra ſibi obligatū ex cōtractu, vel ex ma-
leficio,& tunc dicitur actio perſonalis: aut cōtra eum,q̄ nul
lo iure ſibi obligatus eſt,ſed agit ratione rei apud eum exi-
ſtentis,& tunc dicitur actio realis.Hoc dicit in ſumma.
17 Not.primò ex hoc textu. † ꝙ ſicut actiones ſunt corã iudi-
cibus proponendæ.l.1.in princ.ff.de eden.ita etiã corã arbi-
tris. Et vltra textum ratio eſt, quia arbitria ſunt redacta ad
d inſtar iudiciorū, d in d.l.1.ff.de arb.Addite etiã ſm̄ Ang.de
Are.hic in 2.col.ſecus eſſe in arbitratore, coram quo nō eſt
proponenda actio,quia coram eo non proceditur ordine iu
diciario,vt not.Spec.in tit.de libel.cōce.§.reſtat.ver.j.& Bar.
18 in d.§.arbitrorum,in 2.col.& facit, † quia arbitramentum
e eſt quædã tranſactio, e ſeu cōuentio partiū, per quã à lite
diſceditur:vt eſt gl.not.in §.ſi verò.l.2.in ver.conuentum, in
Auth.vt differētes iudices.coll.9.& Bart.in Auth. ſi verò cō-
tigerit.C.de iudic.Bal.in l.j.ſi aduer.trãſ.& Bal. in l.2.ad Sil.
C.de ſac.ſan.Ecc.& Bal.præſes.in fin.C.de trãſ. & Bal. in l.2.
ſed ſi ſeruū.§.j.ff.de arbit.Intelligite tamen, ꝙ arbitramētū
eſt q̄dam trãſactio largo modo ſumpta,nō aūt ꝙ arbitramē-
tū ſit propriè,& ſtrictè tranſactio,vt dixit not. Bar. in l.quod
ſi Epheſi.§.fin.ff.de eo,ꝙ certo loco,& idē dixit Bar.in l.fur-
ti.§.qui iuſſu,ad fin.ff.de his,qui notan.infa.& idē dixit Bar.
in d.§.arbitrorum,in 2.colum.in 1.q.extra gl.& Bal. in l.fin.
in 1.oppo.C.de cōtrah. empt. & idē Bal.in rub. C.de rerum
perm.circa pen.col.Quod notabis pro ſtatutis,in quibus ver
ba propriè accipienda ſunt.Et ideo in terminis, & in ſpecie
19 dixit Imol.in cap.ſi quando,de offic. deleg. † ꝙ ſi ſtatutum
faceret mentionem de tranſactione, quòd non veniret arbi-
tramentum,quia non eſt propriè tranſactio.

Secundò not.ex tex.ibi: nãque agit vnuſquiſque ſm̄ Nic.
20 de Neap.hic†ꝙ argumētū à ſufficienti partiū enumeratione,
f validum eſt f in iure noſtro.Ita hic arguit Imperator. Ad-
dite ad idē tex.in l.patre furioſo, & ibi not.Bar.ff.de his,qui
ſunt ſui,vel alie.iur.& gl.in l.j.in princ.in gl.j. mag.circa me
di.ff.de act & obli.& gl.in l.filius à patre,in.§.filiusfa.in ver-
bo,locum.ff.de lib & poſt.& gl.in l.qui ſe patris,in gloſſ.fin.
circa medium.C.vnde liber.
21 Tertiò not.ex.tex.ibi: nullo iure ei obligatus eſt. † ꝙ ille,
qui tenetur actione reali,poteſt dici nullo iure obligatus, &
ad hoc continuò allegatur tex.iſte.Intelligite tamen, vt dixi
ſup.eod.in princ.in gloſſ.fin.in verbo Debetur, in princip.
22 † Vltimo no.quod ad cauſandum rei vendicationem ne-
ceſſaria ſunt duo extrema,ſcilicet dominiū vel quaſi,ex par-
te agentis.l.in rem,in prin.ff.de rei vendic. & poſſeſſ.vel qua
ſi,ex parte conuen.l.officiū.ff.de rei vendic. & leg. vnica. C.
de alien.iudic.muta.cauſa fact.& ſi aliquod iſtorū deficiat,
poteſt competere rei vendic. De quo tamen latiùs videbi-
mus inf.in materia rei vendicationis.
23 Vnum tamen intereà tenebitis menti perpetuò, † quòd ſi
actū ſit rei vendicatione cōtra non poſſidentē, quia tn̄ reus
putabat ſe poſsidere,& lata fuerit ſententia ſm̄ actorē, de-
inde perueniat poſſeſsio ad reum ex noua cauſa, puta em-
ptionis,quòd talis ſententia mittetur executioni cōtra eum.
Textus eſt,qui ſecundum Bart.ibi, deberet ſcribi literis au-
reis,in l.ſi à te hæreditatem.§.ſi quis fundū. ff. de excep. rei
iudic.Quem textum intelligatis tamen procedere ſecundū
Bart.in l.is,qui ſe obtulit.ff.de rei vendicat. quando reus in-
terrogatus in iudicio,vel extra iudiciū,reſpondit in iudicio,
ſe poſsidere:aliàs ſecus,vt l.ſin autem, in princ.ff.de rei ven-
dic.Gloſſ.j.ſuper verbo,inter aliquos,format tacitam oppo-
ſitionem contra tex.& non ſoluit: & oppoſitio illa debet ſic
formari.Tex.dicit, omnium actionum, quibus & ſic ſentit
quaſdam eſſe actiones,quæ non proponãtur corã iudicibus,
24 vel coram arbitris,cum † relatiuum Quis,vel Qui, g adiun
g ctum alicui generalitati ſine copula, illã reſtringat.l. ea tn̄
adiectio.ff.de legati 3.Et ſic relatiuum Quibus, poſitum hic
ſine copula,reſtringit illam generalitatem omnium actionū
& conſequenter denotabit eſſe actiones aliquas, quæ coram
iudicibus,vel arbitris non proponantur. & tamen iſtud eſt
falſum:vt l.pen.ff.de iudi.Gloſſ.non ſoluit.

Vos dicite breui⁹ p̄ ſolutione, ꝙ aliq̄n relatiuū Quis, uel
Qui,adijcit̄ qualitati, q̄ cōpetit vnicuiq; cōtento ſub genere
antecedēti,& tūc relatiuū illud ſtat declaratiuè,& nō reſtri
ctiuè:ut no.Bar.in leg.cunctos populos,quos in princ. C.de
ſum.Trinit. & leg. omnes populi, qui.ff. de iuſtitia & iure.

Aliquando relatiuum Quis, vel Qui, adijcitur qualitati, quæ non competit vnicuique contento sub genere antecedenti, & tunc aut ponitur cum copula, & stat augmentatiuè. Aut ponitur sine copula, & stat restrictiuè. dic. leg. ea. tamen adiectio. Ita volunt Doc. in dic. leg. cunctos populos, & ibi Bart. in 1. colum. & Doct. in dict. leg. omnes populi, & ibi Bartol. in prima colum. & Bartol. in d. l. ea tamen adiectio. licet alias theoricas tradat Bald. in §. pcipimus. C. de appellat. & alias theoricas ponat Ang. de Aret. in §. ius autem ciuile, in 1. colum. supra de iure natur. gent. & ciu. l. Cùm ergo i tex. nostro qualitas illa agendi apud iudices, arbitrosue, quæ adijcitur relatio Quibus, competat vnicuique contento sub genere præcedenti omnium actionum, & sic competit vnicuique actioni, certè relatium illud stabit declaratiuè, & non restrictiuè, licet Nicol. de Neap. hìc in sua solut. dixerit, quòd istud relatiuum Quibus, stet restrictiuè & malè, vt patet ex prædictis.

Glossa in verbo, arbitros, remanet expedita p ea, quæ dixi suprà in euidētialibus, & per ea, quæ dixi suprà in 1. not. ¶ Gl. in ver. de quacunque re, clara est, & benè dicit. Et de significa
25 tione huius dictionis † Res, h videte per omnes in le. j. si cer-
h tum pet. maximè per Cyn. & Salic. & latè per Archidiacono. in cap. ante 50. distinctio. & plenè per Albert. de Ro. in Dictionario suo, ī ver. Rei. Circa hāc dictionē Res, videte aliqua notabiliter d. per Bar. Bald. & Ang. in l. j. ff. de statu hom. Vbi inter cætera quærunt, an si dono tibi res meas, veniant iura, quę habeo contra aliquem, & sic actiones, & consequēter, nomina debitorum, de qua quæstione habetur etiā latius per Bar. in leg. Quintus, §. argento. ff. de auro & argento legato. Et an aliud sit in dispositione facta sub nomine bonorum, & an aliud sit in dispositione facta sub nomine rerum? videte leg. fin. cum gl. quam reputat ibi Bar. singularem, & dicit se nescire alibi. ff. de vsufr. leg. & videte tex. in leg. licet, & ibi Bar. C. de pac.

Glossa in ver. summa. habet tres partes. In prima exponit tex. vno modo. In secunda exponit secundo modo. In tertia contra secundam expositionem opponit & soluit. Secunda ibi: vel summa, id est breuis. Tertia ibi: sed oppositio infrà eod. §. quædam.

In ea. gloss. ibi: id est prima hæc expositio non videtur posse stare, cū prima diuisio actionū debeat esse illa, quæ ponitur in §. sed istæ, inf. eo. videl. quod actionum quædam sunt ciuiles, quædam sunt prætoriæ, prout in simili videbimus in §. j. suprà de oblig. vbi prima diuisio obligationū est, quòd quædam sunt ciuiles, & quædā prætoriæ. Et proptereà Io. in arbore sua actionum, vbi ponit diuisiones actionnm, ponit pro primo illam diuisionē, quòd actionum quædam sunt ciuiles, & quædā prætoriæ. Breuiter respondere ex mente Dy. hic in j. colum, ꝙ diuisio posita in hoc text. respicit causam mediatā ipsarū actionum, & causa immediata actionis personalis est oblig. Causa verò immediata actionis realis, est ius, quod qs habet in re, quia ergo prius habenda est cognitio causæ proximæ, & immediatæ actionis, q̄ causæ remotæ, prout est illa, quæ ponitur in diuisione. §. sed istæ inf. eo. priùs ergo fuit posita prima diuisio actionum. Vel dicas ſm Ioan. Fabr. hic, ꝙ licet per illam diuisionem actionū, positā in d. §. sed istæ. habeatur cognitio originis actionum, tñ quia per illam diuisionē non distinguuntur actiones specie, quod patet, quia reperiuntur personales, & reales actiones, aliquæ ciuiles, aliquæ prætoriæ: meritò fuit proponenda prima diuisio, quæ continet naturam separatā, & diuisam actionum, & per quā actiones specie distinguūtur. Cum hac sol. se conformat Nicol. de Neap. hìc, in 2. opppo. extra glo. post Iacob. But. hic. Sed posses de facili omnes istas sol. subuertere, cùm in tit. suprà de oblig. §. 1. sit obseruatus ordo in totum contrarius ei, quem rationes concludunt, sed non cures de ratione ordinis, cùm sit sine vtilitate.

In ead. gloss. in fin. habetis ex hac gl. vnum, ad quod conti-
26 nuò allegatur gloss. ista, scilicet † ꝙ sub simplicibus continea tur mistum. Nam cùm Imperator hic dicat, omnes actiones esse aut personales, aut reales, comprehēdit etiam mistas, & sic ponendo de simplicibus, vr̄ ēt ponere de mistis. Et cū hac sol. transeunt cōiter Doc. hic. Simile dicit Dyn. esse in leg. 2. ī princ. ff. de ver. oblig. vbi Iurisconsultus dixi ꝙ stipulationes quędā in dando, & quædā in faciendo consistunt, & tū reperiuntur quædā stipulationes mistæ, quæ consistunt in dando & faciendo simul: vt tex. in leg. cū seruus, in princ. ff. de cond. & demon. Tamen Iurisconsultus in d. leg. 2. in prin. nō ponit de hac mista stipulatione, quia illa comprehenditur sub simplicibus. Aduertite tñ ad propositum textus nostri ſm Ioan. Fab. hic, quid si volumus dicere, ꝙ actiones mistæ constituāt speciem de per se, vt sentit Ioan. in arbore sua actionum, qui posuit actionem personalem, realem, & mistam, tanquàm distinctas specie, & sub distinctis articulis: negare nō possum⁹, quin ista diuisio Imperatoris sit min⁹ sufficiēs & imperfecta.

Sed vos dicite ſm Ioan. Fab. hic & etiam Nicol. de Neap.
27 hic, † ꝙ mistæ actiones non faciunt speciem de per se, quia nulla est mista actio, quę nō sit substantialiler personalis, vel realis. Nam actio finium regūdorum dr̄ mista: vt in §. quædā inf. eo. tñ verè est personalis, vt est text. in l. 1. ff. finiū regund. Similiter actio famil. ercisc. & actio cōi diuidundo dicuntur esse mistæ: vt d. §. quædā, & tñ verè sunt personales, quia oriūtur ex quasi contractu. vt in §. item si inter aliquos, suprà de obl. quæ ex quasi cōtractu, iuncto tex. nostro. Idem dicemus de actionibus in rem scriptis, quia illæ verè sunt personales: vt leg. 3. §. est autem personalis hæc act. ff. ad exh. Et quæ sint actiones mistæ, & quare dicantur mistæ. Itē quæ sint actiones in rem scriptæ: & quare dicantur in rem scriptæ, dixi opportunè sup. in euidentialibus huius textus.

Ista ergo diuisio hic posita erat sufficiens, & perfecta, quò ad species actionum, & in d. §. quædā, erant bene positæ quædam actiones differentes à personalibus, & à realibus actionibus non specie, sed qualitate, quæ qualitates non cōstituūt specificas differentias, prout etiā dicit Bar. in l. j. in prin. ff. de acquir. poss. in vlt. col. & Bar. secundum aliquas lecturas. in l. 2. in 2. col. C. de act. & obl.

His, quantum est ad declarationem textus nostri, positis,
28 reuertor nunc ad glossam nostram, quæ vult simpliciter † ꝙ
i sub simplicibus contineat̄ mistum. i In quo brocardo paucis cōcludēdo, dicite ſm Bar. in d. l. 2. ī prin. ff. de verb. oblig. quod verū est, ꝙ sub simplicibus cōprehendant̄, vel contineātur casus misti, in tribus casibus. Primus est in fauorabilibus leg. si ita scriptum, in prin. ff. de lib. & posth. & leg. Clemens, in princ. ff. de hæred. instit. Secundus est casus causa vitandę contrarietatis. d. l. 2. in prin. iuncta d. l. cùm seruus, in pri. Tertius est casus, quando lex hoc exprimeret, vt hoc tex. nostro, quē ibi ita intelligit Bar. propter illud signū vniuersa omniū. licet ad huc tex. possit aliter dici, vt proximè dixi ex mente Io. Fab. Extra illos casus tenet Bar. ꝙ regulariter sub simplicibus non contineantur casus misti, per l. vim passam. §. præscriptione, iuncta l. mariti. §. hoc quinquēniū. ff. ad leg. Iul. de adul. Et cū Bar. transeūt Bal. & Ang. & cōiter cæteri Moderniores in d. l. 2. in prin. licet Rapha. Cum. ibi suo pclaro ingenio ausus sit tenere fortius, ꝙ ēt in odiosis sub simplicibus contineantur casus misti, per text. prima facie coloratum, in l. si ita facta. ff. de iniusto, rupto. & cum eo inclinat ibi, Pater & Præceptor meus dominus Alex. de Imol.

29 Sed circa ista cadit magis utile dubium, † quid in statutis. An in statutis sub simplicibus comprehendantur casus mi-
K sti? K Bal. in hoc §. nostro, post. princ. tenuit not. ꝙ nō. motus per textum, in l. quid ergo. §. item si alterius. ff. de his, qui no. infam. ubi uidet̄ innuere tex. ꝙ casus mistus cōprehēdat̄ sub simplicibus & ex snīa, & cōsequenter ex interpretatione, quæ non cadit in statutis. Pro hac decisione allego, qđ no. decidit Bar. in l. oēs populi, in 8. colu. in prin. ff. de iustit. & iur. ubi tenet, ꝙ statutum disponēs, ꝙ in contractu mulieris requirat̄ certa solēnitas, nō uēdicabit sibi locū ī psona mista, & cōsequēter in hermaphrodito. Allegat l. hoc legatū. ff. de legat. 3. & hoc sequit̄ Petrus de Anch. in repe. c. Canonum statuta, extrà de constit. in uersicu. uenio ad primum membrū.

Nec istis obstat, quod in contingentia facti pulchrè con-
l suluit l* Petrus de Anch. in consil. suo 366. incip. in Christi nomine. dubiū in hac quęstione facit Scriptura donationis. vbi cōsuluit, ꝙ statutū disponēs, ꝙ in contractu mulieris requiratur consensus propinquorum, extendatur ad mulierem faciētem donationem causa mortis: & tamen certum est, quòd donatio causa mortis est mista, quia participat de contractu & vltima uoluntate, ut est textus in leg. fina. C. de donatio. caus.

caus.mortis:quia respondeo, quod donatio causa mortis magis accedit cōtractui,quàm vltimæ voluntati,vt est gl.not.& ibi Bar. in l.2.in prin.in ver.legatū.ff. de dote præleg. quo casu clarū est, quod dispositio facti de aliquo simplici,cōprehendit mistū, quando illud mistum præualet in illo simplici.l.quæritur.ff. de statu homin.& not.Ang.in l.2.ff.de verborū obligatio. Et per hoc limitarunt decisionē illā Bal.in d.l.omnes populi.in 8.colum.de statuto aliquid requirente in contractu mulierū, vt non comprehendat personā mistam, scilicet hermaphroditam,quia decisio illa procederet, quādo hermaphroditus non magis præualeret in sexu masculino,quàm fœminino, sed si magis præualeret in sexu muliebri,putarem,per prædicta,quòd statutum loquens de casu simplici, & sic muliebri, comprehendere casum mistū, & sic hermaphroditam, quæ magis præualet dicto casu simplici, vt dict.l.quæritur, per no.Ang. d.l.2.in princ.

Per prædicta etiā verificatur,quod no.decit in proposito nostro Baldus in l.hac cōsultissima.C.qui testamen. facere pos. in 4.colum.vbi dixit, quod si statutū disponat, quod, qui voluit secretè testari,scribat testamentum sua manu,& illud ponat in Sacristia Fratrum Minorum corā septē testibus, quod tale statutū non habet locum in casu misto, id est,in donatione cā mortis,cùm illa magis accedat contractui,quàm vltimæ voluntati,vt proximè dixi,licet cōtrariū visus sit tenere Bal. in l.fin.C.de testamen.vbi tenuit, quod si statutum permittat filiofamiliàs testari:tale statutum trahitur ēt ad casum mistum, vt intelligatur etiā permittere filiofamiliàs vt etiam possit donare causa mortis.Sed si benè aduertitis,Bal.non est sibi cōtrarius,quia loquitur in terminis diuersis, & diuersam rationem habentibus.

Vltimò,hæc glo.nostra,& prædicta inducunt per Bal. hic,
30 & post eum per Ang.de Are.hic ad nota.quæst. † Aliquis habet potestatē legitimandi spurios,item & legitimandi incestuosum.Pone ergo quod aliquis sit spurius, & incestuosus simul, an posset per istū legitimari?& sic erit quæst. vtrùm priuilegiū loquēs in casibus simplicibus,trahatur ad casum mistū. In qua quæst.licet Bal.hìc, nō videatur se firmare,tamen pro nunc paucis vos concludite, quòd sic,& ita tenet Bar.in d.l. 2.in princ.ff.de verb.oblig.motus,quia sumus in fauorabilibus,in quibus fit extensio,ita vt sub simplicibus comprehēdentur casus misti.d.l.si ita scriptum, in princ. ff. de libe. & posth.& d.l.Clemens,in prin.ff.de hæred. instit.Itē, quia su-
31 mus † in beneficijs,in quibus fit latissima interpretatio.l.fi.ff. de cond.prin.Et ista cōsueuit esse magis cōmunis conclusio Do.post Bar. in d.l.2.in princ. De hac tamen quæst. si vultis pleniùs videre,vltra præalleg.videatis etiam Bar.Bal. Angel. & Imol.in d.l.si ita scriptum,in princ.& Ang.in d.l. Clemēs, in princ.& Io.Cal.qui fuit filius adoptiuus Io.And.de quo facit mentionem Bal.in prædictis locis, tenuit cōtra Bar.in disput.sua,incipiente,Papa concessit, & contra Bar. etiam tenet Io.Andr.in addit.ad Specul.in tit.qui fil.sint leg.in rub.& Imol.in c.si Clerici,in ver.de adult. ad fin.ext.de iud. & ibi etiam per Io.And.& videte Do.Ant.de But.in c.per venerabilem,extrà qui fil.sint leg.in 21. col. vbi cōcordando opiniones,dicit,quòd aut legitimatio non tendit in præiudiciū tertij, puta, quia fit patre viuente, & procedit opinio Bar. Aut tendit in præiudiciū tertij,puta filiorū post mortem patris, & tunc procedit opinio tenentium contrarium. Et huic concordiæ adhæret But. in d.l.2.in princip. secundum quod hìc refert Ang.de Aret.& ibidem etiam Paul.de Castr.& fortassis quòd tutius esset tenere hanc concordiam . De prædicta etiam quæst. vide etiam Ange.de Aret.& hìc, & in locis hìc per eum alleg.& per Do.Abb.Panor.in d.c.at si Clerici.§. de adult.in 5.& 6.col.

32 † Quid autem si aliquis esset spurius & incestuosus simul, & esset legitimatus tanquā spurius tantùm,nō expressis qualitatibus sup.dictis,nunquid valeat talis legitimatio, necne? Et quæstio,quam ponit Ba.in l.eam, quā.C. de fideic. in col. 9.in prin.ver.sed pone, quidam . vbi tenet, quòd requiratur expressio causæ,& qualitatis spuritatis,quando quis duplici defectu,& in vno est spurius , aliàs non tenet legitimatio.Et sequitur Lud.Ro.in l.si verò .§.de viro.in 31. fallen. aliàs 5.ff. solut.matrimo.& idem tenet Io.And. in addit. Specul. in tit. qui fil.sint leg.in rub.& Do.Ant.de But.in c.per venerabilem in 26.col.extrà qui fil.sint leg. De quo etiam videte Bal. in l. si quā illustris.C.ad Orfi.& Bald.in c.naturales, si de feud. fuer.contr.inter dom.& agn.paulò post princ.& per Canon. in cap.fin.extrà de fil.presbyt.per Old.Lau.in cōsil. 96.incip. quidam tex.& Ang.in l.si non lex.ff.de hær.iustit. per Do.Bened.de Plombino,in l.j. ff.de nata. restit. Imol. fortiùs dixit valde no.Bal.in l.præscriptione.C.si contrà ius vel vtil. pub.
33 in 4.col.ver.ego dico, quod ēt in priuilegijs,vbi dixit,† quod si aliqs impetrauit à Principe se legitimari,dicens se natum ex soluto,& ex soluta,cùm esset natus ex adulterio, quòd talis legitimatio non valet,nec tenet . quod dictum bene notabis ad prædictorum confirmationem.

Gloss.in ver.in rem, dicite vt melius dixi, & declaraui in euidentialibus positis sup.in prin.huius textus.

Gloss.in versi.alijs quibusdam modis, diuiditur secundū me in duas partes principales . In prima declarat tex.in specie quatuor modis.In secunda declarat tex.in genere.Secūda ibi,& vt breuiter dicā. Illa prima potest subdiuidi in quatuor particulas,prout quatuor modis declarat in specie istū text.Partes per se patent.Secunda ibi,vel dic hæc omnia.Tertia ibi,dic ergo.Quarta ibi, item de Interdictis.

In ead. gl.ibi,quod reprobatur,quia ex quo dixit,&c.Hāc primam expositionem,quæ habet quòd text. noster in verb. & alijs quibusdam modis , debeat intelligi de quasi contractu,& de quasi maleficio,licet gl.hìc impugnet, tamen eam sequuntur communiter Docto.hìc ea ratione, quia cùm Iurisconsultus in d.l.j.in prin.ff.de actio.& oblig. dixerit,quòd obligationes nascantur,aut ex cōtractu, aut ex maleficio, aut ex varijs figuris causarum , & Iureconsultus à d.l.j. vsque ad l.ex maleficijs, in princ. tractauerit de obligationibus, quæ sunt ex cōtractu,& de obligationibus, quæ sunt ex maleficio: postea à §.si quis absentis,in d.l.ex maleficijs,vsque ad finem legis,incipit tractare de obligationibus,quæ fiunt ex quasi cōtractu,& ex quasi maleficio,& sic ibi prosequitur tertium mēbrū,scilicet ex varijs figuris causarū.Ergo de mente Iurisconsulti est,quòd obligationes,quæ sunt ex quasi cōtractu , & ex quasi maleficio, dicantur oriri ex varijs figuris causarū , cùm sequentia habeant declarare præcedentia , vt l.si seruus pluriū.§.fin.ff.de legat.1.Et ista fuit originaria ratio Dy.hìc,quā cæteri omnes hìc ponunt,& sequuntur . Et per hanc rationē tenet etiam istam expositionem Bar.in d.l.j.in princip. ff.de actio.& oblig.in 1.colum.

Nec obstabit prædictæ expositioni reprehensio gl.nostræ, dū dicebat,quòd apppellatione contractus,veniūt quasi cōtractus,& appellatione maleficij , veniūt quasi maleficia, quia secundum Dyn.hìc,& expressiùs secundum Io. Fab. hìc.nul
34 la lege reperitur , † quòd appellatione contractus,vel maleficij,ueniant quasi contractus , uel quasi maleficium , nisi per subauditionem,ut facit gl.hìc,& in iuribus per eum allegatis.Dicunt tamen,quòd pro gl.facit unum eorum,in l.ex cōtractibus.ff.de act & obliga.Nam actio tutelæ,est ex quasi cōtractu,& tñ tex.ibi appellat tutelam contractum. Ad idem ēt pro gl.facit,nam negotiorū gestor quasi contrahit in §.j.sup. de oblig.quæ ex quasi cōtract. & tñ lex appellat illum contractum,in l.sed cùm aliquis.ff.de negot.gest.Præterea pro glos. facit,nam hæres adeundo,dicitur quasi contrahere. l. ex maleficijs.§.hæres.ff.de act. & oblig.§. hæres quoque , sup.de oblig.quæ ex quasi contract.& tamen lex appellat talem additionem contractum,in d.l.apud Iulianum.§.fin. & in l.seq. paruula.ff.ex quib.cau.in poss.datur.Sed ad ista iura,licet Docto.hìc in specie non respondeant,potestis dicere, quòd propriè appellatione contractus non uenit quasi contractus , sed impropriè,prout in iuribus,sup. proximè alleg. Ita dixit gl.not.in leg.omnem,in gloss.fin.ff.de iud.& Bar.in d.l.apud Iulianum.§.fin.Accedat gloss.not.in cap.fin.in uerbo, contractus,ext.de foro comp.quæ not.dicit, quòd appellatione cōtractus largissimè uenit quasi contractus, & omne illud , unde obligatio oriatur,per d.l.omnem.

Stabit ergo ex prædictis conclusio contra glossam nostrā, quòd appellatione contractus non ueniat propriè quasi con
35 tractus.Et per hoc infert hìc Ang.de Aret. † quòd statutum loquēs in contractu,non haberet locū in quasi cōtractu , cū in statutis uerba debeāt propriè intelligi, & propriè appellatione cōtractus,non uenit quasi contractus.Vnde secundum eum,

36 † ſi ſtatuto caueatur, ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine cõ
ſenſu duorum conſanguineorum, poterit tñ quaſi contrahe-
re, & ſic adire hæreditatem ſine conſenſu conſaguineorum.
Secus tamen, dicit Ang.de Are.ſi ſtatuto caueatur,quòd mu
lier non poſſit ſe obligare ſine dicta ſolemnitate, quia tunc
mulier non poſſet adire,vel aliter quaſi contrahere, ſine ſo-
lemnitate ſtatuti,quia obligaretur. Addo,quòd ſtante primo
ſtatuto,de quo ſup.ſcilicet quòd mulier non poſſit contrahe
re ſine conſenſu duorum conſanguineorum,ꝙ tamen poſſit
n adire hæreditatem.Hoc idem in terminis tenet Bar.in n * d.
l.apud Iulian.§.fin.motus,quia adire hęreditatem,eſt impro
priè contrahære,& ſtatuta debent accipi in propria ſignifica
tione. Et hanc eandem partem ſequunt Bal.& Imol.in l.mu-
tum.§.1.ff.de acquir.hæred.per rationem Bar.de qua ſuprà.
Et vltra eos pro hac opinione Bar. videtur optimè facere, ꝙ
o voluit Abb. o * Panor.in c.fin.ext.de foro comp.poſt glo.ibi,
vbi volu t,quòd licet quo ad ſortiendum forum omnis obli-
gatio habeatur pro contractu, tamen ſecundum eum,ſi ſtatu
tum diceret,aut faceret mentionem de contractu,intelligere
tur de contractu vltro citroq; obligatorio, & ſic de cõtractu
proprio.Alleg.l.Labeo.§.contractum.ff.de verb.ſigni.tamen
contra hoc dictum Panorm.facerent multa, quæ infrà ſubij-
ciam.Sed ipſemet Bar.in l.more, in princ.ff. de acquir.hære.
arguit ad partes. Et primò ꝙ ſtante prædicto ſtatuto poſſit
mulier adire hæreditatẽ ſine conſenſu conſanguineorum,ad
37 ducit,† quia adire non eſt contrahere,ſed quaſi contrahere.
In contrarium,quòd non poſſit,facit ſecundũ eum,quia pro
contractu accipitur omnis obligatio.d.l.omnem.ff.de iud.&
mulier adeundo, ſe obligaret. Poſtea his adductis ibid.Bar.
nihil firmat, ſed ipſemet Bar. alibi contra morem ſuum ſibi
contrarius.d.l. mutum. §.1. ff.de acquir. hæred. tenet totum
oppoſitum eius,qđ ſup.primò retuli,ſcilicet,quòd ſtante ſta-
tuto,de quo ſup. mulier non poterit per ſe ſimpliciter adire
hæreditatem,niſi adeat cũ ſolemnitate ſtatuti, & ſic cũ con-
ſenſu conſanguineorum.Et hoc dicit probari in dict.l. more,
in princ.ff.de acquir.hæred.Ego teneo hanc vltimam opinio
nem Bar.teneant cæteri quicquid velint, ſcilicet ꝙ ſtante ſta-
tuto,de quo ſup.mulier non poterit per ſe quaſi contrahere,
& ſic nec hæreditatem adire, niſi interueniente ſolemnitate
ſtatuti.Et pro hac parte fundanda,moueor tali fundamento,
38 † Vbicunque in ſtatuto vnica tantùm ratio reddi poteſt, illa
p habetur pro expreſſa, p & ex ea arguitur extenſiuè. q Gloſ
q ſa eſt,quæ in cõmuni ad hoc allegatur pro ſingulari, in l.quã
uis.C.de fideicommiſ.& ibi expreſsiùs Bal.qui illam gloſ.ad
hoc no.& ibi dicit,quòd iſto caſu iſta non erit interpretatio
extenſiua,ſed intellectiua,& idem,quod illa glo.tenet Bal.li-
cet de illa non fuerit pro tũc memor,in l.maximũ vitium,in
4.colum.ad fin.C.de lib. præterit. vbi pro hoc allegat multa
iura,& Bal.in l.fi.ff.de hære.inſtit.& Ioan.de Imo.in 4.col.&
Bal.in Auth.quas actiones.C.de ſacroſanct. Eccl. in 2. col.in
3.quæſt.& Raph.Cum.& Paul.de Caſt.in l.ſi verò.§.de viro.
ff.ſolut.matrimo.Et licet gl.illa ſoleat allegari pro ſingulari,
& licet gl.illa mihi hoc non dicat,ſed benè expreſsè eam no
tet Bal.ibi,addo tamen aliam glo.conſonã,& magis expreſ-
ſam,in Clem.1.in ver.eligatur,extrà de elec.iunctis ibi nota-
tis,maximè per Paul.de Eleaza.Cùm ergo illius ſtatuti de cõ
ſanguineis adhibendis in contractibus mulierũ,illa ſola ra-
tio fuerit,ne mulieres per fraudem,& circumuentionem de
fraudentur,vt eſt tex.in l.tranſactionẽ,& illum ad hoc ibi no.
Bart.C.de tranſactio. Cùm ergo illa ratio habeat locum ita
in quaſi contractu,& ſic in hæreditatis aditione, ſicut & in
contractu,ergo ſtatutum illud extẽdemus ad quaſi cõtractũ.
Non obſtat fundamentum eiuſdemmet Bar. in d. l. apud
39 Iulianũ.§.fin.& aliorũ contrariũ tenentium,ſcilicet † ꝙ adi-
re hæreditatem eſt impropriè contrahere,& ſic quaſi cõtra-
ctus,dicitur impropriè contractus,quæ impropriatio nõ ha-
bet locum in ſtatutis: quia reſpondeo, ꝙ fundamentum, de
quo ſup. quòd cùm in hoc ſtatuto non poſſit aſsignari, niſi
vnica ratio,ꝙ ex identitate rõnis illius debet fieri extẽſio,ẽt
ad contractum improprium.Et pro hoc adduco,quod nota-
biliter voluit Bal. in rubric.C.de pact.vbi voluit,quòd ſi per
ſtatutũ mulier prohibeatur contrahere ſine conſenſu propin
quorũ, ꝙ etiam intelligetur prohibita omnis conuentio ad
liberandum,& tamen liberatio non eſt propriè contractus.

d.l.Labeo.§.contractum,ſed ex quo eſt identitas rationis,ip
ſe Bal.extendit iſtud ſtatutum ẽt ad contractum impropriũ,
ergo idem dicemus & in iſto caſu noſtro. Ad idem facit, qđ
nota.dixit Bal.in l.pactũ,quod dotali.C.de coll.in 11.quæſt.
vbi voluit,quòd ſtatutum illud prohibens mulierem contra
here ſine conſenſu conſanguineorum,habeat locũ in diſtra-
ctibus,& conſequenter in renuntiationibus.Motus, quia ſta-
tutum illud prouidet imbecillitati mulierum.Quæ ratio pro
uiſionis habet locum in caſu renuntiationis, & tamen cõſtat
40 † ꝙ diſtractus,& renũtiatio r nõ ſunt propriè cõtractus.l.ſi.
r quã ad hoc ibi no.Bal.C.de interdict.matri.& dic.§.cõtractũ.
& ſic ex indẽtitate rõnis extẽditur illud ſtatutũ ad contra-
ctum improprium, ergo idem dicemus & in caſu contrario.
Ex prædictis poteſtis elicere, quòd in ſtatutis poteſt fieri
extenſio ad caſum improprium ex identitate rationis,quãdo
vnica tantùm ratio poteſt in ſtatuto illo reddi.Et de prędicta
quæſ.principali,vide ẽt Do.Abb.Panorm.in c.qua fronte, in
41 1.colum.de appel. † Aduertire tamen, quòd dictum ſtatutũ
prohibens mulierem contrahere ſine conſenſu propinquo-
rum,intelligitur de contractibus inutilibus & damnoſis. Ita
dixit no.Bal.per illũ tex.in l.neque.C.de contrah. & comitt.
ſtip.Et per hoc infero vnam limitationem ad concluſionem,
42 quam ſup.tenui,† ꝙ ſtante ſtatuto, de quo ſup. mulier tñ pö
terit ſine ſolemnitate illius ſtatuti adire per ſe hærediratem
lucroſam,& multo magis opulentam.Et hoc in terminis iſtis
& in ſpecie tenet expreſsè Ang. in d.l mutum, ff.de acqui-
43 ren.hæred.& Ang.& Imo.in l.2.ff.de except.† Et quæ dica-
tur hæreditas lucroſa,& quæ opulenta,habetis gl.no. quam
reputat Bal.ibi ſingularem, in l.ſi quis mihi bona.§. ſi ſeruus
fiſci,in verbo,hæreditate.ff.de acquir.hæred.
Itẽ aduerte quòd ſtatutum, de quo ſup. debet intelligi de
contractu,qui fit circa res & bona,non aũt de contractu,qui
44 fit circa perſonã.† Et ideo ſtante dicto ſtatuto,mulier tñ po-
terit cõtrahere matrimonium ſine cõſenſu duorum conſan-
guineorũ.Ita Bal.in l.in copulandis,per illum tex.C.de nup.
45 Et dũ ſup.dixi,ſecundum Ang.de Aret.† quod ſi ſtatutum di
ceret, quòd mulier non poſſit ſe obligare ſine conſenſu duo
rũ conſanguineorum,quòd iſto caſu non poſſit de per ſe adi
re hæreditatem,quia adeundo ſe obligaret. Addo quod ad
hoc bene facit,quod notab.voluit Bar.in l. ſi vnus. §. pactus.
46 ff.de pact.in 6.col.Vbi fortiùs voluit, † quòd ſtante ſtatuto,
de quo ſup.in terminis illis,nõ poſſet etiam mulier aliquẽ li-
berare.Et hoc etiam tenet ibidem Bal.Putarem tamen in ter
minis illius ſtatuti,quòd ſtatutũ illud poſſet notabiliter limi-
tari,vt nõ habeat locum in obligatione deſcẽdẽte ex delicto,
vel quaſi delicto,nã crederem,quòd etiam non interuenien-
te ſolemnitate illius ſtatuti,& conſequenter non interuenien
tibus conſanguineis, quod nihilominus mulier obligaretur
ex delicto ſuo,& ex quaſi delicto.Mouet me illud, quod in ſi
mili videmus,quia prohibitio legis vetantis minorẽ, & pro-
digum ſe obligare,non refertur ad obligationem ex delicto
uel quaſi:ut no.gloſſ.in l.ſi quis in tantam, in gloſ. mag.in 5.
t quæſt.C.vnde * t vi,& ibi Bar.in 3.col.& Bar.in l.is, cui bo-
nis.ff.de uerb.obligat.in ult.col.in uer.quæro,nunquid prodi
gus delinquendo obligetur? Et pro hac limitatione adduco
in ſimili optimum text.in l. ſed. & ſi ex parte. §. quanquam.
ff.quod cum eo.
Vltimò,quia ſup.opportunè uidimus,an ſtatutum faciens
mentionem de contractu,extendatur ad contractum impro
47 prium, poſſem hic applicare illam quæſtionem. † An ſtatu-
tum illud extendatur ad ſtipulationem, quæ eſt impropriè
contractus, ut uult Barto.in l. ſi donationis. C. quod metus
cauſa.de qua quæſt.uidete per Ioan.de Imol.in l. 5.in princ.
ff.de uerb.obligat.
Item,an illud ſtatutum extendatur ad donationem, & ad
tranſactionem,qui impropriè dicuntur contractus, ut eſt gl.
no.in l.contractus,in gloſſ.1. C. de fide inſtru. uidete ibi per
Bal.in 2.colum.in uer.quid ergo,ſi ſtatutum dicit.
In eadem gloſſ.ibi.ff.de actio.& obligatio.l.1. in princ.Ha
48 betis ex gl.ꝙ † cõdictio furtiua dicitur oriri ex uarijs figuris
cauſarũ,& conſequenter, quòd non oritur ex contractu uel
quaſi,ex maleficio uel quaſi.Idẽ tenet glo. in l. ſi pro fure.§.
fina.in glo.fin.ff.de cond.furt.& idem uiſa eſt tenere gloſſ.in
d.l.1.in prin.in glo.1.magn.paulò poſt principiũ.ff. de actio.
& obli-

& obligat. Et quomodo condictio furtiua dicatur oriri ex va
rijs figuris causarum: declarat & probat præalleg. glo. in d. l.
si pro fure. §. fina. & d. gloss. in d. l. 1. in princ. Et istud idem te-
net Sali. in d. l. si pro fure. §. fi. non per ratione dictarum gloss.
sed per aliã rationem. Nam illa dicitur esse actio personalis,
49 † ꝙ habet causã vel originẽ à cõtractu vel quasi, à delicto vel
quasi: vt hoc text. Illa vero dicitur realis actio, quæ habet cau
sam, vel originẽ à iure, quod quis habeat in re, vt hoc eod.
tex. & l. 1. C. de alien. iudi. mutan. cau. fact. Si ergo inueniatur
aliqua actio, quæ habeat vtrumque, scilicet causam & origi-
nem, illa dicetur nasci proprio quodam iure ex varijs figuris
causarum. Et hoc est, quod voluit propriè dicere Iurisconsul
tus, in d. l. 1. in princip. Sed condictio furtiua est huiusmodi.
Nã ex parte rei condictio furtiua dicitur oriri ex maleficio,
ex parte verò Actoris oritur ex dominio. Hinc est, quod soli
dominio competit. l. 1. ff. de cond. fur. Ergo condictio furtiua
dicetur oriri ex varijs figuris causarum. Et per hanc rationem
etiam inclinat in hanc partem Ang. de Aret. hic.

Contrariũ tñ, scilicet ꝙ condictio furtiua oriatur ex male-
ficio, & nõ ex varijs figuris causarum, tenuit glos. in l. seruus,
quem à me, in prin. ff. de act. empt. in glo. paruula, in verb. nõ
haberem, quam allegat Ang. de Aret. hic, & ante eum Nico.
de Neapo. hic. Et hoc idem tenet Dyn. & Ioan. Fab. hic per l.
si ambo. §. quoties. ff. de compensa. & per l. si mulier. §. hæc a-
ctio. ff. rerum amotarum. per quas leges idem tenuit Bar. post
antiquos & Moder. in d. l. 1. in prin. ff. de act. & oblig. in 1. col.
& idem Bart. in d. l. si pro fure. §. fin. & idem Bar. in d. l. si am
bo. §. quoties, qui etiam ibi notat ad hoc illum tex. & Bart. in
d. l. si cùm mulier. §. hæc actio. Sed in veritate illæ leges non
multùm vrgent pro hac parte, & ad eas põt faciliter respõde
ri, prout ẽt respõdebat Ang. de Aret. hic, nã in d. l. si ambo. §.
quoties. in ver. idem est, benè dicitur, quòd si agatur cõdictio
ne furtiua, ita habeat locũ cõpensatio, sicut si ageretur actio-
ne, quæ oritur ex delicto, puta actione furti: non autem dici-
tur, ꝙ conditio furtiua oriatur ex delicto, imò potius textus
ille videtur sentire contrarium. Eodem modo in d. l. si cùm
50 mulier. §. hæc actio, benè dicitur, † ꝙ actio rerum amotarũ,
ita non finitur anno, sicut condictio furtiua: non aũt dicitur,
quòd condictio furtiua oriatur ex maleficio. Et licet sup. di-
ctum esset, quòd actio rerum amotarum nasceret ex delicto,
ut ibi de condictione furtiua verbum nullum.

Concludendo igitur dico, ꝙ quamuis possit teneri, ꝙ con
dictio furtiua oriatur ex varijs figuris causarum, per rationes
glo. sup. allegatas, tamen de ea non potest loqui tex. in d. l. 1.
in princ. eo. quia ille tex. loquitur de obligationibus, quę oriũ
tur ex varijs figuris causarum, non autem loquitur de actio-
nibus. Et propter hoc Bar. ibi impugnat quoddam exemplũ
Pet. de Bella Pert. intelligentis illum tex. loqui de actione in
fact. im. per l. sancimus. C. de sacrosan. Eccles. prout sup. ante
eum intellexerat illum textum glo. in d. l. si pro fure. §. fin. in
glo. fin. ad fin. & glo. in rubric. ff. de pact. & Pet. de Bella Pert.
Iacob. de Rau. & Rodul. de Auricur. hic, secũdũ quòd eos re-
fert hic Nic. de Neapol. Nã dicit Bart. ꝙ exemplum illud de
actione in factum, non potest conuenire ad dictã l. 1. in prin.
cùm lex illa loquatur in obligationibus, & exemplũ prædi-
ctum in actionibus. In fin. gloss. tenete quod suprà tenui.

Gloss. in ver. nullo iure, diuido in duas partes. In prima col
ligit ex tex. vnum notabile. In secunda contra illud notabile
oppo. & solu. Secunda ibi, sed oppo.

In ead. gloss. in finalibus verbis, ibi teneris: Ergo es obliga
tus, nõ sequitur, per hanc glos. facit, nã cũ iste teneatur solùm
51 officio iudicis, quò ad restituendum, vt dicit glo. certè † offi-
ciũ iudicis nullã præsupponit obligationem. l. qui per collu-
sionẽ, in fin. ff. de act. empt. l. Quintus. ff. de annu. leg. nisi largo
modo, secũdũ quod dicit Bar. in l. fi. ff. de iniurijs. Et ad hanc
52 glo. quæ disputat, † an ille, qui tenetur actione reali, dicatur
obligatus, vide glo. sup. eo. in princ. in glos. fin. in ver. debetur
in princ. & ibi opportunè dixi. Hanc tamen gloss. volentem,
quòd actio realis nullam præsupponat obligationem, quidã
reprehendunt, & Rodul. de Auricur. secundum quod eum re
fert Nico. de Neapo. hic, & ponunt etiam hanc reprehensio-
53 nem Ioã. Fab. & Angel. de Aret. hic. † Nam actio de peculio,
dicit actio in rem. l. quæsitum, in princ. ff. de pecul. & tñ illa
actio præsupponit obligationem: quod patet, quia ei accedit
fideiussor: vt l. creditorẽ. ff. ad Macedonianũ, iuncta l. fideius-
sor obligari. §. fideiussor. ff. de fideius. Item patet, quia potest
deduci in constitutum, vt l. 1. §. fi. & l. seq. ff. de constit. pecun.
Sed per ista, non recedatis à glo. nostra, quam tenent cæteri
communiter Doct. hic. Et pro ea est textus apertus in hoc §.
nostro, in ver. nullo iure obligatus est.

Et non obstat primùm de actione de peculio, quæ est in
rem, & præsupponit obligationẽ, quia ei accedit fideiussor:
Quia respondeo, etiam fatendo, ꝙ actio de peculio sit in rẽ,
tñ non firmo. Sed dicite, vt per Bal. in l. penul. C. quod cũ eo:
Tamen nõ est perpetuò, id est, generaliter, verum illud, quod
postea ipsi dicunt: Accedit fideiussor, ergo præsupponit obli
54 gationẽ. Nam clarum est, † quòd officium iudicis nullã præ-
supponit obligationem: vt iuribus sup. proximè allegatis: &
tamen officio iudicis, etiam non deseruienti alicui actioni,
accedit fideiussor: vt not. Bart. in l. Marcellus, in 2. col. ff. de fi-
deiussor. per tex. in l. cùm quis. §. si quis pro reo. ff. de solut.
Et est casus secũdũ eum, in l. pecuniæ. §. fi. iuncto §. penu. ff. de
verb. signifi. quæ l. pecuniæ, quamuis non iudicatur per Bart.
55 tñ optimè probat hoc modo inducendo. † Nam fideicom-
missa de iure Digestorum petebantur officio iudicis, non iu
re actionis. Ita dicit tex. in d. l. pecuniæ. §. persecutionis, qui
est §. penu. per Bar. allegatus, & ibi glo. declarat. Si ergo fidei
commissa non petebantur, nisi officio iudicis, & clarũ est, ꝙ
pro fideicommisso accedit fideiussor, eò quia fideicõmissa
dicuntur esse debita: vt dicit tex. in §. fi. illius. l. pecuniæ. Ergo
officio iudicis benè accedit fideiussor. Et istud idem, scilicet
ꝙ officio iudicis possit accedere fideiussor, tenet etiam Bal.
per d. l. pecuniæ. §. pen. & fin. in l. penul. C. quod cũ eo, & ibi
sentit no. ꝙ etiam actioni reali, quæ nullã præsupponit obli-
gationem, vt hoc tex. possit accedere fideiussor, quia ille, qui
tenetur actione reali, largo modo dicitur obligatus.
56 Nõ obstat vltimum, † ꝙ actio de peculio possit deduci ĩ cõ
stitutũ: quia respondeo, ꝙ etiam omne illud, quod largo mo
do est debitum, potest deduci in constitutũ. l. 1. §. debitũ. ff. de
constit. pecu. Et sic ẽt actio realis posset in constitutũ deduci,
cùm largo mõ præsupponat obligationẽ, vt millies dictũ est.

Aduertite tamen, dum sup. dixi de actione de peculio, ne
57 erretis, † ꝙ actio de peculio, & eodẽ modo. ꝙ iussu, de in rẽ
verso, & eodem modo, institoria, exercitoria, & tributoria
non sunt propriè actiones, sed adiectiones, siue qualitates a-
ctionum, de quo est glo. no. in §. fin. in verb. directè, inf. quòd
cum eo, & gloss. in l. si tamen. §. hæ actiones, in glo. 1. ff. de ex-
erc. & tex. in l. 3. §. Iulianus quoque, ver. & ibi glos. in verbo,
mandati. ff. de pecun. cum alijs concordan.

Gloss. in uerbo, possideat, diuido in duas, prout duo ex-
trema ponit, quæ requiruntur in actione in rem. Secunda ibi,
item ex parte rei.

In ead. glo. ibi, & §. quod ait, uult glos. quòd in actione in
rem ex parte actoris requiratur alterum duorum dominiũ,
uel quasi dominium. In hoc gl. reprehenditur per Dyn. hic,
58 quia imò † actio in rẽ cõpetit ei, qui non habet dominiũ, nec
quasi dominium, ut patet in actione in rem hypothecaria, ꝙ
competit creditori pro pignore, in quo impossibile est, ꝙ cre
ditor habeat dominium, uel quasi. l. ex sextante. §. Latinus. ff.
de exce. rei iudic. & l. debitor, in princ. ff. ad Trebel. † Itẽ cõ-
59 fessoria, est actio in rem, & tamen non competit ratione do-
minij, uel quasi, sed ratione iuris seruitutis, qđ quis habeat: ut
in §. æquè, infrà eod. Sed ab istis impugnationibus defende-
bat hanc gl. Nico. de Neapo hic, qui dicebat, quòd licet glo.
loquuta sit generaliter de actione in rem, debet tamen simpli
citer intelligi de actione in rem speciali, & sic de rei uendica
tione directa uel utili, de qua tantùm loquitur iste textus, &
sic ptima cõtraria non obstant. Sed si isto modo intelligere-
tis istam glossam, ista glo. malè diceret in alio, cùm dicit de
60 bonæ fidei emptore: quia non est uerũ, † ꝙ bonæ fidei empto
ri cõpetat directa, uel utilis rei uendicatio, sed sibi cõpetit Pu
bliciana: ut in §. sed istæ. inf. eod. & in hoc gloss. reprehendi-
tur per Ioan. Fab. Ang. de Aret. hic. Sed si intelligeremus glo.
prout iacet, & sic generaliter de actione in rem, uerum esset,
ꝙ bonæ fidei emptori competeret actio in rem, scilicet Pu-
bliciana, quæ est actio in rem, dicto §. sed istæ, & hoc motiuũ
non obstaret. Sed tunc benè obstarent motiua Dyn. sup. rela-
ta. Dicite ergo secundum Dyn. & Nicol. de Neapol. hic, quòd
in

in actione in rem generaliter sumpta, requiritur alterum de quatuor vel dominium directũ, quo casu cõpetit directa rei védicatio, vt hoc §.nr̃o,& in l.j.C.de aliena.iud.mutan.caus. fact.in l.in rẽ,in prin.ff.de rei vedi.Vel vtile dominium,quale est illud,qđ habent emphyteuta,& superficiarius, quo casu competit vtilis rei vendicatio. l. j. §. fin. ff. si ager. vectig.vel emphyt.pe.& l.j.in prin.& §.quod ait.ff.de superfic. Vel quasi dominium,quale est illud,ꝙ habet bonæ fidei emptor, qui nondum vsucepit,quo casu cõpetit Publiciana:vt dict.§. sed istæ,infrà eod.Vel necesse est,ꝙ habeat aliud ius in re, vt ius seruitutis,& tunc habeat confessoriam,vt dict. §. æquè, inf. eo.Vel ius pignoris,& tunc habeat Seruianam, seu hypothecariã,vel quasi Seruianam,vt in §.item Seruiana, infrà eod.

Itẽ est & aliud circa hãc gl.diligenter aduertendũ.Glo.dicit de quasi dominio.Aut enim glo.intelligit de quasi dominio,pro vtili dominio,& gl.malè dicit, & reprehenditur per Ioan.Fab.& Ang.de Are.hic,quia bonæ fidei emptor,de quo ẽt gl.dicit,non habet vtile dominium. Quod clarè patet, qa si haberet vtile dominiũ,præferretur dño directo: vt est text. in d.l.j.§.fi.ff.si ager. vectig.vel emphyteu.peta. & tamẽ hoc est falsum,quia bonæ fidei emptor,& sic habens Publicianã, regulariter excluditur à vero dño.l.pe.& fi.ff.de pub.nisi ĩ casibus enumeratis per gl.in d.l.pen.Ergo non est verum,ꝙ bonæ fidei emptor habeat vtile dominium.Si verò gl. intellexit de quasi dominio,prout verba sonant, & sic non pro vtili dominio,etiã male dicit.& reprehenditur hic per Nic. de Nea. quia imò emphyteuta,& superficiarius,de quibus hæc gl.dicit,habent vtile dominiũ,& non quasi dominium,d.l.j.§.fin. ff.si ager.vectiga.vel emphy.pet.& d.l.j.in prin.& §.quod ait ff.de superfic.Et dicit Nico.de Neapo.quòd ab hac impugnatione non posset hæc glo. defendi.Etsi quomodocunq; intellexerimus hanc glossam,dum dicit de quasi dominio,nõ poterit glo.euitare, aut effugere reprehensiones Doctorum.

Ego tamen reperio Bal.qui hic per alios non allegatur,in c.j.§.j.iuxta prin.in tit.de inuest.de re alien.fact.in vsibus feu
61 dorũ,ex cuius verbis potest elici defensio gl.nostræ. † Nã secundum eum,quasi dominium potest duob. modis intelligi
x largè,& hoc modo appellatione quasi dominij x,veniet nedum vtile dominium, quod habent emphyteuta & superficiarius,sed ẽt quasi dominiũ,quod habet bonę fidei emptor, & hoc modo saluabitur gl. hic. Potest & secundo modo intelligi quasi dominiũ strictè, & tunc capitur tantùm pro eo quasi dominio,quod habet bonæ fidei emptor, & ita strictè non intellexit gloss.hic.

Et de directo dominio,vel vtili dominio,item, & de quasi dominio,habetis glo.no.in l.minor.§.si seruus.ff.de euict. in glo.in uer.supererit,& ibi Bar.declarat, in quo ista differant inter se. Et alibi dixit gl.valde notab.in l.2.§.quædam,in verbo,de liberis.ff.de interdi.ꝙ sicut ẽ dare possessionẽ,& qua-
62 si possessionẽ, & dñium,& quasi dñium: ita † etiã est dare ꝓ
y prietatẽ,& quasi ꝓprietatẽ y.Et ad hoc illã gl.reputat singula
z rẽ Bal. ĩ d.c.j. §.j.ĩ prin.iuxta prin.de inuest.de re alie.fac. * z Sed de hoc,ꝙ sit dare proprietatẽ,& quasi proprietatem, allego tex.expressum,in c.fin. extrà de iud. & proprietas dicitur dominiũ,quod multis modis acquiritur. Ita eleganter dixit Pau.de Eleaza.in Cõmento rubricæ,extrà de caus.poss.& prop. De quo tamen videte Bal.in l.penul.in penul.col.C.si à
63 non comp.iud.fue.appe.Et ibi ponit,† an appellatione proprietatis significetur directũ dominium, vel vtile dominiũ, an verò neutrum ipsorũ? & per Bal.in l.cùm res,ad fi.C.de ꝓba. & videte Bar.in l.locorum.C.de omni agro defer. lib.11. vbi per illum tex.dixit,ꝙ tñ est dicere, proprietas possessionis,quantũ est dicere dominium rei.Et dicit Io.Fabr.hic , ꝙ
64 verbum proprietatis,videtur inesse in ipsa re† cùm proprietas rei dicatur illa cuius dominiũ nullius est,vt in §.littorum. C. de rer. diui. Sed verbum dominij uidetur esse in persona illius,ad quem dominium pertinet,per textũ,in l.si tibi fundi.in verbo,Proprietatis.ff.quemadmo.vsusfruct.amit.licèt,
65 secundum eum,† frequenter proprietas pro dominio capiatur.l.proprietatis.C.de proba.

In fi.glo.vult glo.ꝙ in actione in rem ex parte rei conuenti,requiratur alterum duorum,scilicet possessio,vel quasi possessio.Hæc gl. videtur posse reprehẽdi, ẜm Dy. hic. nã confessoria,q̃ est realis actio,cõpetit cõtra eũ, qui nec possidet, nec quasi possidet,sed inquietat, vel molestat eum,qui habet ius seruitutis, vel non præstat ei debitã patientiam, iuxta §. æquè inf.eo. Potest tñ secundum eum,gl.saluari, vt procedat in actione reali,quę cõpetit pro re corporali,non aũt in actione reali cõpetente pro rebus incorporalibus,puta pro iuribꝰ vt pro iure seruitutis: nam illa datur aliquando etiã possidẽti contra eũ,qui non possidet,nec detinet,sed tantùm inquietat,dict.§.æquè, inf.eo.Posses etiã ad saluandã gl.dicere, ꝙ loquatur de actione in rem,& speciali, & sic de rei vendicatione,& illa nunquã cõpetit,nisi cõtra possidentẽ,vel quasi.

Pro clariori tñ intelligentia totius huius glo.& materiæ §. huius,offert se opportunè hic examinanda materia rei vendicationis,quam Doct.hic prolixo sermone,& per multas quęstiones expediunt,& inter cæteros Ioan.Fab.Nico. de Neap. hic,hanc materiã longo Cõmentario prosequuntur. Ego ea duntaxat attingam,quæ putabo necessaria pro habendis fundamentis huius materiæ, & quæ putabo proficere ad habendã intelligentiã eorũ,quæ hic in gl. tanguntur. Duo ergo in hac materia principaliter expediam, & his, prout occurret, connexa, & succedanea applicabo.Primum erit,quę requirãtur ex parte actoris,ad hoc vt possit sibi competere rei vendicatio. Secundum quæ requirantur ex parte rei,ad hoc,vt possit contra eum rei vendicatio intentari.

66 † Circa primum dicite secundum omnes hic, ꝙ ex parte actoris requiritur dominium, vel quasi, prout etiã dicit glo. nostra. Et intelligite quasi dominium, pro utili dominio, ut declarat Bar.in d.l.j.C.de alie.iud.mutan.caus.facti.Et sic rei uendicatio competit ei,qui habet directũ dominium,uel ei, qui habet utile dominium. Et dicit Ioan.Fab.in j.quæst. principali,in prin.ꝙ ille dicitur habere directum dominium,qui habet plenũ dominium, & nullum alium superiorẽ habeat, quantum ad dominium. Sed quando aliquis habet alium superiorem in dominio,tũc nõ dicitur habere plenũ dominiũ, sed utile,ut emphyteuta,& superficiarius. De quo tamẽ dicite,ut per Bar.in l.si quis,in §.differentia.ff.de acqui. posse. & per Bal.& Salic.in l.traditionibus.C.de pactis.

Et iuxta prædicta quærunt hic Doc.Pone,ꝙ Actor à principio,tempore porrecti libelli,nõ erat dñs, sed post litem contestatã pendente lite superuenit sibi dominiũ, an sufficiat, ut possit sequi condemnatio contra reũ? Et in hoc glo. in l. si rẽ §.fi.in gl.fi.ff.de pig.act.expressè firmat,ꝙ sic. Vos breuibus concludite cũ Bar.in l.& an eadem.§.actiones, in pen.col.ff. de except. rei iud. Aut ille,qui non est dñs, à principio petit simpliciter,& absolutè se declarari dñm, non expressa causa in specie,sed in genere,& tunc ex iure dominij postea superuenientis,procedet condemnatio. Et de hoc est tex. in c.Abbate sanè,in fin.de re iudi.in 6. Et dicit hic Ioan.ꝙ contra decisionẽ illius capituli,tanquã contra stimulũ, durum est calcitrare.Et ponit Inno.in d.c.Abbate sanè. super ultima gloss. Aut ille,qui non est dñs, petit se declarari dñm ex causa speciali,& specifica,puta: quia dicit se emisse rẽ illã, quã petijt à Sempronio,& tunc si superuenit sibi ius ex causa de præterito,quia res erat sibi uendita ante cœptum iudiciũ, sed non
67 dũ tradita.† Et isto casu,tale eius superueniens,proderit, ut ex eo possit sequi condemnatio:aliàs autẽ, si ius superueniat ex causa de præsenti,& tale ius non ꝓdesset actori. Et in hac sententiam uidentur effectualiter se conformare Dyn.Nicol. de Neapo.& Ang.de Are.hic.Licet Ioan.Fab.sit dubius,& nihil clari firmet.De quo sup.uidete Bald.latè disputantẽ in l.j. C.de alie.iud.mut.cau.fact.in tertia col.ĩ uer.uiso principio, uideamus de processu,& ibi latè disputat de opin. Innoc. ad d.c.Abbate sanè.Videatis etiam Bal. subtiliter loquentẽ in l. j.in 2.col.C.de excep.rei iud.& dixi de hac materia,sup.eod. titu.in princ.super glo.magna fin.in uer.debetur ante fin.

Vnũ tamen perpetuò nota pro maxima limitatione prædictorum,ꝙ illud,quod suprà dixi,secundum communiter om
68 nes, † ꝙ ius superueniens actori post litem contestatam ex
a causa de præterito,sibi prodest,a ut ex eo possit sequi condẽnatio,illud est verum,& procedit, quando causa agitur corã iudice ordnario: secus autem, si ageretur coram iudice delegato,coram quo ius superueniens,etiam ex causa de præterito,nihil tamen sibi prodest, propter dolum impetrantis iudicem delegatum contra eum, contra quem tempore impetrationis,nihil quæstionis habebat. Ista fuit singularis limitati-

tatio Bal. in l. præscriptione.C.si contra ius vel vti.pub.in pe nult.col.in 9.quæst.Pro qua limitatione dicit ibi Bald. videri casus no.in c.fin.de rescr.subijciens, hoc esse multum tenen dum méti:quia est magna limitatio multarũ legum. De qua tamen limitatione videte Ludo.Rom. tenentem contrarium in l.si Titius.ff.de verbo.oblig.

69 † Quid autem esset in casu ecõtrario, si actor in principio tempore porrecti libelli,& sic tẽpore cœpti iudicij erat dñs, postea litẽ contestata desijt esse dñs, an nihilominus posit fieri condemnatio contra reum conuentum? Prima fronte ui deretur dicẽdũ ꝙ sic,per tex.qui uidetur expressus. in l.2. ad fi.C.de liti.in verbo,nihilominus peragenda.Sed paucis con cludendo, vos tenete contrariũ, vt tenent communiter Doctores,post Dy.hic,per tex.in l.tigni.§. fin.ff.ad exhib. & per tex.meliorẽ,in l.si seruus,in prin.ff.de cond furt. Et ibi istud idem tenet Bal.& Bar.in d.l.& an eo.§.actiones.videte Bal.in d.l.j C.de alie.iud.mu.cau.fac.in penult.col.in uer. secundò quæro quid econtrà.

Non obstat d.l.2.Nam ideo ibi lis suo marte peragitur, qa ueditio ibi facta rescinditur per l.fin.illius titu. & sic res ad priorem statum,in quo erat tempore cœpti iudicij,& sic ad priorem dominum redigitur.Et ita soluunt communiter Docto.hic,vt Dyn.& Bal.Ioan.Nico.de Neapo.

Et ex hac solut. elicio limitationẽ ad conclusionem prædi ctam,ut non procedat,quando ille, qui desijt esse dominus, denuo postea est etiam effectus dominus,quia tunc etiam de bet sequi condemnatio,& medium tempus nihil obstat, d.l. 2.C.de litig.& benè facit d.l.tigni.§.fin.ff.ad exhiben.

70 Secundò intelligit prædicta conclusionem,† ut procedat, qnando actor facto suo proprio desijt esse dñs.secus autem, si desijsset esse dñs facto ipsius rei conuenti,eius culpa,dolo, vel mora. quia tunc posset sequi condemnatio contra reum, secundum Ioan.Fab.hic, qui ad hoc allegat l. itẽ si verberatum,§.fin.cum l.seq.ff.de rei vend.Addite vos tex.in d.l.si ser uus,in prin.& ibi Bar.ff.de condict.furt.& ad idẽ est tex. in l. si post acceptũ.ff.de rei vend.quem ad hoc ibi ponderat, & putat no.Bar.Et ibi per illũ tex.subdit no.Bar. ꝙ exceptio superueniens pendente iudicio contra actorem culpa rei, non potest per ipsum reum opponi. De quo tamen dicite, vt plenius per Bal.in d.l.j.in pe.col.C.de alie.iud. mut.cau.fact. Et per hoc sunt expedita requisita ex parte actoris.

Vltimò,quia vidimus sup.ꝙ rei uendicatio non cõpetit,ni si ei,qui habet directum dominum, vel ei qui habet utile:

71 † reliquum est,vt uideamus qualiter,& quibus modis posit

b probari directum b, vel utile Et generaliter,modos,quibus acquiruntur dominia de iure gentium,nõ dico pro nunc: ha betis in ti.ff.de acquir.rer.dominio,per tot.& in tit.sup.de re rum diuisione,per totum.

72 † Modos autẽ,quibus acquirantur dominia de iure ciuili, enumerat gl.ordinaria & magistra,in l.j.in prin.in verb. nostræ.ff.de acqui.rer.dom.& Bar.in l.in rẽ,in prin.ff.de rei vẽdi.Et quantùm est ad directum dominium, si loquamur in re bus,quæ in nullius bonis sunt, quarum dominiũ de iure gen tium primò occupanti acquiritur,vt sunt feræ, bestiæ,gẽmæ, lapilli,& similia,vt in §.feræ.cum seq.& §.itẽ lapilli, supr.de rerũ diui.Et in his secundum Io.Fabr.in ulti. col. hic modus probandi est aptus & facilis, quia si probo me accepisse feram,dico me probasse directum dominium.

Vos in hoc dicite melius secundum Barto. in l. rem, quæ nobis.in ult.col.ff.de acquir.possess.

Aduertendũ est,ꝙ quædam sunt res, in quibus ex rei qualitate probatur eas esse in nullius bonis, vt in lapillis inuentis in littore maris,dict.§.item lapilli & in feris bestijs.l.j.in fin. cum l.seq.ff.de acqu.rer.do.& in Insula nata in mari.l. adeò. §.Insula.ff.de acq.rer.do.& in simil. Et in istis clarum est, ꝙ probando apprehensionem, probo dominium directũ, per illam regulam iuris gentium,quæ est,ꝙ ea,quæ in nullius bo nis sunt, occupanti conceduntur. Quædã sunt res, in quibus ex rei qualitate nõ probatur eas esse in nullius bonis, imò na tura rei repugnat.vt in domo,in territorijs antiquitùs, vel ali quando cultis,& in alijs speciebus,quæ nõ per naturam, sed per factũ hominis producuntur inesse.& in istis, si res nõ est mea,debeo credere,illam esse alienã. l. cùm quærebatur. C. unde ui.Et in istis dicit Bar.vbi sup. quia difficile est probare rem in nullius bonis fuisse. per solam apprehensionem nõ ꝓbatur dominium. Posset tñ secundum eum tribus modis ꝓbari,rem in nullius bonis fuisse. Sed in istis tribus modis per apprehensionẽ non acquiritur directũ dominiũ,sed vtile.Primo,si probetur, dominũ habuisse rem pro derelicto.l.j. & ꝑ totum titulũ.ff. de pro derelict. Secundò, si res erat tributaria,puta ex forma statuti,& tunc si res vacauit biennio, præsumitur habita pro derelicto, & apprehendens possessionẽ, biennio præscribi,per tex.not.in l.qui agros.C.de omni agro deser.lib.11.Et hoc reputat Bar.esse benẽ no.Idẽ etiam firma uit,& latiùs ipsemet Bar.deducendo hoc ad practicã, in d.l. qui agros,per illum tex.Et idem Bar.in l.si de eo.§.j.ff.de acqui.pos.& Bal.in l.non ignorabit.C.ad exhibe. licet hoc impugnent Ang.& Imo.in d.l.si de eo.§.j.ff.de acqui.pos.Si verè res non esset tributaria, vt sunt cõmuniter prædia per Italiam,tunc etiam secundum Bart.in d.l.rem, quæ nobis, esset tertius modus,ut officio iudicis fiant publica bannimenta,siue proclamata, ꝙ qui vult dicere talem rem suam, cõpareat intra certum terminũ,antè q̃ ab alio possideatur, certè nullo in eo comparente termino,dicit Bar.se putare,ꝙ constaret rẽ in nullius bonis fuisse.arg.l.locorum.C.de omni agro deser. lib.11.& l.si eo tempore. C.de remis.pign.licet ipse Bart in l. nam & si furt.in prin.ff.si cert.pet.& in l.si duo in princ.ff.vti possidetis, uisus sit sentire, ꝙ etiam ex sola possessione,etiã nõ factis proclamationibus,præsumatur quis dominus,si nõ appareat alius antiquior possessor. Et hoc secundum uidetur uerius,per ea,quæ tradit Bart.in l.quidam in suo, in princ. ff. de cond.insti.Subdit etiam hic Ioã.Fab. ꝙ si uellem dicere, me habere directũ dominiũ,eò quia dicerem,me emisse à do mino,necesse esse,ꝙ tria probarem.Primò ꝙ uendens fuisset dominus.Secundò ꝙ res fuerit mihi tradita.Tertiò,quòd pre tium soluerim. Addo de his requisitis esse text.in l.cùm res, & ibi gl.nõ.C.de prob.& ibi Bal.post Barto.

Item probatur directum dominium, si probo ꝙ possederim rem mobilem bona fide spacio trium annorũ, cùm per usucapionem acquiratur directum dominium.l.traditionibus, & ibi gl.& Doct.C.de pac.& Auth.nisi tricennale,& ibi glo. & Doct.C.de bo.ma.& l.3.& ibi gl.& Doct.ff. de usucap. Dominiũ autem ut le probaretur,si probarem, me possedisse rẽ immobilem cum titulo decem annorum inter præsentes. & uiginti inter absentes,cùm secundnm iura cõmunia per præscriptionem acquiratur dominium utile,& non directum, ut tenent gl.præalleg.& in eisdem locis Bart.& alij Doct. & idẽ etiam in præscriptione triginta, uel quadraginta annorum.

Et iuxta hoc dubitabat Ioan.Fab.hic, quid si aliquis non ꝓbaret titulum, sed probaret,ꝙ ipse & prædecessores sui tenuerunt rẽ illã,tanquã suã per tantũ tẽpus, quod hoĩum me moriam excepit,an per hoc probetur dominium dubitabat? & sub dubio fortè,dicit posse sustineri ꝙ sic,cùm per tantum

73 tempus, sicut amittitur dominiũ,ita etiam acquiritur. † Addo etiam quod isto casu per præscriptionem tanti tẽporis acquiritur dominium directum, licet ut sup. dixi,secundum cõ munes conclusiones,regulariter per præscriptionem non acquiratur nisi vtile.Et ita expressè, & no. Bal.in d. l.traditionibus,in antepen.col.C.de pact.per text,in l. hoc iure.§.ductus aquæ. ff.de aqua quotid.& æsti.quam legem Bal.non inducit, sed ego induco,ut hoc optimè probet.Nam ibi dicitur,quòd

74 longinquitas tanti temporis habet uim constituti † constitu

75 tum habet uim consensus.l.1.in princ.ff.de constit.pecu.† & consensus inducit directum dominium, ut uoluit Bald.in d. Authen.nisi tricennale. Et ultra præallegata, si uultis uidere alios modos,quibus probetur deminium, uidete etiam latè Bal in l.2 in 2. colum.C. de pig.act. Bal. in l. ob meritorum, post Bar.C.ne uxor pro ma.& aliquid per Ang.de Aret.& Io. de Plate.hic,& Bal.in l.2. in princ.ff. de rer. diui.in aliquibus quæstionibus.Et ibi etiam ponit, an in dubio præsumatur res esse in nullius bonis. Et ibi etiam subdit, quòd in dubio res particularis præsumitur, quòd fuerit in bonis alicuius, quò ad dominium particulare. Videte etiam Bal. in l. cùm super. C.de rei uen. & ibi est text. quòd dominium etiam probatur per testes & instrumenta, imò probatur dominium per inditia:vt l.indicia.C.de rei uend.Et ibi declarat Bal.qualia debẽt esse illa indicia,& omnes modos,quibus probatur dominiũ, ponit Specu.in tit.de loc.§.fin.uers. 46. & in tit.de act.empt. §.se-

§.sequitur.versi.fin aũt uelis.Et an ex eo,ꝙ quis possidet rem, præsumatur ꝙ sit dñs,vel ꝙ fuerit dñs:vide latè Bart.post gl. in l.quidã suo,in prin.ff.de cond.insti.& Bar.in l. ob meritorũ.C.ne vxor pro ma.& Bar.in l.à diuo Pio. §. si super rebus. ver.quæro an hic.§.in 2.col.ff.de re iud.Bal.in l.indicia.C.de rei vend.& latè Bal.in l.j.in 9.& 10.col.C.qui accu.& Spe.in tit.de primo & secundo Decret.§.restat.ver.sed nunquid, & ponunt Bal.& Ang.de Are.in §.sic itaq; inf.eo.& ibi latiùs dicã.Et ita sufficiãt quãtũ ad ea, quę requirunt ex parte actoris.

Veniamus nunc ad secundum principale, scilicet ad ea,
76 † quæ requiruntur ex parte rei, ad hoc vt contra eum possit rei vendicatio intentari,& glo. nostra, secundum quod in ea vidimus, requirit alterũ de duobus, scilicet possessione vel quasi.Et intelligite quasi possessionem pro eo,qui dolo desijt possidere, qui conuenitur,perinde ac si possideret.l. qui dolo,& l.parẽ.ff.de reg.iur.& l.fin aũt.§.sed & is,& l.is,q dolo. ff.de rei vend.Et ita declarat Bar.in l.vnica.C.de alie.iud.mu. cau.fact.Et sic habetis ꝙ ille,qui dolo desijt possidere, habe
77 tur pro possidente. Nunquid † tamen statutum faciens mentionẽ de possessore,habeat locũ in eo, qui desijt possidere ? vide Ioan.And.in reg.pro possessore,de reg.iur. in 6. in Mer.
78 Aduertite tamen ꝙ illud,quod dicitur, † ꝙ rei uendicatio datur contra illum,qui dolo desijt possidere,est verum,si dolo desijt possidere post litem contestatam. sed si dolo desijsset possidere ante lit.contest. tunc contra eum nõ cõpetit rei vendicatio,sed actio in factum ad interesse,ex titulo, de alie.
c iudi.mu.cau.fact. Ita notabiliter & mirabiliter Do. Abb. c* Panor.in c.j.in 3.col.in 2.oppo.de alien.iudi.mu.cau.fact.
79 † Item aduerte, ꝙ possidens tempore primæ citationis, si
d postea desijt possidere, præsumitur in dolo d, secundum Bal.in c.ad fin.de iud.
80 † Qualiter autem,& per quem modum probabitur,quem dolo desijsse possidere.Dic ₣m Ioan.Fab.hic,& Bart.in l.qui petitorio,in prin.ff.de rei vend.si reo denunciauerã,me velle talem rem vendicare,& ipse postea alienauit, uel si post datum libellum,vel postquam dixi me daturum ei libellum, ipse alienauit.per id,quod in simili dixit gl.not.in l. Fulcinius. §.quid sit latitare, in verb.animo.ff.ex quib.cau.ĩ poss. ea.ponit Dyn.in reg.pro possessore,circa prin.de reg.iur. in 6.Spe. in ti.de emp.& vend.§.nunc dicendum,ver. sed nunquid, & idem dixit ipse Bar.in d.§. quid sit latitare,& idẽ Bar.in l.non solùm.§.morte,in col.10.nu.43.ff.de oper.no.nun.Et quid de eo,qui non per dolum,sed lata culpa,desijt possidere,an habeatur pro possidente, ita vt contra eum possit saltem vtilis rei vendicatio intentari? Vide Ioan.Fab.hic,& Bart.remissiuè,in l.qui restituere.ff.de rei vend.& Bal.in l.vnica. C.de alien.iud.mut.cau.fact.& vide text.not. & optimum, in l.qui petitorio.§.j.ff.de rei vendic.

Aduerte tñ hic, ꝙ est dare casum, in quo tenetur ille, qui possidebat,quamuis sine dolo, & sine culpa desierit possidere,si habuit malũ, & vitiosum initium.Tex.est in l.si ui me deieceris. ff. de ui & ui arma. Et isto casu non oportet dolum probare.Et hoc reputat Ioan.Fab.hic, esse benè not.
81 † Item aduerte,ꝙ in eum,qui dolo desijt possidere, datur rei uendicatio,non directa directò,sed directa utiliter,ut tenent gl.nostræ communiter,& cum eis cõmuniter Citramõtani,ut est gl.nostra,& ibi Bart.in rub.ff.de rei uendicatione, & gl.prima,in l.curatoris.C.de negot.gestis.Licet Vltramontani tenuerint,ꝙ imò isto casu non detur directa utiliter, sed vtilis tantùm, ut referunt Doctores in locis præallegatis. Et istud secũdum firmauit Bartolus in l.quamquam.§.Iulianus.
82 ff.de aqua plu.arcenda. † Et contra istum qui dolo desijt possidere,iuratur in litem per actorem, & tanti condemnatur à iudice,₣m formam l.qui restituere.ff.de rei vendicatione.

Et iuxta ista dubitant hic Doct.omnes.Actũ est directa rei uendicatione contra eum, qui tempore porrecti libelli possidebat,postea lite contestata dolo desijt possidere, an possit contra eum sequi cõdemnatio & directa rei vẽdicatio cõtra eũ intentata,quæ à principio cõpetebat,an verò sit opus vtilẽ intẽtare,vel saltẽ directã vtiliter? Effectus est maximus, ut intelligamus,an possit sequi condẽnatio virtute directæ intẽtatæ,& ex prima instantia,an verò sit opus noua instantia, & nouo iudicio. Breuibus cõcludendo tenet Dy.hic,ꝙ possit sequi cõdemnatio virtute directæ intentatæ,ẽt ex illa eadem in stãtia,& dicit esse de hoc casum in l.quãquã.§.Iulianus.ff.de aqua.plu.arcend.& hoc tenẽt cõiter Doct.hic. Ad hoc benè facit,quia directa & utilis,sunt qualitates actionis,quæ qualitates nõ habent instantiã, uel iudiciũ diuersificare.l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa.Præterea si aliter diceremus,se queretur ₣m Ioan.Fab.hic,maximũ absurdũ, ꝙ esset in potestate rei cõuenti eludere processum actoris, si statim desinendo possidere,annullaret processum directæ rei vẽdicationis. Et istã ẽt partẽ tenet Cy.in l.vnica,in 7.quæst.C.de alien. iud. mut.cau.fact.Et idẽ ẽt tenet Barto.& latè disputans,in dict.l. quamquã.§.Iulianus,licet dicat illũ §.Iul. allegatum hic per Dy.nihil probare. De quo etiam vide Bartol. in in rub. ff.de rei uendic.ad fi.& in l.j.in 6.col.ff.de actio.& obliga.& Bald. in l.curatoris,in vlt.col.C.de nego.gest.& Angel.in reper.l. si quis ui.§.differentia,in 18.col.ff.de acqui.possef.& Bald. in l. moræ lit.C.de rei uend.& uide inter cæteros Nico. de Neap. hic,in hoc puncto referẽtem varias antiquorum opiniones.

Limitabitis tñ prædictam cõclusionem,ut procedat, qñ à principio cõpetebat directa,sed postea tempore sentẽtiæ cõpetebat vtilis. Et in istis terminis propriè loquuntur ea, quæ proximè dicta sunt.Secus si à principio non competebat directa,sed vtilis tantùm,vt in emphyteuta,& superficiario: q2 si iste intentasset à principio directã, non posset ferri sententia super utili sibi cõpetenti,Ita no.dixit Do.Ant.de Bu. in c.cùm ad sedẽ,circa 16.col.extr.de resti.spol. per illum text.ad hoc no.secundũ unam lecturã. Ad cuius tñ limitationẽ & veritatẽ,videte Ioan.Fab. hic, in 10.col.dũ examinat, si quis agat rei uendicatione directa, cùm sibi competat tantùm utilis, ut in emphyteuta,& superficiario,an iste debeat succũbere.
83 † Item aduerte, ꝙ talis sententia lata contra eũ, qui dolo desijt possidere, non potest simpliciter mandari executioni contra eum,in quem est dolo possessio translata, sed esset opus nouo iudicio.Tex.est no.in l.j.§.necessario.ff.si uentr.no. mul.in poss.mis.ead.poss.ad aliud dolo ma.&c.& ibi Barto. ad fi.facit.§.si quis in fraudem, infrà eo. licèt Cy. simpliciter Contrariũ tenuerit,& malè,in l.unica,in 10.quæst. C.de alie. iudi.mut. caus.fac.per l. certa est forma.C.ut in poss. leg. ad quam legem respondeatis,ut respõdit Bar.in l.si qs missum. §.iudex.ff.de dam.infect.& Bar.in l.is,cui.§.in possessionem. ff.ut in poss.leg.De quo tñ puncto vide latiùs p Bar. per duas col.in repe.l.creditores.C.de pig.in 4.quæst.in prin.in ver.ui deamus ergo,an ius exequendi,& Bar.in l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iud.& in d.l.quamquã.§.Iulianus. ff.de aq. plu.attend.& Bal.in d.l.certa est forma.& multùm eleganter Bal.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro ma.ubi melius, & perfectiùs videtur in hoc pũcto loqui, q̃alij.& latè per Do. Ant. de Bu.in c.quia Gu.extrà de iud.per Petr.de Anch. in consil. 150.incip. in Christi nomine inuocato,in causa ventilata inter dominam, &c.
84 † Vnũ tamen tene menti,ꝙ licèt,quò ad hoc, ut sententia lata contra eũ,qui dolo desijt possidere,possit mandari executioni contra eum, in quem dolo est translata possessio, sit opus nouo iudicio, ut proximè dixi, tñ contra istum nouum possessorem, qui consecutus est possessionẽ dolo post litem contestatam cum primo,non est necessarius nouus libellus.
e Ita uisus est uelle no.Bal.in l.j.in 4.oppo. e* C.com.diui.De quo tamen uidete plenè Iunocen.in d.c.quia Gu. extrà de iudic.qui uidetur uelle cõtrarium.Illud autem expeditum est, ꝙ si reus tẽpore litis cõtestationis nõ possidebat, si tpe ferendæ sñiæ possideat,tñ debet cõtra eũ oĩno ferri sententia condẽnatoria.Ita dicit text.in l.fin aũt.§.possidere.ff. de rei uẽd.
85 † Quid aũt si actũ sit rei vendicatione contra non possidẽtẽ,qui putabat se possidere,& lata sit sentẽtia secundũ actorẽ,an si possessio postea pueniat ad reũ ex noua cã,talis sentẽtia mãdat executioni cõtra reum,dixi sup.in text.in vlt.no.
86 Vnũ etiã in hac materia tene menti, † ꝙ si actum sit rei uẽdicatione contra eum,qui negat se possidere, qui in ueritate possidet,ꝙ si conuincatur de mendacio, quia actor probet eum possidere,debet talis possessio incontinenti ab eo auferri, & in actorem transferri, ẽt nihil de suo iure probantem. Tex.est no.in l.fin.ff. de rei uend. De qua mirabiliter per Do. Abb.Panor.in c.pe.in 6.col.de iur.calum.ubi ponit, quot requirantur ad hoc,ut fiat hæc translatio possessionis in ipsum agentẽ,quãuis regulariter tenẽtes res alienas,nõ debeãt illas resti-

restituere, nisi probantibus de iure suo: vt l. res alienas, quæ est l. vlt. C. de rei uendi. Et idē dicit Ang. de Are. hìc esse, si actum esset cōtra aliquem, qui diceret se tenere pro Titio, nominãdo Titiū dñm in iudicio, ut habeat bñficium. l. 2. C. ubi in rē act. cùm ille Titius non esset dñs, nec pro eo possideret, sed possidebat pro se, tunc si conuincatur de mendacio, debet priuari possessione, & illa est in aduersariū transferēda. Et ita dicit tenere Spe. in tit. de primo & secundo Decreto. §. restat. versi. quid si nominãs, & Bal. in d. l. fi. ff. de rei uend. Ad do Bal. idē tenentē post Bar. in d. l. 2. C. vbi in rem act. ī 5. col. in 11. quæst. & idem Bal. in l. unica. C. de his. qui poten. nomine, & Inno. in cap. quoniam frequenter. §. quod si super, ext. ut lit. non conte. & ibi idem tenet Do. Ant. in 2. col. Quod dictum nota pro extensione dictæ l. fin.

87 † Et per illum tex. dicit ibi no. Ang. in j. col. ꝙ si emphyteuta negat rem esse emphyteuticã f, & cõuincatur de mendacio, ꝙ priuatur iure suo emphyteutico. Allegat ēt Inno. idem tenere in c. cæterū, in fi. ext. de iud. licèt contrariū uideatur tenere Bal. in c. uasallus, el j. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. in 2. col. vers. extra quæro, vtrùm ista pœna.

88 † Et idem dicatur esse in vasallo negante feudū, quia si cõuincatur de mendacio, priuatur iure feudi. Text. est de hoc no. in d. c. uasallus, col. j.

89 † Et aduerte, ꝙ talis translatio possessionis, quæ fit in casu d. l. fin. fit officio iudicis incidēter sine nouo libello, sine litis cõtestatione, sine iuramēto calūniæ. Ita dicit gl. no. in §. illud quoq;, el 2. in Auth. de trien. & semis. col. 3. gl. magna, in ver. legē, quã gl. reputat multū no. Bar. ī d. l. fi. & Ang. de Are. hìc, dicit eã eē meliorē, q̃ reperiat̃ de iure. Et illã gl. dicit esse singularē, & nõ reperiri alibi Bal. ī l. fi. ī pe. col. C. de exe. rei iud.

90 † Itã aduerte, ꝙ si in casu d. l. fi. dicat reus cõuictus de mēdacio, Dñe iudex, non grauetis me in translatione possessionis, quia hodie cõstat, hodie agatur, & statim volo probare de dominio meo, quod tñ non auditur, imò hoc non obstante propter mendacium puniendum transfertur possessio in aduersariū. Ita tenet Bal. in d. l. fi. in j. col. ad fi. & in ult. col. ad fi. Et in istis locis reputat hoc mirabile multū tenendū menti, quia licet istud sit remediū adipiscendæ possessionis, ꝙ tñ ei non obstat exceptio dominij, & hoc propter mendacium. Adde Bar. in Auth. item possessor, post gl. C. qui pot. in pign. ha. & do. Ant. in c. pe. extr. de iur. calum. & ibi do. Abb. Panor.

91 in 6. colū. quos allegat. † Item aduerte, ꝙ eo ipso quòd reus cõuentus rei uendicatione negat se possidere, debet actor esse cautus, & petere à iudice ꝙ mittatur in possessionē illius rei tanquã uacantem, & Iudex debet illum mittere. Ita dicit Angel. se practicasse in d. l. fin. Et refert, simpliciter sequitur do. Barto. Veronen. in cautela 235.

92 † Quid autē si reus non sit mentitus in possessione, licet in qualitate possessionis, puta, quia dixit falsum titulum, an si g sit cõuictus de mendacio, debeat perdere possessionem. g* Bal. in l. cogi. in pe. col. C. de peti. hære. tenet indistinctè ꝙ sic. Vos aūt dicatis, hoc esse verum, qñ actor probasset illum reū nõ possidere illo titulo, quia si probasset, ꝙ eum habuit à furioso, tunc bene deberet puniri reus in translatione possessionis, per illã l. fi. secus si reus non cõuincatur de mendacio, eo, quia ipsemet reus non probauit titulū allegatū, tunc non pu

93 niretur in possessionis translatione, † quia ad hoc ut habeat locū d. l. fi. non sufficit solū mendaciū, sed requiritur etiã, ꝙ actor sit grauatus onere probandi. Ista oīa sunt verba Bart. in dict. l. fi. in 2. col. quæ uerba benè no. ad declarationem d. l. fi. benè facit. §. illud quoque, el 2. in Auth. de trien. & semis.

94 † Item aduerte, ꝙ si reus sit mentitus in parte, & non in toto, ꝙ non priuabitur tota possessione, sed solùm auferetur ab eo illa pars, in qua est mentitus. Ita tenet Bal. in d. l. cogi. ad fi. Adde ad hoc gl. no. in simili, in d. c. uasallus. col. j. si de feud. fue. controuer. inter do. & agna. in gl. j. & ibi habetis text. no. in simili, & ibi latè Bal. examinat in similibus terminis.

95 † Et quid si reus negat se possidere rē, quã uendidit, & pretiū habet, an habeat, locū d. l. fin. vt reus puniatur in translatione precij illius rei, cū precium succedat loco rei. Et Bal. in dict. l. cogi. in pen. col. tenet ꝙ sic, si est indefinitè interrogatus, an possideat: secus si determinatè sit interrogatus, an possideat talem rem. De quo tamen ibi pleniùs per eum.

96 † Item aduerte ꝙ ad hoc, ut habeat locum d. l. fin. necesse est, ꝙ reus sciret se possidere: secus est si ignoraret, secundū Bar. in d. l. fi. in 2. col. & Ange. de Aretio hìc. Item intelligitur illa l. fi. procedere, qñ reus negauit per dolum, vel latam culpam, aliàs illa lex non haberet locum. Ita no. voluit Bal. in dicto cap. uasallus, in j. col. & ibi pulchrè ad hoc not. illum tex.

97 † Item intelligatis d. l. fin. procedere, quando reus negat super libello apto, secus si libellus fuisset ineptus, quia tunc negans non punitur, secundum Bal. in l. edita. C. de eden. in repet. Paduana. in penult. colum.

98 † Item, & vltimò, intelligatis d. l. fi. procedere, qñ reus negaret se possidere, secus autem si respōdens libello diceret, Nego narrata, prout narrantur, esse vera, quia tunc per talem negationem non diceret̃ negare se possidere, eo quia per talem negationē videtur negare id, quod est de substantia libelli, non autem eius circumstantias. Istud fuit not. dictum Bart. & nunquã delendum de memoria, in l. si dubitet. §. ita demum. ff. de fideiuss. Et hoc perpetuò nota, quia vtilissimū est in actu practico, vt conuentns nunquam neget se possidere, ne incidat in pœnam d. l. fin. sed simpliciter neget narrata in libello, prout narrantur, esse vera. Et dicit ibi Imola aliàs se fuisse benè lucratum de dicto isto, & hoc etiam sequitur ipse Imol. in l. sed hoc ita. ff. de re iudic.

99 † Et ex prædictis omnibus potes in actu practico colligere optimã cautelã in practica, secundum quam etiam dicebat Ang. de Aretio hìc, vt Actor, qui reum conuenit, semper à principio iudicij faciat interrogari reum, an possideat, vel detineat talē rem, quia intendit intentare contra eum actionē in rem. Nã si cõuentus dixerit se possidere, poterit postea actor securè contra eum agere, quia etiamsi in veritate non possideat, tñ est omnino condemnandus, quia ex hoc, quod in iudicio respondit se possidere, dr̃ liti se obtulisse. l. is, qui se obtulit. & l. fin autem, in princ. ff. de vendica. Secus tamē esset, si non appareret, vel probaretur, quòd reus in iudicio dixerit se possidere, quia tunc non posset reus condemnari,

h ēt posito quòd extra h* iudiciū dixisset se possidere, secundū Bar. in d. l. is, qui se obtulit. Posset tñ reus, qui in iudicio dixit se possidere, cùm non possideret, reuocare responsionem suam ante litis contestationē, & nõ post, & esset absoluendus. d. l. si is, qui se obtulit. Si autem ipse reus conuentus neget se possidere, & tūc si hoc verum esse cōpertū sit, non est vlterius contra eum procedendū. Sin autem cōpertū sit eū mentiri, quia imò possidet, certè cõuictus de mendacio, sustinebit pœnam. d. l. fin. ff. de rei vend. declaratã, vt sup. proximè, & pulchrè declaraui, quia priuabitur possessione & illa incontinenti in actorem transferetur.

Successiuè iuxta prædicta, quia sup. vidimus, ꝙ rei vendicatio competit contra possidentem, vel eum, qui dolo de-

100 sijt possidere. † Quærunt hìc Doct. nunquid rei vendicatio detur contra nudum detentorem, puta colonum, depositarium, & similes: Et de hoc est tex. not. ꝙ sic, in l. officium, ad fin. ff. de rei vend. quē Ang. de Aret. hìc, dicit esse meliorem de corpore iuris. Benè facit tex. in l. si vētri. §. in bon. ff. de priui. cred. & hoc etiam tenet Bald. in l. 2. C. vbi in rem act. in 3. colum. in 2. quæ.

Ex hoc infertur, ꝙ multò magis daretur rei vendicatio cõtra eum, qui naturaliter tantùm possideret: vt est emphyteuta, vsufructuarius, & similes, secundum Bald. in loco proximè allegato. Et hoc etiam tenet Ioan. Fab. hìc, per d. l. officiū, & Bar. post. gl. in l. Pomponius. §. si is, quis precario, ad fin. ff. de acquir. pos. & Ang. in repet. l. si quis vi. §. differentia, in eod. tit, de acquir. poss. in 17. col. Quantum tamen est ad detentatorem, Io. Fab. hìc refert Doct. iuris Canonici, in c. quoniam frequenter. §. quod si super, ext. vt lit. non contest. tenere, ꝙ prædicta procedunt, scilicet ꝙ possit agi contra detētatorem, qñ est incertū vtrùm possideat, vel detineat, quo casu benè uerum est, ꝙ pars pōt agere cōtra eum, ita tamē, ut procedatur secundum formam l. 2. C. ubi in rem actio.

Et aduerte ꝙ lex illa est singularis, nec alibi reperitur in corpore iuris ciuilis, secundum quod in ea Barto. exorditur. Aliàs autē si actor sciret eū detinere, & ageret, caderet à cã. Quæ sñia ſm Io. Fab. potest esse uera in his, qui nomine alterius detinent, ut in colonis, propter quos inuenta fuit illa l. 2. Sic in alijs, puta si rē apud te depositionē, uel tibi commodassem, & eã uēdicarē, clarū esset, ꝙ non habet locū illa l. 2. quini-

quinimò mutata sententia subdit Ioan. Fab. hic ꝙ in omni casu detinens, qui habet facultatẽ rei restituẽdæ, tenetur, & pôt conueniri, nisi nominet authorẽ, & dñm in iudicio, & dicat, se uelle rẽ defendere: quia tunc benè procederetur secũdum formã dict. l. 2. Addo istis, ꝙ Ang. in l. Põponius. §. si is, qui precario. ff. de acquirend. possess. dixit secundũ Inno. in dict. §. qđ si super, ꝙ tunc demũ contra simplicẽ detẽtatorẽ agi potest reali, qñ dubitatur, an ipse possideat, vel detineat: & in hoc concordat cũ verbis Ioan. Fab. suprà relatis. Subdit postea Ang. ꝙ demonstrata per eum, ꝗ merã detentationem habet, debet absolui ab obseruatione iudicij. Et subdit quòd poterit, etiãsi velit dñm nominare in iudicio, & eũ defendere, per d. l. 2. ẜm Inn. in d. §. si is, qui precario. & melius dixit, ꝙ imò ad hoc, vt veniat absoluendus detẽtator, debet omnino nominare dominum in iudicio, si vult euitare iudiciũ, per d. l. 2. ubi est verbum Debet, quod necessitatem importat. l. sæpe audiui Cæsarem. ff. de offi. præsid. & l. 3. C. de pigno.

101 † Aduertite tñ ꝙ illud, quod dixi, ꝙ contra detentatorem datur rei uendicatio, procedit, nisi verè possidens offerat se liti, quia tunc talis detẽtator non poterit conueniri. Ita voluit no. Inn. in c. cùm super, in gl. constiterit, ext. de sent. & re iud. & Imol. in l. sæpe. ff. de re iud. in ult. chart.

102 † Qualiter aũt fiat executio in rei uendicatione intentata contra nudũ detentatorẽ, ponit Bal. in Auth. & qui. C. de bo. autho. iudi. poss. in 7. col. circa fi. & ibi dicit, ꝙ actor mittetur in illam asininam detentationem.

103 † An aũt sententia lata contra istum alieno nomine detinẽtem, puta contra colonũ, facta executione, & re ad actorẽ translata, faciat præiudiciũ dño, saltem in possessione? Ponit Bart. in d. l. 2. col. fin. circa mediũ. C. ubi in rem act. & ibi post Inno. determinat, ꝙ non. De quo ẽt per Bal. & Bar. in l. officiũ ff. de rei uend. & Bal. & Imol. in l. peregrè. §. quibus explicitis ff. de acquir. possess. & Bal. in d. l. 2. in 10. quæst.

Et ex prædictis omnib. habetis conclusiuè, quòd rei vendicatio datur contra illum, qui naturaliter, & ciuiliter possidet uel naturaliter tantum. Item contra eum, qui tãtum detinet.

104 † Quid ergo si aliquis nõ possidet, nec detinet, habet tamẽ facultatẽ rei restituendæ, quia potest rem habere, qñ vult, an possit conueniri rei uendicationẽ? De hoc habetis gl. not. ꝙ sic, in l. Pomponius. §. si is, qui precario, in gl. fin. ad quem se remittit Bar. in d. l. officiũ. Adde tamen ꝙ cõtrariũ tenet Bal. ĩ c. qm̃ frequẽter. §. qđ si sup, in ult. col. ut lite non contestata.

105 Vltimò dubitant hìc Doct. † an rei vendicatio cõpetat cõtra ciuiliter tantùm possidentẽ? Dubium facit, quia ciuiliter possidẽs, nõ habet facultatẽ rei restituẽdæ, quia ipse non possidet, nec detinet rẽ: ergo videtur ꝙ non possit teneri, per d. l. officiũ, in fi. Gl. tangit & non firmat, in d. §. si is, qui precario, & gl. in d. l. 2. C. vbi in rem actio. in gl. j. disputat arguendo ad partes, & post modũ nihil firmare videtur. Sed gl. in rub. ff. de rei uend. expressè firmauit, quòd sic, scilicet ꝙ rei uendicatio cõpetat cõtra tantùm ciuiliter possidentẽ. Et istud tenent cõiter Doct. hìc, vt Nico. de Neap. Ioan. Fab. Ang. de Are. & Bar. in d. rub. ff. de rei uend. & Bar. in d. §. si is, qui precario, & Bar. in d. l. 2. in ult. col. & ibidẽ Bal. in 3. col. in j. quæst. Et pro hoc dicunt oẽs, esse casum in l. cuiuscunq;. §. si fundus. ff. de vsufruct. & in l. tertia. §. fin. ff. ad exhib. De quo ẽt uidete per domi. Anto. de But. in c. j. extr. de re iud. & in d. c. qm̃ frequẽter. §. quod si super, ext. ut lite non contest. per Bal. in l. consentaneũ, in 5. col. C. quõ & quando iud. per Spe. in ti. de act. empt. frequenter. versi. sed nunqu d, per Ang. in repe. l. si quis vi. §. differentia, in 16. col. ff. de acqui. poss. per Ang. & Imo. in l. ser-

106 ui noĩe. ff. de vsucap. † Et aduerte, quòd si iste ciuiliter possidens habet facultatẽ rei restituendæ, tunc res est plana, quòd potest fieri executio contra eũ: si uerò non habet facultatem rei restituendæ, tunc ẜm Ioan. Fab. hìc, si petitur ius, quod ciuiliter possidens dicit, se habere in re, & tunc potest illud ius restituere, vel melius illud ius dimittere. Et ad hoc, quòd in sola ciuili cadat restitutio, allego gl. no. in l. permisceri, in §. species, in gl. fi. ff. de acquir. possess. cùm illa restitutio possit solo uerbo fieri. Reperio tamen, quòd Bal. alibi in Authen. &

107 qui C. de bon. autho. iud. possid. in 10. col. dixit, † quòd ĩ rei vendicatione intentata contra ciuiliter tantùm possidentem fiet executio hoc modo, quia inducetur actor in fundum, nõ corporaliter detentaturus, sed perinde ciuiliter possessurus. Allegat no. in d. l. 2. C. ubi in rẽ actio. Et ad hóc quòd pro sola ciuili cõsequenda possit Iudex mittere in possessionẽ, tenet & probat ipse Bal. in dicta l. secunda, in 3. col. in prima quæstion. & ibidem refert Gulielm. de Cum. tenentem, quòd si ciuiliter possidens non habet facultatem rei restituendæ, debet præstare cautionem, quòd si res ad eum perueniat, ꝙ eam restituet, sicut cùm agitur ad seruum, qui est in fuga. l. si à bonæ fidei. & l. si verò custodiendus. ff. de rei vendicat. licet Bal. dicat, quòd illæ leges loquuntur in re mobili, in qua benè præstatur cautio, de qua suprà, Secus est, secundùm eum, in re immobili, cùm illa se exhibeat, & Iudex possit mittere in possessionem ciuilem.

108 † Nunquid autem sententia lata contra ciuiliter possidẽtem, præiudicet naturaliter possidenti? Habetis gl. quòd nõ, in dict. l. Põponius, in §. si is, qui precario, in glo. fin. ad finem. ibi Bartol. in fin. de quo etiam per Angel. in prælleg. repe. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquire. possess. in 17. colum.

109 † An aũt possidens ciuiliter tantùm, possit ipse intentare rei uendicationem? dic quòd sic. Ita est glos. not. in l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. possessio. in gl. final. magna, in uerbo, Nec clàm, post medium, & ibi Bart. in vlti. colum. Ponit etiam Bartol. in l. j. §. interdictum, in j. colũ. in princ. ff. uti possid. Et ista sufficiant quantum ad ea, quę requiruntur ex parte rei. Et consequenter per illa sit expedita hæc no. materia rei uendicationis.

Glo. in uerbo, Corporalem, quæ secundum ordinem text. debet præcedere aliam glossam, in verbo, Possideat, quam suprà proximè legimus, sed ego habeo causam prosequendi, non est tamen uis in hoc. Hæc glossa vult quòd incorporalia non possunt vendicari.

110 † Et sic habetis, quòd rei vendicatio non datur ad incorporalia. Istud tamẽ limitabitis, nisi incorporalia uenirent ac-

i cessoriè ad rem corporalem: puta si peterem i * castrũ cum iuribus & pertinentijs, secundum Ioan. Fab. hìc, in tertia qst. princ. quã ponit in materia rei vendicationis, allegat Innoc. in cap. cùm ad sedem, extrà de restitu. spoliat. Addo quòd ad hoc benè facit l. j. §. illud vtiq;, & §. planè, & §. si fundus. ff. de vi & ui armata. ubi licet illud interdictum non detur, nisi pro rebus immobilibus, tamẽ datur etiam pro rebus mobilibus, in consequentiam uenientibus, & ita per istas leges tenet Io. de Imo. in cap. examinata, extrà de iud. motus ẽt per ibi not. & per no. per Innocentium in capitulo, cùm venerabilis, extrà de religiosis domib. de quo ẽt per Angel. in repetit. leg. si

111 quis 6. §. differẽtia. ff. de acqui. poss. in 19. col. † Et quòd ualeat dictus libellus, Peto castrum cùm iuribus & pertinẽtijs: tenet Bal. in leg. edita. C. de eden. in repe. Paduana. in 19. col.

Glo. fin. in uerbo, dicat. vult quòd reus cõuentus rei uendicatione non habet necesse probare se dñm, imò nec allegare: quia actore non probante reus est absoluendus, etiamsi nehil ipse præstiterit, dict. leg. quia accusare, allegata in gl. De quo tñ dicite, ut plenius per Doct. ibi, ubi est materia, & ibi per Bald. ex cuius dictis posset hæc gl. multipliciter limitari. Sed uos dicite fortius, quòd imò etiã si reus assumpsisset in se onus probandi, & arctasset se ad probandum de iure suo, & non probaret, quod tñ propter hoc reus non deberet condẽ-

K nari K *, nisi actor ex aduerso de iure suo probasset. Glo. est. no. in l. circa. ff. de proba. in glo. fin. quã gl. Barto. ibi notat, &

112 reputa menti tenendã. † Et quòd reus possit in se onus probandi assumere, est etiam gl. ĩ leg. fi. in uerbo, scripturã. C. de fal. & gl. no. in cap. ex insinuatione, extra de procura. in glos. fin. in uerbo. probare. Magis tñ cautè faceret reus, secundum Angel. de Arc. hìc, si à principio nihil faciat, donec uiderit an actor probauerit intentionem suam, vel ne: & tunc contra eũ exceptiones suas paret: ut leg. exceptionẽ, cum ibi not. C. de prob. Et ad gl. illam, in dict. leg. circa, vide not. per Bal. in leg. cùm Papinianus, in 3. col. C. de senten. & interloc. omn. iudi. & Bal. in leg. frustra. C. de probatio. ibi etiam not. subdit Bal.

113 † ꝙ in causis summarijs, in ꝗbus iudex hẽt maiorẽ potestatẽ, pôt iudex statuere terminũ ad probãdum tã actori, ꝗ̃ reo, & utrunq; adstringere onere probãdi, quod nota. & per ista sint expeditæ omnes gloss. huius §. nostri cum earũ materijs.

114 † Extra glo. Doct. hic ponunt qualiter formandus sit libel-

l lus in rei uendicatione l. Ante tamen, quàm ueniam ad formationem specificam, non omittam aliqua generalia, ad intelle-

tellectum eorum, quæ in libellis cõmuniter apponi consueuerũt, uel debent. In primis igitur adduco in mediũ uerba illa magistralia Bar. in l. si prius. ff. de ope. no. nunt. in 6. colũ. in 5. oppo. 2. par. ꝙ confessoria debet proponi uerbis, &c. ubi no.
115 dixit aduertendũ esse † ꝙ sicut argumentũ Logicorum habet maiorẽ propositionem, minorem, & conclusionem, & ex istis effectualiter consistit argumentum: ita apud Legistas libellus effectualiter debet ex tribus constare. Primò ex narratione facti, & illa habetur pro maiore. Secũdò, ex causa, siue ex medio concludendi, & illa causa est loco minoris propositionis. Tertiò, ex ipsa conclusione. Et quemadmodũ apud Logicos ex maiori, & minori, sequitur necessariò cõclusio argumenti: ita ex dicto, & medio concludendi, sequitur necessariò conclusio libelli. Oportet ergo factũ taliter narrari, ꝙ ex eo aliqua causa resultet, & in causa insit medium concludendi, & deinde concludatur. Quantum est ad primum, & secũdum, dicite breuius, quòd factũ debet apertè, & cõgruẽter narrari, & postmodũ talis causa exprimi, ex qua sequatur conclusio, & ex qua possit actio resultare. Et ideo dicit Bart.
116 in leg. certi condictio, in prin. ff. si cert. pet. in j. col. † ꝙ semper in libello est attendendũ medium concludendi, & quòd ad cognoscendum diuersitatem actionis debemus inspicere medium concludendi. Idem etiam no. Ange. in leg. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poss. ad fi. in 6. lect. & Bald. in leg. 2. ad fi. C. de peti. hære. & dom. Anto. de But. in cap. fin. in 5. nota. extrà de iud. & idem dom. Ant. in cap. ex parte, col. j. ĩ 5. & 6. nota. extra de foro cõpe. & Bar. in dict. leg. si prius. in 6. col. Et propterea dixit gl. no. in leg. j. in prin. ff. de eden. in glo. magna, ante mediũ, ꝙ si peterem à te decẽ, quia rex est in Frãcia: vel, quia ego sum hic. ista causa est inepta, & sic libellus non procederet. Ad de similem gl. in leg. 2. §. circa. in glo. ma-
117 gna. ff. de doli exceptio. † Et aduerte diligenter, ꝙ qñ causa
m inepta est expressa in libello, libellus est ipso iure nullus m, etiã parte non opponente. Ita uoluit not. Bar. in leg. edita. C. de eden. in secunda colum. in prin. allegando no. in dict. l. 2. §. circa. & idẽ tenet Bal. in dicta leg. edita, in repe. Paduana in 17. col. & dom. Anto. de But. in c. dilecti, extra de iud. & facit, quia qñ actor exprimit causam ineptam, isto casu constat de euidenti calumnia libellantis: quod non est, qñ causa non exprimitur. Et ad hoc benè facit text. in Clemen. constitutione, in gl. in uerbo, de nouo. extra de electio. licet contrarium teneat Fulgosius in dicta leg. j. in prin. & in dicta leg. edita.
118 † Vnum n * tñ perpetuò tene menti, ꝙ si iudex uidit ma-
n lè actũ ex vna causa, tamen ex actis apparet, ꝙ potuisset ex alia causa benè agi, ꝙ licet ex illa causa non possit condemnare, tñ debet in sententia iudex reseruare ius illud agendi ex illa causa. Ita uoluit no. Bal. in Authentica, sed si quis, col. penult. uersi. item illa semper allegatur. C. de secundis nup. hoc reputat ibi Baldus esse not. dignum.
119 † Vnum etiam perpetuò nota, ꝙ si agens deducat vnam causam, & probet aliam, ꝙ licet non possit sequi condemnatio in petitorio, tamen benè posset sequi condemnatio in possessorio. Ita sing. dicit Bal. in leg. fin. in j. col. C. de anna. exceptio. & ibi etiam Ang. Aduertendũ est etiam secundum Doc.
120 in dicta leg. j. in princ. ff. de eden. † quòd in actione reali, cã proxima, & immediata, ex qua oritur ipsa actio, puta rei uendicatio, est dominium: causa uerò remota est ipse contractus ex quo acquiritur dominium. In actione uerò personali causa proxima, & immediata actionis, est obligatio: causa uerò remota, ex qua oritur obligatio, est contractus, prout etiã dicit gl. no. ĩ leg. & an eadem. §. actiones, in uerbo, singulæ causæ. ff. de excep. rei iud. & Communiter concluditur per Doc. in leg. j. ff. de edendo, in prin. post gl. notab. ibi, quòd in reali sufficit exprimere causam proximam, scilicet dominium, nõ autem requiritur, quòd exprimatur causa remota, scilicet ip-
121 se contractus. † In personali autem necesse est, quòd exprimatur causa remota, scilicet ipse contractus. De vtroque uidetur esse casus in d. l. & an eadem. §. actiones, & in ca. Abbate sanè, de re iudicata, in 6. Et ita tenet Bartol. & alij in d. l. j. ĩ princ. & Bartol. in d. §. actiones. Et est ratio diuersitatis, secun-
122 dum Cyn. in l. edita. in uersic. secundo iuxta hoc. † Nam actio realis semper est uniformis, & eiusdem naturæ, à quocũque contractu habuit originem; sed actio personalis potest esse diuersæ naturæ. Nam quædam est bonæ fidei, quædam stricti iuris, idcirco interest rei conuenti, quòd in actione personali exprimatur causa remota, scilicet ipse contractus, vt cognoscat an conueniatur ex contractu stricti iuris, an uerò ex contractu bonæ fidei, iuxta d. l. j. in princi. Et hoc etiam uisus est sentire Bartol. post Guido. de Suza. in d. §. actiones, in j. colum.
123 † An autem in actione personali sit etiam de necessitate causa proxima, scilicet ipsa obligatio exprimenda. Et licet gl. præallegata in d. j. in prin. uisa sit tenere quòd sic: communiter tñ tenetur Contrarium, vt ibi tenet Bar. & alij, eo quia si causa remota exprimatur, scilicet contractus, ipse libellus posteà præsumptiuè concludet, quod satis est. l. omnes. §. Lucius, & ibi Bartol. ff. quæ in fraud. credi. Nam ius præsumit, quòd si uendidi, & tradidi tibi librum, quòd tunc fueris mihi obligatus ad pretium, & quòd etiam de præsenti sis mihi obligatus, nisi contrarium probetur: argum. l. j. in fin. & l. si-
124 ue possidetis, cum ibi no. C. de proba. † Et vltra prædicta, qualis debeat esse hæc causa, quæ est exprimenda in libello actionis personalis, uide do. Abb. Panor. in c. j. in j. col. ad fin. de libel. obla. Et aduerte quòd quando in libello exprimitur causa proxima, uel debet ita exprimi, quòd non habeat vim alicuius negationis circa ipsam obligationem: Vnde si dicerem in libello, Peto à te centum, quia illa tibi mutuaui, & ad ea fuisti mihi obligatus: ista uerba, Fuisti obligatus, habent negationem annexam, quòd de præsenti non es mihi obligatus. Et habent negationẽ annexã circa ipsam obligationẽ. Vñ libellus nõ ꝓcederet, nisi adijcerẽ, Et es de præsenti mihi obligatus. Secus esset, si solùm dicerẽ, Peto decẽ, quia tibi mutuaui. Ista eñ verba, Quia tibi mutuaui, nõ habẽt negationẽ annexã circa obligationẽ ipsam. Ita no. dixit Cy. in dicta l. edita, ĩ 3. q. prin. & Bart. qui Cy. refert in leg. certum. §. pen. ff. de confes. & Bal. in d. leg. edita, in repeti. Paduana. in 17. colum.
125 † Quid autem si libellus proponatur generaliter, nulla causa expressa, an procedat, si non opponatur à parte? Gloss. præalleg. in d. l. j. in princip. tenet, quòd sic. Et illud ibi firmat Barto. in vltim. colum. & dicit esse text. de hoc in leg. final. C. de anna. excep. & ibi etiam sentit gl. j. mag. ad fi. & dicit Bartol. hoc etiam expressim probari, in d. capit. Abbate sanè. de re iud. in 6.
126 † Et aduerte diligenter, quòd ista exceptio libelli non cõtinentis causam specificam, non potest opponi, nisi ante litis contestationem, non autem pòst. Ita voluit ualde no. Bart. in
127 leg. exceptionẽ, in j. col. C. de probat. † Item aduerte, quòd reus in opponenda huiusmodi exceptione debet esse multũ cautus. Nam debet simpliciter dicere, quòd libellus non procedit, eo, quia generalis, & obscurus, & non habens causam specificã: nõ autem debet petere declarari libellum, aut petere ab actore, quòd exprimat cãm, quia isto modo instruet actorẽ, & isto casu iudex non debebit dicere, quòd libellus declaretur, sed debebit secundũ exceptionẽ oppositũ à reo pronũtiare, reũ non teneri rñdere libello, & absoluere illum
o ab obseruatione iudicij, & cõdemnare actorẽ in expensis o, iuxta leg. j. §. j. cùm ibi no. post gl. ff. si men. fal. mod. & ca. examinata, extra de iud. Ista sunt no. verba Spec. in titu. de libel. cõcep. §. fi. versi. sis cautus. & idẽ uoluit domin. Antonius de Bu. in cap. fi. extra de libel. obla. & idem no. Pau. de Cast. in dicta leg. edita, in 2. col. ad fin.
128 † Circa conclusionẽ libelli dicite illa, quæ requirũtur de necessitate in libello. Nã habet necesse actor in libello cõcludere: puta dicere: Quare peto reũ cõdemnari, vel æquipolentia verba. l. fi. C. de fideicommiss. liber. Iudex enim nõ interponit officiũ suum, nisi quatenus petitur. l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dãno infecto, & leg. fundus. ff. cõmu. diuid. Et di-
129 cit Ang. de Are. † quòd in libello semper diligenter aduertẽdũ est ad conclusionẽ, cùm secũdum eum, conclusio sit ea, q̃ regulat, ampliat, declarat, restringit ipsum libellum. Allegat Inno. in cap. super literis, extra de rescr. & Bart. in l. Aurelius, §. Sticho. ff. de libe. lega. Et ibi Bar. dicit, quòd ex cõclusione libelli apparet, qualiter præcedentia intelligantur. Et Innoc.
130 in d. c. super literis, dicit, † quòd qñ unum narratur in libello, & aliud concluditur, quòd isto casu debet potius inspici cõclusio. Et dictũ illud Inno. refert etiã Bal. in dicta leg. edita, in repe. Paduana in 11. col. & Ange. in consilio 25. incip. ꝓ decisione quæstionũ, in prima col. in fi. Et adde ꝙ queadmodum

dum in libello debet attēdi cōclusio,& nō narratio: ita eodē modo in exceptionibus,ſm dom.Abba.Panor.in capi.ex parte B.in ſecundo notab.de foro cōpetenti,poſt Fede.de Senis, in cōſilio 23. Et ꝙ concluſio tantùm attendatur,eſt tex.ſecūdū quod ibi pulchrè declarat Bal.in l.ſecunda,ad fi. C.de pe
131 titio.hære.† ꝙ ſi in libello concludatur per duo diuerſa media,quòd libellus non procedet, ſi à parte excipiatur ante litis conteſtationem.Si aūt vna eſſet concluſio,licet eſſent duæ cauſę cōcludendi,tūc bene ꝓcederet libellus,cùm libelli cōclusio ſemper ſit ſpectāda.Alleg.Inno.in dict.cap.ſuper literis,& alibi dicit Bal.in l. domū,in prima col.C. de rei uendi.
132 † ꝙ ſi in libelli narratione,& in eius cauſa, apponatur verbū generaliſsimū & latiſsimū, quod illud debebit intelligi,
p & reſtringi ſecundū concluſionē p ,quæ in libello ſemp debet attēdi. Subijciens,quòd ſicut cauſa declarat cōcluſionē,
133 ita econuerſo,cōclusio declarat cauſam.† Et adde quòd cōclusio libelli nō ſolùm debet attendi in actionibus, vt ſuprà dixi, ſed etiam in exceptionibus, ſecundum Bal.in leg. cum vltra.C.de non numer.pec.

Et dixit no.Bald.in l.conſentaneum.C.quō & quando iud. in tertia col.in prima quæſt.poſt vltimū not. ꝙ ſi in narratione apponantur aliqua verba neceſſaria,quæ poſtmodū in cōcluſione omittatur,quòd ſufficit: quia ex narratione infertur concluſio,& de hoc dicit eſſe tex. not.in dicto. capitul.Abbate ſanè. Et hoc dicit facere contra proteruos aduocatos, qui literas & ſyllabas aucupantur.
134 † Vnum etiam diligēter,nota, ꝙ ſi actor in libello ſolùm petat actionem pronunciari ſibi competere, quòd procedit libellus,& eſt idem, quòd petere reum ſibi condemnari. Ita voluit ualde not.Barto.in leg.ſi finita.§.eleganter.ff. de dam. infect.in ultima col.Quod dictum benè nota,& intellige, ut ibi per eum:& illud dictum alij ſequuntur ibi.
135 † Circa tamen illud,quòd dixi,concluſionē de neceſsitate requiri in libello,aduerte,quia gl.in cap. quia præſulatus, prima quæſtione quarta,videtur ſentire contrariū, ſcilicet ꝙ in libello non requiratur cōcluſio:tamen prima opinio magis cōmuniter tenetur,ut latè examinat do.Ant. de Butrig. in capite,examinata,extrà de iudi.& ibi refert opi. multorū.Illa tamen gl.poſſet ſaluari in agente poſſeſſorio recuperādæ, quo caſu in odiū violenti inuaſoris procedit libellus abſque concluſione,ſm Imo.ſub dubio tamen fortè,in dicto capite, examinata.Vel poteſtis,& melius,dicere ſecundū Bald.in di-
q cta l.edita.in repe.Paduana,in 15.col.quòd glo.in q dicto cap.quia præſulatus,velit libellum procedere, quando vltra narrationem apponatur aliquod prægnans uerbū ſonans in concluſionem,& tunc procedat libellus: vt quia dico, Conqueror de Titio,qui me ſpoliauit tali poſſeſſione.Vel, Cōqueror de Titio,cui mutuaui decem, & non reſtituit:nā verbum Conqueror,habet vim cuiuſdam cōcluſionis. & ita loquitur illa gl.Secus ſi ſimpliciter narrata eſſet ſpoliatio ſecūdum eū.

Et ex iſtis ſol.poteſtis elicere duas limitationes ad Cōmunem opi.de qua ſuprà, quæ habet quòd concluſio de neceſsitate requiritur in libello.
136 † Tertiò limitat dictam Communem opi. & multū not. ut non procedat,ſi libellus offertur in præſentia principis,ꝗa tunc ſufficit factū narrare abſque concluſione.Iſtud eſt,quod ſignāter,& multùm egregiè uoluit Inno.in cap.j.extra de lit. conteſt.Et de hoc ſingulari dicto Inn.facit mentionem Ang. in l.omnium.C.de teſta.& cum eo ſimpliciter tranſit.
137 † Quartò, & vltimò limita prædictam Communem opi.
r ut non procedat in criminalibus r ,in quibus benè procedet libellus ſine cōcluſione,ſm Bart.in l.quid ergo. §. pœna grauior.in 2.col.ff.de his qui no.infa.& Barto.in l.libellorum.in fi.prin.ff.de accuſa.& Bar.in l.2.§.ſi publico.in 3.q.ff.de adul. & Cy.& Bal.& Sali.in l.cauſis.poſt gl.C. de accuſ. & Cyn.in leg.nec exemplū.C.de fal.& Bald.in l. & ſi ſeuerior.in 4.col. C.de infa.& Bal.in leg.ſi quis ſe.C.de accuſa.& Bal.in l.certi cōdictio,in prin.ff.ſi cer.pet.& Ang.in d. l.edita. Et iſti mouētur per plures rationes,quas uidete ibi per eos.Inter cæteras Bart.in d.§.pœna grauior allegat hāc rationē nā in iudicijs uel cauſis criminalibus,agitur de uindicta publica.l.locatio. aliàs l.licitatio.§.quid illicitè.ff.de publican. quo caſu iudex ex officio ſuo poteſt & ſupplere,& procedere, nemine petente,leg.congruit.ff.de offi.præſi.& no.Bar.in d.l.4. §.hoc autē iudiciū.in 2.opp.ff.de dam.infect. Et ideò concluſio omiſſa, nihil habet nocere.Et per hāc rationē infert.no.do. Anto. de Bu.in d.cap.examinata,ꝙ in omnibus caſibus, in quibus iudex pōt ſupplere ex officio,de quibus plenè ꝑ Bar.in d.§.hoc aūt iudiciū.nō requiritur cōcluſio in libello. Ideo tunc ſi cōcluſio eſſet inepta,nihil noceret,quin iudex poſſet ſuper narratione facti formare ſententiā. Et hoc eſt benè menti tenendū.Et idē no.idē do.Anto.in cap.j.de lit.conteſ.Subdit ēt do. Anto.in d.cap.examinata.ad limitationē prædictæ cōis opin. ꝙ ubi agitur de re ſpirituali, vel ubi agitur inter religioſos, vel ubi factum coram Papa proponitur, non requiritur concluſio.De quo tamen dicite,ut ibi per eum.
138 † Vtrùm aūt in libello,q proponitur à reo,& ſic in libello exceptionū,requiratur concluſio,videte Bart. per multa iura concludentē,quòd non,in l.j.in 2.col.q.2.ff.de excep. & Bal. in d.l.edita.in repe.Paduana,in 16.col.& Angel.in l.emptor. C.de præſc.long.tēp.& do.Ant.de Bu.in c.j.extra de lit.cont.

Aduertas tamen circa ꝓdicta ad aliquas quotidianas clauſulas,quas ualde utile eſt apponere in libello, & interdictum
139 eſt neceſſarium.† Vtile eſt ergo in cōcluſione libelli apponere clauſulā illā:Peto reū cōuentū cōdemnari ad dandū,& ſoluendū,& ita cogi & cōpelli.Intantū quòd Bar.in l.j.C. de execu.rei iud.tenet clauſulā iſtā eſſe eo modo in libello neceſſariā,& ibi dicit per illū tex.quòd ſi aliquis in libello peteret tantùm cogi,& cōpelli,& non peteret condēnari, quòd libellus nō procederet.Et idē tenet Bart.per illū text. in leg.ſi cùm nulla.ff.de re iud.Et idē tenet Nic.de Neapo.in l.2.§. fin.ff.de vulg.& pup. Cōtrariū tamē tenet Bal.in addi.Spec.in titu.de ſenten.in 17.col.Et cōtrarium tenet do.Ant.de Bu.in cap.examinata,extra de iud.in 9.col.verſi.ſed eſt dubium. ubi dicit, quòd talis libellus ſuſtinetur,eò,quia tacitè intelligitur peti tum Cōdēnari, ex quo aliàs nō pōt peti cogi.arg.l.illud.ff.de acquir.hæred.Et idē videtur ſequi Io.de Imo.in d.cap.examinata.Et idē tenent Imo.& Rapha.Cuman.in lib.in ſumma. ī prin.per illum text.ff.de re iud.prout eos refert Ang.de Aret. hic,qui circa hoc pluri̅ma verba effundit. Et iſta ſecūda pars contra Bar.vr̄ eſſe Cōmunior,& de iure magis vera. Pro qua facit optimè quod vult ipſe Bart. poſt antiquos,in leg.ex di-
140 uerſo.§.j.in j.col.de rei uend.† ubi dixit,quòd eò ipſo quòd agēs petitione hæreditatis, vel rei uendicatione agit de reſtitutione rei, videtur petere quòd iudex pronunciet ipſum hæredem,vel dominū: quia iſtud eſt antecedens ſubijciens notabiliter,quòd ſi iudex hoc nō pronuntiaret expreſsè ſcilicet agētem eſſe dominū,uideretur pronūciare tacitè cōdemnādo ad reſtitutionē.Et hoc idem ſequitur Imo.poſt Doct. in c. 2.de libel.obla.Pro hac ēt parte optimè facit gloſſ. illa ualde no.in cap.cōſtitutus,ante fi.in uerſi.iuxta ratā,extra de relig.
141 do. quæ notabiliter vult. † quòd vbi quis petit rē ſibi reſtitui,& ad reſtitutionē illius rei obtinendā,erat primò neceſſaria reſciſsio cōtractus,cuius occaſione reus rē tenet:ſatis uidetur petēdo reſtitutionē rei,petere reſciſsionē cōtractus, ꝗ
142 erit præambula.Ideo ſecundum do.Anto.ibi,† ſi minor tāquā læſus in cōtractu,puta uenditionis,petit rem, quam uēdidit,ſibi reſtitui: ſatis videtur petere per reſtitutionē in integrum,id eſt,reſcindi cōtractū. Pro effugiendis tamē his amaritudinibus,utile erit clauſulā illā apponere. Dixi tamē ſu-
143 prà in hoc.§.2.col.proximè præcedente,† quòd ſi actor in libello ſolùm peteret pronūtiare actionē ſibi cōpetere, eſſet idē,quòd petere reū ſibi condemnari. Et ita retuli uelle not. Bar.in leg.ſi finita.§.eleganter,in ult.col.ff.de dam infect.Dicit ēt Bartol.in leg.j.C.de execu.rei iudi. ad finem, ſe putare
144 † ꝙ ſi libellans in libello utatur iſtis uerbis: Peto reum cogi,& compelli,& ad prædicta condemnari:quòd libellus ſuſtineretur, non obſtante præpoſteratione. Idem etiam tenet Barto.in l.ſi cum nulla.ff.de re iud.de quo etiā per Bald. item tenentem in leg.conuēticula,in 5.col.C.de epiſcop. & Cleri. & Bal.in prima cōſtitut.Codicis.§.quibus,& Bald.in Authē. dos datã,d fi.C.de dona.ante nup.& Bal.in dicta leg.j.C.de excep.rei iud.Et de clauſula,Partem condemnatam peto cogi,& compelli,videte Bal.in leg.vinum.ff.ſi certum peta.
145 † Vtile ēt eſt, imò neceſſe in concluſione libelli adijcere clauſulā:Et peto in expēſis ipſum reū cōdēnari,ꝗa ſi clauſula iſta non apponatur in libello, licet iudex poſsit ex ſe, & ſuo officio condēnare uictū in expenſis, quæ factæ fuerūt poſt litem

tem contestatam.iuxta leg.ædiles.§. itē ſciendum.ff. de ædil. edic.tñ ſi iudex nō cōdemnat,nihil pōt ſibi imputari,nec pro hoc tenetur victori ad intereſſe pp omiſſam condemnationē expenſarū.Iſta eſt determinatio Bar.poſt Dyn.in l.4.§.hoc au tē iudiciū,in pen.col.ver.quinto quærit.Dyn.in leg.vtique.ff. de dam.infec.& Bar.in leg.properandum.§.ſin aūt alterutra,
146 ad fi.C.de iudic.vbi dicit† φ debemus eſſe cauti,vt in libel lo petamus reum cōdēnari in expenſis factis,& faciendis vſque ad finē cauſæ,prout ēt ſenſit glo.in c.fi.in glo. extra de re ſcript.Et idē tenet Bart.in leg.non quicquid.§.1.ff. de iudi.Et cū Bartol.tranſit ēt do.Anto.de Butr.in cap.finē litibus, in an tepen. col. extra de dolo & contu.& ibi ēt Petr.de Ancha. & ibi ēt Paul.de Leaza.in 3.col.& vide Spec.in tit.de offi.iud.§. deſeruit.ver.hoc aūt.Inn.in cap. grauis, extra de reſtit. ſpol. Bal.in leg.fi.poſt gl.2.C.qñ prouo.nō eſt neceſ.& Bald.in leg. ſancimus.C.de iud.in pen.col.8.q.& in leg.1.in vlt.col. ff.de iuriſd.omn.iud.& vide Imolā poſt alios in leg.Paulus.la.1.ff. de re iudic.& gl.not.in leg.ſi quis miſſum.§.iudex.ff.de dam.
f infect.in gl.ſing. in verbo, ante iudiciū. f * Dixit tñ multùm not.Bal.in d.leg.properādū. §. ſin aūt alterutra. in vlt. col.φ quāuis reqraᵗ petitio facta à parte,ad hoc vt iudex poſſit, & teneatur condēnare in expenſis, quòd tñ credit, φ ſufficeret implicita,& tacita petitio.Vnde,ſecundum eum, ſi reus, vel actor petit pro ſe ſententiam ferri ſub iſta indefinita petitione,includeretur cauſa principalis,& expēſarū:quod bene no.
147 † Multùm etiā eſſet vtile apponere ſemper in fine libelli clauſulā illam valde ſalutarē:Super quibus omnibus, & ſin
t gulis peto ius,& iuſtitiā mihi miniſtrari. t De qua habetur per oēs,in ca.cùm dilectus,extra de ordi.cog.poſt Inn.& Ho ſtiē.ibi & ibi eſt tex. ī prin.in ver.iuſtitiā ſibi fieri poſtulabat. ſed eſt tex.in cap.2.extra de offi.ordi.in verſ.petierit iuſtitiā, & tex.in cap.1.extra de offi.deleg.quē not.do.Abb.Panor.in primo notab.& ibi ēt do.Ant.de Butr.& Imo.& tex.in ca.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.prim.extra vt lite pēdēte,& ibi dom. Anto.de But.Et dicit Abb.in ca.fi.de iureiu. φ, qñ actor in libello appoſuit iſta verba,ſcilicet,Petēs ſup prædictis ſibi ius, & iuſtitiā miniſtrari, dr̄ iudicē interpellaſſe, & ſic poterit iudex ſupplere,& impertiri officiū ſuū, & ſi aliter à parte non petatur, qđ nota.Et in iſta clauſula eſt, quemadmodū eſt in herba betonica,ſm dñm Antoniū,& dom.Abb.Pan.in d.ca. cùm dilectus,in pen.char.magna.in 32. col. referentē Ioan. Cal.ibidē dicētē,ſe aliàs in q.de facto cōtingente obtinuiſſe per illā quotidianā clauſulā, Peto mihi iuſtitiam miniſtrari.
148 † φ ſi actor in libello intētauerit petitoriū & poſſeſſoriū,& cōcludat expreſsè in poſſeſſorio, & addat in fine libelli clauſulā illā:Petēs ſibi iuſtitiā miniſtrari, φ poterit poſteà ſuper petitorio probationes inducere,& ſuper eo poterit per iudicē pronūtiare:quia illa clauſula pōt vtrūque,ſcilicet & petitoriū,& poſſeſſoriū cōplecti.Et hoc dicit Ang.de Aret.hìc,eſſe valde ſingulare in practica. Ex iſta deciſione refert ibi do. Abb.Pan.poſſe inferri,φ vbi ex narratione facti pñt elici plures actiones,quarū aliquæ ſunt aptæ, aliquæ ſunt ineptæ, & ſi fiat concluſio in ea,quæ eſt inepta,& apponitur clauſula illā,Petens iuſtitiā ſibi adminiſtrari:φ valebit libellus,& ſuſtētabitur ex apta actione,& ſuper apta actione poterit fieri probatio,& ſequi cōdemnatio.Ad hoc dicit bene facere dictū illud no.Inn.in ca.in præſentia,in fi.extra de renūc.vbi dicit,φ ſi iudex in ſnīa exprimat duplicē cām,& vna ſit cōtra ius, a-
v lia ſm ius:φ ſuſtentabitur ſnīa ex cā,quæ eſt ſm ius v Et alibi dicit Io.de Imo.in l.q Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obl. quòd iſtud dictū Inno. Legiſtæ cōiter ignorāt. Sed iſtud idē dicit apud Legiſtas Bal.in l.2.§.ignominiæ.ff.de his,q no.infam.Imò plus dicit Bal.in l.2.in fi.C.de vind.libe. velle ſingulariter Inn.in d.c. in præſentia. φ ſi iudex in ſnīa dicat: Quia per tales teſtes probatū eſt,Titiū eſſe debitorē,idcò eū cōdēno, φ ſi tales teſtes dñt ſe nihil ſcire,φ tñ ſnīa valet, quæ teneret
149 nulla cā expreſſa.† Et per ſupra ſcripta,ſcilicet p clauſulā illā ſalubrē:Peto mihi iuſtitiā miniſtrari:dicebat Ang. de Are. hìc vnū,quod reputat ipſe perpetuò notandū, quòd qñ ignoras quę actio,vel qđ remediū dēt tibi cōpetere,vel qūo debes cōcludere in libello,vel qa factū ſit multùm intricatū, vel pp multitudinē factorū,vel dubietatē iuris, cōſiliū eſt, φ factū diligēter narres,& poſtea nihil ſpecificū cōcludaᵗ, ſed loco ſpecificæ concluſionis apponaᵗ ſimpliciter in fine libelli clauſula illa:Super quibus oībus & ſingulis peto ius, & iuſtitiam mihi adminiſtrari ſimul,diuiſim, copulatiuè, & alternatiuè ſingula ſingulis congruè referēdo,& oī modo meliori,via,& forma,&c. Nā talis clauſula eſt tantæ potētiæ, & tātæ importātiæ,φ vr̄ deducta omnis actio,& omne remediū cōpetens, & reſultans à narratis.d.cap.cùm dilectus.de ordi. cogn.qa ſi dicta clauſula operaᵗ,quod ſuper omnibus narratis poſſit probari & iudicari,ēt qñ eſt facta cōcluſio in ſpecie in aliquo narratorū,& ineptè,vt ſuprà retuli,ſm do.Abb. Pan. poſt Io. Cal.certè multo magis, qñ in ſpecie in aliquo narratorū non
x concluditur.Et de clauſula omni meliori mō:vide do. x Ale. in conſi.105.aliàs 477.incip.in cā,& lite vertente,in 3.vol.cū
150 concor.Et † ad prædictā clauſulā, Peto mihi ius & iuſtitiā miniſtrari,vltra prædicta.vide Bal.in repeti.l.incerti. C.de interdictis,in vlt.col.in 15.q.& Bal.in l.edita.C.de eden. in repet.Peruſina,in 16.q.prin.ad fi.& Bal.in l.ius pluribus, circa fi.ff.de iuſt.& iur.vbi viſus eſt dubitare de iſta clauſula, & ſētire φ tutius ſit,illā nō apponere:tñ eā finaliter ſaluat, & approbat.De qua ēt clauſula vide per Imo.in l.ſi cū nulla. ff.de
151 re iud.Vbi ēt ponit † de illa clauſula,Nō tātùm dicto mō, ſed ēt omni alio meliori mō,quo fieri pōt:quam clauſulā eſt ēt vtile addere in libello.Et adde φ iſta clauſula eſt multùm vtilis ad ſuſtinendum libellū & interpretandū eo modo, quo fauorabilibus pōt iuuari intētio actoris: ut per do. Anto. de But.in ca.literæ.de dila.& in cap.examinata, circa med. de iudic.Bal.in l.uinum.in 3.col.ff.ſi cer.pet.dom.Alex. in conſi. 6.aliàs 371.in 3.uol.incip. circa proceſſum.in 4. col. Faciunt no.per Doct.in cap.2.de ord.cog.do.Alex.in conſi.113. aliàs 457.in 3.uol.inci.poſt redditum conſilium.
152 † Solet ēt in fine libelli apponi hæc clauſula:Peto condēnari ſm formā iuris,& ſtatutorū.De qua clauſula dubitabat Ang.de Are.hìc,& dicit φ ſi potes,non debes apponere iſta uerba in libello,quia ſi ſtatutum aliud diſponat,quàm ius cōmune,uideris intētaſſe duo remedia contraria,quod non potes.l.1.cū materia.C.de fur.Si uerò ſtatutū diſponit idē quod ius cōmune,& tunc grauaris in hoc,quia cogeris unū remediū eligere,iuxta l.quod in hæredē,§.eligere.ff.de tributoria.
153 † Si uerò hæc clauſula apponatur alternatiuè, ſcilicet ſm
y formā iuris,uel ſtatutorū: y libellus ur̄ incertus,& non procedere,iuxta l.prætor edixit.§.quod aūt prætor. ff. de iniu. & ſic incideres in dubitationē. Tenete uos indubitāter,dictam clauſulā poſſe procedere, qa tex. eſt in l. 2.C. quemadmodū teſt.ape.in uer.ſm leges,moresq; locorū.facit l.fi.C. de iniu. Et ita expreſsè firmat Bart.in l.rerū quidē amotarū.la 1.ff.rerū amot.ad fi.Et ibi reſpondet ad ea,quæ in contrariū adducebantur per Iac.de Are.& uideas Bar.in repet.l. de quibus, in 4.col.nu.9.ff.de leg.ſi tñ eſt repe.Bart.& latè Bal. & Inn.& Cuman.in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de libe.& poſthum. Vbi ēt ponūt quid iuris,qñ clauſula illa poniᵗ nō copulatiuè, ſed alternatiuè.Et Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi. procō.& leg.in 32.q.& Bal.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitū.ff.ſi quis cau.& Bald.in l.1.C.de cōpen.in 12.col.& Bal.in l.uinum. ff. ſi cert. pet.& Bal.in l.2.in 3.col.C.de proba.& Bal. in l. edita. in repet.Paduana,in 16.col.ubi dicit ualere libellū:Peto condēnari ſm leges & cōſuetudines.Et dicit Bal.in extrauagāti,de pace Cōſtātiæ.in §.ſnīæ quoque.in uerb.ſm leges & conſuetu-
154 dines.arg.illius tex.† φ ſi petaᵗ cā determinari ſm leges & cōſuetudines locorū,potius debet determinari ſm bonas cō
155 ſuetudines,q̄ ſm leges.Et dicit Bal.ī l.3.C.de nuptijs.† φ ſi peto aliquē puniri ſm formā ſtatutorū & cōſuetudinis, φ ſi nō cōſtat de cōſuetudine, φ punitur extra ordinē. Ad prædicta optimè facit,qđ uoluit Bart.in l.2,§.ſi publico. ff. ad legē
156 Iuli.de adul.in 5.col.uer.tertiò quæro.ubi dicit,quòd † in inquiſitione pōt cōcludi hoc modo, Super quibus omnibus intendit procedere, & punire ſm formā iuris, uel ſtatutorum.
Cōſueuit ēt p nōnullos addi ī fine libelli illa clauſula:Saluo
z iure z addēdi,minuēdi,mutādi.&c. q̄ clauſula nihil operaᵗ;
157 † nā añ litis cōteſtationē pōt libere ſine illa clauſula mutaᵗ, corrigere,addere,vt eſt gloſſ.in l.qui familię.ff.fami.erciſ.niſi libellus ſit per aduerſarium acceptus, quia tunc non poſſet amplius corrigi uel mutari, etiam ante litis conteſtationem iuxta not. per Bald. in l. cum precum. C. de lib. cauſ.
158 † Ideo cautela eſt, vt reus acceptet libellum in paſſibus, punctis,& articulis pro eo facientibus tātū. Ita Bald. Inn. & Cum.in l.Gallus.§.quidā rectè.ff.de li.& poſthu.prout refert Ang.de Aret.hìc.Si verò poſt litē cōteſtatā velit emēdare,vel

a corrigere nõ põt; a ẽt si eẽt apposita illa clausula, Saluo iure addẽdi, vel minuẽdi. Et ita tenet Bal. & alij ĩ d. l. edita. & Bar. in l. nõ solũ. §. morte. in 7. col. ff. de ope. no. nũ. & in l. cùm pro curator. §. si dominus. in 2. col. in eo tit. & in l. Nesennius. in 1. col. ff. de neg. gest. Et de his habẽt Can. gl. ord. in c. inter dilect. in ver. iure addẽdi, extra de fide instru. de quo ẽt ꝑ Bal. in d. l. edita. in repe. Paduana. ĩ 1. & pe. charta magna. & ĩ repe. Perusina, in 35. col. & Io. mona. & Io. And. in c. in generali. in Mercuria. de reg. iur. in 6. per Bald. in l. tres denuntiationes, in fi. C. quomodo, & quando iud. Ang. in l. si quis intentione am bigua. ff. de iud. Ange. in §. omnem. in Auth. de litig. decim. part. ti. Ant. in c. cùm M. Ferra. extra de consti.

Limitat tñ prædicta multũ no. Bal. in d. l. edita, in repet. Pa duana, in pe. char. ver. itẽ dubitabat̃ de clausula, Saluo iure addẽdi, & diminuẽdi: vt ꝑdicta procedãt, qñ dictũ est, Saluo iure addẽdi, quia tũc ad ius se retulit protestans & ius non
159 vult, posse mutari libellũ post litẽ cõtestatam. † Secus aũt si
b diceret: Saluo mihi addẽdi arbitrio, b & diminuendi. Quod dictũ si est verũ, est singulare: tñ pro veritate est periculosum, cùm ẽt verbũ Arbitriũ, intelligat̃ ſm ius, & nõ ſm merã volũ tatẽ, iuxta ea, q̃ dicit Bar. in l. 1. ff. de leg. 2. & Bar. in l. si sic. de leg. 1. in prin. & in l. alio. ff. de alim. & ciba. leg. Et cõtra illud & dictum Bal. firmat expressè Ang. de Are. hic. Dicebat etiã Bal. in d. l. Nesennius, in vlt. col. post Hos. in d. c. inter dilectos,
160 extra de fide instru. † ꝙ dicta clausula, Saluo iure addẽdi, & diminuendi operatur hunc notabilem effectum, quòd ille, qui sic protestatur, non videtur agere connexè, sed diuisim, nec videtur se adstringere. & idem etiam dicit Bald. in d. l. edita. in repe. Paduana, in loco, & ver. proximè alleg.

161 † Multũ est ẽt vtile, & necessariũ, apponere in libello, Nõ
c adstringẽs c se ad probãdũ nõ necessaria, sed ad ea tãtùm, q̃ sufficiãt ad victoriã cãæ obtinẽdã. Quia si hæc clausula non apponat̃, tenet̃ actor approbare oĩa in libello deducta. Et ita no. dixit Bart. in l. diuus. in 2. col. ff. de re iud. De qua ẽt clausu la ꝑ Cano. in cap. cùm dilecti, extra de dolo & cõtu. Et dixit plus Ang. de Aret. hìc, ꝙ actor tenet̃ probare oĩa deducta in libello, siue sint deducta ꝑ modũ substãtiæ, siue ꝑ modũ cãæ, siue per modũ qualitatis, siue principaliter, siue incidẽter. De quo tñ vide latè Bal. ĩ l. 1. in 18. col. & seq. C. qui accu. nõ pos.

Quid in reo, an teneat̃ probare positũ ẽt ꝙ in se sumpse rit onus probãdi: dixi opportunè suprà eo. §. ſup gl. fi. in vers. dicat nõ repeto amplius. In proposito tñ nr̃o reperio ꝙ Bal. in l. nõ iõ. C. de lib. cã. tenuit ꝙ clausula illa, Nõ adstringẽs se ad probãdũ nisi necessaria, & c. nihil prodest cùm necessitas probãdi sit imposita à iure. & hoc dicit notãdũ, sed nihil al legat ad hoc. Tenẽdo tñ ꝙ dicta clausula, Non adstringẽs se
d ad probãdũ d * nisi necessaria, sit vtilis, vt prædixi. & ista est COMMVNIS opin. Limita hoc valde not. nõ ꝓcedere, qñ aliquid negatiuè proponeret̃, quo casu, licet factũ sit in se af firmatiuum, tamen nunquã videtur se adstringere ad onus probãdi. Istud est quod no. voluit Bal. in l. cum te. in vlt. versi. C. de proba. & ibi etiam Cyn. quod verbum tene cordi.

Succesſiuè iuxta has clausulas in libello apponi consue
162 tas, dicebat Ang. de Are. hic † ꝙ Bononiæ cõiter addit̃ hæc clausula, Et prædictus fuit sæpius cõfessus in præsentia testiũ fide dignorũ, & c. quã clausulã dicit ipse superfluã, imò noci uã quia per eã instruitur aduersarius de probationibus suis, & ſm eũ sufficit dictã cõfessionẽ extra iudicialẽ probare, po stea in processu causæ, ẽtsi hoc non exprimatur in libello, & debebat sequi cõdẽnatio. Ego puto ꝙ imò ista clausula sit oĩ no vtilis. Et ad hoc adduco decisionẽ expressam, & in termi nis Spec. in ti. de test. §. 1. ver. sed pone, egi. vbi notabiliter di xit, quòd si fuisti confessus mutuum extra iudicium, etiã par te præsente, & in præsentia testium, quòd si de tali confessio ne non feci mentionẽ in libello, quòd probatio confessionis facta postea in processu, nihil prodest actori. De quo latiùs ibi per eũ, & cum Spec. ẽt videtur concordare do. Ant. de Bu tri. in c. examinata, extra de iud. Benè faciũt quæ decidit Bar. in l. si ita stipulat⁹. §. Chrysogonus, ĩ vlt. col. ff. de verb. oblig.

163 † Aduertẽdũ est ẽt circa hãc materiã libellorũ, ꝙ ĩ causis ciuilibus non est necessè inserere in libello locum, aut tem pus celebrati contractus, secundum Bart. in l. 1. in prin. in pen. col. ff. de eden. quod intelligite & limitate ut ibi per eum. & adde Bart. in l. ratio. aliàs incipit datio. §. si per venditorem. ff. de act. empt. & per illũ tex. no. ibi ꝙ in libello non est po nendus locus, sed inspicitur locus ille, qui erit vtilior actori,

164 † Vtile est & necessarium, declarare id, quod in libello pe titur. l. si in rem. ff. de rei vendic. & est talis declaratio facien da cũ duabus demonstrationibus, vel duabus cohærentijs, siue duobus cõfinibus, ſm Bart. post gl. in l. forma. ff. de cẽsi. & Bart. in d. l. si in rẽ. & latè ipse Barto. in l. demonstratio fal sa, in prin. ff. de cond. & demonst. in pen. col. & videte glo. & Doc. in c. 2. de libel. obla. Quod multùm signãter limitate, ni si actor illas demõstrationes ignoraret, & ita iuraret: vt l. 1. §. si quis argẽtũ. & ibi gl. in ver. iuraui. ff. deposit. De quo uide Cyn. qui hoc declarat in d. l. edita. in 7. col. versi. nũc restat vi dere. Spe. ĩ ti. de libelli cõceptio. §. iuxta. ver. sed ĩ quo ꝓderit.

165 † Nomen e * aũt actionis nõ est hodie necessariũ in libel
e lo exprimere, sed sufficit libellũ proponere, & taliter factum
f narrare, ꝙ ex eo resultet actio. in c. dilecti. f extra de iudi. Ita se hẽt Cõis opi. vt tenet Bart. in d. l. 1. in prin. ff. de eden. in pe. col. post gl. ibi & alij cõiter. & Bar. in l. cũ mota. arg. illius tex. C. de transact. ad fi. in l. Gallus. §. quidẽ rectè, in fi. ff. de libe. & posthum. & ibi latè Imo. & latè per Cano. in d. cap. dilecti. & Cyn. & Bal. & alios in d. l. edita. & dicit Bar. in l. 1. in prin. & ita obseruat consuetudo. Et per hoc inferebat ibi Bar. post In
166 no. in c. examinata, extra de iudi. † quòd si hodiè exprime retur in libello actio inepta, nõ tñ vitiaret̃ libellus: q̃a si sine illa expresſiõe actionis procedit hodie libellus, vt dixi: ergo eodẽ mõ procedet, si exprimat̃ inepta, iuxta l. vnicã. in princ. C. de rei uxo. act. Accedit fil. no. in l. vinũ. ff. si cer. pet. in gloss. mag. ad fi. & ibi Bal. & Ang. & gl. no. in l. q̃ testamẽto. §. 1. in verbo, posse. ff. de testa. & gl. illa no. in §. serui. in verbo, trãsi tu. suprà de libe. quã gl. in multis locis Bal. summè cõmẽdat: & dicit singularẽ in l. cõsentaneũ. in 5. col. C. qũo & qñ iud. & Bal. in l. 2. in 3. col. C. de iur. emphy. Bald. in c. 1. §. si quis verò. de pace iur. fir. Et istud idẽ tenet Bar. in l. insulã. ff. de præscr. verb. & istud cõsueuit magis cõiter teneri, prout ẽt tenẽt Bal. & Ang. in l. Gallus. ff. de lib. & posth. in §. 1. & ibi dicit Bal. ꝙ istud dictũ Inn. in d. c. examinata, est singulare. Idẽ tenẽt etiã Ang. Sali. & Imo. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogon⁹. ff. de ver bo. obliga. in no. & ibi ẽt Imo. reputat illud dictũ esse singula re, & Io. And. in addi. Spe. in ti. de actio. & pen. §. sequit̃. versi. super hoc. Io. de Imo. & Abb. Pan. in d. c. examinata. Quãuis Ant. de But. ibi refert opi. aliquorũ, q̃ tenẽt cõtrariũ, & nihil clarè firmat gl. in d. l. 1. in prin. ff. de eden. & gl. mag. circa fi. vbi Ang. tenet cõtrariũ eius, qđ dixerat suprà, & cõtrariũ ẽt te nuit Ang. in l. 2. ꝑ illũ tex. C. de formulis. & in l. si cũ ea. C. de do promis. gl. & Ang. in l. vnica. C. vt q̃ desunt aduo. Et cõtra riũ ẽt tenet Spe. in tit. de act. & pe. §. seq. ver. pe. & Bal. ibi cõ trarius ĩ l. & sine scriptura. in vlt. col. C. ad Treb. & in l. certi cõdictio. §. qñ. ff. si cert. pet. & gl. ĩ d. l. 2. C. de fer. Cõis tñ opi nio magis se habet, vt suprà dixi, & videbitis in locis pallegatis.

167 † Postremò iuxta hãc materiam libelli nota, ꝙ sñia lata
g super inepto libello, est ipse iure nulla, g nec ex ea orit̃ actio in factũ, vel officiũ iudicis, Ita est gl. suprà de obli. in prin. in gl. in ver. ſm. ad fi. in verbis illis, itẽ ꝑ cõpetẽtes actiones, ſm qđ alleg. Bal. in l. actori. ad fi. C. de reb. cre. & dicit illã gl. esse sing. & nõ esse alibi in mũdo. Allegat eã ẽt Bal. in l. ex hoc iu re. ff. de iusti. & iur. in pe. col. & in l. pe. circa princ. eod. tit. & Bal. in repe. l. 2. in 14. col. ff. de iureiur. & do. Anton. in ca. exa minata, extra de iud. Et pro hac gl. facit tex. opti. in l. fi. in ver bo nihil agit. quẽ ad hoc ibi ponderat Bal. ff. de lib. & posthu. Et illã gl. limitabat Bal. in l. certa rõne. C. quando prouo. non est necess. & Bal. in l. 2. ad fi. C. de re iudic. & Bal. in l. pe. in pri. ff. de iust. & iur. vt procedat, quando ineptitudo esset expres sa in libello: secus si libell⁹ esset tacitè ineptus, tũc valet sñia.

168 † Adde ẽt ꝙ exceptio ineptitudinis libelli potest quandocũ que opponi ẽt post sñiam secundum. Bal. post Iac. But. in l. li cet. in antepe. col. C. de proc. & Bal. in authen. si quis litigan tiũ. C. de epis. audi. & Bald. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. & Bal. in d. l. edita. in repe. Paduana. in 20. col. & ẽt in 23. col. & idem Bal. in l. 2. C. de formulis. & in l. exceptionem. in 4. col. C. de proba. Et quod exceptio ineptitudinis libelli posſit op poni post sententiã, tenet etiã Pet. de Anch. in cle. cõstitutio
169 nẽ. extra de elec. † Pro sustentatione tamen libelli licitum
h est uerba impropriare, & libellum sustinere. h Ita Bar. per il lum tex. in l. si olei. C. locati. & Bar. in l. 2. per illũ tex. C. de his qui ex public. ratiocin. lib. 10. & Bar. in l. sed & si possessoris. §. item si iurauero. ff. de iureiur. & Bal. in l. 1. C. unde lib. cum multis.

170 multis alijs similibus concor. in quibus† libellus potest sustineri, si uerba sunt talia, quæ possint interpretari, etiam ex sententia, & reduci ad uias iustas. Ita colligitur ex uerbis In no. in c. cõquerente, extra de offi. ordin. & ibi per Imo. & expressè do. Ant. in c. constitutus, extra de reli. do.

171 Et dicebat Bal. in l. fi. C. de compen. in fin. pen. col. † ꝙ põt sustineri libellus grosso modo, qñ nec debet nocere talis loquendi simplicitas. Et ista sufficiant pro generali instructione, & generali doctrina cuiuslibet libelli bene formandi, & ritè, rectèque concipiendi.

172 † Reliquum est modò ut uideamus in specie qualis debeat esse forma libelli, in rei uendicatione. Et breuiter dicas quòd actor debet demonstrare rem, quã intendit uendicare duobus modis: uel eo modo, quo põt, iuxta ea quæ dixi suprà, in materia libellorum: posteà debet ostẽdere se dominum simpliciter, non expressa causa specifica, per ea, quę dixi suprà in materia rei uendicationis, circa requisita ex parte actoris. Vtile est & ẽt ſm Ang. de Aret. hìc, ꝙ omnia ista simul ponat, scilicet rem, quam petit ad se spectare iure directi dominij, uel utilis dominij, uel quasi dominij: de qua clausula dicam opportunè in §. sed istæ, infrà eo. Deinde debet dicere qualiter rem illam reus conuentus detinet, & habet facultatẽ rei restituẽdæ: uel quòd dolo desijt habere, uel possidere, iuxta ea, quæ dixi suprà, in materia rei uendicationis, circa requisita ex parte rei conuenti. Postremò debet petere se declarari dñm, ſm Bar. in l. ex diuerso. §. 1. per illũ text. ff. de rei uen. & Bar. in l. Pomponius. §. sed & is. per illum tex. ff. de procu. Dicebat tñ Ang. de Aret. hìc, ꝙ posset etiã libellãs cõcludere ꝑ hæc uerba: Quare peto per uos pronuntiari & declarari dictam rem ad me spectare, & ꝑtinere iure directi dominij, uel utilis, uel quasi dominij. De quo an procedat, dicetur in §. sed istæ, infrà eod. Et in præallegatis locis dicebat etiam Bar. posse procedere libellũ illũ antiquorũ, qui in rei uendicatione solùm petunt possessorem condemnari ad restitutionem rei. Nã ſm Bar. ex quo actor petit reũ condemnari ad restitutionẽ rei, per consequens vr̃ petere se pronuntiari dñm: quamuis hunc libellũ antiquorum damnet Io. Fab. hìc. & videas Nico. de Neap. qui circa hoc refert multos antiquos. Et circa hunc libellum vide quæ suprà dixi in materia libellorũ circa clausulã illã: Peto cogi, & cõpelli. Plus dicunt doct. vt do. And. & Imo. in c. 2. de libell. obla. quòd sufficeret in libello dicere: Peto talem rem per rei vendicationem.

173 † Vos tñ aduertite circa restitutionẽ rei petitæ fiendã, ꝙ licet Io. Fab. hìc post Pet. de Bella Perti. simpliciter dicat, ꝙ restitutio rei petitæ veniat fienda officio iudicis, nõ aũt iure actionis: & ita esseuerat tenere communẽ cursum causarũ: Tñ vos habetis Bar. tenentem cõtrariũ, ꝙ imò talis restitutio venit fienda iure actionis, si bene inspiciat in l. si priùs. ff. de ope. no. nun. in 11. col. circa fi. in 2. q. & eũ ibi pulchrè ponderat Imo. & eum defendit: licet contrarium teneãt Pe. & Cy. in l. si quid. C. de serui. & Bal. in l. harũ. ff. si serui. ven. in fi. De quo vide Spe. in tit. de offic. iudi. §. de serui. ver. post sñiam. per Ang. in l. si quis 6. §. differentia. ff. de acqui. pos. in 9. col. Putarem ergò ad euitandum has difficultates, tutius esse, si actor primò petat se declarari dominum, vt dixi: dehinc successiuè petat reum condemnari, & condemnatum cogi, & compelli ad rem petitam restituendam. i

* Prædicta procedũt quando actor vult rẽ solùm petere.

174 † Quid autem si velit etiã fructus rei petere, K quomodo erit formãdus libellus? est materia valde prolixa, in qua reperio doct. multũ variasse. Verũ qa iste §. satis dotis habuit, & fortè amplius q̃ exigeret, ꝓcedã in hoc vltimo remissiuè.

175 † In primis sciẽdũ est, fructus posse peti aliqñ de per se. viã actionis, s. ꝑ rei vendicationẽ aliqñ solùm per officiũ iudicis, ſm qđ declarat gl. valde no. & magistralis. in l. & ex diuerso. in prin. ff. de rei. ven. in gl. mag. in verbo, nõ habẽdã. & ibi Bar. & si quidẽ fructus debentur iure actionis, & sic per rei vendicationẽ possent peti, non tamen cùm repeti poterũt simul, sed tunc opus erit nouo libello, ſm qđ decidit Bar. ĩ d. l. & ex diuerso. §. vbi aũt. in 1. col. ꝑ tex. expressum in l. fundi. ff. de excep. & per alia, de quibus ibi per eũ. Si aũt fructus debentur solo officio iudicis, vel petuntur solùm officio iudicis, quod põt, ẽt qñ debentur per viã actionis, vt vult ibidẽ not. Bart. tũc est dubiũ qualiter debet formari libellus: & in hoc Bar. ꝯ morẽ suũ reperit sibi cõtrarius. Nã Bar. in l. 1. in pri. ff. đ eden. in 3. col. tenet, ꝙ posset peti res cũ fructibus inde perceptis, & ꝙ non sit necesse exprimere quãtitatẽ fructuũ. Sed ipse Bar. in d. §. vbi. autem in 2. col. tenet, ꝙ imò debet declarari quantitas fructuũ, qui petuntur, qñ sunt fructus percepti de præterito: si autẽ essent fructus percipiendi in futurũ pendente lite, tũc nõ est necesse ꝙ certa quãtitas exprimatur: qa illã actor probabiliter ignorat, ſm eum. De quo puncto si velis videre, videas Cy. in l. certũ. in fi. C. de rei vendi. & Cy. in l. cũ propria. & ibi Bal. C. si quis alte. vel sibi. & latè Imo. in l. si filius, in prin. ff. de verb. obli. vbi refert Bal. in hac materia variãtẽ per Inno. in c. grauis, extrà de resti. spo. & in c. tanta, extra de exces. pla. & latè ꝑ Ange. & Imo. ĩ l. si homo. ff. đ re iudi. & Ange. de Are. hìc, cũ concor. in his locis per eos alle. l

176 † Et pro euitandis his dubitationibus mihi placet modus practicandi, positus per Ang. de Are. hìc, vt dicatur: Peto reũ conuentũ condẽnari ad restituendũ rẽ petitã, vnã cũ fructib. perceptis à tãto tẽpore citrà, q ascẽdunt ad tantã quãtitatẽ deductis oĩb. impensis, & ẽt deducta parte laboratoris. Itẽ peto fructus, qui percipi potuerunt ꝑ quẽlibet diligentẽ virum, qui possint ascẽdere ad tãtã quãtitatẽ. Itẽ ẽt peto fructus ꝑcipiẽdos lite pẽdẽte, prout de debita quãtitate fructuũ & eorũ æstimatione probabitur, & liquidabitur in processu, taxati one boni iudicis semper salua. Et per hunc modũ oĩs scrupulositas euadet. Dicebat ẽt Bar. in d. §. vbi aũt. in 2. col. ꝓcedere libellũ alternatiuè: Peto fruct⁹, si extẽt: & si nõ extẽt, stimationẽ. De quo habes gl. ĩ l. diuortio. §. ob donatiões. ĩ gl. j. ff. so. mat. & ibi ꝑ Bar. & Ang. & latiùs ꝑ Imo. hoc limitãtẽ.

177 † An aũt iudex possit condemnare reum in fructibus nõ petitis ab actore, vide Bal. in l. properandũ. §. sin aũt alterutra. C. de iud. & in l. 1. in vlt. col. C. de fructi. & lit. expen.

178 † Et an pẽdente iudicio sortis, possint posteà peti fructus, & alia accessoria: vide Ang. in rep. l. 1. C. de iud. Et quid si non peto fructus, sed tantùm rem, an veniant fructus accessoriè ad rẽ: vide Bar. in l. 2. C. de pet. hær. & Cyn. in l. nõ est. C. fami. ercis.

179 † Quid autem in sententia, an teneatur iudex in sententia exprimere certam quantitatẽ fructuũ: vide Bar. in d. §. vbi aũt. & Imo. in c. inter dilectos, extra de donat. Bal. post Gul. ĩ l. 3. C. de fruct. & lit. expen. & vide tex. not. in l. in summa. §. q

180 sortis. ff. de re iud. ꝑ quẽ tex. tenet ibi Ang. † ꝙ non ualet sententia: Cõdẽno te ad restituẽdũ rẽ cũ fructibus, non expressa quantitate fructuũ. Et ita dicit fuisse iudicatũ ipso aduocãte.

Vnũ tñ perpetuò diligenter nota, ꝙ si iudex in sñia simpliciter dicat: Cõdẽno te ut restituas rem: intelligitur ẽt cõdem-

181 nare in fructibus, qui de iure uenirũt, † ꝑ uerbũ Restituas, quod plenum habet significatũ. Istud est, quod signanter uoluit Bal. in rubri. C. de fruct. & lit. expen. Quod dictum benè nota. Et per ista cũ laude Dei, & eius matris uirginis Mariæ sit expeditus iste §. Sit laus trino & vni.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a PERSONAM] Adde d. Bar. Soc. in cõsi. 131. in c. in præsenti, circa mediũ 6. col. in 1. parte. ubi quòd actio personalis datur solũ cõtra debitorem uel alium, qui eius personam repræsentat. Et adde Fran. Aret. in l. 1. de acqui. pos. in 7. col. ante medium. & quod ibidem dixi in apostil.

b * Adde ꝙ arbitri, đ quib. ĩ d. l. fi. C. đ iu. sunt tales, q cognoscũt đ tota cã, ut ibi apparet, & ĩ l. apertissimi. eo. ti. sed đ istis quos dicit Iason, habetis tex. in c. cũ speciali. ĩ prin. extra de appella. & in c. suspicionis, extrà de offi. dele. Carcass. Sardus

c APPELLARI] Vide Fran. Aret. in l. 1. C. de arb. & Feli. in c. fin. de re iu. in tertia colum.

d IVDICIORVM] Adde Dy. in consil. 50. & d. Bar. Soc. in cõsi. 195. inc. circa primũ. uer. accedit. in 2. parte. & in cõsi. 124. inci. præsens, circa mediũ, secunda col. in prima parte.

e TRANSACTIO] Et hic idẽ tenet do. Bar. Soc. ĩ d. cõsi. 124. inci. ꝑsens, circa me. 2. col. ĩ 1. parte. Vñ, ut ibi ipse dicit, quod in transf. permittitur, & in laudo, cõcedendũ uidetur. & in cõsi. 232. inc. ꝑsenti. versi. circa prin. scda col. in scda parte.

f EST] Adde do. Ma. Soci. in consi. 25. inci. Fran. ver. superest nunc. circa princ. & in cõsi. 26. inc. ex his. ver. & primo ibi, qđ aũt, & ĩ cõsi. 31. ꝑsequẽdo. ver. quãuis enim circa. fi. ĩ 1. parte.

g QVIS VEL QVI] De huius relatiui significatiõe vide

Frã.Are. in l.ſi quis duob.C.de impu.& ali.ſubſt.& do.Alex. de Imo. in cõſi.46.in ſecũda col.in 2.par.& in conſ.207.in ſecũd a col.in tertia parte.& in cõſ.23.in vlt.col.ĩ quarta parte.

h RES]. De hac dic.vide tu Feli.in ca.peruenit.col.2.De teſtibus.Et Frãc.Are.in l.1.de acq.poſſ.in 3.col.verb.Ad ſecundũ.Et in d.l.1.de cert.pet.Et Phil.Cor.in conſ.20.inc.videt̃ in litera,in 4.parte:Et Frãc.Aret.in Rubr.de acqui. poſ.in 5.col.

i MISTVM] Adde Franc.Aret.in l.prima.C.quando nõ peten.par.& quæ per eũ habentur in l.prima de acqui. poſſeſ. circa fin.4.col.& in l.ſi emãcipa.C. de colla. quod non in materia correctiua,nec proprietate ſermonis.& in l.cũ antiquis. C.de inoffi.teſtat.quod nec ẽt in ex orbitantibus. Et vide Dy. hic in prima col.circa principium.

K MISTI] Vide do.Alex. de Imo.in conſi. 115. in tertia & quarta col.in ſecunda parte. & in conſ. 30. in vltima col.ea. parte.& in conſi.82.in 7.co.in tertia parte.& in conſi.100.in vltima colum.in fi.ea.part.& in conſi.26.in 4.col.ea.parte.& in conſ.18.in vlt.col.in 4.parte.vbi ponit latè de hac materia & in conſi.28.in 1.col.in 3.parte.

l * Adde ꝙ & ſi iſta opi.Petri de Ancha.in caſu iſtius ſtatuti videatur magis cõmuniter approbata,vt per doct.in l. 2.ff. de leg.1.tamẽ idẽ Iaſo.in hoc ſibi cõtrarius per plura in d.l. 2.tenet cõtra deciſionẽ Petri de Anc.& cõmu.quẽ ibi videas, & ibi dictis adde ꝙ in iſto ſtatuto rõ eſt,ne mulier ꝑꝑ eius imbecillitatẽ facilè ſeducatur: ſed hæc rõ ceſſat in donationib. cã mortis,cũ præſumptio iuris ſit, quòd mulier de facili non donet.l.ſed ſi ego.§.fi.ad Velleia.imò cõtra naturã ſextus muliebris eſt donare.l.ſi ſtipulata.§.1.ff.de dõ. inter vir. & vxo. cùm ergo de facili mulieres nõ donẽt,& hmõi donatiões cã mortis poſsint ad libitũ volũtatis reuocari.l.nõ oĩs.in princ. ff.ſi cer.peta.l.fi.C.de don.cau.mor.iũcta l.4.ff.de adimẽ.leg. & ſic ceſſet omnino rõ & mẽs ſtatuẽtiũ,ceſſabit ẽt diſpoſitio. c.cũ ceſſante.extrà de appel.l.ſed ſi pater.§. nõ tãtùm. ff. ad Mace.& cùm ſimus in correctorijs,& nõ ſit idẽtitas rõnis,nõ valebit arg.ad caſum impropriũ.auth.quas actiões.C.de ſacroſan.eccle.c.cùm dilectus.extrà de cõuetud. Præterea vrgẽtiſsimè cõtra cõmunẽ ſnĩam inſtat̃,cui permittit̃ teſtari,ꝑmittit̃ cã mortis donare.tex.eſt notab.q̃ facit hãc cõſequẽtiã in l.cùm hic ſtatus.§.ſi miles.ff.de dõ.inter vir.& vxo. & magis propriè ad terminos q.nr̃æ,cui remittit̃ ſolẽnitas in teſtãdo,remittit̃ in donatione cã mortis.tex.eſt & ibi gl. in l.Marcel.in prin.ff.de dona.cã mortis.ſed in hoc ſtatuto nihil circa teſtamẽti factionẽ immutatur:ergo nec in donationẽ cã mortis. Et optimè pro iſta parte facit, q̃a ſicut in gñali cõceſsiõe donãdi nõ venit donatio cã mortis.l.ſi filiusfam.§.fi.ff.de dõ. tit.gen. nec ẽt in hoc ſtatuto exorbitãti gñaliter diſponẽte in cõtractib.cõprehẽdet̃ donatio cã mortis.Itẽ pro iſta opi.adduco duo argu.q̃ pro cõi ſnĩa fiũt,& ita retorqueo il'a.Oẽs fatẽtur donãtionẽ cã mortis reſpectu cõfectionis habere naturã cõtractus.gl.in l.2.ff.de dote præle.reſpectu effectus naturã vltimæ volũtatis.l.fi.C.de dõ.cau.mor. & tradũt ſcribẽtes in d.l.2.ff.de leg.1.ſed ſtatuẽtes vt ex rõni ſtatuti ſuprà relata apparet,reſpectu effectus uoluerũt ſuccurrere mulierũ fragilitati,cũ leges rebus,& nõ uerbis,imponãtur.l.fi.C.de uſu.c. cõmiſſa de elec.in 6.ſed reſpectu effect⁹ nõ lædunt̃ mulieres, cũ poſsint ad libitũ hmõi donationes reuocare, ut ſuprà dixi:ergo nõ cõprehendentur donationes cauſa mortis in hoc ſtatuto, maximè cũ mulier poſsit diu cogitare nũ ſibi expediat donationẽ cã mortis reuocare:arg.l.ſi mulier.la 2. C.ad Velleia.nec obſt.arg.Petri de Ancha.quod ẽt retorquet̃:& dico ꝙ donatio cã mortis magis participat de ultima uolũtate,quàm de cõtractu,ut irrefragabiliter probatur in d.l.fi.C. de dõ.cau.mor. in §.1.Inſt.de dona.in l.illud. ff. de don.cau. mor. ubi aperta regula ponit̃ ꝙ donatio cã mortis in nulla parte ultimæ uolũtati abſimilis eſt. & probatur ex regula l.ſicut.C.de act.& oblig.cùm ergo magis participet de ultima uoluntate,ſecundum illius naturam iudicabitur. d.l. quæritur. ff. de ſtat.ho. Et hæc opin.contra communem placet mihi.Anto.Ang.Carcaſſona Sardus.

m INTELLIGI] Quomodo aũt uerba ſint intelligẽda uide do.Alex.de Imo.in conſi 83.in 3.& 7.col. in ſecũda parte. & in cõſ.40.2.col.ea.part.& in conſi.109.in 4.par.& do.Vin. Palleo.in conſil.66.inter conſi.do.Alex.in 4.parte.

n * Adde ꝙ licet Iaſ.infrà alleget Bar.ſibi cõtrariũ, tñ rectè intuẽdo,ſaluari põt à cõtrarietate:quia Bart.in d.l. apud Iulianũ.§.fi.loquit̃ qñ ſtatutũ dicit ꝙ mulier nõ poſsit cõtrahere. & in l.ad mutũ.§.primo.ff.de acqui. hær. loquitur qñ ſtatutũ dicit ꝙ mulier nõ poſsit obligari. quæ duo ſtatuta longè in uerbis differunt,ut hic per Ang. de Are. Quæ concordia fuit Mattheſil. in ſuis notabi.prout eũ refert.Iaſ.in l.ſi unus.§.pactus ne peteret.in 8.col.ff. de pa. ubi uideas Iaſ. ferè omnia, quæ hic,dicentem.Carcaſſona Sardus.

o * Adde quòd Abb.in d.c.fi.col.11.uerſic.uenio ad gl.11.nõ dicit id,quod Iaſ.refert, ſed dicit propriè cõtractũ eſſe ultro citroq; obligatoriũ.per d.l.Labeo.Cæteri uerò impropriè,& largo modo.De ſtatuto uerò nullum uerbum quod quæſtioni noſtræ adaptari poſsit Sardus.

p PRO EXPRESSA] Vide do.Ale.ĩ cõſ.48.ĩ 3.col. in prima part.& in conſil. 80. in tertia col. & in cõſilio 106. in pe. colum.ea parte prima.& in conſi. 77. in fi.in ſecunda parte.

q EXTENSIVE] Vide do.Ale.in cõſ.18.in fi.in 2.par.& in cõſ.182.in 15.co.& in cõſ.188.ĩ 2.col.ĩ eadẽ 2.part.& in cõſ. 189.ĩ prima & 2.col.ĩ 4.parte.& in conſil. 22.ĩ 2.col.ea part.

r RENVNTIATIO] Adde d.Ale.de Im.in l.ſi unus.§.pactus.ĩ add.ad Bar.ff.de pac.& Pau.de Caſ.ĩ cõſi. 40. & de diſtractu,Bal.in cõſi.inci.In Dei noĩe,Amen. ille dicit̃ habere.

ſ ET DAMNOSIS] Sed nũquid tale ſtatutũ ſi habeat locũ renũtiatione facta ꝑ filiã patri,uide do.Ale. de Imo.ĩ cõſi.29. ĩ pen.col.ĩ 3. part.ubi ẽt quod ſi uelit uẽdere uni propinquo. & nũquid ſtatutũ loquẽs ĩ cõtractib⁹ habeat locũ ĩ cõtractib. iuratis minore.uide per eum in conſi.106. in ult. in 3. parte.

t Sed illa gl.in d.l.ſi quis in tantam.reſpectu prodigi communiter reprobatur,ut ibi per Bart.& alios.

Neap. Ioan. Fab. & Iaco. But. Et istud mihi magis placet uni-
ca ratione: quia licet uerũ sit quòd suprà in præcedentibus
sint positæ actiones ciuiles, tñ sunt positæ tanquã contineantur sub prima diuisione actionum: & sic cùm essent uel reales, uel personales: nõ autẽ sunt positæ eo, quòd essent ciuiles. Cùm ergo imperator hìc aperiat nobis, illas actiones ẽt esse ciuiles, & posteà subijciat, alias esse prætorias, apparet manifestè q hìc ponat secũda diuisio actionũ: & cõsequenter rationes suprà adductæ pro Citramon. probabunt hìc §. esse.

Et est aduertendũ etiam quòd Imperator in hoc §. usque ad §. sequens. tractat de actionibus prætorijs hoc ordine: quia primò ponit de actionibus prætorijs realibus: secundò de prætorijs personalibus, ibi, in §. in personam. tertiò de prætorijs popularibus, ibi, in §. populares.

Antequam accedam ad materiam huius §. attingam in pri

primis duo,super quibus posset probabiliter, iuxta hunc §.
3 dubitari.Primum est,† quæ possit esse ratio quòd Iurisconsul
tus in volumine Digestorum post tit.de rei vendi. immedia-
tè posuit titulum de Publiciana ante tractatũ seruitutum : &
tamen Imperator in hoc titulo fecit totũ econtra : quia in §.
omnium,posuit materiam rei vẽdicationis,& in §.æquè,po-
suit immediatè materiam seruitutũ,& posteà in hoc §.posuit
materiam Publicianæ. Potestis dicere vtrunque factum esse
ratione.Nam Imperator in toto hoc titulo procedit per diui
siones actionum,iuxta gl.magistra. in §.sunt prætereà. in gl.
infrà eo.quia ergo in prima diuisione hìc posita, s.in §.om-
nium.optimè cadebat materia rei vendicationis, & materia
seruitutũ:idcirco ibi sunt bene positę: verùm quia in secũda
diuisione actionum,quæ hic ponitur,optimè cadit Publicia
na,idcirco illa etiam hìc benè ponitur. Iurisconsultus autẽ
non processit per diuisiones actionum,sed ẽm earum mate-
riam.Quia ergo Publiciana habet materiam conformem cũ
rei vendicatione, imò omnia disposita in rei vendicatione,
habent locum etiam in Publiciana, vt est tex.no.in l.eũ qui.
§.in Publicia.ff.de Publicia. idcirco post titulum de rei ven-
dicationę Iurisconsultus bene posuit titulũ de Publiciana.
4 Secundum dubium est, † quare prætor nõ extendit potius
rei vendicatione ciuilem ad hunc casum, s.vt rei uendicatio
ciuilis,quæ datur ei,qui est dñs, per extẽsionem prætoris da
retur etiam ei,qui nõ est dñs,qñ bona fide,& iusto titulo ac-
quisiuit rem à nõ dño:sicut videmus in simili in titulo.ff.de
poss.hær.pet.vbi prætor extendit petitionẽ hæreditatis, quæ
est actio ciuilis cõpetens hæredi,vt etiam competat bonorũ
possessori.Et melius fecisset prætor ita extendere, quàm face
re de nouo vnam actionem de per se nominatã. Io.Fab.hic,
in vlt.col.mouet istud dubium:& notabiliter hoc modo re-
spondet,ꝙ est magna ratio diuersitatis inter istos casus. Nã
cum bonorũ possessor,& hæres habeant magnã conformita
tem inter se,nil mirum si petitio hæreditatis, quæ datur hæ-
redi de iure ciuili,potuit extendi per prætorẽ ad bonorũ pos
sessorem.Et ad hoc,ꝙ hæres,& bonorum possessor habeant
inter se magnam conformitatem,nihil allegat. Sed ego pro-
c hoc allego solennem c* tex.in l.in conditionibus.§.si patro-
5 nus.ff.de cõdi.& demon.ubi† conditio de hærede,s. Si hęres
non erit:verificatur in bonorum possessore, quantumcunque
in conditionib.uerba debeant strictè accipi, & in forma spe
cifica impleri.l.qui hæredi.in prin.& l.Meuius.ff. de cond.&
demon.Accedat quod multùm singul.voluit Bar.in l.j.§.bo-
norum.ff.ad Trebellian.vbi per illũ tex. & per tex. in d.§.si
6 patronus.dicit† ꝙ statuta loquentia in hęrede,habent locum
in bonorum possessore.Sed ad propositum nostrum licet hæ
res,& bonorum possessor habeant conformitatem inter se,
tamen dñs,& nõ dñs nullã habent inter se conformitatem,
imò sunt adinuicem de directo contrarij: nil mirum si rei uẽ
dicatio ciuilis,quæ competit dño, non debuit extendi ad nõ
dominum,qui est sibi contrarius.

His expeditis condescendo nunc ad materiam huius §.&
quia in hoc §.tractatur materia Publicianæ, in primis ad eui
7 dentiam habetis videre † quid sit Publiciana. Et secundum
quòd reperio eam definitam per Pet.de Bella Per. & post eũ
per Io.Fab.hìc,in 3.col.potestis eam sic definire: Publiciana
est actio in rẽ,cõpetẽs alicui ratione iuris sibi bona fide quæ-
siti in re,vel ad rem,commercio hominum non exemptam,
& non prohibitam usucapi propter uitium, traditione, uel
quasi,sequuta,ex causa habili ad translationem dominij, cõ
tra habentem facultatẽ restituendi ad declarationẽ iuris sui.

Dixi primò quòd est actio in rem.Et hoc satis patet ex isto
tex.ubi Imperator inter reales prætorias ponit pro prima
istam Publicianam.

Posteà dixi,Ratione iuris : intelligite scilicet quasi dominij:
vt hoc tex.

Dehinc dixi,Bona fide quæsiti,propter tex.in l.eum,qui.§.
prætor ait.ff.de Publi.Istud tamen uerbum puto non esse de
necessitate ponendum in definitione, quòd debeat esse res
non prohibita usucapi : ergo de necessitate infertur ꝙ de-
beat esse bona fide quæsita.

Dehinc posteà subiunxi:In re,uel ad rem.Ista uerba expo-
nit Pe.de Bella Per.hoc modo:Ille, qui habet seruitutem si-
bi acquisitam à non dño bona fide, dicitur habere ius in re,
hoc est,in eo prædio,in quo debetur sibi seruitus: & pro illo
iure seruitutis sibi non domino constitutæ, competit Publi-
ciana:ut l.si ego.§.j.& 2.ff.de Public.Ille uerò,qui potest uẽ-
dicare rem ratione directi dominij, uel potest Publiciana
agere ratione quasi dominij,dicitur habere ius ad rem.Hęc
8 declaratio non placuit Ioan.Fab.qui dixit† quòd imò ille di-
citur habere ius in re,qui habet dominium ipsius rei: ille ue-
rò potest dici habere ius ad rem,qui habet quasi dominium.
Allegat.c.fi.&c.ne captandæ.de conces.pręben.lib.6.Ego ad
idem addo tex.not.in l.2.§.in hac actione nõ utique.ff.ui bo.
rap.ubi dixit tex.quòd ille dicĩ habere ius in re,qui habet in
ea vsumfructum,vel aliquid aliud, propter quod sua interest
illam rem à se non auferri.

9 Et ibi habetis solennem tex. qui ponit† differentiam inter
hæc uerba,In bonis nostris,& Ex bonis nostris:& dicit quòd
illa dicuntur esse in bonis nostris,in quibus habemus domi-
nium:illa uerò dicuntur ex bonis nostris, in quibus non ha-
bemus dominium,sed sunt bona nobis cõmodata, uel apud
nos deposita,uel in quib.habemus usumfructum, uel habe-
mus simile ius.Et similem tex.habetis in §.sanè in hac actio-
ne,suprà ui bono.rap.Alibi etiam habetis gl.no.& magistrã,
quam Bar.ibi dicit menti tenendam, in l.rem in bonis. & est
10 gl.unica.ff.de acqui.re.do.quę dixit† quòd quædã sunt in bo-
nis nostris, quædam ex bonis, quædam extra bona,quædam
nec in bonis,nec extra bona.Alibi etiam habetis gl.not.& in
l.unica.in gl.fi.C.quando, & qui.quar. pars deb. lib.10. quæ
11 declarat† quando quis dicatur habere bonum ius in re, &
quando melius,& quando optimum. Et illam gloss.inducit
Bar.ad quæstionem,de qua ibi per eum.

Posteà dixi,Et non prohibitam usucapi : hoc dixi propter
l.eum,qui à furioso.in pri.ff.de Publ.

Deinde subiunxi,Propter uitium:istud dicit Io. Fab.hìc ẽt
positum cum mysterio,propter l.cùm sponsus.§.in uectiga-
libus.iunctis primis verbis gl.ibi:& iuxta l.siue autem.§.hęc
actio.ff.de Publi.Ego puto uerbum istud,Propter vitium : nõ
esse ponendum in definitione, saltem de necessitate. Nec
obstat d.l.cùm sponsus.§.in uectigalibus.dum ibi dicitur ad
12 contextum,† quòd in uectigalibus,& alijs prædijs, quæ usu-
capi non possunt,Publiciana competit : quia intelligo §.illũ
secundum ultimam sol.quam ibi dat gl.& quam ibi pro no-
tabili sequitur Bar.& quã etiã sequitur gloss. in d.l. siue autẽ.
13 §.hæc actio.in gl.1.ꝙ illud,quod dicitur ibi in text.† ꝙ uecti-
gal.nõ põt præscribi,verum est respectu directi dominij: sed
benè potest præscribi respectu vtilis: & illo respectu datur
d Publiciana. d* Et propterea dicebat ibi sing. Bart. se aliàs in
14 facto dixisse † quòd licet in iudicio non posset præscribi cõ-
tra Romanã ecclesiam,nisi spatio centũ annorũ, Auth. quas
actiones.C.de sacrosan.eccle.tamen contra unum Comitem
qui haberet iurisdictionem ab ecclesia Romana, posset præ-
e scribi e legitimo tempore,per prædicta.Pro qua decisione al
leg.tex.optimum in cap.ad audientiam, extra de præscrip.in
ver.principaliter,& ibi gl.super illo ver.expressè firmat hoc,
licet multi Doc.Canonistę ibi teneant contrarium,cũ quibus
ego tenerem contra Bar. quando iste præscribens non fatere
tur ius directum ecclesiæ, imò ecclesiam nollet recognosce-
re.In quibus tñ terminis nõ puto loqui Bar.De quo ẽt videa-
tis Bald.& Ang.in l.sicut,in vlt.col. C.de præscri. triginta uel
quadraginta anno.& Ange.& Imol.in l.vsucapionem.& in l.
quamuis.ff.de vsucap.

Posteà dixi,Commercio hominum nõ exemptam,Hoc est
dictum cum mysterio, secundum Io.Fab.hìc:propter tex. in
l.cùm sponsus.§.si res talis.ff.de Publi.Ego puto ꝙ istud etiã
de necessitate non esset ponendum in definitione: quia si est
res,quæ non sit in commercio, certè non potest usucapi.d.
l.vsucapionem.ff.de usucap.Et iam dictum est, quòd si sit res
prohibita usucapi,quòd non competit Publiciana.

Posteà dixi,Traditione,vel quasi.Hoc dixi propter text.in
l.siue autem,in princ.& §.j.ff.de Publ.

Posteà dixi,Ex causa habili ad translationem dominij:pro
pter tex.in l.j.§.fin. cum sex legibus sequentibus. & l.quæ-
cunque,in princip.ff.de Publi.

Reliqua verba posita ĩ dĩfinitiõe, sũt posita cũ mysterio, &

ad similitudinē rei uēdicationis: quia, ut iā dixi, hoc sit vo
15 bis firmū fundamētū in hac materia,† ꝙ ea oīa, q̄ habēt locū in rei vendicatione, habent ēt locum in Publiciana: & omnes leges loquentes de rei uendicatione, intelliguntur ēt vt procedant in Publiciana: ut est tex. notab. in l. eum, qui. §. in Publiciana. ff. de public. Quemadmodum ergo rei vendicatio datur contra eum, qui habet facultatem restituendi. l. officium, ad fin. ff. de rei uendicat. item quemadmodum rei vendicatio datur ad declarationem iuris sui. l. & ex diuerso. §. ubi alienum. ff. de rei vendicat. eodem modo Publiciana ad similitudinē rei vendicationis competit ꝯ eū qui habet facultatem restituendi. Itē cōpetit ad declarationē iuris sui.

Potestis ergo definitionem illam ad magis pauca uerba reducere, reiectis his verbis, q̄ notaui superflua eē extra hāc
f definitionē, q̄ cōpetat huic Publicianę. Et quot requirant[f] ad hoc ut cōpetat, ponit hic gl. mag. & ibi reseruo dicendum.

Secundò principaliter ad euidentiam infrà dicendorum promitto vobis maximum fundamentum in hac materia,
16 † quòd in omnibus casibus, in quibus potest procedere vsucapio, in illis omnib. habet locum Publiciana. Eodem modo econtrà. Ista enim sunt conuertibilia: Procedit vsucapio, ergo cōpetit Publiciana: Tex. est in l. eum, qui. in prin. & ibi Bartolus & alij. ff. de Public. Reperio tñ ꝙ Baldus in l. nihil. C. de
17 vsucap. pro hærede. limitat not. hanc regulam † vt procedat affirmatiuè, non aūt negatiuè. Vnde, secundum eum, regulæ Publicianæ & usucapionis negatiuè non sunt æquipollentes, ergo falsæ. Et ideo, secundum eum, non est bene dictum, A quo remouetur vsucapio, ēt remouetur Publiciana. Sed affirmatiuè bene regula est uera, ꝙ qui vsucapit, habeat Publicianam. Et idem ēt tenet Bal. in l. j. in 10. colum. C. si plu. vna sen. Ego teneo in hoc cōtra Bal. & puto ꝙ regula prædicta procedat tam affirmatiuè, quàm negatiuè. Et pro hoc alleg. tex. rotundum in l. siue autem. §. hæc actio. ff. de Publician.
g [g]

Item præmittite uobis, ꝙ licet rei uendicatio non cōpetat ad res incorporales, ut l. vendicatio. ff. de rei uendication. &
18 dixi in §. omnium. in gl. in uersi. corporalem. † & ibi limitaui: tamē Publiciana datur ēt ad res incorporales. Hinc est ꝙ si seruitus cōstituatur alicui à non dño. ꝙ pro tali seruitute, q̄ est res incorporalis, competit Publiciana. l. si ego. §. j. & 2. ff. de Publ. Et cogitabam ꝙ possit esse ratio diuersitatis. Nā iō rei uendicatio nō datur ad res incorporales, quia pro rebus incorporalibus proditæ sunt speciales actiones, & confessoria pro seruitutibus, iuxta §. æquè, suprà eodem. Et hoc quando tales seruitutes essent à dño constitutæ: sed quādo essent constitutæ à nō dño, tunc quia pro eis non competunt illæ actiones, necessarium fuit, hāc Publicianā ad illas extēdere. Cogitabitis tñ de veritate huius rationis: q̄a alij nō ponunt.
19 † Vltimò habetis uobis prætermittere, quòd licet rei uendicatio detˀ ēt cōtra possidētē cū titulo. l. officium. ad fin. ff. de rei uendication. tñ Publiciana nunquam datur cōtra eū, qui possidet cū titulo. l. siuē autem. §. si duobus. & ibi Bar. & alij. ff. de Public. Et intelligite ut ibi per gl. notab. in glos. mag. Et puto ꝙ sit ratio diuersitatis. Nam qñ aliquis possidet cū titulo, habet duo, scilicet titulū, & possessionem: nil mirū, si excludit agētē Publiciana, qui solum titulum habeat: uel si habeat titulum, & possessionem, est sibi par. Et istā rationē colligo ex uerbis Bar. in l. hæreditatis. C. de peti. hæred. & l. pro hærede, in princ. ff. de peti. hęred.

Illud tamen, quod dixi vobis, ꝙ Publiciana non datur cō
h tra titulo possidentē:[h] intelligo uerum, qñ titulus non esset procuratus in odium istius agentis Publicianā, secundū Bar. & alios. in d. §. si duobus. Et est ea ratio, s̄m Bar. ibi, quia procurando dicitur malā fidem habere: & sic ille, qui habebit
20 titulū, & bonā fidē, debebit obtinere, & pręferri. † & Propte
i reà dicit ibi Bart.[i] errare illos aduocatos, qui uidentes aduersariū habere Publicianam, procurant habere titulum, ut sic illū aduersariū excludant: quia hoc nihil prodest, cùm sit titulus procuratus. Et idem, s. ꝙ titulus procuratus nihil prodest, tenet Bal. in l. quoties. C. de rei uendication. & Bald. in l. cogi. C. de petit. hæred. & Bal. in l. j. C. si plur. una sen. & Ioānes, And. in addit. ad Speculato. i tit. de caus. poss. & proprie §. nunc uidendum, in fin. & ibi uidete.

Itē istud, quod dixi, Publicianam non dari contra possidētem titulo: intellige ualde notabiliter, nisi iste, qui possideret cū titulo, habuisset istum titulum à fure, uel ab alio, qui tenuisset rē cū uitio: quo casu licet ipse acquisierit titulum illū ēt cū bona fide, nihilò minus tenebitur, & poterit conueniri Publiciana. Istud est quod multùm signanter uoluit & firma
k uit Bal. in l. in ciuilem.[k] C. de fur. motus potissimū, † quia ti
21 tulus à fure quæsitus, habetur pro non titulo. Item quia contra petitionē restitutionis quam petit iste, qui dicit, se spoliatum ex furto, nihil potest opponi. Videte ibi latiùs per eum. Et istud idem ego teneo: & addo Bar. idem expressè tenentē in l. manifestissimi. §. sed cū i scda. i uersi. q̄ro q̄d si ad aliquē. C. de fur. eo q̄a. s̄m ipsum Bartolū mala fides uenditoris aliqualiter efficit emētē ab eo. Et idē ēt tenet Imol. in c. sępè. extra de restit. spol. & Pau. de Cast. i l. & iō. §. j. ff. de cōdic. fur.

Iuxta hoc aliàs multùm dubitaui: quia suprà uidimus, ꝙ
22 Publiciana non datur contra possidentē titulo, † nunquid detur Publiciana contra possidentē titulo pro hærede? Et nō memini me unquam legisse hoc esse ab aliquo tactū, ut seruem modum loquendi. gl. in l. j. ff. de legat. 2. & aliàs memini me interrogasse de hoc quendā solēnē virū, qui post aliquot dies mihi respondit ꝙ non: & assignauit hanc rationem: Ille, qui possidet pro hærede, habet duo, s. possessionem, & titulum: ergo debet excludere agentem Publiciana, per d. §. si duobus. in d. l. siue autem. & per ea, quæ suprà dicta sunt. Et pro tunc uisa est mihi hæc ratio concludens. Sed cùm in præsentiarum istud opportunius cogitassem, uisum est mihi
23 ꝙ dicta ratio sit omnino falsa. Nā præsupponit† ꝙ possidere
l pro hrde, sit habere titulū: & istud est errare in terminis.[l] & cōtrariū tenet Bar. post gl. notab. ibi in l. pro hærede, in prin. in gl. j. ff. de petit. hæred. & Bar. in l. j. ff. de usucap. pro hærede. post gl. in rub. illius tituli. Istud etiam ostēdo nō esse uerū
24 p optimū simile. Nā † petitio hæreditatis nō datˀ cōtra titulo possidentē. l. hęreditatis. & ibi Bar. C. de peti. hęred. & tñ datˀ contra possidentem pro hærede, uel pro possessore. d. l. ꝓ hærede, in princip. & l. regulariter, in eod. titu.

Vnum tamen circa prædicta diligenter notate, quod ego
25 reputo singulare, & perpetua nota dignum: † quòd si tu possideas rē sine titulo, & sic poterā agere contra te Publiciana: quòd si tu vēdidisti rem alteri, & tradidisti: & consequenter ego nō possum amplius agere Publiciana cōtra emptorē: q̄a cùm ipse habeat possessionē, & titulum, ꝙ nihilominùs possum agere cōtra te vēditorē actione in factum, ex illo edicto de alie. iudi. mu. cau. fa. Istud est, q̄d multum singular. voluit Bart. in l. 3. §. opus. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. per illum text. quem ipse reputat ad hoc esse multùm tenendum menti.

His sic ad euidentiā pręmissis, licet §. iste multis mòdis diuidatur, & subdiuidatur, ꝑ Ang. de Are. hic ego tamē diuido illū vsque ad §. rursus. in quatuor partes principales. In prima per modū cōtinuationis tacitæ, ponit secundā diuisionē actionum, quòd aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ. Et prætorias subdiuidit in rem, & in personam. In secunda parte principali ponit duo exempla generalia realiū prætoriarum. In tertia primùm exemplum generale declarat per exemplum speciale. In quarta, & vlti. ponit quo nomine appellatˀ actio pro eo competens: & nominis causam assignat. Secūda ibi: ecce plerunque. Tertia ibi: nanque si cui ex iusta causa. Quarta ibi: quæ actio Publiciana appellatur.

Et secūdum Ang. de Aret. hic, iste §. vsque. ad §. rursus. hoc dicit in summa: Actio Publiciana, est actio ꝑtoria in rē, & datˀ ex æquitate ꝑtoria illi, q̄ rē nactus est aliquo iusto titulo, & à nō dño: & datˀ quasi ipse rē vsuceperit. hoc dicit. Vel melius totū textū cōprehēdēdo ita sūmate ex mēte Dyn. & Bal. hic: Actionū scda diuisio est: quędā sunt ciuiles, quędā ꝑtoriæ. De ciuilibus s̄. dictū est. Prætoriæ, quædā verò i rē, quædā in ꝑsonā dicuntˀ. In rē sunt, si agatˀ pro re vsucapta, quasi usucapta nō sit: & ista appellatˀ rescissoria. Si uerò agatˀ ꝓ re nōdū usucapta, quasi usucapta sit, agitˀ Publiciana, q̄ cōpetit facta traditione ex titulo habilitante usucapionem completam, si à rei possessione quis cadat. Et ideo Publiciana appellatur. q̄a à ꝑtore Publicio extitit ītroducta. hoc dicit usq; ad §. rursus. In tex. prope. fin. ibi: usucepisse. dicit Dyn. quòd secundum rectū intellectū debet exponi hoc modo, usucepisse, id est, ex ea causa cepisse, ex qua vsucapio sequitur. Et hoc tenet Nico

de Neap.hic.Mihi plus placet quod dicit infrà glo.mag.post principium, vt hic subaudiatur dictio Quasi, per istummet
26 text.in versi.ecce. † vbi ponitur illa dictio Quasi,quæ est im-
m proprietatiua. m l.id tempus,in fin.de vsucap.

Nota primò ex hoc tex. secundam diuisionem actionum: quia quædã sunt ciuiles,quædam prætoriæ. Et illæ dicuntur actiones ciuiles, quæ descendunt ex legibus ciuilibus: illæ verò dicuntur prætoriæ, quæ à Prætore sunt repertæ.

Et iuxta primũ istud notabile, occurrit notabile dubium,
27 † quid de actionibus descendentibus ex statutis Ducum, Marchionum,& Episcoporum, an sint ciuiles, vel prætoriæ. Bar.tenet ꝙ sint prætoriæ,in l.fin.ad fin.ff.de pœnis & in l.5. in princ.ff.de uerbor.obligat.Accedat quod voluit ipse Bart. in l.2.ad fin.ff.de bo.possess.titul.generali.& quod voluit ipse Bar.in l.2.§.fina.ff.de vsucapi. pro empt.& Bal. in l.id, quod pauperibus.in 3.col.C.de episc.& cle. & Bal. in l. siue pars. C.de dilat.& in l.si prædium.in 1.col. C.de ædi. act.& Bal.in rubric.C. qui admit.in prima quæst.
28 Et huius inuestigationis dicebat Ang.de Aret.hic,†esse maximã utilitatem:quia si sunt prætoriæ,finiuntur anno: si verò sunt ciuiles,erunt perpetuæ:vt infrà de perpet.& tempo.act. in prin.in l.in honorarijs ,in prin.ff.de act.& obli. Et propte-
29 rea infert,† ꝙ si statuto istorum,puta, secundum eum,Marchionis Ferrariæ,deferatur successio alicui, cui de iure com muni nõ deferretur:puta si ex forma statuti, inducatur quòd agnati excludant matrem,vel sorores:quia, secundum eum, licet regulariter aditio hæreditatis duret triginta annis.l.licet.C.de iudi.deli.tamẽ quia in casu nostro prima successio defertur agnatis ex statuto Marchionis, quod censetur iuris prætorij,& remedia prætoris durant anno: certè agnati excludentur à tali successione per annum.Quod dicit ipse singulariter esse notandũ pro maxima limitatione dictæ l.licet.
n Ego puto istum patrem non mediocriter errare: *quia etiam præsupposito,ꝙ talia statuta sint iuris prætorij,consequenter etiam præsupposito,ꝙ actiones descendentes ex ta libus statutis sint prætoriæ:tñ non est verum, ꝙ anno finian-
30 tur:quia†actiones prętorię ita demum finiuntur anno, si sint pœnales:secus autem si sint rei persecutoriæ: ut est tex. qui tradit nobis hanc doctrinam in d.l.in honorarijs, in prin.& infrà ad fin.ff.de perpe.& tempo.act.in prin. Et hoc propriè dicit Bar.in d.l.fi.ad fi.ff.de pœn.
31 Item istud†,quod dicitur,quòd statuta Ducũ, Comitum, vel Marchionum,& Episcoporum.sunt prætoria:est verum, quando isti tales non habeant administrationem iure proprio,sed alterius,quẽ recognoscunt in superiorem: quia tũc statuta eorũ benè dicuntur iuris prætorij: quia isto casu isti sunt loco præsidis:prout habetis gloss.no.in c.j.in uer. obser uetur.si de inuesti.inter domi.& uasallis oria.in vsi.feudo.Secus autem est,si habeant administrationem iure proprio, & superiorem non recognoscant:quia tunc non sunt loco prę-sidis:imò habentur loco principis, prout dixit Bart. in l.j.§. de qua re.ff.de postul.& in l.relegati.ff.de pœnis. & l.continuus.§.cùm quis.ff.de verb.obli.quia tunc statuta sua cense
32 rentur ius ciuile:†& consequenter actiones ex eis descendẽtes,essent ciuiles.Ita distinguendo tenent Ang. & Io.de Imo. Rapha.Cuma.pater & præceptor meus do. Alex. de Imo.in d.l.5.in princ.ff.de verb.oblig. & hoc etiam est ex mente Io. And.ĩ addi.ad Spec.in tit.de instrumen.edi.§.porrò, ĩ addi. incip.nec subscriptio.Et hoc est,qđ voluit Bal.ꝑpriè, qui allegatur contrarius in l.receptitia, in j.col. C.de consti.pecul.

Item istud,quod dictum est,quòd actiones prætoriæ pœnales durant tantùm anno,habet locum,& procedit in actio
33 nibus:†actiones autem semper sunt perpetuę, ex quacunq; lege,vel edicto descendant.Istud est, quod no. voluit Bald, in d.l.receptitia,in j.colum.

Item aduertite,quia fortè non esset ponere os in cœlum, tenere hanc nouam opinio. quòd illud, quod dictum est suprà,quòd actiones pœnales,quæ descendunt ex statutis Du cum,comitum,& similium,procedat, quãdo officium eorũ esset annale:Secus autem si eorum officium esset perpetuũ, vt est regulariter officium Ducis,Comitis, Marchionis,& similiũ:vel etiam esset ad beneplacitũ, quo casu cẽset ꝑpetuũ, iuxta l.iurisper.tos,in prin.ff.de excu.tuto. Et Bar.in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori,in tertia q.ff. de ope.no.nun. quia tunc istis casibus posset istud nouum tentari:ſ.ꝙ actiones descendentes ex eorum statutis, licet sint prætoriæ,tamen non finianẽ anno. Istud vr̃ mihi expresè probari ꝑ tex.ĩ .de ppe. & tẽpo.act.in prin.si quis textum illũ bene cõsideret. Nã dicit ibi tex.quòd iõ actiones prætoriæ erant annales, quia ipsius prætoris intra annum erat imperiũ: ergo sentit,quòd si imperium fuisset extensum in longius tempus, prout in terminis nostris,quòd actiones anno non expirassent.Et si istud dictum est verum,est singulare,& peregrinum, & maxima li mitatio ad dicta s.proximè relata.Cogitabitis tñ: quia istud non audeo vobis firmare: & ab alio cõprobari nõ inuenio.
34 † Ex isto tex.secundò no.ibi:tradita fuerit.quòd ad hoc,vt alicui cõpetat Publiciana,necesse est quòd res fuerit sibi tradita:& sic necessaria est rei traditio.Intelligatis vos sanè,uel quasi traditio:per tex.in l.siue autẽ,in prin. & §.j.ff. de Publ.
35 Et intantum est necessaria traditio rei, † quòd licet aliàs sit speciale in ecclesia,ut in rebus ei uenditis, uel donatis,transeat dominium absque traditione, vt est textus notabilis in l.finali.C.de sacrosanctis ecclesijs.quod Bartolus ibi reputat esse valde mirabile:tñ est maximũ dubiũ apud maiores no-
36 stros, † vtrùm ecclesiæ competat Publiciana,non facta tradi
o tione: o & consequenter nunquid dicta l.fin.C.de sacrosanctis ecclesijs habeat locũ in Publiciana. Et in primis Ioãnes Andreas in c.2.extra de consuetud.quẽ sequiẽ ibi do. Cardi. Floren.tenet quòd non:& dicit quod licet in ecclesiã ex solo titulo,puta donationis,transferatur dominium: tamen ex solo titulo non transfertur Publiciana,nisi secuta traditione: motus,quia hoc non est iure cautum:& sumus in exorbitantibus,in quib.non est fienda extensio . Et idem tenet ibi dñs Abbas Panormitanus, idem tenet Spec. in titulo de locatiõ. §.nunc aliqua.uersi.58.& idem tenet Cardinalis Florẽtinus in c.Abbate sanè.de re iudic.in 6. Idem etiã tenet apud Legistas Bal.in l.quoties.in j.col.C. de rei uendicat.& in l.j.in 3.col.in uer.caue tibi.C.si plu.vna sen.Contrariũ tamen, ſ.ꝙ in ecclesiam transferatur Publiciana, etiam sine traditione, tenet Inno.in c.in præsentia,extra de ꝓbat.& do. Ant. đ But. in d.c.2.extra de consue.ſm quod eos ibi refert do.Abb.Panor.& idẽ tenet Bal.sibi contrarius in d.l. siue autẽ.§. si duo-
p bus.ff.de Publ.Et hanc partem tenuit ibi gl.mag.post prin. p

Ego in hoc puncto semper putaui hanc esse meram ueritatem,quòd aut ille,qui donauit rem ecclesiæ, habebat Publicianam,quia possidebat rem cum titulo, & bona fide: & tunc puto ꝙ ecclesiæ cõpetat Publiciana, etiã nulla facta tra ditione:eo quia illam habet ex persona authoris sui: & quoties ius aliquod acquiriẽ ex persona alterius, non requiritur traditio.Aut uerò ille,qui donauit ecclesiæ, non habebat Publicianam:fortè,quia possidebat bonæfide:sed sine titulo:& tunc quia ecclesia non potest habere Publicianam ex perso na authoris sui,sed necesse est ꝙ incipiat in ipsa ecclesia: & tunc bene requiritur de necessitate traditio. Ista sunt de mẽ te Bar.in l.j.ff.de Pub.ubi uult Bar.ꝙ in casibus ibi positis, in quibus dominium sine traditione transfertur: si Publiciana erat penes personam authoris, tunc competat Publiciana sine traditione:aliàs necessaria sit traditio. Et hanc distinctionem in terminis nostris tenet Io.de Imo.in d.c.2.extra de cõsue.& ante eũ Bal.in l.fi.in 4.col.C. de sacrosanc.ec.

Vltimò nota,ꝙ si quis acquisiuerit rẽ bona fide & iusto ti tulo à non dño,& postmodũ amittat possessionẽ illius rei,ꝙ ꝓ illa uẽdicanda cõpetit sibi ,Publiciana contra eũ,qui pos-
37 sidet,uel aliàs haberet facultatẽ rei restituendę.† Et aduertite,quòd si conuentus Publiciana negaret emptorẽ emisse à nõ dño,uel etiã diceret se esse dñm, uel habere ius in re:ꝙ si posteà conuincatur de mendacio, incidit in pœnã.§.illud quoq;.in auth.de triẽ. & semiss.& auth.itẽ si possessor.C.qui
q potio.in pigno.habea.& in pœnã.l.fi. q ff.de rei uẽdicat. Ita uoluit gl.notab.in dicto §.illud quoque,in uersi. conuentus.

Gl.j.in uersi.sed istę. diuidiẽ in quatuor partes principales.In prima declarat tex.& aperit qđ intẽdat Imperator in hoc §.tractare.In secunda parte format unam quæstionem. In tertia format aliam.In quarta ponit dictum generale.Secunda ibi:sed qneritur de duabus.Tertia ibi: secundò quęritur de actione cõmodati.Quarta ibi:omnes enim actiones.

38 †In ea gloſſa ibi:ſemper enim videam⁹ actionẽ,&c. habe
tis ex iſta gloſſa duo. Primũ,ꝙ ad cognoſcẽdum an actio ſit
ciuilis,vel prætoria,ſemper eſt inſpicienda perſona actoris,
& non rei.Et dum gl.alleg.ad hoc l.purè. §.ſin.ff. de except.
do.illa lex nihil facit.Melius facit l.prima. in §. primo. ff.ſi
pars hæred.peta.ſecundum Nicolaum de Neapol. hìc,ſecun
39 dum quem habes ex glo.† ꝙ actio,quę datur ꝯ eum,qui do-
lo deſijt poſsidere,& ſic vtilis rei vendicatio eſt ciuilis,& nõ
prætoria.Baldus hìc dicit ꝙ determinatio gl.tenẽtis,ꝙ actio,
quæ datur contra eum, qui dolo deſijt poſsidere, ſit ciuilis,
eſt bona,per textum in l.ſi pluriũ.la 2.in principio. ff.de no-
xa. Addo ꝙ illum textum ad hoc etiam allegat gloſſa,quæ
idem in effectu tenet,in l.ſecunda.in verbo, hæres. ff.de bo-
norum poſſeſsion.hęreditat.pet.

Dicit tamen Baldus ꝙ ratio, per quã mouetur gloſſa no-
ſtra,non eſt bona,ſ.ꝙ dicatur ciuilis, inſpecta perſona acto-
ris:imò ſecundum eum,nos cognoſcimus actionem eſſe ci-
uilem,vel prætoriam,ex origine:nõ autẽ ex perſona actoris,
vel rei:prout dixit pręallegata gloſſ.in d.l.ſecunda. §.in ver-
bo.hæres.Petrus de Bella Per.hìc, ſecundum quòd referunt
Ioannes Faber.& Angelus de Aretio,tenebat contra deter-
minationem huius gloſſæ,ſcilicet ꝙ imò rei vendicatio, quæ
datur contra eum,qui dolo deſijt poſsidere,eſt prætoria:mo
tus per l.electio.§.primo. allegatam in gloſſa, & per textum
in l.tertia.§.fi.ff.de alie.iudi.mutan.cau.fac.Itẽ quia ius præ-
torium dat nouam formam huic rei vendicationi. Nã facit
eam competere cõtra eum, qui nõ poſsidet cõtra formam
ordinatam à iure ciuili: & ideo ius prætoriũ debet dici ius:
vt l.ius autem ciuile.§.primo.ff.de iuſti.& iure. Subdit tamẽ
ipſe Petr.quod licet iſta actio ſit prætoria, & deſcẽdat ex de
licto:ex eo quod quis dolo deſijt poſsidere,quòd nihilomi-
nus eſt perpetua,per l.penultim.§.hę actiones.ff.de noxa.eo,
quia eſt ſubrogata in locũ ciuilis,& perpetuę, & ſubrogatũ
ſapit naturam eius,in cuius locũ ſubrogatur, vulgata l.ſi cũ.
§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& in l.itẽ veniunt.§. cùm prę-
dixerimus.ff.de peti.hæredi.Et ſecundum eum ibi, actio præ
toria non cauſatur ex delicto,ſed ex dominio: & in hãc opi.
etiam inclinat Rodolph.de Auri.hic: ſecundum quòd refert
eum Nic.de Neap.hic.Et idẽ etiam viſa eſt ſentire gl. in l.in
honorarijs.in princip.in verbo,ex patrimonio. ff.de actio.&
obligatio.Dyn.& Iacob.But.vltimo loco dñt ꝙ iſta actio, &
ſic iſta ciuilis rei vendicatio quæ datur contra eum, qui dolo
deſijt poſsidere,inuentione eſt ciuilis.Et ita procedit hæc gl.
& gl.in d.l.ſecunda.Per extenſionem autem poteſt dici præ-
toria:& ita procedat opinio Petr.Et iſta eſt magis commu-
nis opinio,cum qua tranſit hic Nico.de Neap. & cum ea trã
ſire videtur Ioan.Fab.& Agel.de Atet.

In fin.gloſſ. bene dicit.

Gloſſ.in verb.& ſi quæ ſunt ſimiles.Hanc gl. multi libri ha
bent coniunctam cum gl.præcedente,in verbo,mentione.

In fi.gloſſ.Iſta gl.ſecundum Dyn.hic(vt uerbis eius vtar)
40 prædicat maximũ errorem: quia videtur innuere † ꝙ actio-
nes deſcendentes ex contractu vel quaſi,ex delicto vel quaſi,
& ſic ex varijs figuris cauſarum,ſint omnes ciuiles:& ſic vi-
detur ſentire ꝙ non ſint aliquæ prætoriæ quæ naſcuntur ex
contractu vel quaſi,ex delicto vel quaſi. Iſtud tamen ſecun-
dum Dyn.eſt notoriè falſum.Nam actio de cõſtituta,eſt præ
toria.§.de conſtituta:infrà eodem l.j.in princ.ff de conſtitu.
pecun.& tamen oritur ex contractu. Item actio negotiorum
geſtorum oritur ex quaſi contractu,ſuprà de obligatio: quæ
ex quaſi contractu.in prin.& tamen eſt prætoria l.3.in prin.
ff.de nego.geſt.Item actio furti manifeſti oritur ex delicto,
& tamen eſt prætoria,infrà de perpe. & tempo. actio. §. pri-
mo.ſimile in actione vi bonorum raptorum:Item actio in fa
ctum ex edicto, nautæ,caupones,ſtabularij: oritur ex quaſi
delicto, & tamen eſt prætoria.Et ſecundum Ioan. Fab.hic.ſi
iſta fuit mens huius gl.gl.j.incidit in errorem intolerabilem:
vnde ſecundum Dyn.Ioan.Fab.& Nico.de Neap.tex.noſter.
dum dicit, Et ſi quæ ſunt ſimiles: debet intelligi ſecundum
mentem gloſſ.ſequentis,hoc eſt,ſi quæ ſunt ſimiles; id eſt, à
ſimili iure ciuili inductæ.Sed in veritate,prout etiam dicebat
Bal.hic.& eum ſequitur Ange.de Are.hic,iſta gl.non debuit
hoc modo calumniari;quia non ſequitur ex verbis glo.quòd
41 † actiones prætoriæ nõ poſſunt oriri ex contractu,vel quaſi:
ex delicto,vel quaſi:licet gl.dixerit actiones ciuiles deſcende
re ex contractu vel quaſi,ex delicto,vel quaſi:non tamen ne-
gat quin actiones prætorię poſsint oriri ex contractu vel,
quaſi,ex delicto,vel quaſi.

Gloſſ.in uerbo:in rem.in fin.Contra hanc gloſſ. volentem
ꝙ nõ reperiatur aliqua prætoria actio quæ ſit miſta:opponi-
tur hoc modo.Nam petitio hæreditatis, quæ datur bonorũ
poſſeſſori,eſt prætoria, l j.ff.de bonor.poſſeſ. hære.pe. & ta-
men petitio hæreditatis eſt miſta,vt l.hæreditatis.C. de peti.
hæredi.ergo gl.noſtra non eſt vera.Et propter hãc oppoſitio
nem eam damnat Nico.de Neap.hìc,poſt Iacob. But.Sed po
teſtis hanc gl.ſaluare duobus modis: primò,ſecundum Dy.
hic,quòd licet petitio hæreditatis, quæ competit hæredi,&
ſic de iure ciuili,ſit ciuilis,d.l.item veniunt.§.præter hęc au
tem.vnde iſta petitio hæreditatis, quæ etiam datur bonorũ
poſſeſſori,non eſt propriè prætoria, niſi per extenſionem: &
ſic non obſtabit gloſſ.noſtræ. Et iſtud etiam tenet Rodulph.
de Auricur.hìc relatus per Nicol.de Neapol.Vel poteſtis, &
42 melius dicere ſecundum Ioan. Fab.hìc, † quòd imò petitio
hæreditatis nõ eſt actio miſta,imò eſt actio realis:ut eſt tex.
r apertus in l.ſed & ſi l.§.petitio.ff.de peti.hæred.[r] De quo ta
men dicite ut ibi per Bar.qui hoc confirmat & tenet: & per
Ang.de Areti.hìc qui reſpondet ad quædã argumẽta Baldi,
teneatis contrarium in dict.§.petitio, dicite vt hic per eum.
43 Gloſſ.in uerbo,caſu,in fin.Tenetis ex hac gl.† ꝙ pro rebus
furto ſubtractis,vel per vim ablatis, competit nedum Publi
ciana,ſed etiam actio furti,& vi bonorum raptorum.Et ſi di
ceres,prout dicebat hic Dyn.ſi cõpetit actio furti, uel vi bo-
norum raptorum: Ergo iſta Publiciana eſt ſuperflua: Potes
dicere,ſecundum Dyn.ꝙ illæ actiones furti, & vi bonorum
raptorum,ſunt generales & generaliter vnicuique compe-
ſ tunt: [ſ]iſta verò Publiciana eſt ſpecialis, & ſpecialiter compe
tit illi,qui rem emerat à nõ dño, bona fide:quæ ſibi fuit fur-
44 to ſublata,vel per uim ablata.Vnde ſuccedit regula † ꝙ ſpe-
ciei per genus non derogatur:uulgata l.uxorẽ.§. feliciſsimo.
ff.de legatis tertio.uel melius dicite,ſecundum eundem Dy.
45 quod illæ actiones furti,& vi bonorum raptorum,dantur cõ
tra eum,qui rẽ habebat per futurũ,vel per vim.Vnde ſi apud
aliquẽ eſſet res ſine vitio,& ſic ſine uiolentia, & ſic ſine fur-
to,actiones illæ non poſſent competere: unde neceſſaria eſ-
ſet iſta Publiciana. Et quamuis per iſta remaneat expedita
iſta gloſ.non omitto tñ ꝙ Ang.de Aret.hic, multùm commẽ
dat hanc gl.& dicit eam menti tenendam, quæ ſecundum
eum,continuò allegatur ad hoc, ꝙ furtum non enumeratur
inter caſus fortuitos.Ad idem allegat ipſe gl.in l.cũ duobus
§.damna.in uer.ſubreptũ ſit.ff.pro ſoc.& dicit notari in §.p̃-
tereà,ſuprà,qui mod.recontrahi.oblig. tñ iudicio meo,gloſ.
iſta neceſſariò non probat id,ad quod eam allegat Ange.etiã
ſi illam iungamus cũ tex.quia licet textus loquatur de caſu,
46 nõ tñ loquitur de caſu fortuito:&, ut infrà ſubijciam, † iſta
dictio Caſus,prolata cum adiuncto Fortuitus, bene denotat
caſum fortuitum:ſecus ſi ſimpliciter proferat. Licet tñ gl.al-
leg.per Ang.expreſsè nõ dicãt furtũ non enumerari inter ca
ſus fortuitos:tñ ego alleg.gl. id expreſsè dicentẽ in l.3.§.ex
hoc edicto.in uerſi.ſi ſine culpa.ff.nau.cau.ſtabu.& gl.expreſ
ſam in l.nautam.§.fin.in uer.à furto.in eo. tit.nau.cau.ſtab.

In hoc tñ puncto,an furtum dicat caſus fortuitus, diſtin-
guebat ipſe Ang.de Aret.poſt Sali.in d.l.cũ duob⁹.§. dãna.ꝙ
aut culpa põt imputari,qa p̃ceſsit talis actus,q põt culpæ ad
ſcribi: & tũc furtũ nõ eſt caſus fortuitus.Aut culpa nõ p̃ceſ
ſit,& ſic nulla culpa põt imputari: & tũc furtũ bene eſt caſus
fortuitus,ſm eundem Ang.de Are.hic poſt Salic. ubi ſuprà.
47 †Et tunc culpa dicitur non poſſe imputari, qñ aliquid pro
batur,propter quod præſumptio culpæ tollitur. Quod decla
rat ipſe in ſpecie per exempla:puta,ſi fuiſſet uxor,uel familia
ris,qui furto ſubtraxiſſet, in quibus debet haberi confiden-
tia.Item ſi oſtia benè firmaſſet,& de nocte fuiſſent fracta,uel
perforata. Et hoc dicit multoties contingere in facto in ſta-
tionibus,& apothecis, quas artifices bonis clauibus clau-
dũt,& in quib⁹ nullus dormit:& hoc in facto dicit ſe uidiſſe
Bononiæ.Addo quòd hanc diſtinctionem ſentit gloſ.in l.3.in
gloſſ.prima.C.depoſi.& ibi uidete Bald. & Bart.in l.pignus.
in 3.col.

in 3.col. Aliqui habent in l.quæ fortuitus.C.de pig.act.& per Bald.in l.3.§.cognoscit.ff.de offi.præfe.vrb. & Bald.in l.creditor.C.de pigno.act.Et ibi Bald.ad fi.ponit illos modos suprà relatos per Ang. † ad probãdum quē non fuisse in culpa
48 prà relatos per Ang. † ad probãdum quē non fuisse in culpa & videte Anto.de But.& Abb.Panor.in c.j.extra de commo. & ibi do.Anto.in hoc articulo refert gl.iuris ciuilis variantes:& distinguit, vt ibi per eum.
49 Et † casus fortuiti dicuntur illi, quibus prouideri nō pōt. d.l.quæ fortuitus.C.de pig.act.secundum Barto.in repe.l.qđ Nerua.ff.depo.in 4.col.in j.q.Et idē dicit Bald. in d.l.quæ fortuitus,si quidē casus fortuitus est, quem humana diligentia præuidere non potest.Hoc idem ponit& latiùs Bald. in d.l.pignus,in secunda colum. vbi ad hoc longiorem differentiam tradidit,quam posteà prosequitur particulariter declarãdo dom.Anto.in d.c.j.de commo. & dicit quòd casus fortuitus est,quē humana diligentia præuidere nō pōt: vt suprà etiam per Bald.Et ideo secundum eum,ubi diligentissimus prouidisset,non est casus fortuitus:per tex.in c.Ioannes, extra de homici.Ego ad hoc,scilicet quid sit casus fortuitus, allego definitionem naturaliter traditam per Iurisconsultum in l. 2.§.si eo tempore.ff.de admi.re.ad ciuita.perti.vbi dicitur in illo tex.fortuitos casus nullum humanum consilium præuidere potest.Et uideatis omninò gl.solennem in l.3.§. ex hoc edicto.in ver.etiã si sine culpa,in fi.ff.nau.cau.stab.quæ mul-
50 tùm signanter dicit † quòd inter leuissimam culpam,& casum fortuitum,nihil est medium. Quam tamen gl.intelligatis sanè,prout ibi intelligit, & declarat Bar.

Aduertatis etiam ꝙ differentia est inter casum fortuitū,& casum improuisum,prout est gl.singu. & benè notanda in l. j.§.fin.in versi.plerunque.C.ad leg.Corn.de sicar.quia, secundum quod illã gl.declarat ibi Bal.Casus fortuitus dicitur ille,quem non præcedit aliqua cã damni ab eo, qui casus iste
51 haberet imputari:† & casus improuisus dicitur ille, vbi culpa præcedit.Et hanc differentiam dicit ibi Bal. esse notandã, & se nescire alibi.Et ex hac differentia sequitur iste notabilis
52 effectus, † ꝙ casus fortuitus non ponitur: sed improuisus, sic,pro modo culpæ.Et dicit Bald.in l.fin.in princ.in 3.col.C. de tempo.appella.ꝙ casus prolatus cum adiectione Fortuitus,significat quicquid imprudenter accidit. Et ibidē subdit
53 Bald.secundum Aristotelem,ꝙ † est differentia inter casum, & fortunam,eò quia fortunam consistat ex intentione: casus ab euentu sine intentione.de quo ibi per eum.

Glos.in verb.directã,in fi.Habetis ex glo. duas opi.in hoc
54 articulo:†nunquid habenti vtile dominium competat Publiciana.Et licet gloss.hìc nihil firmare videatur, tamen possu-
55 mus coniecturare glos.teuere vltimã opin.† quia quoties gl. refert duas opi.& nullam expressè approbat, videtur vltimã tenere: † vt est glo.no.in l.qui filium.§.Sabinus. in ver.nobis. ff.ad Trebell.& est tex.in l.bona fides. secundum quod ibi ponderat Bart.ff.deposi.Et Bal.in l.si mater. per illum text.in fin.C.ne de sta.defunc.& Bal.in Authen. ex testamento. in 2. col.C.de colla.Et istam secundam opin. scilicet ꝙ Publiciana non competat habenti vtile dominium: expressè firmauit glos.in Authen.nisi tricennale. in glos.j.C. de bo. mater. Et hanc opin.sequuntur communiter Docto. hic: & pro hac etiam opin.optimè facit ratio assignata hic in glos.Pro hac etiam opi.bene facit secundum Dyn.& Io. Fab.hic,ratio:nã Publiciana competit ei, qui bona fide emit ante impletam præscriptionem,vel vsucapionē,ut hoc tex.& in l.j.in princ. de Publiciana:ergo si Publiciana,ff.cōpeteret completa præscriptione,nihil operaretur contra l.si quando. in princ.ff.de legatis j.cum simi.Et hanc rationem sentiunt Bald.& Ange. de Aret.hic:sed per alia verba.Pro hac etiam parte facit tex. in l.j.§.j.qui incip.merito.ff.de Publi.

Aduertendum est igitur secundum Dyn.& Ioan. Fab.hic, & Bar.in l.2.in fi.ff.de aqua plu.arcen.quam l.2. Bar.non le-
56 git de per se,sed cū §.fin.l.primæ. quod† est reperire triplex dominium.Directum:& illud causat directam rei vēdicationem.Quasi dominium:& illud causat Publicianam. Tertiò vtile dominium:& illud causat vtilem rei vendicationem.Et ad hoc benè facit ratio posita per Bal.& Ang. hìc. Nam Iurisconsultus in volumine Digestorum fecit tres diuersos titulos:Vnum de rei vendicatione,ubi de directo dominio. Secūdum de Publiciana,vbi de quasi dominio: Alium,& tertium in tit.ff.si ager vectiga. uel emphyt. peta. ubi de vtili dominio.Ergo euidenter apparet ex diuersitate titulorum, ista esse distincta,& diuersa dominia.

Et ex his constat errare glos.quæ appellant vtile dominiū, quasi dominium,& econtra:prout fecit gl. in l.cùm postulassem.§.j.in uerbo,dominium,& ibi Bart.ponderat. ff.de damno infecto.& glos.in §.omnium, in uerbo. possideat, suprà eodem.& glos.in l.si seruus.quæ est unica. ff. de Publi. Vnde glos.istæ debent corrigi,& emendari secundū præfatos Doctores.Ego tamen.in §.omnium.col.2.super illa gl.in uerbo, possideat.saluaui istas gl.& ibi declaraui quid sit directū dominium,& quid utile.ibi ergo per uos uideatis.

57 Iuxta prædicta quæro,†nunquid Publiciana competat feudatario,seu uasallo, ad uendicandam rem sibi infeudatam: an uerò competat utilis rei uendicatio.Hanc quæstionē non reperio tactam hic per aliquem Scribentem: sed eam ponit in terminis,& in specie Bald.qui nihil intactum reliquit, in l.j.in ultima columna.C.si plures una senten.& ibi post Ioã. Mona. dicit hoc pēdere ex cōuētione,uel inuestitura.Nam si quis esset inuestitus ad habendum iure proprio,haberet directum dominium,licet teneretur ad seruitium: & consequēter sibi cōpeteret directa rei uendicatio. Si uerò est inuestitus ad habendū utile dominiū, habeat utile dominiū:& sic sibi cōpetet utilis rei uendicatio.Si uerò simpliciter est inuestitutus,neutrum habeat:& sic nullum dominium, nec directum,nec utile,sed haberet usumfructum,id est, seruitutem quandam utilem,& plenam. Non tamen apert quod remedium cōpetat sibi hoc ultimo casu. Vnde alibi ipsemet Bal. in l.unica.C.de confes.in 18.columna, in uersic.modo sequitur uidere de personis,referens eundem Ioan. Monac.dixit, quòd in cap.Abbate sanè.de re iudi.in 6.dicit uelle quod qñ feudatarius est simpliciter inuestitus, nullum habeat dominium,sed habeat quēdam usumfructum singularem, qui nō est neq; formalis,neq; causalis.Vñ cū nō sit ꝓpriè usufructus nō hēt ēt ꝑ eo cōfessoriã,q̃ aliàs cōperet pro usufructu,iuxta §.æquè, suprà eodem. Solùm ergo habet officium iudicis,

Punctus huius quæstionis,uidere meo,pendent ab illo articulo,an feudatarius simpliciter inuestitus dicatur habere solum usumfructum,an uerò dicatur habere utile dominiū. Et ꝙ habeat usumfructum,est tex.nota.in cap. Obertus.quibus mod.feud.amit.in usi.feud.aliàs est rub. in quibus cau. feud.amit.licet Bal.ibi exponat text.illum in uerb. ususfructus,id est,utile dominium.Et ibi no.ex illo tex.quod nomen Vsusfructus,ponitur pro utili dominio.

58 Pro nunc paucis concludendo dicite † quòd feudatarius simpliciter inuestitus habeat utile dominium,& quòd ei cōpetat utilis rei uendicatio.De his duobus allego uobis text. expressum,& de brocar,ut dicūt Bononiēses in c.j. §. rei aūt. qui est §.j.i tit.de inuestit.de re alie.fam.in usi.feud.& ibi gl. expressè in uersi.quasi uendicare,& ibidē Bal.Ad idē allego gl.no.in c.j.§.præterea,in gl.mag.& ibidē Bald.de capitulis Conradi.in usibus feud.& Bald. in prælud. feud. in 8.col.& Bal.in præalleg.l.j.C.de cōfes.in 18.colum.& ista est ueritas.

Successiuè iuxta conclusionē suprà firmatã ex mēte glos. & Docto.s.quòd habenti utile dominium non cōpetat Publi
59 ciana.Quæro † nunquid Publiciana cōpetat uero & directo dño?Ex ratione gl.nostræ hic,cū alijs suprà adductis, uidetur clarè dicendum quòd non, s.quòd Publiciana nō competat uero,& directo dño.Et istud sentit gl.j.in gloss.magna in pluribus locis, maximè dum.ponit ea, quæ requiruntur ad hoc,ut competat Publiciana,in tertio requisito.

Subtiles tñ Vltramontani. Ia.de Rauen. & Petr. de Bella Pert.sm quod eos referunt Ioan.Fab.Nico.de Neap.hic, habuerunt peregrinam opi.scilicet quòd Publiciana competat etiam uero,& directo domino. Moti sunt tali fundamento: nam prætor,quando introducit aliquod remediū,est largus, & intendit prouidere,nedū in casu necessario, sed etiam in casu non necessario.Hoc probant ipsi per optimū simile.Nã prætor,quia adinuenit bonorū possessionem, puta ab intestato,& in casu necessario,scilicet propter emancipatos penitus incognitos de iure ciuili,illã tñ ēt extēdit ad suos hæredes,qui ea non indigebant, cùm admitterentur de iure ciui-

li:vt est tex.in prin.in versi.itē ab intestato. suprà de bo.poss. Ita etiam dicemus in proposito nostro, ꝙ licet prætor ad inuenerit Publicianam in casu necessario, hoc est, pro eo, qui non est dominus, & consequenter pro eo, cui non cōpetit ciuile remediū, vt hoc tex. ꝙ tamen ista Publiciana debeat ēt extendi ad casum nō necessariū: & consequenter, ꝙ debeat competere ēt vero domino, licet aliàs sibi prouideatur à iure ciuili per rei vendicationem. Et ad istum text. qui vult Publicianam cōpetere quasi domino, & sic ei, qui non est verè dominus, respōdent ipsi, hoc esse verū propriè, & in casu suæ
60 iouentionis; † quia est propriè inuenta Publiciana propter eum, qui non est dominus, sed quasi dominus. Sed tamen, secundum eos, non negatur, quin Publiciana detur etiam vero domino, per illud, quod est suprà proximè adductum.

Hāc opin. impugnant cōiter Doct. hic: vt Iac. But. Io. Fabr. & Nico. de Neap. Contrarium etiam tenuit Rayne. Forli. per aliqua satis leuia, & generalia fundamenta, quæ refert Nico. hic. Contrariū etiā tenuit Azo. in Summa huius tituli de Publiciana. in. §. datur. & Specul. in tit. de actio. & petitio. §. sequitur. in uersic. item nota. aliàs & nota.

Pro hac opinio. fundanda mouetur Ioan. Fab. hic tali ra-
61 tione: † Quando sunt duæ actiones, quæ sunt ab origine contrariæ, licet tendant ad eundē effectū, tamen non possunt si-
u mul concurrere. u Hoc probat ipse per bonum simile: nam querela inofficiosi testamenti, & accusatio falsi, s. quando testamentū accusatur de falso, tēdunt ad eundē effectum, s. ad annullationē testamenti: & consequenter ad deducendum testamentum ad causam intestati: tñ quia origine sunt cōtrariæ, quia querela inofficiosi testamenti præsupponit testamētum esse validū, sed inofficiosum, quia factū contra pietatē: accusatio autem falsi testamenti nullū præsupponit testamētum: cùm ergo origine sint contrariæ, quamuis tendant ad eundem effectū, non tamen possunt simul concurrere: vt est text. in l. cōtra maiores. C. de inofficio. testamen. Ita dicimus in proposito, ꝙ licet actio, quæ competit vero domino, & illa, quæ competit quasi domino, tendant ad eundem finem, scilicet ad vendicandum rem, tamen quia origine sunt contrariæ, quia vna præsupponit verum dominium, alia quasi dominiū, non possunt simul concurrere: nec vna poterit cōpetere pro alia, vel in locum alterius.

Pro hac etiā opin. Nic. hìc adducit aliam rationem prima fronte multum coloratam. Nam si uerum esset, ꝙ Publiciana competeret vero, & directo domino, sequeretur ꝙ sententia lata in rei vendicatione contra dominum, pareret exceptionem rei iudicatæ in Publiciana, l. si mater. §. eandem. ff. de exceptio. rei iudica. & tñ id est falsum, & contra l. minor. §. si seruus. ff. de euic. & ibi gl. & contra gl. hic mag. circa mediū communiter approbatā. Ergo apparet quòd Publiciana non competit vero domino.

Ego puto, ꝙ in puncto iuris, & in disputando. opin. Iacob. de Rauen. & Petr. esset sustentabilis. Pro qua multùm me mouet: nā si deferatur iuramentum alicui, qui iuret rem suam es-
62 se, † quo casu iuramentum habetur pro veritate, vt l. sed & si possessori. §. itē si iurauero. & ibi gl. j. & l. eum qui. §. si mulier & ibi gl. in ver. præstādum. ff. de iureiurand. & sic res, quam iurat esse suā, habetur pro verè sua, & habetur pro vero domino: & tamen sibi competit Publiciana: vt est tex. in l. eum qui. §. si petenti. ff. de Publ. ergo plusquàm clarè cōstat, quòd vero domino competit Publiciana. Et per hanc rationem inclinat in hanc partem Rodul. de Auric. hic relatus per Nico. de Neap. hic.

Non obstant allegata in contrariū. Et primò non obstat ratio adducta per Ioann. Fab. hic, quæ fuit originalis Dyn. hic. in alio tamen proposito, licet de eo Ioan. Fab. non faciat mētionem: quia licet Dyn. hic dicat, ꝙ ad istam rationem impossibile sit respondere, tamen quantum pertinet ad terminos nostros, puto, quòd facilis sit solutio. Et dum dicebatur quòd duæ actiones contrariæ origine, licet ad eundem effectum tēdentes, nō possunt simul intētari, hoc plana fronte fateor, dicta l. contra maiores. nec est aliquis, qui hoc negget: sed benè
63 possunt de per se intētari. Non ergo volūt Iacob. & Petr. † ꝙ
x rei vendicatio, & Publiciana possint simul intentari: x quia id est impossibile: de quo videbimus in glos. mag. circa medium, sed benè volunt ꝙ vna actio, scilicet Publiciana, intentetur, non simul & semel ratione directi dominij, quia hoc esset impossibile, scilicet, quòd Publiciana tantùm intentetur pro vero dominio tantùm.

Non obstat ratio Nico. de Neap. hic, quæ magis vrget, dū dicebat, quòd si vero domino competeret Publiciana, sequeretur quòd sententia lata in rei vendicatione, pareret exceptionē rei iudicatæ in Publiciana: quia hoc ego fateor in terminis nostris, d. l. si mater. §. eandem. Nec obstat d. l. minor. §. si seruus. quia illa lex loquitur in terminis valde diuersis: nam ibi actum erat ratione directi dominij, & lata sententia: & ibi dicitur, quòd si postea agatur Publiciana, ratione quasi dominij: quòd tunc non obstat prima sententia. Ita etiam loquitur gl. nostra magna, circa mediū. Nos autem loquimur, quando quis egisset ratione directi dominij, & succubuisset: quo casu si posteà agere vellet Publiciana, non ratione quasi dominij, sed ratione directi dominij, & sic ratione illius dominij, in quo primò succubit, quòd sibi obstaret exceptio, ꝑ dictum §. eandem. benè faciunt l. fundum, & l. fundi. ff. de exceptio. titulo generali. Et ex hac solu. potestis colligere limitationem ad dictam l. minor. §. si seruus. & ad gl. magnā hic circa medium. Et per ista remanet defensata opin. Iacob de Rauen. & Pet. de Bella. Pert. ab impugnationib⁹ Doc. hic.

Legendo verò teneo conclusionem, quæ videtur esse magis
64 cōmunis, scilicet † quòd Publiciana non competat vero & directo domino. Et hāc indubitanter puto esse verissimam. Pro qua videtur mihi facere textus in l. prima. §. merito, qui est §. j. ff. de Publiciana. Et non eundo ꝑ mendicata suffragia, pro hac parte adduco tex. optimum, & expressum in eius ratione, & de ea est textus de broca. ut dicunt Bononiēses, in l. si ab eo. ff. de pigno. & ibi gl. prima hoc firmat. Et ita per illū textum vltra præallega. reperio, quòd istam opinionē expressè firmat Bal. in l. prima, in 5. columa, in versiculo, Considerantes tres sint radices, in fine illius versic. C. si. plu. vna senten. & ibi Bal. facit mentionem de ista opinion. Iacob. de Rauen. & Petr. de eius ratione & differentia, qđ est contra d. l. si ab eo.

Non obstant in cōtrariū allegata. Et primò non obstat fundamentum tenentium alteram partem, dum dicūt quòd prætor subuenit etiam in casu non necessario, per illud simile de bono. possessio. ob intest. quæ datur etiam suis heredibus, q possunt succedere de iure ciuili: quia ad hoc multùm singulariter respondet. Nic. hic, quòd istud est speciale fauore liberorum existentium in potestate, in quibus maior est ratio, quàm in emancipatis. Sed ad hoc fundamentum potes melius, & clarius respondere: quòd illud non est bonum simile: quia magna est ratio diuersitatis inter ista, prout dixi suprà
65 in euidentialibus: & in secundo dubio. † Nam ideo bonorum possessio inuenta à prætore competit etiam ei, qui potest esse hæres de iure ciuili: quia inter istos non est aliqua cōtrarietas: Imò hæres, & bonorum possessor habent magnā conformitatem inter se, per tex. illū solēnem in l. in conditionibus primum locum. §. si patronus. ff. de conditio. & demonstratio. & per dictū singulare Bartol. in lege prima. §. bonorum. ff. ad Treb. & dixi latius in euidentialibus huius §. suprà
66 alleg. Nil mirum † si bonorum possessio extenditur ad eos, qui possunt esse hæredes de iure ciuili: & consequenter ad habentes conformitatem in bonorum possessionibus. Sed si diceremus, quòd Publiciana, quæ est inuenta propter non dominum, competeret ei, qui est verus dominus, extenderemus eam ad casum sibi omnino contrarium: quod non est dicendum.

Non obstat ultimum de d. l. eū, qui. §. si petenti. ff. de publ. quæ lex me multùm vrget: quia dum ibi dicitur, quòd si iurauero rem esse meam, exponunt aliqui, id est, quasi meam. Nec videatur vobis extranea ista expositio, quia similem expositionē fecimus in textu nostro, prope fin. in ver. vsucepisse, id est quasi vsucepisse, vt suprà dixi apostillādo tex. & uult glo. mag. post princ. Vel ſm Nico. quòd iuramentū ibi fuit delatū à non domino. Vnde quemadmodum traditio facta à non domino, causat Publicianam, vt hoc textu: eodem modo iuramentū delatum à non dño, parit Publicianam, vt ibi dicitur. Secus si iuramenrum fuisset delatum à domino: quia tūc non competeret Publiciana, sed vtilis actio in rē: vt est tex. in l. si duo,

l.si duo.§.primo,qui incipit,idē Iulianus.ff.de iureiur. Vel vl
timò secundum Bar.in dicto §.si petenti.post Marti.Sil.& Ia
cob.But.dicite quòd ibi actor egerat Publiciana:& sic petie-
rat rem per Publicianam:quod suadet natura tituli, sub quo
situatus est ille §.nil mirū,si iuramētum intelligitur præstitū
secundum petitionem, & consequenter nil mirum,si iuranti
competit Publiciana.Et habemus necesse dicere ad d.§.si pe
tenti.altero ex illis tribus modis,propter difficile contrariū
d.l.si duo.§.idem Iulianus.quod aliàs euitari non posset. Et
per ista habetis plenè disputatū illū articulū,vtrùm Publicia
na detur vero domino,necne.Et audeo dicere,quòd alibi nō
inuenietis hunc articulum ita plenè examinatum.

Glos.mag.in verbo.dicit,quā glos.Baldus dicit esse aureā,
in l.nihil,quæ est l.secunda.C.de vsucap. pro hæred. Et hanc
gl.ego diuido in tres partes principales.In prima enim par-
te princpali timore cuiusdā contrarij ponit multiplicē for-
mā libellorum in hac Publiciana. In secunda parte princi-
pali ponit quæ requiratur ex parte actoris, ad hoc vt sibi cō-
petat Publiciana.In tertia ponit quæ requirant ex parte rei,
& contra quē publiciana cōpetat. Secunda ibi:ex prædictis
patet quòd quinque sunt necessaria.Tertia ibi: ex parte autē
rei spectamus. Ego vnamquanque ex istis partibus principa
libus de per se expediam.

Accedo igitur ad expeditionem primæ partis principalis
pro cuius expeditione illam subdiuido in octo partes. In pri
ma oppo.contra. textum. In secunda ponit solu.Placentini,
qui fatetur dictum contrarium.In tertia ponit formam libel
li in Publiciana secundum ipsum pro hac. In quarta ponit
aliam formam libelli secundum alios, qui etiā fatentur di-
ctū contrariū. In quinta ponit alienam formam secundum
alios.In sexta reprobat primas duas formas libellorum.In se
ptima reprobat tertiam formam.In octaua ponit aliam for-
mam libelli,quam sequitur Glossator noster.Secunda ibi:qđ
Placentinus cōcessit.Tertia ibi: vnde sic libellum formauit.
Quarta ibi:alij dixerunt ita esset formandum.Quinta ibi:alij
dicunt vtrunque alternatiuè proponi.Sextā ibi: sed certè pri-
mæ duæ non placent. Septima ibi: sed nec vltima placet.
Octaua ibi:dic ergò quartò.

In eadem glossa ibi:& idem in sequentibus casibus. Habe
67 tis ex hac tota ista prima parte principali † quadruplicem
y formam libellandi y in hac Publiciana. Examinemus de per
se vnamquanque formam libelli,secundum ordinem glossę.
Primæ duæ formæ reprobantur per glossam & benè, secun-
dum Docto.hic,prout dicunt Dyn.Ioan. Fab. & Ang.de Are
tio.Et aduerte,ꝙ dum ad rationē gloss.illi respondebant, vt
habes hìc in glossa,scilicet ꝙ cùm hoc fiat lege permittente
quod non est periurium:Dicite secundum Dynum hic,quòd
68 imò lex hoc nō permittit:vt patet † ex dictione Quasi, z po
z sita in hoc tex.in verbo,Ecce.q̃ dictio nō est expressiua veri-
tatis,sed diminutionis nota. Item vltra glossam possunt hæ
duæ formæ libelli reprehendi alia vrgenti ratione ex mente
Dyni hìc,& etiā glossæ nostræ infrà in secunda parte princi-
pali,in quinto requisito ex parte actoris. Nam si dico,me vsu
cepisse,vt in prima forma:vel dico, rem esse meam,vt in se-
cunda forma,quō possibile est,ꝙ intentem Publicianā, cùm
Publiciana detur ei,qui nondum vsucepit, & ei, qui non est
dñs,vt hoc textu nostro,& lege prima,in principio, & §.pri-
mo.ff.de Publicia.& suprà millies dictum est? Imò, quod est
fortius,si dixi,me vsucepisse,vel rem esse meam,& postea in
tentē Publicianā,quæ supponit me nondū vsucepisse, vel me
non esse dñm:nonne sum mihi ipsi cōtrarius? ergo debeo re
pelli:vt leg.prima.C.si ser.ext.& l.prima,cū materia.C.đ fur.

Vltra glossam reprehendebat Ang.de Aretio,hic secūdam
formam libelli alia ratione:quia dum in ea dr̃, ꝙ ex eò,quia
fortè non possem probare dominiū, Publicianam proponā.
69 Et secundum eum,ista forma non potest procedere,eò† quia
a nomen actionis non debet hodie de necessitate exprimi a in
libello.cap.dilecti,extra de iudic. & dixi latè in §.omnium,
suprà eodem,in materia libellorum.Sed ab hac impugnatio
ne Angeli facilè hæc forma posset defensari, nisi suprà scri-
pta obstarent:quia verum est ꝙ hodie nomen actionis de ne
b cessitate non debet exprimi in libello, b potest tñ exprimi:
& ꝓ hoc quod exprimatur, non debet impugnari forma li-
belli:vt dicit Ang.imò plus,si exprimeretur nomen actionis,
& ineptè, adhuc tñ non vitiaretur forma libelli, prout latè
dixi suprà in §.omnium, circa materiam libellorum.
70 Tertia ergo forma libelli hic in glossa posita, † est ꝙ libel-
lum alternatiuè concipiam, & quod petam rem ratione di-
recti dominij,vel quasi.Et dicit gl.hic in prima & secūda par
te principali, quòd ille libellus est approbatus de cōsuetudi
ne, & quòd de iure verè posset procedere.

Circa primum ꝙ dictus libellus de consuetudine proce-
c dat, c dicite quod istud est expeditum secundum omnes hic,
per textum in c.Abbate sanè, de re iudi.in 6. & gl.mag.circa
mediū.Istud idē,s.ꝙ dictus libellus de sola cōsuetudine pro
cedat,etiam sentit gl.1.in c. secundo, extra de libel. obla.&
hoc idē expressè tenet Bartolus, Baldus & Angelus.in l.1.in
prin.ff.de Publicia.Bal.in l.1.in 5.oppo. C. de furt.& Baldus
in l.edita.C.de eden.in repetitione Perusina,ad fin.& Baldus
in lege prima,in quarta columna.C.si plures vna sñia. Vbi di
cit quòd cōsuetudo ita specialiter disposuit in materia dicti
libelli,vt alternatiuus,vel ſm eum,disiunctiuus admittat: q̃a
valde difficilis est probatio directi dominij in rebus immo-
bilibus.Et si ex verbis Baldi licitū esset arguere,sentit Baldus
ꝙ in rebus mobilibus,in quibus non est ita difficilis proba-
tio directi dominij,ꝙ ille libellus alternatiuus,ēt de cōsuetu
dine,non procederet:quod tñ ego nō firmo.Dicebat ēt Dy-
nus hic, ꝙ ideo cōiter ex cōsuetudine ita formaī libellus al-
ternatiuè,eò quia aduocati cōiter sciunt malè formare libel
los.Et similē libellum alternatiuum, qui de cōsuetudine pro
cedit,habetis in c.cōstitutus,extrà de in integ. restitu. secun-
dum Baldum in l.prima,in sexta oppo.C. de fur.

Circa ſm,qđ voluit gl.hic, & infrà in 2.parte princ. ꝙ de
iure dictus libellus alternatiuus nō possit procedere,& cōse
quēter ꝙ de iure rei vendicatio, & Publiciana nō possunt si-
mul cumulari in libello, etiā sub alternatione: Addo ꝙ idē
ēt tenet gl.ī l.j.ī prin.ī uersi.ā nō dño.ff.de Publicia.& palle-
gata gl.j.mag.quasi circa mediū in d.c.Abbate sanè. & Bal-
dus in l.1.in quarta columna.C.si plures vna sententia.

Et pro hac parte, ꝙ dictus libellus alternatiuus non pos-
sit de rigore iuris procedere vltra rationes gl.hic cū alijs cō
cordantib.suprà allegatis, adducit Dyni rationē hic, quā di-
cit gl.ponere,& q̃ ineuitabiliter,ſm eū, cōfundit dictū libel-
lum in tantum, quòd dicit Dyn. quòd ad hanc rationem nō
71 posset responderi. † Nā quoties duæ actiones sunt origine
contrariæ,licet sint in effectu æquipollentes, non possunt si-
mul concurrere, aut simul cumulari: vt patet in querela in
officiosi testamenti,& querela,vel accusatione falsi testamē-
ti.Nam licet istę duę actiones æquippollentes in effectu, &
rendāt ad eundē effectū,s.ad reducendū testamentū ad cau-
sam intestati:tñ quia origine sunt cōtrariæ,quia querela prę-
supponit testamentum valere, sed esse inofficiosum,& pro-
pterea rescindendum:querela autem falsi præsupponit testa
mentū esse nullū,& propterea non possunt simul concurre-
re, aut simul intentari.l. contra maiores. C.de in off.testa.Sic
erat in proposito nostro:quia licet Publiciana, & rei vendica
tio sint in effectu æquipollentes: quia tendunt ad eundem fi-
nem,s.ad uendicationē rei, tñ quia origine sunt contrariæ,
quia vna præsupponit directū dominiū, alia quasi dominiū:
ergo nō poterunt simul intētari, & simul in eodē libello cu-
d mulari.Et istā rationē retuli suprà in pręcedenti lectione d se
cūdū Ioanē Fabr.in illo articulo,an Publiciana cōpetat vero
directo dño.Et in veritate istā rationē volūt glossæ nostræ: li-
cet verū sit ꝙ ista ratio melius coloretur per Dynum.

Pro hac etiam parte ꝙ dictus libellus alternatiuus de ri-
gore iuris non possit procedere ex mente Ioannis Fabri hic,
in penultima columna,& expressiùs Angelus de Aretio hic,
facit, quia iste libellus alternatiuus est incertus, & dubius:
prout est text.nota.in l.prætor edixit. §. quod aūt prætor ait.
ff.de iniurijs:ergo non admittendus: quia libellus incertus,
vel dubius non admittitur, nisi quando incertitudo est pro-
babilis:vt est textus not.in l.j.§.qui autem.ff.quorū legatorū.
Et dicitur incertitudo probabilis, qñ prouenit ex facto ad-
e uersarij,& rei cōuenti,& non aliter.Ita voluit Bartolus e qui
illum textum ita intellexit in dicto §.qui autem. & idem vo-
luit Bar.in l.quod in hæredem. §. eligere. ff.de tribu.& Bald.

in l.1.in 3.col.in versicu.itē attende quod in dicto §. qui aūt. C.de furt.& Bal.in d.l.edita,in repetitio. Perusina, ad fin.& sentiunt Ioann.Fab.& Angel.de Aretio hic.

In principali tñ proposito nunquid dictus libellus alternatiuus de iuris rigore possit procedere. Specula.i titulo de act.& peti.§.sequitur.versic.itē nota,& in titulo de cau.poss. & proprie.§.nunc dicendū.versi. penulti.& in §.notandū.in versic.aliæ sunt.ponit de hoc,ſm quod eū refert Ioann.Fab. hic in penultima colūna. Spec.in illis locis nō firmat pedē.

Contrariā tñ opin.cōtra glossas nostras,scilicet ꝙ imò dictus libellus alternatiuus procedat ēt de rigore iuris, tenuit in primis Innocen.in c.cōstitutus. extra de in integ.resti.Idē tenet Bal.in d.l.edita.in repeti.Perusi.in vltima columna,eodē tit.quia sub cōditione videtur proponi Publiciana, scilicet si dominium non probetur. Item quia dictus libellus de iure procedit,si non opponitur à parte.Idem etiā tenuit Bal. in d.l.edita,in repeti.Paduana.in 22.col. in versi.nunc transeamus ad cumulationum materiam.& ibi vult ꝙ indistinctè possint cumulari in eodē libello rei vendicatio, & Publiciana.Eandē ēt partē tenet Baldus in l.1. in 6.columna. in versi. oportet,& modò reassumo,vt me ipsum declarem.C.si plu. vna senten. per verba multum mihi obscura, quæ tñ Angel. de Aret.hic reputat singularia,& ea sequitur,& in primis di-
72 cit ibi Baldus quòd † iste libellus,Dico rē ad me pertinere iu
f re dominij vel quasi: f nō esset alternatiuus: vt dicunt glo.nostræ,& doct.omnes:sed disiunctiuus.& ita reperio, licet Baldus non alleget,quod ita eū appellat gloss.iuris canonici in d.c.Abbate sanè,in præalle.gloss.1.mag. quasi circa mediū: & secundum Baldum,ibi si risolues istum libellū ad eius intellectū,tunc bene intelliges.Nā agere ꝑ istum modū disiunctiuum,est agere subordinatè hoc modo: Dico me dñm, & in quantum non possum probare de dominio,dico me quasi dominum:dum alterū eligo,licet cōditionaliter. Sed agēs alternatiuè nihil eligit,nec purè,nec sub conditione: quia in alternatiuis non est ista subordinatio.Et licet Ange.de Areti. hic dicat hoc ibi dictū singul.per Baldū. tñ idē sensit Baldus in lege edita.in repetitione Perusina,ad fin. Et aduertite, q̄d licet Baldus faciat differentiā inter alternatiuam, & disiunctiuā,ꝙ tamen Baldus alibi capit pro eodē in l.si ita.ff.de au. & argen.leg.& in l.si is, qui ducenta. §. vtrùm. in 5.oppo.ff. de re.du.In hoc tamen subijcio me iudicio Grammaticorū.

Sed quantùm ad principalem articulū, nunquid dictus libellus alternatiuus procedat de rigore iuris: in tanta maiorum nostrorum varietate,quid tenendum sit:ego puto ꝙ habeamus inuestigare,an vera sit quædā opi. Inno. in c.constitutus,extra de in integ.resti. vbi voluit quòd l.1.§.quia autē. ff.quo leg.procedat generaliter, nedum qñ incertitudo procedit ex facto aduersarij,& sic rei,prout ibi tenuit Bar.& suprà retuli:sed etiam si incertitudo proueniat ex alia quacunque causa probabili:& sic voluit, ꝙ generaliter libellus alternatiuus procedat,qñ incertitudo est probabilis, nō cōsiderato vnde proueniat:& istū intellectū approbat hic Ioannes Fab.in penul.colum.& ad hoc alleg.tex. optimū, & bene signandum in l.1.§.fin.ff.si pars hære.pet. & in l.quæ de tota. §.incertæ. ff. de rei vendi. Et dicit Ioann.Fabr. quòd Innocen.ex isto suo intellectu posuit illa verba alternatiuè in illo c.abbate sanè. cuius capituli ipse Innocen. fuit author, secundum Ioannem Fab. Istum etiam intellectum Innocen. dicit Ange.de Aretio esse bonum, sub dubio fortè tamen,sine dubio aliquo tenetur iste intellectus.Innocen.per illa bona iura ēt per Ioannem Fab.alleg.& addo ipsum Bart.istud idem tenentem in l.vbi autem non apparet.§. qui illud, aut illud.ff.de verbor.obligatio. & illam legem legit Bar.cum l. præceden.quæ incip.stipulationum quedā. Certè istud etiam tenuit ipsemet Bar.in l.stipulationes non diuidūtur. in prin. in eodē titu.de verbo.oblig.in vlti.quæst.& col. quicquid dixerit ipse Bartol.in d.§.quia autem.prout suprà retuli.

g g Retēto ergo prædicto intellectu Innoc.in terminis nostris,an procedat dictus libellus alternatiuus de iuris rigore, dico,& teneo,quòd si facta diligenti inuestigatione, verisimiliter actor non potest certificari, an author suus esset dominus,vel ne:fortè quia emit ab ignoto, & viatore: & tunc admittitur libellus alternatiuus de rigore iuris,eò, quia talis incertitudo est probabilis:secundum opinionē Innoc. sup.relatā,quā ego tenui,cùm incertitudo est probabilis vndecunque proueniat,semper admittitur libellus incertus.Aliàs autem quando facta diligenti inuestigatione actor potuisset verisimiliter certificari, fortè quia author suus est præsens: & tunc teneo, ꝙ libellus alternatiuus non procedat de rigore iuris,sed tātùm de cōsuetudine:per ea,quæ suprà dicta sunt. Et istud teneas, quāuis hanc opin. quæ fuit Ioan. impugnet gl.& malè,in l.quod in hæredem.§.eligere, in gl:1.mag.circa medium.ff.de tribu. Et istam opinionem expressè firmat Ioan.Fab.hic,in penult.colum.& eam etiam reperio expressè tenere Io.de Imo.in c.2.extrà de libel.concep. & ista, iudicio meo,est veritas.

73 Nota tamen, † ꝙ ex tali libello alternatiuo nunquam potest ferri sententia, nisi postea probationes liquidæ secutæ sint:iuxta gl.quæ reputatur singul.in l.1.§. si quis argentum, in verbo,pondus.ff.deposi.& ibi Bart.& idem Bar.in l.si in rē in fin.princ.ff.de rei vend.& no.Bar.in l.in actione. ff.de fur. & in l.inter stipulantē.§.1.ff.de verbo. obligatio. & in l.non solùm.§.sed vt probari.ff.de oper.no.nun. Et ad prædictum libellum alternatiuum uide quod dicit no. Bal.in l.1.in 3.oppos.C.de fur.

Itē in materia diligenter nota,quòd vbicunque in vtraque parte alternatiuè concluditur intentio libellantis, tunc semper admittit libellus alternatiuus. Ita pulchrè not. Do.Abb. Panor.in c.ex parte B.de fo.com.in 3.notabi.per illū text.& ibidem in 2.colum.dicit,istud esse verum, etiamsi intentetur diuersa species agendi.quod nota. Circa quartam & vltimā formam libelli,quam hic ponit,& tenet Glossator noster Accursius,Verùm peto talem rem mihi restitui iure quasi dominij,perinde ac si vsucepissem:Dicite ꝙ hæc forma libelli cōmuniter approbatur per omnes hic.Aduertite tñ,quod licet in ista forma libelli concludatur solùm ad restitutionem rei, quod tamen tutius esset in conclusione petere declarationē quasi dominij,secundum Pe.de Bella Pert.Iacob. But. & Io. Fab.hic:quia hæc actio habet instar rei vendicationis.l. eum qui.§.in Publiciana.ff.de publi. Quemadmodum ergo in rei vendicatione concluditur ad declarationē dominij.l. & ex diuerso.§.vbi autem.ff.de rei vendica. secundum tamen ea, quæ dixi in §.omnium.ad fi.§. dum ibi figuraui libellum in rei vendicatione,& ibi hoc limitaui:eodem ergo modo tutius erit in Publiciana concludere.Si tamen non concludere tur ad declarationē quasi dominij,in Publiciana tamē optimè procedat libellus: quia ēt procedit in rei vendicatione, vt dixi in dicto §.omnium, in locò suprà memorato.

74 † Potest ergo libellus in practica formari in hunc modū: vt primò narres qualiter talis res quam intendis petere, ad te pertinet iure quasi dominij,eò quia eam emisti,vel habuisti alio titulo habili ad translationem dominij, ab eo quem dominū esse credebas:& ꝙ virtute dicti tituli fuit tradita,& eam possidebas,& eras in causa eam vsucapiendi,& qualiter nunc eam possidet,aut detinet Titius, & iniustè negat tibi restituere,cùm habeat facultatem eius restituendæ: quare petis per sententiā iudicis declarari ad te pertinere iure quasi dominij,& dictum Titium condemnari,& condemnatum opportunis iuris remedijs compelli ad restituendum tibi dictā rē cū fructibus,& damnis: adijciendo tñ in libello clausulas opportunas & necessarias,quas separatim posui s.in §. omniū,in mate.libel.s.eod.Et ista forma libelli est optima, & ex mente Ioann.Fab.& Angeli de Aretio hic. & vltra ista d̄ forma libelli Publicianę, vide Speculatorē ī titulo d̄ cā pos sessiōis &,ꝑprie.§.nūc dicēdū, & ī alijs locis s̄.allegatis.

Circa tertiam formā libelli positam hic in glossa ēt videte per Angelum in repetitione l. si quis vi.§. differentia, in penultima columna.ff.de acquirenda possessione.& ibi Angelus per totam vltimā chartam illius repetitionis multa ponit in materia Publicianæ.

Prædicta procedunt, quando ageretur Publiciana pro re corporali:qñ autem ageretur Publiciana pro re incorporali,puta qñ seruitus esset constituta à non domino,iuxta legē si ego.§.primo & secundo.ff.de Publiciana. isto casu qualiter esset formandus libellus, videte in specie per Ioannem Fabr.hic,in vltima colūna,quē nō refero: quia nihil adderē.

Sum

Sum modò in secunda parte principali glossæ ibi:ex prædictis patet,quòd quinque sunt necessaria. quam ego subdiuido in quatuor partes. In prima ponit quot requirantur ex parte actoris,ad hoc vt competat Publiciana. In secunda ponit qualiter illa requisita probentur. In tertia format quæstionem.In quarta per modum illationis ponit unum dictũ. Secũda ibi:sed tantùm duo,prima ex his quinq;.Tertia ibi: sed quid si dubitet.Quarta ibi:& ita patet, ꝙ cùm sint cõtrariæ.

In eadem glos. ibi,traditio,vel quasi.adde uel aliud,quod æquipolleat traditioni,per §.interdum.Inst. de re.di.& l.qua
h ratione.§.interdum.ff.de acqui.re.do. h

75 * Et aduerte † quòd etiam in casibus, in quibus trãsfertur dominium absque traditione,iuxta l.j.§.fi.& leg.sequenti, in princ.leg.sequentis.ff.de Publiciana, qui casus enumerantur per glo.magistra.in l.si ager.in uer.rectè.ff.de rei uendicat.& per gl.in l.traditionibus.in glossa finali.in uerbo, non nudis. C.de pact.& Bart.& Baldus & alios:non tamen transfertur, aut cõpetit Publiciana,nisi tradita fuerit sibi possesio.Quod est uerum, quando uellet intentare Publicianam ex persona sua:secus tamen esset,quando uellet intentare Publicianam, quam habebat defunctus,uel alius author suus:quia tunc nõ ex persona sua,sed ex persona authoris sui benè haberet Publicianam,etiam non facta sibi traditione. Ita dixit glos.in l. 2.in glos.j.ad fi.ff.de Publicia.& hoc idem tenet, & declarat Bartol. qui ita intelligit illa iura in l.j. §.j.ff.de Publician. & Bartolus in l.cum sponsus.§.is cui.in eodem tit. de Public. & Ioannes Andreas in additio.Spec.in titul. de caus.posses. & proprie.§.nunc dicendnm,in addi.quæ incipit, scire debes, & propterea dixi uobis suprà in textualibus,in 2.no.quòd licet in ecclesiam transferatur dominium sine traditione.l.fin. C.de sacrosanctis ecclesi. tamen ad hoc ut ecclesiæ conpetat Publiciana, requiritur traditio eo casu, quo Publiciana non fuisset penes authorem. De quo dicite ut pleniùs ibi dixi.

i i Et per ista patet non bene sentire Ioannem Fabr. hìc.in 5. col.qui vult quòd ex vltima voluntate acquiratur Publiciana sine traditione:per tex.in l.cũ sponsus.§.is, cui. ff. de Public. quia dico,quòd dum textus ibi dicit,ꝙ fidei cõmissarius potest uti Publiciana, etiam si non fuerit nactus possessionem, debet intelligi,& intelligitur quòd potest uti Publiciana,quã habebat defunctus:non autem quòd posit uti ex titulo suo, & sic ex persona sua. Ita tenet & intelligit illum textum ibi Bartolus,& ibidem Angel.& Bartolus,Ang.& Doctor,in l.fideicommissaria.in prin.ff. ad Trebellia. Et cum hac opinio. Bartoli concordat Azo in Summa.C.de leg.in penultima columna.Idẽ approbat Ioannes Andreas in additio. ad Specu. in loco præallegato,in titulo de caus. possessio. & proprieta. Idem etiam tenet Iacobus de Ra. hìc secundum quòd eum refert Ioannes Faber.in dicta 4.columna.

Aduertatis etiam, quòd dum suprà retuli Bartolũ in l. prima.§.prima.ff.de Public. cum concordantibus, uolentem ꝙ in casibus,in quibus transfertur dominium sine traditione, quòd non competat Publiciana ex persona propria, nisi tradita fuerit possessio:ego puto,quòd non requiratur traditio, vt vult Barto.sed quòd sufficiat apprehensio possessionis. Et ad hoc allego in terminis magistralem doctrinam gl.no.in l. Celsus.in gl.prima mag.circa medium.ff. de vsucap. quã gl. Bart. ibi in tertia columna uersi. quæro vtrùm debeam probare possessionem.multùm commendat, & dicit esse singularem,& ualde signandam.Illam etiam gl. reputat singularẽ Baldus in l.nullo. circa medium ultimæ columnæ. C. de rei uendica.& Baldus in l.super longi. in penultima column. C. de præscrip.long.tempo.decem uel uigin.anno.

In eadem gloss. ibi:item quod non à domino accepit. An
76 † autem sit necesse quòd agens Publiciana probet tradentẽ non dominum? Specu.in titulo de actio.& petitio.§.sequitur uer.sin autẽ uelis,& uer.& nota quinque necessaria. & Bald. in l.eum,qui.§.Publiciana.ff.de Pub.secundum quòd eos refert Ang.de Aretio hìc,tenent quòd non.

In ead.gl.ibi:item quartò quòd bona fide accepit. Addite ad hoc text.in l.eum,qui.§.fin.& l.sequenti.ff. de Publiciana.
77 & aduertite † quòd ista bona fides in contractu emptionis & uenditionis requiritur de necessitate, ꝙ interueniat duobus temporibus,scilicet tempore celebrati contractus,& tempore factæ traditionis. In alijs autem contractibus sufficit ꝙ interueniat bona fides uno tempore, scilicet tempore factæ traditionis.Ita habetis tex.no.in l.3.& ibi glo.j.ff. de vsucap. pro solu.& tex.in l.2.in princip.ff.de vsucap. pro empt.& ibi glo.in uer.contrahitur.Dixi pro ratione diuersitatis,illud esse in contractu emptionis & uenditionis propter frequentiam contractus.Quam rationem licet teneat Ang.hìc:tamẽ Bar.in dicta l.2.in prin.eam reprobat.Videte per gl.ibi,& ibidem per Bartol.qui assignat alias rationes.Et ad id,quod statim dixi,uidete etiam gl.in l.eum,qui.§.Publiciana.ff.de Publiciana,el 2.qui est §.pe.in glo.j.

78 Iuxta hãc partẽ gl. se offert utilis & necessaria qõ † vtrùm mala fides authoris noceat bonæ fidei successori, ita ut sibi nõ cõpetat Publiciana,puta quãdo aliquis bona fide emit ab aliquo,qui habebat malam fidem.Et de iure Digestorum res est expedita,quòd mala fides, aut dolus malus authoris, vel alterius quàm authoris,non nocet ementi bona fide, quò ad Publicianam,quin sibi competat,casus est apertus in l.eum, qui.§.prætor ait.ff.de Publ. Sed dubium est hodiè de iure Authenticorũ per Authent.malæ fidei.C.de præscrip. long.tẽp. sumptam ex §.rursus.in Authen.vt spon.largi. in 9. col. Et in hoc gl.in l.prætor.in uer.dolus.uisa est sentire, ꝙ sic, scilicet quòd mala fides authoris noceat bonæ fidei emptori:du Allegat,d.Auth.malæ fidei.Bart.in l.rem,quæ nobis,ad fi.j. col.
79 ff.de acquir.poss.istud magis expressè firmat,& vult,† quòd habens causam à malæ fidei posses. sicut hodie,non præscribit per d.Auth.malæ fidei.ita etiam non habeat Publicianã. Et istud etiam uisus est sentire Bart.in l. fi.§.sed cùm in secundam.uer.sed quæro quid si ad aliquem.C.de fur.& domi.Anto.de Bu.in c.sæpe.extra de rest.spo. Istud enim tenet Roffre. in libellis suis,in hoc titu.de Publi. secundum quòd eum refert.Bart.in d.§.prætor ait.Iacob.de Rauen.hìc, post nonnullos dominos suos,secundũ quod eum refert Ioan. Fab. hìc, tenet quòd quamuis præscriptio,uel vsucapio non procedat, ꝙ tamen Publiciana procedit,& competit.Et huic opi.uidetur adhærere Ioan.Fab.In hac tamen opi.nihil per eos affertur in medium in proposito isto, quod uisum sit mihi dignũ recitatione.In hanc etiam opi.inclinat Rodul. de Auric. hic, secundũ quod refert Nico.de Neap. hìc. Hanc etiam opi. tenet Bal.in l.j.in 4.col.C.si plu.una sen. Istud etiam prima frõ
k te uidetur tenere gl.in d.c. Abbate sanè.in gl.j. k magn. post med.tamen aliter tenet ut statim dicam.

Ego teneo ꝙ per d.Auth.malæ fidei.non sit correctum, aut immutatũ,quantùm ad Publicianam.imò teneo qđ est plus,
80 quàm uerissimũ, † ꝙ habens causam à malæ fidei possessore,etiã hodiè,præscribat.Istud in primis tenet gl.in d.c. Abbate sanè.in illa glo.mag. post medium.Istud idem tenet Ia. de Are.& C.in d.Authẽ.malæ fidei.& Bart.in d.§. prætor ait. post Iacob.Bu.hìc,idem tenentem. Idem tenent Bal. & Ang. in d.§.prætor ait.& Baldus.in l.ancillæ.in 6.opp.C. de furtis. ubi meliusquàm alibi tangit hunc articulum. Idem etiam tenet Sali.in d.auth.malæ fidei.

Non obstat modò d.Authent.malæ fidei.super quam mul-
81 tùm sunt decepti tenentes contrarium:quia dico † quòd per illam Auth.non impeditur præscriptio, quando quis habuit causam à malæ fidei possessore: sed benè præscriptio differtur in longius tempus.Nam tex.ibi dicit,Malæ fidei possessore alienante, non habeat locum præscriptio longi temporis decẽ uel uiginti annorum,quando dominus ignorat: sed benè habet locum præscriptio triginta uel quadraginta annorum,etiam quando dominus ignorat.Ista ergo sunt multum diuersa,quòd impediatur præscribere propter malam fidem authoris sui:vel quòd præscriptio in longius tempus differatur.Si ergo potest præscribere quantumcunque longiore tempore,quare non cõpetet Publiciana? quia in regulis Publicianæ nõ habemus tempus præscriptionis limitatũ, intra quod debeat præscribere: sed satis est quòd posit præscribere ad hoc ut sibi competat Publiciana: & quãdo haberemus tempus limitatum,illud esset immutatũ per d. Auth. malæ fidei. & propterea dicit Bal.in l.ancillæ.in fi.6.opp.C. de fur. quòd si per statutũ essent alterata omnia tempora præscriptionis, tamen Publiciana remaneret in suo esse.Et ista est ueritas.De quo etiam uide per Bald.in l.nihil.C.de vsucap.pro hæred.& per

per Ludo.Rom.in d.l.rem,quæ nobis.ff.de acqui.possess.

In eadem glo.ibi:quintò quòd credat hodie se dominum
82 non esse.Ioan.Fab.hìc,in 3.col.dicit se putare † quòd agens Publiciana non debeat illud ponere in libello, scilicet ꝙ hodie non credit se esse dominũ,motus potissimè,quia hoc modo iste confiteretur se esse in mala fide,saltē de præsenti:quę mala fides,saltem de iure canonico , impediret præscriptionem.c. vigilanti.& c.fi.extra de præscr. & reg. possessor malę fidei.de reg.iur.in 6.& consequenter cùm non esset in causa præscribendi,vel usucapiendi,propter confessionē suā, & per consequens non haberet locum Publiciana. Addo Bart. idem expresè tenentem in l.Pomponius.§.si iussu.in vlt.colum.ff.de acqui.poss.& ita tenet Ange.hìc:nec in hoc inueni alium,qui teneret contrarium.

Ego autem ualde admiror de hac opi.tantorum patrũ: qa secundum hanc opi.sequeretur , quòd nunquam haberet locum Publiciana nisi quando semper continuaretur bona fides:quia secundum ius canonicum,quod ipsi allegant,& cui in hoc standum est etiam in foro ciuili,cùm ageretur de peccato,ut in hac materia dicit Bar.in l.naturaliter.in 3.col.ff.de vsucap.requiritur continuatio bonæ fidei:& quandocunque superueniat mala fides,impeditur præscriptio:ergo secundũ eos, nisi semper continuetur bona fides,cùm aliàs non possit habere locum præscriptio de iure canonico , non posset habere locum Publiciana : quod esset nimis,ac nimis restringere hanc materiam Publicianæ.

Præterea,& fortius.si esset uerum,quod uolunt præfati Docto. sequeretur , quòd nunquam haberet locum Publiciana : quia si requiritur continuatio bonæ fidei,cum aliàs non possit habere locum præscriptio de iure canonico, & sic aliàs nō procederet Publiciana:ergo præscribens,si dicit se esse bonę fidei,debet credere authorem suum fuisse dominũ,ergo semper debet tenere se esse dominũ.si ergo debet credere se esse dominũ,quomodo potest esse,quòd sibi competat Publiciana, quæ non competit nisi ei , qui credit se non dominum,ut hoc text.nostro?

m Solùm ergo haberet locũ Publiciana hodie uno casu m *, quando quis cœpisset tantum dubitare,quo casu non habent locũ illa iura canonica,sm̃ Bar.in d.l.naturaliter.in 3.colũ.in fi.post Inno.in d.c.fi.extra de præscrip.& Bar.in d.l. eum,qui §.prætor ait.Quē casum ultimũ adhuc habeo pro expedito : & multi tenent contrarium,maximè do.Anto.de But.in d.c. fin.extra de præscrip.

Præterea quòd ista opinio nullatenus possit stare,ostendo à partibus sufficienter enumeratis.Aut enim iste agens Publiciana in libello,dicit se emisse à non domino: & habeo intentum:quia in consequentiā fatetur se non esse domiñũ. Aut in libello hoc non dicit, sed dicit se petere iure quasi dominij , prout habetis in quarta forma libelli posita hic in gl. quā gl. omnes tenent,ut ibi dixi:& tenet ipse Ioan. Fab. sibi contrarius in forma libelli,quam ponit in pe.col.ubi ponit illa duo: & habeo intentũ:quia cùm petat iure quasi dominij, uidetur se asserere nō esse dominum. Aut neutrum ex prædictis ponit in libello,& non etiam dicit se non esse dominum, prout isti dicunt : & tunc quomodo procederet libellus ? quia factum non esset ita apertè narratum,quod ex eo cognosceremus,an intentaret Publicianam:quod tamen etiam hodie requiritur ut vult Bar.& alij in l.j.in princ.ff.de eden. & Canonistæ in c. examinata.per illum tex.extra de iudi.& retuli uobis latè in §.omnium.in materia libellorum,suprà eo.imò non apparet an vellet intentare Publicianam,an rei uendicationem.

83 Et propterea concludendo teneo † quòd agens publiciana,debeat de necessitate dicere in libello se nō esse dominũ uel ponere aliud,per quod istud inferatur: vt patet ex prædictis,& per hoc puto nō bene sensisse Ioā.Fab.hic,qui vult ꝙ ex quinque requisitis in gl.tria tantùm sint necessaria, & tria tantùm sint ponenda in libello,& non plura , scilicet titulus, bona fides,& traditio: quia ex istis tribus tātùm credo ꝙ potiùs præsumemus dominiũ , secūdũ quod expresè tenet Bal. in l.cùm res,per illum tex.quem ita intelligit,C.de proba.Prę terea si illa tria tantùm uerba apponerentur in libello, nō cōstaret vobis an esset actũ Publiciana, an rei uendicatione . Et si diceres,prout dicebat Ioan.Fab. ꝙ eo ipso ꝙ agēs non ponit in libello se esse dominũ, apparet ꝙ non intentat rei uendicationem,& ita restat ꝙ intentat Publicianam:quia si istud est verũ,adhuc magis habeo intentũ: quia secundum hoc se queretur, ꝙ agens rei uendi catione debeat in libello dicere
84 se dominũ.Ergo † cùm omnia,quæ habent locum in rei vendicatione,habeant ēt locum in Publiciana.l.eum qui.§.in Publiciana. ff. de Publi. ergo agens Publiciana habet in libello se dicere quasi dñm,quod firmaret opin. meam contra eos.

Non obstat etiam contra prædicta unus text. in l. si ego.§. partus,versi.interdictũ.ff. de Publiciana, de quo textu Angelus,aliàs Ioannes Fab. facit magnũ capitale : & dicit ibi esse text.expressum,ꝙ agens Publiciana non debet dicere ꝙ credat se non esse dominũ:quia,cũ eius reuerentia ille text. non meruit in hoc proposito allegari.Nam licet ibi dicatur quòd agens Publiciana,etiam tēpore,quo experitur,debet ignorare rem esse furtiuā:tamen ista sunt ualde diuersa,scire rē esse alienā,& scire rem esse furtiuā.Nam qui scit rē esse alienā, & consequēter credit se non eē dominũ,potest vsucapere de iure ciuili:& tamē qui scit rē esse furtiuā,etiā tēpore, quo agitur non pōt usucapere.Et ita dixit ibi gl.approbata per oēs in gl.mag.in ver.ignores,quæ alleg.ad hoc tex. expressos. & gl. in l.si ancillam,in prin.in uer.cum scires,& ibi Bartolus.ff.de vsuca.ꝓ suo,& gl.in l.ancillæ,in uer.cũ ēt,& ibi Bar.C.de fur.

Pro clariori tamē intelligētia eius, qđ suprà firmaui,reassu
85 mo † iterũ in dubiũ,utrùm Publiciana sit hodie sublata, vel correcta per iura canonica,scilicet per d.c.vigilanti,& c.fin. extra de præscrip. cùm agēs Publiciana debeat dicere quòd credit se non esse dominũ,uel aliud æquipollens,ut suprà dixi,& cōsequēter debeat præsupponere , se esse malæ fidei de præsenti:quæ mala fides per illa iura impedit præscriptionē : per consequēs ergo debet impedire Publicianā.Et in hoc,licet Ioannes Fab.ut suprà eũ retuli , uisus sit sentire quòd sic , & Bartol.ubi suprà,tamē ipsemet Ioann.Fab.& melius,tenet post Iacobũ post Rauen.ꝙ nō sit correcta Publiciana.Idē ēt tenuit ipsemet Bar.in dict.l.eũ,qui.§.prætor ait.ff.de Publiciana.Idē ēt tenēt Iaco Butrig.& Rodulph.de Auricu.hic,& videtur ēt tenēre Nic.de Neap.hoc fundamentũ Docto.qui tenēt hanc partē,esse istud. Nam licèt verũ sit quòd per iura canonica sit hodie correcta præscriptio,tamē illa iura correctoria non sunt extēdenda ad Publicianā,maximè cum sit diuer
86 sa ratio inter præscriptionē,& Publicianā:† quia pręscriptio est contra æquitatē,& præiudicat domino: cum sibi auferat dominiũ,saltē utile:ut l.si quis emptionis tit.C. de præscr. triginta uel quadraginta anno.Publiciana aũt est secundũ æquitatē:quia non præiudicat domino , nec contra ipsum dominũ datur:vt l.pen.& fi.§.fi.ff.de Publicia. ergo benè relinquitur,quòd quamuis sit correcta præscriptio, quòd tamen non dicetur correcta Public.

Sed per istud fundamētum non euacuatur difficultas,quę est,si Publiciana non datur nisi ei,qui potest vsucapere, & ꝑscribere:ut l.eũ,qui.in princ.ff. de Publiciana, & dixi latè suprà in prin.huius.§.& in secundo euidētiali: ergo si ꝑ iura canonica prohibetur præscriptio, vel usucapio:ergo ēt erit prohibita Publiciana.Ioan.Fab.hic, nititur multis modis rñdere huic argumēto,& primò dicit quòd ipsa Publiciana est in uēta de iure Digestorum, ergo satis est quòd eo iure procederet præscriptio.Sed istud nihil est: vnde dicebat ipse & secundò,quòd ista regula non est simpliciter uera: Non præscribit, ergo non habet Publicianam: quia ad hoc dat ipse aliquas instantias,& inter alias vnam, in l.cùm sponsus.§.in uectigalibus.ff.de Publiciana. Sed quantum ad illum text. ego tenui post Bartol.& alios suprà in prin.huius §.in primo euidentiali reprobando:& Ioan.Fab.quantum ad illum text.quòd imò in casu illius legis potest habere locum præscriptio quātum ad utile dominium , non autem quantum ad directum. De quo dicite ut ibi latè dixi.Et ad argum. suprà formatum ego infrà clarè respondebo.

87 In principali ergo articulo † nunquid Publiciana hodie sit correcta,uel sublata per illa iura canonica? Ego teneo,prout etiam tenēt præfati.Docto.quòd non.istud habeo pro indubitato.Et ultra prædictos Docto. addo quòd etiam istam partem tenet Bal.in d.l.eum,qui.§.prætor ait.& in l.j.vltima colum.C.si plu. vna sentent. Et in istis locis mouetur per illud funda-

fundamentũ, quod supra retuli. Istam et partem tenet Bal. in l. ancillæ, in 5. opposi. in uer. sed an per ius canonicum. C. de fur. & ibi melius examinat hunc articulum, quàm alibi: & ibi firmat hanc partem per plura fundamenta, & maximè per illud, quod supra retu. Et ibi etiam refert hanc partem tenere Cy. & Ray. Istam etiam tenet partem Lud. Ro. in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. poss.

Non obstat arg. suprà factum, quia dixerint alij quicquid uelint, ego ut ad istud argumentum respondeam, facio mihi unum nouum fundamentũ in materia Publicianæ, quod nõ inuenio ab alio positũ, nec formatum, s. quòd ad hoc ut alicui competat Publiciana, sufficiat quòd à principio potuit præscribere, uel vsucapere: vnde licet postea prohibeatur præscribere, vel usucapere, ego puto, quòd nihilominus poterit Publicianam intentare. Istud fundamentum firmo per duas rationes inconuincibiles, & ineuitabiles. Primò, clarum est quòd si accepi rem bona fide & titulo. & posteà cadã à possessione rei, quòd mihi competit Publiciana, imò aliàs non daretur Public. nisi cecidissem à possessione: & tamen clarum est, quòd si cado à possessione, quòd naturaliter interrumpitur usucapio, l. naturaliter. ff. de vsucap. Itẽ clarũ est, quòd cùm ego non habeã possessionẽ, quia ab ea cecidi, quòd non possum præscribere: & tamen cõpetit Public. Ergo plus, quã liquidò, constat, quòd ille, qui nõ potest præscribere, agit tamen Publiciana. Et hoc est, quia semel potuit præscribere: & istud sufficit. Et istã rationẽ sumo ex uerbis Bal. in dict. l. ancillæ, in 5. oppo. & in l. nihil. C. de vsucap. pro hæred. & ex uerbis Ioannis Fab. hìc.

Secundò si aliter diceremus, sequeretur maximũ absurdũ quòd si ego amisi possessionem rei, & egi Publiciana, & consequenter agendo Publiciana, confessus sim, me non esse dominum, sed quasi dominum & consequenter agnoui rem esse alienam: quòd si iterum nanciscar possessionem, certè ego non possum amplius vsucapere: quia initiũ secundæ possessionis est uitiosum: ut habetis tex. no. in l. si is, qui pro empto re. §. si quis bona fide. ff. de vsucap. & consequenter sequeretur quòd Publiciana nunquam competit, nisi semel: quod nullatenus est dicendum. Habemus ergo necesse dicere, quod licet iste non possit amplius vsucapere, tamen quia semel potuit vsucapere tempore, quo res fuit sibi tradita, quòd istud sufficiat. Et propterea aduertite quòd licet Bartolus in dicto §. si quis bona fide, uelit in terminis nostris Publicianæ, quòd si interrupta fuerit præscriptio, & requiratur possessio, si iste, qui recuperauit possessionẽ, incipiat secundò bona fide possidere, quòd ex titulo primo præcedenti, & ista secunda possessione recuperata, qua incipit secũdo bona fide possidere, quod possit vsucapi, & consequenter agere Publiciana. Et hoc tenet Bar. per gl. j. ibi, quam summè commendat & reputat singularem: quia ego puto quod non esset ponere os in cœlum, tenere prout ego teneo, quod etiã si iste non incipiat secundò bona fide possidere, & consequenter non possit aliquo tempore vsucapere, saltem de iure canonico, quòd tñ habeat locũ Publiciana cùm sufficiat quod à principio tempore traditionis potuerit vsucapere. Aliàs si diceremus: prout dicit Bartolus, nimis, ac nimis restringeretur materia Publicianæ.

Nec ad fundamentum meũ suprà factum obstat unus textus, qui prima fronte uidetur cõtrariari in l. si ego. §. partus. versi. interdũ. ff. de Public. quia ibi est casus specialis secundum quod oẽs tenent, pro ut tenet gl. ibi in uersi. ignorabã, & glo. in l. si ancillã. in prin. in gl. j. ff. pro suo, & ibi Barto. ponit rationem specialitatis, & gl. in l. ancillæ. in uer. cùm etiã. C. de fur. & ibi Bart. qui etiam ibidem ponit rationem specialitatis, & Bal. in l. vnica. i ulti. col. C. de vsur. cap. trãsformãda.

Retento ergo isto fundamento pro uero, prout ego credo esse uerissimũ, ad argumentum suprà in contrarium formatum in principali proposito, patet clara solutio: quia dum dicebatur quòd hodie est correcta præscriptio, quando mala fides superuenit de iure canonico: ego fateor. Et quia in Publiciana de necessitate requiritur bona fides, ut dixi in prin. §. in hac secunda parte principali huius glo. in quarto requisito: & consequenter attento initio, quòd possit cadere præscriptio tam de iure canonico, quàm de iure ciuili; istud sufficiat ad hoc, ut cõpetat Publiciana, ut suprà deduxi; & per ista stabit firma cõclusio, secundum omnes, quòd hodie per iura canonica non est sublata, nec corrupta Publiciana.

In ea. glo. ibi: per testes probari non possent, teneatis benè mente hanc partem glo. Et istam gl. dicit esse singularem Baldus in cap. bonæ: el 2. in 7. col. de postu. præla. quia eam audie-
88 tis millies ad hoc allegari, † Quòd ea, quæ consistunt in intellectu, uel conscientia nostra probantur per nostram simplicem assertionem cum iuramento: & quòd in istis debeat stari assertioni nostræ cum iuramento. Ita reperio, quòd istam gl. allegat Bartol. in infinitis locis. Ita eam alleg. Bartol. in l. inter omnes, §. rectè in secunda col. ff. de furtis. & Bartolus in l. Celsus. in fi. 2. col. ff. de vsucap. & ibi per hoc dedit pulchrum cõsilium, & Bartolus in l. gerit. in fin. col. ff. de acquiren. hæred. & Barto. in l. j. §. hoc interdicto, in secũda col. ff. de iti. actuq; pri. & Bartolus in l. is potest. in 8. col. ff. de acquirend. hæred. Sed aduertite secundum Angel. hìc, quòd licet ista gl. non faciat aliquam mentionẽ de iuramento, quòd tamen, secundũ eum, habemus gl. facientem expressam mentionẽ in l. at qui natura. §. si cùm me absente, in glo. mag. in uerb. committat.
89 ff. de neg. gest. quæ gl. dicit † quòd scientia uel ignorantia m probatur per solum iuramentũ: ut eam etiam ibi no. Bartol. Alleg. etiam Ang. de Aretio gl. in l. 2. §. hoc interdicto. in uerbo usus. ff. de iti. actuq; priua. & gl. in l. 2. in gl. j. in fi. C. de ser. quæ glo. possunt melius allegari. Sed in terminis, in quibus loquuntur, dicunt contrariũ. Ad idem alleg. bonum tex. in cap. pastoralis, ad fi. extra de excep. Ego non possum mihi persuadere quòd Bart. in tot locis allegasset istam glo. nisi id uellet. Si quis ergo eã benè inspiciet, satis hoc colliget ex gl. non quòd exprefsè hoc dicat. Quicquid sit, ego allego ad hoc glo. quæ hoc expressè dicit, per literas grossas, licet non allegetur per alios, in cap. significasti. el j. in gl. in uerbo, si est ita, extra de homi. & ibi gl. allegat ad hoc multa iura maximè illud capi. pastoralis. alle. per Ang. & ad hãc gl. cũ cõcor. præallegatis.
90 † Addo quòd benè facit id, quod voluit gloss. no. in leg. j. in ver. animo. C. ad legem Corne. de sica. quã ualde singu. reputat Lud. Ro. in l. in illa. in penult. col. ff. de uerb. obliga. ubi uoluit glossa, quòd animus, scilicet, quòd quis vulnerauit animo nõ occidendi, probatur per iuramentũ. Ad istam etiam gl. bene facit, quod uoluerunt duæ glo. not. iuris canonici. Vna est in cap. proposuisti. in gl. super uerbo. non probatur. 82. distinct. Alia in cap. qui diuinis. 12. quæst. 2. quæ notabiliter volunt quòd ignorantia probetur per propriũ iuramẽtum animi, cum cõsistat in animo. Et istas gl. didici à domino Abba. Panor. in c. cognoscens, quod est c. 2. in ultima col. extra de constit. qui per istis glo. alleg. optimos text. in capi. nulli. ad fin. de elect. in 6. & in cap. si uero, extra de senten. excommu.

Ego tamen puto quòd ista glo. nostra cum concordãtibus, possit per aliquos notabiles modos limitari, quos alij nõ po-
91 nunt hìc. In primis † ergo limitat istam gl. Barto. in l. j. §. hoc interdicto. in 2. col. ff. de iti. actuq; priua. ut ista gl. procedat, eo quia in terminis nostris hìc præcedebat titulus habilis, ex quo titulo creditur iuramẽto suo si asserit se habere bonam fidem. Secus ergo esset, secundum Bartol. ibi, si nullus titulus præcessisset. Et pro hac limitatione bene facit quod ibi voluit gloss. in uer. vsus.
92 † Secundo, & notabilius, istam gl. nostrã limitat Bartolus in l. inter omnes. §. rectè. in vltima columna. ff. de fur. vt ista gl. procedat, quando præsumptio iuris non esset contra asserentem. Secus autem si præsumptio iuris esset contra asserentem: quia tunc non staretur iuramento suo: vt patet in terminis, de quibus ibi per Bart. Et pro hac limitatione optimè facit, quod voluit Barto. in l. quemadmodũ, in fi. j. colum. C. de agr. & censi. lib. 11. vbi voluit quòd quando quis possideret rem cum titulo reprobato pro isto casu, quia habet præsumptionẽ iuris contra se, eo quia præsumitur mala fide possidere, non staretur assertioni suæ cũ iuramẽto, si uellet dicere se bona fide possidere. Ita limitat gl. hìc. Pro hac etiã limitatione bene facit quod vult Inno. Ioan. Andre. & alij in cap. 2. extra de constit. vbi volũt quòd si aliquis velit probare ignorantiam constitutionis nouiter editæ, uel alicuius statuti, per proprĩu iuramẽtum, quod non posset: quia præsumptio iuris est contra eũ. Et hoc est, quod propriè uoluit gl. quam suprà alleg. in d. c. proposuisti. 82. distinct. Et per ista puto non benè dicere Bald. in l. 2. §. pen. in fin. ff. si quis cau. ubi uoluit quòd si no-

ſi notificatio dilationis fuit facta ad domũ tuam, ꝙ tunc ſtatur iuramento tuo, quòd ad tuã notitiã non peruenerit. Hoc ego non puto verũ, nec prædicta: quia cùm præſumptio iuris ſit in contrarium, eò quod quilibet preſumatur ſcire id, quod eſt ſibi denunciatum ad domũ, ut eſt gl. no. in l. ſi tutor. ĩ uer. oſtenderis. C. de periculo. tut. quam Bartolus expreſsè ibi notat in ſing. ergo non eſt ſtandum proprio iuramento.

93 † Tertiò ad gl. noſtram limitat Barto. in l. 2. §. ſi à pupillo. circa fin. ff. de vſucap. pro empt. & Barto. in l. is poteſt. in 4. colum. ver. nunc videamus. ff. de acqui. hære. ut iſta gl. quæ vult quòd debeat ſtari aſſertioni propriæ cũ iuramẽto, procedat, niſi ꝑ aduerſam partẽ probetur contrariũ, vel etiam probetur aliquid, per quod præſumatur contrarium. Et pro iſta limitatione bene facit quod voluit Ioan. An. poſt Innoc. & ibi
94 alij. in cap. quia ꝓpter. §. illud, extra de elec. ubi uoluit † quòd licet quis poſsit probare impedimentum per ſuum iuramentum, ut eſt ibi text. tamen admittitur probatio in contrarium Pro hac limitatione facit ẽt quod no. uoluit Ang. in l. qui re-
95 ſtituere. in 2. columna, in fi. ff. de rei uendi. ibi no. uoluit † ꝙ ſtatutũ diſponens, quòd ſtetur iuramento alicuius, intelligitur, niſi cõtrarium probetur. Et idem etiam voluit Alberi. in tractatu ſuo ſtatutorum. in 2. parte principali, in q. 14. incipiẽ. item quæro, ſi ſtatuto, vel reformatione caueatur. De qua materia etiã per Bal. in l. j. in j. col. C. de re. credi. per Ange. & ibi latè per Ino. & alios in l. qui bona. §. qui dãni. ff. de dam. infect. & per Ang. in l. qui uas, in princip. ff. de fur. cum concor. Addo & ad hanc limitationem illud, quod in terminis gloſ. noſtræ uoluit gl. no. in uerbo, oneramus. in cle. j. de iure patr. quã reputat ſingu. Albe. à quo didici in d. l. j. in j. col. C. de re. credi. quæ not. vult, quòd ſi ſtatutum diſponat, ꝙ ſtetur conſcientiæ alicuius, tamen ſi cauſa eſt nimis præiudicialis, põt probari contrariũ. Secus ſi non ſit nimis præiudicialis, iuxta gl. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. in uer. relinquatur. de reſc. ĩ 6.
96 † Vltra iſtam gl. noſtram cum corcordan. volentem, quòd in his, quæ dependent ab intellectu, uel conſcientia, ſtetur aſſertioni cum iuramento: ego limito, ut procedat, quando talis perſona eſt aliàs fide digna. Et pro hac limitatione ego allego in terminis Bal. iſtud ſingul. uolentẽ, in l. falſus, in 3. col. & in 3. oppo. C. de fur. Pro hac etiã limitatione allego gl. hoc expreſsè uolentem. & eſt gl. benè ſignanda. in d. c. ſignificaſti. el j. in ver. ſi eſt ita, extra de homici. quã glo. expreſsè dicit, ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ quando agitur, uel quæritur de cõſciẽtia alicuius, ſtatur iuramento ipſius: eſt propriè uerum, ſi eſt bonæ famæ. Ad hanc limitationẽ optimè accedat, quod pul-
97 chre uoluit Ang. in l. qui iudicio. ff. de accu. vbi voluit † quòd ſi ex forma ſtatuti debet credi denuntiatori, uel damnũ paſſo, cum eorũ iuramento, ꝙ tamen non ſtabitur iuramẽto denũtiatoris, uel damnum paſsi, ſi ſunt infames, etiam ſola infamia facti. Et ita dicit fuiſſe iudicatum, & determinatũ hic, dũ hæc queſtio occurriſſet in facto. Accedat etiã, qđ pulchrè voluit Bal. in repe. l. cũctos populos. C. de ſum. tri. & fide cath. in 41. col. in uer. quintũ exemplũ, ſtatutũ permittabat, &c.
98 vbi voluit no. quòd † ſtatutum diſponens, quòd credatur libro mercatoris, intelligĩ, niſi talis mercator ſit infamis: quo caſu ẽt non obſtante iuramento, non tamen credĩ libro ſuo.

Item vltra prædicta habetis reportare ex hac particula gl.
99 qualiter † probetur bona fides: quia debet ſtari aſſertioni, uel conſcientiæ allegantis. Et ita reperio, quòd ad hoc alleg. iſtam gl. Barto. in l. Celſus, in 5. columna. C. de agr. & cenſib. libr. 11. quem retuli ſuprà proximè in ſecunda limitatione, quam dedi ad hanc partem glo.

100 † An aũt in dubio præſumatur bona fides, & an, & quando: examinat hìc Bald. de quo videatis glo. ſuprà de vſucap. in princip. in uer. bona fide. & gl. in l. ſup longi. in ver. pro-
o betur. C. de præſcrip. lõg. tem. & glo. no. in c. ſi diligenti. o in glo. pen. in uer. bona fides, extra de præſcrip. per Arch. in c. j. de præſcr. in 6. per Inno. do. Ant. & alios in d. c. ſi diligẽti, & videte Bartolũ in dicta l. Celſus, in 6. columna, per Cy. & Baldum in dicta l. ſuper longi. Barto. & Bal. in l. proprietatis. C. de probat. & videte per Angel. multa ponentẽ, in l. eum, qui. §. fin. ff. de Public. & dicit multum ſingu. Bart. in l. cum quærebatur, circa fin. C. vnde vi. quòd ex curſu triginta annorum præſumiĩ poſſeſsio retro ſemper fuiſſe bonæ fidei. Quòd dictum diligenter menti tenebitis. Et per iſta remanebit expedita hæc particula huius glo.

Tamen quia glo. facit mentionem de conſcientia, rogatus ſum per aliquos veſtrũ, vt aliquas concluſiones in hac materia hic ponerem. Ego contra propoſiti mei rationẽ, qui exiſtimaueram huic titulo nihil extrauagans adijciendũ eſſe, ut votis veſtris morẽ geram, aliqua notabilia, & quotidiana in hac materia conſcientiæ tradita per Legiſtas hìc ſubijciam.

Et in primis dicit Bal. in l. & ſi inutiliter, in ſecundo not. C.
101 de fideicom. † quòd conſcientia eſt angelus, humanæ menti ꝓſidens. Alibi dicit Bal. in l. fi. §. ſed ſi quis, in vlti. col. circa mediũ. C. communia de leg. allegando Chryſoſtomum ita dicentem, quòd conſcientia eſt lex intellectus noſtri. Alibi dicit Bal. in Auth. ad hæc. C. de vſuca. circa 3. col. verſic. ſed hìc dubitatur primò, quòd conſcientia eſt ſenſus animæ cognoſcentis bonum & malũ. Alibi dicit Bal. in ſuo diuino conſilio ſchiſmatis, poſito poſt rub. C. ſi quis ali. teſt. prohi. circa 3. colum. illius conſilij, quòd cõſciẽntia eſt dictamen rationis, & cognitio ſui ꝓprij cordis. Alibi Bal. in rub. extra de iudi. in 6. col. dicit, quod conſcientia eſt mens ſibi ipſi cõſcia, & eſt flos intellectus. Vel, conſcientia eſt mentis qualitas ſe ipſam dijudicans. Alibi Bal. in l. ſi quis filio exhæredato. §. irritũ. ff. de iniuſto, rup. & irri. teſta. dicit, quòd conſcientia eſt quid intrinſecus, latens in mente, quæ nullatenus dicto probari poteſt,
p & Bal. p * in c. bonæ. el j. ĩ pen. col. de poſtu. præla. dicit, quod conſcientia eſt conſonantia voluntatis, & intellectus: ut ibi per eũ, & Bal. in c. innotuit. in 2. col. in prin. de elect. dicit, ꝙ conſcientia eſt ſcientia clauſa in mente, quã Deus aſſociauit animæ, vt eam reprehẽderet de erroribus: & eſt de apicibus animæ, & Bal. in c. niſi cùm pridem, in 4. col. de renun. dicit, quòd conſcientia eſt animi motus ſibi ipſi perſuadens, & ſe concernẽs: per illum tex. & vide in pen. col. circa fi. & Bald. in c. ſi ꝓ debilitate in 4. col. de offi. deleg. dicit quòd conſcientia eſt paſsio animi ſuggerens bona, & mala diſſuadens. Et idem Bal. in c. ſi ſacerdos de offi. ordi. dicit, quod conſciẽtia eſt oculus cordis, quaſi cordis ſcientia, quæ debet eſſe ſicut ſpeculũ ſine macula, & ibi alia per eum. Alibi multùm pulchrè Bal. in rub. extra de pac. in fi. dicit, quod conſcientia eſt paſsio animæ rationalis, ſup omnem irrationabilẽ concupiſcentiam habens prædominium, & virtutem. Alibi Bal. in c. quoniam contra falſam, in pe. col. de proba. dicit, quod conſcientia eſt ſecretum ſecretorũ. Alibi Bal. in c. cum cauſam, in ulti. col. de teſti. dicit, quod conſcientia non eſt aliud, quàm bonus uir. qui intra te loquitur in corde tuo. Et propterea q non habet conſcientiam, non poteſt, aut non debet dici vir
q bonus q. Et ibi ꝑ eum, an teſtis ſit interrogandus de conſcientia. Alibi in cap. breui. de iureiuran. dicit, quod conſcientia eſt ſecretũ ſecretorũ mentis humanæ. Alibi Bal. in c. mulieri. de iureiur. dicit, quod conſcientia dicitur, quaſi quædã cõſonãtiæ animæ ad Deum, ex concordia ſpiritus & volũtatis. Alibi Bal. in cap. vigilanti, in ſecũda col. de præſcri. dicit, quod cõſcientia eſt cordis ſcientia: vt ibi per eũ. Alibi Bal. in c. conſtitutus, el ſecundo. in j. col. de appellatio. dicit, quod conſciẽtia eſt habitus ꝑfectionis in mente ſyncera. Vel, conſcientia eſt motus pũgens, exiſtens in mente humana. & vbi conſcientia eſt, ibi Deus eſt. Et dicit Iſaias vltimo cap. quòd vermis cõſcientiæ non extinguitur. Quæ conſciẽtia eſt paſsio mentis,
102 ſeu cordis, quæ ſemp eſt in actu. Vnde aũt † cõſcientia dicatur, dic, à conſilio, quod opponitur voluntati: & ſciẽtia quæ ſupponitur intellectui, ſecũdũ Bal. in c. primo, de confeſsione. Et vide quæ dicit Baldus in c. fi. ad fi. de iureiurãd. & dicit Bal. in lege ab Anaſtaſio. C. mãda. quod aduocati præſumun-
103 tur parum cõſcientiati. † Et quotuplex ſit cõſcientia, ponit Bal. in lege fi. C. de pœna iudi. qui malè iudi. Et de conſcientia habes tex. quem ibi no. Bald. in lege militis. C. de relig. & ſumpt. fune. Et in hac materia conſcientię tradit Bald. ſecundum beatum Tho. de Aquino, vnam regulam, quã no. in Authen. ingreſsi, in 8. col. C. de ſacroſanct. eccle. & Bal. in l. pen. §. illo. C. de neceſſ. ſer. hæred. inſti. quod vbicunq; lex, vel canon diſponit vel prouidet ſuper aliquo certo, & ſic nõ ſuper præſumpo, & diſponit ſecundum aliquam rationem: id qđ obtinet in foro iudiciali, rationabiliter obtinet in foro pœnitentiali, & conſcientiæ. Et aliqua de conſciẽtia & bona, &

mala,

mala,& quid sit,habetur per Bal.in cap.ne innitaris,de con-
sti.& per eundem in cap.bonæ.el 2.in 5. columna, de postul.
præla.Et dicit Bal.in tit.de pace Constan.in uer.quę vobis nõ
concessimus,allegando Ioan.Andre.in cap. præsentium, de
restitu.in Nouel.quòd in omni iuramento sufficiat dicere ve
rum secundum conscientiam.
104 Et aduertite † quòd quamuis contrahentibus licitum sit
r se inuicem decipere r, ut l.item si pretio.§. quemadmodum.
ff.locati,& in l.in causæ.la 2.§.pe.ff.de mino. ꝙ habet locum
etiam de iure canonico.c.pen.& ibi per omnes, extra de em
pti.& vendi.nisi sit ultra dimidium iusti pretij; ut ibi est tex.
Tamen istud non habet locum in foro conscientiæ secundũ
do.Ant.in d.c.pe.Et propterea dicit,ꝙ apud confessorem de-
bet fieri conscientia.Alleg.beatum Tho. de Aquino ita tenen
tem 2.q.77.art.j.Accedat gl.no.in uerb. ut plus. in c.hoc ius
105 porrectum. 10. q.2. quæ dicit † ꝙ prælatus ecclesiæ iustum
pretium rei,non debet maiori pretio vendere,q̃ valeat res, ꝓ
pter conscientiam, & etiam propter honestatem. Et de istis
assignat Bal.pulchram rationem d.c.cum causam, extra de
106 testi. † Nã si conscientia idem est quòd bonus uir, & bono
uiro non conueniat,aut liceat contrahentes decipere, ut di-
xit gl.no.quam reputat sing.in l.semper in conuentionibus,
& est gl.unica.ff.de re iu.& Bal.in Auth.ad hæc,in 8. colum.
uer.insuper quæritur quid de mercatoribus.C.de vsur.vbi et
allegat illam gl. ergo non erit licitum in foro conscientiæ cõ
trahentibus se decipere.Et propterea subdit Bal. in dicto. ca.
cum causam.quò ergo ibit anima mercatoris?

Dicit tamen multum signanter Pet.de Ancha.in repe. reg.
107 possessor,de reg.iur.in 6.in 11.chart.† ꝙ si aliquis emit fun
dum carius,ꝓpter necessitatẽ,q̃a vicinus,cuius erat fundus,
erat rixosus,& multũ molestus. ꝙ tunc cùm iste excessus pre-
tij fundetur super causa rationabili ꝙ subuenitur sibi nedum
in foro conscientiæ, aut in foro canonico, sed etiam in foro
ciuili,& seculari. Cuius dicti nunquam obliuiscaris. Et dicit
108 eleganter Baldus in l.vnica.in 2.col.C.de confes.† quòd fo
rus conscientiæ,est forus boni & æqui coniunctim: & est tri-
bunal ueritatis,& non fictionis,in quo conscientiæ foro api-
ces iuris non excusant.
109 † Et an in foro conscientiæ naturalis obligatio sola sit effi
cax ad agendum: videte Barto. loquentem per verbũ dubita-
tiuum,Fortè,in l.si pœnæ causa,in princip.ff.de condit. inde.
Bald.in Auth.ad hæc.in 7.columna.C. de usuca. & Bald.in l.
cum quis,in 11.colum.C.de iuris,& facti igno.Adde do.An-
to.in c.j.de dolo.& contu. Sed quantũ ad conscientiam non
differt pactum nudum à solenni,secundum Bald.in rubr. ex-
tra de pac.in fin.& in cap.j.in 2.columna,eod.titu.
110 † Et pœnæ legales tripli uel quadrupli in foro conscien
f tiæ non sunt debitæ f:& ideo fur,quantumcunq; manifestus,
non tenetur in foro conscientiæ ad aliud, q̃ ad restitutionem
rei.Ita est gl.vulgò reputata singu.12.quæst.2. c. fraternitas,
in fi.gl.mag.quam apud Legistas allegat Bal.in l.post decisio
nem.C.de fur.& Imo.in l.stipulatio ista.§.alteri.ff. de uerbo.
oblig.& Bal.& Imo.in l.quibus diebus.§.dñs,ubi multa pul-
chra ponunt in hac materia conscientiæ. ff.de condit. & de-
mon. Vide multa decisa per istam gl. & quinq, limitationes
per Feli.in cap.j.in 21.col.& tribus sequi. de constitu. & Ma-
tesilla.in no.24.Panor.in prin.decre.in nigro.in 2. columna,
111 & Ang.in consi.42.incip.fratres seruorũ,in fi. Vbi dicit † ꝙ
etiam ecclesia in foro conscientiæ potest pœnã conuẽtiona-
lem petere,quoties cõcurrit cũ interesse:vt ibi. Videas etiam
Ant.de But. in col.j.circa prin.extrà de do.& contu. & ibi ha
betur per Canonistas de hac materia conscientiæ, & Bal. in
l.iubemus.§.sanè.el j.post prin.C.de sacrosan.eccle. & ibi et
112 ponit Bal. an † malæfidei emptor teneatur in foro cõscien-
tiæ soluere pretium,& an bona præscripta,& sic acquisita ex
præscriptione,possint licitè retineri salua cõscientia, si fortè
post præscriptionẽ superueniat notitia,ꝙ ista bona erant alie
na.Ponit in terminis Bal.in d.Auth.ad hæc in 5. col. in uersi.
reuertor igitur ad quæstionem formatam. & ibi tenet quòd
sic:& allegat Inno.idem tenere in c.cura.extra de iure pa.Itẽ
tenet Bal.in c.de causis,in 6.columna,de offic. deleg. Et Bal.
in Authen.ad hæc,in antepe.columna, ponit quid de aduo-
113 cato & medico,† qui extorquent nimis magna salaria; &
doctor consulens sine reuolutione chartarum,non potest in
foro conscientiæ petere salarium,gl.no.in c.non licet 11.q.3.
quam tamen gloss.& meritò,reprobat ibi Archid. quia præ-
teritorum laborum potest tunc haberi remuneratio.
114 † Et an hæres adeundo hæreditatem teneatur creditori-
bus,& legatarijs in foro cõscientiæ vltra vires hæreditarias,
t ponit Bartol.& alij.in rub. t ff.de acqui.hæred.& Bartol.in l.
gerit.in 2.col.eo.tit.& ibi tenet ꝙ non: allegãdo Theologos
115 ita tenere.† Et quid si hæres non fecit inuentarium, an te-
neatur in foro conscientiæ etiam ultra vires hæreditarias: po
nit Bal.in l.si.in princip.in 2.col.C.de iu.delib.& Bald.in l.fi-
lium quem habentem.in 17.colum.C.fami.ercis.Adde Bald.
in repeti.l.2.C.de sacrosan.ecclesi.in 15.colum. in 4.quæstio.
principali,in uersi.tertiò quæro.vbi tenet quòd non, etiam si
ecclesiæ:licet Bald.ibi contra.
116 † Et an detractio Falcidiæ vel Trebellianicæ habeat locũ
in foro conscientiæ,Bal.dic.t ꝙ non,in l.cũ à matre.C. de rei
vẽdicat.& ibi vult plus Bald.ꝙ est mihi multùm mirabile, ꝙ
etiam non habet locum in foro canonico. Sed puto Bal. vel-
le dicere in foro conscientiæ.Et pro hoc ego allego text.opti
mum,& notabilem de iure ciuili,in §.si autem hæres. in Au-
thentica,de eccl.titu.colla.9. & ibi habetis textũ expressum,
117 † quòd in relictis ad pias causas nõ habet locum Falcidia,
& est text. etiam in Authentica similiter. C.ad leg. Falcid.Et
de prædicta q.vtrùm detractio Falcidiæ,vel Trebellianicę ha
beat locum in foro conscientiæ ponunt Canonistæ in c. j. ex-
tra de do.& contu.Et dicit Bal.in cap.ecclesiæ sanctæ Mariæ,
in penul.colum. de constitut. ꝙ testis nõ est interrogãdus de
conscientia.Et idem Bal.in c.pastoralis, in prin. in j.columm.
118 in fi. de rescr. dicit † quòd testis debet deponere de rebus
sensatis,nõ de cõscientia animi.c.j.§.fina. de consue. re.feud.
Item in materia adde, qđ no.Angel. in §. emphyteusis, el 2.
119 per illum tex.in Anthentica de alie.& emphyteu. † quòd si
statutum disponat,ꝙ mulier non possit contrahere sine con-
scientia duorum consanguineorum, quòd tunc non requiri-
tur eorum consensus, sed tantùm sufficit eorum scientia: ut
ibi no.per eum. Alibi Bal.in rubri.C.de exerci.in 4.colum,in
120 versic.quid si uerba dicunt, dicit † quòd ubi aliquid debet
fieri cum scientia alicuius, sufficit notificatio, nec requiritur
consilium,nec consensus eius. Allegat Ioan.Andr. in c.cum
in veteri,de elect.qui hoc non dicit.An autem illiteratus, qui
credit bene iudicare, & iudicat contra ius, an teneatur parti,
quam læsit in foro conscientiæ? Distingue ut per Cy.Salicet.
Fulg.Pau.de Cast.in Authen.hodie.C.de iudic.
121 Nota etiam diligentissimè † quòd ille, cuius conscientiæ
u aliquid committitur, tenetur iurare u quando declarat:alias
non est sibi standum.Ita Ange.& Pau.de Castr.in l. de pupil-
lo.§. qui opus.ff. de ope.no.nuntia.domi. Alexand.in consil.
218.in 2.uol.incip.visis verbis.in tertia columna, ad fin.An-
gel.in l.apertissimi.C.de iudi.
122 † Et an per illa uerba in commissione, In quo conscien-
tiam tuam oneramus: intelligatur electa industria delegati,
x ut non possit subdelegare x, ponit domi.Alexand. in l.à iudi
ce.C.de iud.in 3.colum.
123 † Item ubi aliquid committitur conscientiæ alicuius,vi-
detur facta commissio ut optimo viro.Ita Bald.in l.fin.C. de
iu.do.impe.

Item nota quod ad probandum, quòd aliquid fuerit gestũ
secundum conscientiam alicuius, probatio dicitur esse per
eius sacramentum.Ita Innocentius in c. pastoralis. in ver.de
124 ferendum.de rescri.& facit,gl.huius, † An primogenitus ĩ
foro conscientiæ,stante consuetudine, possit in totum succe
dere: ponunt Iacob. de Ra.& Cyn.in l.Barbarius.ff. de offic.
præto.& ibi vide Albe.in j.columna,vlt.charta. Et ex vno te-
ste quis non debet habere conscientiam læsam, secundum
Baldum in capit.vigilanti,in secunda columna, ubi vide, de
præscriptio.
125 † Quicunque habet conscientiam remordentem,morta-
liter peccat,si eam non deponit,cap. fi.& ibi Bald. in prima
colum.not.de præscript.Item statuta sunt seruanda etiam in
y foro cõscientiæ y vt vult glo.in capitu.quæ in ecclesiarum, de
cõstitu.& ibi Baldus in prima columna no.& dicit, quòd nõ
126 reperitur alibi.Item aduertite † quòd Papa, Imperator, &
alij

alij Principes, qui in suis territorijs habent vim supremi principis, debent semper iudicare secundum conscientiam suam non autem secundum allegata, & probata [z]: aliàs peccaret. Ita Bartol. qui dicit Theologos ita tenere, in l. j. ad fi. C. vt quæ desunt aduo

a [a]* † An aut succedens ab intestato teneatur aliquid dare
127 in foro consciẽtiæ hæredi instituto in testamento minus solemni? Bal. in l. si post diuisionẽ. C. de iur. & fac. igno. per glo. no. ibi tenuit ꝙ non. & idem sequuntur ibi Fulgo. & Paul. de Cast. Contrarium tenet Ioannes de Imo. in l. nemo potest. ff. de lega. j. & ibi vide dominum Alexandrum de Imola. idem tenet domi. Ant. de But. in c. nouit. in 12. columna de iudic. & in c. quia plerique. de immuni. eccles.

128 † An autem, qñ committitur aliquid conscientiæ alicuius, possit alium substituere: Vide Bal. tenentem ꝙ non, in c. j. §. fi. de no. feud. Quod nota pro executoribus testamentorum, quorum conscientiæ aliquid committitur.

129 † An autem edictum, quod quisque iuris. maximè quando impetrauit quis ius iniquũ, licet eo non sit usus, habere locum & sit licitum in foro conscientiæ: Vide per moder. in l. 3. §. fin. ff. quod quisque iur.

130 † Item in materia nota, ꝙ dans damnum ex culpa leuissima in foro conscientiæ, non tenetur. Ita sing. Innocen. in cap. sicut dignum. de homi. & refert Ludou. Roma. in singul. suis in 6. charta.

Item in materia multùm no. illud quod pulchrè voluit In
131 nocen. in ca. quia propter. de elect. ubi tenet † quòd electus ad aliquam dignitatem est tutus in foro animæ: si electio sua tenuit de iure gentium, licet non fuerit seruata forma tradita
b à iure positiuo. Et sequitur domi. [b]* Abb. Panor. in capit. j. in
132 fin. de in integr. restitutio. ubi ex hoc generaliter notat † ꝙ in omni actu, in quo est prætermissa forma iuris positiui, ꝙ tamen in foro animę quis non tenetur sibi facere conscientiam. Quod multùm teneas cordi ad prædicta, & ad multa similia. Vide etiam Fel. in c. primo. in 19. columna, & sequent. de constitu. ubi etiam per eum, quod ualet contractus mulieris in foro conscientiæ, non seruata forma statuti.

133 † Item adde quod dicit Inn. in c. cùm dilecti, de elect. & refert & sequitur Angel. in l. Iulianus uerum debitorem. ff. de condi. inde. quòd conuentus rei uendicatione, si iniustè fuerit condemnatus, & secutum fuerit præceptum de restituendo rem: tamen si non restituit, non peccat mortaliter, & potest illum retinere in foro conscientiæ.

Item nota ꝙ in testimonio conscientiæ non est reddenda ratio. Ita Bal. in c. j. §. fin. si de inue. inter do. & uasal. lis oria.

Nota tamen perpetuò, & nunquam obliuiscaris diebus vi-
134 tæ tuæ, quòd si † testis dicat uera esse secundum suam conscientiam, uel iudex in sententia dicat secundum suam conscientiam: neutrum valet. Ita singul. Bald. in cap. nisi cum pridem. in 4. colum. de renun.

Item in ista materia conscientiæ, uide vnam not. regulam, quam tradit Bal. in l. penul. §. illo. C. de necess. ser. hæred. insti.

135 Item adde † quòd in omni iuramento sufficit verum dicere secundum conscientiam. Ita signanter Bal. in tit. de pac. Constan. in uer. quæ vobis non concessimus, alleg. Ioan. And. in c. præsentium. de testi. in Nouel.

Quid autem si pars dicat, quòd est contenta stare consciẽtiæ uel fidei alterius partis: nunquid ita poterit agi, & excipi, ac si iuratum esset: dixi in §. item si quis postulãte, infra eo.

136 † Vltimò nõ omitto unum, quod in hac materia dicit hìc Angel. de Aretio, quòd si aliquid committitur conscientiæ a-
c licuius, quòd ab eius sententia appellari non potest [c]. Allegat ad hoc gl. quam ipse reputat singu. in cap. statutum. §. assessorem, de rescrip. in 6. Et credo quòd uelit allegare gl. in uer. re
d linquatur [d].* quæ gloss. istud mihi non dicit: licet secundum eundem Angel. possit supplicari, & sic adiri superior per uiã supplicationis: ut hìc per eum. Idem tenet Paul. de Castr. in leg. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. noui nun. alleg. pro sing. & hoc dicit gl. in d. §. assessorem. idem tenet Bal. in c. si Sacerdos. de offi. ordi.

137 † Nota quòd quando committitur conscientiæ alicuius, ab eius sententia nõ appellatur: ut hìc. Tu etiam multùm nota, ꝙ ille, cuius conscientiæ comittitur, nõ potest leges transgredi: quia intelligitur de conscientia legibus munita, non de ea, quam pars sibi fabricat. Ita signanter Bald. in sua disputatione incip. statuto cauetur, ꝙ fœnerator. in ult. col. Istud sequitur, & probat bona ratione do. Alex. in consi. 218. in 2. uo
138 lu. incip. uisis uerbis, in 3. colũ. Item † qui habet potestatem disponendi & prouidendi secũdum cõscientiam, non debet sequi propriam conscientiam, sed publicã. Tex. est iuncta gl. in c. iudicet. 3. q. 7. & voluit Cyn. in l. quisquis. C. ad leg. Iulia. maiest. Bal. in l. j. C. qui accu. non pos. Et dicit Bal. in l. fi. C. de
139 pœ. iud. qui malè iud. iudicẽ † debere sequi regulas legum, & non conscientiam suam quæ legibus aduersaretur. Potest tamen sequi conscientiam quæ nemini noceat, ẜm Bal. Vide tamen ad primò dicta Lud. in repe. rubr. ff. de arbi. in 2. colũ. ad fi. Et vide Bal. in l. 2. in 4. no. C. de fideicommiss. Item uide text. in l. certi iuris, in fin. & ibi Bald. C. de iudi.

In eadem glo. ibi l. minor. §. si seruus.

140 Habetis † ꝙ sententia lata in Publiciana, nõ facit præiudiciũ in rei vendicatione, nec econtra. Et dicit Dyn. hic, ꝙ de hoc non est quæstio: quia est casus expressus in d. §. si seruus. Hanc tñ cõclusionem limitant hìc Ioan. Faber. Bal. & Angel. de Are. nisi vtraq; actio esset in libello alternatiuè proposita.
f De quo dicite vt hic per eos [f].* est verum quòd Angel. de Aretio in hoc est sibi contrarius in sequ. col. ubi ponderat gloss. nostram velle contrarium: & dicit eam esse singul. tenendam menti.

141 In ead. gl. ibi dummodo directum. Vult ergo glo. † quòd proponẽs simpliciter dominium in iudicio, intelligitur tantùm proposuisse directũ, & nõ vtile. Hoc idem, & expressius voluit gl. in l. si mater. §. eandẽ, ad fi. in uer. qualecunq;. ff. de excep. rei iudica. & gl. in dicta l. minor. §. si seruus. in gl. mag. in ver. supererit. Breuibus pro nũc tenete cõtrarium, ꝙ imò proponẽdo dñium simpliciter in iudicio, intelligitur proposuisse nedũ directum, sed etiam vtile. Et ita etiã tenet Bart. in dicta l. si mater. §. eãdem. in pe. quæstio. post Dy. & Iacob. de Bel. Vis. ꝑ iura per eũ ibi allegata. & hoc ẽt tenet Angel. hic. De quo etiã per Bal. in l. j. in 6. colum. C. de actio. & oblig. & videte Anto. de But. in c. examinata. in antepenultima col. extra de iud. Intelligite tamen id, quod statim dixi, ꝙ licet proponẽs simpliciter dñium in iudicio, intelligatur proponi ne-
142 dum directũ, sed etiam utile, † ꝙ tñ nõ intelligeretur proponere quasi dominiũ, & sic Publicianã. Et ita loquitur, & procedit dicta l. minor. §. si seruus. alleg. in gl. Et ita vult etiã Bartol. in d. §. eãdem. & ibidem Bal. post Pet. de Bella Perti. videtur uelle vnũ, ꝙ in lege prima. §. qui in perpetuum. ff. si ager ve-
143 ctig. uel emphyteu. peta. † ideo appellatio dominij simpliciter prolati, referatur solũ ad directũ dominium, eo quia ratione adiũcti nõ poterat referri ad utile. Quod verbũ diligẽter notate: quia si est uerũ, est maxima limitatio ad vulgatã regulã illius. §. qui in perpetuũ, scilicet ꝙ appellatione dñij, in dubio intelligamus de directo. Cogitabis tñ an sit verum.

In eadem gloss. ibi: vno libello proponi non possunt. De hoc dicite ut latè dixi in prima parte principali huius gloss. in tertia forma libelli.

In ea. gloss. ibi: sed ex consuetudine contrarium seruatur. Dicite ut dixi latè in loco supra proximè allegato.

In ea. gl. ibi: licet super vna probationẽ tantùm inducat, ne sibi cõtrarius sit. Verùm de hoc videte Bartol. in l. & an eadẽ. §. actiones, in 5. colum. ff. de excep. rei iud. vbi examinat hoc dictum istius glo. & uidete per Angel. in repetit. l. si quis vi. §. differentia. in penult. colum. ff. de acquir. poss.

Sum modò in tertia parte prin. glo. ibi: ex parte autem rei. quam subdiuido in tres particulas. In prima ponit quæ requirãtur ex parte rei, ad hoc vt cõpetat Publiciana. Secũdò ponit cõtra quem detur Publiciana. Tertiò numerat sex casus ĩ quibus datur Publiciana cõtra dñm, & vnum de illis casibus reprobat. Secũda ibi: nam cõtra oẽm possidẽtem. Tertia ibi: sed etiam cõtra dominum datur in sex casibus. Illa tertia sub diuiditur in sex particulas. Partes de se patent.

In eadem gl. ibi præterquam contra dominum. In glo. vo-
144 lente † ꝙ contra dominum [g] non detur Publiciana: ego cre
g do verum, si opponatur exceptio dominij. Et hoc est, quod uoluit tex. in illa l. penultima. ff. de Public. Sed si nõ opponat exceptio dominij, ego putarem quòd ipse iure posset agi Publicia-

bliciana,etiam cõtra dominum. Et ad hoc me mouet elegãs dictum Bart.in l.Pomponius.§.iussu,in prin.vlti.col.ff.de acquir.possess.vbi voluit,ꝙ si ego egi Publiciana cõtra dominũ & obtinui,quòd transfertur in me dominium:aliàs si ille nõ esset dominus, transferetur in me vsucapiendi conditio. Et hoc dicit tenere ibi gl.dum dicit quod egit Publiciana,&c.

145 † In ea.gl.ibi l.damni.§. non solum. Iste casus prima facie non videtur clarus, aut expeditus:quia in illo tex.non expeditur,an agatur Publiciana cõtra dominum,vel ne:tamen benè inducẽdo optimè probat hoc modo: Nam edictum de damno infect. habet similitudinem cum causa noxali, vt est text. in l.prætor ait.§.hoc edictum respicit.ff.de dam. infect. Imò,dicit ibi Bar.in summario, quòd edictũ de damno infecto habet causam quasi noxalem. Quemadmodum ergo in causa noxali,si aliquid obtineatur à bonæ fidei possessore, ꝓ illo obtento datur Publiciana,etiam contra dominum,vt est tex.in l.& generaliter.ff.de noxa.etiam in gloss.allegata.ergo idem debet esse in causa damni infecti. Et istud est ex mente Nicol.de Neapol.hic.

146 † In fi.glo.no.hanc vltimã partem glo.enumerantem casus,in quibus Publici.competit etiam contra dominum.Et si milẽ gl.habetis in l.fi.in ver.potius.ff.de Publiciana. Et ꝓ ista habetis expeditũ hunc.§.in modũ qualisqualis repetitionis.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a POTEST DICI §.] Vide Bar.Cep.in rubr. de test.in repe.& do.Alexand.de Imo.post Io.in d.§.filius.alle. hic per do.Iason.May.

b PARAGRAPHVS] Sed dic quòd illud permittitur ratione breuioris locutionis: vt etiam dicit Firmianus in suo Aureo repertorio,in ver.paragraphus,in fin.

c * De illo text.facit idem Ias.festum in l.j.C.qui admi. Sardus.

d * Adde in simili bonum text.in l.si finita. §. si de vectigalibus.ff.de damno infect.Sardus.

e POSSET PRAESCRIBI] Adde idem tenentẽ do. Bartho.Soci.in consi.260. incip.in causa.in uer.omitto. Postremò in 2.parte,& Feli.in d.c.ad audientiam.in vltima columna,& do.Bartho.Soci.in consi.116.incip. non potest. circa me.7.col.& Fran.Are.in l.Paulus,in princ.de acquir. hæred.

f REQVIRANTVR] Quot autem requirãtur ad obtinendum in hac actione Publiciana,uide do. Barth. Soci. in consi.62.incip.in præsenti.versicul.tertiò concludo. circa medium,in j.parte,

g * Adde bonum text.in l. traditionem. ff. eod. titul. de Public.Sardus.

h POSSIDENTEM] Vide do.Alexan. de Imol. in consil.90.in vlti.colum.in 2.parte.& in consi.117.in 5.colum.ea. parte.& in consi.45.in j.& 2.colum.in 3.parte, vbi ponit, an agẽs Publiciana debeat habere titulũ,& possessionẽ vacuã.

i * Adde eundem Iaso.in §.actionum,colum. 30. infrà eod. Sardus.

k * Adde istud procedere duntaxat in fure: in alijs malæfidei possessoribus.Secus per ea,quæ idem Iaso. in hoc. §. col. 12.tradit.Sardus.

l * Aduertas,quia prout dicit gl.in l.pro hærede.ff.de pet.hære.istud possidere pro hærede,tribus modis capitur.Primò: quando verè est hæres:& tunc est titulus. Secundò, qñ iusto errore ductus credebat se hæredem & pro titulo habetur. l. Celsus.ff.de vsucap.Et ista sufficiunt ad titulum pro hærede. Quãdoque non iuste credebat:& tunc secus:quia non habetur pro titulo.Et ita declarat Bartol.in d.l.j. ff. pro hær. Et sic intelligendo altero de duobus modis præcedentibus doctor ille non errasset in terminis. Et ad ar. Ias. ex suprà dictis colligitur solutio.Carcassona Sardus.

m IMPROPRIETATIVA] Adde Franc.Are.in l.qui liberis,de vulg.& pupil.& do.Iaso.May.in l.j. de acqui. poss. & Franc.Are.in l.si id quod.§.quod autem.eo.tit.& in l. si qs non.de acqui.hæred.& in l.cum antiquis.C.de inoffi. testa.& in l.creditor,in fi.si cer.pe.& Feli.in c.gratum.de offic.deleg. circa fi.vlti.col.& dom.Alex.de Imo.in cõsi.33.in 7.col.in tertia parte.& Old.in cõsi.115.& addde eũdẽ infrà eo.§.nu.68.

n * Adde,quòd forsan Ang.saluari posset in hæreditate,prout loquitur,per ea quæ tradit notab.Bartol.in l.2.ad fin. ff. de bon.poss.tit.gen.Sardus.

o TRADITIONE] Adde quod dictum est per eundem infrà eod.§.nume.75.

p * Aduerte ꝙ illa gl.non facit,iudicio meo, ad propositum q.nostræ:loquitur enim quando uendens erat dominus: quo casu si duo ab ipso emant, potior est ille qui nactus est possessionem,& pretium soluit.l.quoties.C.de rei vend.Et hoc fallit in ecclesia,in qua ipso iure dominium transfertur.l. fin.C. de sacrosanct.eccle.Sardus.

q IN POENAM L. FIN.] Adde hic ꝙ fuit dictum suprà.§.omnium.nume.68.per eundem do.Ias.May.

r * Ad idem est bonus tex.in l.sin autem.§.sed & is. ff. de rei vendi.Et ista est communis opi.in Rubri.ff.si cer.pet.Sardus.

s COMPETVNT] An & quando competant,vide do. Mari.Soci.in consi.34.incip.prosequendo.versi. item restitutorium,in fin.in prima parte.

t TENERE] Adde Lud.Roma.in cõsil.83. & limita vt ꝑ Fran.Are.in cõs.163.in 6.col.nisi prima opi. sapiat æquitatẽ: vltima verò rigorem, quia tunc prima censetur approbata.

u CONCVRRERE] Adde eundẽ Iason,ĩ eo.§.nu.71.

x INTENTARI] Vide dñm Maria.Soci.in consi.33.incip.prosequẽdo.ver.itẽ restitutoriũ,circa prin.in prima part.

y LIBELLANDI] Quid aũt dici debeat in libello Publicianæ,vide do.Alex.de Imo.in consi.90.in prin.& in consil.99.in 3.col.in j.parte,Et qualiter agatur in Publiciana, vide per eum in consi.28.in j.col. in 2. parte. Et quando dicatur intentari Publiciana,& ad quid intentetur, vide per eum in consi.88.in vlti.col.& in consil.189.in 6.colum.in 2. parte.

z QVASI] De qua dictione adde hic, quod fuit dictum suprà eod.§.nume.26.in apo.

a EXPRIMI] Adde quòd dictum fuit suprà in §. omnium,nume.265.

b * Contrarium in §.omnium.col.antepen. firmaui, ꝙ imò de iure ciuili sit exprimẽdum nomen actionis licet secus de iure canonico,dic ut ibi. Sardus.

c PROCEDAT] Vide Feli.in c.cùm cõtingat. de offic. deleg.& in c.2.de app.in prin.vlti.col.in ver. cæterum & quibusdam,& do.Alex.de Imo.in consi.100.in 3.col.in 4. parte.

d LECTIONE] Quam rationem uide in nume.61.

e * Adde eundem Bartol.ita illum tex.intelligentem,in l.j.in vltima opp.C.de fur.Sardus.

f VEL QVASI] An valeat iste libellus.vide Felin. in c. significantibus,de lib.obla.& do.Alexand.de Imol.in consi. 77.in 4.parte.

g * Vide oĩno eundẽ Ias.in §.curare.col.3.infrà eod.Sardus.

h * Dic de hoc esset text.in terminis in l.siue autem.§.j.ff. de Publiciana.Sardus.

i DIXI] Vide suprà eodem.§.nume.36.

k * Adde ꝙ Ias.videtur contrariari ijs,quæ suprà in 4.col.dixit, dũ approbat opi.Bart.in l.rẽ quæ nobis, in legibus suprà alleg.Sed non est sibi vsquequaque contrarius:nam mihi loquitur in eo,qui à fure emit,& sic impeditur vsucapio.§.furtiuę.suprà de usucap.ideo titulus habetur pro non titulo, secundũ Bal.in l.in ciuilẽ. C.de fur.sic non procedit vsucapio, nec etiã datur Publiciana.l.traditionẽ.l.fine aũt.§.hæc actio. ff.de Publiciana.Et hæc opi.ꝙ Authen.malæfidei,non immutet quicquã in materia Publicianæ, uerissima videtur in puncto iuris:quia ex quo Publiciana non datur contra dominũ. l.pe.& fin. ff. eo iustius est hunc bonæ fidei emptorem titulũ habentẽ tueri, quàm alium sine titulo possidentem,per ea q̃ tradit Bart.in fi.verb.in l.siue aũt.§.si duobus.ff.eo.intelligẽdo tñ prout dixi in addi.proximè subsequẽti.Carcass. Sard⁹.

l VIGILANTI] Vbi vide Fel.

m * Adde ꝙ dato quòd præscribens debeat habere continuò bonã fidem.d.c.fi.extra de præscrip. cum similibus,non esset forsan ponere os in cœlum, quòd habenti bonam fidẽ cõpetat Publici.Fingamus quòd bona fide emi,& amisi possessionem,quòd nunc credo vendentem fuisse dominũ. scio tamen me non posse dominium eius probare, nec per consequens

ſequens meum,& quòd agendo rei vendicatione ſuccumberem:& dato,quòd crederem hunc eſſe dominum, in veritate non erat,nonne apertè iniquum foret, ſi huic non competeret Publiciana?quippe ſic.Et quòd iſta competat,probatur ex tex.noſtro.Quæ fuit ratio inducēdi Publicianam? Ratio fuit, quia prætor uolebat:traditiones à non dominis factas ex aliqua iuxta cauſa bona fide recipientibus tueri, & durum erat quòd iſti amittentes poſſeſsionem non haberēt actionem ad ipſam recuperandam.Et probatur hæc ratio in §.noſtro ad literam. Sed hæc eadem ratio efficaciſsima eſt in caſu præpoſito:ergo habebit Publicianam,& ſi nūc credat ſe dominum . l.à Titio.ff.de uerborum obligatione,capi. inter corporalia. extra de tranſlat. epiſcop.cum vulgaribus . Et comprobatur, quia ſi ſecundum communiter Doctor. prætor (de iure ciuili loquendo) habenti de præſenti malam fidem , ſi à principio fuit in bona fide ſuccurrit:quanto fortius credendum eſt,prętorem qui ſemper naturali æquitati fauebat.l.j. ff. de mino.l.j.ff.de pac.huic bonam fidem habenti ſuccurrere voluiſſe?ergo iſta ſtant ſimul,quòd quis habeat bonam fidem,& ſibi cōpetat Publiciana.Nec in text.noſtro,nec in edicto prętoris,in l.j.in prin.ff.eo.probatur,quòd neceſſariò ad hoc vt competat Publiciana,quis debeat credere ſe non dominum , dato , quòd requiratur quòd traditio ſit facta à nō domino, de quo ſatis eſt legem eſſe certam:in cæteris uerò caſibus dico quòd habenti conſcientiam rei alienæ,attentis regulis iuris canonici,impoſsibile videtur,quòd competat Publiciana: licet ſecus ſit de iure ciuili.Et hoc probatur,ni fallor,inconuincibili ratione:quæ eſt ratio quòd iura pontificum per ſuperueniētiam malæ fidei voluerunt præſcriptionem tolli:ut in cap. uigilanti.extra de præſcrip.nota eſt (vt aiunt) lippis & tonſoribus,videlicet cauſa euitandi peccati. vt eſt expreſſum in cap. fin.de præſcrip.ſed ego quæro num petere rem,quam ſcio alienam,ſit peccatum? nemo ſanæ mentis negabit,quin ſit peccatum : præceptum enim legis diuinæ eſt, Non concupiſces rem proximi tui.ſi ſola concupiſcentia eſt peccatum, quanto magis effrons petitio in iudicio? Cùm ergo ſit peccatum,caſus eſt in d.c.fin.per quem omni conſtitutioni inducenti peccatum,obuiatur:ergo etiam Publicianæ dandæ ſcient. rē alienam.Et inquit Bald.in d.c. fin. quòd qui habet conſcientiam remordentem rei alienę,ſi illam non dimittit, mortaliter peccat:prætereà volumus nos quòd canonica iura,quæ compellunt nos ad reſtitutionem rei alienæ vt euitetur peccatum, vt habetur in cap.peccatum.de regul.iur.in 6. concedant facultatem talem,per quam quis peccatis inuoluatur? abſit.Leges enim,quæ delicta puniunt , non ſolent delictis viam aperire . l.conuenire.ff.de pac.dotal.C.quemadmodum. §.fi. extra de iureiuran.bonus tex.in l.2.ad fin.C.de iudic.vidui.tollend.& cùm ſit conſequentia iuris conſulti in l. traditionem. & in l. ſiue autem,§.hæc actio.ff.de Publi.quòd non vſucapienti nō datur Publiciana:& hoc caſu,ut omnes fatentur,vſucapio canonibus ſit ſublata. Latè interpretabor propter fauorem animæ,cùm ſit materia fauorabilis,vt per doctor.in Authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer. vend. vt etiam tollatur Publiciana,cùm ſit eadem ratio,vt ſuprà dixi, & ſit expreſſa in d.c. fi.ut ſicut de iure ciuili eſt bona conſequentia,Non vſucapit, ergo non habet Publ cianam, legibus ſuprà allega. ita bona & neceſſaria debet eſſe de iure canonico. Et hoc caſu per ſuprà dicta etiam in materia correctoria eſt licita extenſio : vt per Bald.in Authentic.quas actiones.C.de ſacroſanct. eccle. Alexandr.in l.iuriſgentium.§.quinimò.colum.pen.ff. de pac, idem Iaſon in l. emancipata. colum.fi.C.qui admit. & idem Iaſon. ſibi contrarius in §. item Seruiana,infra eo. colum. 8. verſicul.addite etiam inquit(vt eius verbis vtar) quòd Publiciana nequeat competere,niſi bona fide concurrente . Facit etiam pro iſta parte, quia lex non ſolet aliquid fruſtra operari.l.non cogendum.§.fi.ff.de procura.l.aliquando.§.fin. ff.ad Velleia. cum vulgaribus.Sed huic fruſtra damus actionem : quia vſucapere non poteſt,dict. capitu. fin. fructus non facit ſuos.l.certum.C.de rei uendica.l.bonæ fidei. §.in contrariū. ff.de acq. rerum domi. ergo non eſt danda Publiciana ſcienti rem alienam. Non obſtat quod dicunt doctores,quòd Publiciana nō dat contra dñum.l.pe.& fi.ff.de public.cùm nō detur contra dominum:non videtur iniquum,quòd à non domino petat:quia iſtud non tollit difficultatem,prout dicit hic Iaſo.ſed ego aliter ſoluo,& dico quòd allegare inconueniēs, non eſt ſoluere.argum.l.2.§.qui hoc dicit.ff.ad l.Iul.de Adul. l.is,qui reus. ff.de pub. iud. quia ſatis eſt mihi quòd iſte peccat petendo rem alienam,dato,quòd poſſeſſor non ſit dominus:quia poteſt eſſe quòd habeat poſſeſſor bonam fidem: qđ in dubio præſumitur:ut per Barto.in l.Celſus.colum.pe.ff.de vſucap.& ſi habet poſſeſſor malam fidem,dummodo non ſit ſpoliator,cùm vterque ſit cauſa peccandi:in pari cauſa turpitudinis,potior eſt conditio poſsidentis.l.3.ff.de condi.ob tur p.cau. Nec ſatis erit dicere,poſſeſſor quoque eſt in peccato : quia abſtineat ſe ipſe a petitione rei alienæ,& ſic à peccādo , & non curet de anima poſſeſſoris : quia ſolet inter vulgares prouerbium agitari quòd anima ſua in manica ſua.ipſe enim reddet rationem villicationis ſuæ.Et ex his apparet non eſſe, ut inquit Iaſo.indubitatam communem ſententiam:quia mihi,vt verum fatear,dubia admodum uidetur:& ex ſuprà dictis,ſi diligenter conſideres,ſunt ſublata omnia,quæ in contrarium adducuntur,vel facilis erit ſolutio. Et hæc ita diffusè alibi forſan non reperies.Carcaſſona Sardus .

n IGNORANTIA] Vide omnino dominium Alexan. de Imo.in conſi.71.in j.colum.in j.parte,& Feli. in ca. quoſdam.de præſump.

o In c.ſi diligenti.vbi vide Feli.in 2.colum.

p Vide aliqua in hac materia conſcientiæ per Iaſo. in l.nemo poteſt colum.14.ff.de lega.j.& per Canoniſtas in c. j.extra de conſti.Sardus .

q VIR BONVS] Et vt dicit Lanfran.in tracta.ſuo de arbit. in uer.reductio,quòd bonus uir non eſt frater, qui habet diabolum ſub cappa .

r DECIPERE] Vide Feli.in c.cauſam.in fi.de teſtibus.

ſ DEBITO] Adde Ludo.Rom.in rubr.de arbi.in fine.

t In rub.Vbi vide Fran.Are.in ſi.2.col. & in l. cum hæreditate.& in l.pe.circa fi.eod.titu.

u IVRARE] Adde eundem do.Iaſ.May. ſ eo.§. nu.105.

x SVBDELEGARE] Vide Feli.in c.fi.de offi.deleg.§. is autem.& Lud. in fi.§.executor.verſic.Quæro vtrum.& do. Alex.in l.more.ſexta col. de iuriſdict.om.iudi.

y CONSCIENTIAE] Adde quæ habentur per Pet. de An.in ſuo conſi.191.in vlti.colum.

z ET PROBATA] Et idem dic in iudice in ſeptem caſibus,quo me remittendo,poſui infrà eodem.§.nume. 148. in apo.vbi & duo uerba ponuntur per eundem Iaſ.

a Vide eundem Iaſ.in §.Si minus.colum.3.in princip. infra eod.Sardus .

b Adde eundem Iaſo.in l.nemo poteſt colum.14.ff. de leg. j.Sardus .

c NON POTEST] Vide Franc.Aret.in l. rem non nouam.C.de iudi.& Ana.in conſi.34.

d Vide meliorem glo.in clementi.j.in verbo,oneramus.de iur.patro.Sard.

e CONSCIENTIA] An & quādo iudex ſequi debeat conſcientiam,& ſecundum eam iudicare . & non ſecundum allegata & probata,Vide Fel.in capitul.paſtoralis.§. quia uero.in ſecunda colum.in uer.in gloſſ.in uer.tenetur.cum pluribus ſequen.de offic.delegat. ubi ponit ſeptem caſus , quos per te vide,limitando regulam vulgatam,quòd iudex ſecundum allegata & probata iudicare debet. Quam regu.limita etiam niſi ſit Papa vel Imperator , vel alij principes habentes vim ſupremi Principis : quia iſti debent ſemper iudicare ſecundum conſcientiam : aliàs peccarent : vt per eundem Iaſ.ſuprà eodem § nume.135.

Adde quòd veriùs videtur,quòd dato quòd alternatiuè ꝓponantur, nihilominùs non poſsit proſequi niſi vnam , ne ſit ſibi cōtrarius,ut gl.noſtra hic dicit:& ſic illam videtur eligere,quam proſequitur:vnde in alia non obſtat exceptio rei iudicatæ p d.§.ſi ſeruus.maximè cùm ſm Bal.in l.j.C.ſi plu.vna ſenten.altera cenſeatur appoſita ſub cōditione, quæ nihil ponit in eſſe l.quoties.ff.de noua.Sed vide Bart. qui videtur diſtinguere in l.an eadem.§.actiones.ff.de excep.rei iud. col.3. verſ.& primo quæro.dic.ut ibi per eum Carcaſſona Sardus .

CONTRA DOMINVM] Adde eundem Iaſo, May. ſuprà eodem §.numero 86.

SVMMA-

SVMMARIA AD §. Rurſus.

1 *Abſentiarum genera quot ſint.*
2 *Abſens cauſa Reipublicæ quis propriè dicatur.*
3 *Abeſſe ex cauſa probabili,& neceſſaria quis dicatur.*
4 *Abſens quot modis quis dicatur.*
5 *Abſens an in dubio quis præſumatur,niſi probetur.*
6 *Præſens an & quando contra abſentem reſtituatur.*
7 *Abſens ex quibus abſentijs reſtituatur.*
8 *Remedium,ſiue iudiciũ reſcindens,ſiue reſciſſoriũ quid.9*
10 *Actio reſciſſoria quid,& quare reſciſſoria appelletur.11.*
12 *Officium iudicis an ſit remedium reſcindens.*
13 *Actio reſciſſoria quotuplex ſit.18.*
14 *Actio inſtitutoria quid,& quare appellatur inſtitutoria.*
15 *Actio reſciſſoria,quæ eſt reſtitutoria, qualiter diffiniatur.*
16 *Actio inſtitutoria,& reſtitutoria,qualiter differant.*
Actio reſtitutoria nõ datur niſi officio iudicis implorato.
17 *Dictio Statim,quid denotat.*
18 *Vſu non cepiſſe in text.quomodo exponitur.*
19 *Reſtitutio an præſenti contra abſentem concedatur.23*
21 *Reſtitutio contra præſcriptionem,quæ in præſentia currit, non datur.*
22 *Alienare dicitur,qui vſucapi patitur.*
24 *Præſcriptio non currit agere non valenti.*
25 *Præſcriptio an currat impedito.26.*
27 *Dictio Tunc,quid denotat.*
28 *Abſens ſi præſcribat rem præſentis quid? & nu.ſeq.*
30 *Remedium quando quis habet rem communem cõtra abſentem,quem nemo defendit, & vult eam diuidere.*
31 *Reſtitutio ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cã eſſe videbitur,quando concedatur.*
32 *Reſtitutio, quæ datur contra abſentem cauſa Reipublicæ, quando locum habeat.33.*
34 *Priuilegium l.fi.C.de ſac.ſanct.eccle.quando locũ habeat.*
35 *Reſtitutionis beneficium quibus concedatur.*
36 *Reipublicæ appellatione an veniat alia Reſpublica,quàm Romanorum.*
37 *Reſpublica an ciuitas dicatur.*
38 *Reſpublica quot modis capiatur.*
39 *Fiſcum quæ ciuitas habeat.*
40 *Priuilegium conceſſum ciuitati,an extendatur ad caſtra, & villas.*
41 *Ciuitatis appellatione que veniant.*
42 *Statuta & conſuetudo ciuitatis, an locum habeant in caſtris & villis ciuitati ſubiectis.*
43 *Poſſidens animo,& ſic ciuiliter tantùm, an illa ſola ciuili poſſeſſione vſucapere poſſit.*
44 *Hoſtes qui propriè dicantur.*
45 *Hoſtis,& reus criminis læſæ maieſtatis, qualiter differant.*
46 *Piratæ an ſint propriè hoſtes.*
47 *Piratæ ſunt ipſo iure diffidati, & à quolibet impunè derobari poſſunt.*
Hoſtis an dicatur ciuitas Imperij reſiſtens officiali Imperatoris.
48 *Reſtitutio an ſit concedenda capto à latronibus.49.*
50 *Captus ab hoſtibus an efficiatur eorum ſeruus.*
51 *Imperator ſi indixit bellum, & eo mortuo gentes ſuæ ceperint aliquem ex hoſtibus,an ille efficiatur ſeruus.*
52 *Obſides qui,& an,& quando dari poſſint.*
53 *Vſucapio an ſine poſſeſſione inchoari poſſit.54.*
55 *Priuilegiatus an vtatur priuilegio ſuo contra æquè priuilegiatum.*
56 *Reſtitutio,ſi vſucapio pro maiori parte ſit lapſa in abſentia, & præſentia poſt modicum tempus reuerſionis ſit completa, an in eo modico tempore, in quo dominus potuiſſet agere, ſit in totum & omnino deneganda.*
57 *Milliare ex mille paſſibus conſtat, & paſſus habet pedes quinque*
58 *Reſtitutio abſenti ex cauſa voluntaria quando ſit concedenda.*
59 *Annus quot dies habeat.*
60 *Annus vtilis vt currat,quæ ſint neceſſaria.*
61 *Tempus quando in dubio intelligatur vtile, vel continuum*
62 *Tempus vtile quomodo ſumatur.*
63 *Tempus in dilationibus ad probandum,an ſit vtile, vel continuum.*
64 *Dies emergẽs an in qualibet hora incipere currere poſſit.*
65 *Liber Codicis fuit compilatus poſt librum Inſtitutionum.*
66 *Paragraphus iſte in quo ſit hodie correctus.*
67 *Reſtitutionis petendæ tempus quotuplex ſit.68.*
69 *Reſtitutio ſi à iudice fuerit conceſſa vltra tempus, intra quod debeat officium iudicis reſcindens implorari, nunquid valeat.*
70 *Sententia cùm in cauſa ciuili intra triennium ferri debeat,quid ſi vltra triennium feratur, an valeat.*
71 *Sententia ſi poſt tempora fatalia pro appellante feratur, an ſit ipſo iure nulla.*
72 *Sententia ſi in actis poſt curſum fatalium contra primam lata appareat, an prima executioni demandari debeat.*
73 *Reſtitutio poſt quadriennium an peti poſſit.*
74 *Reſtitutio, & ſic officiũ iudicis reſcindẽs, ad quid cõpetat.*
75 *Reſtitutio in integrum eſt in priſtinum ſtatum poſitio.*
76 *Actio reſciſſoria an ſit proprium nomen actionis.*
77 *Actio reſciſſoria an natiua, ſeu datiua dicatur.*
78 *Actio natiua quæ dicatur, & quæ datiua.*
79 *Hominum quidam ſunt datiui, & quidam natiui.*
80 *Actio reſciſſoria an ſit directa, vel vtilis.*
81 *Actio reſciſſoria quando competat.*
82 *Ablatiui abſoluti cuius naturæ ſint.*
83 *Libellus in officio iudicis reſcindente,qualiter formetur.*
84 *Libellus in actione reſciſſoria,qualiter ſit formandus.87.*
85 *Actio reſciſſoria,& officium iudicis reſcindens, an ſimul intentari poſſint.*
86 *Querela inofficioſi teſtamenti, & petitio hæreditatis an ſucceſſiuè intentari poſſint*

§. RVRSVS

AD hunc §.ſecũdũ Dy.hìc, eſt bene aduertendũ:quia tractat materiam ſatis ignotam,in qua gl.omnes variãt.& in hoc §. Nic.de Neap.ita exordit̃, quòd hic §.eſt ſubtilis,& qđ eius materia quaſi in intellectu cõſiſtit, & vltra hìc tradita per gl. noſtrã,& ſic vltra glo.noſtrã pro expedienda materia hui⁹ §. ponit ipſe Nic.25. q.Ego illas duntaxat attingam, quas putabo neceſſarias,vel vtiles pro intellectu tex.& gl. & pro habenda faciliori cognitione præſentis materiæ: alias autem prætermittam.

1 Ad euidentiã huius §. præmittite vobis,† ꝙ abſentiarum
a quinque ſunt genera, ª quę enumerat ꝑ ordinẽ gl.no.& magiſtra.in l.fi.in glo.fin.in ver.Appellare.ff.de in integ.reſtitu.Prima eſt probabilis,& neceſſaria:vt cauſa militiæ. Secunda eſt probabilis tantùm: vt cauſa ſtudiorum. Tertia neceſſaria tantùm:vt cauſa relegationis.Quarta voluntaria,ſine contumacia:vt cauſa mercantiæ.Quinta,& vltima,eſt abſentia voluntaria,cum contumacia.

2 †Et quis dicatur propriè absens causa Reipublicæ: videte per gl.not.& per doc.in l.cum quidam,in prin. in gl.fi.in ver. aberat.ff.de acqui.hære.& in l.qui mittūtur.in fi.prin. in gl.in
3 verbo Militibus.ff.ex qui.cau.ma.† Et intelligite quē abesse ex causa probabili, & necessaria, non solùm si absit cā militiæ, vt prædixi,sed ēt si absit alia cā pro Republica, puta cā legationis.l.sed & si per prætorē.§.fin.ff.qui.ex cau.ma.Eodē modo si quis abesset cā infirmitatis,quamuis non abesset ex causa Reipublicæ,tamen diceretur absens ex causa probabili,& necessaria.l.quæsitū.ff.de re iud.Et ita Bar.in d.l. fi.in princ.2. col.ff. de in integ. resti. Et si quis abesset,vel recessisset metu cōmissi criminis,dicitur esse absens ex cā necessaria,sed non probabili secundum Bal.in l.ab eo,paulò pòst prin.C.quomodo & quando iud.Et circa hoc videte Ange. multa singularia ponētem in disputatione suā,quæ incip.Bononiensis quidam in 3.& 4.dubio.& Spec.& Ioā.And.in tit. de accu. in 3. part. §.sequitur.versic.quid si quis bannitus.

4 †Quot aūt modis quis dicatur absens, videte text.in l.absentem.ff.de verb.sign.in l.præsens.ff.de procu.& tex.in l.fi.C. de præscrip.long.temp.& ibi gl.in verb.Inter absentes. & gl. no.in §.1.in ver.præsentes.in Auth.de fideiuss.cōsueuit notari per.doc.in l.1.§.qui præsens.ff.de verb.ob.& in l.4. §. prætor ait.vers.abesse.ff.de dam.infec.per Io.And.post Arch. in ca.si delegatus.de of.archi.in 6.in Nouella,& Bal.in l.fi.§. vbi aūt. per illū tex.C.de bo.quæ libe.Et uidete Bart.not. decidentem per illū tex.in l.testamento.ff.de ali.& ciba.leg. & in l. quæsitū,in prin.ff.de leg.3.& videte tex.summè no.in l. cùm simus. ad fi.C.de agri.& censi.lib.11.& ibi multùm singulariter decidit Bar.per illū tex.

5 † Et an in dubio quis præsumatur absens,nisi probetur absens: videte Spec. in tit. de actore.§.1.ver. quid si postquam & versi.seq.determinantē, ꝙ sic.Et eū refert Bal.in l.fi.§.necessitate,ad fi. C. de bo. quæ lib.In cōtrariū tñ facit quod uoluit Bar.in l.is pōt.ff.de acquir.hære.in col.4.versi.nūc videamus. Dyn.tenet ꝙ præsumitur quis semper fuisse præsens in ciuitate vnde est.De quo ēt per Ang.in l.fi.C.de præscrip.long. tēp. iuxta ergò suprascripta quinque genera absentiarū, aduertite modò ad tex.nostrū ex mente Dyn.Nico.de Nea.& Ang. hìc,

6 † ꝙ aliquando ille, qui est præsens,vult restitui contra absentem,& sic contra eū qui fuit absens,in prin.§.nostri.& isto casu non habet locum distinctio suprascriptarū absentiarum: quia non consideramus propter quā absentiā fuerit absens, sed tantum modò consideramus quod præsens non habuit, quem posset conuenire: & sic ꝙ ille absens non fecit copiam sui.Et pro hoc facit clara ratio:quia si rescissoria datur contra eum,qui fuit absens ex iusta causa,vt hoc tex.nostro : quantò fortiùs dabitur contra eum qui fuit absens ex causa nō iusta?

7 † Aliquando verò econtra, ille qui fuit absens,vult restitui contra præsentem,& tūc benè tenēda est distinctio illarū absentiarum,quia si fuit absens ex cā probabili & necessaria simul,vel probabili tātū,vel necessaria tantū,& tunc bene restituetur:ex alijs aūt absentijs secus:Et ista est propria materia, quæ traditur per glo.& doc.maximè Bart.in dicta l.fina.ff.de in integ.resti.Secundò prin.& propius ad hūc tex. præmittite vobis ad euidentiā, quòd in materia §.nostri reperit̄ duplex iudiciū,siue remedium. s. rescindens, & rescissorium:de quibus tangit Barto. in repeti.l.ab hostib.§.sed quod simpliciter. maximè in col.4.versic.his expeditis.vsque ad,vltim.col.ff.quibus ex caus.maio.& ibi omittit declarare, quid sit remedium rescissoriū:& pollicetur se dicturū in l.necnon. §.exemplo.in eo.tit.ff.ex quibus caus.maio.& ibi posteà nihil dicit.Vos ve-
b rò dicite, ꝙ secundum magis communem conclusionē b * de
8 qua videbimus infrà super gl.in ver.Rescissa†iudiciū,siue remedium rescindens,est officium iudicis,per quod datur in integrum restitu.& rescindit obstaculū,quod impediebat agere,& ponit re in statu, in quo erat, cùm læsio contingit:cū in integrum restitutio est in pristinum statum repositio. l. quod si minor.§.restitutio.ff.de mino.& tātum affert restitutio, quātum abstulit læsio.l.ab.hostibus.§.sed quod simpliciter.& melius in l.sed si per prætorem. §. si feriæ, & in §.cùm feriæ. & melius in §.quoties.ff.ex quib.caus.maio.

9 † Iudicium verò,siue remedium rescissoriū,est illud,ꝙ cōpetit rescisso obstaculo.De ijs omnib.tollite exēplū:Pone, possidebas rē meā,quā egò poteram uendicare,si tu fuisses præsens:& pp absentiā tuā,quia nō potui agere,illā vsucepisti: te posteà reuerso datur mihi restitutio per officium iudicis, per quàm rescinditur vsucapio:& rescissa vsucapione,ego posteà vēdico rē meam perinde,ac si tu non usucepisses.Certe illa in integrum restitutio, quæ datur per officium iudicis, per quā
10 rescinditur usucapio,appellatur remediū rescindēs. † Illa uerò actio,quæ posteà mihi datur cōcessa restitutione, & sic rescisso obstaculo,appellatur rescissoria.Et dicite ꝙ appellatur rescissoria ab euentu:quia datur in euentu obstaculi primùm rescissi,& propter præambulū remediū præcedens, secundū Ioā.de Blanosco relatū per Nic.de Neap.hìc,qui fuit egregius doctor antiquus,& de quo Bart.sæpissime facit mentionē in l.quod Nerua.in lectura,& sæpius in repe.ff. depo. Et hoc mihi magis placet,quàm opi.Pet.de Bella.Perti.& aliorū,qui dixerunt quod appellatur rescissoria ab effectu.Et ita etiam pro ut tenet Ioan.de Blano.tenet ēt Angel.in l.fi.ff.ex quibus caus. maio.& Angel.hìc in 5.euidentiali.Et per ista inferebat Ang.
60 Aquil.Dicit tñ† ꝙ annus propriè cõstat ex trecentis sexaginta quinque diebus x & sex horis:quæ sex horæ collectæ simul in quatuor annis faciunt vnum diem naturalem,quẽ appellamus bissextilẽ,q attribuit Februario,vel sm canones Martio. Et hæc oĩa ponit gl.no.in l.3.§.minore.vers.bissexto. ff.de mino.& gloss.in l.cùm bissextus.ff.de verborum significatio.

In eadẽ glo.ibi.ff.de diuer.& tẽporibus præscrip.l.prima.
61 videtis ex hac gloss.† quæ & quot sunt necessaria ad hoc vt annus vtilis currat.Idem no.gl.in dicta l.prima,in gl.in versi. agendi.& videte gl.no.in l.fi.in glo.1.& ibi docto.C.de tempo.in integrũ restitu.& gl.no.in rubrica. ff. de diuer. tempo. præscrip.& ibi Barto.quæ ponunt de tẽpore continuo. & de tempore vtili à principio:sed de continuo in processu, & de eo,quod omni tempore est vtile:& declarat quomodo, & qñ in eis currat tempus. Accedat ad hoc gloss. quam Angel. de Aret.reputat valdè singularem in capit.quàm sit ecclesijs.in ver.mensem.de electio.in 6.& glo.not.in clemen. 1. in versi. continuum.de in integrum restitutio.

62 †An aũt,& qñ tempus in dubio intelligatur vtile, vel continuũ,vide Bald.in l.annus,cũ ibi no.per gloss.ff.de calum.& omnino Bal.in l.genero.ff.de his,qui notan.infam.& Bald.in l.1.in vltima columna.C.de dila.& Bal.in l.siue pars, eodem
63 tit.de dila.& Cyn.& Bald.in l.2.C. de ædil. actio.† Et quomodo sumatur tempus vtile,ponit Bal.in d.l.fi.in prima op-
64 po.C.de tempo.in integrũ restitutio.† quòd in dubio omnis dilatio intelligitur continua,nisi reperiatur cautum quòd sit vtilis.Et an in dilationibus ad probandũ tempus sit vtile, an continuũ?videte Bald.in l.si quando.in 2. quæst. & melius in 5.C.de testibus.& Baldus in l.eos.§.fin autem.in 3. col. C.de app.& Bal.Ang.Pan.& Lud.in l.1.ff.si quis cau.& notabiliter Pau.de Eleaza.in cap.frequens.de resti.spol.in 6. vbi ponit,
65 † an dies emergens possit qualibet hora incipere currere. De quo etiam per Angel.& Imol.in l.Gallus,in prin.ff.de lib. & posthu.
66 In ea.gl.ibi:corrigitur per Codicem.Dicite † quòd hoc nõ esset mirum:quia liber Codicis,prout nunc est compilatus, fuit compilatus post istum librum Institutionum: vt expressè probatur in l.meminimus,post princip.C.de legitim.hæred. vbi Imperator facit expressam mentionem de libro isto Institutionum.Et ita etiam tenet Ange.de Aret.hìc.

67 In eadem glos.ibi:sed dico contra.†Hoc etiam tenet Ioã. Fab.hìc.scilicet quòd iste §.hodiè non sit in totum correctus videlicet quatenus loquitur de actione rescissoria.Nam,secũdum eum,licet iudicium rescindens,quòd intra annũ vtilem competebat,hodie sit correctũ,vt cõpetat intra quadrienniũ d.l.ff.C.de tẽp.in integ.rest.secũdũ ea,quæ statim infrà subijciam:tamen iudiciũ rescissoriũ, quod cõpetebat intra annũ vtilem,vt hoc tex.nostro,hodie nõ reperit correctũ, nec immutatũ.Quod ergo expressè non mutatur,quare stare prohibetur?vulgata l.præcipimus.ad fin.C.de appe.& l. sancimus, in prin.C.de testa.Et istud idẽ reperio in terminis tenere Barto.in l.fi.in vltima columna,in princ.C.ex qui.cau. ma.vbi et prædicta ratione mouetur.Et istud est, quod ego puto voluisse dicere glo.hìc,quæ satis in confusso est locuta, dum ad fi. dicit,quòd illa lex tantùm in restitutione dicit: vnde in alijs remanet vtilis annus,&c.Benè verum est,& ita etiam fatetur ibidem Bartol.quod si quis fuit negligens per quadriennium in petendo iudicium rescindi,quòd tunc impediretur natiuitas istius actionis rescissoriæ: & hoc modo possemus dicere rescissoriam tolli quadriennio.& ita procedat gloss. in d.l.fi. in gloss.1.magna.C.ex quib.cau.maio.

In fin.gloss.pro veritate eius,quod hìc in gl.tangitur,quicquid hic dixerit glo.& glo.in l.sed & si per prætorẽ.in §. quoties.in verbo,vnius.ff.ex quib.cau.maio.& glo.in l. fi. in verbo,Continuatio.C de tempo.in integ.resti. Dicite paucis ita concludendum esse ex mente Barto.Bald.Angel. & Sali.in d. l.fi.C.de tempo.in integ.resti.& ex mente cõmuniter Scribẽ
68 tium hìc,quòd in hac materia † duplex est tempus: Primũ est tempus,ad quod petit se restitui. Secundum est tempus, intra quod quis petit se restitui.Primũ tempus semper est uniforme:quia ad tantum tempus petit quis se restitui, in quãto tempore fuit læsus,& non vltrà:vt l. quod tempore, cum ibi plenè no.per gl. & docto. C. de restitutio. mili. & dixi suprà in glo.præcedẽti,referẽdo varias,& plures opiniones.Quod intelligite uerum,nisi impedimentum sequens absorberet totaliter omne tempus, siue omnem dilationem primò habitam:quia tũc nõ restituitur quis solùm ad tantum tempus,in quantum fuit læsus,imò restituitur ad integrum & totum tẽpus:puta,data est dilatio unius mensis ad probandũ aliquid, dum esset prope finem mensis,per tres dies acta casu perierunt:Certè non debeo solùm restitui ad illos tres dies,qui superfunt,& in quibus sum læsus,imò debeo restitui ad totum tempus:quia istud impedimentum perditionis actorum absorbet omnem dilationem.Tex.est in l.si ita stipulatus essem, & melius in l.sequen.ff.de uerbo.obliga. & ibi hoc multum signanter no.Bartol.ad finem.& reputat istud dictum Angel. de Are.hìc esse singularissimum.

69 † Secundum tempus,scilicet intra quod petitur restitutio, est etiam duplex:nam quoddam est tempus, intra quod debet restitutio terminari.Et istud est semper uniforme: qa debet terminari intra quadrienniũ cõtinuũ:ut dicta l. fin. C.de tempo.in integ.restitu.tam mino.Quoddam est tempus, intra quod debet proponi:& in hoc,licet fuerint opiniones uariæ,ut hìc per Dyn.& Ioã.Fab.tamen ueritas est,ꝙ si quis læditur ex cõtractu,uel ex sententia cõtra absentem lata, tunc etiam tempus proponendę restitutionis est uniforme,scilicet quadriennium.dicta l.fin.C.de tempo.in integ.resti.tã mino. Si uerò læditur ex cursu temporis, tunc si quidem tempus læsionis est plus,quàm quadrienniũ,tunc idem qđ suprà, quia intra quadriennium potest proponi,dicta l.fin. C. de tempo. in integ.restitu.tam mino.Si uerò tempus,in quo est læsio, est minus quadriennio,tunc debet de necessitate proponi restitutio intra tantum tempus,quantum est tempus læsionis, & non ulrra:ut l.sed & si per prætorem.§.si feriæ.uersi.sed cùm ferię,& §.quoties.ff.ex qui. cau.ma.Et ita dixit glo.no. in l.interdum.in uer.ex anno utili.& ibi Bart.ff.de minor. Et ista doctrina,quã ponit Bartol.ubi suprà,& eam ibi sequitur ad literam Bal.fuit originaria Odof.in d.l.sed & si per prętorem.§. quoties:secundum quod eum refert Nico.de Neapol.hìc.Ad quam doctrinam uidete omnino bonum tex. & ibi plenissimas gl.in d.cle.1.de in integ.resti.& uidete Bar.idem, & latiùs formantem in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quib.

quib.cau.ma.in pen.col.in uer.uenio ad tertium. & ibi respõdet ad contraria,& maximè ad d.cle.1.Idem ẽt vult Bart. in d.l.ait prætor.§.si conditionalis, per illum tex. quem ad hoc reputat notabilem.ff.quæ in frau.cre.quẽ tex.omninò uideatis.& tex.in l.1.§.1.vers.annus.ff.quãdo acti.de pec.est anna.

70 †Quid aũt si restitutio fuerit concessa à iudice vltra tempus,intra quod debet officium iudicis rescindens implorari,nunquid valeat,necne? Plene cõcludit hìc Dy. quòd non: motus potisſimũ per gl.in l.properandũ.in princ.in vers.triẽ

71 nij,C.de iudi.vbi uult notabiliter gloss.† quòd cùm in causa ciuili debeat sentẽtia ferri intra triennium,quòd si feratur vltra triennium,non tenet.Et idẽ ẽt cũ. Dy. uolunt cõmuniter doc.hic,ut Ioã.Fab.& Nic.de Neap.in 10.q.extra gloss.qui dicit illã glo.in d.l.properandum,in prin.esse tenendam cordi. Et idẽ etiam tenet Ang.hìc,qui dicit quòd ad hoc non est da re responsum.Idem et tenent Canonistæ in d.cle. 1. de in integ.resti. Addo quòd idem ẽt tenet Bal. faciens mentionẽ de Dyn.hìc,in l.si.in 2.col.C.de tempo.in integ. resti. tam mi. q.

72 per hoc multũ singulariter infert† quòd si post tempora fatalia feratur sententia pro appellante,quod est ipso iure nulla. Et de hoc dicit ẽt uideri casum in cle. si appellationem . de appel.iuncta glo.in uerb.Appellatus.De quo ẽt uidete per eundem Bal.in l.eos,in prin.C.de appel.in secunda col.uers.modò quærit glo.& in Auth.hodi.in 2. col. in eodẽ tit. per Lud. Ro.in l.3.ff.de re iud.Accedat quod pulchrè uoluit Inn. ĩ ca. ex ratione, extra de appel quem refert, & sequitur Bald.in cap.sancimus.el 2.ad finem.in titu.quo tempore miles.in usi.

73 feud.†ubi uoluit quòd si post cursum fatalium apparet in actis lata sententia contra primam, quòd nihilominùs prima debebit mandari executioni.

Vltimò ad complementum prædictorum unum perpetuò diligentisſimè cordi teneatis, quòd licet quadriennium, qđ datur hodie loco utilis anni,sit cõtinuũ:ut dicta l. fina. C. de

74 tempo.in integ.resti.† ꝙ non tamẽ currit probabiliter ignoranti. Vnde si quis staret per centum annos,& probabiliter ignoraret, posset semper petere restitutionem in integrum: quia restitutio in integrum non incipit cursum suũ,nisi à tempore scientiæ,cum tempus restitutionis sit utile, quantum ad principiũ.Istud est quod multum singulariter uoluit Bal.in l. falsam. C. si ex falsis instru. & idem uoluit Pau. de Cast. in l. fina.C.de dolo.De quo etiam uidete do.Car.Flo.in d. cle. de in integ.resti.in 25.quæst.Cogitabis tamen an istud peregrinum dictum sit uerum:quia istud non firmo.Et si est uerum, est in actu practico notabilisſimum.

Gloss.in verbo,Rescissa.quam ego diuido in sex partes. In prima ad declarationem tex.ponit quo remidio usucapio rescindatur:& dixit ꝙ per restitutionẽ petitam.In secunda ponit ad quod concedatur restitutio.In tertia ponit à quo conceda tur talis restitutio.In quarta ponit quare dicaĩ rescissoria, & an sit proprium nomen actionis, & an sit realis uel personalis,& an sit utilis,uel directa.In quinta refert opin. aliorũ tenentium, quòd rescissoria ipso iure competat, & quòd sit proprium nomen actionis.In sexta refert aliorum modificationẽ in hac sua opi.per quam modificationem glossator noster concordat istam op.cum prima.Secũda ibi: vt subducaĩ tẽpˢ.Tertia ibi:& hoc ipsum,scilicet quòd postulare possunt. Quarta ibi:& ideo actio,ad quam restituitur.Quinta ibi:alij dicunt.Sexta ibi:dicunt tñ quod hæc rescissoria. Et ista diuisio sit uobis loco cuiusdam literalis expositionis huius glos.

In ea.gl.ibi:ut C.de restitu.mili.l.quod tempore . De hoc,

75 scilicet†ad quid cõpetat ista restitutio:& sic istud officiũ iudicis rescindens,quicquid hìc dixerit glo.& quicquid etiam dixerit gloss.quæ latiùs hoc examinat,& aliter tenet quàm hìc, in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.in glo.mag. in uer.restitutionis.ff.ex qui.cau.maio.Vos dicite,secũdum quod dixit Bartol.in dict.§.sed quod simpliciter.in 2.col.in uer.uenio ad quartam particulam.& melius,& perfectius in ult.colum. quem simpliciter,& ad literã refert,& sequitur Ang.de Aret. hìc ibidem:ergo Bartol.relatis multorum opinionibus inter se discrepantibus,& nonnullis hincinde adductis,dicit istam

76 esse ueritatem,†quòd cùm in integrum restitutio sit in pristinum statum positio,& sic tantùm restauret restitutio, quantũ abstulit læsio: ut l. quòd si minor.§.restitutio. ff. de mino. Quandoque propter absentiã, uel aliã iustam causam lædiĩ quis tantùm in possesſione:quia tantùm possesſionem perdidit,& ad illã tantùm debet peti restitutio.l.ait prætor.§.item ei,ff.ex qui cau.ma.Quãdoque q̃s priuatur dominio,vel actione sibi competente: & tunc restituitur, vt illa præscriptio, vel illud obstaculũ de medio subducatur:vt hoc tex. cum similibus.Quandoque quis læditur in possesſione,& proprietate simul:& tunc ad vtrunque restituitur.Ita intelligitur glo. in l.qui proprio.§.itẽ quæritur.& est glo. vnica magna. ff. de procu.Quandoque quis læditur in acquisitione,quia non acquisiuit:& tunc restituitur,vt acquirat: vt l.si quis stipulatus. ff.ex quibus cau.ma.Et per ista apparet oportere cautum esse libellantem,ut in libello causas explicatas ponat. Addo ꝙ idem etiam uoluit Bartol.in l.quod tempore.in 1.col.& ẽt ad fin.C.de restitu.mili.& ibi ponit Cyn.in 4.quæst.& Bal. ibi in 3.col.& Bart.in l.si cum militibus.in eo.tit.C.ex qui. cau.ma. & Bartol.in l.qui proprio.§.item quæritur.ff.de procu.& Cy. in l.inuitus.in 7.q̃st.C.de procu.& ponit Dyn. hìc ad fi.in vlt. q.& Ioã.Fab.in 3.col.& Nic.de Neap.in 16. q. extra gloss.

In ea.gloss.ibi:ut ff.de excep. l. exceptiones. la 2.Dicite ꝙ est secunda ad fin.

77 † In ea.glo.ibi:non quòd sit nomen proprium actionis.Dicite quòd istud cõmuniter tenetur per doct.hìc scilicet quòd rescissoria non sit proprium nomen actionis:sed cognomen, siue quædam adiectio actionis:prout in simili dicimus in actione de peculio,quod iussu,redhibitoria,& similibus,ut est glo.in §.fin.in uer.directo.cũ alijs concor. infrà quod cũ eo. De quo dicite ut latè per Ioã.Fab.in 7.colum.in uersic.nunc quia de rescissoria hìc tractamus.qui post Petr.de Bella Per. ita firmat,& respondet ad ea quæ possunt adduci,& adducerentur in contrarium.Et idem ẽt tenet gloss.in dict.l. ab hostibus.§.sed quod simpliciter ĩ gl.magna.in uer.restitutioni.circa medium.Idem etiam tenet Nico.de Neapol.in tertia colũ. post nonnullos antiquos, quos ipse refert. Idem etiam tenet Bart.in l.fin.in prima colum.C.ex quib. caus.ma.

78 †Nunquid aũt ista actio rescissoria dicatur esse natiua, vel datiua.Vt hæc quæstio melius liqueat,sciendum est in primis

79 † illam dici natiuã actionem,quæ habet materiam sufficientem præexistentem,ex qua oriatur.Illa uerò dicitur esse actio datiua,quæ non habet sufficientem præexistentem materiã, ex qua oriatur,sed datur nobis à lege ex quadam æquitate: ut est tex.nota.in l.iuris gentiũ.§.primo.ff.de pact.quem textũ Bart.multùm commendat ibi,& dicit esse singularem, & magis clarè distinguere,quàm alium,qui sit in aliqua parte iuris,quòd actionum aliæ sunt natiuæ,aliæ datiuæ:& ibi uidete

80 Bartolum declarantem hoc†per simile de hominibus, quorum quidam sunt datiui,ut Adam,qui fuit à Deo simpliciter productus:alij sunt natiui,qui ex patre,& matre nascũtur. Et ita etiam declarat Bartol.in l.1.in septima columna.ff.de condictio.indebi.& in repetitio.l.prim.quam aliquę lecturę habent in 7.columna.C.de actio.& obligatio.& Bartol. in l. cũ quis.in 6.columna.C.de iuris & facti ignorant. & Bartol.in in l.1.in 1.columna.circa mediũ.ff.de actionib. & obligatio. & uidete bonum tex.in l.3.in princip.ff. commo. in princ.q. quicquid dixerint hìc Petr. Iacob. de Rauen. & Ioann. Fab. qui eos refert,& quicquid dixerint Iacob.Butr. & Rodulph. de Auric.secundum quod eos refert Nicol.de Neapol.hìc,in tertia quęst.extra gloss.Ego teneo opinio.Bart.in l.fin.in 2.colum.C.quib.ex cau.maior.quem Angel.de Aret.hìc, malè refert,licet cum eo teneat.Dico ergo,ꝙ quandoque usucapitur res mobilis,per quam usucapionem quęritur dominiũ directũ:utl.traditionibus.C.de pac.& tũc cùm prima actio sit totaliter sublata,prima quę restituitur,nõ erit natiua,sed datiua.Si uerò pręscribitur res immobilis:tunc quia per pręscriptionem non tollitur directum dominium,sed quęritur utile præscribenti,Authen.nisi tricennale.& ibi per gloss. & doct. C.de bo.mat.actio dicitur esse natiua.De quo tamen dicite, ut ibi latiùs per Bartol.referentem Vltramon.tenere contrarium,& eorum opiniones reprobantem.

81 † In ead.gloss.ibi nunc dicitur utilis.In hoc an rescissoria sit directa,uel utilis,dicit Dyn.hìc,quòd nesciretis respondere ad hoc cum omnibus glo.quæ sunt usque Venetias.Er postea distinguit,ꝙ si loquimur in usucapione triennij. & sic in

usuca-

vsucapione rerũ mobiliũ, quòd rescissoria dicatur vtilis: quia cùm per vsucapionẽ sit præscriptum directũ dominiũ, prætor non habet illius restituendi facultatẽ, ex quo semel iam est amissum. Sicut in simili dicimus ꝙ prætor non põt facere quem esse, aut desinere esse directò hæredem. §. quos aũt, supra de bo. pos. & l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. Si verò loquamur in præscriptiõe rerũ immobiliũ: & tũc quia per præscriptionẽ non tollitur directũ; rescissoria isto casu dicitur esse directa. Allegat in simili tex. in l. si hæres institutus, in prin. ff. ad Treb. Et idẽ in effectu tenet Ioã. Fab. hic. in illa quæstione, dum quærit, an rescissoria competat pro rebus immobilibus: quæ quæstio dependet ab ista.

In fin. gloss. videtis ergo effectualiter in glo. esse duas opi-
82 niones in illo articulo, † quando rescissoria competat. Prima est, ꝙ rescissoria nunquã competit læso, nisi priùs habita, & obtẽta in integrũ restitutione, & sic nisi priùs impetrato officio rescindente. Et hanc opi. tenet glo. hìc, & glo. in dict. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in glo. magna. in ver. restitutionis, ante mediũ, & ibi sequitur Barto. in 4. col. ver. his expeditis, quæ pertinent ad lecturã §. & glo. in honorarijs. in uer. sed cũ rescissa. in ver. redditur. ff. de actio. & oblig. & Bartol. in d. l. fin. in fin. penult. col. C. ex quib. cau. ma. post gloss. magnam. ibi in ver. quæsisti. aliquantulum ante fi. & secundum Ioann. Fab. hìc, in secunda columna, in hoc est communis opinio omnium doct. & dicit Ange. in prealleg. l. fi. quòd ista est ipsa veritas. & hanc opinio. tenet et Dyn. hic in duobus locis, scilicet in 3. & 6. col. Et inter cætera probat Dyn. quòd restitutio maiorũ & minorum æquiparantur, l. fi. C. de temp. in integ. resti. tam mi. sed restitutio minorũ petitur per officiũ iudicis: vt l. quòd si minor. §. fin. ff. de mi. ergo & maiorũ. Et quòd restitutio ista petatur per officiũ iudicis, est tex. in l. si quis stipulatus. in ver. officium prætoris est. ff. ex qui. cau. ma. quem tex. ante Angel. de Aret. hìc, ad hoc allegat Bartol. in prædicto. §. sed quod simpliciter. in 7. colu. qui hoc comprobat ratione: quia quando verba edicti referuntur ad iudicem, tunc ex illo edicto inducitur officium iudicis: vt ibi per eum. Secunda principalis est opi. hic in gloss. relata, quòd rescissoria statim competat finita absentia: sed sit inefficax, donec prætor per restitutionẽ in integrum insufflet in eam spiraculũ vitæ. Ad hoc adducit Bart. in d. l. fi. exemplũ de Leæna, quæ (prout dicunt naturales Philosophi) parit frusta carniũ, & per clamorẽ, quem super ipsis facit, insufflat spiraculum vitæ, & viuificantur. Et glo. nostra dicit quòd hæc secunda opinio reincidit cum prima. Et cum hac secũda opinio. visus est prima fronte inclinare Bald. hìc per vnam rationem, ad quam finaliter ipse respondet. Et ante eũ respondet Bartol. in d. §. sed quod simpliciter, in 7. col. Aliã opin. habuit Bartol. contra mortẽ suum sibi contrarius in dicta l. in honorarijs. vbi dicit, quòd aut actio est totaliter sublata, vt est in vsucapione triennij: & tunc actio sibi non competat, nisi restitutione petita. Aut actio non est in totũ sublata, sed per exceptionem submouetur: vt in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum: & tunc rescissoria benè competit antè, sed est inefficax: quia potest opponi exceptio: & ideo oportet quòd rescissoria petatur. Et hãc opi. adscribit sibi Sali. in d. l. fi. vt hic refert Angel. qui cum hac op. transire videt. Ego indistinctè teneo cõmunem opi. suprà relatam, quòd rescissoria nunquã competat, nisi prius obtenta in integrum restitutione. Et hãc opin. præter suprà adducta, vltra alios, ego firmo primò per hunc tex. hic in ver. rescissa vsuscapione. & per text. in d. l. in honorarijs. in ver. sed cũ rescissa. in quibus locis dicitur, Res-
83 cissa vsucapione, &c. Pondero ergo. † quòd isti sunt ablatiui absoluti, de quorum natura est, quòd resoluantur in con-
z ditionẽ. z l. euictis agris, in prin. ff. de vsur. & l. ã testatore vbi Bart. ff. de cõditio. & demonstratio. & l. ab emptione. vbi Bar. ff. de pact. cum cõcor. Ergo hic erit casus, quòd rescissoria cõpeteret, si vsucapio rescindatur: quia ita sunt resoluendi illi ablatiui absoluti: ergo añ rescissam vsucapionẽ, & sic purificatã cõditionẽ, nõ cõpeteret rescissoria. Et per hoc impugno illam distinctionem Bartol. in d. l. in honorarijs. per hũc tex. nostrum, qui loquitur tam in vsucapione mobilium, quàm immobilium: tenet hic glo. cum qua oẽs transeunt in verbo Abesset, dum dicit quod ille absens, qui vsucepit, rem secũ detulerat: ergo intelligit tex. nostrum in vsucapione rei mobilis. Pro hac et cõi opinione facit optimè tex. in l. fi. in ver. restituendis. ff. ex quib. cau. ma. iuncta gl. vulgata in l. in criminali. C. de iurisdict. om. iudic. cũ concord. quem tex. puto voluisse allegare Ioan. Fab. hìc, licèt aliũ corruptè alleget. & ibi dicit pro hac cõmuni opinione esse tex. quasi expressum.

a a *Extra gl. restat vltimò vt videamus qualiter libellus in hac materia rescissoria sit formãdus. Dicite ex mente Bald.
84 Ioã. Fab. & Ang. hìc, & et Nic. de Neap. in vlt. q. extra gl. † ꝙ si loquamur in officio iudicis rescindente, & tunc secundum Ioann. Fab. est potissimè aduertendum ibi, an per iudiciũ rescindens debeat actio restitui, vel res, vel possessio, vel acquisita: vt causa explicata in libello apponatur, secundũ quod opportunè, & latè dixi suprà in gloss. in versi. rescissa. in princip. illius gloss. & erit forma talis: Cùm me absentassem causa Reipub. vel essem impeditus aliquo iusto impedimento, Titius rem, quæ mea erat, occupauit, & dicit se vsucepisse eo tẽpore, quo fui in absentia, vel impeditus iusto impedimento. Vnde cùm iura subueniãt absentibus, vel aliàs iusta causa impeditis, & eos dicant in integrum restituendos, idcirco peto per officium vestrum me in integrũ restitui: ac dictam usucapionem rescindi, & me admitti ad agendum pro dicta re, pe-
85 rinde ac si vsucapta non esset. † Si verò loquimur in actione rescissoria, & forma libelli erit talis: Dico contra Titium, ꝙ ipse talem rem, quæ mea erat, dum essem absens causa Reipublicæ, uel aliàs iustè impeditus, cum usucepisset, & quoniã obstaculum dictæ usucapionis officio iudicis rescindente est sublatum, idcirco peto per uos declarari dictam rem ad me spectare iure dominij, uel quasi, & eã mihi restitui perinde, ac si usucapta non esset. Aduertendum tamen est secundum Ioann. Fab. quòd interdum restituitur actio realis: & tunc quã realis rescissoria intentatur, debet cõcludi ut in reali, scilicet ad declarationem dominij, uel quasi. Interdum uerò restituitur actio personalis, & tunc debet concludi ad dandum, sicut in personalibus actionibus.

86 † Nunquid aũt officium iudicis rescindens, & actio rescissoria, possint simul, & semel, in eodẽ libello intentari? Cõcludit Dyn. hìc in ultima columna, & penult. quest. quòd nõ possunt simpliciter simul proponi, per regulã l. fundi. & l. fundũ. ff. de exceptio. sed successiuè, sic, hoc modo: Peto me restitui per officium iudicis, & postmodum restitutione concessa, & usucapione rescissa propono rescissoriã. Et cũ hac decisione Dy. tenet hìc Bal. & Ioan. Fab. post Iacob. de Rauen. Ita et tenet Nicol. de Neapol. hìc, in decimanona quæstio. extra gloss. qui refert, et ita tenere Iacob. Butri. & Rodulph. de Auric. hìc. Ita etiam tenet Spec. tit. de in integ. restitu. in quarta parte, in §. 1. in uersi. sed nunquid in eodem libello. Baldus in l. quod tempore. C. de restitutio. milit. in quinta columna, in uersiculo, secundò quæro, nunquid ego possum, &c. uidetur prima fronte hanc partem firmare: posteà finaliter cõcludit, quòd libellus procedat quantum ad officium iudicis rescindens, sed non quò ad rescissoriam: quia cùm rescissoria nondum sit orta, & sic nondum sit in rerum natura, prout latè supra conclusi in gloss. in uersi. Rescissa ad fi. impossibile est, ꝙ rescissoria possit intentari. Nec habet ibi Bald. pro absurdo, quòd libellus procederet super vno capitulo, & super altero non: ut ibi per eum. Et hanc ultimam opinionẽ uidetur tenere Angel. hìc post Sal. in dicta l. fin. & respondet ad contraria ut hic per eum. Ego pro opinione Dyn. suprà relata, quæ uidetur magis communis, & quam ego teneo, scilicet quòd officium rescissorium, & actio rescissoria possunt successiuè, uel conditionaliter intentari, in primis reperio ꝙ in contingẽtia facti ita consuluit Pau. de Cast. in consilio, quod est in ordine quinquagesimum, in fine illius consilij, & in consilio 213. etiã
b ad finem. Motus per tex. qui tamen parũ, aut nihil facit b * in l. si fine hærede. §. interposito. ff. de administra. tuto. de hac quæstione uide latè do. Abb. Pan. in c. tum ex literis. in penul. & ultim. col. de in integ. resti. ubi distinguit, ut ibi per eum. pro hac etiam opinione facit gloss. quã et allegat Dyn. in l. qui de inoffi. §. 1. in uer. exercere. quã ibi tenet Bart. ff. de inof-
87 fi. testa. † ubi querela inofficiosi testamenti, & petitio hæreditatis possunt successiuè intentari: & tamen constat quòd petitio hæreditatis non est orta, nisi prius rupto testamento. Et per

per hoc non obstat arg.Bald.vbi suprà. Pro hac ēt opinione bene facit forma libelli,quam in simili ponit Barto. post gl. in l.non abs re.C.vnde vi.Et forma, quā in simili ponit Bart. in l.si constante.§.quoties,ad fin.ff.sol.ma.& forma,quam in simili ponit Bartol. post gloss. in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod metus causa. & forma, quam ponit Barto.in simili,in Authen.contra qui propriā. & ibi Bald. ad fin.C.de non nume.pecu.Et ad ista accedat vnū, quod benè menti teneatis,quod singulariter voluit Anto. de But. in cap. constitutus,extra de relig.domi. post glo. ibi in verbo, iuxta ratam.vbi voluit quòd si quis petit rem sibi restitui,& ad restitutionem illius rei obtinendā erat primò necessaria rescisio contractus,quòd petendo restitutionem rei,satis videtur petere contractus rescisionem,quæ erat præambula.

Et per hoc puto non esse dubium de vno,de quo in minus ambiguis terminis dubitat Ioann.Fab.hic.

88 † An si aliquis fuit primò restitutus.& post agat rescissoria non facta mentione de restitutione,an libellus procedat?Ego puto quòd sic:quia si procedit quando nō fit mentio restitutionis,quæ ēt non fuit impetrata: quanto magis procederet quando restitutio esset impetrata,licet de ea non fieret mentio? Et per ista habetis expeditum istum §. & hanc subtilem materiam rescissoriæ satis bene enucleatam.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a GENERA] Quot autem sint absentiæ:vide Felin.in ca. consultationibus,circa princip.de offi.deleg.

b * Videas pro hac declaratione Abb.Panor.in c. tum ex literis,extra de resti.in integ.colum.penul.Sardus.

c STATIM] De qua dictione vide etiam quæ habentur per Franc.Aret.in l.petens.C.de pact.& quod ibidē ad eū dixi in apostil.& de dictione Mox,vide Franc.Aret.in l.si quis hæres de acqui hær.in 2. not. & in l.si quis maior. C. de transf.& in Authen.prin.in §.quod si actor.de iura.calum.& do.Pe.Phil. Cor.in consil.146,incip.in hac litera g.in 3.parte.

d RVRSVS.] De qua dictione vide tu Imo. & do. Alex. in l. qui bona.§.fi.& in l.si finita,in prin.ff.de dam. infect. & in l. fin.cum dotem.§.1.soluto matrimonio.

e * Videas similem text.in l.1.§.si cui.ff.vt lega.no.caue. Sardus.

f * De hoc est tex.no.in l.cùm in fundo.§.quod si mulier. ff.de iure.dot.& ibi gloss.Sardus.

g PRAESCRIPTIO] Adde Frā.Are. in l.pacta.C. de pac. & Felin.in c.transmissa. de præscript.

h * Adde Bart.in l.Aemilius.ff.de mino.Bart.in l.ab hostibus. §.sed quod simpliciter.circa medium. ff. ex quib. causis maior.& in l.Aristo.§.fi.ff.de dona.Bald.in l.fi. versi. attende. C. de præscript.long.temp.Ioann.de Imo.in ca. fi.extra de præscript.& in l.Panonius.ff.de acqui.hære.Pānor.in c.vigilanti. extra de præscript.Carcassona Sardus.

i TEMPORIS] Adde Franc.Aret. in l. si ita stipulatus. de verb.oblig.in prin.& in l.hæres.de acqui.hære. & remissiuè in l.lecta.si cert.pe.& Felin.in c.licet causam, in 4. colum. de proba.& do.Pet.Phi.Cor.in consil.279.incip. in hac litera d. in 4.parte,& Fulg.in consilio 50.

K VIDEBITVR] An & qñ ex ista clausula restitutio concedatur,vide d.Alexan.de Imol.in consil.20.in vlti.colu.in 1. parte.Et quibus concedatur,vide per eū in cōsil.71.in 2.col. ea.parte.vbi etiam quæ dicatur iusta causa: & nunquid sola ignorantia: & nunquid rusticus possit petere restitutionem ex ista clausula:vide per eum in consil.14. in vlt. colu. in fin. in 2.colu.

l * Adde quod forsan dicta Bartol.in d.l.fin.& in d.§.si de vectigalibus.possunt ad cōcordiam reduci ex distinctione, quā Bart.idem facit.in l.Respub.C.ex quib.cau. maio. Carcassona Sardus.

m * Aduerte, quia gloss.illa non dicit id, ad quod Iason ipsam adducit,& forsan Iason eā non legit,sed do.Alex.eam allegantī simpliciter credidit:sed benè dicit Cæteras ciuitates restitui debere:secus in castris,& v llis.Sardus.

n VILLAS] Vide Franc.de Aret. in l. si pater. §. impuberi. de vul. & pup.vbi etiam per eundem.& do.Alexan. de Imol. in consil.177.2.parte.

o SVBVRBIA] Quid autem veniat appellatione Ciuitatis vide Felin.in c. Rodulphus. in fi. de rescrip. Et quomodo & qualiter capiatur,ibidem per eum in 13.col.

p SVBIECTIS] Vide do.Bartho.Soc.in consi.271.incip.in præsenti.ver.illa ratione,cum ver.seq.in 2.parte.vbi ponit q̄d si statutum ciuitatis subiectæ alij ciuitati disponet,ꝙ in casibus,in quibus non reperitur decisio à statutis ipsius,recurratur ad ius commune, quomodo & qualiter sit interpretandum:& an sit recurrendum ad statutum ciuitatis superioris, cui subijcitur disponens, quòd si per statuta eius territorrij casus non decidatur,regentur suis statutis.

q PRIVILEGIATVM] Adde do.Alexan.de Imola.in l.si apud.ff.de mi.& Felin.in c.cùm pro causa.de senten. excommu.& Paul.de Cast.in consil.317.

r * Certè & si tanti patres diuersi diuersa senserunt,mihi omnium minimo(cui forsan obijci posset, quis es tu qui istis respondeas?) aliter videtur,& iudicio meo, eorū controuersiā sedauit Iuris consul.in d.l.ab hostibus.§. sed quod simpliciter.ex qui cau.ma.&,vt distinctè procedamus,duæ cōclusiones colligunt ex q.suprà formata per Ias.Prima.utrū sit restituendus.Secunda si restituendus est,ad quod tempus sit restituendus,an ad tempus absentiæ,uel præsentiæ. Quo ad primā conclusionē & principaliorem est determinatio in d.§. sed quod simpliciter. uidelicet quòd aut iste post aduentum suū fuit tāto tēpore negligens,in quo poterat hospitium conducere,aduocatū quærere,& litem contestari, & nō fecit, ꝙ nō sit audiendus propter suā desidiā. Aut uerò intra modicū tēpus,dum sarcinulas componit,aduocatū quærit, cōpletur usucapio,& sic angustia temporis impeditus non potuit litē contestari:& restituendus est.Et iste est casus in d.§. sed quid simpliciter.Quod autem dicatur modicum tempus, & nunquid imputari possit ipsi negligentia,uel non: iudex ex qualitate loci,personæ,& temporis æstimabit,cuius arbitrio Iuris cōsul.istud relinquit,ut est casus rotundus in l. non enim. ff. ex qui.cau.maior.Et hoc nunquid negligens fuerit. uel non, uel quicquā ei imputari possit,est facti,& prudentum respōsis non deciditur,sed iudici committitur. l. mora. ff. de usur. Quò ad secundam conclusionē si iudex existimabit eum ferè restituendum,satis placet Bulg.& commu.opin.quòd ad tempus absentiæ restituatur.Ant.Angel.Carcassona Sardus.

s MILLIARE] Adde do.Alex.de Imo.post Pau.de Cas.in l. 1.ff.si quis cau.ubi dicit quòd inspici debet consuetudo.& In no. in c.nonnulli.de rescript.

t PASSVM] Adde Flo.in l.uix.ff.de ser.rust.predi.& Alexan. post Bartol.in d.l.1.si quis cau.

u QVINDECIM DIGITORVM] Adde Flo.in d.l.uix suprà paulò ante per me allegata.

x DIEBVS] Adde tex.ubi glo.in l.ita uulneratus.§.æstimatio.ad leg.Aquil.ubi etiam uide Barto. & gl.in uers. bissexto. in l.3.§.minorem.ff.de mi.ubi etiam uide Bald. quomodo & quare dicatur bissextus,de quo etiam pro glo.in cle.1. §. excellentissimus.uersi.tertio.de reli.& uene.sanc.

y IGNORANTI] Adde do.Alexan.de Imola. in conf. 52. in 4.parte.

z IN CONDITIONEM] Adde Bal.in suo tract. de pact. in 7.col.uer.quæro nunquid.

a * Adde quòd dicta l.fi.iuncta gloss.in d. l. in criminali. facit potius in contrarium eius,ad quod allegatur per Iason.Nam non loquitur per participium futuri temporis,prout allegat Iason.Sed præteriti,restitutis datur;quo casu succedit doctrina glo.in dic.l.criminali.& Bartol.in l.iubemus.§.sane. C.de sacrosanc.eccle.quòd quando lex loquitur per uerbum præteriti tempotis,importat tantùm,ac si diceret,ipso iure: & sic potius facit contra commu.quàm pro communi: cogitabis solutionem.Carcassona Sardus.

b * Adde ꝙ d.§.interposito.potest optimè probare. Pau. Cas. opinionem.Et quia uirtus legis stat in inductione, ut inquit Iason,post Bald.per eum ibi relatum in l. emancipata. colū. penult.C.quia admit.allegan.tex.in l.nō solùm.§. qui primipilum.ff.de excusa.tuto. Inducam §. interposito. dicitur ibi quòd in integrum restitutus in possessionē induci iussus est. Et sic pondera quòd simul fuit restitutus & in possessionem

ire

ire iussus: & sic eadem sententia fuit vtrunque determinatũ. Modò habemus regulam, q sententia debet esse conformis libello, l. vt fundus. ff. commu. diuid. cle. sæpe. de ver. sig. l. fi. C. de fideic. liber. c. licet Heli. extra de simo. ergo à sententia arguendo ad libellũ, libellus continebat vtrũque remedium, tam rescindens, quàm resciſſorium: & sic inducendo probat opi. Pau. Caſ. Carcaſſona Sardus.

SVMMARIA AD §. Item ſi quis.

1 *Alienare in fraudem qui dicantur, & an alienata in fraudem reuocari poſſint, 2.*

3 *Pater ſi in ludo omnia bona amiſit, an filij poſſint illa reuocare vſque ad eorum legitimam.*

4 *Pater ſi omnia bona diſſipat, an filij petere poſſint aliquã poſſeſſionem patris alimentis.*

5 *Interdictum fraudatorum contra quem detur.*

6 *Libellus in interdicto fraudatorio qualiter formetur.*

7 *Alienatio ſimulata, & vera, ſed in fraudem facta, qualiter differant. Alienatio ſimulata eſt ipſo iure nulla, & an iuramento firmetur.*

8 *Contractus ſimulatus ex quibus probetur.*

9 *Alienatio vera, ſed in fraudem facta, an valeat, & an ſit ipſo iure nulla. 10.*

11 *Mitius agitur cum lege, quàm cum homine: & qualiter hoc procedat. 12. & an econtra durius agatur cum lege, quàm cum homine. 15.*

13 *Arbiter an ſit miniſter legis.*

14 *Verbum Peti, prolatum à lege, qualiter intelligatur.*

16 *Actus quando in fraudem legis fieri dicatur, & quando in fraudem hominis,*

17 *Alienatio facta in fraudem creditorum, an valeat.*

18 *Libertas ſemel data, an reuocari poſſit.*

19 *Paragraphus iſte qualiter ſummatur.*

20 *Fraus in materia iſtius §. qualiter accipiatur. 21.*

22 *Alienatio quæ propriè dicatur.*

23 *Alienatione prohibita, omnis translatio prohibita intelligitur.*

24 *Alienatio quot modis capiatur.*

25 *Statutum loquens de alienatione, an locum habeat in contractu pignoris, ſiue in conceſſione vſusfructus.*

26 *Alienata in fraudem creditorum, quæ requirantur vt creditores ad ea reuocanda admittantur.*

27 *Alienata titulo oneroſo ad hoc vt reuocari poſſint quid requiratur, & in alienatione titulo lucratiuo. 33.*

28 *Titulus lucratiuus quis dicatur, & quis oneroſus.*

29 *Cauſæ, ſiue tituli quaſi lucratiui qui ſint.*

30 *Dos an ſit titulus lucratiuus, vel oneroſus.*

31 *Donatio propter nuptias an ſit titulus lucratiuus.*

32 *Legitima, quam pater in ſua vita præſtat filio, an dicatur haberi titulo lucratiuo.*

34 *Lex, omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. fac. qualiter intelligitur, & ſequen.*

38 *Alienatio facta per debitorem omnium bonorum ſuorum, non ſimul, ſed particulatim, an in creditorum fraudem facta præſumatur.*

39 *Statutum ſi diſponat quòd ſi quis emerit omnia bona alicuius, quòd teneatur ad debita & credita, quo remedio ſuccurratur, vt non teneatur.*

40 *Fraus aliter non probata, qualiter præſumatur. 41.*

42 *Alienatio, ſi alienans poſſidere reperiatur, an potius ſimulata dicatur, quàm vera.*

43 *Alienatio ſi fiat clàm, an fraus præſumatur.*

44 *Contractus clandeſtinus præſumitur fraudulentus.*

45 *Clam fieri quando dicatur.*

46 *Alienare in fraudem an, & ex quibus præſumatur. 47.*

48 *Ignorare vires patrimonij ſui quando quis præſumatur. Ignorantia quibus caſibus ſit probabilis. eo. num.*

49 *Creditor, & patronus, in quibus æquiparentur.*

50 *Aes alienum legitimam filiorum antecedit.*

51 *Legitima, eſt quarta bonorum patris.*

52 *Debitor an filiam ſuam in fraudem creditorum ſuorum dotare poſſit.*

53 *Condictio indebiti, vel hypothecaria, an competat. 101.*

54 *Libertates directæ, & fidei commiſſariæ qualiter differant.*

55 *Error quòd impediat conſenſum, qualiter intelligatur.*

56 *Fraus in pecuniario damno quomodo accipiatur.*

57 *Creditor an ille dicatur, cui ex delicto debetur.*

58 *Maleficium committere volens, propter quod bona ſua applicantur fiſco, alienauit bona ſua, & poſteà maleficium commiſit: an fiſcus poterit illa bona alienata, tanquam in eius fraudem reuocare.*

59 *Delictum quis in animo ſuo propoſuit committere, propter quod erat ſucceſſura confiſcatio omnium bonorum, vnde omnia bona alienauit, deinde ipſum pœnituit: an poterit bona alienata reuocare, tanquam alienata ob cauſam, quæ ſecuta non ſit.*

60 *Creditor an dicatur ille, cui debetur in diem, aut ſub conditione.*

61 *Legatarij, & fideicommiſſarij, an habeantur loco creditorum.*

62 *Creditoribus futuris an competant actiones reuocatoriæ ad reuocandum alienata. & num. 63. 64. 65.*

66 *Creditores ad hoc vt reuocatoria agere poſſint contra illos in quos bona ſunt alienata, quid requiratur.*

67 *Excuſſio an ſit neceſſaria, & quando. 68.*

70 *Debitorem non eſſe ſoluendo qualiter notorium fiet iudici. 75.*

71 *Hæres bona hæreditatis non eſſe ſoluendo, qualiter probabit.*

72 *Defunctum non feciſſe teſtamentum, quomodo probabitur.*

73 *Bona mariti pro vxoris dote non ſufficere, qualiter oſtendetur.*

74 *Creditores non eſſe in hæreditate: & quomodo demonſtrabitur.*

76 *Excuſſio an requiratur. 77. cum quatuor ſequen.*

82 *Excuſſio facta per vnum ex creditoribus, an proſit alijs.*

83 *Excuſſio vt dicatur legitimè facta, quid requiratur.*

84 *Excuſſio bonorum debitoris quando fit, an citandi ſint poſſeſſores, in quos in fraudem ſit facta alienatio.*

86 *Excuſſio qualiter fiat, & quæ ſit eius forma.*

87 *Creditoribus intra quantum tempus agere permittatur ad reuocandum in fraudem alienata per debitorem.*

88 *Creditores an alienata in eorum fraudem ſine vlla pretij reſtitutione reuocare poſſint. 89.*

90 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis ſi alienata per hæreticum reuocauit, an pretium reſtituere teneatur. 91.*

92 *Ceſſio bonorum facta per debitorem, an liberet eum à carceribus.*

93 *Debitoris nudi incarceratio nullam creditoribus affert vtilitatem.*

94 *Cedens bonis, an teneatur cedere, quatenus tantùm facere poſſit.*

95 *Actio Fauiana cui competat: & quis eam inuenit.*

96 *Actio Clauiſiana alicui competat. 102. et quis eam inuenit. num. 98.*

97 *Actiones reuocatoriæ quotuplices ſint.*

98 *Actio*

98 *Actio Pauliana quare sic appelletur.*
99 *Copula cadit inter diuersa.*
100 *Actio quasi Fauiana quæ sit, & quæ quasi Caluisiana.*
103 *Actio hypothecaria an dicatur realis, & quando competat.*
104 *Actiones reuocatoriæ an sint personales, an in rem scriptæ.*
105 *Actio reuocatoria an dicatur oriri ex quasi maleficio, & an ex quasi contractu, & an nascatur ex varijs figuris causarum. 110.*
106 *Actiones reuocatoriæ an sint naturæ, vel datiuæ.*
107 *Iudex propter dolum an teneatur ex maleficio, vel quasi an propter culpam.*
108 *Dolus delictum esse dicitur.*
109 *Actio quæ oritur ex dolo, dicitur oriri ex delicto.*
111 *Verba Ex varijs figuris causarum qualiter intelligantur.*
113 *Bonorum possessores, in quos facta est alienatio per debitorem in fraudem, conuenti à creditoribus an possint vti retentione.*
114 *Agens de iure speciali facilius debet repelli, quàm agens de iure communi.*
115 *Possessor bonorum quousque possit oblationem facere, vt retentione vtatur.*
116 *Venditione facta duobus de eadem re, vter sit potior.*
118 *Creditores posteriores habentes hypothecam, an præferantur prioribus hypothecam non habentibus.*
119 *Alienata per patrem in fraudem filiorum, quando reuocari possint.*
120 *Alienata per debitorem in fraudem creditorum, quo casu per creditores reuocari non possint. 121. 122.*
123 *Lex liberto octuaginta. ff. de bo. liber. quando procedat.*
124 *Statuto stante quòd extantibus masculis filia fœmina non succedat, an per masculum renuntiari possit eius beneficio, vt secum filia admittatur.*
125 *Renuntiatio beneficij de fideiussoribus facta per fideiussorem in fraudem creditorum, vt reo non excusso conueniri possit, an rescindi poterit.*
127 *Hæres ab vxore institutus, vt post mortem suam restituat hæreditatem filio, an si incontinenti restituat, etiam non retenta Trebellianica, dicatur creditores fraudare.*
128 *Creditor, si alienatio in fraudē creditorum per debitores in plures tertios possessores facta sit, an vnum ex his, quem velit, eligere possit, & eum insolidum conuenire, an verò omnes pro rata sint conueniendi.*
129 *Libellus in actione reuocatoria qualiter sit formandus, & num. sequen.*

§. ITEM SI QVIS IN fraudem.

AD EVIDENTIAM huius §. & eius materiæ, præmittite vobis ex mente Iac. But. & Nic. de Neap. hìc, † q aliquando
1 alienatur res in fraudem patroni: & de tali alienatione loquitur tit. ff. & C. si q d in frau. pa. Aliquãdo alienatur res à patre arrogante in fraudem filij arrogati: & de ista habetis tex. in l. fi. ff. si quis in fraud. pa. de cuius intellectu videatis omninò Bart. in l. nō vsque. ff. si quis à parente fue. ma. Aliquando alienatur res ī fraudem fisci, uel ante cōmissum crimē, vel post: añ accusationē, vel post accusationē: vel ante sententiam, vel post sñiam. De ista habetur in l. post contractū. & ibi abundè per Bart. ff. de dona. & ibidē per alios, & per Bart. in l. si ventri. §. eorū. ff. de priui. credi. per Bar. in l. abstinēdi. ff. de in integ. restit. per Cy. Bald. & latè per Bal. in l. si quis post. C. de bo. proscrip. p Cyn. Bald. & Salic. in Authen. sed iam. & ibi aliquid per Bar. C. de dona. nupt. per Iacob. But. Bal. & doc. in l. res vxoris. C. de dona. inter virum & vxo. per Spe. in ti. de dona. §. 1. ver. itē pone, aliquis. & ibi ēt per Ioã. And. in addi. per Bal. in l. ēt. C. de executio. rei iu. Aliqñ alienatur res à patre, vel à matre in fraudē filiorū: & tunc aut donando. & habetur in l. 1. C. de inoffi. dona. & ibi per Bar. Bal. & alios traditur in Auth. de in offi. dona. col. 7. & in l. si liqueat. in eodē tit. C. de inoffi. dona. Et ibi qñ donatio fuit facta vni filiorū, uide ēt in l. Titia Seio, §. Imperator. ff. de leg. 2. Aliqñ alienatur res à patre in fraude filiorū, uendendo: & habetur in l. 1. per Cyn. & Bald. C. si quid in frau. pa. & Bartol. in l. secunda. in fin. post princ. gl. in eodem titu. C. si quid in fraud. pa. per Bartol. in l. hæreditarium. ff. de bo. autho. iud. poss. & ibi post Dyn. ponit cautelam, qua pater potest fraudare, & priuare filios legitima, alienando bona sua ex causa non lucratiua.

2 † Et iuxta hæc, an, & quando filij possint reuocare bona in eorum fraudem alienata, videte etiam Bartol. in l. non vsque. ff. si quis à pa. fue. ma. & Bal. in dicta l. in 8. col. & ibi per Cyn. in 7. quest. C. de inoffi. do. per Bal. in l. 1. & fi. C. de his, quæ in fraud. cre. per Cano. ut per do. Ant. in ca. Ray. extra de testa. ubi bonus tex. & hìc latè per Ange. in antepen. & pe. colum.

3 † Et an, si pater amisit omnia bona in ludo, possint filij illa reuocare usque ad eorum legitimam, tanquam in fraudem alienata? ponit Bald. in d. l. prima, ad fin. C. si quid in frau. patro. & Bald. in rub. de condi. ob tur. & Imol. in l. si quis cùm sciret. ff. pro emptore.

4 † Et an, si pater multos habens filios, uendit omnia bona
a sua dissipando, a & filij petāt quòd assignetur eis aliqua possessio patris pro eorū alimentis, an talis petitio procedat de iure: uidete in terminis Bal. in l. secunda. C. si quid in frau. pa. & ibi Sali. aliter tenētē, quàm teneat Bald. & uideatis omninò Bal. aliter, & fortè melius loquentem in l. non potest. ff. de adop. Aliquando, & ultimò alienatur res per debitorem in fraudem creditorū: & ista est propria materia §. nostri & tituli. ff. de reuo. his, quæ in fraud. cre. & de ista uidebimus hìc.

Secundò propius ad materiam huius §. præmitte, quòd aliquando aliquis, puta tutor, uel debitor, uel ēt creditor, alienat rē nō suā propriā, sed alienam in fraudē: & ille, in quē est facta alienatio, est particeps fraudis: & tunc non habet locū iste §. nec titu. de reuo. his, quæ in frau. cre. quia tunc demum habent locū, quando quis alienat rem suam propriam in frau-
5 dem creditorum. † Isto ergo casu competit interdictum fraudatoriū contra eum, in quem facta est alienatio: de quo interdicto fraudatorio licet titulum expresè non habeamus, tamen de eo habemus tex. no. & signandum, quē Bart. ibi dicit esse singularē, & se nescire alibi in l. pupilli debitor, in prin. ff. de solu. & ibi uidete gloss. in uer. Interdicto. & Bar. post gl. in l. si postulante, in princi. ff. ad Trebel. & gloss. in l. 1. in gloss. in uersicul. Iubebit. C. si uendi. pigno. agatur. & ibi om-
6 nino Bart. † qui etiam ponit practicam, & libellum in isto interdicto fraudatorio, & gl. in l. 3. in uersi. Inferenti. C. de iur. fisc. lib. 10. & no. Bartol. in ultima columna. ubi ēt dicit de isto interdicto fraudatorio esse tex. qui ad hoc est singularis, in dict. l. pupilli, in prin. Aliqñ debitor alienat res suas proprias in fraudē creditorū: & tunc propriè habet locum §. iste, & titulus de reuo. his, quæ in frau. cre. Et aduertite quòd etiā isto casu remediū competens potest appellari interdictum fraudatorium. Ita eum appellat Iurisconsultus in dict. l. si postulante, in princ. & ibi not. declarat Bartol.

7 † Vltimò præmitte quòd differentia est inter alienationem imaginariā, & simulatam ex una parte, & alienationem uerā, sed factam in fraudem ex alia: quia alienatio simulata, & imaginaria est ipso iure nulla. l. emptor. & ibi gl. 1. ff. de aqua plu. arcen. & est tex. in l. nuda. ff. de contrahen. emptio. & adeo est nulla, quòd etiam iuramentum super ea interpositū, illā non cōualidaret: ut est gl. in cōmuni reputata singularis in l. emptione. & est gloss. unica ad fin. C. plus ua. quod agi-
b tur, de qua uide b * Pa. in cap. ad nostram de emp. & uendi. Et hoc casu non requiruntur actiones reuocatoriæ ad reuocandum talem alienationem, cùm sit nulla ipso iure.

8 † Et nota quòd uolens probare actum, uel contractum simulatum, habet necesse probare & deducere simulationē ex his, quæ gesta fuerint inter ipsas partes ante quàm peruenirent

nirent ad contractum:quia de gestis post contractum non potest deduci simulatio.Ita singulariter Bal.in l. prima, in ultima colum.in princip.in versi.decimò quæro si seruus. c * do. Bartho.Veronensis in cautela 171.& de multiplici specie si-
9 mulationis,per eundē in cautela 328.† Alienatio aūt, quæ est vera,sed facta in fraudem,bene valet,& tenet:& ideo requiruntur actiones reuocatoriæ,& remedia rescindentia: vt hic in tex.& videbimus in glo.versicul. Petere.Istam benè notandam,& magistralem doctrinam tradit Bartol. in l. post contractum,in tertia colum.de do.

10 † Aduertite tamen ꝙ illud,quod statim dixi,quòd alienatio facta in fraudem valet, & tenet, sed rescinditur per reuocationē.Istud est verum,& procedit,qn̄ alienatio esset facta in fraudē creditorū, & sic hoīs:secus est si esset alienatio facta in fraudē legis: quia tunc ipso iure esset nulla. Ita tex. quem Bartol.ibi dicit multū singularē in l.si libertus, in prī. ff.de iure pa.& idē etiam tenet per illum tex.Bald.in l.1.in 1. oppo.C.si quid in fraudem patr.Illū etiam allegat Ioan.Fab. hic, circa finem pen. colum. Et si instares istud videri absurdū,& contra omnes regulas,quia alienatio facta in fraudem hominis valeat,& in fraudem legis sit ipso iure nulla: nam vi-
11 deretur dicendum oppositū cùm vulgatum sit† quòd mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine. d l. Celsus. ff. de arbi. Accedat quod dixit glo.in l.si quis rem.§. voto in gl. in vers.
12 Obligatur.ff.de polli.quæ dicit† quòd mitiùs agitur cū Deo, quàm cū homine.Respōdebat Bal.in d.l.1.in 1.opp.C.si quid in frau.pa.ꝙ illud,quod dicitur mitiùs agi cum lege, quàm cū homine:intelligitur cum homine:scilicet ministro legis, qualis est iudex,vel arbiter.Secus est in alio priuato homine: quia durius agitur cum priuato homine,quàm cum lege. Et huius solutionis reperio assignari rationē, in l.amplius non peti.in 2. col.ff.rem ra.ha. vbi dicitur quod quando agitur cōtra hominē ministrum legis,tunc duo offendūtur,scilicet lex & homo. Quando aūt agitur contra priuatum, solus homo offenditur.Nil mirū ergo si durius agitur contra hominē ministrum legis,quàm contra priuatum. Hæc tamen solutio in infinitis locis reprehenditur per Bart.vt per eū in dicta.l.amplius non peti. in secunda columna, & in dicta l. si libertus. in princip. in repetitione legis,si Insulam circa finem primæ partis principalis.ff.de verbo. obliga. quia secundum nō est
13 verum,† quòd arbiter sit minister legis.Quod patet: quia de iure Digestorum non oritur actio,nec exactio.l.diem proferre.§.stari.ff.de arb.notat Bart in l.prima.C.de arbitris. Item arbiter non habet iurisdictionem sed notionem.l.ait prætor, in princip.ff.de re iudi.Præterea, & fortius, habemus quod imò durius agitur cū homine ministro legis, quàm cū ipsa le-
14 ge.Patet,† quia verbum Peti,prolatum à lege, intelligitur ꝑ sententiam.l.in seruitute.§.petijsse. l. qui cùm natu maior. §. accusasse.ff.de bonis libertorū.l.Papinianus.§. meminisse.ff. de inoffic.test.Bald.in l.si quis in suo.in prin. C.de inoffi.test. & tamen prolatum ab homine,non legis ministro, intelligitur per litis contest.dicta l.amplius nō peti.ff.rē rat.ha. e * Vnde ipse Bartol.post Dyn.in omnibus locis suprà allegatis re-
15 spondebat aliter, & multùm notabiliter,† quòd aliquando pœna respicit actum,siue annullationē actus, & tunc durius agitur cum lege,quàm cū homine, qualiscunque sit ille homo.Et ratio est:quia lex facilius pōt actum annullare, quàm homo,cùm maioris sit potentiæ.l.non dubiū.cum vulg.C.de legi.Et hoc modo propriè loquitur, & procedit dicta l. si libertus,in princi.ff.de iur.pa. Aliquando pœna nō respicit annullationē actus,sed venit extrinsecus: & tunc benè mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine: & ita propriè loquitur dicta l.Celsus.cum præallegatis.

16 † Et si vultis cognoscere quando actus dicatur fieri in fraudem legis,& quando in fraudem hominis:videatis Bald.no. declarantem in l.hac edictali,in princ.in quarta columna,ad fi.C.de secund. nupt. ubi dicit quòd quando actus geritur inter prohibitas personas,dicitur fieri in fraudem legis.l.qui testamentū.ff.de proba.sed quando agitur inter personas non prohibitas,sed fit in præiudicium tertij:tunc actus dicitur gestus in fraudē hominis.l.prima.C.si quid in frau.pa. Item qn̄ actus fit ad excludendam legis prouidētiā, vel legis statutū: tunc dicitur fieri in fraudē legis:vtibi per eū. Et hoc ultimū magis placet,& fuit doctrina Iurisconsulti in dicta l.si libertus,in princi.in versi.diuersitatis. ff. de iure pa. vbi inquit ad cōtextū Iuriscōsultus: Tūc in fraudē legis fit, qn̄ libertus se minorem centenario facit, adhoc vt præceptū legis euertat.

17 Aduertite etiam inquātum dixi, quòd † alienatio facta à debitore in fraudem creditorū,valet,& tenet: istud non habet locum in debitore manumittente seruū suū in fraudem creditorū:q̄a talis manumissio non valet ipso iure: vt est tex. suprà,quibus ex causis ma.nō licet.in princip.in uersic. nihil agit.Et diuersitatis est ratio,quamuis prima fronte ratione li-
18 bertatis uideretur dicendum oppositū: † quia libertas semel data non potest de facili reuocari,nisi ex magna cā:vt est tex. in l.si ex causa.§.fi.iuncta l.sequen.ff.de minor. facit §. semel. suprà qui. ex cau. ma.non licet. & propterea lex impedit ab initio.ista est rō doc. vt Nicol. de Neapol. & Angel. de Aret. post Ioan.de Plat.suprà qui.ex cau.ma.non licet,in princi.Et hanc rationem diuersitatis sentit gloss.in l.noxali iudicio, in princ.in gloss.in uersic.iure durat.ff.de noxa.

His sic expressis,uenio ad expeditionem tex. iste §.cōmuni omnium diuisione,ut Dyn.Nicol.de Neap.& Ang.de Aret. diuiditur in duas partes:ego aūt diuido illū in tres. In prima ponitur thema,ex quo resultat tacita quæstio.In secunda respōsio siue decisio.In tertia respōsionis, siue decisionis declaratio.Secunda ibi:permittitur.Tertia ibi:id est,dicere.Et quānis multiformiter summetur per doc. ego summò illum hoc
19 modo: † Alienata à debitore in fraudem creditorum, bonis eius ex sententia possessis,reuocanť perinde ac si alienata nō essent,ac si in bonis debitoris permansissent.hoc dicit.

20 In tex.ibi:in fraudem. † Qualiter accipiatur fraus in hac materia,habetis tex.qui declarat in l.prima.cū quatuor legibus sequen.ff.de his quę in frau.cred. Videatis etiam leg.fraudis.ff.de reg.iur.& l.aliud est fraus,in prin.ff.de uerb.signifi. Et an sit differentia,& quæ differentia sit inter fraudem & do-
f lū;habetis gloss.in l.iuris gentium.§.sed si fraudandi. f in uersic.edicit.ff.de pac.& ibi latè per Barto.& alios,& gl. in leg. prima.uersic.qui furti.in uersi.Fraude. ff. de his qui no. infa. & tex.in l.secunda.C.de in litem iuran.& ibi glo. in uer. dolus,quæ ponit aliam differentiam, & ibidem no. per doc. & tex.in c.ex tenore,extra de rescrip.quem ad hoc ibi no.Abb. Pan.in 4.not & ibi gloss.per Barto. in repe.l. quod Nerua. in prima columna.ff.deposi.per Bald.in l.pignus. in tertia colu. C.de pig.acti.& in cap.beneficium.si de feu.fue.contro.inter do.& agna.alias est rubrica, si feudum negatum fuerit à ua-
21 sal.& ibi declarat inter cætera† quæ dicatur propriè fraus.Et per Alb. in Dictionario suo, in uerbo, Fraus, & in uerbo, Dolus.

In textu ibi:tradiderit. Vos dicite idem esse si dederit,& sic dominiū transtulerit.Tex.est in l.si sciens,in fi.ff.de cōtrahen.emp.Idem etiam esset,si alienauerit:vt est tex.in l.prima. §.fin.in uersic.alienationem.& in uersic. alienauerit.ff. de his
22 † quæ in frau.credi.Alienatio autem dicitur omnis actus,per quem dominium transfertur:ut dixit tex.in l.prima,in fin.C. de fun.do.Accedat ille no.& benè signandus textus,quē Bar. ibi reputat multum singularem in l.fin.C.de reb.alien. Et ibi
23 est tex.† quòd prohibita alienatione, intelligitur prohibita omnis translatio,siue iuris directi,siue utilis,siue alterius cuiuslibet iuris.& ibi etiam per Bald.& de uerbo,Alienationis habetis text.in l.alienationis uerbum,in princip.& in l. alie-
24 natum.ff.de uerbo.significa. Et † quæ propriè dicatur alienatio,& quot modis capiatur, habetis per Bald. in cap. primo de alie.feu.& late per eum.in c.1.§.aut si libellario. quibus mo.feu.ami.ult.char.Et ibi quot modis capitur alienatio, ut ibi per eum:& Bald.in l.fin. post gloss. C. de bo. autho. iudi. poss.per Innocen. & doc. in cap.episcopi.quod est cap.quartum.& in ca.sequen. de reb.ecclesiasti. non alien. Et uidete
25 qđ dicit no.Ange.in l.benignius.ff.de legi.quòd† statutum loquens de alienatione,non habet locum in pignore,siue in cōtractu pignoris,nec in concessione usus fructus.Facit quod dixit Pau.de Cast.in l.in ambigua,in eodem titulo.ff.de legi.vbi dicit ꝙ propriè nō est alienatio,nisi transferatur dominium.

Nota primò ex hoc tex.in princ.secundum Angel.de Aret. hic,à cōtrario sensu,ꝙ si alienatio fieret à debitore,& non in fraudem creditorum,quòd ualeret,nec posset reuocari.Istud ego

ego habeo pro indubitatissimo, quando non adesset fraus, nec animo, nec re, nec euentu: aliàs secus, vt videbitis infrà.

26 Vltimò no. ex hoc tex. in versi. possessis, † ꝙ ad hoc, vt creditores admittãtur ad reuocandũ alienata per debitorẽ in eorũ fraudem, requiritur ꝙ sint missi ex sententia iudicis in possessionẽ bonorũ debitoris: & postquam missi sunt, si inuenerint bona non esse soluendo, possunt deuenire ad remedia reuocatoria contra possessores bonorũ, in quos est facta alienatio. Et sic satis infertur, prout ẽt inferebat Angel. de Aret. hic, colligens hoc ex tex. pro notabili, quòd ante, quàm possit perueniri ad reuocandũ alienata in fraudẽ creditorũ, & sic antequam possit haberi regressus contra possessores bonorum, in quos facta est alienatio, requiritur ꝙ primò fiat excussio bonorum debitoris an sit soluendo, nec ne. Istud probatur alibi melius, scilicet, quòd requiratur excusio, in l. prima. ubi tex. expressus in verbo. Bonis eius excussis. in l. ignoti. quæ est l. penultima. C. de his, quæ in frau. credi. De quo an, & quando, & quomodo procedat, ponam latè in glo. in verbo. Possessis. eo. §. & ibi multa bona attingam in materia ista excussionis.

Gloss. prima in verbo. in fraudem, ego diuido in duas partes principales. In prima per modũ notabilis glo. ponit vnũ, quod est maximum fundamentum in materia huius §. In secunda gloss. aggreditur bonam distinctionem. Secunda ibi: & de hac fraude nota bonam distinctionem.

27 In ea. glo. ibi. §. hoc edictum. & §. simili modo. † Habetis ꝙ in alienatis titulo oneroso, ad hoc vt possint reuocari, requiritur dolus vtriusque, tã debitoris alienantis, quàm recipientis. In alienatis aũt titulo lucratiuo sufficit sola fraus debitoris. Et diuersitatis est ratio, secũdum Petr. de Bella Perti. post Iac. ut hic refert Ioann. Fab. in prima columna. & Angel. de Aret. in tertia columna, quia nõ est par, eadẽque ratio, debita amittere, & lucra non capere: vt inquit tex. in l. fin. §. pe. C. de codi.

g g * Sed operæpretium esse videtur pro intelligentia huius primæ partis gloss. & eius conclusionis, quis dicatur titulus lu-
28 cratiuus, † quis onerosus. Et paucis, quæ sint causæ lucratiuę, habetis enumeratas in tex. no. l. prima. §. lucratiuas. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. qui tex. quomodo intelligendus sit, & quomodo procedat, videte Bartol. in l. Meuius. §. duobus. in repe. in penul. col. versi. tertiò quæro. ff. de leg. 2. Et inter cæteras lucratiuas causas in textu illo enumeratas, vnam non omitto, quæ est notabilis, & ibi eam not. quod si donans propter ingratitudinem donatarij reuocet donationẽ, & sic quis repetit rem, quam dedit sine nouo contractu, non dicitur habere titulo lucratiuo.

Et notate diligenter, quòd si quis habet aliquid, vel aliquid consequitur pro pretio illicitè soluto, cùm illud pretium non det bono modo, sed malo, quòd illud, quod consequitur, dicitur habere titulo lucratiuo, & nõ oneroso solutionis. Istud est, quod dicit not. Barto. post gloss. ibi in l. secunda. ff. si quis omissa causa testamenti. Et per hoc no. Bartol. quòd ille, qui dat pecuniam, vt consequatur beneficium, vel præbendam, cùm det malo modo, dicitur habere titulo lucratiuo. Et per hoc etiam dicit ibi Bald. & reputat benè notandum, in l. prima. C. si quis omissa causa testamenti. columna fin. in prin. in ver. & quæritur, quòd quicquid per simoniam abest, non debet considerari vt onus, vel vt damnum: quia turpiter abest.

Item not. quòd illud, quod quæritur ex causa pœnæ, dicitur quæri titulo lucratiuo, & non oneroso. Istud est quod voluit no. Barto. in dicta l. Meuius. §. si duobus. in fi. col. Et an illud, quod quæritur in ludo, dicatur quæri titulo lucratiuo, habetis per Bald. in l. prima. ante fin. C. si quid in frau. pa. & ibi dicit ꝙ sic: quia secundum eum, quicquid ex maleficio quæritur, dici-
29 tur esse lucrũ. † Et de causis, siue titulis, qui non sunt nec lucratiui, nec onerosi, sed quasi lucratiui, habetis tex. no. in l. apud Celsum. §. autoris autem dolus. ff. de doli mali. & met. excep. & gloss. in ver. alia causa. exemplificando dixit not. quòd si quis emat rem modico pretio, quæ sit digna magno pretio, dicitur habere titulo quasi lucratiuo.

30 † An autẽ dos sit titulus lucratiuus h vel onerosus, habetis
h no. tex. in leg. fi. §. si à socero. ff. de his, q̃ in fraud. cred. quẽ tex. no. ibi Bartolus & infert ad quæstionẽ, ad quã dicit de facto se respondisse, vt ibi per eũ, & tex. in dicta leg. vnica. §. lucratiuas. C. de impo. lucrati. descript. lib. 10. quẽ ibi no. Bart. & tex. in leg. pro oneribus. quẽ ad hoc ibi no. Bart. C. de iure do. & tex. in leg. fin. in princip. in eodem titu. quem ibi no. Bartol. & Bald. & text. in l. ex promissione. ff. acti. & obli. & habetis glo. in leg. Meuia. §. 1. in uersic. ipsi nocere. & ibi Bartol. & doctc. ff. sol. ma. & gloss. in l. ignoti. C. de reuo. his, quæ in fraud. cre. & ibi Bartol. & latè in l. Meuius. §. duobus in repeti. in 8. columna. in uersicul. tertiò quæro ego sum obligatus. ff. de leg. secun. & Bald. in l. secunda. C. de reuo. his, quæ in fraud. cred. Et in istis locis communiter concluditur, ꝙ titulus dotis ex parte patris dotantis, & ex parte mariti, dicatur titulus onerosus: ex parte verò mulieris dicatur esse titulus lucratiuus. Et aduertite diligentissimè, quòd titulus dotis ex parte mariti intantum est onerosus, quòd etiam si ex postfacto consecuturus sit lucrũ ex tali dote, puta propter pactum, quod fecerat de dote lucranda, uel uigore statuti disponentis, quòd decedente muliere in matrimonio, vir lucretur dotẽ: tñ nunquam dicetur habere ex causa lucratiua: cùm præcesserit causa onerosa, id est, titulus dotis. Istud est, quod in terminis uoluit glo. not. in l. si donaturus. §. fi. in gl. fi. in versi. duntaxat. ff. de condi. causa da. Pro qua glo. ego allego tex. expressum in terminis, & ad literã in dicta. leg. vnica. in §. lucratiuas. in versicul. si vero vel socer. C. de impo. lucrati. descript. lib. decimo. vbi si socer dotẽ dederit pro filia, vel nepte, vel pronepte: dicitur ad contextum, licet casus euentu res ei, cui data est, vertatur ad lucrum, nec inter lucratiuas causas enumerabitur. Et ibi vide Angel. qui ibi eum ponderat ad hoc. Accedat, quod voluit Baldus in leg. hac edictali, in princip. C. de secund. nupt. in secũda columna. versicul. pone quòd non est appositum pactum de lucrando, &c. vbi dicit quòd lucrum dotis, quod conceditur marito propter expensas, non dicitur titulus lucratiuus. Et idem Bald. in Authent. præterea. in penultima columna. C. vnde vir & vxor. & Bald. in leg. cùm multæ, in secunda columna. C. de do. ante nup. Item aduertite quòd titulus dotis nõ tãtùm est onerosus ex parte mariti, vt prædixi, sed etiam est onerosus ex parte filiorum dotem maternam petentium. Istud est, quod notabiliter, & signanter voluit Bartol. in repet. l. si constante, in princ. ff. solu. matrim. in decima quæstio, secundę partis, in princip. ubi ad hoc allegat dicta. l. ex promissione. ff. de actio. & obliga. Aduertite etiam ꝙ ea, quæ dixi de dote, ut sit titulus onerosus ex parte mariti, habent locum nedum in dote vera, & in marito vero, sed etiam in dote putatiua, & in marito putatiuo. Istud est, quod in terminis uoluit gloss. no. quam ego reputo unam & singularem in iure, in leg. Proculus. alias est, leg. ancilla. in gloss. fin. ff. de iur. do.

31 † Quid autem de donatione propter nuptias, an sit titulus, lucratiuus, uel onerosus, habetis textum, quem ibi not. Barto. in dicta l. unica. §. lucratiuas. per Bald. in l. fi. in princ. C. de do. promis. Et in istis locis concluditur per omnia, prout suprà cõ-
32 clusi in dote. † Et quid de legitima, quam in sua uita præstat pater filio, uel ex propria uoluntate: uel ex forma statuti. Et quid de alimentis, an dicantur haberi titulo lucratiuo, an oneroso, habetur per Bald. in l. secũda. C. de reuo. his, quæ in fraudem cred. & ibi concludit Baldus. quòd omnis obligatio legalis est titulus lucratiuus.

Viso, qui sint tituli lucratiui, & qui onerosi, reuertor nunc ad conclusionem, quam suprà collegi ex prima parte glo. sci-
33 licet † ꝙ in alienatis per debitorem in fraudem creditorũ titulo oneroso, ad hoc ut possint reuocari, requiritur fraus ex parte debitoris alienantis, & ex parte recipientis. Secus autẽ in alienatis titulo lucratiuo. Ista conclusio limitatur per doct. hic, ut procedat in creditore. Secus aũt sit in patrono, qui potest reuocare alienata per libertũ in eius fraudem, quamuis ille, in quem facta est alienatio, etiam titulo oneroso non fuerit particeps fraudis per tex. in l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraud. pa. Ad idem l. 1. §. dolũ. & ibi declarat gloss. in uersi. alienata. in eodem titul. ff. si quid in fraud. patron. Et ratio diuersitatis inter patronũ, & creditorem, est secũdũ Angel. hic, in secunda columna. Et licet Angel. infideliter hanc rationem sibi assumpserit, tamen ante eũ illam ponit Petr. de Bella Perti. post Iacob. secundũ quòd eum fideliter refert Ioann. Fab. in prima columna, in fin. Nam iura magis conseruant nobis id, quod nostrũ est, quàm id quod est nobis debitum. Facit l. uideamus. §. si actionem. ff. de usur. Patronus ergo dicitur habere

bere ius in bonis liberti.iuxta §.ſed noſtra,ſuprà de ſucceſſ.liber. Creditor aũt,licet debeat habere centum à debitore,bona tamen debitoris non ſunt ſua.Nil mirum ergo, ſi iura magis prouident patrono,quàm creditori. Iſta tamen ratio licet prima fronte ſit ſatis perſuaſiua,mihi non placet.Aliam ergo aſsignabat rationem ſupradictus Petr.de Bella Perti. referente hic Ioann.Fab.vbi ſuprà, quæ videtur magis ſuſtentabilis. Nam patronus, quando vult reuocare alienata per libertum in eius fraudem,tenetur refundere pretium emptori: vt textus in dicta l.prima.ff. ſi quis in fraud. Creditor autem reuocans alienata in eius fraudem per debitorem, non tenetur refundere pretium:vt textus in dicta l.ſi debitor.& l.ſequenti.ff. de his,quæ in fraudẽ creditor.& videbitis infrà in glo.in uer. petere. Cùm ergo patronus in vno grauetur,ſcilicet in ſolutione pretij,nil mirum ſi in alio releuetur,ſcilicet vt poſsit reuocare etiam ab eo,qui habet rẽ, etiam titulo oneroſo ſine fraudis participatione, per regulam l.eum, qui, in princip. ff. de iureiur. Et ſi inſtares, quæ ſit ratio diuerſitatis, quare patronus reuocans refundit pretium, creditor autem non: potes dicere ſecundum Angel. de Aret. hìc in ſecunda columna. quòd ideo fit, quia patronus non habet cauſam oneroſam, prout habet creditor. Et ante Angel. eſt ratio gloſſ. in dicta l.1.§.ſi quis in frau. in verſi. fraudemus emptorem. ff. ſi quid in fraud.pa.

i i * Secundò ego limito prædictam concluſionem gl.vt procedat in debitore priuati.Secus autem eſt in debitore ciuitatis: quia tunc non inſpicitur fraus recipientis rẽ alienam,etiam titulo lucratiuo,ſed oneroſo.Tex.habetis no.in l. 2. C.de debi. ciuita.lib.11.& ibi expreſsè Bartol.qui dicit,illum caſum eſſe ſpecialem fauore ciuitatis.& idem etiam tenet Dyn. in l.qui autem.§.hoc edictum.ff.de his quæ in frau.cre. per dictam l. 2.prout hic refert,& ſimpliciter ſequitur Nico.de Neap.in ſecunda columna.

Tertiò ego limito,& alij non ponunt hic prædictam concluſionem gl.dum in ea vult,quòd ex parte debitoris ſemper requiritur dolus,ſiue ſit titulus lucratiuus,ſiue oneroſus:quia non procedit in caſu.l.ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau.cre.ſecundum quod ibi tenet & declarat Bar.in fi. in vlt. q.Nam ſi poſt bona debitoris poſſeſſa à creditoribus, quo caſu facta eſt par conditiò omniũ creditorũ, iuxta l. qui aũt.§. ſciendum.ff.quæ in frau.cre.ſi vnus creditorum inſequatur debitorem fugientem,& pecuniam aliquam exportantem,& ab eo pecuniam illam capiat,agitur contra illum creditorem actione in factum reuocatoria, quamuis debitoris nulla fraus interuenerit:eò quia ille,contra quem actio intentatur, dicitur eſſe in dolo,per d.§.ſciendum.

k Et iuxta k * prædictam concluſionem glo. ſubijciebat hic Angel.de Aret.in 2.col.unum,quòd ipſe reputat bene no. ꝙ ſi habens titulũ oneroſum tempore celebrati contractus,fuit in bona fide, ſi poſtea tẽpore factę traditionis fuerit in fraude, hoc eſt,ſciuerit fraudẽ,ꝙ poteſt agi contra eum reuocatoria: quia dicitur eſſe particeps fraudis. Allegat ad hoc in terminis glo.valde no.quã ipſe reputat vnicam,& ſingularẽ in d.l. qui aũt.§.hoc edictum.in verſi.ceſſare.ff.quæ in frau.credi.Addo quòd contrariũ tenet Rodulp.de Auri.hic,quẽ refert,& ſingulariter ſequitur Nicol.de Neap.hic,in 3.q.extra gloſſ.Nihil tamen ad hoc fundamentum allegant.ſed ſolùm reſpondent ad l.2.in princ.ff.de vſuca.pro emptore.quia dicunt quòd ille tex.loquitur in acquirendis,ſcilicet per vſucapionem:nos autem loquimur in iam acquiſitis. Vnde facilius conſequantur acquiſita,quàm quærenda,iuxta regulam.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui.vel alien.iur.Et ex his expedita eſt prima pars principalis gloſſ.

Sum modò in ſecunda parte principali huius glo.quæ incidit ibi:& de hac fraude nota bonam diſtinctionẽ.In qua parte glo.procedit per hunc modũ. Vt enim tradat diſtinctionẽ de hac fraude,primò ponit,& enumerat omnes partes ſimul, & omnia mẽbra diuiſionis,aliàs diſtinctionis.In ſecunda,illa membra particulariter,& de per ſe declarat.Secũda ibi: ſi debitor in fraudem alienet inter viuos. Illa ſecunda ſubdiuiditur in tres,prout tria ſunt mẽbra diſtinctionis. Primũ eſt in debitore,qui alienauit in fraudem inter viuos.Secundum eſt in debitore,quia adhibuit fraudem in vltima voluntate,per viã legati,vel fideicommiſsi,ſiue donationis cã mortis.Tertiũ eſt in debitore,qui adhibuit fraudẽ in vltima voluntate relinquẽdo libertates directas,vel fideicommiſſarias. Secunda ibi: in vltima uoluntate ſi legatum.Tertia ibi:in libertatibus autem in fraudem relictis.Et iſta diuiſio ſit vobis loco literalis expeditionis.

In ea.gloſſ.ibi l.omnes.§.Lucius. habetis quòd ex alienatione omnium bonorum inter uiuos facta,ẽt fraude aliter nõ
34 probata,præſumitur fraus alienãtis. † Et aduertite circa intellectũ illius.§.Lucius.ꝙ quamuis loquatur, & procedat in alienatione facta titulo lucratiuo,ſcilicet donationis,prout intelligit ibi gl.1.& ibi Bart.tamen habet etiam locum,& procedit in alienatione facta titulo emptionis:& ſic titulo oneroſo.Ita extendit,& ampliat illum tex. gloſſ. in l. qui teſtamẽtũ. in uer.modum.& ibi Bart.ff.de proba.& Barto.in d.§.Lucius. & Bar.in l.poſt contractum.in ſecunda col.ff.de dona,Abb.ẽt allegat illam gloſſ.in l.qui teſtamentũ. & eam reputat valde notabilem ad hoc.Idẽ etiam ſentit glo.in l.Patronus.in gloſ. prima.ad fi.ff.de proba.Et idem etiam ſentit gloſſ. noſtra hìc, dum generaliter,& ſimpliciter dicit,quòd ille §.Lucius,pro-
35 cedit,quando debitor omnia bona alienauit.† Et ſub uerbo, Alienauit,comprehenditur generaliter omnis actus, per quẽ dominium transfertur,prout dixi ſuprà in apoſtillatione tex. ſuper uerbo,Tradiderit.Ego tamen intelligo iſta, & limito ut procedant, quando uenditio omnium bonorum eſſet facta pro ualde minori pretio,quàm ualerent ipſa bona:aliàs ſecus. Ita tenet Ioan.de Imo.in d.l.poſt contractum. Videte etiã ibi latiùs per eum.Iſtud etiam firmat idem Lud.Ro.Ad quod accedat,quod uoluit Bart.in illa l.poſt contractũ, in pen. col.in uerſi.quæro in caſibus,in quibus dixi,ubi tenet ꝙ datio in ſolutum facta à debitore,ita demum reuocatur à fiſco,tãquam in eius fraudem facta,quando rem multò maioris pretij pro debito dederit in ſolutum: aliàs ſecus.Et ratio eſt, ſecundum eum ibi,quia paucitas pretij,facit præſumi fraudem. Alleg.l. per diuerſas.C.manda.& de hoc no.per Canoniſtas in ca. ad noſtram,extra de emp.& uen.in c.illo uos,extra de pig.

36 †Item aduertite quòd d.§.Lucius,procedit nedum ſi debitor alienauerit omnia bona, ſed etiam ſi alienauit maiorem partẽ:ut eſt gloſſ.ualde no.quã Ang.de Aret.in 3. col. reputat unicam & ſingularẽ,in l.nomen.§.filio.in gl.in uerbo,Omnis ſubſtantia.ff.de le.3.& ibi ſentit Bar. & probat tex. quod ille. Ad quod facit l.propter litem,in prin.ff.de excu.tuto. & idem etiam tenet Bal.in l.1.in 3.q.C.ſi quid in fraud.pa.& Bal.in l.ſi unquam.C.de reuo.dona.Facit quod no.Bartol. in l. ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.in 7. col.in q. quærit, an poſsit renuntiari ad arbitrium boni uiri.

37 †Item d.§.Lucius.procedit nedum in alienante omnia bona ſua,aut maiorem partẽ,ſed etiam in alienãte melioramẽta ſua.Allegatur ad hoc tex.pro ſingulari in l.ſumma cũ ratione,in princip. ff. de pecu.quem text. reputat ad hoc ſingularem & unicũ Ang.de Are.hìc,in fin.ſecunda.col.;& ita dicit ꝑ oĩa dicere Ang.in l.1.C.de reuo.his,quæ in frau.cred.Ego ultra eũ reperio quòd illum tex.in dicta l.ſumma cum ratione, in princip.in uer.intricatè.allegat Angel.pro unico & ſingulari,pro hoc quòd alienatio rerũ magis pretioſarum facit præſumi alienationem fraudulentã.Ita Ange.in l.fin. C. de ſtipu. ſer.& idẽ Ange.in l.Marcellus.§.res q̃.ff.ad Treb.& idẽ Ange. in l.in quartã.ff.ad legẽ.Fal.& idẽ Angel.in l.2.C.de repu.hære.& idem Angel. in dicta l. omnes. §. Lucius. Sed certè ille
l text.in æternum nunquàm mihi probabit hoc: l * quia nullibi in text.illo de melioramentis,nec de rebus pretioſis:ſed benè probat,& uult text.ille prout eum ibi no. Bartol. quòd intricatio rationum facit præſumi fraudem creditorum.

38 † Quid autem ſi debitor alienauit omnia bona ſua, ſed nõ ſimul & ſemel,ſed particulatim,& minuatim, ſiue interpolatim:an præſumatur fraus creditorũ?Bart.in dicta l. nomen.§.
m filio.poſt gloſſ.ibi ſentit ꝙ ſic. & idem tenet Bald. m in l. prima.in quarta quæſt.C.ſi quid in fraud.pa.& Bald.in l.2. C.de repu.hære.& in l.prima,in fin.colum. C. qui bonis cede. poſ. & Bald. in l.fraus.ff.de leg.& Ang.in dicta l.omnes.§.Lucius. licet in contrarium in prima fronte aliqualiter facere uideretur text.ille ualde no.in leg.ſi peculium. la 2.ff. de pec.leg. ubi dicit Bartol. eſſe caſum notabilem, & menti tenendum.

Ad

39 Ad hoc,† erat statutum in terra sua,quòd si quis emerit omnia bona alicuius,teneatur ad debita & credita:erit ne remedium vt non teneatur? Certè sic,si emat singulariter, & particulariter,ut ibi est casus.Ecce ergo quod quamuis per emptionem omnium bonorum simul factam quis teneatur ad debita,& ad credita vigore illius statuti, non tamen habet locum,si particulariter,& singulariter omnia bona emerit.Sed parum facit,si cogitabitis.

40 † Ex prędictis ergo habetis vnum casum,seu vnum modū, per quem præsumitur fraus, fraude etiam aliter non probata.Alios nonnullos casus,per quos præsumitur fraus, ponit, & enumerat Bar.in l.post contractū.in secūda,tertia,& quarta col.ff.de dona. Et ibi vltra primum prædictū modū ponit alios quinque modos,siue casus. Nonnullos etiā ponit Bart. in l.secunda,& ibi latius Bal.C.de repud. hæred. & Bart.in l. pupillus.§.fi. ff.de autho.tuto.& Bar.ī l.prima.§. is quoq; ad fin.ff.de colla.bon.& Bar.in l.multum, in prima & secūda columna.C.si quis alte.vel sibi,& Bal.in l.prima,in fi.col.C.qui bon.cede.poss.Cyn.Bald.& Ange.in leg.si quis pos.hac.C.de bon.proscrip.Bal.in l.2.C.ad Velleia.& Ioā.Fab.hìc, circa 6. vel 7.col.& Nico.de Neapol.hìc,post Ro.de Auri.in secunda quæst.extra gl.Sed illi casus non omnes congruunt, aut conueniunt ad propositum materiæ nostræ. Illæ præsumptiones sunt, per quas quis præsumitur alienasse animo committendi delictum,non autem omnes sunt ad præsumendum debitorem alienasse in fraudem creditorum. Referam ergo nonnulla,quæ facient ad propositum.

41 † Vltra ergo primum casum suprà relatum, in quo præsumitur fraus,fraude aliter non probata,secūdus casus est, qn̄ debitor alienaret in cōiunctā personam.l.dato.aliàs incipit, lata.C.de dona.& est tex.no.in penul.circa princip.de bo. libert.& in l.si quis posthac.in versi.si quid.C.de bo.proscript. & ibi Bal.in fi.j.col.& Bart.post Dyn.in dicta.l.post cōtractū, in fi,2,col.& Ioan.Fab.hìc.circa 6.vel 7.colū. qui etiam vltra tex.præallegatos,alleg.textum in l.fin.C.vbi pupill.educ.debeat.Dicebat tamen no.Bar.in dict. l.post contractum.quòd sola proximitas non sufficeret ad faciendū præsumi fraudē, nisi etiam alia causa præcederet,per quā pręsumeretur fraus. Vel vt ibi dicit Imol. & ibi Ludo.Roma. nisi aliæ coniecturæ concurrerent:vt ibidem latiùs per eum.

Item præsumeret fraus, & sic erit tertius casus,qn̄ debitor qui alienauit,post alienationem reperitur ipsa bona possidere.Text.est no.in l.sicut.§.superuacuū.ff.quibus modis pign. vel hypo.sol.circa quem tex.habetis elegātia, & magistralia verba Bar.in consilio suo,quod incipit, Petrus Nicolæ.& per Ang.in consi.suo 42.quod incipit,quidam Franciscus.Et similis est tex.in l.qui.& ibi Bal. C.de distra. pig. quem textum ēt allegat Ioan.Fab.hìc.Istud tamen limitabat no.Bald.in dicta l.illud,in pe.col.C.de sacrosanct.eccle. quando cum ipsa possessione concurrerent aliquæ coniecturæ, siue aliquæ causæ: vt ibi not.per eum,quod etiam tenet Barto.in d.consi. Petrus Nicolæ.in vltima colum.

42 † Dicebat etiam circa hoc vltimum signanter Bar. in dict. l.post contractum,in tertia col.ꝙ quando alienans reperiretur possidere,ꝙ potius diceretur alienatio imaginaria, & simulata,quàm vera, sed facta in fraudem . Et istud dicit velle leges præalleg.Et ex hoc sequitur maxima vtilitas: quia si est imaginaria,& simulata, est ipso iure nulla, ita quòd non est opus reuocatoria. Si autē est uera & facta in fraudem, valet mero iure: vnde opponendæ sunt reuocatoriæ, ut ibi declarat no.Bar.& dixi in euidentiali vltimo.

43 † Item præsumitur fraus, quando alienatio fieret clàm. l. fi.ff.de ri.nup.l.non existimo,cum similibus.ff.de admi. tut. Dicebat tamen no.Bart.in dicta l.post contractū.in 4.colū. se putare quòd istud procedat in alienatione facta titulo donationis,& sic titulo lucratiuo.Secus autem,secundū eū,esset, si alienatio facta esset clam titulo emptionis & sic titulo oneroso:quia tunc emptor non præsumeretur particeps fraudis,nisi hoc probaretur.Allegat ad hoc tex.in l.ait prætor.§. si quis particeps.ff.de his,quæ in fraud.cred.Sed certè, prout & ibi

44 tenet Imo.ēt in emptore clàm emēte,† pp clandistinitatē cōtractus p̄sumitur fraus,p iura proximè allegata.Nec aliqd facit ille.§.si qs particeps:qa nō loquit in clādestina emptione.

45 † Et circa hoc vnū semper diligētissimè notate, ꝙ semper ubi requiritur iudicis decretū,vel superioris authoritas,sem per tali decreto,vel authoritate non interueniētibus, dicitur

n fieri clàm. [n] Text.est no.in l. prima. C.de prædijs curialium. lib.10.& ibi Bar.& gl.in l.secunda,in gl.in uersicu.occultè.& ibi Bar.C.de his,qui ex pu.ratio.mutu.pec.acce.eo.lib.10.& gl.valdè no.in gl.fi.in uersic.clandestina.la j. & etiā sentit.2. gl.in eodem ver.clandestina,extrà de clandest.despon. cap. cùm inhibitio,in prin.Accedat quod no.& signanter dicit gl. no.quam ego reputo singularē ad hoc in l.prima, in gloss.in uersi.mala fide.C.de fi.instr.& iure hastæ fisc.lib.10. quæ dixit ꝙ ubi non cōtrahitur cum solemnitatibus, aut ordinibus requisitis à iure ciuili,vel municipali,dicuntur contrahentes esse in mala fide.

46 † Vltimò in proprijs terminis materiæ nostræ ad proban-

o dam,vel præsumendam fraudē [o] debitoris, habetis notabilem pract cā Iurisconsulti,quam ibi no.Bart in l. si quis cùm haberet.ff.de his,quæ in frau.cre.Nam eo ipso quòd quis scit habere creditores, item scit bona sua non sufficere creditoribus,alienādo dicitur esse in fraude. Quod autem sciat se habere creditores,probat̄ de facili, si illos habuit ex facto suo. l.quanquam.ff.ad Velleia.Quòd autem sciat bona sua nō sufficere creditoribus,dicit Bar.posse probari ex doctrina, quā ipse dat in l.Iulianus.ff.qui & à quibus.Credo quòd Barto.fuit

p corruptus:qui legem illam [p] non legit, sed debuit allegare doctrinam,quam dat in l.in fraudem.ff.qui & à qui.quam doctrinā habetis longè latiùs & meliùs explicatam per ipsum Barto.in Authen.sed cum testator.in secunda colum.C.ad legem Fal.& dicam statim infrà proximè.

Alium modum præsumendi fraudē habes ex paruitate pēsionis vel pretij,secundum Bal.in c.j.§.donare,in fi.in tit. qualiter olim feu.pot.alie.Aliū modū ponit glos.in simili.in cap. primo.§. sed & res.& ibi Bald.circa fin. in titul. per quos fiat inuesti.

47 † Item præsumitur fraus eo ipso quòd emitur per interpositam personā,s͡m Barto.in l.si pupillus.§.fi.ff.de autho. tuto. Item qn̄ fit alienatio rerum magis pretiosarum,secundū Angel.in l.fin.ff.de stipul. seruo.& in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Treb.& in l.4.ff.ad l.Falcid.in l.secunda.C.de peti.hæred.

In ea.gloss.ibi suprà.§.qui manu.non posses.§. in fraudem. aliqui libri habent.§.præualuisse.sed non est §: quia est versi. illius §.in fraudem.Habetis ergo ex ista glo.quòd ignorantia proprij patrimonij est tolerabilis.

48 De hoc tamen an, & † qn̄ quis præsumatur ignorare vires patrimonij sui proprij:& an,& quando præsumatur scire, & sic quibus casibus probabilis sit ignorantia: habetis notabilem theoricam Barto.in dicta Authen. sed cùm testator.in secunda colum.ad legem Falcid.ibi uidete per eum. Vnum tamen est in theorica illa Bart.quod mihi non placet, dum Bartol. in primo membro suæ distinctionis dicit, quòd si loquimur in actibus morientium,& regulariter præsumitur ignorantia,vt §.in fraudem, suprà qui manu. non poss. Nam vult Bart.quòd ille §.in fraudem,loquatur in actibus moriētium. Istud mihi non placet:quia ille §.in fraudem . loquitur nedū in actibus morientium,sed etiam viuentium.Nam si ille venit ad declarandum vnum,quod dixerat Imperator in principio illius tituli, scilicet,non licere domino manumittere seruum in fraudem creditorum,declarat ibi Imperator, quando dicatur in fraudem manumittere.Et si ex præcedentibus velles sumere aliquam cauillationem contra mentem illius text. obstat ineuitabiliter l.in fraudem. la j.ff.qui,& à quibus. vnde extractus est ille §.in fraudem. & illa lex nullā cauillationem ex præcedentibus patietur.Et quòd ille §.in fraudem,loquatur in actibus uiuentium, habetis gloss. nostram hìc,quæ hoc expressè, & in terminis tenet, dum dicit quòd inter viuos,si non alienētur omnia bona:non præsumitur fraus:quia sæpe de facultatibus suis,&c.ut d.§.in fraudem . In alijs sto cum theorica Barto.suprà relata. Et ultra eam si vultis etiam alibi videre,habetis etiam aliquid per Barto.in l.quisquis, & quid in dicta leg. in fraudem . ff.qui,& à quibus. Bald.in leg. secunda, in 6. quæstione. C. de rescind. vendi. per Angel. in leg. si quis cum aliter.ff.de verborum obligatio. & ibi per

Ioan.de Imo.in 3.col.& per eundem Ioan. de Imo.in ſua no.
repe.c.cùm contingat.extra de iureiur.in 37.charta.

In ea.gl.ibi: & hæc diſtinctio per omnia ſeruatur etiam in
49 patrono.dicebat tamen Ang.de Are.hìc,in 3.col. † ꝙ quàm
uis in hoc æquiparentur patronus & creditor, in alijs tamen
eſt differẽtia,ſecundũ eum:quia libertus poteſt donare filijs,
& eos hæredes inſtituere in damnũ patroni. l. & ſi ex modi-
ca,in princ.ff.de bo.lib.Debitor autẽ nõ poteſt donare filijs,
50 aut eos hæredes inſtituere in fraudem creditorũ: † quia æs
alienum legitimam filiorum antecedit.l.Papinianus.§.quar-
ta.ff.de inoffi. teſta. Et licèt ipſe aliter non declaret, iſta ha-
bent optimas rationes diuerſitatis procedentes ex terminis
legum.Nam quando libertus habet filios,ſiue ſit minor cen-
tenario,ſiue ſit maior,nihil tenetur in teſtameuto relinquere
patrono,nec ab inteſtato patronus ei ſuccedit: & ſic exiſtenti
bus filijs nihil penitùs iuris habet patronus in bonis liberti.
§.ſed noſtra,ſuprà de ſucceſ.liber.l.j.& ibi gl.declarat.C. de
bo.poſſ.cõtra tab.liberti.Vnde quis dubitat, ꝙ ſi libertus ha
bet filios,quòd eos poteſt inſtituere,& eis poteſt donare: qa
per hoc nihil dicitur facere,nec in fraudem,nec in damnum
patroni.Et hoc eſt,quod in terminis dixit Iuriſconſultus in l.
j.§.quod autem.ff.ſi quid in frau.pa.in uerſi. nam cùm liberũ
fuerit liberto legare quantũ velit filio, donando non videtur
fraudaſſe patronũ. Item ꝙ æs alienũ legitimã filiorum ante-
51 cedat,eſt fundatum: † quia legitima dicitur eſſe quarta bo-
q norum q patris.l. cũ quæritur. & l.parentibus. C. de inoffic.
teſta. bona autem dicuntur deducto ære alieno. l. ſubſigna-
tum.§.bona.ff.de uerbo.ſigni.

Item dicebat Ang. in alio eſſe differentiam inter patronũ
creditorem: quia libertus poteſt dotare filiã in damnum pa-
52 troni.l.j.§.ſed ſi libertus.ff.ſi quid in fraud. pa. † debitor aũt
non poteſt dotare filiam ſuam in fraudem creditoru ſuorũ:
ut eſt tex.no.in l.fi.§.ſi à ſocero.& ibi no.Bar.ff. de his,quæ in
frau.cred.& quamuis Ang.non dixerit,poteſt optima,& fun
damentalis diuerſitatis ratio colligi ex proximè dictis:quàm
uis glo.in dicta l.j.§.ſed ſi libertus, aſsignet etiam aliam di-
uerſitatis rationem:quia patronus non habet cauſam onero-
ſam, creditores autem ſic.

In ea.gloſſ.ibi:in vltima voluntate,ſi legatũ, vel fideicom-
miſſum in fraudem creditoris reliquit. Aduertendum eſt ſe-
cundum Ioan.Fab.hic.in 3.col.ad fi.& Ange.de Are.in 5.co-
53 lum.† ꝙ vbi legando, vel fideicommittendo committeretur
fraus,non haberet locum iſta materia,nec haberent locũ iſtę
actiones reuocatoriæ:ſed haberet locũ vel condictio indebi-
ti,vel hypothecaria:vt eſt tex.in l.fi.§.& ſi præfatã.verſicu.ſin
uerò creditores.C.de iure delibe.Et qñ, & quibus caſibus cõ
petat condictio indebiti, vel hypothecaria, declarat Bart. in
illa l.fi.§.& ſi præfatam.Et eſt ratio ſecundum Ioan. Fabr. &
Ang.de Are.ubi ſuprà.quare ſi cõmittatur fraus legando, vel
fideicommittendo, non habeat locum iſta materia, nec iſtæ
actiones reuocatoriæ:quia legata, & fideicommiſſa ſunt ipſo
iure nulla:ut l.ſi vniuerſæ.C.de leg. Addo quòd etiam idẽ in
terminis tenet Bal.in l.j.in 8.quæſt.C.ſi quid in fraud.pa.Et ex
hoc dicto iſtorum doctorum cum eorum ratione infertur, ꝙ
cùm hodie per iura Authenticorum legata non ſint ipſo iure
nulla,imò valeant,ſi hæres non faciat inuentariũ,quo caſu te
netur ad legata vltra uires hæreditarias,ut eſt tex.in §.ſi uerò
non fecerint.in Auth.de hære.& fal. quòd hodiè ſi legando,
vel fideicommittẽdo committeretur fraus,haberet locũ iſta
materia, & competerent iſtæ actiones reuocatoriæ. Et iſtud
dicunt eſſe maximum fundamentũ in præſenti materia.Ad-
do etiã quòd contra ſupradictos doc.tenuit Rodul.de Auric.
hic ſecundum quòd eũ refert Nico.de Neap.hìc,in 2.col.mo
tus eo fundamento:nam quando legando, vel fideicommit-
tendo fraus committitur,quamuis verum ſit, competere con
dictionem indebiti,& hypothecariam, ut ſuprà dixi: poteſt
tamẽ etiam competere remedium prætorium §.noſtri: quod
probat iſta ratione.Nam prætor, quando aliquod remedium
introducit, illud principaliter introducit in caſu neceſſario.
Tamen quia largus,& liberalis eſt,poteſt extendi etiã ad ca-
ſum non neceſſariũ.Quod patet optimo ſimili:nã prætor in-
troduxit bonorum poſſeſsionem ab inteſtato in caſum neceſ
ſariũ principaliter,ſcilicet propter filios emancipatos, q pe
nitùs erant incogniti à iure ciuili,& tñ illã bonorũ poſſeſsio-
nem ab inteſtato extendit ad caſum nõ neceſſariũ,ſcilicet ad
filios ſuos,vt eſt textus.in prin.verſi.item ab inteſtato, ſuprà
de bo.poſ. Sic in propoſito dicemus, quòd quamuis prætor
principaliter introduxit remedia §.noſtri,propter caſum ne-
ceſſarium,extendatur tamen etiam ad caſum nõ neceſſariũ,
ſcilicet qñ aliæ actiones competerent.Iſtam rationẽ dicit Ni-
co.de Nea.ſe reprehendiſſe in §.ſed iſtæ,ſuprà eo. & ibi ego
vltra alios abundanter examinaui in 10.& 11. col.in illo arti
culo,an Publiciana cõpetat uero & directo dño:ibi videatis.
Hanc tamen partem Rodul.ſequebatur ipſe Nic.alia ratione
quia remedia pręſentis materiæ pleniùs prouident,q̃ condi-
ctio indebiti,aut hypothecaria:quod patet,ſecundũ eũ,quia
in condictione indebiti ueniunt tãtùm illi fructus, ex quibus
effectus eſt locupletior.Allegat l.ſi non ſortem. §.libertus. &
l.indebiti.in prin.ff.de condi.indebi.quod ſecus eſt in iſtis re
medijs:ut hìc per eum.Sed vellem quòd iſti patres reſponde
rent mihi,quomodo poſsibile ſit iſta remedia competere,qñ
fraus committitur legando, vel fideicommittendo.

Ad hoc enim ut iſta remedia reuocatoria competant,opor
tet primò reſcindi traditionẽ,ut hìc dicit tex.in verbo Reſciſ
ſa traditione: ſed legata ſunt ipſo iure nulla,vt ſuprà dixi. &
id quod nullum eſt, impoſsibile eſt reſcindi.l.nã & ſi ſub con
ditione.ver.poſt defectum.ff.de iniuſt.rup. Sed nõ eundo per
mendicata ſuffragia,habemus de hac dubitatione ſine diffi-
cultate doc.tex.in terminis, cuius mirandũ eſt tot partes nõ
r meminiſſe,in l.qui autem.§.pe.ff,de his,quæ in frau.cred. r*
ubi eſt text.rotondus contra Io.Fab.Ang.de Are. & Bald.qđ
imò pro legatis,& fideicommiſsis in fraudem creditorũ reli
ctis, competit utilis actio. Et plus dicit ibi text. quòd de hoc
nequaquã dubium eſt,quod uerum eſt quod gl.ibi ita intelli-
git illum tex.dum dicit ꝙ utilis actio competit, ſcilicet con-
dictio indebiti,uel hypothecaria,per d.l.§.ſi uerò creditores
C.de iure deli.quòd nullo modo procedere poteſt: quia eſt di-
recta,non vtilis,ut ibidem eſt text.in illa l. fin. & ideo melius
intellexit glo.utilis actio, ſcilicet in factum ex iſto edicto. ff.
de his, quæ in fraud.cred.

In ea.gl.ibi.& ff.ad Treb.l.j.§.ſi is,qui quadringenta. Stat
ergo ex gl.quòd in alienatis per debitorẽ in ultima uolunta-
te, ſolus euentus inſpicitur.in alienatis autem inter uiuos,in
ſpicit̃ conſiliũ,& euentus.Et eſt ratio diuerſitatis ſecundũ Pe.
de Bella Perti.& poſt Iaco.quem referunt Io.Fa.& Angel. de
Aret.hìc: quia cum ultima uoluntas fuerit perfecta, quod eſt
poſt mortem teſtatoris,non ſubeſt amplius ſpes aliqua lucri
quærendi,per quod poſsit creditoribus ſatisfieri. Inter viuos
aũt ſemper ſubeſt ſpes lucri quærẽdi, per quod poſsit credi-
toribus ſatisfieri, iuxta l.ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ. &
l.ſi creditores.ad fi.in ultimis uerbis.ff.de ſepara.bo. & l.cu-
ra.§.deficientiũ.ff.de mune. & hono. Vnde nil mirũ ſi ita de
facili non reuocatur.Addo quòd aliã rationẽ diuerſitatis ſen
tit,& vult glo.noſtra hìc,quam latius,& plenius explanat, &
declarat gl. in l.patronus.in gloſ.j.ff.de proba.hic allegata in
gl.Nam legata nunquã præſtantur, niſi prius deducto ære a-
lieno.d.l.j.§.ſi is,qui quadringẽta.in fi.& illud quòd debetur
à libertis patrono,cenſetur quaſi æs alienũ.l.Papinianus.§. ſi
quis impubes.ff.de inoffi.teſt.Legata ergo relicta ſiue dolo,ſi
ue nõ,nunquã pſtabuntur,niſi deducto priùs, qđ patrono de
betur,quaſi ęre alieno.Alienationes aũt inter viuos factæ,ſiue
poſsit deduci ęs alienũ,ſiue nõ,ratę ſunt,niſi fraus interueniat.
54 † In fine gl.habetis differentiam eſſe inter libertates dire-
ctas,& fideicõmiſſarias:qa directæ nõ impediũtur, niſi inter
ueniat conſiliũ fraudandi & euentus fraudis. Fideicommiſſa
riæ autem impediuntur per ſolùm euentum fraudis, quàm-
uis non habuerint conſiliũ,aut propoſitũ fraudandi.Et unã ra-
tionẽ diuerſitatis ad hoc aſsignat gl.in §.in fraudẽ. in uerſic.
nõ impediri.ſuprà qbus manu.nõ licet.quæ reprehẽditur, &
meritò,per oẽs doct.ibi.Duas alias rationes diuerſitatis aſsi
gnat gl.in d.l.fi.C.q manu.nõ poſſunt hìc allegata,in gl.qua-
rũ ultima approbatur per doct.ut Nic.de Nea.Io.Fab. & An
gel.de Are.in d.§. in fraudem.& per Angel. de Are.hìc. Sed
illæ omnes rationes ſemper mihi uiſę ſunt multùm leues, &
fragiles. Vnde ego puto, ꝙ ſit tolerabilior ratio diuerſitatis
quam etiam uiſus eſt ſentire do.Chriſtop. in d.§. in fraudẽ.
Nam

Nam quādo testator grauat per fideicōmissum hæredem ad præstandum libertatem, nunquā in dubio præsumitur, quòd velit aliquid mandare hæredi, quod sit illicitum, uel iniustū, iuxta l. si procurator. §. Celsus. ff. de condi. indeb. & l. 3. §. procurator, iuncta gl. j. in verbo, Solum. ff. quod quisque iuris. Et habetis in terminis materiæ nostræ tex. no. in l. si pater. ff. de his quæ in frau. cre. ubi pater concedendo filio liberam peculij administrationem, nunquam intelligitur sibi concessisse, quòd creditores fraudet. Si ergo contingat per hoc fideicommissum serui manumittendi iniunctū hæredi fraudari creditores, non est præsumēdum quòd testator, istud voluerit, nec quod adsit uoluntas testatoris: remanet ergo dispositio euacuata voluntate testatoris. Item si hæres grauatus per fideicōmissum manumittit, non dicitur manumittere ex voluntate, sed ex necessitate & debito, dixit tex. valde no. in l. prima. C. de libertis, & eorum liberis. ubi tex. per hoc singulariter decidit, quòd si talis libertus manumissus ab hærede, quamuis efficiatur libertus hæredis manumittentis propter fideicommissum, ut §. pe. s. de sing. rebus per fideicom. relict. tñ nō potest propter ingratitudinem in seruitutem reuocari: quia vt ibi dicitur, ille solum habet ius reuocādi in seruitutē, qui ex voluntate manumittit: non autem ex necessitate, uel debito. Quia ergo ista dispositio libertatis præstandæ per fideicommissum qñ ex ea sequitur fraus creditorū, remanet euacuata voluntate testatoris, & voluntate hæredis, nil mirū ergo si impeditur: sed in libertatibus directò præstitis adest volūtas ipsius testatoris præstantis: nil mirū ergo si procedit. Qnamuis enim testator in dubio nō præsumatur velle aliquid iniustum vel illicitum, tñ quando ipse præstat, & credit se non fraudare creditores, adest per uoluntatē testatoris, quæ sufficit. Et si instas subtiliter, Nōne ex quo nō credit se fraudare, & fraudat, nōne errat, & error impedit consensum? ut l. si per erro-

s rē s. ff. de iurisd. om. iudi. cùm nihil sit tā contrarium consensui (vt ibi inquit tex.) quàm error, qui imperitiam detegit.

Apparet ergo quòd propter hunc errorem illa etiā dispositio sit euacuata uoluntate ipsius defuncti, & consequenter quod impediri debeat: quia rñdeo, & notabiliter, quod verū est, ꝙ errat, sed ille error est in causa remota, nō in proxima. Vnde quando error est in causa remota, non impedit consensum. Istud est, quod multùm singulariter, & no. voluit Bal. in

55 l. vnica. col. 13. in prin. C. de confes. vbi dicit † ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ error impedit consensum, est uerum, quando error cadit in his, quæ sunt fundamenti, & sic causæ proximæ. Secus est autem, si error cadit in his, quæ ueniunt in consequentiam præhabiti fundamenti. Allegat ad hoc text. notabilem in l. regula. §. qui ignorauit. vbi habetis text. & exemplum ff. de iur. & fac. ignor.

Glo. in uerbo Creditorū, intellecta secundū leges, quas allegat, prout intelligi debet, qa dictū gl. & doct. intelligendū est semper secundū legem, quā allegat, ut inquit Bart. in l. nō solum. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. sentit, & vult quod in materia ista, appellatione creditorū, largè ueniant oēs creditotes, siue sint creditores ex cōtractu vel quasi, & ex deli-

t cto t * vel quasi, siue sint creditores puri, siue in diē, vel sub cōditione. Et sic vult gl. quòd actiones reuocatoriæ cōpetāt etiā creditoribus ex delicto, & creditoribus in diē, vel sub conditione. Rofredus hìc reprehēdebat gl. in creditore ex delicto, cui dicit, non posse competere reuocatorias actiones tali fundamento: Ad hoc enim vt cōpetant, duo exiguntur, fraus & damnū: & sic exigitur, quòd ex alienatione debitoris creditores patiantur damnū. Nihil allegat ad hoc, sed pro eo allegat Io. Fab. hic, in 3. col. tex, qui mihi nihil facit, in l. j. §. j. ff. si quid in frau. pa. Sed ego allego tex. in terminis. d. l. j. §. sed si

56 rem. ubi dicitur ad contextum. † fraus enim accipitur in pecuniario damno: tunc sic: Si exigitur damnum, damnum est diminutio patrimonij: dicit tex. in l. 3. ff. de dam. infect. sed ꝑpter alienationē debitoris nulla diminutio patrimonij cōtingit creditori ex delicto. Ergo sibi nō competunt istæ actiones reuocatoriæ. Doc. oēs alij tenent cū gl. cōtra Rofr. vt Pe. Iac. & Ioan. Fab. hic, in 2. col. & Ang. de Are. simpliciter in 4. col. & Nic. de Neap. post Rodul. in j. q. gl. mouetur solū ex generalitate huius tex. iunctis allegatis in gl. Addebat etiā Ioā. Fab. in l. si cū fideicōmissaria, §. ne quis. ff. qui, & à quibus. Ad fundamentū Rof. respondet, & in forma Iacob quod verū est, ꝙ requiritur damnū. Itē verū est quòd damnū est diminutio patrimonij. Est etiam verū, ꝙ per alienationē debitoris cōtingit creditori ex delicto diminutio patrimonij, cùm actio ex delicto iā esset sibi acquisita: vt est text. in l. qui aūt, in pri. ff. quę in fraud. credi. Addo ego tex. expressum in l. j. §. proinde. versic. & puto. ff. si quid in fraud. pa. Vel aliter ſm Io. Fab. fuudamētum Rofr. non posset procedere, quando creditor ex delicto ageret ad proprium damnum, uel ad proprium interesse, vt est in actione legis Aquiliæ: vt suprâ ad legem Aquil. in prin.

57 † Et iuxta hæc opportune caderet videre, an ille, cui debetur ex delicto, dicatur creditor: & an propriè, & ex significatione vocabuli: an uerò abusiuè. & impropriè. De quo habetur latè per Bar. in l. j. in pe. col. ff. si cert. pet. & per Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de cessione actionis. in rub. Et notetis benè gl. in l. j. §. non solum. in uer. necessitate. ff. vt lega. nomine caueatur. quæ no. dicit, quòd in d. l. creditores. non ponitur, qui dicātur ꝓpriè creditores, sed abusiuè. Accedāt quæ habentur per Canonistas in proœ. 6. lib. in verbo, Creditor, circa princip. & quod super illo uerbo notat ibi Archi.

58 † Et successiuè iuxta prędicta applicat Ioā. Fab. post Pet. & Ia. illām q. Quidam volens interficere hominē, vel facere aliquod aliud maleficium, per quod ex l. vel statuto bona sua applicant fisco: alienauit oīa bona sua, & postea illud maleficiū cōmisit, & fuit condēnatus: an fiscus poterit illa bona alienata, tanquā in eius fraudem, reuocare? Quam quæstionē latissimè explicat hìc Io. Fab. & eā etiam tāgit, & expedit & Nic. de Neap. post Rodul. in 4. q. extra glo. Quā quæstionem habetis latè examinatam per Bart. & ibidem per alios omnes in l. post contractū. ff. de don. vbi propriè cadit ista materia: ibi videatis. & in alijs cōcordantijs complurū doctorū, quas retuli vobis suprà in euidentialibus in j. euidentiali. Et in illis locis inuenietis etiam præsumptiones, ex quibus præsumitur, quem habuisse animū cōmittendi delictū: de quarum nōnullis feci mentionem in proposito materiæ nostræ suprà in glo. præcedenti. quas præsumptiones annectebat hìc successiuè Io. Fab. post qōnem ꝓxime dictā, & ēt Nic. de Nea. ubi suprà.

59 † Dubitabat etiam successiuè Ioā. Faber de quæstione no. an cùm quis in animo suo proposuerit committere delictum propter quod erat successura publicatio, siue confiscatio omnium bonorū, & propterea bona omnia alienauit: deinde ipsum pœnituit: an poterit bona alienator reuocare, tanquam alienata ob causam, quæ secuta non sit. Et determinat Ioann. Fabr. ꝙ non, nisi probaret alienationem fictā, & imaginariā. Quod etiam dicit tangere Spe. in tit. de dona. in ver. item pone. Addo quòd istam quæstionem in terminis format. Bart. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. procurator quoque, in finali. col. ff. de iureiurand. & ibi dicit se habuisse hanc quęstionē in facto: & ibi aliter determinat, distinguendo vt ibi ꝑ eum. De cuius decisione dubitat, an & quomodo procedere

u possit do. Abb. u * Panor. in cap. inter dilectos, extra de don. Habetis etiam aliquid per Bart. in l. filios. C. de reuo. his, quę in fraud. cred. & per Bal. in l. cùm confitearis. C. de reuo. dona. Ad alia autem, quæ gloss. nostra sentit, scilicet remedia ista reuocatoria competere etiam creditoribus in diem, & etiam creditoribus conditionalibus, quomodo gl. procedat, & debeat intelligi, & declarari? Dicite, ut ibi ꝑ Angel. de Are.

60 † An autem ille, cui debetur in diem, aut sub conditione, di-

x catur propriè creditor, necne? habetis latè per Bart. in l. j. x in fi. col. ff. si cer. peta. per Io. And. in addi. Spe. in d. tit. de cessione actionis. super rub. ad fi. & habetis gl. no. in §. sub cōditione. in uer. differtur. & ibi per Ang. de Are. suprà de ver. oblig. & gl. in l. 2. §. creditum, in uerbo, Post nuptias. ff. si cert. petat.

61 † Nunquid autem legatarij. & fideicommissarij habeātur in materia ista loco creditorum. Io. Fab. hìc circa 7. col. determinat ꝙ sic, per tex. no. & expressum in l. j. C. qui manu. nō possunt. ubi dicitur ad contextum. Creditores autem etiam eos enumerādos esse, quibus fideicōmissum debetur. & per text. in l. qui in fraudē creditorū manumittitur, in prin. §. j. ff. qui. & à quib. Addo quòd illū text. in d. l. j. notat etiam ibi Bal. ad hoc quòd legatarius, cui purè debetur legatū, veniat appella-

y tione creditorū y: & idem ēt no. gl. in l. hæreditariū. in verbo Loco. ff. de actio. & obli. & glo. in l. fin. in glos. j. C. de hæredit.

actio. ibi idem tamen dicit Bald. quòd legatarij non dicuntur creditores hæreditatis, nisi largo modo.

110 pliciter transire videntur, † quòd imò hoc casu actio reuocatoria non dicitur oriri ex quasi contractu, sed dicitur nasci ex varijs figuris causarum: sicut in simili videmus in interdicto, Quod vi aut clam. quando competit aduersus eum, qui non ædificauit vi, aut clam, sed habet ædificatum: quo casu interdictum illud dicitur nasci ex varijs figuris causarū. Ad quod allegat Ang. de Aret. tex. nihil mihi facientem. in l. cōpetit. §. fin. ff. quod vi, aut clam. Nic. de Neap. hìc. prælleg. 4. col. & uersi. suprà dicto. post multorum opiniones relatas, finaliter concludendo dicit ꝙ tutius est tenere opin. Dyn. proximè relatam, quòd hoc casu actio reuocatoria non dicatur oriri ex quasi contractu, sed ex uarijs figuris causarum. Hoc etiam dicit sequi Ray. de For. hìc. Ego non mediocriter admiror de tot, tantisque patribus, quòd ita inaduertenter incidant in id, in quo ipsi reprehendunt gl. Reprehendebant. n. glo. in eo, quòd quando recipiens non fuit particeps doli, ꝙ actio reuocatoria tunc oriatur ex quasi contractu: quia dicūt præfati doct. quòd imò tunc oritur ex varijs figuris causarū. Sed certè nihil aliud est dicere, ex uarijs figuris causarum, nisi ex quasi maleficio, vel ex quasi contractu. Ita dixi vobis in §. omnium, super gl. in verb. & alijs quibusdam modis, suprà eo. tenere ipsosmet Dyn. Ioan. Fab. & Ang. de Aret. ibi. &
111 Bart. in l. j. in prin. ff. de act. & oblig. † Cùm ergo illa verba, Ex varijs figuris causarum: nullo modo possunt intelligi, nisi ex quasi maleficio, vel ex quasi contractu: in terminis nostris nullo modo possunt intelligi ex quasi maleficio, quando nullus dolus, & nulla culpa recipientis intercessit, prout ipsimet omnes fatentur: ergo intelliguntur ex quasi contractu. Ergo doct. omnes dum uolunt hoc casu istam reuocatoriā nasci ex varijs figuris causarum, volunt illud, quod vult gloss. s. ꝙ nascatur ex quasi contractu: ergo benè reincidunt in id, qđ ipsimet reprobant. Concludendo ergo teneo gl. nostram, scilicet quòd quando recipiens nullius fraudis fuit particeps, ꝙ hoc casu reuocatoria, quæ contra eum competit, dicatur nasci ex quasi contractu. ad similitudinem eius, cui indebitum omni iure ignoranter est solutum, qui tenetur ex quasi contractu. §. itē is cui. suprà de obligation. quę ex quasi cōtractu. Et ad hanc conclusionē fundandam adduco optimum simile, & quasi in terminis nostris, quod per alios non adducit. Nam si hæres præstitit legata legatarijs, uel fideicommissarijs, relicta in fraudem creditorum, quamuis legatarij, uel fideicommissarij nullius fraudis participes extiterūt, iuxta l. q. autē. §. penul. ff. quæ in fraud. creditorum. tamen ab eis legata reuocantur, & conueniuntur condictione indebiti. l. finali §. si uerò creditores. C. de iure deliberand. Si conueniuntur condictione indebiti, ergo tenentur ex quasi cōtractu, dict. §. is qui. Ergo clarissimè relinquitur ꝙ actio reuocatoria, quæ datur contra non participes fraudis, oritur ex quasi contractu. Et ista est mera ueritas.

Non omitto tamen circa hanc ultimam conclusionem gl. quod Iacobus de Rauenna, & subtilis Petr. de Bella Pertica reprehendebant etiam hanc conclusionem gloss. tenentes ꝙ hoc casu, quando creditor non participauit fraudem, ꝙ reuocatoria, quæ contra eum competit, non oriatur ex quasi contractu, nec ex uarijs figuris causarum: & sic quòd nullo
112 modo sit natiua, sed dicatur esse datiua, quia, † secundum eos, non habet præexistentem sufficientem materiam, ex qua oriatur:

oriatur:ergo non est natiua,sed datiua:vt latè declaraui in §. rursus,super gloss.in uersi.rescissa,suprà eodem. Dicunt etiã ipsi quòd hoc casu reuocatoria non oritur ex contractu, nec quasi:nec ex maleficio,nec quasi. Quod patet:nam quando debitor alienauit rem quamuis in fraudem creditorum,in eũ qui non fuit particeps fraudis, sed bona fide recepit, nemini dubium est ꝙ trãslatum est dominium in recipientem, qđ diceretur esse translatum, etiam si mala fide recepisset: vt l.si sciens,in princ.ff.de contrahenda emptio. ergo nullo remedio potest creditoribus succurri: non ratione directi dominij,uel quasi,nec utilis,vt clarè patet,nec ratione alicuius alterius iuris:quia quamuis creditor habeat debitorem, vbi tñ non interuenit hypotheca tacita, uel expressa generalis, uel specialis,nullum ius dicitur habere in bonis debitoris,vt videbitis in §.proximè seq. Nullum etiam remedium habent ex maleficio vel quasi,quãdo nullus dolus,nulla culpa in recipiente interuenit: ergo creditores omni penitùs remedio sunt destituti. Verùm quia iste bonorum possessor habet res penes se titulo lucratiuo,aliàs non posset reuocatoria conueniri,vt vidistis suprà,in gloss.prima.mag.circa princ. idcirco uisum est æquum prætori semper habenti æquitatẽ ante oculos,iuxta l.æquissimum ordinem prætor est secutus, in prin. ff.de bo.poss.secundum tabu.& l.quod si Ephesi, in fin.ff.de eo,quod cer.lo.creditores certantes de damno vitando, saluare à damno:propterea dedit eis reuocatoriam perinde ac si res alienata nõ fuisset,sed semper in bonis debitoris remãsisset.ergo bene relinquitur concludendum hoc casu, talem reuocatoriam dici datiuam, & non natiuam. Quamuis ista ratio Vltramontanorum prima fronte habeat aliquid coloris,ego tamen contra eos intrepidè teneo,ꝙ imò hoc casu talis actio sit natiua,& non datiua. Moueor tali fundamento: nam actio reuocatoria, quę competit creditori, siue recipiẽs fuerit particeps fraudis,siue non, semper dicitur esse personalis:prout tenet præsens gloss.in secunda parte prin. proxi. pręceden.quam omnes ibi sequuntur, & ipsimet Vltramon.
d Si ergo est personalis, [d]*ergo necesse est quòd nascatur ex contractu vel quasi,ex maleficio vel quasi:aliàs non posset dici personalis:vt est tex.in §.omnium,suprà eod. & dixi in primo euidentiali:ergo necessariò habet materiam præexistentem,ex qua nascitur:ergo impossibile est dicere quòd sit datiua. Et per ista sit expedita tertia pars principalis glos.

Sum modò in quarta parte principali ibi: sed nunquid habet retentionem. quæ non eget subdiuisione.

In ea.gl.ibi:vt ff.de euic.l.euictus. Ad hoc allego meliorẽ tex.& in terminis in l.prior.C.qui po.in pig.ha.

In fin.glos.Stat ergo ex hac ultima parte principali huius
113 gloss.†conclusio,ꝙ possessores bonorum, in quos facta est alienatio per debitorem in fraudem,cõuenti à creditoribus, soluendo debitum,possunt uti retentione. Dyn.hìc in pen.q. quam refert Bar.in l.ait prætor.§. præterea sciendum. versic. illud,hìc alleg.in gl.dicebat quòd conclusio huius gl.procedit antè quàm sit intentata actio reuocatoria per creditorẽ: sed postquam semel fuit intentata actio reuocatoria per creditorẽ,quo casu aperitur ius agendi reuocatoria alijs etiam creditoribus, in quos nulla fuit commissa fraus per recipientem.& talis actio competit ex persona intentãtis.d.ver. illud, hoc casu non posset possessor conuentus soluendo illi creditori debitum suum,uti retentione:quia tractaretur de præiudicio aliorum creditorum. Sed istudmet,quod Dyn. vult etiã gloss.nostra hìc,dum se remittit ad ea,quæ dixit in dicto versicul.illud,ubi gl.in uerb.actionem,ita in eis distinguit:& ita etiam tenet Nico.de Neap.hìc,in quinta,& vltima quæst.glossarum:quamuis referat Iac.But.indistinctè tenere,& non benè,quòd semper possessori competat retentio. Ioan.Fab. hìc tenet ꝙ prædicta distinctio Dy.& gl.procedit quando creditor ageret respectu debiti consistentis in quantitate semel soluenda. Sed vbi debitum esset perpetuum,ut annui reditus in perpetuum,vel esset debitum in specie, puta certus fundus, tunc habet ipse pro absurdo, ꝙ possessor soluendo debitum possit vti retentione,& quodam modo compellere creditores ad uendendum potissimum quando deberetur species, vt certus fundus,contra l.à diuo Pio.§. quod si res.ff.de iud. Sed quando debetur quantitas, tunc nulla, secundum eum, resultat absurditas, nec vllum interesse creditores: habet.n. quod petit,scilicet pecuniam. Et ad hoc dicit, benè facere l. euictus,à contrario sensu, hìc allegatã in gl.nostra.ff.de euic.
e Ego [e]*multum admiror de hac distinctione, seu opi.Io.Fab. nam quando deberetur quantitas, quomodo diceretur possessor uti retentione? Istud non benè cadit in sensum meum, maximè cùm in quantitatibus non cadat affectio: &, quod fortius est,etiam quando deberetur species certa, nihilominus potest semper possessor uti retentione: vt est casus valde not.quem Ang.de Aret.hìc,reputat sing.in l.Paulus. aliàs incip.Sempronius.ff.quib.mo.pig.vel hypo.sol. & quod forti⁹ adhuc est,ibidem est tex.multùm sing. ꝙ qualiscunque possessor,siue iustus,siue iniustus, habet debitum offerendo facultatem retinẽdi, & quod illa l.Paulus.§.fina.ineuitabiliter stringit contra Ioan.Fab.inducta ex mente Nic.de Neap. hic
114 in loco suprà proximò alle.†Nã faciliùs debet repelli agẽs de iure speciali,quàm agens de iure communi,vulgata l.eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. mili. sed creditor habens hypothecam,& sic agens hypothecaria,& cõsequẽter agens de iure communi, nihilominus repellitur per oblationem debiti, dicta l.Paulus. §. fin. quanto fortiùs debebit repelli creditor,qui nullam habet hypothecam, & agit de iure speciali ad reuocationẽ? certè multò fortiùs. Nec uer ũest ꝙ d.l.euictus,quidquam probet à contrario sensu per Ioannem Fab.imò contra eum stringit, dum loquitur in credito-
115 re certi serui,& sic speciei. † Et usque ad quantum tempus possit bonorum possessor hanc oblationem debiti facere, ut retentione utatur eo casu,quo de nullius tertij præiudicio tractaretur,& an etiam post sententiam: habetis in text.quem Bart.ibi habet pro singulari, & dicit se nescire alibi in l.si q̃s stipulatus sit decem in melle.ff.de sol.& ibi Bart. ad fin.illius l.ponit quid iuris in terminis nostris. Dicite vt ibi per eum, & per Spec.in tit.de obli. & sol. aliàs acti.§.j.in uersi. quid si tu mihi.& per Bal.in dicta l.Paulus.§.fin.in lec.antiqua. & dicit Ang.de Aret.hìc,& benè, quòd in debitore istud non est ita mirabile,siue singulare: quia in eo etiam est alius casus in l. fundus.§.si plures.ff.de pigno.

Extra gl.ad complementum materiæ Angelus de Aret.hic refert simpliciter,nullo addito, nonnullas conclusiones Bal. in rubr.C.de reuo.his,quæ in frau.cred.in prin.quas Bald.ibi reputat mirabiles,& ex hac materia nostra mirabiliter inferri. Ego ex his referam tres tantùm, quæ sunt perpetuò tenendæ affixæ cordi,& perpetua nota dignæ: de alijs feci mentionem suprà in locis,in quibus opportunius ceciderunt. Prima
116 est:Nostis†quòd si eadem res uẽdatur duobus, ille est potior in rei uendicatione,& Publiciana, cui prius fuit res tradita.l.quoties.C.de rei uendic.l. siue autem. §.si duobus est. ff.de Publi. Si tamen eadem res duobus esset uendita,& esset priùs in fraudem tradita uni,etiam per fraudem participanti,posset talis traditio per reuocatoriam reuocari, ut ille nõ
f præferatur. [f]Si autem esset facta traditio ex causa donationis,etiamsi recipiens nullam fraudem participasset, reuocaretur per hanc reuocatoriam actionẽ:cùm in lucratiuis nulla requiratur participatio fraudis à recipiente:ut est glos.suprà eod.§.& in gl.prima.mag.in prin.ut ibi uidistis. Et ista est maxima,& singularissima limitatio ad d.l. quoties. & ad d.§.si duobus,circa quam videte tamen Salic.in d.l. quoties.in 10. oppo.& etiam in gloss.prima, in uersi.iure. & ibi clariùs, & meliùs Alb.de Rosa.

117 † Secunda conclusio est. Si creditor cessit alicui iura sua, quæ habet contra debitorem, & antequam interueniat unũ de tribus positis in l.3.C.de noua. liberet debitorem suum: potest cessionarius,in cuius fraudem liberauit, talem liberationem per hanc reuocatoriam reuocare. Quod uerbum singul.tene menti ad d.l.3. Imò fortius, & singularius uisus est uelle Bald.in ea rubrica,in prima colum.in uersi. consydera quod dixi de liberatione,ꝙ imò isto casu nulla reuocatione sit opus, sed ꝙ liberatio sit ipso iure nulla. In quo tamen nihil clari firmat:uidete ibi per eum. Ad quod uideatis quę no. Bar.in l.facta.§.si hæres.ff.ad Tre.

118 † Tertia & ultima cõclusio pro nunc est: Nostis quòd creditores habentes hypothecam, quamuis etiam sint posteriores tempore,præferuntur creditoribus prioribus nullam hy-

pothecam

pothecam habentibus. Si tñ debitor transferret hypothecā creditoribus posterioribus cum eorum participatione fraudis, certè priores creditores chirographarij hi, qui nullam habent hypothecam, non postponerentur prioribus creditoribus, qui sortiti sunt posteriorem hypothecā in eorū fraudem: imò illa hypotheca posset per hanc reuocatoriam reuo
g cari. g Quod est multum singulare, & tenebitis menti h* Est
h tamen verum, quòd in tribus prædictis singularib. dictis Bal. in dicta rub. dicit esse cogitandum.

119 † Tangit etiam successiuè post ista dicta Angel. de Aret. hic, & multùm diffusè, an filij possint reuocare alienata per patrem in eorum fraudem: & econtra, an pater possit reuocare alienata per filios in eius fraudem. Dicite vt hic abunde per eum: & sufficiant vobis, quæ circa hanc quæstionem dixi suprà in euidentialibus, in primo euidentiali, i vbi addidi multa bona circa hoc.

Vltra prædictas tres conclusiones Bal. quas suprà proximè retuli, ego ad perfectionem materiæ præsentis §. per viam cōclusionum addo quatuor notabiles decisiones in hac materia, quas reputo notatu dignas. Et in primis vnum in hac materia puto diligenter notandum, licet illud non reperiam alicubi in proprijs terminis in specie tactum,
120 † ꝙ si debitor alienauit aliqua bona in fraudem creditorum, & posteà superlucratus est de nouo alia bona, quibus potuit creditoribus optimè satisfieri, ꝙ si creditores fuerunt negligentes in consequendo creditum suum, si posteà denuò debitor efficiatur non soluendo, non poterunt creditores habere regressum contra bonorum possessores, in quos facta est alienatio à debitore in fraudem creditorum, & contra eos agere reuocatoria. Istud est quod probat mihi sing. tex. l. si fideiussores in id, in prin. ff. de fideiuss. per quem tex. ita in similibus terminis, scilicet in fideiussore, decidit Bal. singulariter in l. fi. in prin. in prima colum. ff. si cert. pet. & ibi reputat tex. illum singu. de illius tamen legis intellectu quomodo procedat ad terminos supradictos, quia nō est sine scrupulo, videte ibi Ray. de Forli. Ioan. de Imol. Paul. de Castr. & Cuma. in l. decem. ff. de verbo. obligatione. & ibidem omnino patrem, & præceptorem meum do. Alexand. de Imol. medullitus text. illū enucleantem in prima & secunda colum.

121 † Aliud, & secundò nota quòd si debitor sit hæres institutus, vel sibi sit relictum legatum, potest hæreditatem siue legitimam, siue honorariam, siue testamentariam repudiare, & eodem modo legatum, nec propterea dicitur creditores fraudare. Tex. est not. in l. qui autem, in princip. ff. quæ in frau. cre. Et ratio est, ut ibi inquit tex. quia patrimonium suum non diminuit, qui noluit acquirere: vt alibi inquit Iurisconsultus in l. alienationis verbum. §. primo. ff. de verborum significatione. ꝙ qui occasionē acquirendi non utitur, non intelligitur alienare. Et si instares? Nōne legatum vsque retro à morte testatoris fingitur esse nostrum. l. à Titio, in fin. cū vulgaribus. ff. de furt. ergo repudiando dicitur patrimoniū minui. Ad hoc respondebat Bar. in d. l. qui autem, in prin. & quāuis non dicat ipse, fuit ante eum elegans responsio Iurisconsulti in l. prima. §. vtrùm autem. ff. si quid in frau. pa. scilicet ꝙ si legatū usque retro fingatur esse nostrum, uerum est, nisi repudietur: At cùm repudiatur, retro nostrum non fuisse palàm est. Ista sunt formalia uerba illius text.

122 † Aduertite ad id, quod proximè dixi, scilicet quòd debitor potest repudiare legatum, uel hæreditatem, nec propterea dicitur creditores fraudare: quia istud nō haberet locum in hærede debitoris. Tex. est no. in l. liberto octuaginta. ff. de bo. lib. per quem text. ita tenet Dynus in dict. l. qui autem, in princ. vt refert, & sequitur Nicolaus de Neap. hic, in apo. te-
123 xtus. † De intellectu tamen illius l. liberto octuaginta. an, & quando procedat, videte Bartolū in l. si mihi, & tibi. in princ. ff. de legatis 1. & ibi Imo. & etiam Paul. de Castro, qui in recollectis Bononien. tenet quòd illa limitatio Dyni non sit uera: & quòd in dicta l. liberto octuaginta, sit speciale fauore patroni. Et ante eum ista fuit opinio Bal. loquentis tamen per verbum dubitatiuum, Fortè, in l. vnica, in penultima columna. C. de his, qui ante aper. tab. quod nunquam mihi placuit: quia si in patrono istud est inductum, qui non habet causam onerosam: quantò magis debet procedere in creditoribus causam onerosam habentibus? vt patet ex his, quæ suprà diximus, maximè super gl. prima. mag. circa princ. Ad prædicta etiam, & ad d. l. qui autem, in princ. accedat quod multùm signanter not. Bal. in l. maximum vitium. in quarta colum. post medium. in uersic. sed pone quòd frater. C. de lib. præte. vel
124 exhæred. vbi singu. decidit † quòd stante statuto, quòd existentibus masculis, filia non succedat: quòd si extat masculus & fœmina, potest masculus renuntiare huic statuto, & eius beneficio, & filias secum admittere, & hoc modo credi-
k toribus suis præiudicare. k quod verbum tenete perpetuò cordi affixum.

l l* † Dicebat etiam notanter Bal. in rub. C. de reuo. his, quæ
125 in fraud. cred: in penulti. colum. versic. decimo quæro, fideiussor, &c. quòd si fideiussor in fraudem creditorum renuntiauit beneficio de fideiussoribus, ut posset conueniri, reo nō excusso, quòd ista renuntiatio non poterit rescindi tanquam facta in fraudem creditorum: quia per istam renuntiationē fideiussor non fit pauperior, cùm exceptio excusionis non sit exceptio peremptoria, nec tangat medullam obligationis
126 secundum eum. † Accedat tex. ille no. in l. si cui. C. de non nume. pecu. vbi est tex. quòd si debitor, uel fideiussor, quibus competit exceptio non numeratæ pecuniæ, supersedant ea uti: quòd creditores poterunt eam opponere, secundū quod ibi in text. deciditur.

127 Aliud, & tertiò notate, † quòd si vxor tua instituere te hęredem, & rogaret ut post mortem tuam restitueres bona sua communi filio tuo, & suo: si tu habes suspicionem de creditoribus tuis, potes in continenti restituere hæreditatem filio, nec propterea diceris fraudare creditores: quia tale fideicōmissum ex coniecturata voluntate testantis non præsumitur esse conditionale, sed ab beneplacitum patris. Ita no. Bal. in rub. C. de reuo. his, quæ in fraud. cred. in penultima columna, per tex. qnem reputat ad hoc unicum, & singularem in iure, in l. patrem. secundum unam lect. ff. quæ in fraud. cre. ubi est casus expressus de hoc. Sed aduertite, ꝗa quis Bal. nō dixerit, ille textus uult adhuc unum, quod est lōgè singularius, ꝙ si tu pater in themate prædicto restituas hæreditatem in cōtinenti filio, non retenta quarta Trebellianica, quæ detrahitur ex fideicommissis vniuersalibus, secutus plenam fidem, & debitam pietatem, vt ibi inquit textus, quòd propterea nō diceris fraudasse creditores. qui tex. singul. nunquam exeat mentes vestras.

128 † Quartò, & vltimò aduertite, quòd si sint plures tertij bonorum possessores, in quos sit facta alienatio à debitore
m in fraudē creditorū, ꝙ creditor potest eligere vnū m * ex his possessoribus, quem uelit, & eum insolidum conuenire, quatenus ad eum peruenit, nec tenetur omnes possessores pro rata simul conuenire: ita no. determinat Bar. in l. Moschis. in princ. ff. de in fisci. per illum tex. iuncta gl. in uersi. omnem, & per tex. vbi hoc dixit esse expressum in l. creditoris. ff. de distra. pig. ubi idem firmat ipsemet Barto. quamuis Dyn. in d. l. Moschis, in prin. per illummet tex. teneat contrarium: scilicet quod imò omnes possessores sint pro rata conueniendi: prout eum refert, & sequi videtur Ioann. Fab. hic, in antepen.

129 † Restat postremò vt pro more videamus qualiter sit formandus libellus in hac reuocatoria. In quo paucis dicite ꝙ narrare debeo Qualiter Titius est debitor meus deducentis, & quamuis de hoc debito haberet notitiam, & sciret uires patrimonij sui, & bona sua non sufficerent ad satisfaciendū credito meo, tamen in fraudem & damnum meum alienauit, & tradidit talem fundum situm in tali loco, &c. & taliter cohærentiatum, &c. Sempronio fraudem participanti, & de prædictis habenti notitiam: & qualiter egi contra dictū Titium meum debitorem actione personali: & fuit mihi in dictis ducentis condemnatus, & iussu iudicis missus sum in possessionem bonorum dicti Titij: & qualiter facta diligenti excussione compertum est, bona dicti Titij ad satisfaciendum credito meo non sufficere: quare peto vt dictus fundus à debitore meo in fraudem meam alienatus, quem nunc possidet, seu detinet dictus Sempronius, seu detinet dictus Sempronius, seu restituendi facultatem habeat, vel dolo habere desijt: restituatur in bonis dicti Titij debitoris mei, perinde ac si alienatus non esset: & ego in possessionem eius mittar, vt

vt inde possit mihi de credito meo satisfieri: ad prædicta pe to dictum Sempronium simpliciter condemnari vnà cũ fructibus perceptis, pendentibus ab post litem contestatã percipiendis. Et si iste Sempronius, in quem facta est alienatio, haberet titulum lucratiuum, non esset necesse in libello facere mentionem qualiter ipse participauit de fraude, iuxta ea, quæ habuistis per gl.j.mag. in princip. suprà eo. & eo casu, quòd debitor liberasset unum alium debitorem suũ in fraudem creditorum, haberem necesse in libello concludere, & petere qualiter prædictus debitor liberatus in pristinã obli-
n gationem reducatur. iuxta l.ait prætor. §. præterea. n*ff. quæ in fraud. credi. Prædicta forma libellandi colligitur ex his, quæ dicta sunt in præcedentibus. in §. isto. & ex uerbis doct. hìc, & ex dictis Bar. in l. hac in factum. per illum text. & in l. si quis cùm haberet per illum text. ff. quæ in fraud. cred. Et vltra prædictam formam libelli in hac reuocatoria, habetis
130 per Spec. † qui est pater practicæ, in tit. de rebus ecclesi. nõ alie. §. j. & ibidem etiam ponit Specul. qualiter formandæ sint positiones in hac materia. Et per ista remanet perfectè expeditus iste §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a DISSIPANDO] Adde ang. in l. lex Cor. de vul. & pu. vbi ponit, nunquid pater possit alienare omnia bona sua & proijcere in mare, in præiudicium filiorum. & quid de patre vendente & confitente pretium recepisse, an præiudicet filijs: vide Bartho. Cepo. in cau. 36. in fin. & per eandem do. Ias. May. in l. si arrogator. in uigesima column. ff. de adop. & Abb. in cap. quamuis. in penul. column. in versicul. ex his infertur de reiudi.

b * Idem Iason. in l. nemo potest. col. 7. post Alex. ibi, dicit illam gloss. esse communiter approbatam. ff. de leg. j.

c * Adde quòd credo eum voluisse allegare Bald. in l. prima. C. plus vale. quod agi. &c. In uersic. decimò quæro. Bald. istud nõ dicit: nec etiam si diceret, eius dictum esset uerum: quia sicut fraus probatur ex his quæ gesta sunt post contractum, ita & simulatio. Et istud expressè firmat Bart. in l. post contractu. versic. tertiò præsumitur. ff. de dona. vbi simulatio probatur ex possessione uendentis post contractũ retenta sine præstatione mercedis, vel fructuum. Idem Bar. in l. sicut. §. supernacuum. 2. colum. ver. venio ad tertium. ff. quibus mo. pign. vel hypothe. sol. & in consil. 65. factum tale est: Petrus Nico. cum multis similibus, quæ ad hoc allegari possent, & rarò aut nunquam probaretur simulatio, si non posset nisi ex antè gestis probari, cum illa secretè fiant inter partes. Et hoc credo verissimum quicquid Iaso. dicat. Carcassona Sardus.

d HOMINE] Adde Zab. in cle. constitutionem. §. insuper. j. quæst. de elec. & Bar. plenè in l. si insul. de uer. obli.

e * Adde. Barto. in l. si quis stipulatus sit decem in melle. in fin. ff. de solu. Carcassona.

f §. Sed si fraudandi. ubi uide do. Alex. de Imol.

g * Rationem istam ponit Iurisconsultus in d. l. qui autem. §. simili modo. il 2. ff. eo. Sardus.

h LVCRATIVVS] Vide singul. domi. Alex. de Imol. in l. si donaturus. §. primo. de condict. cau. dat. ubi etiam uide Ludo. Roma.

i * Hæc limitatio in dubium refricari posset, tenendo intellectum gl. in d. l. 2. in verbo, obnoxijs. quia ciuitates loco priuatorum habentur. l. eum, qui vectigal. in fin. ff. de verb. sig. Carcassona.

k * Considera, utrũ dicta gl. & Ang. de Are. distinctionis fœdere dictis Rodul. & Nicol. de Neapo. conciliari possint hoc modo: ꝙ aut tempore traditionis recipiens non dederat, id quod ab eo occasione rei traditæ ab futurum erat, pretiũ puta, vel aliud, sed solum præcesserat simplex cõtractus: & isto casu verior videtur opinio gloss. per l. j. ff. eodem. quam allegat illa gl. & facit dictus. §. hoc edictum. ibi: qui accepit, &c. & sic uidetur considerare tempus traditionis. Et æquitatis ratio hoc suadere videtur, ex quo in tempore sciuit fraudem, quòd potuit per retentionem pretij vel eius, quod ab eo abfuturum erat, sibi consulere, & à damno creditores releuare, arg. l. ex his. ff. eod. nec fecit, sibi imputet. Et bene facit, ꝓ ista opi. tex. in l. secunda. §. circa. ff. de exc. dol. Aut tempore traditionis iam dederat, quod daturus erat: & tunc quandam mediam viam eligerem, ut creditorib. ad instar patroni subueniretur, quòd si recipiens minori pretio emerit, cogeretur aut iustum pretium complere, aut creditorib. pretium quod dederat inferentibus rem restituere. l. prima. §. si quis in fraud. ff. si quis in fraud. patr. quia hoc, quod plus ualet, dicitur recipiens quasi lucratiuam causam habere: vt est gloss. not. in l. apud Celsum. §. authoris. in verbo, causa. ff. de dol. exc. nec videtur emptor iniuria affici, cũ ei lucrum extorqueatur non damnum infligatur. l. qui autem. §. simili modo. l. secundo. ff. quæ in frau. cred. Aut iusto pretio emit: & tunc ne cogatur carere pretio, quòd bona fide soluit, procedat opinio Rod. & Nico. de Neap. arg. d. §. si quis in fraudem. suprà allegat. & cũ uterque tractet de damno vitando, potior debet esse conditio possidentis. l. si seruum. §. sequitur. in fi. ff. de verborum obligatione. nec videtur in dolo esse, qui procurauit damnũ vitare. l. atqui natura. §. si cum me absente. ff. de nego. gest. Carcassona Sardus.

l * Probet, vel non ille textus, non discussi: dictum tamẽ principale, quòd alienans meliora bona, præsumatur habere animum fraudandi, communiter recipiunt Docto. in d. l. in quartam. ff. ad leg. Falc. Sardus.

m Bal. quem vide ibidem in 2. colum. uer. 4. quæro, vbi dicitur quòd debet reuocari pro rata de qualibet re usque ad legitimam.

n CLAM] Quibus autem modis dicatur fieri clàm, vide Fel. in c. consuluit. ad fi. de off. deleg. & quod ibidem ad eum dixi in apo.

o FRAVDEM] Ex quib. autem fraus præsumatur, vide latissimè Firmianum in suo aureo repertorio, in verb. fraus. ver. 3.

p * Nec ibi Bartol. aliquid ponit, sed se remittit ad dicta per eum in authen. sed cùm testator.

q QVARTA BONORVM] Quarta autem sit legitima: & qualiter sit detrahenda, & quid si sit aucta ex forma statuti, vide domin. Bar. Soci. in consil. 230. incip. viso. ver. circa secundam dubitationem. cum seq. & in consil. 249. incip. Maria. versic. tertiò quæritur. circa prin. & in consi. 238. incip. circa primum. ver. prima conclu. in secunda parte. & in consil. 30. incip. quamuis versi. tertiò principaliter. & versic. decimò nota. circa fi. cum sequen. & in consil. 93. incip. circa primum. versi. circa tertiam. & uersi. præterea. & in consil. 150. incip. & nos. ver. succedit, & ver. confirmantur. & in consil. 108. incip. in hac. versicul. his tamen. in prima parte. & Oldr. in consil. 33.

r * Adde hoc videri etiam de mente gl. hic, dum allegat illum textum. Sardus.

s L. SI PER ERROREM] Vbi vide omninò do. Alex. de Imol. & limita, & dic ut ibi per eum.

t Adde quòd is, cui ex delicto debetur, dicatur creditor in materia nostra, est de mente Bart. in l. j. col. pe. ff. si cer. pet. & videtur bonus tex. in l. qui in fraudem. §. ex omni causa. ff. qui, & à quib. vbi seruus in fraudem creditorum prohibetur manumitti: & dicitur creditor, cui ex omni causa debetur: & sic etiam ex delicto. Carcassona.

u * Adde quòd Abb. in d. c. inter dilectos. nullum verbum facit de doctrina Bartol. in d. §. procurator quoque. sed ex his, quæ ipse ibi dicit in 3. not. & super gl. in uerbo Turpitudinẽ, posset morderi distinctio Bar. dum uult quòd allegans in fauorem suum rem litigiosam se alienasse, & ideo uolebat reuocare, non sit audiendus propter suam turpitudinem, nisi essemus in notorijs, & exceptione, seu allegatione, quæ in totum eliderет ius aduersarij, ut ibi per eum. Carcassona Sardus.

x IN L. PRIMA] Vbi uide do. Alex. de Imol. in penul. col. in ver. item inducitur, ubi per eum latè. & Bartho. Cep. in l. creditores. 3. quæst. de uerbo. signifi.

y CREDITORVM] Adde do. Alex. de Imol. in l. j. in 15. col. si cer. pe. cum ibidem datis. ubi etiam vide Fran. Are. & Barth. Cepo. in l. creditores. 3. q. de uerbo. signifi.

z * Adde

z * Adde, vnum esse valde notandum, quod voluit Bar. in d. l. j. in fine suæ distinctionis, quòd ex eo quòd quis scit habere creditores, & habiturum esse, præsumatur fraus: qđ licet in præteritis de plano procedat, ex quo alienans sciebat facta alienatione se non esse soluendo, tamen in futuris mihi dubia videtur eius decisio, per tex. in l. sed si maritus. §. fi. ff. q. & à quib. ibi: liquidis probationib. &c. & ꝙ in dubio præsumatur bona fides, & sine dolo facta alienatio, voluit & melius, iudicio meo, idem Bart. in l. ait prætor. §. ita demum. ff. eo. q. a & si cogitat se posse habere creditores in futurum, cogitat et ꝙ posset indies locupletari, & augere patrimonium suum. l. si defunctus. C. arbi tuto. l. cura. §. deficientiū. ff. de munere & honor. l. si creditores. in fi. ff. de separa. & cum istud, nunquid cogitauerit, vel non, de futuris, pendeat ex sua cõscientia, staretur dicto eius, per ea, quę latè vidimus suprà in §. sed istæ. super gl. magna. Carcassona Sardus.

a SIT NECESSARIA] Quando autem necessaria sit excusio, vide do. Mar. Soci. in consi. 24. inci. visis. versi. quartò videtur probari. cum ver. seq. in j. parte. Et quid quãdo agitur contra tertios possessores, an sit necessaria, & requiratur contra principalem, sicut quando debeat agi contra fideiussorem: vide do. Alex. de Imol. in consi. 136. in 2. col. in 2. parte. Et an fieri debeat de bonis sitis extra locum iudicij, uide per eum in consi. 84. in penultima & vltima. colum. in tertia parte. vbi ponit etiam quæ requirantur ad hoc vt possit per ueniri ad fideiussorem. Et an sit necessaria, & requiratur, vbi obligatio bonorum fuit facta per instrumentum guarentigiatum, vel per instrumentum publicum quod habebat executionem paratam: vide dom. Mar. Soci. in dicto consil. 24. in ver. & tamen si non op. circa medium.

b EXCVSSIONE] In quibus autem casibus fideiussor conueniri possit non facta excussione: vide Fran. Aret. in l. si ego. ff. si cert. pet. & quod ibidem dixi in apo. & quid quando quis tenetur in subsidium alterius, eo existente non soluẽdo, an non possit prius conueniri, nisi fiat excussio bonorum eius, in cuius subsidium tenetur: Dic quòd nonnisi aliqua iusta de causa notoriè inexigibilis appareat: vt per domi. Bartho. Soci. in consi. 55. incip. Præstantissime doc. in versi. secundò principaliter. circa fin. in prima parte.

c CREDITORVM] Vide do. Alexan. de Imo. ad hoc in consi. 136. in 2. colum. in secunda parte.

d * Adde Bar. in l. si is, qui pro emptore. in ult. col. de vsucap. do. Alex. in l. prima, colum. pe. in prin. ff. de acq. possessi. cum similib. vt ibi per modernos. Sardus.

e APICIBVS] Et idẽ dic, nõ esse necessaria, si ex forma statuti sit quòd procedi debeat summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Ità do. Mar. Soc. in consi. 24. incip. visis. ver. insuper. in prima parte.

f * Adde do. Alex. in l. si constante, in prin. col. 9. ff. sol. ma. asserentem excussionis exceptionem esse de apicibus iuris. Et alleg. Bald. in dictis apostillis. Carcassona.

g * Ante eum allegat Bald. illum textum in d. auth. contra qui propriam. colũ. secunda. C. de non nume. pecu. quem vide. Sardus.

h * Adde quòd etsi confiteatur antè, quàm de mendacio cõuincatur, ꝙ non perdat, secundum Ias. beneficium excussionis, non tamen euitabit quin ad expensas vsque ad confessionem factas, aduersario sit condemnandus, ut pœnam mendacij patiatur, arg. l. eum, quem temerè. ff. de iu. & eorũ, quæ habentur in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. facit doctrina Bar. in l. si quis inficiatus, in prin. in 2. not. ff. de po. Carcassona Sardus.

i OPPOSITVM] Et quo tempore debeat opponi exceptio excussionis, uide do. Alex. de Imo. in consi. 32. in prima colum. cum seq. in quarta parte. vbi etiam an debeat opponi specialiter, & quando opponi debeat, vide etiam do. Mar. Soci. in consi. 23. suprà allegato. in uer. quartò videtur probari, in prima parte. & ibidem in ver. quoniam. imò ponit quod est singulare, secundum eum, ꝙ si agens post litem contestatam excussionem vel probationem de inopia principalis debitoris non fecerit, succumbere debet, quia ligatum est exercitium agentis.

k * Addo Bar. tenentem sententiam esse necessariam, in l. sed si possessori. §. fin. ff. de iur. iuran. Sardus.

l FACTAM] Vide Fran. Are. in l. exitus. de acqui. poss. & in l. si ego. si cer. peta. & domi. Pe. Phi. Cor. in cons. 110. in litera a, & b, in j. parte.

m * Facit tex. in l. fin. C. de author. præstand.

n EXCVSSIONIS] Vide latè Iaco. de Are. in suo tract. discu. ver. quomodo & qualiter. Et quando dicatur esse facta excussio ad hoc ut agi possit contra fideiussorem. vide do. Alexan. in consi. 44. in prima col. in secunda parte.

o * Adde quòd hæc limitatio Iason. ut quod dicitur de anno vtili, procedat in rebus corporalibus dũtaxat, secus in liberatione debitoris: ni fallor, est mala, peior, pessima: ex diametro enim cum legibus pugnat. Primò est contra casum expressum in l. fina. C. de reuocan. his, quę in frau. cred. & contra l. prima. in princ. iuncto §. fin. ff. quæ in frau. cred. Non obstat dict. §. si conditionalis. qui tex. decepit Iaso. quia loquitur in temporalibus actionibus, quæ anno vel sex mensib. durabant, vt exemplificat gl. & bene d. §. si conditionalis. Et hoc ideo est, quia absurdum erat vt maius tempus daretur reuocationi, q̃ esset uita ipsius actionis. in perpetuis verò actionibus secus est: ut in legib. suprà alleg. finge enim quempiã mihi aliqua perpetua actione teneri, cuius vita triginta annorũ curriculo concluditur. l. omnes. l. sicut. C. de præs. trigin. uel quadragin. annorum. & quòd post biennium fortè eũ in fraudem liberauerim creditorum: secundum Iason. 28. anni reuocationi darentur: quod absonum, & contra prætoris edictum est: ut dicta l. prima, in prin. iuncto fin. Ant. Ang. Carcassona Sardus.

p * Aduertas quòd tenendo opi. gl. per d. l. qui autẽ. §. fi. & d. l. ait prætor. §. annus. ff. eo. quæ iura sunt multum aperta. nec solutio doctorum satisfacit, quia maximo laborat scrupulo diuinationis.

q * Ad arg. doctorum responde ꝙ ex quo creditores sciebãt alienationẽ, poterant facere discussionem, ut sic ad tertios rerum possessores peruenire possent. Si non fecerunt, eorum negligentia præstat eis impedimentum, nę contra rerum possessores agant, & sic sunt impediti impedimento facti proprij, id est negligentiæ: quo casu impedito impedimento facti, currit præscriptio: ut per Bar. in l. unus ex socijs. §. fin. cum l. sequen. ff. de ser. rusti. præd. & in l. prima. §. si quis propter inundationem. ff. de iti. actuque pri. Et si instares quòd supra dicta procedunt in creditoribus scientibus alienationẽ: quid in ignorantibus alienationem? Dico idem quòd currat præscriptio, ex quo ignorãtia facti impediuntur, per supradicta, Sed restituentur ex generali clausula, si qua mihi iusta causa, &c. ut per Bar. in l. Aemilius. col. secunda. ff. de mino. & in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. cau. maio. cum similibus, ut dixi in §. rursus. colum. tertia. suprà eod. Carcassona Sardus.

r RESTITVERE] Adde Cy. in l. fi. C. ad l. Iuli. maic. & quid in alienatione rei ecclesiasticæ: uide Card. in cle. j. 25. q. de re. eccle. non alien.

s * Adde pro decisione, Bald. benè facere uulgare illud dictum, quòd bona transeunt in fiscum cum sua causa. l. uia cõstitui. §. si fundus, cum similib. ff. de serui. rust. præd. Sardus.

t NON LIBERARETVR] An & quibus casibus cedere non possit: uide Firmia. in suo aureo repertorio, in uer. debitor pauper uer. 13.

u * Idem uoluit Ias. in §. fin. col. prima. uersi. secundo, ego limito. infrà eodem. Sardus.

x FAVIANA] Cur autem competant actiones Fauiana, & Caluisiana, uide do. Bartho. Soc. in consi. 108. incip. in hac consultatione, circa fi. j. col. & circa princ. 5. col. in uersic. his tamen non obstant. in prima parte.

y PAVLIANA] Hæc actio Pauliana an, & quando competat, uide do. Bartho. Soci. in consil. 108. incip. in hac. in prima colum. in prima parte. & uide Dyn. in §. æquè, suprà eodem.

z * Adde quòd forsan gl. saluari posset ea ratione, quia hypothecaria actione duntaxat possessionem auocamus. l. si cum uenditor, in prin. ff. de actionibus.

a * Vide pro hoc bonum tex. in l. tertia. §. hæc actio. ff. si quid in frau. patr.

b VEL

b VEL QVASI] Vide Pari. de Put. in trac. Syndi. in c. j. de offici. syndic. ver. appellatio. vbi quod tenetur ex quasi maleficio.

c DELICTVM] Dic quòd quilibet dolus malus dicitur delictum: vt per do. Alex. de Imo. in l. si quis. ff. si. cert. peta. & in l. quod Nerua. ff. deposi.

d * Adde quòd penes me non est bona consequentia, Est personalis, ergo natiua. nam in l. 3. in prin. ff. commod. est personalis, & tamen datiua. Sard.

e * Aduertas, quia si Ias. percepisset mentem Fabri, non ita admiraretur. loquitur enim Ioan. Fab. quando in fraudē esset species alienata, & creditori reuocare volenti deberetur quantitas, tunc secundum Ioan. Fab. non esset absonum possessori quantitatem debiti creditori offerenti retentionē concedere, quia habet. quod petit creditor, nec sibi fit præiudicium quando verò deberetur certa species, puta fundus Sempronianus, vel quid simile, tunc negat Fab. & bene, possessori offerenti pretium, vel æstimationem, retentionem speciei in fraudem creditoris alienatæ concedendam quod primo vltra eum probatur, arg. l. si cum dos. §. si. cū l. seq. ff. rer. amo. Nec enim inuitus rem sibi debitam uendere compellendus est creditor. l. nec emere. C. de iure deli. secundò probatur opin. Ioan. Fab. intentio legis, est conseruare creditores indemnes, perinde ac si alienatio facta non fuisset, & res in bonis debitoris permansisset: vt est casus in hoc §. nostro. Sed si facta alienatio non esset, creditor speciem sibi debitam consequeretur: ergo agendo reuocatoria, idem consequi debet Præterea aliud pro alio regulariter inuito creditore solui nō potest l. 2. mutui datio. ff. si cert. pet. ergo nec etiā in casu nostro licebit. Item facit quia præsupponimus possessorē fraudis participem esse, alioquin non teneretur. l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in frau. cred. non debet ergo fraus illi opitulari in præiudicium creditori. arg. c. intelleximus. extra de iudi. l. fi. in prin. ff. de eo, per quē fac. er. Et hoc fortius procederet si possessor haberet causam lucratiuam. l. qui autem. §. simili modo. il 2. ff. quæ in frau. cre. & contra Ias. & alios pro opi. Ioan. Fab. facit, quia & si aliàs antequam perueniat ad tertios rerum possessores, sint debitoris bona excutienda, vt l. 1. quæ in frau. cred. & vidimus latè suprà in gl. in verbo. possessis. tamen quando creditor ageret contra tertium ad speciem sibi debitam, quam in fraudem creditorum recepisset, non posset huic excussionis exceptio opponi: quia ad certam speciem sibi debitum agit. Ita singulariter determinat Bal. in rub. in prima colum. C. de reuoc. his, quæ in frau. cred. quem refert & commendat idem Ias. suprà col. 14. ver. secundò principaliter limito. Idem pari ratione in q. nostra est dicendum: nec iura in contrarium allegata aliquid obstant: videlicet l. si fundus. §. si plures. ff. de pig. & l. Paulus. §. fi. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solua. & similia: quia loquuntur in agente hypothecaria: quo casu si quid ei debetur, offeratur, æquum est pignus liberari, quia consequitur quod sibi debebatur: quod in casu nostro cessat, cùm creditori non offeratur species sibi debita: nec in ll. suprà alleg. erant debitæ species illæ creditori, sed obligatæ. in casu verò nostro est debita species, ad quā agitur creditori. Cùm ergo diuersi sint casus illi à quæstione nostra, non est bona illatio l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. fi. ff. de calum. hæc est verissima solutio ad illas ll. & similes. & uis videre quod illæ ll. non loquantur in iure offerendi, secundum terminos quæst. nostræ, quia ius offerendi durat etiam post sententiam d. l. si fundus. §. si pluris. at in terminis nostris, gl. Dyn. Bart. in d. l. ait prætor. §. illud. & docto. hic concludunt, ius offerendi usque ad lit. cōtest. durare. Et ex his apparet quòd dictum Ioan. Fab. bene cadit in sensum, & est de iure verius. Carcassona Sardus.

f NON PRAEFERATVR] Sed ab extra quæro qualiter puniatur iste vendens rem duobus? Dic quòd punitur de falso, si tradat: vt per Bar. in l. qui duobus. ff. de fal. Item quæro cui prius præsumatur facta traditio? Dic quòd prius soluēti pretium: vnde emptori primò præsumitur facta traditio, si pretium prius soluerit: & tunc secundo præfertur: vt per Bal. fin in cap. si facta. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. & dominum Alexand. do. Imo. in dict. §. si duobus. vbi per Ang. & do. Alexand. plenius in l. prima. C. de edic. diui Adria. tol. & Lud. Ro. in sing. versi. venditio, scis. l. quoties. Sed quæro quis dicatur potior in bonis venditis. quando uenditio prima facta est valida à procuratore, secunda à domino, an ille, qui habet causam à domino, an verò ille, q. habet causam à procuratore. De quā quæstione dic. vt per do. Bart. Soc. in consil. 239. inci. præsentes. uer. succedit omninò, cū seq. in 2. part.

g REVOCARI] Sed quid si præsens creditor habeat generalem & specialem hypothecam in vna re, & posterior habet specialem in alia re: an præsens creditor poterit experiri virtute generalis hypothecæ contra rem posteriori postea specialiter hypothecatam? Dic quòd non, donec præsens creditor potest sibi satisfacere de re sibi specialiter hypothecata: ut per domin. Bartho. Socin. in consil. 198. incip. primo aspectu: versi. quinto & ultimo cum sequent. in 2. part.

h Adde de hoc videri casum expressum in l. ait prætor. §. si cui. ff. quæ in frau. cred. Sardus.

i In euidentiali. Vide in. j. & 2. num. & etiam in. 19.

k PRAEIVDICARE] Et hoc idem tenet do. Alex. de Imo. in l. rem. de his, quæ in frau. cred.

l * Adde pro hoc dicto Bal. bene facere: nam cùm liberum fuisset fratri in totum repudiare hæreditatem in præiudiciū creditorum, nec poterant ipsi conqueri. d. l. qui autē, in prin. ff. eo. multo magis poterit sororem ad partem admittere, arg. optimi tex. in l. j. §. quod autem. ff. si quid in fraud. patro. Carcassona Sardus.

m Aduertas, quia contra hanc decisionem Bart. facit l. fin. C. de deb. ciui. lib. vndecimo. vbi pro rata quisque conuenitur. Cui idē Bart. respondet in l. creditoris. ff. de distrac. pign. quod ideo ibi pro rata possessores conueniuntur, quia bona non erant obligata. Sentiens in hac solu. apertè q vbi bona non essent obligata, pro rata quisque cōneniendus esset. Sed in materia nostra necessariò præsupponimus bona non esse obligata nomine pignoris, uel hypothecæ: ergo pro rata quisque conueniendus est. Et q bona non censeri debeant hypothecata in materia nostra, patet, quia siue essent bona fide alienata, siue fraudulenter, non esset necessaria actio reuocatoria, nec fieret aliquod præiudicium creditori. l. debito rem. C. de pignor. l. sicut. §. non videtur. ff. quibus mod. pig. vel hypothe. sol. Et sic dicta l. fin. secundum intellectum eiusdem Bar. vrget contra ipsum. Nec obst. l. Moschis. etiam intelligendo secundum Bar. illā dictionem, Omnem, quia loquitur in fisco, qui habet hypothecam, ut l. 2. C. in quib. cau. pig. taci. contrah. & l. secunda. C. de priui. fisc. Et in ueritate Bar. tam in d. l. Moschis. ff. de iu. fis. quàm in d. l. creditoris. loquitur in habentib. hypothecam. & in terminis q. nostrę potius Bar. videtur Dyn. adhærere, per d. l. fin. C. de debit. ciuita. intelligendo prout suprà dixi esse ex mente Bar. in d. l. creditoris. Et sic verior est opin. Dyn. & Ioan. Fab. quæ est etiam Bar. quem Ias. (salua pace) non intellexit: nisi palliando opi. Ias. diceres Respondendo ad l. fin. C. de debi. ciui. quod nimirum si in d. l. fin. quisque pro rata conuenitur, quia sicut vnum fuit contra eos statutum, vt fraudis non participes tenerētur, ut vidimus in j. glos. suprà per Ias. ita aliud fuit pro eis inductum, ut pro rata conuenirentur: arg. l. eum, qui. in princ. ff. de iureiuran. & §. necessarij. Inst. de hære. q. ali. & disse. tñ magis mihi placet Dyni sententia. Carcassona Sardus.

n * Melius facit d. l. hac in factum. ff. eo. & l. fi. C. eo.

SVMMARIA §. ITEM Seruiana.

1 *Pignus quotuplex in iure reperiatur.*

2 *Pignus prætorium quid sit.*

3 *Pignus iudiciale quid.*

4 *Pignus prætorium, & pignus iudiciale qualiter differat.*

5 *Pignus prætorium pro iudiciali, & econtra, indifferenter capitur.*

Pignus conuentionale quid sit, eod. nu.

6 *Pignus conuentionale ex vna parte, & pignus prætorium & iudiciale ex altera, qualiter differant.*

7 *Pignus prætorium & conuentionale in quibus cōueniant.*

8 Excussio

§. ITEM SERVIANA.

AD euidentiam huius §. & eius materiæ, nec non ad intelligentiam infrà dicendorum: præmittite vobis† quòd in iure
1 nostro triplex reperitur pignus: quoddam est pignus prætorium: quoddam est pignus iudiciale: quoddam, & tertiò, est pignus conuentionale. Ego addo quartum, videlicet pignus legale, quod constituitur à lege tacitè, & de hoc tractatur hic.

2 † Pignus ergo prætorium dicitur esse illud, quando prætor, vel alius iudex habens iurisdictionem ordinariam, mittit aliquem in possessionem, propterea quòd non cauetur sibi, vt in causa damni infecti, aut legatorum seruandorum: & ex hac missione causatur pignus prætorium. & de isto prætorio pignore non loquitur tex. iste, sed tit. ff. de dam. infec. & tit. ff. & C. vt in pos. leg. & l. j. & 2, C. de præto. pig.

3 † Pignus autem iudiciale dicitur esse illud, quādo iudex tulit aliquam sententiam, & in executione illius sententiæ mittit in possessionem bonorum condemnati: ex ista missione causatur pignus iudiciale: & de eo etiam non loquitur iste §. sed tit. ff. & C. de bo. autho. iudi. pos. & l. à diuo Pio. per discursum illius l. ff. de re iudica. † Et inter pignus prætorium
4 & pignus iudiciale a reperio ꝙ duplex assignatur differētia.
a Vnam ponit gl. in rubr. C. de præto. pig. scilicet ꝙ illud dicatur prætorium pignus, quando datur à quocunque iudice ordinario. Si autem detur à delegato, dicatur pignus iudiciale. Quā differentiam reputat notabilem, & signandam Bar. in l. 2. ad fin. C. qui po. in pig. hab. Ita etiam ad eam se ibi remittit Bar. Aliam, & secundam differentiam ponit gl. in l. 2. in glo. j. C. de preto. pign. & in d. l. 2. gloss. in versi. pignore. C. qui pot. in pign. ha. vt illud dicatur esse prætorium pignus, quando nulla præcedente sententia, fit missio à iudice: vt est videre in causa damni infecti, quando quis mittitur in possessionē vicinarum ædium, propterea quòd vicinus, cuius sunt ædes, nolit cauere de damno infecto: & sic nulla adest sententia, prout etiam possumus videre in missione, quæ fit causa legatorum conseruandorum, quando fortassis legatum factum esset sub conditione, uel in diem: & ante purificationem conditionis, vel euentum diei hæres nollet præstare cautionem de præstando legato, adueniente conditione, vel die. Si autē præcederet sententia, & in illius sententiæ executione fieret missio, tūc dicitur pignus iudiciale. Est tamen verum quod gl. præalleg. dicunt, quòd indifferēter vnum capitur pro alio, prætorium pro iudiciali, & econtra.

5 † Tertium pignus, scilicet conuentionale, dicitur esse illud, quod ex partium conuentione procedit: & de isto propriè loquitur tex. noster, & eius materia.

6 † Quæ autem differentia sit inter pignus prætorium, & iudiciale ex vna parte, & pignus cōuētionale ex altera, & quot differentiæ sint, habetis glossam magistram, & meliorem de corpore iuris, in l. j. in principio. in gl. in versic. traditum. ff. de
b pignoratitia actione. & ibi notabilius, & ordinatius per b
7 Bart. qui etiam ponit† in quibus conueniant pignus prætoriū & conuentionale. Habetis ēt aliquid per gl. in l. cum notissimi. post prin. in glo. in uer. cōstituta. C. de præscrip. trigin. vel quadrag. an. per Bar. in l. si finita. §. si quis damni. ff. de dam. in fec. Et ad differentias, quas ponunt gl. & Bar. vbi suprà, potestis vnā addere, quæ in dictis locis non habetur. Nam in pignore conuentionali non potest agi hypothecaria cōtra tertios bonorum possessores, nisi prius facta excussione principalis debitoris. Auth. hoc si debitor. C. de pigno. Dixi latissimè in §. proximè præced. super gl. in ver. possessis. tamen in pignore prætorio si habens pignus prætorium ceciderit à possessione illius prætorij pignoris, etiam culpa sua, quo casu nihilo minus potest agere hypothecaria, vt est tex. pere-
8 grinus, & fortè sing. in l. 2. C. de prēt. pi. † certè si agat hypothecaria aduersus tertios bonorum possessores, non est necessaria, nec requiritur excussio principalis debitoris. Istud est quod dixit sing. Bald. in l. j. in penultima columna, ad fin. de reuo. his, quæ in frau. cred.

Hoc sic breuiter præmisso, diuido istū §. i tres partes principales. In prima ponit̃ dictū, ꝙ Seruiana, & quasi Seruiana sunt prætoriæ actiones. In scd̃a declarat̃, qñ cōpetit Seruiana, & qñ quasi Seruiana. In tertia ponit̃ cōueniētia, & ēt differētia inter pignus, & hypothecam. Scd̃a ibi: Seruiana autem experitur quis. Tertia ibi: inter pignus autem, & hypothecā.

Seruiana, quæ cōpetit pro rebus coloni ob pēsionē obligatis, & quasi Seruiana, quæ pro alijs pignoribus, & hypothecis dat̃, sunt prætoriæ. hoc dicit primò. Et inter pignus, & hypothecam, quantum ad actionem, non est differentia, sed be-
9 ne in modo constituendi. † quia pignus propriè dicitur quod
c traditione fit: hypotheca autem, quæ sola conuentione contrahitur, hoc dicit secundò, & vltimò.

Gloss.in ver.quasi Seruiana.diuido in tres partes principales.Nam in prima posuit quare appellatur quasi Seruiana cū hac nota diminutionis,Quasi.In secunda posuit etymologiā Seruianæ,& quasi Seruianæ. In tertia posuit differentiam inter Seruianam actionem,& Saluianum interdictum. Secūda ibi:vtraque tamen Seruiana dicitur.Tertia ibi:sed quæ est differentia inter Seruianam.

In eadē gl.ibi:vt ff.de legi.& senatuscon.l.fin.habetis duo.
82 Primò, † quare quasi Seruiana appelletur cum hac nota diminutiua,Quasi:nam dicit gl.istud esse ad differentiam superioris,& vt à superiore cognoscatur. Vel potestis aliter dicere,& fortè etiam melius,prout etiam dicit Nicol. de Neapol. hic,in j.quæst.extra gloss.quòd ideo appellata est, quasi Seruiana,quia non est ita plena,sicut Seruiana.Nam per istā quasi Seruianam non ita plenè prouidetur creditori,sicut per Seruianam prouidetur locatori:quia, vt dixi in glo.illa proximè præcedenti,habens Seruianam,facta inclusione potest bona propria authoritate capere:quod non est in habēte quasi Seruianam.Dubito tamen quòd illud, ꝙ locator possit propria authoritate capere, non est virtute actionis Seruianæ,quæ in hoc pleniùs locatori prouideat, sed virtute inclusionis, qua mediante locator consequitur possessionem bonorum inclusorum:declaraui in gl.illa proximè præcedenti. Et istud pu
83 to verius. Non recedatis à gl. quamuis paruus effectus † sit in hoc.

c c Secundò habetis ex gl.etymologiam, quare dicta sit Seruiana,& quasi Seruiana:quia à seruando. Per has enim actiones iura creditorum conseruantur:propterea ꝙ melius sit,vt vulgò dicitur, pignori incumbere, quàm in personam age
d re; d vt inquit tex.in §.furti.el.j.suprà de oblig.quæ ex deli.facit §.fin.suprà quib.mod.re.contrahi. oblig. Et hac ratione
84 possumus dicere † ꝙ Saluianum interdictum:de quo latè videbitis in seq.parte gl.dictum sit à saluando: prout etiam dicit Nico.de Neap.in j.q.extra gloss.

Vnde autem dicta sit hypothecaria, & quare sic dicta sit, habetis declaratum per Iacob.de Rauen.secundum quod eū refert Ioan.Fab.in penulti.col.vbi dicit ꝙ hypothecaria dicitur ab hypo,quod est sub,& thesis, quod est positio, quasi sit suppositio,id est,obligatio.Nā,ſm eū suppositio,& obligatio idem sunt.Ad hoc benè inducit rub.ff.de reb. eo. dum in fine rub.dicitur,non alienandis vel supponendis.quam rub.alibi inducit Bar.ad notabilem quæstionem in l.fundus.ff.de ann. leg.Quam quæstionē examinat latissimè Ioann. Fab.hic, in penult.& vltim.col.& credo ꝙ eā melius determinet, q̃ Bar.

In fin.gl.habetis differentiam inter Seruianam actionem,
85 & Saluianum interdictū: † quia agens Seruiana actione, tenetur probare debitorem suum dominum earum rerū, quas intulit in prædiū conductū ad hoc vt vigore tacitæ hypothecæ possit obtinere:agentem autem Saluiano interdicto sufficit probare debitorem possedisse, & sic sufficit probare solā possessionem absque dominio. Hanc etiam differentiam ponit & tenet gl.in d.§.interdictum.in versic.pepigisse,infrà de interdi.& gloss.mag.in fin.in ver.competit.in l.j. C. de pręc. & Salua.interdict.

Pro clara tamen intelligentia huius differentiæ, & pro habenda ueritate eius,quod vult gl.quòd agentē Seruiana opor
86 teat probare debitorem dominum:reassumo in dubiū † quid teneat,ꝓbare agēs Seruiana ad hoc vt in ea possit obtinere.

In quo puncto gl.nostræ sunt multum variæ: nam glo.hæc vt statim vidistis,tenet ꝙ probandum sit dominium debitoris.Et idem volunt gl.concordantes suprà proximè alle. Hāc gl.nostram cum concordantibus reprehendit Dyn.hic, & dicit ꝙ ista glo.est diabolica,& quod malè dicit:imò ꝙ nō potuisset peius dicere.Nam data veritate huius glos.sequeretur maxima iniquitas,quòd agens Seruiana,vix,aut nunquā obtineret,si necesse haberet probare dominiū debitoris. cuius dominij probatio est difficillima,vt tradit Bar.in l.rem, quæ nobis.ff.de acqui.pos.& in l.rem alienam. in 2.col. ff. de pig. act.& dixi abundanter in §.sed istæ,suprà eo. Nec in contrarium,secundum eum,aliquid faciūt alleg. per glo. scilicet.l. & quæ nondum sunt.§.j.& l.si superatus.ff.de pigno.quia in eis non dicitur,ꝙ creditor debeat probare debitorem domi
87 num,sed rem fuisse in bonis debitoris. † Et aliud est probare quem esse dominum,& aliud probare rē esse in bonis: quia, vt inquit tex.in l.bonorum.§.in bonis.ff. de verborum significatione,in bonis nostris computari sciendum est, non solùm quæ dominij nostri sunt, sed etiam quæ bona fide possidemus.De hoc tamen,quando res dicatur esse in bonis nostris, dixi in §.sed istæ.in 2.char.suprà eod.vbi circa hęc multa elegantia retuli.Pro hac opin.Dyn.benè facit l.si ab eo. ff. de pigno.& l.ante omnia.ff.de proba.vbi dicit tex. ꝙ creditor de
88 bet probare rem pertinere ad debitorem: † & quòd verbum
e Pertinere,latissimè patet e,vt est tex.in l.verbum illud Pertinere.ff.de verbo.significa.Et ita etiam tenet Ioann.Fab. hic. Est verum quòd Cyn.in l.cum res,quem ibi refert.Barto.C.si res alie.pig.da.fit,reprobat hanc opin. Dyn. per aliqua satis bona iura:& sustinet gl.nostram hic,respondens ad adducta in contrarium; cuius Cyn.opin. reprobat ibi Bartol. & sequitur

quitur Dyn.hic,dicite vt ibi per eum. Et ideo in proposito nostro alib.gl.in l.rem alienã.in glo.prima.ff.de pign.act.te-
89 net † quòd sufficit, agentem hypothecaria probare possessionem debitoris cum bona fide,& titulo.Alibi glo.in l.cùm res,in gl.fin.C.si res alie.pigno.data sit.tenet ꝙ sufficit probare possessionem debitoris cũ bona fide, absque eo ꝙ probetur de titulo.& Baldus in d.l.cùm res. ibidem in princip.ita exorditur,ꝙ illa lex portat coronã totius materię, quid probandum sit in hypothecaria.ibi tex.glo.& docto.plenissimè. Dyn.hic,in hac glossarum varietate paucis se expedit distinguendo,& has gloss. ad concordiam reducendo, & dicit ꝙ ita seruatur communiter per aduocatos. Et eius distinctio,licet ipse non dixerit,fuit ante eum,gloss.in l. ante omnia.ff.de probat.Aut res hypothecata reperitur penes debitorem, aut penes extraneum. Primo casu sufficit probare solam possessionem debitoris: quia ipse debitor non potest referre quæstionem dominij.Et ita,secundum eum, procedat glos.in d.l. cùm res.Secundo verò casu,quando res hypothecata reperitur penes extraneum: & hoc casu debet saltem probari possessio debitoris cum titulo, & bona fide. Ita procedat gl. in d.l.rem alienam.Et ratio est,secũdum eum,quia creditor debet esse eiusdem cõditionis,cuius erat debitor suus,in cuius locum successit. Quemadmodum ergo debitor suus habuisset necesse probare ad minus de possessione sua cum titulo, & bona fide,ita habebit necesse probare & creditor.Et hanc distinctionem sentit etiam gl.prima circa fin.in dicta l.rem alienam.& eam in primo membro sequitur Ioan. Fab.hic,& Bar.post Cyn.in l.cùm res.& omnes docto. vt infrà referam. In secundo membro aliter distinguitur, vt infrà dicam: sed hanc distinctionem Dyn.reprobat Cyn.in d.l.cum res. & ibidem posteà ipse Cyn.ponit aliam distinctionẽ quam distinctionem successiuè posteà reprehendit ibi Rayn. in multis membris.vt hìc per Nicol.de Neap.in 7. opposi. gloss.

Sed non curo,nec expedit referre tot anfractus,& varietates antiquorum nostrorũ in hac difficultate. Placet mihi modus procedendi,quem obseruat Ang.de Aret.hic,vt ex dictis Cyn.Bar.Bal.& Salice.post gl.& alios docto. antiquos in d.l. cum res.C.si alie.res pignor.data sit.Et Bartolus in dicta l.rẽ alienam. & Cyn. Bar. & Baldus in l. de rebus. C. de do.ante nup.& Ang.in l.si superatus.in prin.& l.si Titio. ff.de pigno. Et ideo faciamus tres casus principales, quamuis Angel.de Aret.quatuor fecerit.Aut agitur hypothecaria contra ipsum principalem debitorem possidentem.Aut agitur contra tertium possessorem habentem causam à debitore. Aut agitur contra tertium possessorem extraneum omnino, & nullam penitùs causam habentem à debitore. Primo casu principali: scilicet quando agitur hypothecaria contra ipsum principalem debitorem,facite vobis firmam conclusionem,in qua nemo dubitat,ꝙ sufficit probare solam possessionem debitoris.& est ratio,quia debitor cõuentus non potest referre quęstionem dominij:sicut nec econtra, creditor conuentus à debitore propter fructus, quos percepit ex re hypothecata,nõ potest dominij quæstionem referre.l. si pignore. aliàs incip.l. & si metus.§.si prædo.& §.si creditor. ff.de pigno.act. bonus tex.in l.si inter.§.j.ff.de pigno. ne alius de suo mendacio arguatur:vt inquit tex.in d.l.rem alienam. ad fin. Debet tamen aduocatus in actu practico esse benè cautus in hoc, vt elegãter declarat Bar.in d.l.rem alienam. in secunda colum. vt nõ solùm dicat,& ponat de possessione debitoris,sed etiam debet deducere,& proponere debitorẽ fuisse dñm,vel habuisse dictam rem in bonis:quod probatur eo ipso, ꝙ probata fuerit possessio debitoris,vt statim dixi,cùm ipse debitor conuẽtus non possit referre quæstionẽ dominij: aliàs autem si hoc non deduceret, succumberet, tanquam plenè ius suum non deducens.Ita Bar.vbi suprà, & sequitur Salic. in l.certi iuris. C.loca.Et hoc dictum benè not. Ang.de Aret.hic, ad practicam.Ego istud dictum confirmo optima ratione: quia nunquam ex possessione præsumitur dominium,si dominium nõ fuerit allegatum. Ita notanter Bald.in l.etiam. in tertia col. C.de execu.rei iudi. Non ergo sufficeret probare possessionẽ nisi dominiũ fuisset allegatũ:quo casu,si dominiũ fuerit allegatum,tũc ex probatione possessionis dominiũ præsumet.

Prædicta limitantur multùm singu.per Sal.in d.l.cùm res. C.si alie.res pigno.vt procedãt in hypotheca speciali, in qua debitor ipse conuentus non potest referre quæstionem dominij:sed in generali hypotheca,in qua debitor generaliter omnia bona sua hypothecasset,vt quotidiè fit, posset debitor cõuentus hypothecaria ad aliquam rem dicere quòd illa res pro qua conuenitur,non est sua,sed alterius, puta Titij:& debebit ipsum Titium in iudicio nominare,iuxta l.2.cum materia.C.vbi in rem ac.& maximè si debitor asserat se recolligere fructus illius rei nomine ipsius Titij, iuxta l.Titia.in princ. ff.de solu.Et ratio diuersitatis est, secundum eum, quia tunc non conuincitur de mendacio, iuxta dictam l.rem alienam. in fi.Et ita singu.refert,& transit Angel.hìc. Ista peregrina & singu.limitatio Sali.summoperè placet: sed non eius diuersitatis ratio,ꝙ in hypotheca speciali non possit debitor conuẽtus referre quæstionem dominij, ne de mandacio arguatur: cõuentus autem generali hypotheca benè possit referre quæstionem dominij: quia tunc nõ conuinceretur de mendacio. Ista ratio(iudicio meo) nihil penitùs valet: nam si verum est ꝙ res hypothecata non sit debitoris:& tũc siue sit hypotheca specialis,siue generalis, neutro casu de mendacio conuinceretur.Si autem verum sit, rem hypothecatam esse debitoris:& tunc siue sit hypotheca specialis,siue generalis, si referat quæstionem dominij,& dicat rem esse alterius, ita cõuincetur de mendacio in generali hypotheca,sicut in speciali:& propterea semper in vtraque erit idem. Et propterea hæc ratio diuersitatis ita simpliciter intellecta nullum haberet saporem.Vnde ego puto aliam esse,& notabilẽ rationem diuersitatis:& credo ꝙ ista fuerit propria mens Salic. quamuis ipse bene non declaret,& Ang.de Aret. referens eũ non benè explicet.Nam quando debitor specialiter hypothecauit aliquã certam rem,quam possidebat,si ad eam conuentus hypothecaria opponat quæstionem dominij, replicabitur aduersus eum de dolo.Ista est doctrina & theorica magistralis Iuriscõsultis in d.l.si inter.§.j.ff.de pigno.quia arguitur dolus debitoris,qñ rẽ aliquã specialiter hypothecauit,& posteà conuẽtus ad eam refert quæstionem dominij. Sed quando debitor obligauit generaliter oĩa bona sua,& reperitur ꝙ possidet rẽ aliquã,quæ est aliena: si ad eam conueniatur hypothecaria, poterit referre quæstionem dominij: quia hoc casu nõ potest argui dolus suus in illa re,quam ipse specialiter non obligauit:& ista est mera veritas.

Secundo casu principali, qñ agitur hypothecaria contra tertium possessorem habentem causam à debitore, an sufficiat probari solam possessionẽ principalis debitoris. In hoc puncto Bar.contra morem suum est sibi ipsi contrarius: quia in d.l.cũ res.C.si alie.res pigno. secutus Cyn. ibidem distinguit:Aut iste tertius possessor habet causam lucratiuã, & tũc in eo sit idem, quod in principali debitore conuento hypothecaria,ut sufficiat probare possessionem. Aut habet causam onerosam:& tunc secus,per l.apud Celsum.§. de authoris.& §.authoris aũt dolus.ff.de excep.do.Ipsemet verò Bar.ĩ d.l.rem alienam.in 2.col.ff.de pign.act.dicit,ꝙ istud sibi non placet:quia distinctio d.§.de authoris.an habeat causam lucratiuã vel onerosam,haberet locũ in agẽte: secus est in possidente,cui nunquam dolus authoris nocet.alle. l.an vitiũ.ff. de diuer.& tempo.ꝓscrip.& l.secunda.§.primo, cũ ibi no.ff. de excep.do.quæ leges nihil mihi probant.Et hæc uerba Bar. si fas est dicere,non sunt intellecta per Docto. sed infrà quid sibi uelint, clarissimè demonstrabo. cũ distinctione tñ Cyn. inter habẽtẽ cãm onerosam & lucratiuam, ut tenere Bal.in l. de rebus.ad fin.C.de do.ante nup.& Iac.But.in d.l.cùm res. Salic.verò in d.l.cùm res.in uer.quæro nunc secundò, quid si agatur,&c.secundum quod eum refert. Ang. de Are. hìc,dicit se assentire Bar.in l.rem alienam.in reprobatione distinctionis Cyn.sed non eius determinatione:quia imò ſm eum, sufficit solũ probare ꝙ debitor possidet illã rẽ vt suã: licet de titulo eius non probetur per aliquas rationes, de quibus hic ꝑ eũ:quas refert simpliciter Ang.hìc:ipse verò Ang.hic tenet indistinctè opi.Bar. in d.l.rem alienã.ꝙ qñ agit̃ hypothecaria ꝯ.tertiũ possessorẽ habẽtẽ cãm à principali debitore, siue sit onerosa,siue lucratiua, nõ sufficiat ꝓbare đ sola possessione principalis debitoris,nisi et̃ ꝓbet̃ đ eius dominio,vel saltẽ rẽ fuisse ĩ bonis principalis debitoris.Et ibi dicit Ang.đ Are.

maximum verbum, ꝙ ista opi. obseruatur in practica; & hāc opin. comprobat ipse optima ratione: quia habens hypothecariam, habet tantùm ius in re ad auocandam solam nudam possessionem: vt est textus not. in l. si cum uenditor. in princip. ff. de euic. quam Angel. de Aret. hic, non in isto loco, sed in colū. sequ. reputat singu. non autem titulum habet habilem ad causandum dominium, & sic ad inducendum vsucapiendi conditionem. Ille verò tertius, qui rem posside, & habet causam à principali debitore, habet titulum, & bonā fidem, & actualem possessionem de præsenti, & consequenter habet vsucapiendi conditionem. Cùm ergo habeat plura, & pinguiora iura, quàm agens hypothecaria, qui nullum penitus titulum habet: ergo sibi meritò est præferendus, per id, quod in simili dicunt doct. & Bar. in l. hæreditatis. C. de peti. hæred. dum assignant rationem quare petitio hæreditatis non detur contra titulo possidentem.

f f *Ego in hoc dubitatissimo puncto teneo hanc nouā opi. ꝙ si principalis debitor specialiter hypothecauit rē aliquā, quo casu si ipse principalis debitor conueniretur hypothecaria, & referret quæstionem dominij: obstaret replicatio doli: quia argueretur eius dolus per d. l. si inter. §. primo. ff. de pigno. Eodem modo tertius possessor habens causam lucratiuam ab eo, non posset referre quæstionem dominij: quia sic argueretur dolus authoris sui, qui sibi debet nocere, dicta l. apud Celsum. §. de authoris. & §. authoris aūt dolus. Et sic isto casu teneo quòd sufficiat probari solam possessionē principalis debitoris, cū ēt à tertio possessore conuento non possit referri quęstio dominij: cùm arguatur dolus principalis debitoris, à quo iste causam habuit lucratiuam. Secus tamen esset, si iste tertius possessor haberet causam onerosam: quia tunc cùm possit referre quæstionem dominij, nec dolus authoris sui habet sibi nocere: tunc non sufficeret probare solā possessionem principalis debitoris. Istud tamen intelligite, & limitate secundum quod singu. limitat Baldus in dicta l. de rebus. ad fin. ut procedat quando habent causam lucratiuā à debitore uellet uti illi causa: & sic uellet adiuuare se adminiculo sui authoris. Secus autem si nollet uti adminiculo authoris sui, sed simpliciter se tueri, & dicere quòd satis iuris habet eo ipso quòd possidet. Et ita etiam tenet Ioannes Fab. hic. Et hoc no. quia multùm limitat istam materiam. Et ante eos istud fuit originarium dictum Spec. in tit. de obligatio. & solutio. §. primo, in uersi. sed pone centum mutuauit. Et ego credo ꝙ istud sit propriè illud, quod uult Bartolus in dicta l. rem alienam. in secunda columna, quamuis ipse Bartolus non bene se declarauerit: & alij eum fortè non bene intellexerunt, dum dicit Bartolus ꝙ distinctio §. de authoris. habet locum in agente, non autem in possidente, cui nunquàm dolus authoris sui nocet. Vult enim dicere Bartolus, & ita eū intelligo, & declaro, quòd quando quis possidet & conuenitur, non allegat causam authoris sui, sed dicit satis iuris sibi esse, ex quo possidet: & propterea dolus authoris nunquàm sibi nocet: & quando ipse agit, necesse habet allegare causam authoris sui, in qua potest sibi nocere dolus authoris: & ideo tunc recurrimus ad distinctionem illius §. de authoris. ut si habeat causam lucratiuam, dolus authoris sibi noceat: secus si onerosam. Et ista fuit propria mens, seu intētio Bartoli. Vbi autem principalis debitor non hypothecasset specialiter rem aliquam, sed generaliter omnia bona sua: tūc ego puto ꝙ si ꝑ una ex rebus illis agatur hypothecariæ cōtra tertium possessorem, habentem causam à principali debitore, ēt si utatur causa, & ēt adminiculo principalis debitoris, ꝙ non sufficiat probare solam possessionem principalis debitoris, nisi etiam probetur ipsius dominium, uel fuisse in bonis principalis debitoris. Quo casu propter proprietatem hypothecæ antequam fieret alienatio in istum tertium possessorem, obtineret agens hypothecaria: aliàs autem succumberet, per rationem Angeli de Aretio suprà proximè relatā: quia tenuiora iura diceretur habere, quàm tertius possessor. Et ad hoc tenendum mouet me, quia quemadmodum ipse principalis, debitor, qui omnia bona generaliter obligauit, conuentus hypothecaria ad unam rem, referat quæstionem dominij, si non arguitur eius dolus, ut dixi suprà in primo membro principali. nullus ergo dolus est hoc tertio casu, ꝙ possit tertio possessori ab eo causam habenti nocere: & propterea non sufficit sola probatio possessionis. Et hanc theoricā assumo ex his, quæ uult Salicetus in primo membro principali huius distinctionis, secundum quod eum ibi retuli.

Tertio casu principali, & ultimo, quando agitur hypothecaria contra tertium possessorē omnino extraneū, & nullam penitus causam habentem à principali debitore: facite firmam conclusionē, in qua nemo docto. discrepat, ꝙ agens hypothecaria debet probare de dominio principalis debitoris, uel saltem de bona fide, & titulo, iuncta possessione. Et est ratio, quia agens ex persona sua habet solum ius hypothecæ, quod nullum titulum affert, nisi quòd nudam tantùm possessionem auocat, dicta leg. si cùm uenditor, in princip. Imò plus, non habet etiam ius hypothecæ, nisi probet de dominio principalis debitoris, aut de eius titulo, & bona fide: cùm aliàs non potuisset ius hypothecæ constituere: ut latè uidimus suprà in gl. in uerbo, coloni. in ultima parte. Cùm ergo agens hypothecaria habeat necesse fundare ius suum hypothecæ ex persona principalis debitoris: ergo necesse est ꝙ probet de dominio, aut titulo, & bona fide principalis debitoris: aliàs succumberet agens contra penitus extraneum possessorem: cùm iste extraneus possessor, qui nullam causam habet à principali debitore, possit sine dubio aliquo referre quæstionem dominij principalis debitoris: & consequenter possit dicere principalem debitorem nullum ius habuisse, quo mediante ius hypothecæ constitueret.

Aduertite tamen diligenter, quòd etiam isto ultimo casu principali, si debitori principali aliquod competeret interdictum contra istum extraneū possessorem ad auocandam possessionem, quod illud etiam competeret eius creditori, qui haberet omnia bona debitoris obligata: & consequenter iura, & actiones, iuxta dictum Bar. in d. l. rem alienam, in penultima col. Cynus & Salicetus in d. l. cùm res. C. si alie. res pign. Et ne erretis in actu practico, attendite ſm præfatos doctores, ꝙ isto casu, qñ aliquod interdictum cōpetit principali debitori pro auocanda possessione, ꝙ hoc casu eius creditori datur hypothecaria: quia hoc est falsum: imò datur utile interdictum. Directum aūt cōpetit principali debitori, qualecunque illud esset. textus est in lege nomen. in uersic. utilibus actionibus. C. quæ res pigno. Et ex prædictis habetis clarè & perfectè expeditam, & benè excussam hanc theoricam doctorū in articulo quid probandū sit agenti hypothecaria, & si ad eā benè aduerteritis, docto. in ea nō discrepant à distinctione Dyn. hic, quam suprà retuli, nisi in uno casu, qñ agitur hypothecaria contra tertium possessorem habentē causam à principali debitore: in alijs stant cū distinctione Dyni. Et ad istā theoricam docto. Proximè relatā videatis omnino latè Spec. in tit. de oblig. & sol. in §. primo. in uersi. sed quid debet creditor probare. cū tribus uersi. seq. & in tit. de pigno. §. j. in uersi. sed qrit. & ibi ponit Spec. multas subtiles qstiones circa materiā, & multas earū ī ſpē ponit hic Io. Fab. ī 6. 7. & 8. col. q̄ possēt hic ad ampliationem materiæ formari, si expediret.

His ita diligenter examinatis pro elicienda gl. nostræ ueri
90 tate, reuertor nunc ad ipsam gl. †quæ in differentia, quam assignat inter Seruianam actionem, & Saluianum interdictum, uult quòd in Seruiana actione debeat probari de dominio debitoris. Ex prædictis liquet uobis quòd ista gloss. in primo membro non dicit generaliter uerum, quod in Seruiana semper probari debeat de dominio debitoris: quia imò in pluribus casibus sufficit probare solam possessionem: & aliquando possessionē cū bona fide, & titulo, ut in prædictis uidistis.

91 † In secundo uerò membro glos. nostræ, dum uult quòd in Saluiano interdicto sufficiat probari possessionē: in hoc doctores omnes hic, & ubique ita simpliciter transeunt cum gl. Idem etiam tenet Bar. in dicta l. rem alienam. in secunda col. Ego puto ꝙ ista gl. bene dicat in Saluiano interdicto directo, quod datur tantum contra conductorem, & eius hæredem. l. prima. C. de Saluia. interdi. in quo uerum puto sufficere probari possessionem conductoris, cùm ipse conuentus non possit referre quæstionem dominij, declarando, & intelligēdo prout dixi, & declaraui suprà in primo membro principali distinctionis magnæ suprà positæ.

g g *Secus in Saluiano interdicto utili, quod datur contra tertiū. & extraneū possessorē. l. j. in

j.in princ.ff.de Saluia.interdict. & videbitis plura infrà in tertia differentia quam assignaturus sum.

92 † Puto quòd ista gl.non bene dixerit: & credo quamuis alicubi non inuenerim tactũ,aut declaratum, quòd in utili Saluiano interdicto, quod competit contra extraneum possessorem,non sufficit probari de sola possessione principalis conductoris:sed in eo quoque habemus distinguere prout distinguebã suprà in hypothecaria,in 2.& 3.mẽbro prin. ut si iste tertius possessor non haberet causam à principali conductore,uel haberet onerosam,necessariũ sit probare de dominio principalis conductoris,vel saltem de titulo. & bona fide cũ possessione: aliàs per istum tertiũ per extraneũ possessorẽ cõuentum vtili Saluiano interdicto posset referri quæstio dominij.Cogitate tñ an hæc vera sint: quia sunt meç nouæ considerationes.Et per hæc ego teneo quòd differentia gl.nostrę hìc cum alijs concordantibus suprà alleg.cũ qua transeunt om-

93 nes doct.hìc,& vbique,ut suprà vidistis, non sit uera: † cùm in probatione idem sit per omnia in Saluiano interdicto, quđ in hypothecaria:ut quando agitur contra ipsum conductorem possidentem,sufficiat sola probatio possessionis.Si contra tertium,distingue per omnia, ut suprà:& credo quod sit ueritas quamuis omnium opi.sit in contrarium.

Retenta tamen adhuc differentia gl. nostræ pro uera. quæ vera est in casibus,de quibus proxi.dixi, restat alia differentia:quia secundum hanc differentiam gl. sequitur maximum absurdum,ꝙ ista Seruiana actio nullius sit utilitatis,imò dãnosa: cùm in ea oporteat aliquando probari dominium directum,vel utile,aut quasi dominium, & sic bonam fidem & titulum.Agenti autem Saluiana interdicto sufficit probare solam possessionem:unde melius semper erit intentare Saluianum interdictum,in quo minùs agens grauatur onere probãdi. Nulla ergo fuit vtilitas introducere Seruianam actionẽ, imò potius damnosum. Vnde quamuis differentia gl. nostræ possit secundũ communẽ opin. aliquibus casibus procedere:ex ea tamen sequitur absurdum,de quo suprà, de quo absurdo dicam infrà expeditis differentijs, quæ sunt inter Saluianum interdictum,& Seruianam actionem.

94 † Alia ergo secunda differentia inter Saluianũ interdictũ, & Seruianam actionem ponitur per gl.in dicta lege j. in glo, mag.in ver.competit.in vltimis verbis. C. de prec. & Saluia. interdic.quia Saluianũ interdictũ est possessorium:hypothecaria verò,siue Seruiana,est iudicium petitoriũ.Et eandẽ differentiam sentit gl.in l.pignoris.C.de pigno.Et si diceres,nõne hypothecaria competit solùm ad auocandam nudã possessionem.l.si cum venditor,in princ.ff.de euic. quomodo ergo dicitur iudicium petitorium?imò potiùs debet dici iudicium possessorium.Ad hoc respondebat Barto.in l. prima.C. de Saluia.interdict.& in l.prima,in fi.princi.ff. eò ꝙ sicut per rei uendicationem auocatur possessio ratione dominij,& aliquando nuda detentatio,iuxta l.officiũ.in fi.ff. de rei ven. tamen quia debet constare de dominio agentis, & illud debet probari,propterea dicitur iudicium petitorium. Ita in proposito. quamuis per hypothecariam auocetur nuda possessio, tamen quia auocatur possessio ratione iuris hypothecæ, de quo iure debet constare,& illud debet probari propterea dicitur iudicium petitorium: sed in interdicto Saluiano dicemus,quòd ideo est iudicium possessorium,quia in eo non habet agens dicere rem esse sibi obligatam,sed simpliciter esse possessam ab eo,qui obligauit.

Et ex ista differentia infert multum signanter Barto. in d.l. prima.C.de Saluia.interdict.& in dicta l.prima in princip. ff.

95 eodem, quod † cum hypothecaria sit iudicium petitorium. & non possessorium, & consequenter cùm non sit iudicium momentaneæ possessionis, & ea sententia lata super hypothecaria,poterit appellari de iure ciuili:interdictum autẽ Saluianum cùm sit possessorium,sequitur, quòd à sententia lata super eodem,tãquã super iudicio momẽtaneæ possessionis, non poterit appellari de iure ciuili,iuxta l.vnica.C. si de momen.pos.fue.app.Et refert Barto.in dicta l.prima,in fin.prin. se ita dixisse in qõne de facto.Et ita etiã tenet Salic.& Floria. in dicta l.prima.C.de Saluia.interdict.& Angel.de Aret.hìc. qui eos ita simpliciter refert.Et ita etiam,scilicet quod à sententia lata in hypothecaria possit appellari, etiam de iure ciuili,tenet Bal.in illa l.vnica,in princ.ulti.colum.C. si de moment.pos.fue.appel.

Sed audite,quamuis cum istis transeant omnes,nec vnquã in eis inuenerim contrarietatem,ego tñ in eis multùm dubi-

96 to quomodo procedant,dũ vult Barto. † ꝙ hypothecaria sit iudicium petitorium: quia in ea probari debet de iure hypothecæ,nõne idem est in Saluiano interdicto? quomodò enim in eo agens posset obtinere,nisi ostenderet,& probaret de iure suæ hypothecæ? istud non video quomodo procedat.Et si diceres prout dicebat Barto.quòd agens Saluiano interdicto habet solũ dicere de possessione eius,qui sibi obligauit:adhuc minus intelligo quomodo istud procedat. Ex sola enim possessione alterius in æternum quis non obtineret,nisi in eaius aliquod haberet:ergo si fundat se super iure,habebit necesse illud probare ita in Saluiano interdicto,sicut in Seruiana actione. Et si vlterius diceres,quòd in Seruiana probatur de dominio, qđ nõ est in Saluia.interdicto:dico quòd propterea nõ debet Seruiana actio appellari iudiciũ petitoriũ: aliàs sequeretur quòd quando Seruiana intentatur contra ipsum, debitorem vel contra habentem causam lucratiuam ab eo, quibus casibus non probatur de dominio, sed de sola possessione,vt suprà abundè vidimus:ꝙ in illis casibus Seruiana nõ esset iudiciũ petitorium, sed possessorium. Itẽ sequeretur ꝙ in casibus,in quibus ego concludo suprà in vtili Saluiano interdicto esse probandũ de dominio, quod in illis casibus vtile Saluianum interdictum esset petitorium, & non possessorium.Cogitate,quia maximus effectus & maxima vtilitas ex

97 hac inuestigatione sequuntur, † propter beneficium appellandi,quod habet locũ in petitorijs, & non in possessorijs de iure ciuili,vt suprà dixi.Item dum in prædictis,vult Bar. dando simile de rei uendicatione, quòd per rei vendicationẽ aduocetur possessio:& sic sentit quòd in rei uendicatione conuentus restituat rem iure actionis: in hoc sunt diuersæ opin. & multi tenent contrarium, quod imò in rei vendicatione restitutio rei non veniat iure actionis, sed officio iudicis, de quo dicite,vt supra dixi in §.omnium.& in materia rei uendicationis,suprà eod.

Idem, & propius ad terminos materiæ nostræ,per prædicta videtur magis fortificari absurdum, de quo dixi supra in prima differentia gl.nostræ,ꝙ Seruiana reddatur inutilis, cũ habeamus Saluianũ interdictum, quod est iudicium possessorium cùm longe vtilius sit intentare iudiciũ possessorium, q̃ petitorium,iuxta consiliũ Iurisc.in l.is, qui destinauit.ff. de rei uendi.& in §.commodum,infrà de interdict.Præterea, &

98 fortius,quòd † Saluianum interdictũ, si sit possessorium, sit longè vtilius.patet: quia à sententia super eo lata de iure ciuili non appellatur:quod secus est in Seruiana:vt suprà dixi.Ad ista infrà respondebimus.

Alia, & vltima differentia inter Saluianum interdictũ, & Seruianã actionem,ponitur per Pet.& Cyn.in l. certi iuris.C.

99 loc.secundum quod eos refert Ang.hic, † quia Saluianũ interdictum non competit,nisi locatori prædij rustici, & nõ datur nisi contra conducentẽ,& eius hæredem.l.j.C. de Saluia. interd.Seruiana autẽ datur locatori prædij rustici, & vrbani: vt tenet gl.suprà in ver.coloni,in primis verbis.& ibi dixi.Itẽ datur nedum contra conducentẽ,& eius hæredẽ, imò etiam cõtra quemcunque extraneũ,vt suprà latè vidistis. Et hãc differenti ã sentit etiam gl.in dicta leg,pignoris,C,de pigno.dũ

110 dicit † quòd Seruiana est actio realis: Saluianum autem est personale.Et ex hac differentia respondent isti doct.ad absurdum,de quo suprà bis mentionem feci.Ex hac enim differẽtia patet cuius vtilitatis sit Seruiana: quia datur locatori etiã prædij urbani,& contra omnem possessorem, cui, & contra quos non competit Saluianum interdictum. Ista differentia reprehenditur per Ioan.Fab.hìc.& Ang.de Aret. & Nicol.de Neapo,in septima opi.glo.& per Barto.post gl.in l. prima.C. de Sal.interdict.& ibi per Sal.& Floria.& per Bartol.in l.j.in princ. ff. eodem quia quãuis Saluianum interdictũ directum non detur nisi locatori prædij,rustici,& contra conducentẽ, & eius hæredem. tamen vtile Saluianum interdictum datur locatori prædij vrbani, & cuilibet alteri locatori, & contra quẽlibet extraneũ possessorẽ:vt est tex.in l.prima,in uersi.debitor.& in uer.debitorem.quẽ ibi ponderãt Bart.& alij.C.de Sal

Sal.interd.& tex.in l.j.§.primò.in uersic.aduersus extraneos. ff.de Sal.interd.Et si instares subtiliter, & diceres quòd imò directum Saluianũ debet competere contra extraneum possessorem, cùm omnia interdicta regulariter sint personalia, in rẽ tamen scripta.l.j.§.fi.de interd.vidistis in §. omniũ. in primo euidẽtiali,suprà eodem:Rñdebat Bar.in l.j.ff.& C.de Saluia. interdict.quòd speciale est in Saluiano interdicto, ut non sit in rẽ scriptum,& consequenter non detur contra tertium possessorem.
101 Et ratio specialitatis est, secundum eum, † quia hypothecaria est accessoria ad personalem actionẽ:cùm ergo accessoriũ sapiat naturam principalis,iuxta l.si eum.§. qui iniuriarum.cũ iuribus vulgaribus.ff.si quis caut.& personalis actio non datur contra tertiũ possessorem,nec sequitur fundũ vt vulgò dicimus:propterea & hypothecaria, quæ est accessoria ad personalem actionẽ, non datur contra tertium possessorem:ergo eodem modo directũ Saluianum accessorium ad personalem actionem non cõpetit contra tertium possessorem:& consequenter non dicetur in rem scriptum. Et si diceres,adhuc videtur quòd Bar.multum errat,dum vult quòd hypothecaria,quæ est accessoria ad personalẽ actionẽ, non det contra tertium possessorem:quia istud est falsissimum, cùm hypothecaria competat contra omnem extraneum possessorem nullam habentem causam à principali, vt supra abundè vidimus.Ego ad hoc respondeo, saluando Bart. qui optimè locutus est, quòd hypothecaria directa non datur contra tertium possessorem,
b * sed tantùm contra principalẽ debitorem,& eius hæredem:hypothecaria verò vtilis bene dat contra omnem possessorẽ.Ita habetis text.declarantem in l. prima,in versi.vel quæ ad exemplum eius instituitur vtilis.C. de Salui.interdict.& tex.in l.nomen.in versi.vtilibus actionibus. C.quæ res pign. Et ita sanè habetis intelligere ea, quæ suprà diximus.Et si denuò instares tenaciùs,& diceres quòd eodẽ modo vtilis hypothecaria,& vtile Saluianum interdictũ non debent posse competere contra tertium possessorem, cùm & ipsa sunt accessoria ad personalem actionem:ego respondeo quòd vtilis hypothecaria, & utile Saluianum non sunt accessoria personalis actionis:quia competunt contra extraneos possessores,contra quos non competit personalis actio:sed in directis hypothecaria, & Saluiano habemus dicere quòd sint accessoriæ ad personalem actionem,cum dentur contra principalem debitorem, contra quem etiam competit personalis actio : vnde tunc bene sunt accessoriæ ad personalem actionem.Ita debetis intelligere,& defendere Bartol.

Vnum tamen mihi obstat contra Bar. in quo relinquo vos cogitantes: nam videretur quòd Saluianum interdictum vtile non deberet competere contra tertium possessorem: cum illud bene sit accessorium ad personalem actionem eo casu, quo competit contra conductorem prædij vrbani, cõtra quẽ etiam competit personalis actio : cuius personalis actionis istud utile accessoriũ dici potest:nunquid non uerũ sit id, quod dicit Bart.de directo Saluiano interdicto,ut in eo sit speciale quòd non sit in rem scriptum: aliter pro nunc non examino, & gl.habetis de directo tenentem contrariũ in dicta l.j.in gl. mag.in uersi.competit,in princ.C.de Salui.interd.& contrarium tenet Nicol.de Neap.hìc,in 7.oppo.gl.Reprobata ergo ista differentia Pet. & Cyn. sequitur etiam quòd non sit vera vtilitas, quam ipsi inferebant ex hac differentia, esse in Seruiana actione.

Restat igitur ut respondeamus, si responderi potest ad absurdum, de quo suprà bis feci mentionem,quòd nulla potest vtilitas introduci per hanc Seruianam actionem.Ioan.Fab.hìc, in 11.col.post relatas nõnullas vtilitates antiquorũ, quæ sunt in intentando Seruianam, quas ipse reprobat, dixi vltimò quòd vtilitas fuit introducere Seruianam actionẽ, & Saluianum interdictũ, vt haberemus iudicium possessorium & petitoriũ: vnde secũdum eum, cùm diuersæ sint actiones, & ad diuersa competant, nõ est absurdũ pro diuersis diuersa remedia introducere.Sed ex his, quæ dixi suprà in secunda differentia, clarè apparet per hoc nullam vtilitatem resultare,sed potius damnum.Et propterea ipse idem Ioan. Fab. dicit quòd utilitas est in alio, habere Seruianam,& ipsam intentare : quia si ego creditor egi Seruiana contra tertiũ possessorem,& obtinui,probando quòd res erat in bonis debitoris principalis;si ipse tertius posteà uelit agere iudicio petitorio,nõ audietur, nisi prius satisfiat:& si ego creditor egissem iudicio possessorio contra tertium, & obtinuissem, posset nihilò minus ipse tertius possessor, qui succubuit in iudicio possessorio, agere petitorio,iuxta l.exitus.ff.de acquiren.possess. Sed ista utilitas nullius effectus est:ut patet ex his quæ suprà dixi in prima differentia glo.nostræ:quia quando actum esset contra tertium possessorẽ, necessariò debuisset agi utili Saluiano interdicto, in quo ita necesse est probari de dominio, vel quasi principalis debitoris,sicut & in hypothecaria. Vnde si agens vtili Saluiano interdicto probaret rem fuisse in bonis principalis debitoris,idẽ esset in eo,quod in agente hypothecaria, siue Seruiana. Alias duas vtilitates Rodulph.de Auric.& vnam aliam tertiam Iacob.But.refert hìc Nicol.de Neap. in septima opp. glos.& eas meritò impugnat, nec dignæ sunt ut referantur: ideo de eis non curo facere mentionem.

Ego in hac difficultate tenendo cõmunes opin.quas suprà
102 retuli, nõ scirẽ aliud dicere,nisi plana fronte fateri, † quòd utilius sit intẽtare Saluianũ interdictũ,quàm Seruianã actionem. Et istud idem vult Ang.hìc,qui dicit quòd cauti aduocati nũquam intentant Seruianam actionem, sed Saluianum interdictũ.Et si dicis,Ad quid ergo fuit introducta Seruiana actio? nõ occurrit mihi aliud dicendum:& vos considerabitis,si aliud dici possit, nisi quòd prætor prius introduxit hanc Seruianã actionem:postea dum uideret agentem ea multis probationibus fatigari,introduxit postea istud Saluianum interdictum, in quo prætor voluit utilius, & vberius prouidere creditoribus.Et quamuis hoc non procedat sine diuinatione, istud tñ cõfirmo authoritate Iacob.But.& Nic. de Neap.in prima oppo.si.extra glo. qui in finali idem dicunt de Seruiana actione prius intro ducta à prętore antè quàm introduceret quasi Seruianam.Sed tenẽdo opi.quas ego suprà tenui contra doctor. apparet uobis non esse maioris vtilitatis intentare Saluianũ interdictum,quàm Seruianam: nec quo ad probationes, nec quò ad alia,ut suprà vidistis.Et ex his sit expedita hæc glo.

Et quia in ea vidimus quæ differentia sit inter Seruianam, siue hypothecariam actionem,& Saluianum interdictum : si
103 vultis modò scire † quæ differẽtia sit inter Seruianã, siue hypothecariã actionẽ ex una parte, & pignoratitiam tam directã,quàm cõtrariam,ex alia:videatis glò.magistra.ad quã semper recurrimus,in §.tertij.in ver.æmula. & in uersic. easdẽ res in proœ.Digestorum,vt dicit ibi Bart. quòd alibi in corpore iuris non habemus gl.meliorem.Illam ponit Angel.in §.actionum in materia pignoratitiæ actionis,infra eodem.

Glo.in uerbo,de qua re,diuido in duas partes:in prima declarat,siue ampliat tex.In secũda ponit fallentiã: nisi uelis dicere quòd in secunda per modum fallentiæ remouet tacitum cõtrarium ad tex.Secunda ibi:excepta tamen vrbana seruitute.

In ea.gl.ibi:corporalis vel incorporalis.vult glo. quòd incorporalia possint pignori obligari:& sic vult glo. quòd iura quæ sunt incorporalia,ut suprà de re.corpo.& incorpo.§.incorporales.possint pignori obligari. Hinc sumpta occasione
104 Ioan.Fab.hìc quærit de pluribus quæstionibus : † nunquid iura patronatus ecclesiarum,nunquid decimæ,nunquid feuda,nunquid iurisdictiones possint pignori obligari. Et quãuis ipse Ioan.Fab. vnamquanque harum quæstionum particulatim decidat, pro determinatione tamen omnium assumo mihi theoricam Bart.in l.si is qui.§.fin.ff.de pigno.alleg. in gl.quam theoricam refert ẽt hìc simpliciter Ang.vbi dicit Barto.si tu quęras an iurisdictiones,præeminentiæ,honores, ius participandi pedagium,ius patronatus,quod habet in ecclesijs,uel hominibus,& similia,possint pignori obligari:distingue.Quædam sunt iura quæ cõsistunt in personis,siue hominibus,ut sunt iura, quæ habet dominus in uasallos suos, & patronus in libertos:& ista non possunt obligari,sicut non possunt alienari.Et est ratio:quia nemo cogitur inuitus esse libertus alterius,aut alterius vasallus.Tex.est no.in l.is, qui. & in l.inuitus,in princ.ff.de fideicom.lib. tangit Bart.in l.si non sortem.§.libertus.in penultima columna, ff.de condic. inde.
105 Et ex illa l.inuitus, in princ. colligit ibi gl. prima argu. † quòd dominus non potest in alium alienare ius uasalli, uel feudi inuito vasallo.Et hoc multum no.Ange.hìc,contra principes
i vendentes,uel aliter alienantes terras sine uolũtate hoium i.

Ad

Ad hoc ego addo eleganter decisionem Bald.in capi.in generali.si de feu.fue.contro.inter do.& agna.in vsi.feu.ubi determinat in specie, ꝙ rex Franciæ non posset alienare vnam de ciuitatibus regni sui inuitis ciuibus. Allegat Host.in cap.dilecti filij.de maio.& obe.& ibi Ioan.Andr.in Nouell.& aliqua
106 alia. Et propterea subdit ibidem Bal. † quòd quando Constantinus donauit vrbem Romanam Papæ Syluestro, fecit populum consentire.

k k Fallit tamen quod suprà dixi, scilicet iura consistentia in personas non posse pignori obligari, secũdum Barto.vbi supra, nisi ex causa maximæ necessitatis, per l.j.C.de ope.lib. vbi est text.secundũ quod ibi no.Bar. in vltimis verbis, quod licet libertus non cogatur ad præstationẽ prætij operarũ, fallit in causa maximæ necessitatis. Ad idẽ alleg.glo.no.in l.pro hærede.§.si quid tñ, in gl.mag.in versi.maximè.ad fi.ff.de acqui.hære.quam ibidem etiam no.Bart. qui vult quod ex causa maximæ necessitatis operæ incertæ trãseant ad extraneos, quæ aliàs non transirent. Et pro hac limitatione ego addo qđ uoluit Bal.in l.secunda.C.commu.de lega. vbi dixit, sub du-
107 bio tamen Forte, † quòd licet feudum non possit pro aliquo debito pignori obligari.cap.primo, in princ.de prohi. feud. alie.per Fede.& infrà latiùs dicam: tamẽ pro necessitatibus
l ex causa feudi domino incumbentibus posset pignorari. l* Sed ex illa l.C.de ope.liber.sumit ibi argu.Bal.ad fi. quòd tẽpore necessitatis pro seruitijs personalibus potest dominus subditis suis imponere subsidium charitatiuum vsque ad ualorem operarum, vel mandare subditis quòd seruiant alijs in eisdem operibus: ut ibi per eum. Et dicit Bald.in l.iubemus nullam nauem, in princ.argu.illius tex.C.de sacrosan.eccle.
108 † quòd priuilegium exemptionis non prodest in casu magnæ necessitatis Reipublicæ, vel principis. Dixit tamen alibi multùm signanter Bal.in l.cum multa quæ est l.pen. C.de bo. quæ libe. quòd in casu necessitatis non potest dominus vendere rem subditi sui, nec in casu necessitatis potest vasallus compelli præstare collectas domino, aut angarias. Non tamẽ in hoc ultimo loco Bal.loquitur in casu maximę necessitatis, sed necessitatis simpliciter.

109 † Quædam, &c. secundò sunt iura, quæ non consistunt in personis, sed in rebus: & tunc si quidem sunt talia iura, ex quibus non percipiatur commodum pecuniarum, ut est ius patronatus ecclesiæ: & ista non possunt pignori obligari, vel a-
m lienari. m vt cap.cùm Bertholdus.& ibi no.in glos.in verbo, quodam iure.& in gl.fi.extra de re iu. Si verò ex eis participatur commodum pecuniarium, ut est ius percipiendi pedagiũ & ius percipiẽdarum decimarum, talia possunt pignori obligari: ut l.grege.§.& in superficiarijs.& dicta l.is, qui.§.vsusfructus.& §.fin.& l.sequen.ff.de pig.

110 † Intelligite tamen sanè id, quod dixi de decima, quãuis Bart.non declaret, scilicet ꝙ possit obligari: non intelligatis ꝙ ipsa decima possit pignori obligari, quia hoc est falsum. Cùm enim decima sit ius spirituale, nõ potest in laicum alienari, nec per laicum possideri: sed intelligite ꝙ fructus, & cõmoditas decimæ potest pignori obligari. Ita declarat, & tenet Specu.in tit.de pigno.§.fin.circa fin.quem refert, & sequitur Ioan.Fab.hic, in 14.col. Et iudicio meo, ista fuit propria mens Bart.in distin.suprà relata, dũ distinguit inter iura cõsistẽtia in rebus, ex quibus commodũ pecuniarũ percipiatur, vt illa possint obligari. Credo ꝙ uellet Bartol.quò ad fructus & cõmoditates: unde secus est in alijs, in quib. cõmodum pecuniariũ non percipiat. Et ita in simili apertiùs dicit Barto.in dict.l.si is, qui.§.vsusfructus, per tex.illũ, qui vult usumfructũ pignori posse obligari. Intelligitur sanè quò ad commoditatem vsusfructus, non autem quòd ipse vsusfructus possit pignori obligari.

111 † An autem regalia, ut marchia, ducatus, uel comitatus, possint pignori obligari, uel alienari, & quomodo, habetis per Bald.in Authen.ei qui.columna septima.versic. sed nunquid potest.C.de bon.autho.iudi.pot.

112 † An autem iurisdictiones possint pignorari, vel alienari, ponit Bal.in cap.j.in fi.quæ sint reg.& ibi tenet ꝙ non. & idẽ tenet Bal.in cap.primo.§.ad hæc. in prima colum. de pa.iur. firman.idem etiam tenet Bal.in cap.j.de feu.Marchiæ. vbi inter alia formaliter inquit: ꝙ sicut radij Solis non possunt separari à Sole: ita iurisdictio nõ potest separari à Princ pe, vel à Republica, unde orta est, & cuius causa uigorẽ suum obtinet: quamuis Bald.in c.si inter pares.§.primo, de lege Corradi.dixerit quòd de consuetudine uidemus castra, & uillas emi, & uendi cum mero & mistο imperio, & omnimoda potestate, seu iurisdictione: quæ consuetudo, secundum eũ, vincit legem: ut c.vnico.quod incipit Obertus.de feu.cog.& dicit Bal.in c.j.in secunda colũ. de feud.Marchiæ. quod hodie vsurpatũ est, ut in multis locis dignitates, & iurisdictiones vẽdantur, tanquam hæreditarium pecus, & ouile. Imò plus dicit Ioan.Fab.hic, sine dubio aliquo in 9. col, se non videre quare de iure iurisdictiones non possint obligari sicut & alia iura, iuxta l.nomen.C.quæ res pigno.obl.poss.

113 † Et an si pignoratur castrũ, possit creditor vti iurisdictione, & alijs iurib.incorporalibus: ponit Bal.in c.j.in fi. colum. de feu.dato in vicem legis commissariæ.

114 † Et an feudum possit pignori obligari n, habetis tex.ex-
n pressum in cap.j.in prin.de prohi.feu.alie.per Fed, determinantem ꝙ non licet pignorare feudum, nec in totum, nec in partẽ.& ibi gl.prima.& ibi Bal.latẽ ponit.& vide no.Bal.in l.2.C.commu.de leg.vbi limitat duob. modis: ut ibi per eũ. & Bal.in c.j.§.aut si libellario.in ultima col.qui.mo.feud.amit.

115 † Dixit tamen hìc signanter Ioan.Fab.in prælleg. 9.col. quòd quamuis feudum non possit pignori obligari, tamẽ fructus, & commoditas feudi bene possunt pignori obligari. Motus bene, & optimè ex his, quæ suprà diximus in decima, & in vsufructu.

116 Dicit etiam Ioã.Fab. † ꝙ quamuis feudum non possit de iure pignori obligari, quòd tamen secus est de consuetudine in regno Franciæ, ubi secundum eum, feuda venduntur & pignorantur, inuito domino.

In fin.gl.habetis fallentiam ad text.& rationem fallentiæ,
117 † ꝙ quamuis corporalia, & incorporalia possint pignorari, & obligari, quòd tamen seruitus urbana non potest obligari, ne vrbs ruinis deformetur. Et quamuis gl. hìc aliter nõ declaret istã rationem, eã tamen habetis bene declaratam per gl. in l.sed an uiæ.in ver.vtatur.& ibi Bart.ff. de pigno. quã Bart. legit cum fi.l.præcedentis, ubi dixit gl.hanc rationem declarando, ꝙ seruitutes urbanæ debent constitui cum quadã perpetuitate, ne ciuitas ruinus deformet. Vnde si tu constitueres mihi seruitutem tigni immittẽdi in parietem domus tuæ, donec pecuniam creditam solueres, si ego immisi tignum soluto debito, oporteret me illud tollere, & sic ędificiũ destruere: & cõsequenter vrbs ruina huius ædificij deformaretur: quod noluerũt iura. Quæ ratio cessat in seruitutibus rusticis, in quibus cessat ipsa deformatio vrbis. Nam si tu concessisti mihi seruitutem rusticam eundi per fundum tuum ad meum, donec pecuniam creditam solueres, nulla sequeretur vrbis deformatio, si soluta pecunia ego prohibeor in futurum ire. Et dicit Bar.in dicta l.si is, qui.§.fin. ꝙ ista ratio sibi satis placet. Et ex ea infert ibi Barto.sub dubio tamen Fortè: quod ubi esset talis seruitus vrbana, in qua cessaret prædicta ratio deformitatis ciuitatis, quod in ea benè cõsisteret obligatio pignoris: ut in hoc exemplo, Obligo tibi seruitutẽ altius non tollẽdi ædes meas, donec pecuniã creditã soluã. Certè in hac vrbana seruitute cessat publica ratio deformationis vrbis: ergo videtur quòd talis obligatio valeat. Et ista est magna limitatio, & restrictio ad dict. §. fin. indistinctè loquentem. Et ita etiam simpliciter transit Angel.hìc.

Sed audite, quod contra hanc rationem glos.& docto.duo obstant ineuitabiliter. primò tex.in l.3.ff.de preca. vbi est tex. quòd seruitus urbana tigni immittendi potest precario constitui, & tamen precarium potest quandocunque ad uoluntatẽ concedentis reuocari, etiam si expressè conuentũ sit contrarium.l.cũ precario, in princi.ff. de preca. Cùm ergo leges permittant concedi seruitutes vrbanas, ut est tigni immittendi precario, & consequenter concessas posse quandocunque reuocari: ergo non est uerum quòd attendant hanc deformationem vrbis: ergo ratio gl.non est vera.

Secũdò fortiter obstat, quòd seruitutes oẽs indifferenter licet ipso iure non possint ad tẽpus cõstitui, in effectũ tñ possunt.l.4.in prin.ff.de serui.tit.gene.ergo ista ratio gl.nõ est vera. Propter hæc duo terribilia contraria subtilis Pet. de Bella

Pert.

Per.hic secundum quod eũ refert Ioan.Fab.hic, in 9.col.dicit quòd iste est difficilis passus,& quod in eo nõ est trãseundem sicco pede.Et quãuis ipse Pet.multa dicat,& multa etiã scribantur per Io.Fab.hic,in 11.12.& 13.col. tñ per eorũ dicta non euacuatur difficultas suprà scriptorũ contrariorũ: & ad ea nihil boni respondent, per quod tollant mihi pruritũ auriũ.Ray.de Forli.hic,secundũ quod eũ refert Nic. de Nea. hic in 8.opinio.gl.respondet ꝙ si loquamur in casu certo, in quo clarè appareat,partẽ voluisse obligare seruitutẽ vrbanã: & possit.Ita loquitur dicta l.tertia.ff.de preca.Sed in casu dubio non est præsumendũ ꝙ uoluerit obligare seruitutẽ vrbanam,licet possit.Ita loquitur dicta l.si is,qui.§.fin.quãuis istã solutionem aliter non impugnet Nico. de Neap. imò videtur simpliciter cũ ea transire:tamen,iudicio meo,valet minus nihilo,& est contra tex.de directo,in dicta l.si is.§.fin. iuncta l. seq.vbi tex.clarè loquitur in aperta conuentione : & distinguit seruitutes rusticas ab vrbanis. Cogitate,quia non uideo quo modo propter hæc duo stringentia contraria possit ratio gl. nostræ,& concordantiam sustineri. Et miror ꝙ de istis cõtrarijs Angelus de Are.hic nullam fecerit mentionem, & ne minimum quidem uerbum dixerit.

o * † Glo.in uersi.maximè. diuido in tres partes principa-
118 les.In prima tacitè arguit superfluitatẽ tex. In secunda declarat quæ interuenire debeant vt sit pignus,& quæ vt sit hypotheca.In tertia enumerat actiones prætorias reales. Secunda ibi:iuxta principiũ.duo enim oportet interuenire . Tertia ibi:patet ergo quòd quatuor sunt prætoriæ.

In ea.gl.ibi:cùm pignus à pugno dicatur.Hæc glo. vult ꝙ ad hoc vt dicatur pignus,duo requirantur,scilicet, quod res sit mobilis,& ꝙ res tradatur. quæ gl.bene dicit secundũ Ioã. Fab.& Ang.de Aret.propriè sumendo pignus : ut dicto §.pignus.Sed largo modo pignus dicitur de re immobili, dummodo tradatur:ut patet expresse in l.si dominiũ,& in l. cum te.C.de pigno.Itẽ patet,quia solùm intitulatur rubri.ff.& C. de pigno.& tamen sub illa rub. tractatur etiam de hypotheca.Et propterea tex.dicit maximè.& nõ superabũdat, vt vult gl.de quo etiam hic per Nico.de Neapol.aliqua uerba effundentem in 9.oppo.glo.item etiam aliquando dicitur impropriè pignus,licet non tradatur:vt l. non solum.§. si rem.ff. de vsucapio.

In eadem gloss.ibi: & Seruiana,& quasi Seruiana.Habetis
119 † quòd Seruiana,siue hypothecaria,dicitur actio in rem siue realis,& idem tenet gl.j.suprà eodem.§.Concor.l. pignoris.ff.de pignoribus.& l.pignoris.C.de pign.& ibi gl. allegat
120 alias concordantes: vbi dicite fortius † quod imò hypothecaria nihil penitus habet personalitatis, sed tantùm realitatis:vt est tex.in l.secunda.C.si vnus ex plu.hæredi.cred.quem allegat Nic.de Neap.hic in prima oppo.gl.& eum ibi ponderat Bald.ad hoc,& habet pro valde no.& per eũ reprehendit gl.in l.si tibi.§.de pignore.in gl.mag.circa fin.ff.de pact.quę, secundũ eum , dicit ꝙ hypothecaria habet aliquid personalitatis ratione cõsensus.Et aduertite, quia nõ intelligatis quòd hypothecaria sit actio realis , eò quòd in ea requiratur traditio rei,prout in contractibus,in quibus constituitur ius in re, si traditio interueniat,iuxta l.traditionibus.C.de pact. & §.ꝑ traditionem,suprà de re.diui.Hypotheca enim solo nudo cõsensu cõtrahitur.l.prima.ff.de pig. actio.l.si tibi. §. de pigno. ff.de pac.Sed dicitur actio realis propter ius,quod habet creditor in re hypothecata constitutũ ex nudo consensu. dict.§. de pignore. vel ex traditione rei hypothecatæ: prout dixi in §.omniũ.in primo euidentiali.suprà eodẽ. & ista est mera veritas.Et ita dicit Bartolus in dicta l.pignoris.C.de pigno.quicquid dixerit Petrus de Bella Per.quę referunt, & sequi uidentur Ioan.Fab.& Ang.hic,quicquid etiam dixerit hic Nic. de Neapol.in prima oppos.gloss. qui post suum Rodul. de Auri. multa verba circa hoc effundit, & non expedit eius verbis in vanum occupare membranas.

In eadem glo.ibi:item fideicommissaria hæreditatis peti-
121 tio,vult ergo † quòd bonorũ possessoria hęreditatis petitio, & fideicõmissaria hæreditatis petitio,dicantur actiones reales.Hanc gl. in hoc reprehendit hic Nic. de Neap.in 9.oppo. glossarum,& dicit quòd in hoc glossa est falsa:quod licet verum sit,quòd sint prætoriæ,nõ tñ verũ est quòd sint reales.Nã cùm sint inductæ ad exemplũ petitionis hæreditatis,quæ,secundũ eum,est mista.l.hæreditatis.C.de peti.hæredi.ergo & istæ erunt mistæ,& maximè,cùm secundũ eũ, cõtineant præstationes reales,& personales.Veritas ergo huius glo.pendet ab hoc,an petitio hæreditatis sit realis,an mistæ?de quo dixi in §.sed istę.in glo.in uersi.tam in rem.7.col.suprà eod.& ibi: tenui contra hanc opi. Nico.quod imò petitio hæreditatis sit realis, quamuis contineat aliquas personales præstationes: ergo apparet quòd glo.nostra uerum dicit.

In fin.glo.dicit Ang.de Are.hanc glo. esse bene notãdam : & signandã:& meritò:quia magistralis est, & enumerat vobis actiones prætorias,quæ sunt reales . Sed caue , & cogita: quia per hanc glo. Imperator videtur argui de diminutione, cùm ex decem ꝑtorijs realibus hic tñ ponat quatuor , & sex omittat : nisi dixeris quòd Imperator non intendit in hoc §. tractare de omnibus realibus ꝑtorijs : & sic ẽt non tractat de oĩbus ꝑsonalibus actionibus.ut est tex.ĩ §.seq.in uers.& alias cõplures:sed tractat de aliquibus, ut declaret hãc diuisionẽ.

Glo.in uersi.nihil interest.Quæ gl.secundũ ordinẽ tex. dictionis,super qua est, debet præcedere alias tres gl. proximè præcedentes.Et si ad hoc aduertissem , legissem eã vobis suo ordine,propter ea, quæ sum pollicitus in prima gl. secũdum tamen omnes libros habetur pro gloss. fin. istius §. & ita oẽs docto.legunt:sed non est vis in hoc.Hæc gl.diuiditur in duas partes, prout duo contraria format contra tex. Secunda ibi: imò & etiam quantum ad actionem .

Ad fin.glo.hanc glo. declara prout declarat glo.in dicta l.
122 cùm notissimi,in princ.alleg.in gl.† quòd si res hypothecata possideť à tertio bona fide, & inter præsentes præscribitur iuri hypothecæ decẽ annis:si verò inter absentes, uiginti annis:si sine titulo,& mala fide,triginta annis : ab ipso verò debitore,quadraginta annis præscribitur.

123 Dubitat tamen Ioan.Fab.hic.nunquid † hodie iuri hypothecæ possit per tertium præscribi spacio decẽ,uel uiginti annorum? Et uidetur quòd non;quia cùm author suus fuerit in mala fide,cùm sciret se habere creditores, & alienauit:certè mala fides authoris habet nocere successori, vt ei non currat præscriptio decem vel uiginti annorum,per Authen.malæ fidei.C.de præscrip.long.temp.Contrariũ determinat Io.Fab, hic,& dicit quod ita cõsueuerunt tenere oẽs doct.in dict.Authen.malæ fidei.ex eo quòd illa Authentica loquatur in præscriptione dominij: nos loquimur in præscriptione hypothecæ,quæ est separata à dominio,& quæ non est tanti præiudicij,quanti est præscriptio dominij.De hoc tamen dicit uidendum Spe.in titulo de præscriptione, prope fi.& in tit.de pig. §.primo.ubi hoc ipse ponit in Spec.& etiam multa alia hanc materiam tangentia.Et cum Ioã.Fabr.transit simpliciter Angelus de Aretio hic:& idẽ Ange.in §.sed istæ.in 16.col.suprà eodẽ.& in §.furtiuæ.suprà de vsucap. & ita etiam tenet Cyn. & Ang.in dicta Authen.malæ fidei,& ibi Bal.secundũ bonas, & nouas lecturas.& Spe.in præalleg.tit.de præscri. in uersic. quid si debitor.& in versi.sed nunquid hodie.& ita etiã Ioã. Andr.in addi.Spe.qui etiã refert ita tenere Iacob.de Are.per tex.in l.sequitur.§.si rẽ.ff.de vsucap.& Ang.& Imo.in l.furtũ. §.fundi.ff.de vsucap.verùm quia ad motiua glo. nostræ cõtra tex.ipsa gl.non respondet,nec suprà aliter respõsum est.propter motiua dicit hic Dyn.quod si gl.aula fuisset dicere,dixisset quod Imperator malè dixit. Responde vt hic respondet
124 Dy.quod † quantum ad actionem hypothecariã nulla differentia inter pignus,& hypothecam:ut inquit hic tex.quia eadẽ est actio,quæ datur pro pignore,& quæ datur ꝓ hypotheca:sed bene est differentia in qualitate:quia aliquando hypotheca est præscriptibilis,aliquando longo tempore,aliquando longissimo:& sic aliquando diuersificatur per accidens: quæ diuersificatio qualitatis non facit immutari subiectum hypothecæ.Et ita etiam transit Nicol.de Neapol.hic,in 11.& vlt.oppositione gloss.

125 † Extra gl.ad complementum huius §.restat vltimò vt videamus qualiter formandus sit libellus in actionibus, de quibus in hoc §.vidimus.Et in primis in Seruiana , siue hypothecaria,in qua Spe.ponit formam libelli in titu.de loca.§.postquam.in uer.porrò:secundum quod eum refert Nico.de Neapo.hic,in 8.quæstione,extra gl.& in ea format Ange.de Aret. libel-

libellū hoc modo: Ago contra Titiū, quod sibi locaui domū meam sitā in tali loco, &c. vsq; ad tale tempus, pro certa annua mercede: & qualiter in dictā domum intulit tales, & tales res, quas dictus Titius detinebat, & possidebat: quę res mihi locanti fuerunt, & sunt tacitè obligatæ pro dicta pensione quam dictus Titius non soluit: quare peto possessionē dictarum rerum mihi assignari, donec fuerit mihi de dicta pēsione satisfactum. Ista forma libelli, quā dat Angel. de Are. iudicio meo, peccat in duobus, ad quæ habet libellans bene aduertere. Primū, dum in eo dicitur, quas res dictus Titius tenebat, & possidebat. Istud non sufficeret dicere, imò succumberet libellans, nisi ēt diceret, quarum rerū dictus Titius erat dominus, uel eas habebat in bonis suis, & eas detinebat, & possidebat: quia ex sola allegatione possessionis nō præsumeretē posteà dominiū. Ita conclusi uobis suprà in gloss. in uer. quasi Seruiana. in vlti. parte illius glo. in illo articulo, quid probare debeat agens hypothecaria. in primo membro principali. Et ibi ipsemet Angel. de Are. ponit, & dicit s̄m Bar. quod in hoc aduocatus debet esse bene cautus: quàmuis nō fuerit memor hic: & ideo, iudicio meo melius esset sic dicere in libello, pro ut etiam hic dicit Ioā. Faber, scilicet qualiter in dictā domū intulit tales, quæ suę erāt, uel in bonis suis, & eas tenebat, vel possidebat. Itē in alio peccaret dicta forma libelli data per Ange. de Are. non in terminis, in quibus ipse loquitur, quia in eis bene dicit: sed qñ ageretur pro rebus illatis in prædiū rusticum: quo casu, prout dixi in gl. in versi. coloni. in tertia parte princ. illius glo. necesse haberet agens dicere qualiter illæ res illatæ sunt in prædiū rusticum eo sciente p* aliàs nisi de scientia sua taceret mentionē, succumberet. Et ita dicunt Ioan. Fab. & Nic. de Neapo. in 8. quæstione, extra gl. In reliquis transeo cū forma libelli data per Ang. de Are. Non omitto tñ quod Ioan. Fabr. hic in forma libelli sui vult quòd in cōclusione debeat aliter cōcludi, videlicet: Quare peto per sententiā vestrā declarari res esse mihi obligatas ex causa prædicta: & hoc declarato, peto deinde possessionem dictarū rerum mihi assignari. Bar. quem, iudicio meo, nunquā uidit Ioan. Fab. in l. rem alienan. in vlti. col. ff. de pig. act. dicit quòd quamuis ista cōclusio vltimò relata sibi satis placeat, tñ cōsuetudo est vt sufficiat in conclusione petere possessionem rei retinendā, donec de pensione, aut de debito satisfiat. Et istud etiam optimè procedit de iure, per tex. in l. si cùm uenditor, in princi. ff. de euic. Et subdit Bar. quòd ista ultima forma ex magis communis, & quod sibi plus placet. Idem etiam tenet Bar. in dict. l. si cum debitor. in princ. per illum tex. de quo etiam per Spe. in tit. de act. & peti. §. sequitur. in versi. cæterum.

126 In † quasi Seruiana & sic in hypotheca expressa esset formandus sic libellus: Dico quòd Titius obligauit mihi talē rē in specie, puta talē librū: quando hypotheca fuisset specialis: uel obligauit mihi omnia bona sua, qñ obligatio fuisset generalis, occasione talis debiti, puta ex causa mutui, qui liber erat in bonis Titij, & per eum detinebatur, & possidebatur: quare peto, &c. vt suprà conclusum est in forma libelli præcedentis. Et de isto libello habetis etiam formam per Specu. in tit. de pig. §. cæterum. secundum quod eum allegat Nic. de Neapo. hic in 9. q. extra glo.

127 † An aūt in hypothecaria procederet ista alternatiua cōclusio: Peto reū cōdemnari, ut dictam possessionē mihi restituat, uel totum debitum soluat: Habetis tex. in l. secunda. C. si vnus ex plu. hæred. cre. per quē tex. dicit ibi Bar. ꝙ talis libellus & talis cōclusio alternatiua procederet, & sustineretur. Et idem etiā tenet Bar. in dicta l. rem alienam. in vltim. col. ff. de pig. act. & idē etiā hoc tenet Bartol. vbi hic latiùs disputat, q̃ alibi, in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. Pro quo ēt alleg. in tex. in cap. ex literis. extra de pign. & ibi traditur per Imo. & Cano. de hac forma libelli. & ita ēt tenet Ioan. Fabr. hic per illam l. 2. C. si unus ex plu. credi. hære. & per dict. cap. ex literis. & dicit ꝙ hanc alternatiuam conclusionem amplectitur vsus curiæ laicalis: quāuis subijciat quòd doctores con sueuerunt tenere contrarium. Et ad hoc firmandum addo qđ in simili dicit Bal. in l. sancimus. la j. C. de sac. sanct. eccles. vbi

128 arg. illius tex. dicit † procedere hanc alternatiuam conclusionem: Peto rem uel æstimationem illius, secundum eū, semper in libello videtur peti illud, quod de iure potest peti, q & non aliud quamuis exprimatur, quod verbum teneas cordi affixum. Est tamen verum quod Bart. in dicta l. 2. C. si vnus ex pluri. hære. credi. consuluit, quòd concludatur illo modo tantùm: Peto illum condemnari ad possessionem tradendam mihi, & detinendam, ut mihi integrè satisfiat.

129 Et ultra prædicta, si vultis etiam videre † qualiter debeāt fieri positiones, & qualiter articuli in hac hypothecaria, & qualiter concludatur: videte tex. quem ad hoc ibi not. Bartol. in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pign.

130 † Qualiter autem formanda sit sententia hypothecaria: habetis tex. in l. si fundus. §. in uendicatione. ff. de pig. quā ad hoc ibi no. Barto. in tertia no.

131 Et quomodo † formandus sit libellus, quādo nomē esset obligatū pignori, ponit Spe. in tit. de pig. §. primo. in uer. sed pone. C. mutauit. & latè Ioan. Fab. hic, in 18. col. vbi etiam ponit formā libelli in alijs iuribus incorporalibus: de qbus dixi suprà in gl. in ver. de qua re. Tangit etiam hic Ioann. Fab. in

132 antepenul. col. post Pe. & Ia. † nunquid actio personalis, & hypothecaria possint simul & semel in eodē libello intentari. De quo uidete hic per eum, & per Dyn. in reg. nullus pluribus. & Bar. latè in l. fundum. in secunda colū. ff. de excep. Et Bald. in repe. l. incerti. in sexta colum. C. de interd.

133 † In Saluiano autem interdicto, quod secundū omnium sententias utilius est semper proponere, ut suprà latè dixi, eadē est forma libelli per omnia ut supra in Seruiana dixi. Et si videbitis formam libelli, quam ponit Ange. de Are. hic, ad fi. in hoc Saluiano interdicto, videbitis ꝙ nec in minimo quidē in verbo discrepat à forma, quā suprà dat in Seruiana. In uno tamen cogitate, quomodo procedat forma libelli Angel. de Are. in isto Saluiano interdicto, dum in ea dicit: Dico ꝙ mutuaui tibi centū, & quòd ad dictā quantitatē restituendā te, & omnia bona tua mihi obligasti: quia istud non est ponendum in libello: ut vult Bar. in l. prima. C. de Saluia. inter. & ipsemet Ang. suprà in gl. in uersi. quasi Seruiana. in vltima parte illius gl. & ibi gl. retulit in secunda principali differentia, quā posuit inter Seruianam actionē & Saluianū interdictū. licet ibi ego aliter dixerim, & in hoc discrepauerim ab opinionibus eorum. Et per ista remanebit perfectè expeditus iste §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a IVDICIALES] Vide plene per dom. Alexa. de Imo. in l. à diuo. §. in venditione, in antepe. col. ff. de re iudi.

b CONVENTIONALE] Vide plenè. & no. Feli. in c. cum aliquibus. de re iudi. & Dyn. hic.

c CONVENTIONE] Adde tu ꝙ in multis casibus per leges ciuiles, sine partium conuentione inducitur: vt per dominum Bart. Soc. in consi. 240. incip. circa præsentem. uersic. primò quia videmus. in secunda parte.

d Communis Scribentium sentētia est, quòd bona coloni partiarij in fundū inducta, sint tacitè dño fundi hypotheca-ta. Contrarium mihi uidetur verius, primò per tex. nostrum, ibi pro mercedibus, &c. l. secunda. ff. quibus causis pign. ta. contraha. & in l. est differentia, in eodem tit. & l. fin. C. eodē titu. in quib. omnibus dicitur de pēsionibus: sed partiarius colonus non soluit pensionem seu mercedem: ergo bona eius non sunt tacitè obligata. Probatur secundò: contractus iste partiarij coloni dicitur societas. Casus, iudicio meo, est literalis in l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro soc. & uoluit gloss. in prin. insti. locati. in verbo Merces. & facit tex. in l. si tibi arcæ. in uersi. sed si puerum. ff. de præscri. verb. & dictio Quasi, posita in dict. §. vis maior. est veritatis expressiua, prout aliàs habetur per gl. Bart. Pau. de Cast. & alios in l. Si ante nuptias. ff. sol. mat. & dicit no. Bal. in l. qui Romæ. §. duo fratres. paulò ante fi. ff. de uer. obli. ꝙ dictio, Quasi, posita per modū causæ est expressiua ueritatis: sed in d. §. vis maior. vr̄ posita per modū causæ, quia ideo dispositio illius §. nō habet locū in colono partiario, quia iure societatis, &c. Cùm ergo, ut ex supradictis patet, inter dominum, & partiarium colonum sit contracta societas, iure non cauetur quòd bona socij sint socio obligata tacitè. Erubescimus ergo sine lege loqui. §. considerēmus,

remus,in Auth.de trien.& semis.l.illam.C.de co'.Et si forsan negares φ sit societas, & uelles tenere φ sit contractus innominatus,ut dicit Ias. licet uerius sit φ sit societas, retorqueo tunc arg.Ias. Contractus innominati regulantur secundũ naturam contractus nominati,cui assimilantur.l.prima. §. si qs seruum.ff.deposi.l.eum,qui.§.si rem & ibi Bar.ff.cõmod. sed iste contractus(si non est societas secundum doctor.) societati assimilatur,ut per supradicta,inuitis dentib.cogimur fateri.ergo sicut in societate nõ datur tacita hypotheca, nec etiã in isto cõtractu dabitur Propterea facit quia lex domino fundi fructus etiã tacitè obligauit.l.in prædijs.ff.quibus mo.pigno.taci.contrah.& infrà dicam.sed ista dispositio nõ potest simpliciter verificari in coloni partiario, cùm fructus in fundo nati sint eiusdem,cuius est prædiũ: ergo cessabit hypotheca.l.neq; pignus.ff.de reg.iur.l.bona fides.ff.de poss. Nec ob. si dicas quòd erunt pro parte coloni obligati:quia istud lege nõ cauetur.& l.in prædijs.generaliter loquitur:nec uideo qd me vrgeat ad huiusmodi interpretationẽ.Et certè cũ iste contractus vbiq; locorũ sit frequentissimus,si decisio cõis eẽt de mẽte iuris, fuisset speciali nota hmõi casus determinatus:factũ non fuit:ergo non vr de mẽte iuris.arg.l.prima.§.dixerit aliquis.ff. de publica. & l.item apud Labeonẽ.§.hoc edictũ. ff.de iniur. Et magis vr dicendũ φ colonus locet operas suas & culturã fundi ꝑ dimidietate fructuũ, quàm quòd aliquid cõducat,vt potius dicatur ipse à domino fundi percipere dimid ũ fructus,q̃ econuerso.Cùm ergo ipse non debeat aliqd dño fundi pro cultura,sed potius recipere, cessat ratio hypothecæ introducẽdæ in bonis coloni partiarij : & sic cessat ratio,quæ est in colono,qui nũmis colit.Et quòd cessat ratio,patet,quia lex introducit hypothecam tacitam, ut facilior esset dominis prædiorum exactio pensionum:quod in casu nostræ quæstio.non fuit necessariũ,cùm ipsi tanquam dño pro sua dimidietate fructuũ cõpetat rei uendicatio.l.in rẽ.in princi. ff. de rei vend.Bart.in l.si apes.§.primo.ff.de fur.& sic cessat potissimum argu.commu.opi.Nec obstat l.Si olei. C.loca. & §. si quis seruũ,suprà alleg.quia longe à quæst.nostra differunt. Aliud est namque pro certa quantitate,olei puta,vel frumenti,fundũ conducere,quo casu fructus omnes sunt coloni. & siue plus,siue minus percipiat,semper tenetur ad id, quod promisit:& militat ratio illius,qui nummis colit, ut ex suprà dictis patet: & aliud est, esse colonũ partiariũ qui fructus cũ domino,quanticunque fuerint,partitur,ut d.§. vis maior. & ipsum nomen demonstrat à quo licitum est arg. cap.cum secundum.extra de præbẽ.l.defensores.C.de defensor. ciui. Et conclusiuè loquendo,hæc opi.contra commu.verior mihi videtur Anto.Ange.Carcassona Sardus.

e IMPROPRIETATIS] Adde eundem suprà eodẽ. in §.sed istæ.nume.26.& 68.

f * Nihil habetur in dict. l.prima & secunda,quod faciat ad propositum.

g OBLIGATA] Adde duo verba per Fran.Are.in l.solutum,in §.solutam.ff.de pign.act.in fine.

h * Adde tex.no. in l.fin.C.ubi pup.educ.deb.Sard.

i * Melius probatur in dicta l.cum domini horreorum.

x HOSPITANTIS] Adde Fran.Are.in l.qui accusare. in fi.C.de edẽ.& in l.in actionib.C.de cond.ob caus.& quod ibidem ad eum dixi in apost.

l * Adde quòd hoc dictum Ias. quòd fructus duntaxat naturales sint tacitè obligati,non autem industriales,mihi iuridicum minimè videtur:primò per generalitatem in l. prædijs, ff.quib.caus.pig.taci. contraha. & probatur satis efficaci ratione.nã res conductoris, quæ nullo modo à contractu cõductionis,nec ab ipso fundo originẽ traxerunt, sunt tacitè hypoth.vt l.secunda.ff.qui caus.pigno.tacitè contrah.& in §.nostro,cũ similibus:multo magis tenebuntur fructus industriales,qui ex ipso fundo,licet mediante industria hominis proueniunt.Et certè, vt experientia optima rerũ magistra docet, cap.q̃ sit.de elect.in sext.c.statutum in prin.de rescr.eodem libr.sexto, conductiones à cõiter accidentib. principaliter ob fructus industriales fiunt, illiq; sunt alicuius cõsiderationis: quia, pira, poma,& similes fructus naturales modicũ,à communiter accidentib.afferunt lucrũ,& parũ in eorũ hypotheca releuaretur dominus,aut nihil.Ideo dicta l.in prædijs.generaliter est intelligẽda: nec uerò simile est quod lex frustratoriũ quodãmodo introduxerit beneficiũ. l. aliqñ.§.fin.ff.ad Velleia. l. hæc stipulatio.§.diuus.ff.ut leg. nom. caue. nec ob hoc φ fructus industriales sint pignori tacitè obstricti, cõductor in plus tenetur,vt habetur,per gl.notab.in l.fi.C.quæ res pign.obli.pos.Et hæc opi.iuridica & æquissima videtur . Nõ obst.doctrina Bart.in dicta l.assiduis.quia loquitur Bar. in tacita hypotheca,quã mulier habet in bonis mariti.ut in §.fuerat, infrà eodẽ videbimus : & fructus industriales ab hærede eius diligentia percepti nõ,sunt bona mariti:nimirũ si cessat tacita hypotheca,quæ fuit solũ in bonis mariti inducta: vt in dicta l. assiduis . & in casu nostro lex indistinctè fructus qui in fundo nascũtur,domino prædij obligat dicta l.in prædijs. suprà alleg.& l.si in lege.§.si colonus.ff.loca.& est hæc verissima solutio.Anto.Ang.Carcassona Sardus.

m Legato.sed quid de nominibus debitorum contentis in instrumẽtis, & in castro legato repertis,an tũc veniat in legato castri:dic ut per Old.in consi.163. Sed quid de nominibus ad pœnas,an ueniant appellatione mobiliũ legatorum,vide Oldra.in consil.218.Et nunquid veniant in obligatione omnium bonorum.vide Pau.de Cast.in consi.393.

n L.3.Vbi vide Bald.qui dicit quòd nomina debitorum veniunt etiam in tacita hypotheca bonorum generali in bonis mariti pro dote, sicut expressa, intelligendo de nominibus præsentibus, & non de futuris, & facta prius discussione de bonis mariti,nisi in instrumento sint mandatæ directæ.

o * Aduerte,quia non uidetur uerũ φ bona tacitè obligata, non transeant cum sua causa in terminis q. nostræ si alienentur:primò quia taciti & expressi regulariter idẽ est iudiciũ.l. cum quid.ff.si cer.peta.sed in expressa hypotheca transeunt. l.si debitor.C.de distr.pig.ergo etiam in tacita. Nec obstat si dicas, quòd imò inter tacitã & expressam hypothecam sunt multæ differentiæ,ut in l.assiduis. secundum commu. intellectũ habetur.C.qui potio.in pig.habean.& in l.est differentia. ff.qui.ex cau.pig.ta. cõtrah. quia satis est φ in casu nostro nõ sit expressum: & qui vult hoc asserere,probet. Præterea istud videtur contra l.ubi adhuc.C.de iur.dot. ubi agitur de tacita hypotheca.& tamen trãseunt cũ sua causa . Præterea videtur contra l.j.C. cõmu. de leg. agitur de tacita hypotheca:tamẽ nemo sanæ mentis dicet, bona aliter obligata non trãsire cũ sua causa.itẽ quis dixerit bona fisco tacitè obligata.l. secunda.C.qui ex cau.pigno.tac.contrah. non transire cum sua cã si alienentur,contra l.si debitor.& in l.cum patrem.C. de priuiu.fisc.& alia similia adduci possent?Probatur etiã hoc tali ratione:leges sunt taliter interpretandæ,ne earum dispositio de facili reddatur illusoria.c.si ciuitas. de sen.excomm. in sexto.l.si prætor.in prin.ff.de iudi.sed si bona cum sua causa nõ transirent,de facili legis dispositio & beneficium redderetur frustratorium.quod patet,quia paulò ante tẽpus soluendę pẽsionis posset conductor alienare bona,& locatorem,& simul legis beneficium deludere: Ergo huiusmodi interpretatio reijcienda.Vltimò pro ista parte facit l.licet.ff.qui. ex cau. pig. contr.vbi inquit iurisconsul. perinde teneri, ac si specialiter de pignore conuenisset.si specialiter conuenisset,expeditum haberet quæst.tractatũ.l.si debitor.C.de distr. pigno.ergo in casu nostro idẽ est dicendũ.Et hoc cõfirmat primũ arg. Præterea à regula dict.l.licet.excipitur,ne pignus libertati præiudicet. Ergo in casibus non exceptis confirmatur regula. §. vt autem.in Auth.de non alie.l.quæsitum.§.idẽ respondit.in vitim.ff.de fund. inst.fauore enim libertatis sæpius à regulis iuris cõis receditur,l. generaliter. §. si quis seruo pignorato. ff. de fideicom.liber. & sic non obstat l.est differentia.alleg.per Iaso. Et ita tenendum puto,quicquid ipse dicat. Adde quod reperi Ias.hoc idẽ quod firmaui tenere in hoc §.col.12.& vide omnino quæ ibi dixi.Ant.Ang.Carcassona Sard.

p * Adde quod pro hoc dicto Bald. videtur facere text. in l. imperatores. in prin.ff. de publica. vt sicut tributaria prædia sunt pro tributis obligata,ita etiam res emphyteuta pro canone.Nec obst.directum dominium,per consequens l.neque pignus.ff.de reg.iur.quia respectu meliorationũ,& iuris, quod habet emphyteuta,erit obligata,arg.l.si finita.§.si de vect.ff. de dam.infect.cogitabis.Carcassona Sardus.

q QVAE DOTIS] Vide do.Alexan.de Imol. in penult. char.

char.& adde Bal.in l.si fine.C.ad Vellei.in secunda col.versi. quartò quæro.& do.Alex.in l.Lucius.sol.ma. & Salic. in l.inuitus.C.de procu.

r * Adde quòd uerior est cōmunis opi. primò per rationem gl.nostræ:nā cùm res ad hoc,ut tacitè obligentur,debeāt esse illatæ eo animo vt ibi perpetuò sint, vt dicta l.in prædijs. §.primo.ff.quibus caus.pign.tac.contra. & dominus verò similiter sit istius opinionis, ut uelit rem suā ad libitum recuperare,& cessat qualitas à lege requisita, cessabit dispositio, nisi dolus probaretur:arg.dict.l.secunda.C.si alie.res pig.data fuer. & per hanc ratiōnē tollitur contrarium, quod fit ex doctrina Bar.in dicta l.quæ dotis.quia illud est uerū, vbi res mea expresse obligaretur me sciente,& non contradicente. At in casu quæst.nostræ loquimur in tacita hypotheca à lege inducta,quæ requirit illā qualitatē,de qua suprà dictum fuit, quā ego dominus scio deficere,& ideo cessare obligationē, & ius meū mihi durare,arg.l.sicut.§.non videtur.ff. qui. mo. pign.vel hypoth.sol.& sola illatio nō inducit tacitā hypothecam,nisi ita inferatur,ut perpetuò ibi sit,ut dict. l.debitor. ff. de pign. & licet ex scientia & patientia inducatur consensus circa illationem,non tamen per hoc consentio ꝙ res mea obligetur,nec vt perpetuò ibi sit.cessabit ergo hypotheca.Fingamus ꝙ tibi rem meam commodaui, nonne iniquum esset vsum rei intempestiuè tibi auferre, quod etiā non possem.l. incōmodatio.§.sicut.ff. commod.si. precario vel in depositū habes scio me ad libitum posse recuperare rem meam: & in dubio cessat animus obligandi,arg.l.cùm de indebito. ff. de proba.Et per hoc infero consequentiam gl.in l.item quia, in princip.ff.de pac. non esse simpliciter bonam,cōsensit illationi,& per consequens obligationi:quia nisi consensus qualificet illationē eo modo quo suprà sæpius dictum est, vel dolose consentiret illationi,prout inquiunt doctores,non obligaretur:& qui dolose asserit dominum consensisse illationi,vtique dolum probare debet. l. quotiens.§.qui dolo. ff. de probatio. Et sic communis sententia verior est.Anton.Ange.Carcassona Sardus.

s ANTERIORIBVS] Et hoc quotidie seruatur maximè hìc Venetijs:& plus quàm alibi.& in hoc Veneti multum bene secuti sunt ius commune.

t RETINERI] Et quid de conductore, an, & quando poterit res conductas pro expensis necessarijs, & utilibus retinere,uel pro eis agere:vide dom.Maria.Soci.in consi.15.incip.visis uersi.item quia ibi.& hoc maximè. in prima parte.

u LEGIS] Adde Felin.in capit. pastoralis.§. cùm autem de offic.delega.

x POSSIDERE] Sed nunquid talis hypotheca competens vxori in bonis uiri pro dote, detur etiā creditoribus mulieris? Dic quòd non:vt per Ang.in Auth.vt exact.instan. do. in fin.princip.colum.7.

y HYPOTHECATA] Nunquid in bonis futuris, vide do.Alex.de Imo.post Bar.in l.si is,qui.ff.de iu. fisci,& in l. si filio.§.fin.sol.matr.

z Bene stat gl.hodie secundum nouas impressiones.

a Nota quòd licet aliàs ecclesia, & ciuitas æquiparantur. l. fi.C.de sacr.sanct.eccl.tamen in hoc magis fauetur ecclesiæ, quàm ciuitati:nam, vt suprà vidimus, ciuitas non habet hypothecam,dicta l.simile.ff.ad munic.gloss.in l.secunda.C.de debitor.ciui.lib.11.Sardus.

b * Adde quòd hanc differentiam ponit Ias.suprà in septima col. & ibi antequam quæ hic ponuntur viderem (vt testis est mihi Deus)istis & alijs rationibus eā reprobaui. Et ultra ibi dicta,adde,quòd pro opinione,quam ibidem firmaui,videtur casus in l.prima. ff.de Salui.interdi. Et pro ista opinione facit tex.in ratione sui,in si.fi.in l.vtrùm.ff. de constit. pecun.& idem voluit Bar.in repetitione.l.creditores.in quarta quæstione princip.in septima col.ver.sed contra prædicta. C. de pig. Et hanc opi.intrepidè teneas.Carcassona Sardus.

c * Adde quòd differentia Nic.de Neap.circa quā Iaso. videtur uacillare, non satis facit: quia eadem ratione idē esset in quasi Seruiana, si creditori data esset possessio, ut dicit Iaso, quia posset propria authoritate rem reprehendere, & magis eēt defensio possessionis,iuxta latè tradita ꝑ Bar.in l.creditores.in 4.quæst.princ.C.de pign.& hypoth.Carcasso.Sardus.

d AGERE] Adde do.Bar.Soci.in consi.149.incip.in causa Ambrosij.versi.primò quia.in prima parte. vbi hoc idem. & addit multò magis melius est esse satis factum de præsenti,q̄ habere ius petendi.Facit etiā quod per eum in cons.171. incip.diu profectio.versic.præterea fortius.in secunda parte. qđ soluisse sub prætextu fidei cautionem sanctius est dicere, quàm quod non videatur in dubio fidē cautionis agnouisse.

e PATET] Adde Fel.in rub.de resc.in tertia col. in med. & quod ibidem ad eum dixi in apo.& Franc.Are. in l.centurio.in ulti.col.de vulga. & pup.& quod ibidem dixi in apo.

f * Cogitaui ꝙ & si inter tot patres adeò uariè sentiētes, nō esset tutum aliquid contra eos intentare, tamen quia facilius ueritas habetur si à plurib.quæratur,argu.cap.de quibus 20. dist.cap.prudentiā.in fi.prima respon.extra de offi.deleg. & possit vnius quandoq; & deterioris sententia multos & maiores aliqua in parte superare,ut inquit imperator, in l. prima.§.sed neq;.C.de ver.iur.enuc.& habetur per gl.in c.ut ueterum.9.dist.ideo in hoc dubio subijciā id,quod contra omnes sentio, & dico nullam esse differentiam inter principalē debitorem,& tertium possessorē causam siue lucratiuam, siuc onerosam ab ipso habentē. Moueor primò,l.debitorē. C. de pigno.ubi siue titulo lucratiuo,siue oneroso debitori rem obligatam in aliam transtulerit,nō potest creditoris sui conditionē deteriorem facere. Sed si creditor maiori onere probationis contra tertium possessorem à suo debitore causam habentem adstringeretur facto sui debitoris, fieret eius conditio deterior contra dict.l.debitorē.& cùm in dicta l. debitorē præponatur negatio uerbo Potest,ncgatur absolutè potentia ipsi debitori faciendi deteriorē conditionē sui aduersarij:ut habetur in arg.per gl.in cap.primo de regu.iur.in sexto.per Bar.in l.Gallus,in princ.ff.de lib.& posthu.idē Ias. in l.j.in princ.ff.de verb.obli. Sicut ergo agendo contra principalem,& probando eius possessionem,& allegādo eū dominū obtinerē: ita etiā agendo contra tertiū possessorē ab ipso quācunque causam habentem. De princi.omnes ita concludunt suprà in primo membro istius distinc. Pro ista parte facit l.si debitor.C.de distrac.pig.vbi res pignori obligata si alienetur, transit cū sua causa ad terciū possessorem,cū sua cā intelligitur ut ius creditoris agentis non reddatur deterius: vt l.j.§.in eadem causa.ff.si ex no.causa agatur. l. Iulianus. §. quantum.ff.ad exhiben. Sed si iste in plus teneretur circa probationem in hypotheca cōtra tertiū à suo debitore causam habentē q̄ contra ipsum principalē,nō transiret res cum sua causa,cōtra tex.in d.l.si debitor.Et hæc,iudicio meo,vrgētia sunt neque potest iste plus iuris in suū successorē transferre, quàm ipse habuerit.l.nemo.plus iuris.ff.de reg.iur. Probatur hæc mea opi.a sufficienti partiū enumeratione:Aut enim iste tertius habet causam lucratiuā, & videri meo,quod assero, in expedito est,per tex.in l.si inter.§.primo.ff.de pigno. iūcto tex.in l.apud Celsum.§.de authoris.& §.authoris autē. ff. de doli excep.& in hoc aliqui cōsentiunt. Aut tertius habet causam onerosam:& tunc aut dicit se bonæ fidei possessorem, & necessariò habeo intentum:quia fatetur authorē dominū, ut latè vidimus.in §.sed istæ.suprà eo.Et hoc est,quod intendo, l.si superatus.l.& quæ nondū.§.quod dicitur.ff.de pig.Aut est malæ fidei possessor:& hodiè non vsucapiet.cap.fin. extra de præscr.non facit fructus suos.l.certū.C. de rei uendi. l. bonæ fidei.§.in contrarium.ff.de acq.rer.do. & sic nudæ insistit possessioni cum mala fide:& agens hypothecaria agit ad possessionē l.si cùm uenditor,in prin. ff. de euic. & nititur titulo & bona fide,ex quo credit obligātē dominū: ergo potior est habendus.Et certè ex quo semel est res obligata,iniquū esset facto debitoris onerari creditorē.l.vtrū.in fin.ff.de consti. pec. Et per hāc viā est sublatum arg.Ange.de Are. quod Iasoni optimū uisum fuit:quia,ut ex suprà dictis patet,nullo casu potior est cēsendus:& absurdū eēt ꝙ plus operaretur possessio, quā habuit à debitore meo,& titulus,quē ab eodē cōsecutus fuit,ad cōsequendū dominium, q̄ si uerè dn̄s fuisset:sed verè cōsecutus esset dominiū à debitore meo,nō posset in plus me grauare circa ꝓbationē:ut l.debitor.suprà allegat. multo minus poterit si debilius ius ab eo cōsecutus fuerit,hoc est, vsucapiēti cōditionē.quia,ut suprà dixi nemo plus iuris, &c. Nō obst.l.& q̄ nondū.§.primo.qa satis ꝓbatur dominiū,si allego

eum

eũ dñm & probo possessionẽ, ex quo incidẽter, nõ principaliter quæritur de dominio, per doctri. Bar. in l. quidã in suo. ff. de cond. insti. Sicut dicimus in principali debitore, in quo ẽt habet locũ ille textus. Nõ obst. l. si superatus. ff. de pig. q̃a possum, ut suprà dixi, respondere: sed magis in specie dico quòd tex. ille non facit ad ꝓpositũ quæst. nostræ: quia nos loquimur in habente causam à debitore: tex. ille loquitur in tertio possessore nõ habẽte cãm à debitore. ut in ult. mẽb. istius dist. & est uerior intellectus d. l. si superatus. in prin. & hæc iuridica satis vident: tñ q̃a sunt ferè cõtra oẽs, subijcio me i hi, & oĩnibus alijs, iudicio peritioris. Anto. Ang. Carcassona Sardus.

g * Aduertas, quia hoc dictũ Ias. & est ex mente doctorũ, nõ videtur simpliciter uerũ, si nos loquamur respectu generalis hypothecæ à lege inductæ in bonis conductoris, in domum, seu fundũ inductis. secundũ l. certi iuris. C. locati. & §. nostrũ quia dico quòd imò cõtra agẽtẽ Saluiano interdicto directo poterit referri à cõductore, seu⁹ ei hærede, quæstio dominij. finge res aliquas cõmodatas, uel depositas, seu precario possessas fuisse à cõductore in fundũ, seu domũ inductas, & ꝙ velit probare non esse suas, poterit vtiq;, quia non potest hoc casu conuinci de mendacio, per ea quæ ponit Sal. in l. cũ res. C. si alie. res pig. dat. sit. & suprà vidimus: & hoc nisi dñs rerũ dolosè consensisset illationi, vt dixi suprà in octaua col. arg. l. secũda. C. alie. si res pign. da. fu. Quod uerò dicũt doctores, procedit in agẽtibus Saluiano interdicto directo respectu certæ rei specialiter pro pensionib. obligatæ: quia tunc non posset qõ dominij referri, ne de mẽdacio conuincantur, dict. l. si inter. §. primo, de pig. cũ simil. Et ita credo esse uerũ, & forsan est de mente docto. licet ipsi non ita clarè ponant. Id aũt quod subijt Ias. de vtil. Salui. interdict. pendet ab ijs, quæ dixi in add. supra proxima. Carcassona Sardus.

h * Adde circa hoc dictũ Ias. uolentis ex mente Bar. quòd hypothecaria directa non competat contra tertiũ possessorem, sed utilis: licet hæc inuestigatio sit modicæ utilitatis, argu. l. actio. ff. de neg. gest. tñ dictũ eius non videtur uerũ, primò q̃a Bar. licet istud dicat de Saluiano interdicto, non tñ istud dicit de hypothecaria: & contrarium est de mente Cyni, & Barto. in l. cum res. circa fin. C. si alie. res. pig. dat. fue. & contra Iaso. videt casus in l. prima ibi: Seruiana actione, &c. C. de prec. & Salui. interdi. nec ver. ille, uel ad exemplũ in dicta l. prima habet obstare: quẽ intellige prout facit glo. fin. in dicta l. prima. & cõtra Iaso. videtur etiã tex. simpliciter intelligendo in l. distractis. ibi: in rem actione, iuncta glo. C. de pig. quia sicut appellatio dominij simpliciter refertur ad directũ, vulgata l. prima. §. qui in perpetuũ. ff. si ager uectigal. vel emphyt. pet. ita etiã appellatio actionis realis uel hypothecariæ simpliciter ferri debet ad directã. Nec ob. l. nomen. C. quæ res pign. obli. poss. ibi, utilibus actionibus. in cuius intellectu do. Iaso. (salua pace) errauit: quia quod ibi dicitur de vtili actione, nõ refert ad hypothecariã, sed de utili personali, quæ penes debitorẽ erãt directa, vt Bar. ibi in 3. no. & in uer. modo pro declaratione l. nostræ, &c. declarat, Ant. Ange. Carcasso. Sardus.

i HOMINVM] De quo etiam per Fel. in cap. dilecti. de maio. & obedien. in uer. hominibus inuitis. ubi plenè.

k CONSENTIRE] Hoc idem habes per Feli. in dicto cap. dilecti, suprà proxi. alleg.

l * Adde quòd tex. in dicto cap. primo. circa princ. de prohi. alie. feu. per Fede. videtur multum obstare decisioni Bal. nam prohibet etiam pro anima alienare. si pro anima non licet, multò minus prò necessitate corporis: arg. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccle. Carcassona Sardus.

m ALIENARI] Pro quo vide per Felin. in cap. quanto. de iudi. in secunda colum. statim post med. & in cap. causam. col. 3. post med. in uer. oritur tamen dubitatio noua, de præscrip. ver. post princip.

n OBLIGARI] Vide plenè per Fel. in c. quæ in ecclesiarum. circa princ. 32. col. in uer. ne potest. de consti. & do. Iaso. Alua. de alie. feud. in prin. & de feu. dato. in vicem legis commis. in cap. primo & de cap. Corra. in §. prætereà. & de prohi. feud. ali. per Fede. & quib. mod. feu. amit. in §. si libellario. & de inuest. de re alie. fa. §. fin. de cap. Corra. in §. primo.

o * Adde quod ad l. 3. ff. de precario. & si contrarium sit difficile, responderi potest quod propriè non loquitur in tali seruitute tigni immittendi, per quã immissionẽ sustineatur domus mea: sed de alia quadã immissione, ex cuius reuocatione vrbs non deformaretur: pone quod precario rogaui cùm haberẽ domũ tibi uicinam, & uellem ædificare, vt cõcederes mihi licentiã tigni immittendi in parietẽ tuũ, ut pontem artificibus facerem, quo facilius ædificarẽ, & concessisti quo ad ædificiũ perficeretur: erit concessio precaria tigni immittendi, ex cuius reuocatione urbs nõ deformatur. Vel pone ꝙ habebamus parietem mediũ inter domum tuã & meã, in quo pariete ex lege conuentionis mihi non licebat nisi duo tigna immittere, & quod uolebã in domo mea iuxta parietem medium armariũ construere: permisisti precario vt tignum immitterẽ, donec armariũ perficeretur, cuius reuocatione publicus aspectus nõ deformatur. Et ita potest loqui dict. l. 3. ff. de precar. & ita per illã l. ratio gl. non offenditur, nec etiã Bartol. in dict. l. is, qui. §. fin. de pign. non obst. lex quarta. ff. de seruituti. titu. gene. quæ lex necessariò est intelligenda in seruitutibus, quarum reuocatione publicus aspectus non deformaretur. Simile videmus in legatis: nã regulariter omnia legari possunt. §. non solũ. cnm §. seq. Inst. de leg. tamen legatũ, per quod urbs ruinis deformaretur, nõ ualeret. l. cætera, in princ. ff. de leg. prim. Item si inuito domino ex aliena materia ædificauero, prohibetur dñs rẽ suã uendicare, ne ædificia rescindi necesse sit. §. cũ in suo. Inst. de rer. diui. Fateor tñ ꝙ si quis hac ratione sola contra naturã cõuentionis vteret̃ seruitute, ꝙ teneretur seruiẽti ad interesse, arg. §. cũ suo. suprà alleg. & l. nã hoc natura. ff. de cond. inde. Et cùm melior ratio assignari nequeat ad dict. l. si is, qui. §. fin. stemus rõni gl. & doctor. & qui non vult illi stare, meliorem assignet. Carcassona Sardus.

p Et dicas quòd hoc casu, ex quo ista scientia infert modicum præiudicium, stabitur iuramento agẽtis, arg. cap. pastoralis. extra, de excep. & per ea, quæ supra in §. sed istæ. in 19. col. super gl. dicta fuerunt. Sardus.

q * Et eatenus, quatenus de iure permittitnr.

SVMMARIA §. IN Personam.

22 Stipu-

22 *Stipulatio qualiter contrahatur.*
25 *Stipulatio ista, Promittis mihi decem? & ex interuallo respondeatur, Promitto: an valeat.*
26 *Statutum, vel lex, quantumcunque generaliter loquens, de habilitate, & idoneitate restrictionem recipit.*
27 *Statutum disponens quòd qualibet probatio sufficiat, intelligitur tamen de solenni, & legitima.*
28 *Verbum quodlibet prolatum in statuto, an de habilitate restringatur, vt statutum aliquid operetur.*
29 *Verbum generaliter prolatum à lege, qualiter sit intelligendum.*
30 *Statutum Venetorum, quo cauetur, quòd omnia testamenta, prout sunt, ita executioni mandentur, qualiter intelligatur: an de testamentis conditis secundum ius commune, vel statutorum.*
31 *Constitutum quibus verbis concipi possit.*
32 *Promittens aliquem facturum pro se, ad cuius obseruationē ipse tenetur, qualiter in dubio promittere intelligatur.*
33 *Debitum quod in constituto deduci possit. 36. 43. 44.*
34 *Fideiussoria obligatio an sit magis stricta, quàm cōstitutū.*
35 *Constitutum an in plus, quàm sit debitum principale, fieri possit.*
37 *Promissio & solutio æquiparantur.*
38 *Conditio rei est melior, quàm actoris in pari causa.*
39 *Promissio sine causa an sit ipso iure nulla.*
40 *Constitutum an valeat iure donationis.*
41 *Promittens scienter debitum quod donare videatur, qualiter intelligatur.*
42 *Fideiussoria obligatio an valeat, si principalis non valet.*
45 *Actio de constituta pecunia, an & quando necessaria sit.*
46 *Actio, quare speciale sit, quòd in constituto ex pacto nudo oriatur. 51. & seq.*
47 *Actio ex pacto nudo geminato nunquid oriatur.*
48 *Confessio extraiudicialis geminata præiudicat, ac si in iudicio facta esset, licèt alias non præiudicaret.*
49 *Geminata cautio tollit beneficium Velleiani.*
50 *Confessio geminata quando emanauit, an exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit.*
53 *Constitutum an dici debeat contractus innominatus.*
54 *Constitutum, & aliæ promissiones, an differant.*
55 *Lex, promissor. §. primo allega. ī gl. qualiter intelligatur.*
56 *Actio de constituta pecunia, an ita competat ad pœnam nudo pacto promissam, sicut ad sortem principalem.*
57 *Actio an hodie ex pacto nudo de donando oriatur, an verò condictio ex lege propter pactum. & num. seq.*
59 *Donationis contractus hodie contractus nominatus est.*
60 *Donatio quid.*
61 *Lex, si quis argentum, in quibus locum habeat. & num. sequen.*
67 *Reipublicæ interest, vt mulieres faciliùs nubant.*
68 *Actio ex pacto nudo nunquid oriatur, & quid de geminato. & num. seq.*
73 *Obligatio naturalis insurgens ex pacto nudo, an debeat habere executionem.*
74 *Pactum nudum si pro eius executione adiretur Imperator, vel princeps, aut alius non recognoscens superiorem, vt exequi faciant, an si non faciant, peccent.*
75 *Pactum nudum qualiter executionem sortiri possit.*
76 *Pacta quæ enumerantur in fin. glo. an propriè dicantur nuda.*
77 *Libellus in materia constitutæ pecuniæ qualiter sit formādus: & nunquid ista actio de constituta pecunia intentari possit vnà cum actione principalis debiti. 78.*

§ IN PERSONAM.

ISTE §. vsque ad §. pœnales. tractat de tribus actionib. personalibus, & prætorijs: & propterea Dy. & Bald. & Nic. de Neap. legunt simul totum vsq; ad illum §. pœnales. quamuis sit vnus §. tātummodò, & propterea esset simul totus legendus. Ego tñ imitabor in hoc morē, & stylum Ioann. Fab. hìc, quem etiā sequitur Angel. de Aret. & legam istum §. per partes. & consequenter faciam tres. §. quemadmodum tres actiones prætoriæ, & personales hìc de per se explicantur: videlicet actio de constituta pecunia, actio de peculio, & actio quæ oritur ex iuramento. Materiæ ergo cuiuslibet actionis ex istis tribus, separatim, & diuisim tractantur meliùs, & intelligibiliùs expediuntur, vt §. sed ne in primis, suprà de leg.

Et iste §. in personam, vsq; ad §. actiones. vsq; ad quem §. intendo illum legere, tractat materiam ti. ff. & C. de cōsti. pecu.
a quæ materia est multùm vtilis, & maximè pro mercatorib.[a] *
ipsi enim magis vtuntur hac materia constituendi se solutu-
ros pro se ipsis, vel pro alijs, quàm aliquod aliud genus hominū: prout exorditur Bal. ī rub. C. de cōsti. pec. ī primis verbis.

Ad euidentiā igitur huius §. & eius materiæ, scilicet de cōstituta pec. habetis vos præmittere, secundùm quod præmit-
1 tit Raph. Cuma. in rubri. ff. de verb. obli. † ꝙ de iure gentium quælibet cōuentio, quodlibet pactū, siue verbis, siue alio modo de consensu cōstaret, sufficiebat ad inducēdā obligationem, & ad cōsequendam illā regiam manum, qua mediante oīa ante proditas actiones expediebantur, iuxta l. 2. in prin. ff. de orig. iu. Graue enim erat illo iure fidē fallere: vt inquit Iurisconsul. in l. 1. in princip. ff. de cōsti. pecu. & in illo iure nihil æstimabatur tàm cōgruū fidei humanæ, quàm ea seruare, quæ inter partes conuenerāt: vt inquit tex. in l. 1. in princ. ff. de
2 pact. † Superuenit posteà ius ciuile Romanorū, quo vtimur, quo iure non est ita passim, & indistinctè receptum, omnem consensum, & conuentionē, siue pactū sufficere ad producendas actiones. Disposuit ergo istud ius ciuile Romanorū, ut solùm illæ conuentiones, quæ non stant in nudo nomine sui generis, scilicet conuentio, sed transeant in speciale nomen contractus: ut est emptio, uenditio, locatio, cōductio, & similes, producant actiones: aliæ autem non, nisi secundum quod declarat textus in l. iuris gentium, in princ. & ibi est materia ff. de pact. Et cùm ipsum ius ciuile nollet quempiā sola nuda cōuentione efficaciter obligari, adinuenit quendā firmissimū contractum, qui uerbis celebratur, quē stipulationē appella-
3 uit, † à stipulo, quod est firmum: ut suprà de uerbo. obliga. in princip. eò quòd iste contractus cæteros firmitate antecelleret, uel à stipite, ut ibi in tex. per quē contractum stipulationis ubi precedit congrua interrogatio, & sequitur congrua respōsio, oritur uerborum obligatio: & ex tali uerborum obligatio
4 ne † oritur actio efficax, iuxta l. si quis certum. ff. si cer. pet. & suprà de uerborū obligatio. in prin. Superuenerūt deinde prętores, qui ex quadam æquitate, quam semper præ oculis habere debēt, iuxta uulgatam l. quod si Ephesi. ad fin. cum simi. ff. de eo, quod cer. loco. disposuerunt etiam quòd sine ista solennitate uerborū, & consequenter sine ista stipulatione, conuentio nuda produceret actionem efficacem, in materia ista de cōstituta pecunia, si quis pacto nudo, uel nuda cōuētione constiuat se soluturū, id quod erat debitū à se, uel ab alio: Pone enim quod tu, uel alius tertius tenebaris mihi ad centū pacto nudo. quòd non producit actionem de iure ciuili: uel etiā tenebaris efficaciter: non facio uim, ut uidebitis infrà in glo. in uers. cōstituerit. & posteà pacto nudo cōstituas te soluturū certo loco, uel tpe citeriori, uel ulteriori, uel ēt simpliciter: certè ex tali cōstituto quāuis inito pacto nudo, & nuda conuētione, oritur tñ actio efficax prætoria, scilicet de cōstituta, ad similitudinē iuris gētiū, de quo suprà dixi. Et ꝓpterea dicit Iuriscōsultus in l. prima, in prin. ff. de cōstit. pec. ꝙ hoc edicto ꝑtor fauet naturali ęqtati, q cōstituta cōsensu cōtracta custodit, &c. Patet ergo ꝙ utilitas huius ꝑtorij edicti de cōstituta pecunia, ē maxima, ꝓut ēt vult, & declarat. Bartol. ī l. prima, in princ. ff. de constitu. pecu. & in l. 1. ſm aliquas lecturas, &

 veras.

5 veras.C.de consti.pecunia. † quia de iure communi ex pacto
b nudo non oritur actio: b vt l.iuris gentium. §. sed cùm nulla.
c vers.igitur nuda.ff.de pact.Sed prætor in casu isto solo c * speciali, quando quis nudo pacto promisisset se soluturũ quod ipse,vel alius debet, vult quòd ex tali pacto, quamuis nudo, oriatur actio prætoria de cõstituto.Et huius specialitatis,quare in constituta introduxerit prætor ex pacto nudo oriri actio nẽ efficacẽ,multiplices,& variæ rationes assignantur per maiores nostros:vel quia istud nudum pactum constituti fiat super debito iam contracto,& sic insit duplex vinculum:& proptereà visum sit æquũ prætori dari huic secũdo pacto,quãuis nudo,robur,& actionẽ:vel quia istud pactum nudum sit ge-
6 minatum.Illud enim quod dicitur, ꝙ † pactum nudum non producit actionem,vt suprà dixi,verum est, si sit simplex pactum nudum:secus si geminatum.De istis rationibus videbimus latè infrà in gl.in versic. nulla. vbi opportuniùs cadent: & ibi etiam referam nonnullas alias rationes,inter quas vnã non omitto,vt interea super ea possitis bene cogitare, quam ego habeo pro multùm notabili, & signanda, licet videatur mirabilis,& ab omnium opinione discrepare. Et eam singul. ponit Bartol.in dicta l.iuris gentium.§.sed cùm nulla.in versicul.igitur nuda.ante fin.ff.de cap.vbi dicit se putare quòd cõstitutum debeat dici contractus nominatus. & sic conuentio legitima,cùm habeat nomen specificum,& elegãs. Vnde nõ mirum,si producit actionem, sicut & aliæ conuentiones nominatæ,iuxta dic.l.iuris gentium,in princip.& suprà dixi. Et secundum hoc nõ erit aliqua specialitas in constituto,nec aliquis casus specialis, in quo ex pacto nudo oriatur actio. Et per hoc si verum est,confunduntur communes opi.omnium gloss.& docto.hic.& vbique, & ipsiusmet Bartol. qui in hoc est sibi contrarius.in dicta l.prima,in princip.ff.de consti.pecu.& in dicta l.prima,secundum aliquas lec.C. eodem.de cõsti.pecu.vbi volunt omnes,ꝙ speciale sit in casu isto solo, scilicet in constituto,quòd ex pacto nudo oriatur actio efficax. Cogitate in hoc,& bene cogitate: & dicam vobis infrà in dicta gloss.in ver.nulla.

His sic ad euidentiam præmissis,venio ad tex. & quamuis iste §.communi omnium diuisione,vt Dyn.Ioan. Fab. Nicol. de Neapo.& Angel.de Aretio,diuidatur in duas partes principales,vt in prima ponat de tribus actionibus personalibus & prætorijs in genere, scilicet de cõstituta pecunia, de periculo,& ex iuramento.In secunda ipsas in specie,& particulariter declarat.& secũda incipit ibi:de constituta autem. Mihi tñ plus placet vt iste §.diuidatur in tres partes principales secundum quòd eũ subdiuit Ioann.de Pla.hic,vt in prima ponatur dictum in genere.In secunda illud generale exẽplificetur in specie in tribus actionibus suprà enumeratis. In tertia, natura cuiuslibet ex istis tribus actionib.de per se declaretur. Secunda ibi paulò post principiũ:veluti de pecunia cõstituta Tertia ibi:de pecunia autem constituta.

Iste §.vsque ad §.actiones autem de peculio.hoc dicit:Actio de constituta pecunia est personalis, & prætoria, & habet oẽs vires,quas olim habebat receptitia,quæ in eã est trãsfusa:& competit cõtra omnes,qui constituerunt se soluturos pro se,& pro alijs,qñ nulla stipulatio intercessit. hoc dicit.

7 In tex.ibi:constitutiones variæ.Quæ † autem differentia sit inter constitutionem,& decisionem,habetis gl.in §.primo.in versic.decisiones.C.de emen.Iusti.Codi.Et quę differentia sit inter constitutiones principum,& mandata principum, habetis gloss.in l.Et si contra.in gloss.prima.C.de nuptijs.

8 † In tex.ibi:alioqui.De natura huius dictionis Alioqui,habetis latè per Barto.in l.prima.in tertia columna. versi.quartò quæro de dictione Alioqui.ff.de condi.& demonst.vbi dicit Barto.quòd natura huius dictionis Alioqui, est mirabilis: & nõ solùm facit orationem conditionalem,sed in se ipsa cõtinet dispositionem contrariam præcedenti dispositioni. Exponitur enim Alioqui,id est,si prædicta non fuerint.licet Alioqui aliter accipiatur, vt ibi latiùs per eum,& per vtrunque Salic.in l.secunda,in princip.ff.si cer.peta. vbi per illum text.dicunt quòd ista dictio Alioqui,est dictio separatiua.

Nota primò ex hoc tex.in versi.transfusum est, secundum
9 Angelũ de Aret.hic.† ꝙ quamuis aliquid alicui sit supperadditũ non tñ propterea mutat nomen suum. Et per hoc dicit ipse Ang.de Aret.quod Ioan.Fabr.hic inferebat, quod si alicui principi superaddita sit aliqua ciuitas, quòd tamen propter hoc non debet mutare titulũ suæ dignitatis, siue nobilitatis.Ioã.Fab.istud nõ dicit hic in lec. mea. Est bene verũ, ꝙ alibi in terminis quærit Bal.licet hic nõ alleget,in ca. primò,
10 §.præterea ducatus.de prohi. feu. alie. per Fed. An† si marchionibus noua castra concedantur, intelligãtur esse de marchia.Et dicit quòd non:sed si vniantur marchiæ,bene sunt de marchia:vt ibi per eũ.Et an si regnũ augmentetur,debeat prouincia,vel ciuitas augmentata regi constitutionibus, & statutis regni,necne:ponit latè Bart.post Gul.de Cug. in l. si conuenerit,la secunda.§.si nuda.ff.de pigno. act. & habetis bonã glo.in capit. cùm capella. extra de priuil. ponit etiã Bart. in tract.suo de alluuio,quem alij appellãt de Tyberiade,siue Tiberide.in titu.seu rubric.in quo tractat de insula.in versicu. sed quæro,istæ gentes.& Bart.in repe.l.cunctos populos,in secunda columna. C. de sum.Trinit. per Angel.in l. de quibus. circa penulti.columñ. ff. de legi. per Alber. de Rosa. in trac. suo statutorum,in prima parte principali,in 13.quæst.p Cyn.
11 & Bald.in l.ẽt.C.de iur.do.vbi etiam quærunt,† an bannitus ab vna ciuitate intelligatur bannitus ẽt ab alio loco postea
d acquisito, vel posteà adiuncto ciuitati. d Quod etiam tangit Pet.de Ancha.in sua repe.capit. canonũ statuta. extra de cõsti.in versicu.iuxta effectum extensiuum.Ludo. Roma. in l. si ex toto.in princ.ff.de leg.1.Et bene est verum ꝙ quamuis Ioann.Fab. hic non dicat illud, ad quod suprà proximè retuli cum Angel.de Aret.dicit tamen quòd istud, quod hic habe-
12 tur ĩ tex.facit ad hoc † ꝙ si vna ecclesia sit alij vnita,quòd nihilo minus retineat priuilegia sua.Alexand.ad hoc capit.primo ne se.vac.& ibi habetis glo.pulchram,& c. secundo, extra de relig.do.& ibi dicit notari. Et de hac vnione duarum
e ecclesiarum, e habetur etiam per Inno.in cap.nouit.extra de offic.leg.& in capit.pastoralis.extra de priui.per Bartol. in l. vnica.paulò post medium 2.column.C.de metropo. Bery. li. 11.vbi Bart.allegat vobis illas quotas Inno.per Bart.etiam in
13 l.1.§.si cohæredẽ. ff. ad legẽ Falcid. vbi ponit Bart. de † duabus ciuitatibus simul vnitis ad inuicem,quarum vna est multùm pinguis,& alia multùm grauata debitis: an vna debeat alterius debita,& onera supportare?Quòd etiam ponit Bart. in d.l.1.C.de metropo.Bary.lib.11.De quo ẽt habetis gl.pulchrã in d.capit.1.extra ne sede uac.& ibi latè per do.Anto.de
14 Bu.An † si una ecclesia uniatur alteri, possent res unius ecclesiæ uendi pro debito alterius ecclesiæ:ponit Bal. in Auth.hoc ius porrectum.in ulti.col.C.de sacrosanc.eccle. & idẽ Bal.in l.consti.Co.in uer.ideoque.& Ioan.de Imo.in d.§. si cohære-
15 dem.& Inn.in d.c.pastoralis.de priuileg.Et an † si unita sint officia Capitanei,& Potestatis simul,& data sint uni personę,
f an illa psona debeat habere duplex salariũ, f Capitanei scilicet,& Potestatis:& an debeat tenere officiales Capitanei, & ẽt officiales Potestatis:ponit no.Ang.ĩ §.illud.ĩ Auth.vt iu. sine quoquo suffra.& idẽ Ang.ĩ Auth.vt deter.sit nu.cleri.ĩ fine.
16 † Sed Aduerte,ꝙ iste tex.non meruit allegari ad illud, ad quod eũ allegat Io.Fab.scilicet de duabus ecclesijs vnitis:quia iste tex.non loquitur de duabus actionibus vnitis,imò loquitur de duabus actionibus, quarũ vna penitus est sublata, & eius vires alteri sunt attributæ.Dicebat etiã Ang.de Aret.hic,
17 † ꝙ iste tex.facit ad illam materiam,quãdo duo adæquantur adinuicem:vt quia statutũ adęquaret populares nobilibus,& econtra:quomodo intelligatur ista adæquatio. Quam quæstionem ponit latè Bartol.in l.1.in 1.columna, & ibi per omnes alios.ff.de lega.1.Ang.in Auth.in succesiõe.C. de suis & legi.& idem Angel.in l.2.C.commu.de lega.Sed certè, prout etiam statim dixi, non est verum quòd iste tex. aliquid penitus ad hoc faciat propositum:cùm text. iste non loquatur de duabus actionib.adinuicẽ ad æquatis,imò de duabus actionibus,quarum vna penitus est sublata,vt statim dixi.

Secundò not.ex hoc textu Angel.in versicul. superuacua.
18 & in ver.à nostris legibus recedere.quòd † actiones, quibus vires sunt ademptæ,non sunt ullius utilitatis,& sic nõ in legi-
19 bus inserendæ.Et sic,secũdum eum,facit.† quòd lex correcta non est allegãda,& quòd allegãs incidit in falsum.Sed istud est omnino extrauagãs à textu nostro,& nullo mõ colligit ex
20 tex.nrõ.Et iõ quãuis ipse Ang.hic ponat,† an licitũ sit allegar leges

g leges correctas, g & quomodo, & quid de statutis correctis: tamē quia istud omnino est alienū à tex. nostro, & ab eius materia, sufficit pro nunc opportuna remissio. De hoc ergo ponit latè Bart. in l. fina. vbi tex. principalis. ff. de fal. & Bart. in repeti. l. omnes populi. ad finē. ff. de iustitia & iure & in l. finali. C. de fideicommiss. liber. & Bal. in prima constitu. Codic. in in ver. arma. & ibi no. Paulus de Castro. & idem Bal. in §. hūc igitur in æternum. C. de Iustin. Codi. confir. Anton. de Butriga.
h & Innocen. in c. 1. extra de consti. h

21 * † Vltimò no. ꝙ ad hoc vt habeat locum actio de constituta pecunia, necesse est ꝙ constitutum fiat nudo pacto: aliàs si fieret per stipulationem, non oriretur actio ista prætoria de constituta pecunia, sed actio ciuilis ex stipulatu, quando incertum in stipulatione deduceretur: vel certi condictio ex stipulatione, vbi certum est deductum in stipulatione: iuxta l. si quis certum. ff. si certum peta. vt suprà de verbo. obliga. in princip. Et dicit no. Bart. in l. 1. de cōsti. pecu. ꝙ id, quod dicitur, ꝙ ad hoc, vt habeat locum actio de constituta pecunia, necesse est ꝙ præcedat debitum, vt infrà videbimus in gl. in verbo, constitueret. illud verum est, vt procedat qñ constitutum fit nudo pacto. Si autem constitutum fieret per stipulationem, tunc etiam si debitum in veritate nō præcessisset, teneret tamen constitutū in effectu. Istud dicit ipse, probari in l. si diuortio. ff. de verbo. obliga. & in hoc. tex. nostro. Veritas huius pendet ab his, quæ dicentur vobis post docto. inf. in dict. gloss. in ver. constituerit.

Pro clara tamen intelligentia tex. nostri, & huius vltimi notabilis, in quo habuistis ꝙ ad hoc, vt habeat locum actio de constituta pecunia, necesse est quòd constitutum fiat nudo pacto: si autem istud fieret per stipulationem, isto casu non competeret actio de constitut.

Oppo. & videtur quòd si istud est verum, quòd ex eo sequatur maximū absurdum. Sequitur enim, quòd si dico tibi: Constituis te soluturum. id quod mihi debes? & tu respondeas: Constituo. quo casu nemini dubium est ꝙ hìc est stipulatio.
22 † cùm stipulatio contrahatur per quæcunque verba consensum denotantia. §. in hac re. versi. sed hæc solennia, suprà de verbo. obliga. & l. oēs. C. de cōtrahend. & cōmit. stipu. sequitꝰ ꝙ hoc casu nō habebit locū illa actio de constituta pecunia: & sic sequitur quòd in paucis, & consequenter admodū raro habebit locum ista actio de constituta pecunia: quia communiter omnes vtuntur interrogatione & respōsione, & rarò euenit quòd quis ad constitutum descendat, nisi ad id prius fuerit interrogatus. Propter hoc Iacob. Butrig. recessit à communi intellectu ad istum §. & tenuit quòd si dicam: Constituis te soluturum id, quod tu mihi, vel alius debet? & tu respōdeas: Constituo. quòd hìc sine dubio fit stipulatio: cùm præcedat interrogatio, & sequatur responsio. & nihilò minus ēt hoc casu competat actio de constituta pecunia: quod, secundum eū, non est inconueniens, actionem istam de constituta pecunia inductam à prætore concurrere cum actione ciuili ex stipulatione: cùm prætor, qui introduxit hanc actionem, sit largus, & velit hanc actionem competere nedum in casu necessario, quando in constituto nulla stipulatio intercessit, & sic constitutum fuit factum per pactum nudum: sed etiam in casu non necessario, quando constitutum factum fuit per stipulationē, per id, quod in simili videmus, in §. quos autē. & meliùs in §. item ab intestato, suprà de bono. poss. Nec obstat text. noster ibi: Alioqui, si stipulanti promiserint, iure ciuili tenētur: quia iste tex. secundum prædictum Iacob. Butriga. si bene aduertimus, nihil penitus obstat. Nam dicit, quòd quando constitutum factum est per stipulationem, iure ciuili constitutor tenetur: & sic oritur actio ciuilis ex stipulatione. Non tamen negat, quin hoc casu oriatur prima actio de constituta pecunia. Simile dicit ipse §. sed ista, suprà eodē, vbi licet textus dicat Publicianam dari ei, qui non est dominus, & cōsequēter quasi domino, non tamen excludit, quin etiam Publiciana competat vero, & directo domino, secundum opi. quam ibi tenet ipsemet Iacob. Butriga. de cuius opin. veritate ibi abundantissimè vid mus. Hanc opin. Iacob. Butrig. ad istum tex. nostrū impugnat hic subtiliter Pet. de Bella Per. & dicit Ioan. Fab. hìc, hanc opin. Iac. esse deuiam à veritate. Et omissis multis leuibus, quibus mouentur contra Iac. potissimum fundamētum eorum est, quia quotiescunque sunt duo remedia, quorū vnū est secundum regulas iuris communis, aliud est contra regulas iuris communis, impossibile est quòd ista duo remedia simul concurrant. Nam qui habet remedium cōpetens de iure communi, non potest intentare remedium, quod est cōtra ius commune. l. 1. §. si debitori. ff. vt in poss. leg. l. quædam, in princip. ff. de eden. Sed ita est propriè in terminis nostris: qa quando constitutum fit per stipulationem, hic possunt esse duo remedia: vnum, quod est de iure communi, scilicet actio ciuilis ex stipulatione: & aliud quod est cōtra ius commune, scilicet actio de constituta: quæ actio dicitur contra ius commune, eò quia competit ex pacto nudo, quod est contra regulas iuris communis: ergo benè sequitur, quòd isto casu solùm possit cōpetere remedium iuris ciuilis, & consequenter actio ex stipulatione. Ego puto quòd ista opin. Iacob. Butrig. sit in puncto iuris sustentabilis: nec contra eam aliquid adducitur, ad quod non possit facilè responderi. Et fundamētū proximè relatum, quamuis sit fortius, quòd habeant tenentes contrarium, iudicio meo est multùm fragile. Nam dum dicebant quod si sunt duo remedia, vnum iuris communis, aliud contra ius commune, quod non possunt simul concurrere: fateor. Et dum dicunt quòd ita est in casu nostro: quia dum dicunt: quod quando constitutum factum est per stipulationē, hic potest competere remedium iuris communis, scilicet actio ex stipulatione: ergo cessabit remedium, quod est cōtra ius cōmune, scilicet actio de cōstituta: Quia dico quòd istud argumentum de directo facit cōtra eos pro opin. Iaco. Butr. & sic retorqueo argumentum suum contra eos. Nam actio de cōstituta, prout ipsimet dicunt, tunc dicitur esse contra ius commune, quando oritur ex pacto nudo: ergo cùm in termi-
i nis nostris oriatur ex stipulatione, i * nō dicet esse cōtra ius commune: & sic hoc argumentum facit pro Iaco. Butrig.

Non obstat etiam tex. noster, qui per nonnullos hìc addu-
23 citur contra Iacob. pro casu expresso † in illa dictione Alioqui, de cuius natura est vt contineat dispositionē cōtrariā præcedenti dispositioni, vt vult Bartol. in l. prima, in 3. col. in ver. quartò quæro. ff. de condi. & demonstra. & d xi suprà in apostillatione tex. quia respondeo quòd hic tex. in dictione Alioqui, bene denotat dispositionē cōtrariam præcedēti dispositioni, vt in præcedenti responso, quando cōstitutum factum est pacto nudo, solùm competit actio de constituto: hìc verò competit etiam actio ex stipulatione. Quidquid sit quamuis ista opin. Iacob. Butrigar. facilè defensetur ab impugnationibus tenentium cōtrarium, nō recedatis tñ à communi opin. ad hunc tex. scilicet quòd qñ constitutum fieret per stipulationē, quòd tunc non competat actio de constituto. Et ad absurdum, per quod mouebatur Iaco. Butrigar. ad tenēdum cōtrarium, scilicet quia sequeretur quod rarò, & in paucis ista
24 actio de constituto competeret: respondeo, † quod imò in multis casibus habebit locum: vel quando quis pacto nudo constitueret sine aliqua interrogatione: vel qñ cōstitueret ante factā interrogationē: vel qñ interrogatio præcederet, & ex interuallo sequeretur constitutum: quibus omnibus casibus constitutum diceretur fieri nudo pacto, iuxta glo. magistra. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. in verbo. igitur nuda, in glo. 1. & ibi per Bartol. & omnes. ff. de pact. Item habebit locum ista actio de constituto, quando constitutum fieret absenti per nuntium, vel epistolam, iuxta l. qui autem. §. fina. & l. sequ. & ibi latè per Bartol. de nuntio. ff. de constit. pecu. & per Bartol. in l. 1. per illum tex. C. de iur. do. impe. & Bal. in rubr. C. de cōstit. pecun. in 2. colum. & in l. vnica. in 21. colum. C. de confes. Et sic patet quòd in multis casibus potest habere locum ista actio de constituta pecunia: & consequenter quod absurditas Iac. cessat.

25 † Aduertite tamen ad id quod proximè dixi, ne decipiamini in fundamentis: quòd si ego dicerem hoc modo: Promittis mihi decem per stipulationē, & ex interuallo respōderet, Promitto, vel cōstituo: quòd nō valeret talis promissio, ēt vt constitutum. Tex. est no. l. prima. §. eum, qui inutiliter. ff. de constitu. pec. Sed vbi non apponeretur verbum, Per stipulationem, nec aliter appareret animus stipulandi: tunc promissio ex interuallo procedens valeret vt cōstitutum, cùm ibi adsit pactum nudum, vt est gloss. præalleg. in dict. versicu. igitur

nuda.Ita eleganter, & magistraliter dixit Bal. in rubri. C. de consti.pec.in vltim.colum.in versi. sequitur videre de forma. & sentit,imò vult ēt Ioann.Fab.hic:quod bene no.ad intellectū illius §.eū,qui inutiliter.Et ita habetis intelligere Bart.in l.continuus,in princip.ff.de verbo.obliga. Ponūt moder.in l. 1.§. qui præsens. & ibi scribitur, & in §. si quis ita. in eodem titul.de verbo. obligatio. Et per ista remanent expedita textualia.

Glo.in ver.cum omnibus.Aliæ enim præcedentes glo. sunt claræ.Prima glo.diuisione non indiget.

In ea.gl.ad fi.notate primò,secundum quod etiam hic no.
26 Ang.de Aret.quòd † lex,vel statutum quantūcunque generaliter loquens, recipit tamen restrictionē de habilitate & idoneitate.Facit tex.in l.vt gradatim. §. & si lege. ff. de mune.& hono.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.& l.1. §.nuntiatio. & ibi late Bart.in 4.col.post gl.& antiquos.ff.de oper. no.nū. & l.1.cū gl.1.C.de sacrosanct.eccle.& ibi Bart.in lec. in prin. & in fi.& ēt in repe.in prin.& latè in 4.col.& Bart.in l.1.ff.de eo quod cer.loco.Bal.in l.si qn̄,in princ.ff.de inoffi.testa.& vide te glo.latè in l.fina.in glo.1.C.sine cen.vel vel.;& ibi Bal.q no.loquitur,& habet illam glo. ibi pro multùm notabili, & Bald.in l.fina.in princip.C.qui legi.perso.& in l.1. ff. de testa. mili.Et propterea dixit multùm signanter Bal.in l.1. C. de fide instru.quòd si statutum dicat quòd quælibet probatio sufficiat:intelligitur tamen de solenni,& legitima,per glo.1.ibi.
27 quā ad hoc habet ibi Bald.pro notabili.Et † idē ēt dicit Bal. in l.2.§.quod autem.ff.qui satisd. cog. Sed habetis in terminis Bartol.istud idem d centem de statuto in l.3. C. de fid.instrumen.& iu.hab.fisc.lib.10.per glo.ibi paruulam,in ver.probationibus.quam no.& ponderat Bart.ad statuta, iuncto tex. Et ista sunt bene no. quamuis Bald. in rub. C. qui accu. non
28 poss.in fin.colum.secūdum bonas lectu. & nouas dixerit † ꝙ verbum quodlibet prolatum à statuto non restringatur de habilitate,vt aliquid operetur statutum.De quo latius ibi per eū de quo latè per Bal.in l.ita nobis.i fi.C.ad legē Iuliā.de adul.

Secundò notate ex hac ead.gl.secundum Nicol.de Neapo.
29 hic in secunda oppo.gl.ꝙ † verbū generale prolatū à lege,est intelligendum secundum iuris dispositionē alibi positam. Et vt dicit Nic.de Neap.in l.diuæ memoriæ.C.de decu.lib.10.Et quamuis hoc videatur idem notabile cum præcedenti, si tamē aduertitis,est diuersum.De quo vltra Nicol.videatis Bal. notabiliter loquentem in l.milites.in col.fi.in ver.& ex prædictis potest argui.C.de testamen. mili. vbi ponit,an & quando statuta generaliter loquentia,recipiant interpretationem, &
30 limitationē à lege communi:vt puta,secundum eum,† in statuto Venetorū, K quo cauetur quòd omnia testamenta, protsun t,ita executioni mandentur: an istud statutū intelligat de testamentis cond tis secundum ius commune,vel statutarium.Et vltra ista,an & quando statutum recipiat interpretationē secundum ius commune:vide latè Bal.in l.ita nobis pudor.C.ad le.Iul.de adul.vbi distinguit, & dicit ꝙ si statutum emanat ad obseruantiam iuris communis, quòd tunc recipiat interpretationem secundum ius commune. Secus si præter ius commune, vt quia dicat quòd quodlibet publicum instrumentum habeat executionem paratam. Item secus si emanat contra ius commune:vt ibi latius per eum.Et de hac etiam materia vide per Angel.in l. non est nouum. ff. de legi.Accedant quæ latè tradit Bartol.in l.omnes populi.in 6.q.prin.ff.de iust.& iur.maximè in secunda & 3.quæst. illius 6.quæst.princip.vbi plenè.

Gloss.in verb.constituerint.habet duas partes.in prima declarat tex.in secunda per modum fallentiæ, seu limitationis, remouet tacitum contrarium à text.Secunda ibi: & hoc ita si sit debitum.

In eadem glo.ibi:vt ff.de constitu.pec.l.qui autem. §. fina.
31 & l.sequen. † habetis formā verborum, quibus concipi pōt constitutum.Et iuxta hanc partē gl.vnum perpetuò diligenter notate,quòd si constitutum fiat hoc modo,vel sub ista forma,quia aliquis constituat Titium fideiussurum pro se, quòd tale constitutū valet,& tenet,& constituens tenetur ex tali cōstituto: nec vitiatur propterea quod videtur factum alienum promisisse:quia intelligitur promisisse se facturum,& curaturum,ꝙ Titius solueret,& fideiuberet.Tex. habetis no.in l. qui autem.§.si quis constituerit.ver.sed si quis,iuncta glo.prima illius versi.quæ notabilis est.ff.de consti.pec.& ibi declarat Iurisconf.quid fiendum eo casu,quo iste Titius nollet soluere:aut fideiubere pro isto constituente.Et dicit Bal. in rub. C.de consti.pec.in vltima colum.quòd ille textus nō est alibi in iure.& ex illo tex.ibi, iuncta glo. not. ibidem Barto. vnum
32 generale, † quòd in dubio,quādo aliquis promittit aliquem facturum aliquid pro se,ad cuius obseruationem ipse promittens tenet,quòd intelligitur semper promittere se facturum, & curaturum:Quod Bart.ibi dicit tenendum menti. Contra ista ego allego tex. qui prima fronte videtur esse contrarius in l.eum,qui Ephesi.in §.Iulianus quoque.versi.sed si quis cōstituerit.ff.de consti.pecu.vbi formaliter inquit tex.quod si aliquis constituerit alium pro se soluturum,non se pro alio, nō tenetur.Sed dicite quòd ille tex.non obstat, quia loquitur in diuerso casu, quando constituit tertium soluturum pro alio: quo casu benè verum est quòd nō tenet cōstitutum. Secus autē si constituat tertium soluturum pro se ipso:quia tunc bene tenetur.Et propterea cum mysterio dicit Bart. in dicta l. qui autem.vt suprà retuli,ꝙ quando aliquis promittit aliquē facturum id, ad cuius obseruationem ipse tenetur,ꝙ tunc dicatur promittere se facturum & curaturum. Ergo sentit Bartol. & vult quòd si quis constitueret aliquem facturum id,ad cuius obseruationem ipse non tenetur, quòd constitutum nō teneret:vt dic.versi.si quis constituerit.Ad quē tex. ita respondet in terminis Angel.de Imo.in l.inter stipulantem, in princip.ff.de ver.oblig. 1* Aduertite etiam,quia in dic.l.eum,qui Ephesi.in illo §.itē si mihi.est etiam tex. quòd si tu mihi constitueris te Sempronio soluturum,quòd nō teneberis. Quod videtur prima fronte satis dubitabile:cùm verba obligatiua constituti sint collata in personam eius cui fit cōstitutum:vnde non debet vitiari propterea quòd verba executiua in personam tertij conferantur:sicut in simili dicimus in stipulatione,prout latè ponit,& examinat Bart.in l.stipulatio ista,habere licere.§. si stipuler.ff. de verbo. obligatio. Et ex dictis ibi per Bartolum habetis solutionem:ibidem videatis.

33 In fin.glo.Habetis † quòd debitum siue sit naturale,& ciuile simul,siue naturale tantùm,siue prætorium tantùm, potest in constitutum deduci.Secus tamen est, si sit debitum ciuile tantùm:quia illud nō potest in constitutum deduci. Sed aduertatis,quia quamuis debitum ciuile non possit in constitutum deduci,ciuili tamen debito,seu ciuili obligationi pōt accedere fideiussor:vt est tex.in §.1.in uer. ciuili, suprà de fideiuss.& est tex.in l.prima,& ibi latè Bar.& in l. fideiussor obligari.§.fideiussor.ff.de fideiuss.Istud videtur esse mirabile. secundum Ioā.Fab.hic,quòd ciuili debito accedat fideiussor, & tn̄ ciuile debitum nō possit constitui, saltem ab ipsomet,
34 qui ciuiliter tenet,cùm † obligatio fideiussoria sit magis stricta,quàm constitutum.Quod patet: quia fideiussor nō pōt in plus obligari,quàm principalis,nec re,nec loco, nec tempore.nec causa:vt l.Græcè.§.illud.& ibi declarat Barto.ff. de fi-
35 deiuss.† & tamen constitutum potest fieri in plus,quàm sit debitum principale,tempore & loco.leg. sed & si citeriore, & leg.sequ.quæ incip.eum,qui Ephesi.in prin.ff.de constitu.pecun.licet non posset in plus constitui re siue summa.l. hactenus.§.fin.& l.seq. ff. de constitu. pecu. & declarat hic Nicol. de Neapol.in tertia quæst. extra glo. in materia de constitut.
36 pecun.† Inuestiganda est igitur ratio diuersitatis,quare debitum ciuiliter tantùm non possit constitui,& tn̄ ei possit accedere fideiussor.Vel si volumus tenere ꝙ in hoc idem sit in cōstituto,quod in fideiussione:habetis inuestigare solutionem ad l.quòd si maritus. §. 1.hic alleg. in gloss. Subtilis tamen Petr.de Bella Pert.secundum quòd eum refert Bald. in l. penultima. C. de non numerat. pecu. dicebat pro ratione diuersitatis: Soluat Apollo,qua solutione utitur in simili gloss. in l.secunda, in princip. in uersicul. anno. ff. ad leg. Aquil. Bal.in dict. l. penulti. respondet quòd ideo aliud est in constituto, quia ibi est nudum pactum: sed in fideiussione necessaria est stipulatio. l. blanditus. C. de fideiuss. Alleg. etiam pro hac ratione in argu. l. si ex pretio. C. si cer. petat. distinguit tamen posteà, ut ibi per eum. Et istam rationem diuersitatis sentit etiam Bartol. si benè inspiciatur, in l. 1.ff. de fideiuss. & infrà referam. Dyn.tamen hic ad solu.d.l. quod

quod si maritus.distinguebat hoc modo: Si tu queras utrùm debitū ciuiliter tantùm possit constitui:distingue, Aut constituens sciebat debitū esse ciuiliter tantùm,ille verò cui fit constitutum,ignorabat,quia credebat esse debitū ciuiliter & naturaliter:& tunc tale constitutū valet,& tenet, & pōt constituens cōpelli.l.prima.§.penulti.ff. de constitu. pecu. Et facit
37 ratio:† quia promissio,& solutio æquiparantur,vulgata l.fin. C.ad leg.Falcid.& habetis tex.in terminis materiæ nostræ in l.1.§.an possit.ff.de constitu.pecu. sed soluens scienter indebitū,non pōt repetere:vt l.cuius per errorē.ff.de regu. iur. eo
m quia donare m videtur,iuxta legē Campanus. ff. de ope.lib. Ergo eodem modo promittens obligabitur. Aut verò constituens sciebat esse debitum ciuiliter tantùm:eodē modo sciebat ille,cui fiebat constitutū: & sic vterque erat in casu scien
38 tiæ:& tunc secundum Dynum,† quia in pari causa melior est cōditio rei,quàm actoris:vt l.si seruū.§.sequitur. ff. de verbo. obligation.& l.apud Celsum.§.Marcellus.ff.de excep.do.bene facit l.domum.ff.de contrahend.empt.sequitur quòd constituens ex tali constitutione non erit obligatus cum effectu. l.2.§.circa.ff.de excep.do.

Ista distinctio Dyn.dū in ea dicitur vltimo loco ꝙ constituens non erit obligatus cū effectu: cadit in illam vulgatam
39 quæstionem † vtrùm promissio facta sine causa,ipso iure va
n leat n in effectu. Quod hìc examinat Bald. & multùm diffusè Angel.de Aret.sed non expedit.Ista tamē distinctio Dyn.vult vnū aliud,quod non pōt vllo modo procedere, scilicet ꝙ illud,quod dicitur in dic.l.ꝙ si maritus.§.1. & in gloss. nostra, scilicet quòd debitum ciuiliter tantùm non possit constitui: tunc demum procedat,quando vterque,& constituens, & ille,cui constituitur,sciebat,& non alio casu: quod esset nimiū restringere illum tex.

40 Item vult Dyn.aliud, † quòd ille,qui scit esse debitū ciuiliter tantùm:si constituat, videatur donare. & quòd cōstitutū valeat,vti donatio.Quod ēt tenet gl.in dic.l.ꝙ si maritus.§.1. & in gloss.1.mag.ad fin.Contrarium tamen tenet glo. in l.hactenus.§. primo,in eodem tit. scilicet ꝙ constitutū nō valeat iure donationis:cū illo iure Digestorum donatio facta nudo pacto nō valeat: licet hodie sit secus, per l.si quis argētum.§. final.C.de do.& Bart.in dict.l.hactenus. §. primo distinguit, Aut illud,qđ à sciente erat constitutum,erat indebitū iure exceptionis:& tunc per constitutum factum scienter constituēs teneatur,non quia oriatur actio de constituta: illa enim oriri non potest,cùm debitum efficax non præcedat: sed quia per illud constitutum scienter factum,tollitur obstaculum exceptionis,& actio prima remanet valida.Si autem omnino erat indebitum:& tunc quia scienter constituens videtur donare, hodie per iura Codicis valeret,vt donatiō: olim secus. Et ita etiam tenet Bald.in rubri.C. de constitu. pecu. in tertia colu. quamuis Iacob.Butriga.& fortè melius tenuerit vtroque casu agi ex donatione,eo quòd constituens non egerit antiquā actionē resuscitare,aut exceptionem ad eā remouere,sed nouam obligationem inducere. Vnde iste actus non debet vltra voluntatem constituentis operari,iuxta vulgatam l. non omnis numeratio.ff.si cert.peta.Et ita etiam tenet Salice. in l.secunda.C.de constitu.pecun.Et illud credit esse verius Angel. hìc.ponit ēt hìc Nicol.de Neapol. in secunda quæst. extra gl. in materia constitutæ pecuniæ.Ioan.Fab.hìc habuit in prædictis mirabilem opin.& profectò non negligendam,quòd cōstituens scienter indebitū,nunquàm teneatur: & quòd tale cōstitutum non valeat, eo quia est accessoriū ad principale debitū:ergo non debet posse constare sine principali. Hinc est quòd quando debitum principale est conditionale,non potest constitui:quia principale debitum non est efficax, iuxta l.id quod sub conditione,in prin.ff.de cōst.pecu.& tamē hoc casu constitutum fit à sciente,& in hoc concordant omnes & nemo discrepat.Sed amplius,& mirabiliter vult Ioā.Fab.hìc & in hoc discrepat ab omnibus docto.ꝙ constituens scienter indebitum, etiam non videatur donare: quia secundum eū,
41 leges,quæ dicunt † quòd promittens scienter indebitum,videatur donare,loquuntur quando principaliter aliquid promittitur.Sed quando promittitur aliquid accessoriū,vt in terminis nostris:& tūc dicit se credere ꝙ etiam non videatur donare,cùm deficiat materia principalis.Alleg.l.si à reo. §. si à furioso.ff.de fideiuss.quæ lex non facit:quia loquitur,& dicit,
42 † ꝙ obligatio fideiussoria,quæ est accessoria ad principalem non valet,si non valet principalis. Verum est quòd non valet tanquàm obligatio fideiussoria, vt ibi dicit text. sed nunquid valeat tanquam donatio,quando fieret à sciente: nihil ibi dicitur in textu.Et si vera est hæc opin. Ioann. Fab. est maxima limitatio ad illā vulgatam regulam,quæ habet quòd promittens scienter indebitum,videatur donare. Reprobata itaque distinctione Dyn.& sol.ad d.l. quod si maritus. §. 1. restat vt aliter respondeamus ad illum tex.Ioann. Fab. dicebat quòd in debito ciuili tantùm non est aliqua differentia inter constitutum & fideiussionem: quia in casibus, in quibus debitum ciuiliter tantùm non potest in constitutum deduci,in eisdem etiam non potest accedere fideiussor: & eodem modo idem est econtra.Vnde,secundum eum,duplex est debitū: quoddā ciuile tantùm,quod est efficax:ita quòd ex eo datur actio, vt est in debito ex sententia.l.Iulianus verum debitorem, secundum magis communes conclusiones.ff.de condictio. indeb. & istud bene potest constitui, sicut ei potest fideiussor accedere. Quoddam autem est debitum ciuile inefficax: & tunc non potest constitui, sicut nec potest fideiussor accedere: & in istis terminis loquitur,secundū eū,dict. l. quod si maritus. §.primo.Ista distinctio quæ fuit Dyn.in l.prima. ff. de fideiusso.approbatur ibi per Bart.in fideiussore. Quod etiam tenet, & ampliat Baldus in dic.l.penul.C.de non numera.pecu.Sed quantū ad constitutum Bart.in dict.l.prima.ff.de fideiusso.aliter dicit,& dat aliū intellectum ad dict. l. quod si maritus. §. primo, qui intellectus videtur esse multum amicus literæ illius tex.intelligendo tex.ad vnguem,prout iacet. Et miror ꝙ iste intellectus Bartol.non referatur per alios hìc. Dicebat ergo Bartolus quòd quando subest ciuile debitum tantùm,qđ tamen sit indebitum de iure pretorio,ut quia naturalis sit sublata de iure prætorio:tūnc tale debitum non poterit in constitutū deduci.Et in istis terminis propriè loquitur dict.le.quod si maritus.§.primo.Et ratio est,secundum Bartolum,quòd cōstitutum fuit inductum ex edicto prætoris. Vbi ergo non est debitum de iure prætorio,ibi non cadit constitutū. Huic tū debito benè potest accedere fideiussor: quia cessat ratio suprà dicta. Itē & quia fideiussor accipitur per stipulationem. Et in istis verbis Bartolus sentit illam rationem, quam ponit Baldus in leg. penultima. C. de non numera. pecun. & eam suprà retuli.

43 † Quid autem si sit aliud debitum purum, cui tamen aliqua exceptio obstet,an possit deduci in constitutum: Habetis per gl.in dicta l.quod si maritus.§.primo, in gloss. prima mag.& ibi Bartolum,& per Angelum de Aret.hìc.

44 † Vltimò ad complementum huius glo. inquantum glos. vult quòd debitum naturaliter & ciuiliter simul possit in cōstitutum nullius deduci:aduertite quòd hoc casu tale cōstitutū nullius,aut paucæ admodum esset utilitatis, quando fieret ab ipsomet debitore:nisi quòd plures actiones ad idē tūc debitori competerent.Secus tamen esset,quando constitutū fieret à tertio: quia tunc esset maximæ utilitatis, propter illum tertium.Et ita ēt dicebat Angelus de Aret.ad finem præsentis §.Sed unum circa ista diligenter notate, quòd ubicunque fit pactum, uel constitutum de eo, ad quod quis erat obligatus ex dispositione legis, ex qua dispositione legis nemini uenit in dubium quòd oritur actio,iuxta leg.legitima. ff. de pactis.
45 hoc † casu actio de const tuta pecunia non est necessaria.Solùm ergo esset necessaria,quando in pacto,seu constituto deduceretur id,ad quod quis esset obligatus ex cōtractu: & sic ex dispositione hominis:& sic esset debitum naturale tātùm, elisum tamen exceptione: tunc benè esset necessaria actio de constituta pecunia.Ita signanter dixit Bartolus in dicta leg.legitima.in columna fina.quamuis eum aliter, & malè referat Angelus de Aret.hìc,ad finem præsentis §. Et pro dicto Bartol.habetis text.opti.in leg.inter socerum. §. conuenit. ff. de pact.do.iuncta leg.si quis pro uxore.§.primo. ff. de donatio. inter uirum & uxorem.Bene etiā facit le.quoties.iuncta glossa magna.uersiculo finali.ff. de præscriptis uerbis. Imò fortiùs, & singularius dixit Angelus in dict. l. legitima, quod quando pactum,seu constitutum interponitur super eo, ad quod qs erat obligatus ex dispositione legis, quòd hoc casu

actio de constituta nedum non est necessaria, imò etiam secundum eũ, non potest competenter habere locum: quia ista actio de constituta est inducta in subsidium, quando alia non cõpetit: sed hic alia competit: ergo, &c. Licet contra istud vltimum, scilicet ꝙ imò ista actio de constituta pecunia competat etiam quando competat alia actio, teneat Iacobus de Butri. hic: de cuius veritate dixi suprà in vltimo notabili huius textus. Sed pro hac opinione Angel. multum benè facit illa l. inter socerum. §. conuenit. quam pro eo adducit ad hoc pater & præceptor meus domin. Alexa. Imo. in dicta leg. legitima. vbi est tex. quòd hoc casu datur actio vtilis in factũ, quæ nõ competit, vbi competit alia actio dict. l. quoties. ff. de præscr. ptis verbis. Ergo benè præsupponit textus ille, quòd isto
o casu nõ possit haberi locũ actio de cõstituta pecunia, o * Ego limito ista vt sint vera, & procedant, quando constitutũ continens illud idem, ad quod quis erat obligatus ex legis dispositione, fieret ab ipsomet obligato. Et in istis terminis loquũtur præallega. docto. Sed vbi istud constitutum fieret à tertio non obligato, prout sine dubio fieri potest, vt hic in text. nostro, & l. eum qui. §. quod exigimus. ff. de consti. pec. tunc putarem ꝙ nedum actio de constituta haberet locum contra istum tertium, sed quod imò esset necessaria, cùm contra illũ tertiũ non competat aliàs illa actio ex lege descendens. Et ita sanè intelligo dicta suprà dictorum doct. Et ista notate, quia sunt maximum fundamentum in præsenti materia.

Gloss. in versi. nulla. ego diuido in tres partes princip. In prima inf. rt ex tex. & contra illationem opponit. In secunda soluit quoddam speciale, & specialitatis rationem assignat. In tertia & vltima enumerat alios sex casus speciales, in quibus ex pacto nudo oritur actio. Secunda ibi: & est hoc ideo fortè speciale. Tertia ibi: sunt & alij adhuc sex casus.

46 † In eadem gl. ibi: vt. ff. de iureiur. l. eũ. qui, in princ. habetis ex glo. duo: primò rationem specialitatis, quare speciale sit in constituto, vt in eo ex pacto nudo oriatur actio. Secundò quòd in alijs promissionibus, præterquam in constituto, promissor statim teneatur.

Circa primum, videlicet circa rationem specialitatis assignatam in gloss. dicite ꝙ eandem rationem ponit glo. in dic. l. promissor. §. primo, in versi. modicũ. Hãc tñ rationem specialitatis impugnant omnes docto. hic: quia ista non est bona consequentia: Quis habet commodum vt nõ teneatur, vel vt etiam possit conueniri intra decem dies: ergo ex pacto nudo oritur actio. Certè istud nullatenus sequitur. aliàs sequeretur, ꝙ si ego existens hic Papiæ, promitterem tibi decem Romæ: quo casu licet promissio sit pura, tacitè tamen subintelligitur tantum tempus, intra quod possim Romam petere. iuxta l. continuus. §. cùm ita. ff. de verbo. obliga. & §. loca. suprà de verbo. oblig. ꝙ hoc casu ex pacto nudo oriretur actio. quod tamen notoriè est absurdum, & falsum. Præterea ratio glo. nostræ ostenditur falsa alio fundamento, quod adducit hic Iacob. Butrig. & post eũ. Nic. de Neap. in secũda, aliàs in quarta oppo. glo. Nam in edicto prætoris, qui introduxit in constituto ex pacto nudo actionem competere. l. prima, in princip. ff. de constitu. pecu. quando debitum erat constitutum: certè nihil disponebatur de isto spatio decem dierum: sed istud spatium decem dierum fuit inuentum, & posteà superadditum per Iurisconsultos: vt est de vtroque casu in dict. l. promissor. §. 1. Ergo sequeretur attenta ratione gl. quod ante istam inductionem decem dierum factã per Iurisconsultos in cõstituto ex pacto nudo non oriebatur actio; quod tamen est notoriè falsum, & contra dict. l. prima, in princip. ff. de constit. pecun. Præterea secundum Angel. de Aret. hic, propter tam modicũ commodũ, seu tam modicum interesse decem dierũ nõ debuisset tanta specialitas induci cõtra oẽs regulas Mundi, vt ex pacto nudo detur actio. Et si propter illud & non propter aliud, fuisset hoc introductũ, certè fuisset maximũ absurdũ: quod nullatenus est dicẽdũ. Quæ ergo põt esse rõ specialitatis, quare speciale sit in constituto, vt in eo ex pacto nudo oriatur actio? Ioã. Fab. & Ange. hic dicũt rationẽ esse: quia hoc pactum cõstituti interponitur super debito iã cõtracto; ideo potius operatur productionem actionis, quàm si fieret super debito cõtrahendo. & hoc operaꝛ geminatio promissionis, quasi magis appareat de deliberata volũtate promittẽtis, q̃ si vnicus interuenisset tantũm cõsensus, & vnica promissio: Et ad hanc rationẽ ego addo bene facere rationem, quam ponit Bart. in l. prima. §. si quis simpliciter. ff. de verborũ obligatione. & Raph. Cu. in rub. illius tit. quare lex introduxerit, ꝙ in stipulatione præcedat interrogatio, & sequatur responsio: quia ꝓcedente interrogatione magis apparet de deliberata volũtate volentis se obligare. Ita erit ergo & in proposito nostro. Et prædictam rationẽ in constituto sequitur in terminis Raph. Cu. in dict. rubr. ff. de verborum obligation. & idẽ volunt doc. iuris canonici, vt Hos. & clarius do. Ant. de But. in c. ꝑ tuas. extra de arbi. & idẽ do. Ant. de But. in c. cùm cõtingat. & in c. Quintauallis. extra de iureiu. in q̃bus locis tradũt, ꝓ re
47 gula † ꝙ ex pacto nudo geminato super eadem re, etiam ex interuallo apposito, oritur actio, ẽt de iure ciuili. Et ad istud optimè facit tex. in l. fin. C. ad legem Fal. qui probat subtiliter intuenti, secundum Angel. ibi, ꝙ vbicunque est geminata na-
48 turalis obligatio, † ꝙ est actionis productiua. p * Item facit,
p quia geminata conuentio sine causa valet, & tenet. secundum Ang. in l. petens in 6. lec. C. de pac. Item confessio extraiudicialis, quæ aliàs non præiudicaret, si sit geminata, ita præiudi
q cat, q sicut si facta fuisset in iudicio. ita singulariter Barto. in l. cùm scimus. ad fin. per gloss. ibi. C. de agri. & cen. lib. 11. Itẽ verba enuntiatiuè prolata in contractibus, quamuis non sint
r obligatoria, tamen si sunt geminata, benè obligant. r Ita singul. Bartol. in dict. l. cùm scimus. post princip. per illum text.
49 † Item geminata cautio tollit beneficium Velleiani, secundũ formam. l. si mulier. & quod ibi Bal. in lectura antiqua. C. ad
50 Velleia. Item † quando emanauit geminata confessio, nõ po
ſ test opponi exceptio non numeratæ pecuniæ: ſ vt vult glos. in l. in contractibus. §. sed quoniã. in glo. prima, in versi. penitùs opponi. C. de non numera. pecu. Accedat illud vulgatum, ꝙ duo vincula magis operantur, quàm vnum. in Authen. de cõsang. & vteri. fratri. in princi. & Authent. itaque. C. cõmu. de succes. Ista ratio, quamuis firmata authoritatibus compluriũ illustrium docto. & etiam fundata cõpluribus optimis similibus, mihi tamen nullo modo placet: quia posito quòd procederet, quando constitutum fieret ab ipsomet, qui erat debitor, quo casu ex secunda promissione diceretur magis apparere de volũtate promittentis; tamen nullo modo posset procedere, quando fieret à tertio, qui non esset obligatus: quo casu non diceretur esse geminata promissio eiusdem, per quã debeat apparere de magis deliberata voluntate promittentis: aliàs sequeretur ꝙ in fideiussione eodem modo nudum pactum produceret actionem, quia fit super debito præcedẽti: & tamen istud est notoriè falsum: quia requiritur stipulatio, vulgata leg. blanditus. C. de fideiuss.

51 † Vnde aliam, & secundam rationem specialitatis in constituto assignant Ioan. Fab. & Ang. de Aret. hic: quia promissio, quæ fit in constituto, est accessoria principalis debiti, secũdũ Angel. de Aret. & multa accessoriè conceduntur, quæ principaliter non concederentur, sicut videmus secundum eum, in pactis nudis appositis in contractu, ex quibus non oritur actio de per se, sed quia accedunt contractui vestito, iuxta l. legẽ. & ea, quæ ibi traduntur. C. de pact. Et hanc rationẽ etiã sequiꝛ Ray. de Forli. in l. secũda. C. de cõstitu. pecu. Et hãc rõnẽ defendit ẽt hic Nicol. de Neap. in quarta oppo. gl. Sed ista rõ ẽt nullatenus mihi placet, & eã ẽt refert Iacob. But. prout eũ refert Nic. de Neap. in loco proximè allegato: q̃a data rõne pro, vera, sequeretur absurdum, quòd fideiussor obligaretur ex nudo pacto, cum obligatio sua sit accessoria principali. leg. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiuss. tñ illud est falsum: quia oportet ꝙ interueniat stipulatio. d. l. blanditus.

52 † Vltima fuit ratio ipsius Iacob. Butrig. hic referentis Nicol. de Neapol. in loco proximè allegato, ꝙ ideo in cõstituto ex pacto nudo oriatur actio, eo quia illud pactũ nudum habet fomentum à lege prætoria: vt leg. prima, in princip. ff. de constit. pecu. nihil mirum si parit actionem iuxta l. legitima. cum ibi traditis. ff. de pac. Nõ sic in fideiussione, quæ est creatura iuris ciuilis, quæ non habuit fomẽtũ nec à lege ciuili, nec à lege prætoria, nec ab alia lege, ideo non parit actionem, nisi interueniat stipulatio. dicta l. blanditus. Et hanc rationem ego teneo pro minùs periculosa, & etiam pro vera: & eã ẽt tenet Bal. in l. fi. C. ad legem. Falcid. vbi formaliter inquit, quòd

ideo

ideo pactũ nudum producit actionem,quia assumit sibi vesti
mẽtum edict: prætoris.de constitu.pecu.vbi allegat hũc tex.
Et si instares,Quæ est ratio diuersitatis,quare constitutũ fue-
rit fomentatum à lege prætoria potiùs,quàm fideiussio. Re-
spondeo,& faciliter,rationem esse,quia constitutum est crea
tura iuris prætorij,vt suprà dixi.Vnde faciliùs debuit moueri
prætor ad fomentanda ea,quæ ipse introduxerat,q̃ ad fomen
tanda ab alijs introducta.veluti à iure ciuili,vt est fideiussio.

t Non omitto tñ circa prædicta quòd Bar. t* sibi cõtrarius,
prout retuli suprà in euidentialibus,ponit vnã nouã,& singu
larẽ opin.in l.iuris gentiũ.§.sed cùm nulla. in uer. igitur nu-
53 da.ante fi.ff.de pac.vbi dicit,se putare † q̃ constitutũ debeat
dici contractus nominatus,& conuentio legitima , cùm ha-
beat nomen specificũ,& elegans. Vnde nil mirũ si producat
actionẽ,sicut & aliæ conuentiones nominatæ.dict.l.iuris gen
tiũ,in princi.& secundũ hanc opi.non erit aliqua specialitas
in constituto,q̃ ex pacto nudo oriatur actio.& ita confundẽ-
tur opin.omnium,& gl.& doct.hic,& vbique,& ipsemet Bar
tol.in hoc sibi contrarij,vt suprà retuli in euidentialibus. Nã
volunt omnes,quòd specialis casus sit in constituto , vt in eo
ex pacto nudo oriatur actio.Ego tenerem hanc peregrinam,
& singularem opin.Bartol. nisi contra eã vnũ obstaret mihi,
ad quod non video quomodo benè respondeatur:quia secũ-
dũ eam etiam in fideiussione ex pacto nudo deberet oriri a-
ctio cùm fideiussio sit conuentio nominata, & habet specifi-
cũ,& elegans nomen:& tamen istud est notoriè falsum. dict.
l.blanditus.In hoc benè cogitabis.Et per ista remanet expedi
tum primum,quod collegi suprà ex ista glo.

54 †Circa secundum principale,quod ex ea glo.collegi,quòd
in alijs promissionibus,præterquam in constituto,promissor
statim teneatur, & consequenter quòd differentia sit in hoc
inter constitutũ,& alias promissiones:dicite q̃ idem etiã te-
net gloss.in dict l.promissor.§.primo.in ver. modicũ. In hoc
puncto omissis opin.hic relatis per Nico.de Neapo.in 4.op-
po.glossarũ,paucis concludo cũ Barto.in dic.l. promissor. §.
primo.cõtra gl.nostram q̃ idem sit in alijs promissionibus,
quod in constituto,quantum ad obligationem, vt statim ce-
dat dies obligationis tã in constituto,quàm in alijs obligatio
nibus,& q̃ tempus istorum decẽ dierum adijciatur solutioni
miserationis gratia,iuxta l.si cũ multi.§.fin.ff.de compen.nõ
aũt adijciatur obligationi.Et hoc est,quod propriè vult text.
in dict.l. promissor. §. primo.in verbo.vt exactio celebretur.
Benè verum est,q̃ hoc tempus,quod indulgetur solutioni,est
in constituto limitatũ,vt sit decem dierum: in alijs verò pro-
missionibus nõ est limitatũ, sed ẽ ad arbitriũ iudicis.De quo
etiam puncto videatis multùm latè , & plenius , quàm alibi,
per ipsum Bart.in l.ita stipulatus mag.in 1.quæst. princ. ff. de
ver.oblig.vbi refert omnes glo.in hoc contrarias, & dicta an
tiquorum patrum contraria , prout etiam refert Nicol. de
Neapol.hic,in loco proximè alle. & concludit Bartol.idem,
prout in dict.l.promissor.§.1.De quo etiam videatis Bart.idẽ
tenentem in l.quod dicimus. ff. de sol. Idem etiam tenet hic
Ioann.Fab. in penult.col.

55 † Et ad intellectum istius l.promissor.§.1.si vultis scire, an
illud tempus decem dierum , sit ibi statutum à lege, an verò
sit statuendum à iudice,& cuius effectus sit ista indagatio,vi-
deatis Ang. & Imo.in l.liber homo.la 2.in §.decem hodie.ff.
de verbo.obliga.& Angel.de Aret,hic,columna quarta.

Et an illud tempus decem dierum habeat locum etiam in
ter absentes,an verò solùm inter præsentes:ponit Bald. in ru-
bri.C.de constit.pecun.in tertia quæst.

An autem lapsus istorum decem dierum constituat debi-
torem in mora absque alia interpellatione: vt si debitor con-
stitueret se soluturũ magnum debitum sub pœna,pœna com
mittatur lapsis illis decẽ diebus sine alia interpellatione: ha-
betis hic per Ioann.Fab.in penult.colu.concludentem q̃ sic:
& per Bart.in dicta l.promissor.§.primo.ad fin.idem etiã te-
nentem per gl. cum tex.in l.si duo.§. fin.ff.de consti. pecun.

u † u* Vnum tamen diligentissimè notate pro maxima limi
56 tatione præsentis materiæ, q̃ vbi in cõstituto promitteretur
pœna pacto nudo, quamuis ad sortẽ principalẽ nudo pacto
promissam, competat actio de constituta pecunia: tamen ad
ipsam pœnã nudo pacto , & sic sine stipulatione promissam
non competit ista actio de constituta pecunia . De hoc habe-
tis tex.no.& signandum,& fortassis singularem in iure , in l.
Titius.la 2.ff.de constitu. pecun. per quem tex. ita dicit Bald.
in rub.C.de constitu.pecun.in quarta quæstione.

In eadẽ glo.ibi:vt C.de dona.l.si quis argentũ.§.fin aũt.ha
57 betis † q̃ hodie ex pacto nudo de donando oritur actio . Et
idem tenet etiam glo.in l.legitima.in glo.mag.post princi. &
in l.iuris gentiũ.§.sed cum nulla.in versi.igitur nuda.in glos-
sa magna,post medium.ff.de pac.Istas glo. reprehendit Bart.
in leg.legitima,& ibi Angel.& cõmuniter alij sequuntur: &
idem Bar.in l.prima.in vlti.col.ff.de condi. ex lege. quia ho-
die ex nudo pacto de donando non oritur actio,sed oritur cõ
dictio ex lege propter ipsum pactum,Et istud paucis ego te-
neo,declarando tamen,prout magistraliter declarat Bartol.
in dicta l.legitima.quicquid teneat Ang.in repetitio. l. si cer-
58 tis annis.in prima colum.C.de pact. † quicquid etiam tenue
rit Imo.in l.in ædibus.§.primo.ff.de donatio.referens præce
ptorem suum Franc.de Rampo.in hoc tenentem contrariũ.
De quo habetis latè per Angelũ hic. Nec est mihi curæ hoc
vlterius examinare quod nullius,aut paucæ admodum vtili-
tatis est, an hodie oriatur actio ex pacto nudo de donando,
an verò ex lege propter pactum.Non est ẽt vera opin. Ioann.
Fab.hic tenentis post Pet.de Bella Pert.q̃ nõ sit mirum, si ho
59 die pactũ nudũ de donando pariat actionem, propterea † q̃
x contractus donationis hodie sit contractus nominatus, x per
dict.l.si quis argentum.§.penultimo. & fuit opin. glo. in dic.
l.iurisgentium,in princip.in glo.magna, in uerbo, aliquid fa-
cias.quã ibidem reprehẽdit Barto.& benẽ:quia posito quòd
sit contractus nominatus, tamen quia contractus nominati,
qui accipiunt nomen non ab actu conueniendi, sed ab actu
60 exequendi, vt donatio,† quæ sic dicitur,quia est doni datio:
vt l.senatus.§.donatio.ff.de dona.cau.mortis.certè nunquam
dicuntur habere nomen,nisi facta executione.Vnde non mi-
rum,si pactum nudum de donando, quod non est donatio,
non produceret actionem,nisi hodiè à lege iuuaretur: de quo
habetis latiùs ibidem per Bartol.

61 † An autem dicta l. si quis argentum.§.pen.habeat locum
in donatione causa mortis,vt in ea ex pacto nudo habeat lo-
cũ dispositio huius legis:habetis gl.reputatã singularem te-
nentem quòd sic,in l.cùm pater.§.Meuio.in glo.prima, ĩ ver.
donabat.& in glo.fin.in verbo,reuocauerit.& ibi Barto. ff.de
leg.2. Et hoc ẽt tenet Bald. post Cyn. in l. 1. C. de dona.cau.
mor.& Bal.in l.si quidem.in fi.C.de act. & oblig. & in l. & si
mortis,in princip.C.ad leg.Fal.& l.cùm hi, in princip. ff. de
transa.& in l.cùm virum.in prima columna. C. de fideicom.
vbi reputat illam glo.esse singularẽ ad hoc,vt in l. executorẽ,
in tertia columna.C.de execu.rei iudi.& in l.si donationis,C.
de contrah.emp.& in auth.ex testamento.in tertia col. C. de
colla.& in l.vnica.§. sin autem aliquid sub conditione. C. de
cadu.tol.& in l.secunda.ff.de leg.1.& Angel.in repe. l. si cer-
tis annis.in secunda colu.C.de pact. & idẽ Ange. in l. cùm ex
causa.ff.de re iud.& in quæstione per eũ disputata, quæ inci-
pit:Astensis miles.in 4.char.vbi etiam habet illam gloss. pro
singulari ad hoc. Sed quamuis glo. illa reputetur singularis,
habet tamen cõsociam in l.secunda.C.de iure do.in gl. mag.
fin.prope fi.quam pro consocia allegat Ioann. de Imo. in di-
cta l.secũda.ff. de lega. 1. Est verum quòd ipsemet Ioann.de
Imol.in dict.l.cum ex causa. tenet, quòd quamuis prædicta
opin.sit communis,tamen in puncto iuris contrarium est ve-
rius,per nonnulla fundamenta, ad quæ habetis responsionẽ
per Angel.de Are.hic.Sed ipse Imo.vacillauit,& aliter tenuit
in hoc,in l.1.C.de dona.causa mor.& ibi habetis hũc articu
lum supra omnes latissimè examinatum per Lud. Rom. vbi
post multa tenet,quòd quamuis de iuris subtilitate glo.præ-
al.sint falsæ,quòd tamen in consulendo non recederet ab o-
pin.gloss.& tantorum patrum,

62 † Nũquid autem dict.l.si quis argentum.§.penulti. habeat
locum in donatione propter nuptias:habetis glo.elegantem
quòd sic,in l.1.in vers.auxerit.& ibi Bal.C.de dona.ante nup.
& idem etiam tenet Cyn.& Bal.ĩ Auth.eò decursum. per illũ
63 tex.C. de do.ante nup.Et † quòd dict. l. si quis argentum.ha-
beat locũ in donatione ob causam , pondero nouiter de hoc
esse gloss.iuncto tex.in l.si quis cum debitore.ff.de iureiuran-

64 Nunquid autem dict.l.si quis argentum.† §.penult.habeat locum in donatione remuneratoria,habetis per Bart.post Gul. de Cu.in l.iuris gen.§.quinimo.in vltima columna. ff. de pac. & Sali.in l.legem.in septima quæst.C.de pac.& Ioan. de Imo. in dict.l.in ædibus.§.primo.ff.de dona.Et per Ange.hic.

65 †Et an dict.l.si quis argentum. §. penulti. habeat locum in donatione præsumpta,puta quando aliquis promitteret sciẽter sine causa,quo casu præsumitur donatio:habetis gl. tenentem ꝙ sic,in l.hactenus.§.primo.in glo.prima.& ibi Bar. ff.de constit.pec.& de illa glossa dixi suprà in hoc §. in gl. in verb. constituerint.ibi tamen non tetigi,an d.l.si quis argentũ.§.penultimo habeat locum in ista donatione præsumpta. De hoc ergo videatis Bart.in dicta l.iuris gentium. §. quinimo. in vltima colum. & in l. si tibi decem millia. ad fin. princip. ff. de pac.& Ray.Bal.Ange.& alios, in dict.l.iuris gentiũ.§.sed cùm nulla.& Bald.in rub.C.de consti.pecu.in 4. colum. & in l.fi.in fi.C.si cer.pet.& in l.si pacto,quo pœnam. C. de pac. & Salic. in dict.l.legem.in septima quæstione. C. de pac. & Ioann. de Imo.in dicta l.in ædibus.§.primo.& do.Ant.de Butr. & Imo. in cap.qualiter.extra de pac.& Pau.de Cast.in l. quæ dotis.ff. solu.mat.& vnum verbum per Angel.de Aret.hic.

66 †Idem an dict.l.si quis argentũ.§.penult.habeat locum eo casu,quo in pacto nudo de donando non deduceretur res,vel quantitas,sed deduceretur factum:vide & Bartol.post Gul.de Cug.in dict.leg.iuris gentium.§. cùm nulla. & in §. quinimo. ad fin.ff.de pactis.& in l.si vnus.§.pactus ne peteret. in quarta colum.eodem titulo.ff.de pac.& Angel.in dicta l.iuris gentiũ,in princip.in repe.l.si certis annis.in secunda colum.C.de pac.& Bal.in l.cũ virum.C.de fideicõmiss.in l.pacta quæ contra.C.de pac.& do.Ant.de But.& Imo.in cap. qualiter. extra de pac.& Salic.in l.legem.in sexta quæstione.C.de pac.& glo. in l.si cum mihi.iuncto tex.glo.in versi.actio. & ibi Bart. ff. de dolo.& gloss.notabilem.in l.permisisti.§.primo, in glo. fin.ff. de præscrip.verb.& videatis omnino Ioann. de Imo. concordantem opiniones in dicta l.in ædibus.§.primo. ff. de donatio:& Bald.in l. ex placito,in 9. quæst. C. de rerum permutat Et Angel.de Aretio hìc.

In eadẽ gloss.ibi:& C. de rei vxo.actio. l. prima. §. primo, hunc casum in specie approbat Ange.hìc, subijciens rationẽ

67 specialitatis esse,† vt mulieres faciliùs nubant, quod Reipublicæ interest.arg.l.prima.ff.soluto matrimonio.Sed iste casus mihi non placet:& posito ꝙ procedere possit, inspecto tẽpore legis,ad exactionem.C.de dotis promiss. tamen hodie nullo modo procedere põt:cùm ẽt ex parte mariti.nedũ ex parte mulieris,inducatur à lege tacita stipulatio,quæ fingitur à lege intercesisse.vt tenet gloss.in dicta l.vnica.in princip.in verbo dotes.C.de rei vxo.act.Et ita contrarium eius,quòd hic tenet, & melius gloss.in dicta l.ad exactionem.& Bartol. in l. legitima.ff.de pactis.& in l.si fideiussor obligari. §. qui certo loco. ff.de fideius.

In eadem gloss.ibi:& l.pactum.hoc est speciale fauore Reipublicæ,ſm Petr.de Bella Pert.Ioã Fab.& Ang.de Aret. hìc.

In eadẽ gloss.in l.periculi.in fin.Ratio specialitatis est, secundum proxi.allegatos doct.propter periculum, quòd in se suscipit creditor & vbi est periculum ibi debet esse vtilitas.facit c.nauiganti.extra de vsur.

y y In eadẽ.glo.ibi.C.de vsu.frumenti.Ang.de Aret.hìc dicit rationem specialitatis esse propter in certum seminationis exitum.Quod nihil est dicere.Vnde dicite secundũ Petr. de Bella Pert.& Ioann.Fab. hic, ꝙ ratio specialitatis sit propter necessariũ vsum victualium.In ea.gl. ibi. ff. de vsu.l.etiã, speciale est secundũ oẽs,ob fauorẽ publicũ ciuitatis. Et ita ẽt dicit Bar.i l.si fideiussor obligari.§.q certo loco.ff.de fideiuss.

68 † In fin.gl.vltra hoc sex casus stipulationis in glossa.enumeratos,in quibus ex nudo pacto oritur actio: Alium vidistis suprà in princ.huius gl. quando pactum nudũ esset geminatũ. Nonnullos alios casus speciales addunt, & numerant Ioann. Fab.& Angel.de Aret.hic:de quibus etiam suprà vidistis.Cy. & Salic.in l.legem.C.de pact.& Ioann.And.in cap. primo,extra de pact.

69 †Ex quibus unum non omitto,videlicet casum l. inter sororum.§.conuenit.ff.de pact.do.in quo vult Ioã.Fab.hic, esse casum specialem, ꝙ ex pacto nudo oriatur actio. Istud non est verum,eò quia in pacto nudo fuerat deductum id, ad quod

z quis erat obligatus ex legis dispositione. z Vnde tunc non est speciale,quòd ex eo oriatur actio,prout dixi suprà in gloss.in ver.constituerit.

70 † Addite etiam alium casum, in quo ex pacto nudo oritur actio,videlicet,in curia mercatorum.Ita sentit Bar.in l. Quintus Mutius.ff.mandati.arg.illius textus.& in l. si fideiussor creditori.in fin.ff.de fideiussor.& nota.Bal.in l.si ea. C. mandati. quamuis Ludo.Rom.istud reprobet,tenens de directo contrarium,in l.filiusfamilias.de dona.per notata per Inn. in ca.primo, extra de constitu. quicquid hìc dixerit Angel. de Aret.

71 † Alius est ẽt casus, quando pactum nudum fieret in iudicio,prout latè examinat,& concludit Ludo.Ro.in l. prima,in princip.ff.de verborum obligatione.Et propterà dicebat Ange.de Are.hìc,quòd glo. reputata singularis in Authen. generaliter.in ver.conscribat. C. de epi. & cle. quæ vult ꝙ quãuis ex pacto nudo nõ oriatur actio,tñ orit officiũ iudicis, & procedit sine admiratione,eò quia ibi promissio nuda erat facta iudicij,& in iudicio:ideo oritur officiũ iudicis,cum hoc casu fingatur stipulatio.l.cum ostendimus.in fi.secũdum vnum intellectum.ff.de fideiuss.tu.De cuius legis intellectu habetis ꝑ Bart.& omnes in l.prima,in princ.ff.de verbo.obliga.Nũquid tamẽ ex pacto nudo eo casu,quo non fieret in iudicio,de iure ciuili oriatur saltem officium iudicis,infrà uidebimus.

72 † Alium singularem casum.& benè signandum habetis:ubicunque enim ille,cui per pactum nudum aliquid est promissum,pateretur damnũ,si sibi promissa non seruarentur , tunc uigore talis pacti nudi contra nõ seruantẽ datur actio de dolo:& sic quamuis ex pacto nudo non detur actio , consulitur tamẽ per actionem de dolo,vbi ex pacto aliquid adest parti. Text.est ad hoc ualde notandus in l.& eleganter.§.seruus pactionis.ff.de dolo.& ibi Bart.ad finem.ad hoc no.illum tex.& ibi ibidẽ ẽt Bal.& idẽ Bal.in l.cũ mora.3.col. C. de trãsactio. & Ang.in cõsi. 1. in fin. Et in istis locis dicunt doct. per illum tex.limitari totã materiam pactorum,quãuis aliter,& minus benè dixerit Ange.de Aret.hìc ad illum §.seruus pactionis.

An autem pactum nudum de iure canonico producat actionẽ,habetis hic abundantissimè per Angel.de Aretio ,vbi per eum uideatis,& in remissionibus,& locis per eum traditis. Aduertite tamen circa ꝑdicta, quia dixit singulariter do.

73 Anto.de Butri.in cap.quæ in ecclesiarum.extra de consti.† ꝙ quamuis pactum nudum de iure ciuili non pariat actionem, tamen uidetur quòd naturalis obligatio insurgens ex pacto nudo debeat habere executionẽ sine actione ex lato iudicis officio,secundũ præcepta iuris gentium,secundũ quæ ante introductas à iure ciuili actiones ministrabatur iustitia sine actione manu regia:ut dicit tex.in leg.secunda,in princip.ff.de orig.iur.Et istud dictũ infert ipse ex notatis. per Inno. & Cõpo.in dicto cap. quæ in ecclesiarũ. & reputat illud esse benè notandũ.Sed istud dictum reprehendit ibi,& meritò Ioan.de Imo.& pater,& præceptor meus do.Alexan. de Imo. in dicta leg.iuris gentium.§.sed cùm nulla.ff.de pact.Dicite ut ibi per

74 eos.Dicebat ẽt singulariter do.†Anto.in dicto cap. quæ in ecclesiarũ,quòd si adiretur Imperator , uel princeps , aut alius non recognoscens superiorem , pro executione pacti nudi,ꝙ peccarent si non facerent illud exequi: quia , secundum eum, quamuis leges potuerint disponere quòd ex pacto nudo non oriatur actio,non tamen potuerunt disponere,quòd princeps non debeat,aut teneatur iustitiam ministrare. Et ita secũdum eum procedit quod notant Imo. & Compo. ibi . Et istud dictum singulare est,& peregrinum,si est uerum.

75 †Illud certum,& expeditum est,sine dubio aliquo , secundum do.Anto.ubi suprà,ꝙ per uiam denuntiationis Euangelicæ,seu per censuram ecclesiasticam,etiam in terris Imperij nedum in foro ecclesiastico,pactum nudum posset executionem sortiri,per notata per doct.ut Innocen.in cap. nouit, extra de iud.& Bartol.in extraua.ad reprimen.in uer.per denuntiationem.in fi.primæ colu. & Bal. in Auth. ad hæc.in quarta columna.C.de usur.& Angel. in repetitio. l. si certis annis. in prima chart.C.de pact.& Angel.hic.

76 †Illud etiam in prædictis non omitto:quia sunt aliqui hìc, qui dicunt,quòd si quis consideret omnes casus glo. nostræ, & alios suprà additos , ꝙ non dicuntur propriè pacta nuda: cùm

cùm sint legis auxilio roborata, vt pariant actionẽ, iuxta le. legitima. ff. de pac. Et quamuis ipsi non dicant, ista fuit opin. gloss. in dicta leg. legitima. in gloss. mag. ante mediũ. & gloss. in le. iuris gentiũ. §. quinimò. in glo. prima mag. ad fin. ff. de pact. Quam opinionẽ & meritò reprehendit Bart. in dicto. §. quinimò, in penultima columna. vbi dicit quòd illi, qui ita dicunt, non benè loquuntur: quia in illis casibus ius ciuile non vestit illa pacta, sed eis remanentibus nudis, vel lex producit actionẽ propter ipsa pacta, vel facit ꝙ ipsa pacta producant actionem de per se: vt ibi latiùs per eum. Cum quo etiam trãsit ibi Angel. & Salic. & ẽt Ange. in repe. l. si certis annis. quãuis Bal. in dicta l. iuris gentium. §. sed cum nulla dixerit ꝙ in illis specialibus casibus, in quibus est specialiter inductũ ex pacto nudo oriri actionem, tunc pactum dicitur vestitũ quodam, vestimento irregulari, & extraordinario. Et hæc verba reputat multùm pulchra, & dicit ea sibi multum placere do. Alex. de Imo. in dicta l. iuris gẽtium. §. quinimò. Et circa ista, & casus hìc positos in gloss. videatis etiã distinctionem Bart. in l. fideiussor obligari. §. qui certo loco. ff. de fideiusso.

77 † Extra gloss. restat vltimò ad complementum huius §. vt videamus qualiter formandus sit libellus in materia ista constitutæ pecuniæ. Et formam libelli in specie ponit Specul. in tit. de solu. in quarta parte. in §. postmodũ. in ver. cæterùm si quis & in ver. sequ. secundum quod eũ refert Nicol. de Neapol. in 6. & vlti. quæst. extra gloss. in materia constitutæ pecuniæ. Cõmunis forma secundum docto. hìc est ista: Ago contra Titiũ, ꝙ cùm ipse mihi, vel alius tertius, deberet centum ex aliquo contractu, vel etiam naturaliter tantùm, constituit se ea soluturum mihi: quare peto vt condemnetur ad dandum, & soluendum dicta centum.

78 † Nunquid autem actio ista de constituta pecunia, quæ est accessoria ad principale debitum, vt suprà vidimus, maximè in gloss. versicu. constituerint. vbi gloss. tangit posse simul & semel in eodem libello intentari cum actione principalis debiti. Et sic an admittatur cumulatio istarum duarum actionum, tangit multùm diffuse hic Ioann. Fab. post Pet. de Bella Perti. & Iacob. Butriga. Videatis hic per eum. Et vltra eũ ea, quæ tradit Bart. cum concor. in l. fundum. ff. de excep. tit. generali. Et per ista habetis expeditum præsentem §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a *Adde quod Barto. in l. Quintus. ff. manda. per illum tex. iũcta glo. dicit, quòd in curia mercatorũ nõ admitteretur hæc exceptio. Non interuenit stipulatio. ex quo in eorũ curia proceditur de bono & æquo, non consideratis apicibus iuris, qđ tñ declarari debet, vt per Bald. in l. si pro ea. col. fi. C. mand. & dicit eleganter Bal. in cap. si pro debilitate. in pe. col. vers. & nota ꝙ arbiter. extra de offic. deleg. ꝙ bona fides potissimè requiritur in his, qui plurimũ negotiantur, & ꝙ in illis nõ differt pactum nudum à stipulatione: quamuis do. Alex. in §. sed cùm nulla. in fi. in l. iuris gentium. ff. de pac. non ausus fuerit illud dictum Bal. firmare. & quòd in curia mercatorum ex nuda conuentione iustitia ministratur, inquit Bartol. Socin. in rub. de uerb. oblig. col. secunda. Carcass. Sardus.

b ACTIO] An & quando oriatur, uide plenè per Felin. in cap. primo, de pac. & quo ibidem ad eum dixi in apostil.

c *Adde alium in l. si ibi. §. de pignore. ff. de pac.

d CIVITATI] Vide Felin. in cap. translato, in tertia colu. circa princip. de constitu.

e ECCLESIARVM] Vide etiam quæ habentur per Felin. in cap. in nostra. de rescript. 33. corollar.

f SALARIVM] Vide Pari. de Puteo in tract. synd. in uer. salarium. & Paul. de Ca. in l. si eadem, de ass. & Bal. in simili. in cap. primo. ulti. colum. de feu. guardiæ.

g LEGES CORRECTAS] Vide Fel. in cap. nouit. in sexta colum. in uersi. 1. glo. in uer. quæcunque. de iudi.

h *Videas omnino Deci. in dicto ca. primo de consti.

i *Negamus ꝙ hoc casu, ubi interuenit stipulatio, oriatur ex stipulatione actio de constituta: quia de hoc disputamus: & iure duntaxat cauetur quòd ex stipulatione duæ proficiscuntur actiones, certi condictio, si certum: ex stipulatu, si incertum contineat stipulatio. l. si quis certum. ff. si cer. pet. & in princi. suprà de uer. oblig. Et quamuis hoc casu efficaciter teneatur, non tamen iure prætorio, nec actione de constituta tenetur. Sardus.

k VENETORVM] Vide Rayne. in consil. incip. Secundum consuetudinem ciuitatis Venetiarum.

l * Aduerte: nam ualde miror quòd isti celeberrimi patres ita intelligant. dict. uer. sed si quis. & sicco pede cum ista solut. transeant, quæ dict. l. diametro pugnat. nam tex. dicit, si quis constituerit alium pro se soluturũ, nõ se pro alio, non tenetur. & exponere pro se, id est, pro alio, est uiolatio literæ, & nescio ubi talis expositio reperta fuerit. Præterea demonstratur: nã in uers. præcedenti determinatur casus quando quis cõstituit se pro alio soluturum: & tenetur, in uer. si quis, qui uenit aduersatiuè tam in iure, quàm in facto præcedenti. uersi. ex quo aduersatiua stat sine copula. per docto. Bart. in l. secunda. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. est, ui exi. determinatur casu priori contrarius, quando quis alium pro se soluturum constituit, & determinatur ꝙ non teneatur sicut teneretur, si se pro alio cõstitueret: ut uersi. præcedenti determinatum fuit. Et hic est uerus & apertus sensus illius legis, nec potuisset iuresconsul. per clariora uerba loqui. in uerbis enim claris non est admittenda quæ ut l. ille aut ille. §. primo. ff. de leg. 3. & sic difficile quippe restat contrarium. & sunt ambæ leges Vlpiani. certè anceps in prunis ambulo, attamen duobus modis posset hęc controuersia tolli: ut in dicto §. sed si quis. dum dicit tex. non tenetur, subaudiatur ille, quem quis constituit pro se soluturum: sed ipse constituens benè tenetur. Et sic intelligẽdo omnia plana sunt. Sed huic solu. obijci potest, ꝙ sic intelligendo esset casus de indubitabili, cõtra leg. quod Labeo. ff. de Carb. edict. Et aduerte ꝙ Pau. de Cas. uidetur eo modo, quo suprà proximè dixi, tex. declarandũ intellegere, dum summat illũ uersic. sed si quis. quod per constitutũ quis se obligare potest, non autem alium. Vel secundò possumus dicere quòd in lege contraria, scilicet in l. qui autem. §. primo, promisit aliũ fideiussurũ creditori: & sic promisit ꝙ alius faceret actũ, per quẽ creditori obligaretur: quo casu interest ipsius creditoris: ut l. 4. §. fi. ff. de lib. le. & eodẽ modo obligaretur si promitteret alium pro se constituturũ. Secus est quando promittit aliũ pro se soluturũ: quo casu promittit nudum factũ alterius: & creditoris non interest, uel quòd debitor actualiter numeret uel alius pro ipso: ex quo per istum actũ non est habiturũ aliũ reũ, nec securior redditur. Cùm ergo sua non intersit, nimirum si non tenetur, arg. §. alteri. Instit de inutil. stipul. Sed huic sol. uidetur obstare tex. in dicto §. Iulianus. ubi qui constituẽs se soluturum pro alio, tenetur. Sed dicas quòd ibi promittit factum proprium, non autem alienum: ideo obligatur. Cogitabis, quia hunc ultimum intellectum non pono pro firmo. Carcassona Sardus.

m DONARE] Adde Franc. Aret. in l. falsus. C. de fur. & Felin. in cap. suborta, de re iud. in pen. col.

n VALEAT] De qua quęstione uide tu Frã. Are. in l. traditionibus. C. de pac. & Fel. in ca. si cautio. de fin. instru. 15. colum.

o *Adde quòd non uidetur uerum id, quod docto. dicũt, quòd ubi quis constitueret se soluturũ id, ad quod legis dispositione tenetur, quòd non competat actio de constituta. primò quia non uideo rationem, quare sicut oritur quando quis constituit pro eo, ad quod efficaciter tenebatur ex contractu, ut l. si actor. ff. de iureiu. & uidimus suprà in hac eadem glo. non oriatur etiam quando quis constituit se soluturũ, uel facturũ id, ad quod legis dispositione tenebatur: & si non sit necessaria, utilis tamen est: quia expedit plures habere actiones, ut patet in dicta l. si actor. ff. de iureiur. & ponit Socin. in rub. de uerb. obli. col. 8. in princ. & inquit Aristoteles octauo Topicorũ, quem refert gl. in c. sicut urgeri. 1. quæst. 1. quod optima instantiarũ est dicere, Quare non sic. Nõ obst. tex. in l. inter socerũ. §. conuenit. ff. de pact. dotal. quia dico quòd ibi deuenit in pactum id, ad quod maritus non tenebatur, nimirũ si cessat actio de constit. vt l. prima. §. fin. ff. de consti. pec. Nõ obst. tex. in l. si quis pro uxor. ff. de dona. inter vi. & vxor. quia non dicitur ibi quòd maritus teneatur, sed quod ex ista causa nõ prohibetur donatio, quæ aliàs est prohibita. Præterea si maritus

tus ad illud esset obligatus, competeret vxori condictio ex illa leg. si quis pro vxore, vt habetur in leg. 8. ff. de condi. ex leg. non esset verũ quod dicitur in §. conuenit, & quòd nulla esset hoc nomine directa actio: nec daretur vtilis in factũ, quæ non competit, vbi alia datur, dic. l. quotiens. Vel possum aliter respondere, ꝙ ad hoc vt actio de constituta cõpetat, non sat est ꝙ deducatur in pactũ id, ad quod aliàs aliquo modo quis tenebatur, nisi animo constituentis fiat, vt l. prima. §. eũ, qui. ff. de constit. pecu. quod in dicto §. conuenit. non fuit: nimirũ si cessat actio de constituta. Dicamus ergo etiam ex hac causa constitutum valere, ex quo edictum prætoris latè patet, & ratio militat dictę l. primę, in princip. & §. primo. ff. de consti. pec. Carcassona Sardus.

p * Adde quòd idem Ias. in rub. ff. de verb. oblig. colum. 5. Bal. in Nouel. & Rip. tenent contrarium, ꝙ imò ex pacto nudo geminato non oriatur actio. Mouetur Iason. per l. si pacto quo pœnã. C. de pact. & per l. si veritas. C. de fideico. quibus Philip. Dec. in l. legem. C. de pac. respondet. Magis tamen placet opinio negatiua, quam etiam subtiliter firmauit in præalleg. Rubr. do. & præceptor meus. Marian. Soci. iunior me audiente. & facit bonus tex. in l. Spadonem. §. qui iura. ff. de excusa. tut. & facit quod dicit Bald. in secunda colum. in versicul. his textualiter præmissis. in l. si certis annis. C. de pactis. & quando vires excederet additionis, dic ut per do. meum in dict. Rub. Carcassona Sardus.

q PRAEIVDICAT] Quod uerũ est, absente parte: ut per dominum Marian. Soci. in consil. 15. incip. uisis. uer. tertius uerò tractatus. circa me. in prima parte.

r OBLIGANT] Adde Fran. Aret. in l. serui electione de l. 1. & do. Bart. Socin. in consil. 67. incip. circa primam quæst. uer. circa aliam quæst. in prima parte.

ſ EXCEPTIO NON NVMERA. PECV.] Adde Frã. Aret. in leg. si ita stipulatus. in §. Chrysogonus. de uer. obli. & do. Bartho. Soc. in dict. consil. 67. incip. circa primam. circa fi. suprà allegata. uersicu. quid operetur in nonnullis actibus geminatio. uide Felin. in cap. si cautio. & statim post med. de fide instru.

t * Hanc opinionẽ quòd contractus constituti sit nominatus, & transeat in speciale nomen contractus, puto uerissimam: quia isti dicuntur contractus nominati, qui non stant in nomine generis, ut per glo. & Bartol. in Rubr. C. de rer. permu. Bartol. in leg. ædibus. §. primo. ff. de dona. Sed contractus constituti non habet nomine generis, sed speciale: ergo est nominatus. Et quòd constitutum sit contractus nominatus, tenet idem Iason. sibi contrarius, in Rub. ff. de uerb. oblig. post Bal. & Alber. ibi per eum alleg. Non obst. quod dicit Iason, de fideiussione, quia nihil facit: nec est bona consequentia: Est cõuentio nominata, ergo potest fieri simplici pacto: ut patet in stipulatione, quæ est nominata, ut l. 1. §. fin. ff. de pact. & tamẽ pacto nudo non fit, nisi seruata forma à lege tradita: ut latè ꝑ Doc. in l. prima, in princip. ff. de uerb. oblig. quia non ex hoc quòd possint fieri nudo pacto, uel non, dicuntur nominati: sed quia transeunt in speciale nomen, ut suprà dixi, & sic cũ in fideiussione sit data forma à lege, ut fiat ꝑ stipulationẽ di. l. blanditus. C. de fideiusso. & leg. 5. §. satis acceptio. ff. de uerbo. oblig. formæ inhærẽdum est, l. cùm secundo. §. si prætor. ff. de transac. ita in proposito nostro lex prætoria introduxit modum constituti, ut nudo pacto fieret, ut in hoc §. nostro. Sicut multi alij nominati contractus fiunt simplici pacto: vt leg. iuris gentium, in prin. cap. de pact. Carcassona Sardus.

v * Idem tenet Bal. in rub. C. de constitu. pec. in tertia quæst. per illam l. si duo. §. fi. Sardus.

x NOMINATVS] Adde Franc. Areti. in l. fin. de condi. ob caus. & Bald. in trac. de pac. in 12. & 13. colu.

y * Aduerte, quia Iason. allegat cap. nauiganti. pro concordanti cum dict. l. periculi. ff. de nau. fœ. & non cõcordat, imò contradicit: quia in pecunia numerata, dato ꝙ mutuans suscipiat in se periculum, non propter hoc potest aliquid vltra sortem capere, quia esset vsura: vt dict. cap. nauiganti, in princip. & ibi gloss. declarat. vnde de iure canonico dispositio dict. l. periculi. non haberet locum: cui iuri canonico standum est in materia vsuraria, tanquam concernenti peccatum, etiam in terris Imperij: ut habetur in cap. fin. extra. de præscrip. & per doct. in leg. priuilegia. C. de sacrosanc. ecclesi. Carcassona Sardus.

z * De illius §. intellectu, vide quæ suprà dixi in 8. col. Sardus.

SVMMARIA §. ACTIONES AUTEM.

1 *Hæres omnibus defuncti obligationibus adstrictus est.*
2 *Hæres censetur esse eadem persona cum defuncto.*
Pater, & filius, vna eademque persona censetur.
3 *Pater pro filio, & econtra, & dominus pro seruo, & econtra, an & qualiter ex vniuscuiusque contractibus de iure Digestorum tenebantur, & obligationibus adstringebantur, & qualiter hodie. 6. 9. 10. 11.*
4 *Filius quare eximatur ab obligatione patris, & econtra, & non hæres. 5.*
7 *Executio contra filiumfamil. in potestate existentem, & condemnatum, qualiter fieri possit. 8.*
12 *Pater si permittat filio administrationem aduentitij, an sibi præiudicet.*
13 *Pater sicut de peculio profectitio tenetur, ita etiam de vsufructu aduentitij, si filio talis vsusfructus commissus sit.*
14 *Pater mortuo filio, qualiter conueniatur de peculio filij.*
15 *Peculium quid sit & quare dicatur peculium.*
16 *Vestimenta an & quando dicantur esse in peculio.*
17 *Peculium quot modis dicatur.*
18 *Peculium quotuplex sit.*
19 *Populus peculiaris quis dicatur.*
20 *Pater vel dominus ex contractu filij, vel serui, an teneantur. 21. 24.*
22 *Monachus, filius, & seruus, æquiparantur. 23. 40.*
25 *Peculium an filiæ habere possint.*
26 *Actiones de peculio, de ĩ rẽ verso, quod iussu, institoria, tributoria, exercitoria, an sint propriè actiones. 27.*
28 *Actio de peculio an sit in rem, vel in personam.*
29 *Actio de peculio ex qua obligatione oriatur: 30.*
31 *Actio quæ competit contra filium, & quæ datur contra patrem, an sint eadem numero.*
32 *Debitum à filio, vel seruo an sit onus peculij.*
33 *Libro rationum domini scribentis sibi seruum suum debere, an standum sit.*
34 *Exceptio senatusconsulti Macedoniani quo casu obstat. 35. 36. 37.*
38 *Exceptio Macedoniani quare non competat mutuanti seruo, sicut filiofamil.*
39 *Exceptio Macedoniani an locum habeat in religiosis, vel monachis, sicut in filijs.*
41 *Libellus in actione de in rem verso, qualiter sit formãdus.*
42 *Actio de in rem verso, & quod iussu, contra patrem, filio mortuo, perpetuæ sunt.*
43 *Commodaui pecuniam pauperi, & existenti non soluendo, qui ex illa pecunia filios alimentauit, nunquid possim agere contra filios habentes fortè res maternas.*
44 *Libellus in actione quod iussu qualiter, formetur.*
45 *Exercitor dicitur dominus nauis.*
46 *Libellus in actione exercitoria, qualiter formandus sit.*
47 *Actio de peculio, & actio exercitoria, qualiter differant.*
48 *Actionis institoriæ materia vbi tractatur.*
49 *Institutor quis, & vnde dicatur.*
Institor, & procurator, qualiter differant:
50 *Institor quibus verbis constituatur.*
51 *Statuta in exercitoria locum sibi vendicant in institoria. 52.*
53 *Actio de peculio, & institoria, qualiter differant.*
54 *Libellus in actione institoria, qualiter formetur.*

Libellus

§. ACTIONES AVTEM.

AD EVIDENTIAM praesentis §. & glossarum, nec non & eorum, quae infrà dicenda occurrent, praemittite vobis,
1 † q̄ haeres est adstrictus omnibus obligationibus defuncti: vt toto tit. C. de hered. actio. & l. vnica. C. vt actiones ab haeredib. & contra haeredes, ex eo quia haeres fingitur, & censetur eadem persona cum defuncto: in Authent. de iureiur. à mor. praestito. in
2 §. 1. Et propterea † quia pater, & filius censetur vna, eadéque persona, & idē in domino, & seruo, vulgata l. fi. C. de impube.
3 & alijs substitut. & §. ei, qui. suprà de inut. stipu. videbatur † q̄ pater esset adstrictus obligationibus filij, & econtra: & eodē modo dominus obligationibus serui: tamen quia iniquū est, aliquem teneri ex contractibus non celebratis per eum, aut quasi contractibus, seu delictis vel quasi: ne alteri per alterū iniqua conditio afferatur, contra regulam iuris, non debet. de re. iu. factus est titulus. C. ne fil. pro patre. in quo titulo est dispositū ne filius pro patre, aut pater pro filio, aut libertus pro patrono, vel seruus pro domino conueniantur: vt ex verbis illius rubricae apparet. Et est aduertendū, quia Imperator cū mysterio, primò posuit titul. C. vt actiones ab haere. & contra haeredes. in quo disposuit q̄ haeres teneatur ad obligationes defuncti: & postea immediate posuit titul. C. ne vxor pro marito. & ne filius pro patre, quia videbatur q̄ propter coniunctionem, quae inter eos est, alius pro alio teneri debuisset: cuius contrarium in illis titulis disponitur. Et ita dicit glo. cum qua ibi transit simpliciter Bald. in rubri. C. ne vxor pro mari. Et ita sentit Bald. in C. ne filius pro patre: licet clarè nō aperi-
4 at. Et si instares, & quaereres, † quae possit esse ratio diuersitatis, quare sicut eximitur filius ab obligatione patris, & econtra: & dominus ab obligationibus serui, & econtra, per illū titu. C. ne fil. pro patr. ita etiam non eximatur haeres ab obligationibus defuncti. Respondeo, quamuis nec ibi tactū, aut declaratū inueniam, q̄ non fuit eadem ratio statuendi in haere-
5 de, quae est in patre & filio, in domino & seruo. a * † Nam hae-
a res nunquam repraesentat defunctum, nec vnquam fingitur eadem persona cū eo, nisi mediante facto suo: & nisi ex mera & propria sua voluntate, quia vult esse haeres: sed pater, & filius inuiti finguntur ipso iure absque alio eorū facto esse eadem persona: ergo relinquitur quòd non sit eadē ratio eximēdi haeredē ab obligationibus defuncti, quae fuit eximēdi patrem ab obligationibus filij, vel econtra, & consimiles perso-
6 nas. † Stat ergo quòd de iure ciuili pater non tenetur ex contractu filij, nec dominus ex contractu serui, per dictum titu. C. ne fil. pro pa. & l. dominū. C. quòd cum eo. Si ergo filiusfamiliàs contrahit, vel delinquit, ipse tamen obligatur insolidum regulariter, & non alius. l. filiusfamilias ex omnibus. ff. de action. & ob. & l. tam ex contractibus, quàm ex delictis. ff.
7 de iudi. † Et si diceres, Quomodo potest fieri executio cōtra filiumfa. in potestate existentem, & condemnatum, saltem cōsyderato iure Digestorū, quo iure filiusfam. nihil proprij habebat, nisi sit miles: & inanis est actio, quā excludit inopia debitorū? Dicit tex. in l. nam is. ff. de dolo. Respondebat Bart. in l. 3. §. sed vtrū. ff. de mino. & in l. si filio. la 2. ff. solu. mat. & in l. si dubites. §. si filiusf. ff. de fideiusso. & in l. pen. C. q̄ bo. ced. poss. & in l. quoties. la 2. ff. de noxa. quòd imò poterit fieri executio hoc modo: quia poterit filius cedere bonis: vt est tex. no. & ibi Bart. in d. l. pen. C. qui bo. ce. pos. Et eo casu, quo nollet cedere bonis, posset capi, & in carceres detrudi. quàuis gl. alle. per Bar. aliter dixerint in locis suprà scriptis, vt ibi p̄ eū.
8 Et uidete † quòd signanter dixit Bal. in l. si ex alio, per illū tex. in fi. C. quod cū eo. pro filijsfa. mercatoribus, si nolunt in carceres detrudi, quid facere habeant. Superuenit posteà prętor, qui totus aequitate plenus, iuxta l. quòd si Ephesi. ī fi. ff. de eo, quòd certo loco. & l. qui aequissimū ordinem, in princ. ff. de
9 bon. pos. secundum tab. qui considerat † quòd interdum pater vel dominus cōcedunt expressè vel tacitè peculium filio aut seruo, quod censetur veluti proprium patrimonium ipsorum filij & serui, vt inquit tex. noster, & disponit quòd pater, & dominus obligentur, & teneantur ex contractibus filij, & serui, non insolidum, sed eatenus, quatenus est eorum peculium. Et ratio, quae mouit praetorem ad ita disponendum, potuit esse ista. Nam ex quo pater concedit filio suo in potestate existenti, vel dominus seruo, certam quātitatem pecuniae, vt pro libito negotietur, non exprimēdo tamen certum genus negotiationis: quia tunc esset institor, vt dicemus infrà in gloss. in ag. aequum visum fuit prętori, quòd ex contractu filij, vel serui, pater, & dominus tenerentur, & conueniri possent, eò quia videntur contraxisse de voluntate patris, vel domini, ex quo de eorū voluntate illud peculium habebant, & sic ex voluntate praesumpta propter concessionem peculij pater & dominus tenentur. Hinc est quòd pater & dominus obligantur de peculio ex contractu filij, & serui, etiam ignorantes, & consequēter

ter etiam inuiti: imò etiam expresse prohibente contrahi cũ seruo vel filio: vt est tex. notandus in l. si quis seruũ. §. fi. ff de peculio. Verùm quia eorũ voluntas non est simplex, & absoluta, sed est certa, & limitata respectu illius quantitatis concessæ in peculium filio, aut seruo, visum est æquum prætori, vt pater, & dominus non teneantur, aut cõueniantur simpliciter, & in solidũ, sed eatenus, quatenus illa voluntas se extendit: & sic eatenus, quatenus se extendit quantitas peculij, & non in plus. Et istud est, quod vult propriè tex. noster, & ita tradit, & magistraliter declarat Bart. ĩ l. 1. in 1. col. ff. peculio.

10 † Aduertite tamen, ꝙ totus iste §. & totus titu. ff. de pecun. dũ disponunt, patrẽ, vel dominum teneri ex contractu filij vel serui de peculio, procedunt de iure antiquo, & sic de iure Digestorũ, in peculio profectitio, quod pater concesserat filio & passus fuerat illũ habere. Item in peculio aduentitio: quia de iure antiquo nõ distinguebatur peculium aduentitiũ à profectitio, sed vtrunque indistinctè acquirebatur patri. †

11 De castrensi verò peculio non tenetur pater viuo filio: sed ipse filius conuenitur tanquã paterfamĩ. l. 4. §. 1. ff. de castrensi pec. & l. 2. ff. ad Maced. Hodie verò in aduentitio peculio pater nõ tenetur actione de peculio sed põt conueniri vt legitimus administrator filij. per l. 1. C. de bonis maternis. Ista est notabilis theorica gl. magistralis. in l. pater, qui castrense. in princip. in glo. magna. ff. de castren. pecu. & eã ibi habet Bart. pro mirabili, & mandat illã multùm notari, quia secundũ eũ, per illã gl. habemus intellectũ totius tituli. ff. de pecu. Et ita ẽt tenet Barto. in l. prima, in princ. ff. de pecu. in 4. col. ver. venio ad tertiam partem. & in l. si finita. §. si de vectigalibus, in vlti. col. ff. de dam. infect. & in leg. quoties, la secũda. ff. de noxalibus. Et dicit Ioann. de Imo. in dict. §. si de vectigalibus. quòd illa gl. non reperitur alibi tam apertè. †

12 Dicebat tamen singulariter Bart. in dic. §. si de vectigalibus. in fin. colum. quòd illud quod dictũ est suprà in peculio aduentitio, patrẽ non teneri hodie actione de peculio, & consequenter quòd in eo non potest filius patri præiudicare, procedit, nisi pater ipsius peculij aduentitij permisisset filio administrationem: quia tunc, secundum eũ, pater teneretur hodie de peculio, cum eadem esset ratio, quæ in profectitio, in quo diximus patrem teneri propter præsumptã eius voluntatẽ, quæ colligitur ex concessione, vt suprà declaraui. Et hoc dicit Barto. sub dubio fortè sentire gl. in l. & si condemnatus. ff. de noxa. dum dicit ꝙ fit executio fortè in aduentitio consentiente patre. Et pater dicitur filio cõsentire, si ipsi filio administrationẽ concesserit: qđ põt: vt est tex. secundum eũ, rotundus in l. pen. in ver. quod patre volente possidet. C. qui bo. ced. pos. vt ibi latius per ipsum Bar. quem reprehendit Lud. Ro. in hoc tenens de directo contrarium, in l. si filio. la 2. ff. solu. mat. De quo ẽt videte Bald. in l. fi. §. primo, in 2. col. in ver. quæro de quasi fideiussore. C. de vsur. rei iud.

13 †Dicebat ẽt Bal. in rubri. C. de exercitoria. in penul. col. vnũ quod tradit ad confirmationẽ eius quod suprà proximè retuli. secundũ Barto. ꝙ sicut pater tenetur, & obligatur de peculio profectitio, ita ẽt obligatur hodie de vsufructu peculij aduentitij, si commissus est filio talis vsusfructus: aliàs non.

14 † Prædicta omnia vera sunt, & procedunt filio viuente: mortuo aũt filio, qualiter cõueniatur pater de peculio: dicite ꝙ de iure antiquo in peculio aduentitio, & profectitio tenebatur pater intra annũ, per titu. ff. quando actio de pecu. est anna. De peculio verò castrensi, quod pater occupabat iure peculij, quod poterat, incipiebat post mortẽ assumere vires profectitij peculij: ideo pater tenebatur de peculio intra annũ: secus si occupabat vt hæres. d. l. pater, qui castrense, in prĩci. Hodie verò cũ indistinctè pater semper occupet vt hæres, certè in aduentitijs, & castrensibus nõ tenetur vt de peculio, sed semper, & in solidũ, & perpetuò. ista sunt, quæ tradit pręallegata gloss. magistralis in d. l. pater, qui castrense, in prin. & Barto. in locis suprадictis: quæ diligenter notate: quia sunt maximum fundamentum ad materiam præsentis §. nostri, & ad totum titulum ff. de pecu.

15 † Quid autem sit peculium, definit tex. in l. depositi. §. peculium. ff. de pecu. & ibi etiam in tex. ponitur etymologia huius termini Peculium: quare dicatur peculium, & quid sit peculium, & qualiter constituatur, augeatur, diminuatur, & de-uastetur: declarat Iuriscõsultus in l. peculium est, non id. per discursum totius illius legis ff. de peculio. Videatis ẽt tex. in l. peculium. & ex eo consistit in eo. tit. quẽ Ang. hic in euiden-

16 tialibus habet pro singulari, † quando vestimenta dicantur esse in peculio, & quando non: vt ibi declaratur in tex. Videatis etiam l. peculium nascitur. in eo. ti. & alias nonnullas consimiles leges.

Circa definitionem peculij videatis Bar. qui illã declarat, & ad cõtingentiam facti reducit, in rubri. ff. de pecul. & diffusè Bald. in l. fi. in secunda & tertia col. ff. quòd cum eo.

17 † Quot autem modis dicatur peculiũ, siue quot habeat significationes, declarat glo. magistralis in rubri. ff. de pecul.

18 †Quotuplex aũt sit peculium eo modo, quo capiatur in materia nostra, declarat glo. magistralis in l. cum oportet, in prin. in versic. exceptis, & est gl. prima in versi. peculijs. C. de bonis, quæ lib. Et dicit quòd est quadruplex: Aduentium, profectitium, castrense: & quasi castrense. de quibus vltra gloss. traditur ibi per doc. & maximè per Bar. qui diffusè examinat vnũquodque ex istis quatuor peculijs per multas & varias quæstiones. De istis ẽt quatuor peculijs no. gl. in §. primo. in versi. castrensib. suprà, per quas personas nobis acquiritur. & gl. in l. frater à fratre. in prin. in glo. magna, in princip. ff. de condi. inde. & videte Bal. in c. 1. in §. si duo fratres. in fi. de fra. de nouo beneficio inuesti. vbi dicit, peculiũ profectitiũ ẽt esse quadruplex. vt ibi per eũ. Ad ista ẽt videatis Spe. in ti. de actore. §. primo. in versi. itẽ cùm agit de pe.

19 † Quis aũt dicatur populus peculiaris, declarat Bald. in l. prima in finalibus verbis. C. cõmunia de manumis. & in Auth. ei qui. in 16. col. in ver. quæro nũquid habeat locũ missio ex primo decreto in omnibus. C. de bo. autho. iudi. pos.

His sic ad euidentiã præmissis, venio ad tex. & iste §. hoc

c dicit in summa. c † Ex contractu filij, vel serui tenetur pa-

20 ter, vel dominus de iure prætoriũ eatenus, quatenus est in peculio. hoc dicit.

Notate ex hoc textu id, quod dixi in summario. Videte tamen quatuor casus enumeratos per gl. no. & singularẽ in l. cũ ancilla. in ver. locupletius. iuncto tex. C. quod cũ eo, qui in al. in quib. pater vel dominus non tenentur de peculio, nisi in tantum, in quantum peculiũ est effectũ locupletius. Et ibi Bal. addit quintũ casum in l. si filiusfamilias. ff. de iudi. Et ad ampliationem huius tex. & eius materiæ dicebat Ioan. Fabr. cir

21 ca fi. præsentis §. quòd iste §. & † quæ in eo dicuntur, habent locũ in monachis, & religiosis, vt ex contractibus cũ eis celebratis teneantur ad instar peculij superiores eorũ: vt Abbates, qui eis permiserunt peculialiter tenere, & administrare: vt hic per eũ. Ego addo Bald. idem tenentem in terminis in l. fi. C. quòd cũ eo. vbi formaliter dicit, quòd ea, quæ in hac materia dicuntur in filio & seruo, trahenda sunt ad monachos, per no. per Inn. in c. cùm olim, extra de priui. Nã secundũ eũ, & monachi ex concessione Abbatis quodam modo habent peculia, & maximè quando habent prioratus obediẽtiarios, vt cap. quanto. extra de offic. ordin. Et ibi ista procedunt

22 † propter æquiparationẽ, quæ regulariter fit à filio, & seruo

d ad monachũ. d vt per Bar. in l. prima, in prin. & in §. si fructuarius. ff. de stipu. seruo. & gl. no. in l. cũ hæredes. §. fi. ff. de acquirend. poss. cũ infinitis cõcordãtijs similibus. Dicebat Bal. in l.

23 seruus. C. cõmunia de suc. † quòd omnia iura loquentia in seruo, habẽt locũ in monacho, in his quæ possunt monacho adaptari. Hinc etiam dicebat Bal. in l. interpositas. C. de transactio. quòd sicut dominus nõ tenet, nec obligatur seruo, vt ibi est tex. ita etiam nec Abbas monacho. Accedat ẽt ad ista, quod alibi eleganter determinat Bart. in leg. ex facto. ff. de peculio, per illũ textum in versicu. quid ergo est. qui tex. est multum notandus in præsenti materia, quòd si aliquis gerat se pro libero, & postea monasterium aliquod eũ vendicet vt monachũ cũ toto patrimonio, quòd monasterium tenebitur de illo patrimonio vtili actione de peculio, non autem directa: quia nõ præcessit ibi cõcessio: vt ibi est textus signandus. Et ad istum textũ, qui vult ex contractu filij vel serui teneri patrẽ

24 vel dominũ quatenus est in peculio, † an procedat ẽt in seruo manumisso, vt ẽt tũc dominus teneatur, an verò contra quẽ possit agi, declarat Baldus in l. secunda. C. an seruus ex suo facto. Et ad istũ textum in l. fin. in versicul. filiarum. dum vult

† filias

25 † filias fœminas posse habere peculium: addite quòd habemus casum vnum, quem Bal. ibi habet pro vnico, & singulari in iure, in l. cum multa. C. de bon. quæ liber. in quo fœmina potest habere castrense, & quasi castrense peculium, quando donatio esset ei facta à rege, vel à regina: vt ibi in textu.

Gloss. prima in ver. de peculio. non eget diuisione. Potest tamen in duas partes diuidi, prout duæ in ea recitantur opiniones. Secunda ibi: sed verius.

26 † In ead. gl. in fi. tenetis quòd ista nomina: de peculio, de in rem verso, quod iussu, institoria, tributoria, & exercitoria, non sunt actiones, nec propria nomina actionũ, sed sunt adiectiones, siue qualitates actionum, seu cognominationes. e * Agitur enim contra patrem uel dominum actione ex eo contractu, qui celebratus est cum filio uel seruo, adiecta illa qualitate eatenus, quatenus est in peculio: uel quatenus est uersum in vtilitatẽ domini: & sic in similibus: vt dicta l. tertia. §. Iulianus quoque. versic. cui cogruit. hic allegata in gl. & ita ẽt tenet ibi gl. in ver. mandati. Et ita ẽt tenet gl. in l. si tñ plures. §. hæ actiones. in gl. inf. ff. de exercitoria. & gl. in §. fi. in verbo directo. infrà, quod cũ eo. & Bart. in l. tertia. §. si filiusfamilias, ad fi. & ibi ẽt Angel. ff. de peculio. Et ita ẽt tenent doct. hic: vt Ioan. Fabr. post Pet. de Bella Perti. & Ang. de Aret. & Nico. de Neapo. post antiquos in secũda quæstione glossarũ. Et in hoc reprobant opi. Iacob. de Rauen. tenentis contrarium. Et pro hac communi conclusione benefacit secundũ Ioan. Fab. hic: quia si esset vna & propria actio, & ista de peculio, & similes haberent tempus præscriptionis vniforme: & tñ cõstat quòd habẽt difforme: quia habent tale, & tantũ tempus, quale, & quantum habet illa actio, cuius cognomẽ recepit. l. cùm post

27 mortem, in princi. ff. quando actio de peculio est annalis. † Et si diceres, cuius effect⁹, aut vtilitatis est ista indagatio, an ista sint propria nomina actionum, an verò sint adiectiones, siue qualitates, respondebat Ioã. Fab. hìc, & eũ simpliciter sequitur Ange. de Aret. hìc, ꝙ effectus est maximus: quia si ista essent propria nomima actionũ, essent stricti iuris sine dubio aliquo: cùm non sint de enumeratis, in §. actionũ, infrà eodẽ. Si autem dicimus quod ista sunt cognomina actionum, certè & regulabuntur secundum naturã illarum actionum, quibus adijciuntur: & sic si adijcientur actioni bonæ fidei, istæ cognominatæ cẽsebuntur esse bonæ fidei. Si aũt adijcientur actioni stricti iuris, de stricti iuris esse dicentur. Et ad hoc bene facit tex. quamuis ipsi non allegent hic. Et in l. in bonæ fidei cõtractibus. ff. de peculio. Et quãuis ita, vt suprà retuli, teneat Ioã. Fabri. hic, ipse tamen Ioan. Fabri. in §. fin. infrà, quod cum eo. aliter tenet, & dicit se tanquã electum iudicẽ in hac quæstione, pronũtiare hoc modo, quòd vtraque opi. est vera. & quot sint cognomina, siue adiectiones aliarum actionum. Itẽ & ꝙ sint species actionum de per se. Posteà subdit iocosè, si quis per hanc sententiam grauetur, appellet & secundum eum, parum lucrabitur, quia, secundum eum non est magna vtilitas in hac quæstione. Ego in prædictis, videlicet circa effectũ resultantẽ ex ista quæstione, reperio quod Bar. qui hic per alios non allegatur in l. prima, in prin. ff. de pecu. in tertia col. tenet de directo cõtrarium, & iudicio meo, melius, ꝙ actiones istæ de peculio, de in rẽ verso, quod iussu, & similes, quæ competunt contra patrẽ & dominum, semper sunt stricti iuris. f * quãuis illa quæ cõpetebat cõtra filium, esset bonæ fidei, per tex. optimum in l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vsuris. & ita etiam tenet Nico. de Neap. hìc in apostillatione text. & in hãc secundam partem inclinat ipsemet Ioan. Fabri. in dicto §. fin. infrà quod cum eo. quicquid ipse dixerit hìc.

28 Iuxta prædicta tangunt hìc docto. † an actio de peculio sit in rem, vel in personam: quã quæstionẽ vltra docto. hic habetis ẽt latè examinatam per Barto. in l. frater à fratre. ff. de cõdictio. indebi. in sexta col. in versic. sumus expediti de secunda parte glo. &c. & in l. prima, in princi. ff. de pecu. in quinta colum. per Cyn. & latiùs Bal. in l. penultima. C. quod cum eo. Et in istis locis magis communiter concludi consueuit quòd sit personalis, per istum tex. vbi expresse hic dicitur. & per text. in l. summa cum ratione. §. fin. ff. de pecu. & per nonnulla alia, de quibus ibi per eos.

29 † An autẽ actio de peculio oriatur ex naturali & ciuili obligatione simul, an verò ex ciuili tantùm; an verò neutram matrẽ habeat, tãgit multum diffusè Ioã. Fab. hic post Pet. & Iacob. & quasi nihil aliud ponit Ioã. Fabr. in hoc §. qđ etiã latè examinat hic Nico. de Neap. post antiquos in tertia quæstione gl. Et est quæstio, quæ fuit inter antiquos glossatores, prout clarè refert & ponit gl. in l. frater à fratre, in princi. in glo. prima, valde lõga circa mediũ. ff. de condi. indeb. & ibi latè Bar. in septima col. Idem Bal. in l. prima, in prin. in tertia col. ff. de peculio. Et in istis locis magis cõmuniter concluditur, quòd oriatur ex sola ciuili obligatione, habẽte tñ effectum naturalis, quicquid dixerit Pau. de Cas. in dic. l. frater à fratre, in princip. vt hic per Ange. de Aret. Et per hoc concluditur etiã

30 magis cõmuniter. † quòd actio de peculio sit natiua, nõ datiua, cùm oriaẽ ex ciuili obligatione tãquã ex matre: quicquid dixerit Cyn. & malè, in l. dominum, circa fin. C. quod cum eo.

31 † An autẽ actio quæ cõpetit contra filium, & quæ datur cõtra patrẽ sint eædẽ numero, an verò sint duæ, vna, quæ cõpetat contra patrẽ, & alia quæ cõpetat contra filiũ: ponit Bart. in dict. l. prima, in princip. in tertia colum. ff. de pecul.

32 † An autẽ debitum à filio vel seruo sit onus peculij, ita ꝙ ipsum peculiũ sequatur, penes quẽcũq; vadat: & qualiter istud debeat intelligi: explanat magistraliter Bar. in dic. l. frater à fratre, in prin. in nona col. in versi. venio ad secundã gl. magnam. & ibi distinguit, Aut peculium trãsit ad aliquẽ, vnà cum ipso seruo: & transit cũ onere. Si autẽ trãseat sine seruo, & tunc aut titulo vniuersali, & transit cum onere: aliàs nõ: vt ibi pleniùs per Bartolum, cum quo ẽt simpliciter transit Angelus hic. De quo ẽt videatis nota. Baldũ in l. fi. in quinta col. C. quod cum eo. Et per ista remanet expedita hæc gl. prima.

Glo. magna in verb. ipso iure. quæ gl. diuiditur in quinque partes principales. Vt in prima declaretur actio de peculio. In secunda declaretur actio de in rẽ verso. In tertia declareẽ actio, quod iussu. In quarta declaretur, exercitoria, institoria, & tributoria. In quinta declaretur totus titulus de noxalibus. Et secunda incipiat ibi: præter hanc actionẽ. Tertia ibi: itẽ est actio quod iussu. Quarta ibi: itẽ sunt aliæ tres. Quinta ibi: in delictis autẽ. Hæc diuisio, iudicio meo, non posset esse magis inepta ad hanc gl. quia vt patere põt cuilibet eã intuenti, gl. hoc ordine non procedit. Et propterà ego diuido hanc in duas partes principales. In prima ad declarationẽ tex. nostri ponit, quare prætor contra dispositionem iuris ciuilis volentis neminem ex alterius persona obligari, disposuerit patrẽ, vel dominum teneri pro filio, vel seruo de peculio. In secunda glo. aggreditur notabilem distinctionem. Secunda ibi: diligenter tamen distingue.

Et ego expediam vnamquanque partẽ glo. de per se subdiuidendo, & addendo, prout fuerit opportunum: quãuis Ioã. Fab. hic. ad hanc glo. tã longam, & prolixam nihil addat, dicens, quòd hãc gl. non oportuit hic poni: quia de ea satis tractabitur infrà titulo primo & secundo. Ad hanc ẽt totã istã glo. nihil aut parum admodum addit hic Nicol. de Neapo. in sexta. septima & octaua oppo. glossarũ. Et bene faciunt, materias in proprijs locis reseruare, ne alijs titulis aut legibus dos debita subtrahatur: vt alibi inquit Bal. in l. falsus. in finalibus verbis. C. de fur. Ego tamen, vt prædixi, ne hæc tã longa gl. ita intacta pertranseat, attingam, & succinctè quæ necessaria videbuntur: in alijs vos ad opportuna loca remittã. Accedã igitur ad primã partem principalem, quæ non indiget subdiuisione: põt tñ in tres particulas subdiuidi. In prima ponit quare de iure ciuili pater non debeat teneri pro filio. In secunda, quare etiã de iure ciuili dominus nõ debeat teneri pro seruo. In tertia quare induxerit prætor non obstante dispositione iuris ciuilis, quòd pater & dominus teneantur pro filio & seruo de peculio. Secunda ibi: inspecto pro seruo. Tertia ibi: sed tñ prætor æquitatem considerat. In ead. glossa ibi: quod parsimonia quærit. istud declarate vt per Bart. in rubri. ff. de pec.

In eadẽ gl. ibi dñm pro seruo teneri dicit. & sic ad finẽ primæ partis principalis dicite, vt latius dixi suprà in euidẽtialib. & ẽm ibi dicta hãc primã partẽ princi. huius glo. intelligite, & declarate. Sum modò in secunda parte principali. glos. quæ incipit ibi. diligẽter tñ distingue, quã subdiuido in quatuor partes. In prima parte ponit gl. qñ filius vel seruus cõtrahit, qũo obligetur pater, dñs. In secunda, qñ filius vel seruus quasi cõtrahit. In tertia vltra actionẽ de peculio, ponit ẽt de actione

actione de in rem verso,& quod iussu.Item de exercitoria, institoria, & tributoria, quamcunq; de per se declarando. In quarta ponit qualiter in delictis & quasi delictis pater vel dominus pro filio aut seruo teneantur.Secunda ibi:item quæ dicta sunt,quando contrahit.Tertia ibi: præter hanc actionem de peculio.Quarta ibi:in delictis autem, & quasi delictis.In tertia posset adhuc in quinque particulas subdiuidi, quéadmodũ quinque actiones in ea declarantur.Partes de se patét.

Eodem modo illa quarta posset in alias particulas subdiuidi:sed non expedit.Subdiuidatis eam per vos.

In ea.gl.ibi:deducitur ex ipso peculio quicquid seruus naturaliter domino debuit:Intelligite quando dominus nõ posset aliunde debitum suum cõsequi,nec aliter posset indemnitati suæ consulere:aliàs secus:vt est tex. in l. si noxali. §. quod autem.cum §.seq.ff.de pecu.

33 † Et an standum sit libro rationum domini,si in eo scripserit seruum sibi debere.Dic ꝙ non,nisi sit in certa,iusta,& vera causa:vt est tex.in l.nõ solùm.§.an debitor.& ibi no.Bar.ff.de pec.quod tñ pendet à materia legis, nuda ratio. ff. de dona.

In eadẽ gl.ibi: obligatur enim seruus domino naturaliter. Istud declara & intellige,vt magistraliter per Bart. in l. si id, quod dominus.ff.de condi.inde.

34 † In eadẽ gl.ibi excepta causa mutui:ex qua nec filius nec pater tenetur.Intellige effectualiter:quia obstat exceptio Senatusconf.Macedoniani:vt toto ti.ff.& C.ad Macedo.

35 † Ad declarationem tamen , & limitationem illius tituli: vnum diligenter notate,quod singulariter posuit Inn. in cap. quia plerique.circa finẽ cõmenti sui:extra de immu.eccle.vbi voluit ꝙ licet filiofa.& etiã patri contra creditorem , qui mutuauit pecuniam filiofami.competat exceptio Macedoniani, ꝙ tamen si in veritate,posito etiam quòd probari non posset, mutuasset creditor ob necessitatem filij peccaret mortaliter si ius,qui exceptione se defender.t.Bene facit l. Macedonia-
36 ni. C. ad Macedo. † Et in quibus casibus cesset ista exceptio Macedoniani,habetis tex.no.in l.secũda & tertia. C. ad Maced.& glo.magistralem,& singularem,& fortè nõ habetis in iure pleniorem gl.illa.§.illud il. second.in verbo senatus. infrà,ꝙ cũ eo.& singulariter per Bal.ĩ dicta l. Macedoniani. vbi inter cætera singulariter dicit quòd ista exceptio Senatusconsulti Macedoniani cessat in filiofamilias mercatore.

37 † Dicit etiam signanter Baldus in l.Zenodorus.quæ est l.2. C.ad Macedo.quòd si filiusfamilias consueuit accipere pecuniam mutuò, & pater consueuit talia mutuata restituere, ꝙ cessat exceptio Macedoniani,per textum optimum in l.Titianus,quæ est l.fi.ff.quòd cum eo.

15 Decimò,†iuramētum habet vim illius clausulæ,quæ appo
g nitur in stipulatione pœnali,videlicet,rato manente pacto[g]. de qua in l.qui fidem.ff.de transact.& in l. cùm proponas. C. de transactio.Ita Bart.in dict.l.si quis maior.in eodem tit.vbi reputat hoc esse multùm no.& dicit per illum tex.quòd imò habet maiorem vim,quàm illa clausula:vt ibi per eum.

16 † Vndecimò, iuramentum habet hunc notabilē effectum, quod vbicunque iuramentum interponitur, semper impeditur moræ purgatio.Ita dixi signanter Bart.per illum tex.in d.
h l.si quis maior.[h] De cuius dicti veritate ibi latè per alios videatis:& plenius in l.si insulam.ff.de verbo.obli. Dixit tamē signanter Bal.in l.qui crimen.in 11.q.C.qui accusa.non poss. quòd illud fallit de æquitate canonica secundum quam, non obstante iuramento, poterit semper mora purgari: vt ibi per eū.De quo habetis tex.optimū in c.suam,extra de pœnis. secundum intellectum,quē ad illum tex.tradit Host.in summa sua,in ti.de arbitris.§.sed qualiter.versi.sed nunquid religiosi.& do.Ant.de But.& Io.de Imo.in c.dilecti.extra arb.

17 † Duodecimus effectus iuramenti,& vltimus pro nunc,est quod iuramentū habet executionem paratam, & ideo si instrumento aliquo cuiuscunque contractus apponeretur iuramentum, certè illud instrumētum,qđ aliàs de iure communi non haberet executionem paratam,ut est tex.melius de corpore iuris ad hoc in lege,minor 25.annis,cui fideicōmissum, in versi.ad initium nouæ petitionis redegerat.ff.de mino.isto tn̄ casu propter iuramentū habet executionē paratā, etiā de iure cōmuni.Istud est,quod notāter voluit in terminis Bar. in l.2.ad fi.ff.de iureiur.& ibi dicit Bar.quòd miratur q̄ consuetudo hunc modū, & hāc cautelam non adinuenerit.Et dicit Bal.in d.l.j.in 2.col.C.de rebus credi. quòd ista est vna singularis opi.Ego intendo hunc vltimum effectum latiùs excutere,& examinare vltrà etiam quàm facit Angel.hic, & ideo illum reseruo post expeditionem glo.præsentis §.

18 †Ad fi.glo.habetis quòd si iuratum sit,aduersario non deferente,q̄ tale iuramentum nihil proficit. Hoc limitat Ioan. Fab.hic,vt sit verum quantum ad vtilitatem iurantis: sed bene prodest aduersæ parti,si iuraret contra se,per leg.de ętate. §.qui interrogatus.ff.de interrog.act.Et per hoc inferebat Ioan.Fab.ad limitationem conclusionis gloss.nostræ,quòd tale iuramentū prolatum nemine deferente, posset etiam iuranti prodesse,si iurās diceret contra se,& pro se:quo casu si aduersarius inniteretur ex tali iuramenti cōfessione, tūc teneretur recipere in totum,& etiā contra se, sicut & pro se.Allegat leg.
19 Publia.§.fina.ff.deposi.Ange.hìc,dicit† quòd tali iuramēto, & per cōsequens tali cōfessione, omninò statur cōtra ipsum iurantem. Sed an probet pro ipso iurante etiam si acceptata fuerit cōfessio per aduersarium: istud habet iudex æstimare

Et

Et istud est, quod dicit tex.in dict.leg.Publia.in fi.in uer.iudi
cem æstimaturum.Et secundum eum, inspiciet iudex qualita
tem scribentis,& an uerò simile scripserit pro se, vel non. Et
20 an † potuerit dicta confessio pro parte acceptari, & pro par
te non,ut quia sit structa uno structu uerborum,an uero sit se
parata,iuxta no.per Cyn.in l.unica.in 13.q.C.de confessis. &
ibi per Bal.in 2.col.& not.gl.Cyn.Bar.Bal.& alij in l.si quidẽ.
C. de except. Veritas ergo huius punctuli pendet ab illa quæ
21 stione, † an confessio,seu instrumẽtum possint pro parte ac-
ceptari,& pro parte non.De quo videatis notabiliter Bart. in
l.Aurelius.§.idem quęsijt.ff.de libe.leg.& in dict.l.si quidem.
C.de excep.& in l.quædam.§.fi.ff.de eden.per Bal. post Cyn.
& gl.in l.secunda.C.de dona.ante nup. & Bald. in l.prima.§.
editiones.ff.de eden.& in l.cùm mulier.in 16.col.ff.solu.ma.
& in l.prima.C.de eden.& no.in l.si quidẽ.per illum tex.C.de
transact.& per Spe.in ti.de posi.§.fin.in ver. penul. & Archi.
in cap.primo de confess.in sexto.Canonistæ in capi.cùm ve-
nissent.de consti.& in cap.cùm venerabilis. de excep. & An-
ge.de Are.h.c.Et in istis locis,ut paucis me expediam,magis
communiter concluditur cũ Bar.in dict.§.idem quæsijt, ut si
confessio seu instrumentum,contineant plura capitula diuer
sa,& separata:& tunc possunt pro parte acceptari,& pro par
te non,per dict.leg.Publia.§.fina. Aut continent unum capi-
tulum tantùm,vel etiam plura,sed simul immista:& tunc aut
contra confitentem est iuris præsumptio:vt si quis cõfiteatur
se occidisse hominem pro sui defensione:& tunc potest con-
fessio acceptari in parte,in quantum dicit se occidisse:in alia
verò nõ,dũ dicit ad sui defensionem:quia lex præsumit con-
tra eum,leg.prima.C.de sica.& leg.si non conuicij. C. de in-
iur. Aut non est præsumptio iuris contra confitentem, nec
pro eo:& tunc secus:vt per Bar.in d.§.idem quæsijt.

22 † Qualiter autem intelligatur vnum capitulum uel plura,
& diuersa:uide Bar.in d.§.idem quæsijt.& in l. tertia.§. filius
autẽ inter medias. ff.de liber. & posthu. & Inno.in c.frater-
nitatis.de hæred.& Bal.in l.secunda,in princ. secunda colũ.
C.de re iud.& in l.ampliorem.C.de appella.

23 † Quid aũt in cõfessione facta in libello,an possit pro par-
te acceptari.Bal.tenet quòd nõ, l.cum precũ.C.de liberali cã.

k k* Et quid in libro rationum confecto per mercatorem, an
possit pro parte tantùm acceptari:videte Bal.in l. prima, in
24 quinta columna.C.de confes.† Et quid releuet, aut quid ope
retur communis practica procuratorum instrumenta produ
centiũ,qui protestantur se producere instrumẽta in partibus
pro se tantùm facientibus,& nõ aliter,nec alio modo: videte
Bal.& Salic.in l.prima.C.ut q̃ desunt aduoca. & Ang. de Are.
25 hic,qui tenent ꝙ nil releuet protestatio.† l In eo tamen mẽ-
l bro,in quo retuli suprà Bart.tenere,quòd si quis dicit se occi
m disse pro sui defensione m,quòd talis confessio potest in par
te tantùm acceptari, in parte non, quia casus iste quotidia-
nus est,& frequens,propterea non omittendus. At quia deci
sio Bar.nõ est sine dubio,quia multi contra eum tenẽt,videte
Bal.in dict.l.unica.C.de confes.in 14.columna,in uersicu.de
nuo quæro de quæstione quotidiana.in leg.prima,in princ.ff.
de ædil.edi.& in leg.secunda.C.de dona.ante nup.& in l.per
seruum.§.primo.ff.de usu & habitatione.Bald.& Sal.in l.nec
codicillum.C.de codicillis.Bal.in leg.cùm mulier.ff.sol.mat.
in 16.quæstione,aliàs colum.Bal.& Imol.in l.decem.ff.de uer
bo.oblig.Angel.Imol.& Lud.Roma.in l.prima.§.si quis sim-
pliciter.ff.de verbo.oblig.& Salic.tenentem contra Bartol. in
l.j.in 4.oppo.C.de confessis.per Imo.& Panor.in ca.cum ue-
nissent.extra de instit. & ibi est bonus tex. pro opinione Bart.
secundum quod ibidem per eos ponderatur: & per Imol. &
Pan.in c.bonæ.il secundo, de postu.prælat.

26 † Duo etiam circa prædicta diligenter nota.Vnũ est,quòd
ubicunque confessio esset facta sub illa protestatione:Confi-
teor,&c.nõ aliter,nec alio modo: nunquàm ex tali cõfessio-
ne reus potest damnari,nisi aliud probetur.Glo. est no. in l.si
quidem.C.de excep. & ibi Bal. in terminis dicẽs ꝙ istud ali-
bi nõ habetur in iure,quod nota: ut confitearis cautè, & re-
spõdeas.De his verbis habetis per Bal.in c.j.§. deniq;. q̃ fuit
prima causa beneficij amit.in vsi.feud.in fin.collationis.

27 † Secundò no.aliam singularem,& optimam cautelam, ꝙ
ubicunque confessio,siue responsio emanat,præmissa negati
ua siue in ciuilibus siue in criminalibus, nũquam potest reus
ex tali confessione condemnari ut confessus.Vnde si denego
me vulnerasse,& occidisse, & si apparebit contrariũ, dico ꝙ
feci ad defensionẽ:uel nego me mutuũ accepisse, & si contra
riũ apparebit,dico satisfecisse:nullo modo potest cõdẽnari.
Glo.est no.in l.si quidem,in princ.C.de excep.& ibi no. Bald.
in terminis.Propterea alibi gl.fin.in l.si filium. C. de liberali.
28 causa.docet practicã,† ꝙ si uolo repellere accusatorẽ ab ac-
cusando,quia sit socius criminis,debeo primò præmittere ne
gatiuam,dicendo,Non commisi crimen:sed & si cõmisi, iste
non posset accusare,quia est socius criminis. Aliàs si simplici
ter dico,Non potest accusare,quia est socius criminis:videor
crimen confiteri.De cuius tamen gl.ueritate videte Bart. no-
tabiliter in l.quoniam.in 2.lectura.C.de testi.

29 † Vnum etiam no. ꝙ non sufficit reum probare quòd fecit
ad sui defensionem, sed oportet quòd probet, & dicat ꝙ fe-
cit ad sui defensionem necessariam.Ita Bald.in dicta l.vnica,
in 27.colum.C. de confes. de quo dicto facit festum Ludo. in
suis singularibus.Pro quo allego tex.in l.is, qui aggressorẽ.in
ver.in dubio vitæ discrimine constitutus.C.ad legem Cor.de
sica. Et quamuis dictum consueuerit pro singulari reputari,
tamen Bald. tenet cõtrarium in l.solam.in fin.C. de testi. post
Bartol.in consil.9.aliàs 10.incipiẽte,Quidam Masiolus. Et in
istis locis tenent Bart. & Bal. ꝙ si testis dicit quòd fecit ad sui
defensionem,probat, etiam si nihil ultrà dicat, quando non
fuit vlterius interrogatus de causa. Et pro ista secunda parte
est tex.quem reputo singularem,in ca.primo.§.si quis homi-
nẽ.de pace tenen.in vsi.feud.in uers.nisi hoc probare possit,
quòd uitam suam occidendo defenderit. & hoc notate dili-
gẽter cõtra assessores,& iudices solẽtes sequi illud dictũ Bal.
in dict.l.unica,tamquam uerissimũ, ac veluti quoddã Apol-
linis responsum, & non benè, meo iudicio, ut suprà dixi.

30 † Gl.in uer.iurauerit.ad fin.habetis quòd paria sunt, vel ꝙ
quis iurauerit, uel quòd iuramentum sit remissum per partẽ.
Sunt quidam hic qui inaduertenter,& inconsultè recitãt hãc
gloss. vt procedat quantum ad hoc iuramentum prosit, non
autem quantum ad hoc ut competat actio in factum: quia,se
cundum eos,ad hoc ut competat actio in factum ex iuramen
to,ista non sunt paria,iurare, vel quòd ei iuramentũ remitta-
tur: eo quia tex.noster signãter,& cum mysterio dixit,Si quis
iurauerit.Et sic vult tex.secundum eos, ꝙ tunc demum oria-
tur actio in factum,quando est iuratum: non autẽ quãdo est
remissum iuramẽtum.Sed isti nesciunt quid loquuntur: quia
imò ista parificantur, etiam quantum ad hoc vt ex iuramen-
to actio competat:quia casus est clarus, & rotundus in illa l.
actori. C.de reb.cred.hic allegata in gloss. & in l. nam & po-
steà.§.j.ff.de iureiurand.

31 † Aduertendum,tamen est ꝙ aut iuramentum delatum nõ
est per partem acceptatum: & tunc ipsum deferentem licitũ
est indistinctè pœnitere,& per consequens delationem iura-
menti reuocare.Casus in l.si quis iusiurandum.C.de reb.cre-
ditis.& glo.in l.manifestæ turpitudinis.ff.de iureiuran.Si au-
tem iuramentum sit acceptatum:tunc non est locus pœnitẽ-
tiæ:& si hoc casu deferentem pœniteat, iuramẽtum habetur
pro remisso:& sic perinde,ac si esset iuratum. d. l. non erit.§.
fi.Sed est melior tex.in l.si non fuerit.ff.de iureiurand. Ista po
nit Bartolus in dict.l.non erit.§.fin. & sequitur simpliciter An
gel.hìc,quamuis de Bart.non faciat mentionem. Dicit etiam
Bartol.& signanter in illa l.non erit.§.fin. se putare quòd etiã
quando iuramentũ fuisset per partem acceptatum,posset ta-
men ex causa antè,quàm iuretur, reuocari: puta si tempore,
quo detulit iuramentum,non habebat probationes,quæ po-
steà superuenerunt. d. l. si quis iusiurandũ. Et ita etiam tenet
ibi Salic.& simpliciter sequitur Angel.de Are.hìc.

32 † Itẽ aduerte quòd illud,qđ dictũ est,paria esse, uel ꝙ quis
iuret,vel ꝙ iuramentũ sibi remittať:limitatur singulariter nõ
habere locũ in iuramẽto cõfirmatorio cõtractus.Nã si mino-
ri cõtrahẽti,dũ vult iurare sup cõtractu,si ego sibi remitterẽ,
non haberetur ac si iurasset, nec restitutio sibi impediretur.
Ita singulariter Cyn. in Authentic. sacramenta puberum. C.
si aduer. vend.

33 † Cæterũ quia suprà proximè uidimus quòd iuramentũ de
latũ antè q̃ sit acceptatũ à parte, põt reuocari,& nõ pòst:hinc

ſingulariter Bar. in l.non erit.§.fi.docet optimam,& practicabilem cautelam, quòd quando defertur iuramentum in iudicio præſente iudice, pars ſemper ſit cauta quòd non dicat, Ego uolo deliberare vtrùm uelim iurare, uel ne: & ita peto mihi aſsignari terminum ad deliberandum: quia tunc deferenti licitum eſſet pœnitere, & reuocare delationẽ, ut ſuprà dixi.Imò fortius,etiamſi non reuocaretur delatio iuramenti, non valeret iuramentũ ex interuallo,niſi denuò deferatur:quia in iuramento delato ineſt conditio, ut in continenti iuretur: aliàs nihil proficit:ut eſt tex.in dict.leg.non erit.§.final.& ibi Bartolus.Debet ergo ſemper pars ſtatim & in continenti,dicto verbo, acceptare iuramẽtũ,& dicere ſe paratum iurare: ſed quòd vult deliberare quid iuret.& quomodo iuret.Et iſtud poteſt fieri:ut eſt tex.in l.iuſiurandum & ad pecunias, in fin. principij.& ibi Bar.ff.de iureiurando.Et iſto modo poterat ſibi conſulere in forma iuramenti ſcilicet quomodo iurare debeat: nec deferens poterit amplius talem delationem iuramenti à parte acceptatã reuocare, niſi ex cauſa:ut ſuprà proximè dixi,& declaraui.Quod diligentiſsimè nota,quia quotidiè occurrit.

Glo.in uerſi.deberi.ego diuido in tres partes principales. In prima declarãdo tex.ponit quod remedium,ſeu quæ actio cõpetat actori qui iurauit, & quomodo competat. In ſecũda ponit quod remediũ cõpetat reo,qui iurauit. In tertia declarat,& limitat quod ſuprà dixerat in prima parte de actore, q iurauit.Secunda ibi:ex parte aũt rei,ſi iurat,&c.Tertia ibi: & hoc quod dixi in actore,habet locũ,&c. Expediã uobis vnãquanque partẽ de per ſe. Prima ergo pars principalis ſubdiuiditur in duas.In prima quãdo actor iurauit ſuper debito ex actione perſonali.In ſecũda, qñ iurauit ſuper debito ex actione reali.Secũda ibi:item circa actionẽ realẽ. Et ad cõmendationem præſentis gl.dicũt hic doct.& benè, ut Dyn. & Ioan. Fab.ꝙ iſta glo. eſt in hac materia plenior de corpore iuris. & plenius diſtinguit,ꝙ in aliqua parte iuris.Et quamuis Dy.hic, referat ſimpliciter iſtã gl.& eã approbet,& ſic ẽt trãſeat Hoſtien.illam approbando in Summa ſua in tit. de iureiuran. ut hic refert Ioan.Fab. ego tamen adijciam ad hanc gloſſ. pleraque,quæ ad hanc gloſſ.adijcienda occurrent.

In ead.gl.ibi:nata ex ſacramento. Gloſ. in iſtis uerbis vult 34 duo.Primum,† quòd actio vtilis ex contractu,quæ competit quando iuratum eſt formiter: & ſic cùm cauſa naſcatur ex iuramento: & multò magis quãdo iuramentũ eſſet informiter præſtitum,hoc eſt nulla cauſa expreſſa,ſecundum quod vult gl.ꝙ actio vtilis ex contractu, quæ competit ex iuramẽto præſtito cũ forma,dicatur eſſe natiua: uerũ quia iſti articuli modicæ ſunt utilitatis, paucis etiam me expedio, potiſsimum quia alij communiter nullum verbum circa iſta ponunt.

34 † Ad primum,quicquid hic dixerit Nicol. de Neapol. poſt antiquos,quos ipſe refert in tertia quæſt.extra gl. in materia actionis in factũ teneo, & concludo quòd quando iuramentum eſt præſtitum ſuper aliquo certo,& ſpecificato cõtractu, tunc actio,quæ naſcitur, dicitur naſci ex illo contractu: ut in iuribus hic allegatis in gl.Si autem eſt præſtitum informiter: & tũc oritur ex ſacramento immediatè,propter quendã quaſi contractum delationis & acceptationis iuramẽti inter partes tacitè celebratũ:ut declarant docto.maximè n* Angel. in l.j.C.de rebus cred.Et hæc procedunt in perſonali.Secus in reali:vt patet ex his,quæ infrà nunc proximè ſcribam.Et ueritas melius apparebit ex his,quæ ego teneo vltra alios ad fi.huius primæ partis præſentis gl.Ad ſecundũ,quod vult gl. dicebat Bart.in d.l.nam poſteà.§.fi.ff.de iureiu.omiſsis allegatio-36 nibus hincinde per Bart.ibi factis, † ꝙ quando iuramentum defertur in reali, tunc ſit datiua:quia nõ præſumitur obligatio:ut d.§.fi. cùm realis nullam præſupponat obligationem. 37 §.omnium,ſuprà eodem.ſed † quando defertur in perſonali tunc ſit natiua,l.qui iuraſſe.in fin.ff.de iureiu. Et ita etiam tenet o* Ange.in l.miles.§.fi.ff.de re iud.quamuis Ioã. de Imo, in dict.l.miles.§.fin.contrarium teneat:&,iudicio meo, melius.Quod aliter pro nunc non diſcutio. Miror tamen de conſequentia Bar.Non præſupponitur obligatio:ergo eſt datiua, quia ſecũdum hoc ſequeretur, ꝙ omnes actiones reales, quę nullam obligationem præſupponunt,d.§.omnium.eſſent datiuæ:qđ tñ eſt plus quàm notoriè falſum.Quamuis enim non habeant obligationẽ pro ſufficiẽnti materia ad actiones producẽdas,habẽt tñ dñium preexiſtens:qđ eſt ſufficiẽs materia producendæ actionis.l.unica,cũ ſi.C.de alie. iudi.mu.cauſa fa.

38 † In eadem gl.ibi:aduerſario ſimiliter actionẽ tribuit. teneatis,quòd ex iuramento nudo non tantùm cõpetit actio iuranti,ſed etiam aduerſario,contra quem eſt iuratum. Et conſequenter teneatis, ꝙ ſi aliquis iurauerit ſe emiſſe pro decẽ, ꝙ nedum ipſi iuranti competit actio ex empto propter iuramentum,ſed etiam aduerſario actio ex uẽdito ad ipſum pretium.Et iſta ſunt ſine dubio:quia caſus eſt in d.l. ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.& in §.Marcellus.hic, allegatus in gloſ. Propter quos tex.omitto duo quęſita,tanquã indubitata,quę ponit Io.Fab.hic,ĩ 7.col.in ver.quæritur,qđ ſi orta qõne,&c. poſt Iac.de Rauen.quæ deciduntur in illis legibus.Pulchrum 39 dubiũ eſſet,† quod alij hic nõ tangunt,qđ ſi aliquis iurauerit ſe emiſſe talẽ rẽ à Titio,nõ expreſſa quãtitate pretij: an iurãs poſsit agere ex tali iuramento,cùm pretiũ nõ ſit certũ, qđ requiritur in emptione pro ſubſtãtia contractus.§. pretiũ.& §. itẽ pretiũ. cũ ſi.ſuprà de contra.emp.iuncta gl. illa ſolenni in l.pacta conuenta.in prin.in uer.nouam emptionẽ. ff. de contrah.emp.Item an iſto caſu ille, contra quẽ eſt iuratũ, poſsit petere quòd iurans compellatur exprimere certũ pretiũ. De vtroque uideatis Barto.in d.l.ſi duo patroni.§.Marcellus. ubi tenet,ꝙ iurans poſsit compelli exprimere certũ pretium:ſi tamen non exprimeret, quod nihilò minus ex parte ſua poſſet ad rẽ agere:ut ibi latius per eum.Accedant quæ traduntur notabiliter per Bal.in l.prima.uer.denuò quæro.C. de rebus ali. ubi ponit illã notabilem quæſtionẽ de teſtibus,qui deponũt de contractu emptionis,ſed nõ recordantur de pretio,ſeu de pretij quantitate,an probẽt ipſum cõtractum: videte ibi latè per eum,quẽ reprehendit Lud.Rom.in l.Stichum. in 10. col. ff.de uerb.oblig.quàmuis cum Bar.teneat ibidem Raph.Cu-40 ma.† Ad iſta videatis ẽt Cyn.& Ray.de Forliuio in l. prima. C.de contra.& commi.ſtipu.ubi quærunt,ſi inſtrumentũ cantat: Titius emit talem fundum ab eccleſia: ſed non dicat pro quanto pretio:an tale inſtrumentum probet emptionẽ, necne.Accedit etiam quod ſingulariter decidit Paul.de Caſtr.in l.ſuus hæres.per illum tex.ubi & dicit eſſe caſum. C. de repu. 41 hæred. ubi ponit † quòd ſi filius remiſit hæreditatẽ patris ex cauſa tranſactionis,& in inſtrumẽto talis remiſsio nis fit mẽtio de tali tranſactione,ſed non de eo, quod eſt dandum cauſa talis tranſactionis, cùm aliàs tranſactio non ualeat, nullo dato,uel retento.l.tranſactio,cum ſi.C.de tranſact.an tale inſtrumentum probet tranſactionem,& an ualeat necne.

In ea.gl.ibi:ac ſi uerè cõtractus pceſſiſſet, hoc declara. ut hic per Angel. de Are.p tex.in d.§.Marcellus.allegato in glo.

In ea.glo.ibi interdũ vtilis ex eo contractu, & utilis in rẽ: Et ſic ad finem primæ partis huius glo. habetis duo principa-42 liter ex hac glo. elicere.Primum eſt,† quòd in reali competit utilis in rem,etiam ſi non ſit allegata cauſa: & conſequenter iuramentũ ſit informiter præſtitũ:ut quia iuraui rem meã eſſe ſimpliciter: & ſic informiter,hoc eſt,non expreſſa cauſa, propter quam ſit mea.In perſonali verò eſt ſecus:† quia non ori-43 tur utilis,niſi cauſa formaliter exprimatur,& ſic contractus, uel quaſi,ſecundum habetis ex gl.quod in perſonali, quando iuratur formiter,& ſic cum cauſa, nõ competit niſi actio vtilis ex contractu,non autẽ p* actio in factum:ſed in reali vtraque competit & utilis in rem & actio in factum: expedit ergo ut in utroque perſcrutentur rationes diuerſitatum.

44 † Ad primũ,quare in reali competat utilis in rem etiam ſi non ſit allegata cauſa formiter,ſecus eſt in perſonali: reſpõdebat multùm notabiliter hic Nico.de Neapo.in prima q. extra gl.in materia actionis in factum,poſt ſuum Rodul.de Auric.& ſequitur ſimpliciter Ange. de Are.hic,quàuis Nicol.de Neap.nullã facit mentionẽ,quòd ratio eſt,quia in reali ſemper ſit relatio ad unam cauſam, cùm una tantùm ſemper ſit cauſa realis,ſcilicet dominiũ,l.& an eadem.§.actiones. ff.de except.rei iudic.& ideo dicitur ſemper certa, & uniformiter prolata,cũ non ſit niſi una.Accedat ultra eos,quòd dicimus, paria eſſe,uel qđ aliquid nominatim, & in ſpecie exprimatur uel in genere:& qđ illa gñalitas nequeat niſi in una ſpecie uerificari:ut eſt tex.no.in leg.ſecunda,& ibi Bar.& alij.ff.de lib. & poſthu.in §.nominatim. ſuprà de exhæred.lib.Cauſæ uerò perſo-

personalium sunt plures, & propemodum infinitæ dict. §. actiones. unde non possumus scire ad quam causam fiat relatio in personali causa, quando esset informiter iuratum, & sine causa: & ideo non potest oriri vtilis ex contractu, nisi contractus exprimatur. Et ita etiam tenet Bald. per istam rationem in l. actori. C. de rebus cred. & iureiur.

Sed audite: quamuis ista sint multum colorata, & amica veritati, tamen Ioan. Fab. hic, in prima columna, pro suo mirabili & subtili ingenio ea reprobat & in dicto, & in ratione. Nã, dicit ipse, quamuis in reali, causa immediata sit semper vna scilicet dominiũ, causæ tñ remotæ, & mediatæ, per quas dominiũ acquiritur, possunt esse multæ: & illæ etiam, ut verbis suis vtar, sunt attendendæ. per cap. Abbate sanè. de re iudica. in sexto: & per tradita in §. omniũ. suprà eodem. Et propterea dicit ipse posse rationabiliter defendi, quòd si in reali exprimatur causa mediata, & remota, & iuretur super ea, ꝙ isto casu in reali nedũ dabitur vtilis in rem. ut dicit glos. nostra, sed etiã dabitur actio personalis vtilis ex illo contractu. Et propterea dicit ipse, posse suppleri ad hanc glos. ꝙ in reali nedum datur vtilis in rem, sed etiam interdũ datur vtilis ex contractu, quando iuratum est formiter. Et quamuis Fab. nõ dicat, ante eum ista fuit opinio subtilis Petr. de Bella Pertica referentis hic Nico. de Nea. in secunda quæst. extra glo. in materia actionis in factũ. Hæc consideratio Ioan. Fab. est peregrina, & non negligenda: tamen eam ego non teneo, nec discedo à communi suprà relata, quæ habet quòd in reali competit utilis in rem, etiam si non sit causa formiter allegata, eò quia in reali semper est una causa, scilicet dominium, ut proximè dixi. Vnde in reali nõ distinguitur, an formiter, uel informiter, prout distinguit Ioannes Fab. Nec est uerum id, qđ ipse dicit, ꝙ causæ remotæ, & mediatæ dominij, quæ possunt esse plures, sint necessariò (ut verbis suis vtar) attendendę. nam istud est falsum, prout ego conclusi, secundũ omnes, in §. omnium. suprà eodẽ, in materia formationis libellorũ, in princip. vbi uideatis. Benè fatebor cum Ioan. Fab. quòd si in reali fuisset expressa causa mediata & remota dominij, puta cõtractus aliquis ex quo causatũ fuisset dominiũ, & iuratũ esset: ꝙ isto casu oriretur vtilis ex illo contractu, sicut & in personali.

45 † Circa secundum principale, quod suprà habuistis ex gl. ꝙ in personali, quando iuratur formiter, & sic tum causa, nõ competit nisi actio vtilis ex contractu, non autem actio in factum: sed in reali vtraq; competit & vtilis in rem, & actio in factum. Et in hoc omnes concordant: ut Io. Fab. Ang. de Are. & Nicol. de Neap. in 2. quæst. extra gloss. in materia actionum in factum, post suum Rodulp. de Auri. Et omnes concorditer rationem diuersitatis esse dicunt: nam ille, qui iurat in personali, cùm habeat illum, qui defert iuramentum, personaliter obligatum ex contractu, qui contractus propter iuramẽtum semper fingitur præcessisse, quando uerè non præcessisset, & ideo alia actione personali non indiget: sed in reali, cùm realis nullam obligationem præsupponat, & per consequẽs nullam actionem personalem: & ideo prætor introduxit obligationem, & personalem actionem in factum, quæ oritur ex delatione, & acceptatione iuramenti propter quendam quasi contractum, qui tacitè celebratur: quod nõ fuit necesse introducere, quando iuratur formiter in actione personali, cùm sine ista prouisione prætoris competat personalis ex cõtractu.

46 † Quamuis omnes, ut prædixi, ita teneant cum gl. ego credo quòd multum facilè possit teneri contra glo. & doct. omnes hic, scilicet quando iuratum est in personali formiter ex cõtractu, quòd nedum competat vtilis ex illo cõtractu, prout omnes fatentur, sed ꝙ imò etiam competat actio in factũ ex iuramento, prout & in reali. Et credo ꝙ istud sit uerissimum: nec uideo quid ad oppositum obstet. Nec est uerum id, quod præsupponunt docto. in eorum ratione, videlicet, Competit personalis ex contractu: ergo non potest competere actio in factum eodem modo personalis, quæ est prætoria.

47 † Do optimam instantiã. Nam si delatum est iuramentum, ita quòd competat actio in factum, & personalis, & posteà feratur sententia super isto iuramẽto: isto casu competũt duę actiones personales in factũ, vna ex iuramẽto, & alia ex sententia, prout tenet gl. in opi. Ioa. approbata per omnes in leg. prima, in glo. prima. C. de rebus cred. vbi latè per omnes, & per Barto. latè in leg. nã posteà. §. fi. ff. de iureiur. & per Bald. etiam in dict. leg. actori. Præterea remedia prætoris habent locum nedum in casu necessario, sed etiam in casu non necessario. §. itẽ ab intestato. suprà de bon. poss. & dixi latè vltra omnes. §. sed istæ. suprà eodem in articulo illo, an Publiciana cõpetat vero, & directo domino. Et ꝙ isto casu, quando iuratum est formiter super cõtractu, ꝙ competat nedũ utilis ex contractu, sed etiam actio in factum ex iuramento: tenet Angel. de Aret. in terminis in hoc sibi adinuicem inaduertenter contrarius in princip. huius glo. quamuis in fin. teneat cõtrarium, vt suprà retuli. Et istud idem, quod ego teneo cõtra gl. & doct. hic, tenet etiam in terminis Bar. in dict. l. si duo patroni. §. si quis iurauit. ff. de iureiuran. vbi dicit quòd quando super actione personali iuratur formiter causa expressa, ꝙ tunc habet locum actio in factum, & actio vtilis ex contractu propter iuramẽtum: ut ibi. Imò plus dicit Barto. ꝙ isto casu competeret directa ex eo contractu, si verè anteà competebat. Et credo indubitanter quòd ista sit veritas contra glo. & omnes doct. ibi. Et credo etiam, quòd ita tenuerit subtilis Pet. de Bella Per. secundum quod possum colligere ex relatione, quam facit de eo Nicol. de Neapo. hic in secunda quæst. extra gloss. in materia actionis in factum.

Aduertendum est etiam, ꝙ in prædictis magna emergit vtilitas habere has actiones ex iuramento, quamuis etiam primæ personales competerent: quia in primis actionibus oporteret multa probari, iuxta ea, quæ uidimus in §. omnium. & in §. sed istæ. suprà eodem. in istis autem sufficit probare sic esse iuratum: ut hoc tex. nostro, cum sim. quod facilius probatur. Et ita dicit, & benè Ioan. Fab. hic, in quarta col.

Item quia in prædictis uidimus cum gl. nostra, ꝙ aut iuratum est formiter: & tunc oritur interdum utilis ex contractu, interdum vtilis in rem, & nonnunquam actio in factũ. Aut iuratum est informiter: & tunc competit actio in factum. Non omitto quòd per ista dixit signanter Barto. in dict. leg. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurand. idẽ esse in statu-

48 tis, & in consuetudinibus, † ꝙ si statutum, uel consuetudo disponit formiter, habet locum actio ex eo contractu, uel ex ea causa super qua formiter disponit. Exemplum: Si diceret statutum quòd valeat testamentum cum tribus testibus, certè ageretur actione ex testamento. Vel si diceret statutum, ꝙ minor 25. annis possit uendere, & alienare cum præsentia cõsanguineorum suorum: certè oriretur actio ex eo contractu: argu. d.

49 §. si quis iurauerit. † Sed si disponeret informiter, non expressa aliqua causa, quæ caderet in formam contractus, vel quasi: tunc daretur condictio ex lege, siue ex statuto, iuxta leg. primã, in fin. ff. de condi. ex lege. Istud idem tenet Bartol. vbi latius hoc examinat in repe. leg. omnes populi. in 7. & vltim. q. principali. ff. de iusti. & iure. & in dict. leg. vnica. in penul. col. ff. de condi. ex lege. & in l. de quibus. in ulti. col. ff. de legibus. Ista ẽt extẽdit singulariter Bar. ad sententiã formiter latã in l. Iulianus verũ debitorẽ. uer. sed si dubitat. ff. de condi. indebi.

50 † An autem ex iuramento taxationis expensarũ, uel ex iuramento in litẽ, oriatur actio: videte Bal. in Auth. nouo iure. C. de iud. & Bar. in l. actionibus, ad fin. ff. de in litem iurando. Et per ista remanet expedita prima pars principalis huius gloss.

Sum modò in secunda parte principali, ibi: ex parte autẽ rei. &c. quæ subdiuiditur in duas. In prima loquitur, qñ reus iurauit super actione principali. In secunda, quando iurauit super reali. Secunda ibi: si autem in actione reali.

In eadẽ glo. ibi: si res ad actorem redeat, non cõtra alium. & sic ad fin. secundę partis principalis glo. benè dicit eãdem distinctionem habere locum, & procedere in sententia lata pro reo: ut hic per Ang. de Are. Et quamuis ipse adscribat hãc extensionẽ solũ Pau. de Cast. in d. l. nã postea. §. fi. ff. de iureiu. tamen ego addo uobis Bar. qui idem in terminis dicit in l. ex hoc iure. in secunda col. ff. de iusti. & iure.

Sum modò in tertia, & vltima parte principali huius glos. quę incipit ibi: & hoc, quod dixi in actore. quę subdiuisione nõ indiget. Ad finẽ glo. teneatis ex hac ultima parte huius gl.

51 ꝙ † si traditio fiat alicui à non domino vigore iuiurandi, tunc Publiciana datur contra quemlibet. Istam gloss. in hoc reprehendit subtilis Petr. de Bella Pert. hic, per nõnulla media, maximè per l. 3. §. subtilius. ff. de conditione ob causam. iũcta l.

clauibus.ff.de contrahenda emptione. Ad quæ rñdete ut hic per Ioanné Fab. quem non refero: quia non adderem. Addo tamen quòd istam opinionem Petri, & omnia eius argumenta refert Bar. in l. Pomponius. §. iussu.ff. de acquir. pos. & formaliter respondet, ut hic Ioan. Fab. de quo etiam per ipsum Barto. in l. ex hoc iure.ff. de iust. & iur. & etiam Bald. in l. prima. C. communia vtriusque iudi. per Angel. in repeti. l. si quis vi. in §. differentia. in 14. colum.ff. de acquiren. poss. per Imol. in cap. fin. in 47. colum. extra de præscrip. quamuis ab impugnationibus Petri sustineatur hæc gloss. eam tamen reprobat hic Ioannes Fab. alia ratione: quia si iuratum est in reali, vtilis in rem non datur, nisi contra deferentem, & eius hæredé, non contra alium: vt l. nam posteà. §. fin. & l. sequen. & l. sed & si possessori. §. fin. & leg. seq.ff. de iureiurand. & tenet glos. hic, suprà in parte proximè præcedenti. Quare ergo magis, quando iuratum est in Publiciana, debet posse Publiciana cõpetere contra quemlibet. Certè, secundum eum, non videtur ꝙ vlla bona ratio possit assignari, & maximè cùm vtilis in rem competat contra quemcunque, etiam cõtra dominum: vt leg. prima. §. qui in perpetuum.ff. si ager vectig. vel emphy. peta. Publiciana autem regulariter non datur contra dominum. l. penul. & fin.ff. de Publicia. Accedat vltra eum, quia in Publiciana omnia illa habent locum in rei védicatione. l. eũ qui. §. in Publiciana.ff. de Publi. Possetis ergo sustinendo glo. dicere, secundum Ang. de Are. hic, & sentit etiam Ioan. Fab. quòd ideo aliud sit in vtili in rem. & aliud in Publiciana hac ratione: nam quando iuraui in reali rem meam esse, & nulla est facta traditio, certè non interueniente traditione iurans potest solùm se fundare ex iuramento: vnde cùm iuramentũ non noceat alij, nisi deferenti, nil mirum si vtilis in rem competens propter tale iuramentum non nocet alij: nec datur nisi contra deferentem, & eius hæredem. Sed quando agitur ex traditione facta causa iusiurandi, vt dicit hic gloss. hic certè concurrunt duo, scilicet iuramentum, & traditio. Vnde cùm hic sit titulus ex iuraméto, & possessio propter traditionem, & bona fides iuris præsumptione: arg. leg. penulti. cum glos. prima & secunda. C. de euictio. & consequenter hic est vsucapiendi conditio: ergo & Publiciana. l. eum, qui. in princ. cum similibus.ff. de Publici. Si ergo est vsucapiendi cõditio, & Publiciana: ergo Publiciana debet posse contra quemlibet cõpetere. §. sed istæ, cum his, quæ ibi vidimus, suprà eodem. Ad hoc adducebat etiam Ange. de Are. gloss. quæ idem tenet in leg. sed & si possessori. in prin. in versicul. dandam.ff. de iureiurand. Accedat etiam, secundum eum, quòd si fiat traditio propter authoritatem rei iudicatæ à non domino, sine dubio competit Publiciana. l. 3. in fin.ff. de Public. & prællega. glo. in versi. actione. Et isto casu, secundum eum, Publiciana datur contra quemlibet: allegat l. Pomponius. §. si iussu. & quod ibi gloss. Bart. & doct.ff. de acquirend. posses. & latiùs Bartol. in l. ex hoc iure.ff. de iusti. & iure. & latè Cynus, Baldus & Salic. in l. prima. C. communia vtriusque iud. In quibus locis nihil inuenietis in specie, quòd contra quemlibet detur. Si ergo ita est in traditione facta à non domino authoritate rei iudicatæ, vt Publiciana contra quemlibet competat: ergo eodem modo quando ex iuramento fuit facta traditio, cùm habeat eandem uim, & authoritatem, imò maiorem, quàm sentẽtia. l. secunda, cum ibi nota.ff. de iureiur. Et tenẽdo hanc partem quòd vbi traditio fiat à non domino, vigore iuramenti, quòd Publiciana contra quemlibet competat, durum est, & plus quàm difficile respondere ad l. eum. qui. §. si petenti. hic allegatam in gl. in uerbis illius text. ibi: Sed aduersus te duntaxat glo. hic ad fin. respondet, & eodem modo gloss. in dicto §. si petenti. in glo. in verbo, Duntaxat. quod ista dictio Duntaxat, excludat dominum tantùm, & non alium: sed ille §. si petenti. secundũ Ioan. Fab. hic, & benè, nulla via de Mundo potest pati intellectum glo. quod ibi dictio Duntaxat, veniat ad excludendum dominum tantùm, & nõ alium. Istud est directò contra rationem decidendi, quæ ibi in tex. deciditur. Ei enim soli debet nocere iusiurandum, qui detulit. Præterea si dictio illa Duntaxat, excluderet tantùm dominum, & nõ aliũ, nonne ille text. esset indubitabilis, cùm sit sine dubio quòd Publiciana aduersus dominum non competat? leg. pen. & fi.ff. de Public. Vnde Angel. de Aret. hic alienus, ut puto, à bono sensu, in hoc aliter respondet ad illum §. si petẽti. quòd ideo ibi Publiciana tantummodò datur contra deferentem iuramentum, eo, quia ibi agebatur Publiciana ante rei traditionẽ, ut res traderetur. Et hunc dicit esse proprium casum illius §. si petenti. Si autem anteà facta fuisset traditio, & iurans posteà cecidisset à possessione: certè cõpetijsset sibi Publiciana contra quẽlibet reũ nedũ cõtra deferenté, ꝑ ea, q̃ suprà proximè dicta sunt. Sed audite: nõ mediocriter mirandũ est de hoc patre, ꝙ in hoc tã vulgato termino iuris ita uehementer errauerit. Nã si in dict. §. si petẽti. nũquã facta fuisset traditio, ꝑut ipse dicit, esse proprium casum illius §. esset impossibile quòd iuranti competeret Publiciana nedum contra alios, imò nec contra deferentem: quia ad hoc ut competat Publiciana, necessaria est traditio, vel quasi: aliàs impossibile est quòd competat: ut d. §. sed istæ. & ibi latè dixi in secunda no. suprà eodem. Et istud patet ad sensum: quia vbi non est facta traditio, vel quasi, ibi non est possessio: vbi non est possessio, ibi nõ potest esse vsucapio. leg. sine possessione, cum simili.ff. de vsuca. vbi non potest esse vsucapio, ibi non potest competere Publiciana: quia ista sunt conuertibilia: vt l. eum, qui. in princip. & ibi Bartol. & l. siue autem. §. hæc actio.ff. de Publiciana. & dixi latè in dicto §. sed istæ. Ergo à primo ad vltimum constat euidentissimè quòd vbi non intercessit traditio, impossibile est quòd ibi Publiciana competat. Propterea per illum §. si petenti. ego teneo cum Ioan. Fab. q* contra glo. nostram. & Ange. de Are. quòd si traditio fuerit alicui facta à non domino vigore iuramenti, quòd hoc casu Publiciana non competat, nisi contra deferẽtem, vel eius hæredem, & successorem, & non contra alium: vt est text. rotundus, qui euitari non potest, in dicto §. si petenti. sicut quando iuratum est in reali, dicta l. nam posteà. §. fin. eum si.

Aduertite tamen, ne decipiamini, quòd quamuis tex. in dicto §. si petenti, det Publicianam contra deferentem iuramẽtum duntaxat, tamen dico quòd etiam datur contra eius hæredé, per id, quod in simili dicit tex. in iurante in actione reali, in dict. l. nam posteà. §. fi. iuncta regula l. eum, qui. §. in Publiciana.ff. de Publi. quæ habet quòd in Publiciana ea omnia locum habent, quæ in rei uendicatione. Accedat tex. ille peregrinus, & singularis, in l. si necessarias. §. de vendendo.ff. de pigno. actio.

Non obstant in contrarium adducta per Ange. dum dicebat quòd quando traditio fit à non domino virtute iuramenti, quod hic est titulus, & possessio, & bona fides, & consequẽter vsucapiendi conditio, & per consequens Publiciana: quia fateor omnia ista, quia vera sunt. Et dum dicebat, si competat Publiciana: ergo contra quemlibet. Respondeo negãdo: quia ista semper non est bona consequentia: & casus est ad oppositum, in dicto §. si petẽti. Vel aliter, & melius, vt tollam omnia adducta per Ange. respondeo, secundum quod hic respõdebat Ioan. Fab. Regula generalis est, quòd vtilis in rem, & actio Publiciana dentur contra quemlibet possessorem: uerũ est, ubi allegatur titulus ad hoc conueniens: sed quando allegatur pro titulo res iudicata, uel iuramentũ, de quorũ natura regulari est vt alijs non noceant, certè nec actiones ex eis prodeuntes ad alios extẽdentur: vt est casus in dicto §. si petenti. Et credo ꝙ ista sit ueritas, à qua non discedatis: nec discedetis, si audietis Ioan. Fab. ibi ad finem præsentis puncti, in quo concludit prout ego suprà, postea subdit. Crede mihi, si velis, caue aliter dicere, ne peius dicas.

Et ad dict. §. si petenti. ut nihil omittatur, dum ibi dicitur quod iurauit rẽ suã esse, & ꝙ sibi cõpetat Publiciana: quia videretur ꝙ imò deberet cõpetere utilis in rẽ uẽdicatio. Quomodo tex. ille ꝓcedat, videte tres intellectus. quos in hoc ad illũ tex. dedi in §. sed istæ, §. eo. in illo articulo, an Publiciana cõpetat uero, & directo dño: & secundũ alterũ eorum habetis text. illum necessariò intelligere: ita intelligit Ioã. Fab. hic.

52 † Vltimò ad perfectũ cõplementũ gl. nostræ: quia in ea vidimus ꝙ qñ delatum est iuramẽtũ, & est iuratũ, plures actiones competũt, & nõnunquã exceptiones diuersimodè tñ dic vt ea declarauit: qrit Io. Fab. hic, in pe. col. de notabili & pulchra qõne, quã alij non tãgũt: Pone ꝙ iuramẽtũ nõ fuit delatũ, sed pars dicit ꝙ est contenta credere conscientiæ & fidei alterius partis, & ita credit: nunquid poterit agi, & excipi, sicut

ficut si iuratum esset: & sic nunc illa remedia competant, si-
cut si esset iuratum? Prima fronte, secundum eum, videtur di-
53 cendum † ꝙ sic: quia inter simplicem loquelam, & iuramen
tum Deus non constituit differentiã: in cap. & si Christus, ex-
tra de iureiurand. not. plenè Archi. secundum eum, in cap. 1.
de sepul. in 6. Præterea istud fit ad decisionem litis, sicut & iu
ramentum: ergo videtur eadem ratio, quæ est in iuramento.
Ipse tamen Ioannes Fab. dicit ꝙ contrariũ est verũ, saltem de
iure ciuili. Motus, quia nõ reperitur ꝙ ex tali fide oriat actio,
sed solùm ex iuramento: ergo non est nostrum extendere l.
obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. & maximè qa
iura ciuilia multum ponderant iuramentum plus quàm sim
plicem locutionem, vel fidem: Authent. sacramenta puberũ.
C. si aduer. ven. & l. 3. C. si mi. se ma. di. imò etiam iura canoni
ca multùm ponderant facientia valere contractum, in quo in
teruenit iuramentũ, qui aliter non valeret simplici conuentio
ne, c. cùm contingat. extra de iureiurand. & c. 2. de pact. in 6.
Non obstat ꝙ prima conuentio fiat ad decisionem litis, si-
cut & iuramentum, ergo videtur eadem ratio: quia respon-
det ipse, ꝙ transactio fit ad litis decisionem, & tamen non agi
tur ex conuentione nuda. l. siue apud acta. C. de transactio. er
go cõsequentia non est bona. Ista sunt, quæ dicit Ioãnes Fab.
hic, in hoc notabili quæsito: & non memini me alibi legisse
istud in specie, & in terminis ab alio tactum, quàm per Ioan-
nem Fab. hic, Est verum quòd Bartolus in l. fin. ff. de præto. sti
pul. post antiquos, quos ipse ibidem refert, tangit latè, quid si
aliquis promisit per stipulationem stare simplici dicto par-
tis, vel iuramento, an talis stipulatio valeat, & quid operetur.
& ibi Bartolus post relatas nonnullas opiniones antiquorum
r tenet ꝙ talis stipulatio valeat: r ibi tamen non aperit Barto-
lus nec alibi, quod remedium competat, facta tali declaratio
ne. Ego puto in quæstione Io. Fab. posse contra eum teneri, sci
licet ꝙ si pars in iudicio dicat se credere fidei alterius partis,
ꝙ illa remedia competant, prout si iuratum esset, facta tamẽ
declaratione, vt infrà dicã. Et pro ista parte me multùm mo-
uet id, qđ in simili Spec. in tit. de arbitr. §. j. in versic. sed pone
ꝙ promisi ꝙ, &c. Et sequuntur, & tenent Ioannes And. & do-
minus Antonius de But. in c. cũ tempore. extra de arbitris. in
quibus locis tenent isti tanti patres multùm signanter ꝙ l. si
quis maior. C. transactio. quæ loquitur quando quis iurauit,
habet etiam locum, si non interuenerit iuramentum, sed fidei
54 præstatio. Et † hoc quia, secundum eos, à pari procedunt præ
s ststory fidei, & iuramẽtum s, vt est tex. not. in cap. ad aures, ex-
tra quod metus causa. Et idem ante eos tenet in terminis glo.
multùm signanda in cap. peruenit. in gl. in fi. verbo, iuramen-
ti. extra de fideiuss. Ergo idem necessariò dicimus in quæstio-
ne nostra. Accedat gl. notabilis in c. penulti. in versi. promisit,
extra de iureiur. Ad hanc eandem partem accedat etiã quod
singulariter voluit Bart. in l. Lucius. ad fin. ff. de fideiusso. vbi
55 voluit † ꝙ quando fides alicuius, puta testis, est approbata
ab vtraque parte, hoc casu non requiritur iuramentum, imò
sibi debet credi sine iuramento. Ergo ita dicemus in casu no
stro. Non obstat argu. Io. Fab. propter quod ipse tenebat con
trarium, dum dicebat quòd iura ciuilia multùm ponderant
iuramentum plus quàm simplicem locutionem, siue fidem:
quia dico ꝙ imò iura ciuilia in terminis istis ita põderant cõ
uentionem maxima fide subnixam, sicut & iuramentum. Pro
bo vltra ea, quę suprà adducta sunt. Nam quando delatum est
iuramentum, certè si illud remittatur à parte, & sic non iure-
tur, perinde est quantùm ad actionem, & cætera remedia de
quibus in terminis nostris, ac si iuratum esset: quia ita compe-
tunt remedia, prout suprà dixi latè super glossella penult. in
verb. iurauerit. Ecce ergo ꝙ quando non iuratur, sed remitti-
tur à parte iuramẽtum quòd propter confidentiam partis ita
competant remedia iuramenti, sicut si esset iuratum; ergo idẽ
56 dicemus in terminis nostris. † Cõcludo ergo contra Io. Fab.
quamuis non inueniam ab alio firmatum. ꝙ si pars in iudicio
dicat se credere fidei alterius partis, ꝙ omnia remedia agen
di, & excipiendi ita competunt sicut si esset iuratum. Et credo
ꝙ alibi non inuenies istum passum hoc modo examinatum.
Istud tamen limito procedere, quando talis credulitas fuis-
set à parte acceptata, & secuta fuisset declaratio: aliàs crede-
rem ꝙ talis cõuentio credulitatis reuocari posset sicut dela-
tio iuramenti. l. si quis iusiurandum. C. de rebus cred. & dixi
latè suprà super glossella parua in versi. iurauerit. Et ita in si-
mili tenet Bar. in l. fin. de præto. stipu. in stipulatione, qua quis
promisit stare simplici dicto partis, vt talis promissio ante ac
ceptationem & declarationem possit reuocari. Et ideo con-
sulerem hoc casu esse adhibendam illam cautelam in acci-
pienda confestim tali confessione credulitatis, prout etiam
in iuramento, secundum quod retuli latiùs super d. glossella,
in versic. iurauit.

Gl. fin. in verbo, quæritur: quam diuido in tres partes prin-
cipales. In prima ponit dictum per quod extenditur text. no-
ster. In secunda per modum notabilis declarat quotuplex sit
iuramentũ: & an, & quando possit recusari. In tertia disputat
referendo opiniones, an ex iuramento oriatur actio in factũ,
quando super eo lata est sententia. Secunda ibi: & nota quòd
hoc sacramentum. Tertia ibi. secundum Placentinum ita de-
mum, &c. Prima principalis potest subdiuidi in tres particu-
las. In prima facit quod dictum est: quia ponit extensionẽ ad
tex. In secunda ponit rationem extensionis. In tertia ponit fal
lentiam. Secunda ibi: quia sufficit diuina vltio. Tertia ibi; nisi
in casibus. Item secunda principalis potest subdiuidi in tres
particulas, quemadmodum tres ponuntur species iuramen-
ti. Partes de se patent. Item tertia principalis potest subdiuidi
in duas particulas, quemadmodum duæ opiniones in ea reci
tantur. Partes de se patent.

In eadem gloss. ibi: admonendi. & sic ad fin. primæ partis
57 principalis tenetis † ꝙ periuriũ aliter non punitur, nisi diui-
na vltione. Verùm quia in hoc textu sunt varij, & varias pœ-
nas imponunt, in hoc etiam variant gl. nostræ: idcirco Ange-
lus hic simpliciter refert octo pœnas, quæ diuersimodè à le-
gibus periuranti imponuntur, quas eodem modo, & ordine
ponit Bal. à quo habuit, & didicit in l. 2. C. de rebus credit.
Deinde per modum doctrinæ quomodo periurus in foro ci-
uili puniatur, ponit ipse idem Ang. de Aretio vnam valde pro
lixam distinctionem Salic. in illa l. 2. C. de rebus credit. videa-
tis hìc per eum. tamen Angelus in Authentica. scenicas. col.
5. tenet quòd etiam isto casu potest per iudicem extra ordinẽ
puniri. Nec ob. secundum eum, tex. in d. l. 2. dum dicit solum
Deum vltorem habet, quod intelligitur quò ad hoc vt ordi-
nariè puniri possit. Ego tamen in hoc puncto, an, & quomo-
do periurus puniatur, omissa tam longa phylacteria, prout
est distinctio illa Salicet. per Ang. hìc, simpliciter citata, pau-
58 cis ita concludo & distinguo. † Aliquando quis iurat per sa-
cramenta prohibita, & scelerata, puta per viscera Christi, vel
capillos, aut caput Dei, & similia: & istud appellatur propriè
blasphemia, siue blasphemare Deum: & talis blasphe-
mia, siue verum dicat, siue falsum, punitur vltimo sup-
plicio: & sic talis blasphemans de iure communi debet
decapitari: quia tales blasphemiæ tendunt in contemptum
Christi, & fidei nostræ. Casus est in §. j. & in fin. in Authent. vt
59 non luxu, contra natu. col. 6. † Item potest conueniri ciuili-
ter ad satisfactionem damni: arg. leg. qui nomine. ff. de fal. se
cundum Paul. & Ioan. And. in c. j. de cri. fal. in tantum, quòd
dixit alibi Bal. in l. accusationem. in 3. col. versic. idem dico. in
60 bonis lec. C. qui accu. nõn poss. † quòd iurare per membra
pudibunda Christi, est species hæresis. Alibi dicit Bal. in l. vni
ca. C. si quis Impe. maledixe. quod idẽ est maledicere Deum,
t & eum blasphemare: siue de eo verba pudibunda proferre. t
Dicunt tamen docto. vt Petr. Cyn. Bal. & Salic. in d. l. 2. & An-
61 gel. de Aret. hìc, † quòd ea, quæ dicta sunt de blasphemia ca-
pitaliter punienda, habẽt locum, & procedunt in his tantùm
qui habent ex consuetudine facere huiusmodi blasphema-
tiones. Et istud est, quod vult tex. in d. §. j. & fin. Et istud, quod
voluit Bal. in l. 2. post gl. C. ad legem Iuliam maiest. vbi ꝑ hoc
62 etiam notabiliter subdit † ꝙ illa pœna blasphemantium nõ
habet locum in eo, qui temerariè blasphemauit. vbi autem
quis non haberet ex consuetudine blasphemare & blasphe-
maret, hoc casu non esset ita atrociter puniendus; sed pro ar-
bitrio iudicis: puta quia ponendus esset ad catenam, secun-
dum præfatos docto. maximè Cynum, & Baldum in d. l. 2. &
Angel. hic.

Et aduertite diligenter, quia dicebant multùm signanter
Petr. & Cyn. in illa l. 2. ꝙ binus, vel trinus actus hoc casu con-
suetudinem

63 suetudinem non induceret. † Et istud etiam placet Salic.ibi, & Ang.hic:quia ex lubrico linguæ hoc consistit. Aliquando quis non blasphemat,sed iurat,& periurat.& tunc aut calore iracundiæ:& solum Deum vltorem habet:vt d.l.quicquid ca lore.ff.de regulis iuris.& d.l.2.in gl.fi.C.de rebus creditis. fa cit l.j.C.si quis Imperat.maledi.Aliquando quis iurat delibe ratè & periurat:& tunc aut tale periurium non respicit interesse,aut damnum alterius: & solum Deum vltorem habet. Puta,si quis iuraret non comedere carnes.d.l.2. & ibi gl.prima,& ibi Bal.& gl.in l.Lucius,in versic.debeant.ff.de his qui not.infa.& in istis duobus casibus procedat,& verũ dicat gl. hic.Aut tale periurium respicit damnũ, & interesse alterius: & tunc aut est de præterito,vel de præsenti: & tunc punitur crimine stellionatus.l.fin.ff.de crimi.stellio. Aut erat iuramẽ tum de futuro ad obligandum:& punitur pœna legis,si quis maior.C.de transactio.& ita gloss.in d. l.Lucius. in ver. debeant.Ista sunt ex mente scribentium in d.l.secunda. C.de rebus creditis.prædicta procedunt in parte periurante.

64 † Qua autem pœna puniatur testis periurans: dicite quòd aut in causa publici,& capitalis iudicij: & puniendus est similitudine supplicij.Casus est in l.prima.§.primo.ff. ad legẽ Corneliam.de fica.& Bal.& Salic.in d.l.secunda.C. de rebus creditis.& per illũ no. tex.in d.l.j.§.j.no.Bal.in c.j. in prin.de pace tenenda. ꝙ falsus testis debet puniri illa pœna quam subiret reus de crimine intento:puta capitis, vel furcarum.

65 † Illum etiam tex.pro singulari allegat Bal.in c.j.§.iniuria. in fi.de pace iura. fir. ꝙ testis falsus in causa homicidij punietur tanquã homicida.Aut verò testis fuit periurus in alijs causis:& tunc punitur lege Cornelia.de falsis. leg.prima, in princ.ff.ad legem Corneliam, de fal.secũdum Baldum & Salicet.in d.l.secunda,& Ange.hic.De quo etiam per Bald.in l. presbyteri.secunda colum.C.de episcop.& cleric.& latè per Angelum in repetitio.l.j.C.de fica. Et vltra ista de pœna testis falsi,siue periurij,videte tex.& ibi gl. notabilem in capitulo primo de crimine falsi.in gl.prima & secunda. & gl.in c. querelam.in versic.Crimine periurij. extra de iureiur.

66 † Vnum etiam in prædictis notate, quòd vbicunque dictũ est suprà quem puniri de periurio, in eisdem casibus quis incurrit infamiam.Ita habetis gl.no.in d.l.Lucius.in versi. de-

u beant.& ibi Bart. u* & Bal.traditur per Scribentes in l.si quis maior.C.de transactio.Et ex hoc sequitur ꝙ repellẽdus est à testimonio,& à qualibet dignitate.leg.quoties. C.de digni. lib.12.& l.secunda.§.miles.& ibi gl.prima not.ff.de his, qui no.infa.Ita in terminis Bal.& alij in d.l.secunda. C. de rebus creditis.& Angelus de Aretio hic. Et qualiter formandus sit

67 libellus,†quando agitur contra periurum:vide per Bal.in l.si cum patruo.ad fin.C.com.vtriusque iudi.Item vide per Lud. in l.si duo patroni.§.fin.ff.de iureiuran.

68 † Aduertite etiam, quòd ubicunque ex impedimento iuramenti sequeretur iniustitia, vel propriæ salutis dispendium, uel alterius detrimentum, nunquam tale iuramentum obligat.cap.secundo de pactis in sexto.Eodem modo vbicunque peius est iuramentum seruare, quàm non obseruare,secundũ Bal.in l.si ad excludendum.C.de rebus creditis. Et istud potest contingere sex notabilibus modis, de quibus ibi per eũ: vt si quis iuraret committere homicidium, vel cum iuramento iuraret ligas ad homicidia tendentes: vel si doctorandus iuraret nunquam aduocare sine salario: vel si aliquis iuraret non doctorari,vel nõ loqui cum aliquo,Et istis casibus, & similibus ibi per Bal.positis.dicit signanter Bald. quòd non est necessaria absolutio à iuramento. Et propter has causas tam laici,quàm clerici excusantur à periurio,& à perditione beneficiorum,& dignitatum.Et hoc reputat bene notabile Bal. vbi suprà,& de eo dicit facere magnum festum Ioann.Andr.

69 in capitulo primo de pact.in Nouella. Et † si bene consydero,& aduerto, Bal.in istis decidit mihi vnum super quo aliàs multũ dubitaui:Nunquid in casibus, in quibus iuramentũ non est obligatorium,vt quia fit contra bonos mores, tamen si iurans illud non obseruat,efficiatur periurus.Bal. vbi suprà videtur decidere ꝙ non.Aliter, & contrarium tenuit summæ authoritatis Ioann.Andr.in regula,ꝙ semel, de reg.iuris. in sexto in Mercu.vbi voluit, ꝙ si quis fecerit testamentum,& iurauerit illud non mutare,vel non reuocare; ecce qualiter iuramentum hoc est contra bonos mores, quia aufert liberam testandi facultatem.leg.stipulatio hoc modo concepta.§.cum si.ff.de verborum oblig.ꝙ quamuis, nõ obstante iuramento, posset aliud testamentum facere, & valeat secundum testamentum,nihilominus si faciat,est periurus.Et hoc dicit probari per capitulum j.de sponsa.duo.Est verum ꝙ in hoc,scilicet ꝙ efficiatur periurus, cum reprehendit Bar.in l.si quis in principio testamenti.in vltima col.principij.ff. de leg.3.& in l.cum duobus.aliàs incipit,si fratres.§.idem respondit. il j.ff. pro socio. Quod vltimum mihi magis placet,quod alter pro nunc non discutio,quamuis ipse idem Ioann.Andr.in capitulo dilecto filio.extra de præbend.generaliter dixerit ꝙ actus, qui fit contra iuramentum teneat, licet faciens sit periurus.

70 † Et ad prędicta dũ dixi de eo,qui iurauit non doctorari,& similia:videte tex.in capitulo primo quod incipit, archidiaconum Florentinum 85.di.de eo,qui iurauerat nunquam accedere ad episcopatum.& ibi solennem glo.in ver.sacrosanctis.Videte etiam not.tex.in l.fin.in princ. quæ incipit Imperatores.ff.ad municip.de eo,qui iurauerat ordini decurionũ se nõ interfuturum,& posteà duumuir creatus est.Videte etiã no.tex & moralem in c.innocens.22.quæ. 4.ver. penul.& ibi sunt ista formalia verba:Tunc illicitum est iuramentum, qñ id,quod iuratur,in sui natura vitiosum est,vel vitam adimẽs: vt adulterium,homicidium, &c.vel se cum inimico ad pacẽ non venire,vel indigenti misericorditer non subuenire. Ista, quia perspicuam habent in se iustitiam, & si iuramento firmentur,tamen seruari non debent, &c.Videatis per totũ illũ tex.& ibi abundanter traditur de prædictis.Ad ista etiam videatis Petr.de Anchar.in regula, accessorium. in sexta quæ-

71 stione,de regulis iuris in sexto, vbi tenet † ꝙ Papa non liga-

x tur iuramento, x per quod derogatur suæ potestati. Accedat tex.in c.vbi periculum.§.cæterum.de elect.in 6.& ibi gl.not. quæ tenet quòd vbi iuramentum fuisset præstitum circa derogandam potestatem Papę, non valeret ipso iure:& imò non est necessaria absolutio,vt suprà dixi.

72 † Addite etiam ꝙ iuramentum inducens solum peccatum veniale,non est seruandum,nec ligat. Quamuis enim obseruatum non vergat in detrimentum salutis æternæ, tamẽ quia habet in se aliqualem offensam diuini numinis, non ligat.Dictum fuit Archid.in c.secundo.de pactis,in sexto.quod dictũ apud Legistas multùm commendat, & reputat not. dignum Bal.in c.primo.§.item sacramenta.in vltim.col.de pace iuramento firmanda.

73 † Addite & prædictis quòd Bald.in Authen.ad hæc. tertia columna.C.de vsu.videtur velle ꝙ in iuramento contra publicam vtilitatem requiratur absolutio à iuramento. De quo videte latius per Bal.in l.non dubium.in 15.col.C. de le.& Innocen.in c.venerabilem.de electio.notabiliter Bal.in l.pactũ. in 17.quæstio.C.de collatione.

74 † Dicit etiam Bal.in eadem leg. pactum. in prima quæstio. ꝙ si filia renuntiauit cum iuramento,metu patris, vel nimia reuerentia,quamuis iuramentum non noceat, tamen requiritur absolutio à iuramento.

75 y † Notate etiam quòd vbi causa est super absolutione, di-

y citur esse causa summaria, z secundum Bald.in Authentic.ad

z hæc,in tertia colum.

Addite etiam ad prædicta id,quod signanter dixit Bal.in l.

76 nec si volens.per illam l. C. de lib.cau. † ꝙ si Rex Francorũ faceret aliquam ciuitatem confiteri esse suam, & iurare fidelitatem,cùm sua non sit,quòd talis confessio,& iuramentum nihil penitus valent.Et idem,secundum eum,in Papa, & Imperatore:quia rediguntur ad instar tyranni: vt ibi latius per

77 eum. † An etiam si quis iurauerit se seruare quod in statuto

a continetur, a & posteà statutum cassetur, an liberetur à iuramento:videte Ioan.And. in c.primo, de his,quæ fiunt à maiori parte capituli.in Nouella.& Bal.in prima constitutione feudorum.& Ioan.de Lig.& Innoc.in cap.constitut. extra de rescrip.Addite etiam prædictis quod multùm signanter voluit Ioann.Andr.post Hostien. in capit.relatum. extra ne clerici

78 vel monachi. † quòd si in aliqua regula continentur aliqua facienda à religiosis, & apponatur certa pœna, puta ieiunium:quod religiosi contrauenientes, licet iurauerint seruare regulam,non tamen incurrunt periurium, nec peccatum mortale:

mortale: quia intentio condentis regulam, videtur limitasse suum præceptum quò ad illam pœnam. Et hoc est benè no-
79 tandum propter scholares, † qui iurant seruare statuta, quæ statuta dicunt aliquid fieri, vel non fieri sub certa pœna.

b b* An autem necessitas excuset à periurio, habetis tex. in cap. querelam, & ibi gl. notabilem in versic. necessitate. extra de iureiur. ibidem uidete per Canonistas.

80 † Et an si aliquis iurauit non iurare, & producitur in testẽ, an possit compelli per iudicem vt iuret: videte Spec. in tit. de testi. §. postquam. versic. quid si. tenentem ꝙ sic: quia in omni iuramento videtur semper excepta authoritas superioris. Et idem tenet Ioann. And. in c. quia plerique. de offi. ordi. in 6. & idem tenet Ludo. Roma. in sua repetitio. rub. ff. de arb. vbi dicit hanc quæstion. non esse tactam inter Iuristas, sed solùm à se in loco suprà scripto. Ego pro hac decisione allego in terminis solennem gloss. in capitu. constitutus. in versi. iuramento. extra de rescrip. & text. in c. venientes. & ibi gloss. uersicul. superioris. extra de iuriurand. benè facit l. fin. in princip. ff. ad municip.

81 † Et quid si quis iurauerit non fideiubere pro aliquo, an te-
c neat iuramentum, & impediat contractum fideiussionis, c & eius validitatem: videre Old. in consi. suo 130. & quod no. Archidia. in cap. non est, 22. quæstio. prim.

Et notate istud singulare dictum Ioan. And. in addi. Spec. in titul. de iureiurand. in rub. quòd si aliquis iurauit nõ fideiubere pro aliquo, & proximus eius est in magno periculo constitutus, nisi pro eo fideiubeat, quòd non obstante iuramento tenetur, & debet pro eo fideiubere.

82 † Quę autem conditiones, siue clausulæ tacitè subintelli-
d gantur in iuramento, d vide notabiliter, & plenè Baldum in l. fin. C. de non nume. pecun. de quibus etiam per Innoc. in c. quemadmodum, extra de iureiurand. & in cap. debitores. in eodem titul.

In eadem gloss. ibi: vt ff. eodem. l. manifestæ. & sic ad fin. secundæ partis principalis tenetis, ꝙ lex manifestæ turpitudinis, est hodiè correcta per l. generaliter. §. sin autem. & conse-
83 quenter tenetis † ꝙ hodie iuramentum iudiciale potest recusari. & idem tenet gl. in d. l. manifestæ. & idem etiam visa est tenere in d. §. sin autem. in gl. in verbo, recusare. Vos dicite. melius, secundum Ioan. Fab. hìc, & sequitur etiam Angel. de Aret. ꝙ hodie nihil corrigitur: & consequenter ꝙ illa lex generaliter. §. sin autem. non corrigit iura antiqua, sed ea declarat hoc modo. Nã delationem iuramenti factam à parte parti in iudicio, iudice approbante, non potest pars recusare. Verum est, sine causa: sed ex iusta causa benè potest recusare. Et ita loquitur l. generaliter. §. sin autem. vnde illa l. non corrigit sed declarat. Et ꝙ nihil corrigat, dicitur apertè ibi in tex. ad fin. illius legis. Et ita etiam tenet Bart. & communiter alij in d. l. manifestæ. & Bal. in d. l. generaliter, in princ.

84 † Quę autem sint iustæ causæ, ex quibus possit iuramentũ recusari, videatis Bart. qui plures enumerat in d. l. manifestæ. & Bal. in d. l. generaliter. §. primo. ad fin. Inter cæteras vnam potissimè mandat hìc Ang. perpetuò notari, quam dicit eo anno se in practica vidisse: quando emptor conuenitur, & se ideo defendit, vt sibi actionem de euictione paret. Certè si sibi deferatur iuramentum, potest illud licitè recusare, ne perdat actionem de euictione contra principalem & authorem suum: quia si res decideretur per iuramentũ, non habet actionem de euictione contra principalem. argumen. leg. si dictũ. §. si compromisero. ff. de euiction. Et idem etiam in terminis tenet Nicolaus de Neap. hìc post suum Rodulph. de Auric. in
e quarta quæstio. extra gl. in materia actionis in factum. Vos e* autem addite ad causas enumeratas per Bartolum vbi suprà, quòd in casibus in quibus non potest fieri probatio, nisi per iuramentum, ista erit iusta causa recusandi iuramentum: & ille, cui isto casu defertur, non tenetur iurare, nec referre. Istud est, quod signanter uoluit Baldus in Authent. sed nouo iure. C. si certum petatur, in vltima columna, in versi. sed nunquid hoc casu poterit fieri probatio per sacramenti delationẽ. motus per l. in contractibus. §. illo. C. de non numerata pecunia.

85 † Item addite quòd vbi delictum, de quo quæritur, non cadit in scientiam eius, cui defertur, sicut in scientiam eius, qui defert vel refert: qđ est, quando deferens scit veritatem, ille verò, cui defertur, potest probabiliter dubitare: ista est iusta cã recusationis iuramenti: puta, si agam contra te actione furti, asserens te furtum commisisse, & tu defers mihi iuramentũ, quòd iurem an esses fur: certè possum recusare. Secus si scientia æqualiter caderet in vtroque: puta, quando quis fuisset verberatus. De istis est casus not. in leg. Marcellus. §. fi. & leg. sequent. & sequent. ff. re. amota. & ibi in terminis Bart. iuncta leg. Cornelia. §. hac lege. ff. de iniur. & ibi notat Bart. & idem Bartolus in leg. iusiurandum, & ad pecunia. §. ait prætor. ff. de iureiurando. & idem Bartol. in leg. illa manifestæ: sed non ita clarè.

86 † Item addite, & perpetuò notate, ꝙ si ille, cui defertur iuramentum, iam probauit, vel etiam offert se probaturum: ista est iusta causa recusandi iuramentum. Tex. est de hoc multũ notab. & peregrinus in cap. secũdo, extra de probatio. & ibi per Ioann. Andr. & alios. Imò plus tex. ibi nota. reprobat consuetudinem, quæ erat in contrarium. Item addite, & vltimò, aliam iustam causam recusandi iuramentum, quã ponit tex. in l. si quis iusiurandum. C. de rebus creditis. quando aliquis detulit iuramentum, & ante acceptationem, reuocauit, asserens se velle probare: si posteà deficiat in probationibus, & velit iuramentum deferre, poterit licitè recusare.

f f* In fin. gloss. hanc glossam approbant simpliciter doct. vt hìc Ioann. Fab. Et Angel. de Aret. dicentes omnes doctor. ita tenere. Et idem etiam tenet glossa. in leg. prima, in gl. prima. C. de rebus creditis, & simpliciter ibi sequitur Bart. Vos videte latiùs Bar. in leg. nam posteà. §. fin. ff. de iureiurando, post gl. ibi, & antiquos. & idem tenet Bal. post. antiquos. in d. l. prima. C. de rebus creditis.

Extra gl. vt obseruẽ quod suprà pollicitus sum in notabili-
87 bus, in vltimo effectu iuramenti: † quæro an iuramentum habeat executionem paratam, sicut sententia. Bar. singulariter, de quo etiam suprà feceram mentionem, in leg. secunda, ad finem. ff. de iureiurand. refert ꝙ sic, per l. post rem iudicatam. ff. de re iudicata. Et ideo dicit Barto. se putare ꝙ si in fine instrumenti confecti, de aliquo contractu apponeretur illa clausula, Et quia de prædictis posset in futurum dubitari: & nunc dictus Promissor detulit dicto stipulatori iuramentum: qui stipulator statim sibi de delato iuramento iurauit se debere recipere, puta dicta mille promissa ex causa mutui. Certè tũc tale instrumentum et, de iure communi mandaretur in executionem paratam virtute dicti iuramenti. Et dicit Bartolus se mirari quòd consuetudo hunc modum, & hanc cautelam non adinuenerit. Angelus de Aretio hìc, dicit quòd quamuis omnes doctores sequantur hic Bartol. quòd tamen ipse de eo dubitabat: quia nõ interuenit iudicis authoritas cõprobãtis iuramenti delationem, iuxta leg. si quis iusiurandum. C. de rebus creditis. Dicit etiam quòd dictum Bartol. potest saluari, si addimus uerbis Barto. quòd notarius, qui dictum instrumentum confecit, approbauit dictam delarationẽ iuramẽti & eius acceptationem, qui est tanquam iudex chartularius. de quo mentionem facit gloss. in leg. prima, in glo. secunda, & ibi doctor. ff. de iudi. Et secundum eum approbatio & cõfirmatio dicti notarij rogati de dicto instrumento operabitur perinde, ac si dictum iuramentum delatum fuisset in iudicio coram iudice. Et ita, secundum eum, notat Bartolus in leg. possessio quoque. §. & si possessio. ff. de acquirenda possession. in leg. non fatetur. in fi. ff. de confes. & in l. error. C. de iur. & fact. igno. Istud argumen. Angel. iudicio meo, est fragile, ita quòd eius saluatio, & suppletio ad Bartol. non est necessaria. Nam præsupponit Angel. de Aret. quòd ad hoc, vt iuramentum habeat executionem paratam, requiratur necessariò quòd interueniat authoritas iudicis comprobantis dictam delationem iuramenti: quod nullibi probatur, aut requiritur: & illa lex, si quis iusiurandum, allegatã per Angelum, nihil facit in proposito, nec habet aliquod minimum verbũ, quòd conferat ad præsens propositum. Sed vltra eum ego addo Bald. in leg. prima. C. de rebus creditis. referentem istud dictum Bartol. & dicentem quòd ista est vna singularis opinio. eam tamen postmodum ipse reprehendit, sed per verba multum obscura, & intricata. Paul. de Cas. in leg. post rem iudicatam. ff. de re iudica. refert Bal. vbi suprà, tenere contra Bartolum, & eum declarat, & dicit moueri hac ratione: quia iuramentum

mentum non habet executionem, nisi quando est dubij decisiuum, de quo loquitur titulo de iureiurando. Sed in casu isto tempore contractus non erat ortum aliquod dubium: ergo tale iuramentum non potest dici litis decisiuum: quod non dicitur, nisi orto dubio, & per consequens non habebit executionem paratam. Requiritur ergo, secundum eundem Baldum, quòd tale iuramentum deferatur ex post facto, ad hoc vt habeat executionem. Dicit tamen sibi plus placere opin. Bartoli. & idem etiam dicit ipse Paulus de Castro in l.nam posteà. §.fin. ff. de iureiurand. Mihi autem videtur quòd verba Bald. & eius ratio aliud plus velint, quàm referat Paul. & videre meo, Bald. ita arguit, Ad hoc vt iuramentum habeat executionem paratam, necesse esse alterum duorum: vel quòd iuramentum sit litis decisiuum: vel sit de debito, & sic de eo quod sibi verè debeatur: sed ante, quàm contractus sit absolutus à partibus, quòd tunc demum est, perfecto in totum, & in totũ absoluto instrumento, vt l.contractus. C. de fide instrumen. nihil debetur: nec est actio nata, sed est nascens: & sic est præteriti imperfecti. Et si iuramentum non est de debito, item non est litis decisiuum: ergo cùm tale iuramentum non sit verũ, nec litis decisiuum, non habebit executioné paratam. Et ideo subdit ipse Bal. quòd vbi iuraretur seorsim, absoluto iam contractu, quòd tunc vera esset opin. Bartol. quòd iuramentum haberet executionem paratam. Istud fundamentum Bal. quomodocunque intellectum, iudicio meo, nihil valet in aliqua sui parte: & potius firmatur & fundatur authoritate sua, quàm vllis legibus, aut rationibus. Et dum dicit in prima parte argumẽti sui, quòd ad hoc vt iuramentum habeat executionem paratam: requiritur, vel quòd sit litis decisiuum, vel, &c. Certè non inuenio legem ita restringentem, nec ipse allegat: sed fortius, si verum esset, quòd iuramentum ad hoc vt habeat executionem paratam, quod requiretur quòd esset litis decisiuum, sequeretur quòd etiam si iuraretur seorsim, absoluto iam contractu, quo casu non esset litis decisiuum, etiam tunc non haberet executionem paratam. Cuius contrarium ipse tamen tenet, quamuis posset dici, quòd licet tunc non sit litis decisiuũ, est tamen super debito, vt infrà statim subijciam. Sed nõ eũdo per hæc mendicata suffragia, respondeo aliter, & in forma, posito etiam quòd verum sit, quòd ad hoc vt iuramentum habeat executionem, necessarium sit quòd iuramentum sit litis decisiuum, quod non est hìc. Respõdeo, quod quamuis de præsenti non sit litis decisiuum, quia tamen in futurum potest subesse lis, quæ hoc iuramento decidetur, sufficit. Probo per optimum simile. Nam transactio debet fieri de re dubia, & lite incerta. l.j. ff. de transact. & tamen satis est quòd lis subesse possit: vt est tex. no. in l.post rem iudicatam. nõ dico l. & post rem. in versicul. quia adhuc lis subesse possit. ff. de transact. & tex. no. in l.2. C. de transact. in versi. & si nulla fuisset quæstio, tamen propter timorem litis, &c. Ergo ita dicemus in proposito nostro. Non obstat secunda pars argumenti. Bald. dũ dicebat quòd requiritur quòd iuramentum sit de eo, quod verè debeatur. Istud est falsum, cùm in iuramento non quæratur, an sit debitum, necne: vt hoc tex. cum si. Apparet ergo quòd fundamentum Bald. contra Bartol. non valet vnam fabam. Considerabam tamen etiam si Bald. vellet se fundare per d.l.cõtractus. C. de fin. inst. hoc modo. Nam quando de contractu fit instrumentum, nunquam cõtractus dicitur esse perfectus, nisi perfecto, & absoluto ipso instrumento, & partibus lecto: & anteà nulli ius quæritur: & antè semper admittitur pœnitentia partium. Ita est tex. multum signandus in d. l.contractus. & ibi Bar. & alij. Ergo si antè, quàm instrumentum sit perfectum, & absolutum, iuramentum sit interpositum, nihil operabitur, cùm anteà nulli ius quæratur. Et si Bald. ita motus est, adhuc nihil obstat fundamentum suum, quòd contractus nunquam dicatur esse perfectus. quod, vt ipse dicit, procedit, quando partes hoc egerunt quòd de contractu fieret instrumentum. Per hoc enim solum, quòd fiat instrumentum, nõ sequitur, quòd contractus fiat in scriptis, ita vt non dicatur perfectus, ita vt quæratur ius ante instrumenti perfectioné. Ita est tex. in d.l.contractus. & ibi Bar. expresè in j.no. & gl. solennis, in prin. in ver. conficiuntur, suprà de contra. emp. & maximè cùm in dubio nõ præsumatur contractus in scriptis celebrari: vt voluit Bald. in l.cum res. C. de prob. & Paul. de Castr. in l.qui bis idem. ff. de verb. obli. Præterea non esset ponere eos in cœlum, quamuis necubi tactum, aut firmatum inueniam, quòd etiam quando actum esset expresè quòd contractus fieret in scriptis, & interueniret præstatio iuraméti à parte delati, quòd propter iuramentum fortè non admitteretur pœnitentia, vbi aliàs admittitur: per id, quod in simili dixi vobis suprà in notabilibus, in 8. effectu iuramenti. Cõcludo ergo per prædicta, verissimum esse dictum Bar. in d.l. 2. in fi. ff. de iureiu. quòd iuramentum habeat executionem paratam de iure communi sicut & sententia. Et propterea laudo, & consulo quòd in fine cuiuslibet instrumenti semper faciatis apponi iuramentum eo modo, quo suprà, cuius iuramenti virtute instrumentum habebit executionem paratam. Et de hoc puncto vltra præallegata videte etiam Bald. in l.si duo patroni. §.si quis iurauerit, in fi. co. cum gloss. & in l.nam posteà. §.si petitor. cùm l.seq. ff. de iureiu. & in leg. post rem. ff. de re iudic.

88 † Et circa ista tangit etiam Bartol. in d.§. si quis iurauerit. in fin. quòd iuramentum de iure communi habet executionem paratam: vt statim vidimus. Pone tamen, vigore iuramenti petit executionem ad rem, quam dicis tibi venditam: an ergo possim in executionem sententiæ excipere de pretio. Et determinat mirabiliter quòd non, post Specul. in titul. de executione sententiæ. §.fin. in ver. item quæritur. de quo ibi per eum: & per Spec. in titul. de execut. d.§. versicul. sed pone, per. Videte Bald. qui hoc disputat in l.peremptorias. in 3.col. C. sententiam rescin. non pos. & ibi videtur tenere contra Bar. & per Bal. in l.si traditio. C. de act. emp. & in l.si ex prędijs. C. de euic. & per do. Anto. de Butrig. & Imol. in c.cum Ioannes eremita. extra de fide instrum.

89 g † Restat postremò ad implementum præsentis §. vt videamus qualiter formandus sit libellus in materia iuramenti: & eius formam uidete plenè per Spec. in tit. de iureiuran. in quarta parte, secundum quòd eum refert Nicol. de Neapol. hìc, in 5. q. extra gloss. in materia actionis in factum. Et super hoc, ut etiam dicebat & benè Ioann. Fab. in finalibus uerbis præsentis §. non potest dari vera forma: quia multiformiter iurari potest. & nonnunquam formiter, aliquando informiter, prout suprà uidistis in gl. in uer. deberi. Item potest iurari in quacunque actione, & in omnibus interdictis, & in omni negotio: ut l.3. §. quacunque. ff. de iureiurand. Concludendum est igitur secundum naturam actionis, primò facta narratione iuramenti, secundum uarietates factorum oportet conclusionem uariare, concludendo realiter in realibus in possessorijs, ad possessorium: in personalibus, secundum naturam rei, quę debetur uirtute principalis obligationis, & actionis.

90 † Vbi ergo ageretur actione in factum ex iuramento informiter præstito in personali, forma libelli debet talis: Dico cõtra Titium, quòd cùm litigarem cum eo coram tali iudice, & ab eo peterem centum, quæ dicebam mihi deberi: dictus Titius mihi detulit iuramentum, vt iurarem si dicta cẽtum erant mihi debita, iudice dictam delationem iuramenti approbante: & qualiter ego statim iuraui dicta centum mihi per Titium deberi: iurando per illum modum, per quem mihi delatum fuit iuramẽtum. Quare cùm dictus Titius dicta centum mihi soluere, & præstare deneget, & recuset: peto eum per vos condemnari, & condemnatum iuris remedijs compelli ad dicta centũ mihi danda, & soluenda.

91 † Vbi verò in ista actione personali iuramentum esset formiter præstitum, quo casu oritur vtilis ex contractu, vt vidimus suprà in gloss. in ver. deberi. eadem est forma, nisi quòd adijcienda est causa, ex qua dicis tibi deberi: & in iuramento informiter præstito, non prædicta procedunt in actione personali.

92 † In reali autem qualiter formandus sit libellus Ioann. Fab. dicit quòd debet petere per sententiam declarari rem ad se pertinere iure dominij: & hoc declarato, debet petere rem restitui sibi. do. Angel. de Aret. dicit quòd debet dicere sibi quasi dominio: quia prætor non dat directum dominium, sed vtile. §.quos autem. cum similibus, suprà de bo. pos. Prima magis placet: quia hìc non agitur de dominio dato à prætore, sed benè de actione data à prætore propter iuramentum. & ista

93 diuersa sunt. † In Publiciana autem qualiter formandus sit libellus, satis patet, maximè iunctis his, quæ vidimus in gloss. in versi.

in versi. deberi. ad fin. & in specie habetis hic Ioann. Fab. & Angel. de Aret. quos, si vultis, potestis videre. Et per ista remanet præsens §. solenniter, & multùm vtiliter expeditus.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a PROBATIONIBVS.] Adde Francisc. Aret. in lege ait prætor. de iureiurand.

b CONTESTATIONIS.] Adde idem per Fran. Are. in d. l. ait prætor. §. si is, qui. de iureiuran.

c SACRAMENTA PVBERVM] De intellectu huius Auth. circa iuramentum appositum super contractu, quomodo, & quando seruari debeat, vel non. vide Alexan. de Imo. in consi. 42. in 4. colum. cum seq. & in cósi. 59. 1. 2. col. in prima parte. & in consi. 54. per totum. in tertia parte.

d CONTRACTVS] Adde Franc. Aret. in l. duobus. §. itē Pōponius. de iureiur. & quod ibidē ad eū dixi in apostil.

e MODO] Adde Felin. in c. cùm super. de offi. delega. in 3. col. & Franc. Aret. in suo tract. feu. ex quibus cau. feu. amit. in 14. causa. & do. Bar. Soci. in cósi. 163. incip. non fuisset opus vlteriori. ver. confirmantur præmissa. in tertia parte. & domi. Alex. in consi. 31. in fin. in quarta parte.

f QVAM PRINCIPALIS] Pro quo vide do. Alex. de Imol. in consi. 32. in vlti. col. in quarta parte.

g PACTO] Adde Felin. in c. ad nostram. de iureiur. Frāc. Are. in d. l. si quis maior. alleg. hic per domi. Ias. Moy. & in l. si pecuniam. de condi. ob causam.

h SI QVIS MAIOR] Vbi vide Franc. Aret. in fin. & vide domi. Alexan. de Imo. in consi. 155. in tertia colum. in secūda parte. & in consi. 131. in prima col. quarta parte.

i IN L. PRIMA] Vbi vide Pau. de Cast. contra Bal. & vide Ang. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & in l. ait prætor. §. j. de re iudic. vbi etiā per Imo. & Rapha. in d. l. secunda alle. hic per Ias. & ibi per dom. Alex. de Imo. & Ludo. Ro. in rub. de arbit. in pen. char.

k Aduerte quia Ias. non legit Bal. in d. l. cùm precū. vbi Bald. dicit quòd talis confessio potest pro parte acceptari, pro parte verò non: & per illam legem traditur cautela, ꝙ reus acceptet libellum, quatenus pro se facit, & non in alijs capitulis. De qua cautela habetur per Ias. suprà in §. omnium. col. 23. Carcassona Sard.

l PROTESTATIO] Vide tamen dom. de Rota in decisio. 186. licet quis. Innoc. vbi contra, quod imò releuet: & vide do. Alex. de Imo. in l. prima. §. editiones. ff. de eden. & Felin. in c. cùm venerabilis. de excep. vbi plenè. & gl. in c. præsentium. de testi. inci.

m DEFENSIONE] Vide Bal. in consi. inci. & pone. quidam. & eundem do. Ias. May. in l. vt vim. in quarta col. ff. de iusti. & iur. & Alex. in l. cum de indebi. §. j. de proba. & Franc. Aret. in l. manifestissimi. C. de fur. & Fel. duo verba, in c. cum dilecti. in fi. de accu. in c. auditis. de præscrip. in 19. colum.

n * Adde de hoc quòd ex delatione & acceptatione iurisiurandi, oriatur quidam quasi contractus, esse tex expressum in l. depositi. §. j. ff. de pecul. Carcassona.

o Aduerte, quamuis ista disceptatio vtrùm sit datiua vel natiua, nullius sit vtilitatis, & ideo esset prætermittenda. l. Gallus. §. si eius. in fi. ff. de lib. & posthu. mihi tamen videtur quòd super hoc non possit dari certa doctrina, ex quo iura indifferenter loquuntur. nam actio de dote est personalis, & venit ex contractu, vt habetur in §. fuerat. infrà eodem tit. & in Rubri. ff. solu. ma. per Bart. & alios, & tamen iure consul. in l. si duo. §. Marcellus. dicit dandam actionem de dote mulieri: & sic præsupponitur datiua, & non natiua. Et videas tex. qualiter loquentem in l. nam postea. §. iusiurandum. ff. eodem tit. de iureiur. vbi inquit Iurisconsultus. iusiurandum & actionē, & exceptionem parit. Et dispositio illius tex. procedit siue in reali, siue in personali actione iuretur, vt legenti clarè patebit: ideo in hoc non potest aliquid certum tradi, quod iuridicè probetur. Carcassona Sardus.

p Adde quòd imò oritur actio in factum, non obstante vtili actione ex illo contractu, vt tunc per Angelum de Aret. post Bar. in d. l. si duo. §. si quis iurauerit, de iureiurando. & infrà videbimus. Sard.

q Adde quòd hæc opi. satis est sustentabilis: attamen quia opin. gl. hic, & in d. l. sed si possessori: est communiter approbata. & durum esset contra istas gl. & communem sententiā in practica obtinere, nō putaui ab ipsa recedendū fore. Pro qua opin. facit: pone rem, mihi traditam ex quasi contractu esse, puta ab hærede, qui cum legatarijs quasi contrahit. §. hæres quoque. Insti. de oblig. quæ ex quasi contrac. vel indebitam rem traditam esse, vt §. item is, cui. Insti. eo. tit. certè Publiciana competit contra alios. l. prima. §. fi. cū legib. sequen. ff de Pub. sed ex delatione & acceptatione iusiurandi oritur quidam quasi contractus, vt l. depositi. §. j. ff. de pecul. & sic dicorrem ex quasi contractu habere: ergo competit Publiciana contra quoscūque, excepto domino, sicut ex alijs quasi cōtractibus. Nec video quare magis debeat operari consensus & traditio ex causa contractus, quàm ex causa iuramenti, qđ ex cōuentione proficiscitur. l. qui iurasse. §. fi. ff. de iureiuran. Præterea quæ fuit causa introducendi Publicianam, nisi, vt traditiones à non dominis ex aliqua iuste causa factas prætor tueret? ut de hoc est tex. in §. sed istæ. suprà eodem & ibi dixi, & est tex. in l. sunt & aliæ. ff. de Public. certè hæc eadem in q. nostra viget: iusta enim est conuentio. & causa iurisiurandi. l. si quis cum debitore. in fin. ff. de iureiur. Non obstat tex. in d. §. si petenti. quia variæ dantur hic, & alibi ad illum text. solu. posses tu vnam accipere, quæ magis ingenio tuo applauderet. Vel dicas altero de duobus modis, quod ratio decisionis in d. §. si petenti. est, ne alijs iusiurandum inter alios præstitū noceat. vt l. quia non debet. ff. de iureiur. quæ ratio non infert necessariò, vt contra alios non detur Publiciana. Do instantiā qua data corruit arg. §. pauonum. Insti. de rer. diui. c. sicut vrgeri. j. q. j. contractus inter alios celebratus alijs nō præiudicat. l. j. C. si commu. res pig. da. fuer. sententia inter alios lata alijs non præiudicat regulariter. l. sæpe. ff. de re iud. & C. res inter alios acta. per totum. & tamen traditio facta ex causa iudicati, & ex causa cōtractus operatur Publicianam contra quoscunque. l. 2. 3. & 4. ff. de Publ. vnde intelligitur quod non facit præiudicium quò ad hoc, vt nō possit queri de veritate: quia non ita habetur contra alios iuramentum pro veritate, vt non possit contrarium probari, sicut habetur contra deferentem, vt videtur probari in l. 3. §. pen. ff. de iureiuran. Et certè cum Publiciana non detur cōtra dominum. l. pe. & fi. ff. de pub. nec contra titulo possidentem. l. siue autem. §. si duobus. ff. eo. & vidimus latè suprà in §. sed istæ. iustum est hunc, qui ex iureiurando nititur tueri, arg. eorum, quę suprà dixi. Vel dico quod §. si petenti. loquitur in re communi plurib. quàm alter dominorum possidebat. egi contra possidentem rei vendicatione, de facto, quia habebat rei restituendæ facultatem. l. officium. ff. de rei vend. detulit possessor iusiurandum, iurauì meam esse, traditam ex hac causa, possessionem amisi: si possessio peruenit ad deferentem iusiurandum, agam contra eum, dato quòd sit dominus: si ad alios dominos, non: quia dato quòd iuramentum operetur contra deferentem iusiurandum, quamuis dominum, non tamen operabitur contra alios, ne iuramen. inter alios, &c. Cogitabis in hoc intellectu. Carcassona Sardus.

r Adde quòd imò Bar. tenet ꝙ talis stipulatio, vel promissio non me obliget, quin possim ante declarationem reuocare, per l. si quis iusiurandum. C. de re. cre. vbi delatio iurisiurandi facta in iudicio, potest reuocari: & tamen quia erat in iudicio, habebat vim stipulationis. l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiuss. tutor. post declarationem verò posset reduci ad arbitrium boni viri: vt ibi per Bart. Carcassona Sardus.

s ET IVRAMENTVM] Adde idem tenentem Feli. in capit. querelam. circa fin. 2. col. de iureiur. & in c. præterea. de spon. in 4. col. & dom. Alex. de Imo. in l. 3. §. dato. in fi. de iureiuran. vbi idem dicit, quando promissio facta sit sub periculo animæ promittentis, quòd obligat, secundum Ang.

t PROFERRE] Adde quòd secundùm Ambrosium, vt refert, & sequitur do. Barth. Soci. consi. 102. inci. in præsenti. circa medi. 2. col. j. partis, blasphemia est, quoties alicui attribuitur, quod ei non conuenit.

u * Aduertas, quia istud non est simpliciter verum, nec Bart. & gl.

& gl.ita dicunt,vt refert Ias. quia quandoque quis puniatur de periurio,& non infamatur:vt probatur in l.2. iuncta l.fi.ff. de crimi. stelliona. ideo dic vt ibi per gloss. & Bartol. Carcassona Sardus.

x IVRAMENTO] Adde do.Alex.de Imo.in cõsi.38.i 3. parte.& in cõsil.39.in 4.parte. & sanctũ Tho.2.2.q.39.ar.9.Et nunquid Papa possit super iuramento, vel voto secum et dispensare:vide Fel.in cap.2.de spon. in 7.col.ver.tertia declaratio,& ibidem in prin.12.col. vide nunquid possit remittere iuramentum sibi ab Imperatore præstitum.

y ABSOLVTIO A IVRAMENTO] Vide Fel.in c.si verò.de iure.

z SVMMARIA] Adde Fel.in c.j.de iure. in fi.& in c.prætere a.de spon.in 9.colum.

a Continetur.Et adde quòd iuramentum aliud est de seruãdis statutis,& aliud est de seruandis contentis in statutis : ut per Fel.in c.cum venerabilis.col.6.versi.tribus modis limitatur, circa princ.de exceptio.

b Adde ꝙ & si notãdum sit hoc dictum propter authoritatem Hostien. & Io.Andreæ & Ias. mihi tamen dubium videtur,& est,iudicio meo,contra tex.in l.si quis maior.C.de trãsactio. vbi partes in contractu in rato apposuerunt pœnam in casum cõtrauẽtionis, & nihilominus cõtrauenieus punitur tanquam periurus,& soluit pœnam contractui incertam: & sic appositio,& solutio pœnæ non tollit periurium. cogitabitis.Carcassona Sardus.

c FIDEIVSSIONIS] Vide Fel.in c.si verò post princ. 2.col.ibi:Item vergit paulò post.de iureiu.

d IVRAMENTO] Vide Fel.in c. cum super. in 3.col.de officio delega.

e * Indicas clarius dictum Bald.in d.Auth.sed nouo iure.col. fin.quàm Iason referat, quòd in casibus in quib.à lege vel ab homine,requiritur ꝙ non possit aliter res gesta probari,q̃ per scripturam, nõ cogetur quis neque iurare neque iuramentũ referre:quia est alia species probationis.Et ibi ipse enumerat aliquos casus,in quibus probatio debet fieri per scripturam. Carcassona Sardus.

f * Et adde quod Bar.notab.in l.non erit.§.fi.ff.de iureiur. inquit quòd etiam post acceptatum iuramentum, si superueniat deferenti facultas probandi, erit iusta causa reuocandi delationem,per d.l.si quis iusiurandũ.C.de rebus cred.Sard.

g * Adde quòd contra Bar.quod imò non obstante iuramento possit opponi exceptio pretij non soluti: tenent communiter doc.& contra Bartol.est tex. in l.fundus,qui Lucij Titij.in ver.quæsitum.ff.de resc.vend.arguendo de sententia ad iuramentum , vt suprà vidimus. quem text. ibi ad hoc ponderat Bald.& contra Bar.ex mente doctorum facit, quia omnis exceptio,quæ non tendit ad impugnandum sententiam , potest opponi post sententiam,quamuis transierit in rem iudicatam gl.Bar.& docto.in l.j.C.de iur.& fac.ignor. tex.est, & ibi Bar. in l.ex diuerso.§.fi.ff.solu.ma.& videbimus in §.sed & si quis. in fi.infra eo.Cùm ergo exceptio pretij nõ soluti non tendat ad impugnãdum iuramentũ, poterit post iuramentum opponi.Et contra Bar.videtur casus in d.l.si duo patroni.§. Marcellus.ff.de iureiu.per quem tex.Pau.de Cast. tenet & bene,contra Bar.refellendo sol.Bar.ad illum tex.vltra alios contra Bar. facit,quia iuramentum non excludit exceptiones procedentes ex natura contractus.l.fi. & ibi Bal. C.de non nu. pec. sed ex natura contractus est, vt agenti ad rem, possit opponi exceptio pretij nõ soluti:vt l.Iulianus.§.offerri.ff.de action.empti:ergo per iuramentum non excluditur.Item contra Bartol. & Specu.secundo loco vltra alios argumentor sic:Paria sunt inter personas litigantium,quod quid per iuramentum probetur,vel per aliud genus probationis.Casus est in l.sed & si possessori.§.si cum de hæreditate.ff.de iureiurand. sed si probatus fuisset emptionis & venditionis contractus per testes puta,vel instrumenta,agenti ad rem obstaret exceptio pretij non soluti:vt d.§.offerri.ergo etiam debet ei obstare, vbi probatio facta fuit per iuramentum. Tertiò vltra alios dico sic, iuramentum non fuit inuentum, vt esset vinculum iniquitatis.capit.inter cæteras.23.q.4.c. quanto. extra de iureiur. sed iniquum esset ꝙ iste haberet rem, & ea frueretur, & ego interim carerem pretio.argu.l.curabit.cum sua materia.C.de action.empti.Vltimò vltra alios contra Bart.vrget,quia deferens iusiurandum,nisi expressa mentio de pretio fiat, non dicitur remittere pretium,vt est textus in d.§. si quis iurauerit. ergo necessariò etiam est istius intentionis, vt non remittat viam faciliorem,seu remedium pretij consequendi: quia qui vult vnum,vult omne ad illud necessarium.c.suspicionis.extra de offi.delega.l.illud dubitari.ff.de acqui.hæred.ergo iuramentum non debet porrigi ad ea, de quibus deferens nõ cogitauit.c.clericus.extra de iureiuran. Et hanc partem teneas,quam tenet Bal.Salice.Pau.de Cast. Fulg.& do.Alex.in d.§.si quis iurauerit.vbi multa alia adducuntur, quæ non curaui referre:videas per te ipsum.Et hęc opin.sapit veritatem, & æquitatem.Anto.Ang.Carcassona Sardus.

SVMMARIA §. POENALES QUOQUE.

1 *Actionum pœnalium quot sint species. 2.& 3.*

4 *Actio in factum,descendens ex edicto de calumniatorib. an post annum sit pœnalis tantùm ex parte actoris, & rei persecutoria ex parte rei conuenti.*

5 *Actiones pœnales ex parte actoris, & rei,quæ sint.6.*

7 *Album prætoris quid, & quot modis capiatur in iure.*

8 *Vocari in ius qui non possint.*

9 *Vocati in ius, ex quo nolunt venire, quid si ducti sint per familiam, & per vim, vel eorum dolo, ab eius manib. eximantur.*

10 *Titulus,ne quis eum,qui in ius voca.vi exi.& titulus, de eo,per que mfac.erit.qualiter differant.*

11 *Actio pœnalis prætoria contra quos detur.*

12 *Corrumpens edicta in albo prætoris qualiter puniatur.*

13 *Corrumpens libros, vel aliquam scripturam repositam in camera actoris communis, an puniri debeat.*

Corrumpens imagines,& picturas proditorum, & falsariorum,& similium,qualiter puniri debeat.14.

15 *Arma expulsi de ciuitate propter proditionem, vbicunque in eius honorem depicta sint,an destrui debeant.*

16 *Scripturis scriptis,vel sculptis in parietibus,vel muro,vel lapidibus,vel columna,an credatur.*

17 *Veniam de in ius vocando patronum,vel parentem, an solùm petere sufficiat,etiam si non impetretur.*

18 *Mandans committi maleficium an puniatur, sicut committens.*

19 *Actiones pœnales non prætoriæ, sed ciuiles, an sint annales.*

20 *Accusationes ex quacunque lege, vel edicto descendant, perpetuæ sunt.*

21 *Actione pœnali quando plures tenentur, an vno soluente cæteri liberentur.22.*

23 *Statutum si disponat,quòd si homines de contrata non cœperint malefactorem,puniatur in tantum : an soluente vno cæteri liberentur.24.25.*

26 *Solutione vnius ex pluribus delinquentibus, an cæteri liberentur.27.*

28 *Pœna corrumpentis album prætoris quando locum habeat. 29.*

30 *Processum alicuius surripiens,qua pœna puniatur. 31.*

32 *Corrumpens tabulas publicas qua pœna puniatur.*

33 *Corrumpens vel lacerans vel surripiens scripturas, vel instrumenta aliena,qua pœna puniatur.34.*

35 *Abradens literas ex instrumento,qua pœna puniatur.*

36 *Aperiens literas alienas,et eas aduersario mittentis ostendens,qua pœna puniatur.37.*

38 *Literas non restituens ei, qui restituere mandatum susceperat,in quod delictum incidat.*

39 *Pœna l.si quis id,quod.alleg.in glo.cui applicetur.*

40 *Actione*

40 *Actione populari agens, post lit. contest. pro creditore habere præsumitur.*

41 *Subtilitas nimia interdum hominem perniciosè errare facit.*

42 *Libellus in materia corrumpentium album Prætoris, qualiter formandus sit.*

43 *Pœnam pecuniariam quòd qui soluere non possit, luat in corpore, quando procedat, & seq.*

45 *Pœna qualibet corporis, maior est quacunque pecuniaria.*

48 *Pœnam pecuniariam si quis soluere cōdemnetur cum hoc, quòd si intra mensem non soluerit, sibi pes, vel manus amputetur: an hoc non obstante inuito condemnato, & mense elapso, iudex facere poterit quòd pecuniariam soluat.*

52 *Vocari in ius an possit pater adoptiuus, et an, & per quem filium pater naturalis tantùm, 56. 60. cum seq.*

54 *Parentis verbum, de propria significatione ad quem gradum extendatur.*

55 *Extensio in materia exorbitante fit ad casum proprium, & improprium significatum, causa honestatis seruanda.*

57 *Parentum appellatione an comprehendantur naturales tantùm. 58.*

59 *Filius occidens patrem naturalem tantùm, an puniatur pœna legis Pompeiæ, de parricidijs. 60.*

63 *Natus ex patre duas concubinas tenente, an ei succedat.*

64 *Pater spiritualis an possit in ius vocari sine venia.*

65 *Pater spiritualis ita diligendus est, sicut pater naturalis.*

66 *Cognatio spiritualis est maior quàm carnalis.*

67 *Mulier an occisores compatris sui accusare possit.*

68 *Compater an possit esse testis pro eo, quem leuauit de sacro fonte.*

69 *Defensor ciuitatis an possit per aliquem ex ciuibus in ius vocari sine venia. & nu. seq.*

83 *Accusare patrem, vel patronum, an liberto, & filio permittatur.*

84 *Libelli oblatio facta solum iudici, an vim citationis habeat.*

85 *Pœna, si vocatus in ius non comparuit, an committatur.*

86 *Pœna an locum habeat in omnib. personis, quæ prohibentur in ius vocari sine venia.*

87 *Veniæ impetratio an filiofam. agenti in castrensibus, vel quasi, sit necessaria.*

88 *Pater in casibus, in quibus ei vsusfructus non quæritur, an filio agenti consentire teneatur.*

89 *Iurare de calumnia an debeat pater, vel filius. 90.*

91 *Libellus in materia vocantium patrem, vel patronum in ius sine venia, qualiter sit formandus.*

92 *Actio in factum ex edicto, Ne quis eum, & c. quare dicatur merè pœnalis. 93.*

94 *Iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei non venit iure actionis, sed officio iudicis.*

95 *Actio pœnalis an ad vindictam dari dicatur.*

96 *Damnum est d. minutio patrimonij, & sic rei familiaris.*

97 *Actio in factum ex edicto, Ne quis eum: an sit merè pœnalis. 98.*

99 *Iuramentum in litem, an detur contra eximentem debitorem fisci.*

100 *Iudicium capit vires à vocatione in ius, quæ præcedere debet.*

101 *Argumentum ab ordine titulorum validum est in iure.*

102 *Eximens captum à manibus familiæ tenetur.*

103 *Debitor si per aliquem occultetur, ne capiatur, qualiter occultans teneatur.*

104 *Eximens carceratū à carcerib. qualiter teneatur, & seq.*

110 *Præscriptionis interruptio qualiter differat à perpetuatione actionis. 111.*

112 *Actionis perpetuatio ad 40. annos.*

113 *Statutum, quòd debitum post decem annos peti non possit, an si per lit. conte. interrupta fuerit præscriptio, intelligatur perpetuare præscriptionem inductam à statuto. 115.*

114 *Actio rescissoria an per litis conte. perpetuetur.*

116 *Præscriptio decennalis per statutum inducta, sapit naturam præscriptionis annorum triginta.*

117 *Lex arctans regulatur secundum legem arctatam.*

118 *Actionis perpetuatio an fiat per solam conuentionem.*

119 *Præscriptio an per denuntiationem extraiudicialem factam à parte, interrumpatur. 120.*

121 *Præscriptio an per solam citationem interrumpatur.*

122 *Præscriptionum quot sint species. 126.*

127 *Præscriptio statutaria qualiter interrumpatur.*

128 *Præscriptio in criminalibus qualiter interrumpatur.*

129 *Præscriptio an interrumpatur per citationem.*

130 *Præscriptio an interrumpatur per citationem circunductam.*

131 *Præscriptio per citationem nullam non interrumpitur.*

132 *Præscriptio an per libellum malè conceptum interrumpatur.*

133 *Præscriptio an per actionem per modum exceptionis propositam in iudicio, interrumpatur.*

134 *Litis contestatio an interrumpat præscriptionem.*

135 *Libellus in materia actionis in factum ex edicto, Ne quis eum. qualiter formandus sit. 136. 137.*

138 *Libellus in actione in factum ex edicto, De eo, per quem factum erit. qualiter sit formandus.*

§. POENALES QVOQVE actiones.

AD euidentiam huius §. & eius materiæ præmittunt omnes doct. & ante cæteros Dyn. q̄ actionum quædam sunt rei persecutoriæ, & quędam pœnales. Rei persecutoriæ dicuntur illæ, quando res pro qua agitur, actori abest, & reo adest: vt si ago rei vendicatione, vel Publiciana, vel similibus, ego peto rem, quę mihi abest, quam non habeo: & adest reo, qui illam habet. De istis vidistis à principio tituli vsque ad præsentem §. exclusiuè. Pœnales verò, de quibus tractat iste §. dicuntur illæ, quando nihil abest actori, & nihil adest reo: vel nihil abest actori, sed adest reo: uel abest actori, & nihil adest reo.

1 † Ad horum intelligentiam sciendum est, secundnm præfatos doc. & Dyn. hîc, actionum pœnalium tres reperiri species. Quædā est pœnalis ex parte actoris, & etiam rei: quādo actori nihil abest, & reo nihil adest. Exemplum pone: Egi con dictione furtiua ad rem furto subtractam, & eam consecutus sum: ago postea actione furti ad pœnam dupli, si furtum nō est manifestum: uel quadrupli, si est manifestum, iuxta l. si pro fure. §. j. ff. de condi. fur. certè talis actio furti dicitur esse pœnalis ex parte rei, & actoris: ex parte actoris, quia nihil sibi abest: & rei, quia nihil sibi adest. Et in ista ponūtur multa alia exempla, quæ colligere potestis ex fi. gl. huius §.

2 † Quædam est pœnalis ex parte rei conuenti tantùm, & rei persecutoria ex parte actoris, quando reo nihil abest, actori tamen abest. Exemplū pone: Tu deiecisti me de fundo meo violenter, & ego certas res amisi, quę tamen ad te non peruenerunt: ego possum agere contra te interdicto, Vnde ui, ad petendas res illas, quas amisi, licet tu eas non habeas. l. prima, in prin. iuncto §. si fundus. ff. de ui & ui ar. Ecce qualiter istud interdictum est pœnale ex parte rei conuenti, qui conuenitur ad illud, quod sibi non adest: & est rei persecutorium ex parte

parte actoris,qui agit ad res suas amissas tempore deiectio-
a nis,quæ sibi absunt. a* Eodem modo in lege Aquilia, si tu interfecisti seruum meum,& tibi nihil adest, mihi autem bene abest:& sic quò ad te reum,est pœnalis : quò autē ad me actorem,est rei persecutoria.l.item Mela.§.sed si plures seruum.ff. ad legem Aqui. & ista etiam ponuntur vltra alia exempla, quæ colligere potestis ex gl.fin.& præsentis.§.

3 † Quædam,& tertiò,est pœnalis ex parte actoris: ex parte verò rei cōuenti est rei persecutoria. Exemplum in actione in factum,quæ descendit ex edicto De calumniatoribus. Et credo prout etiam dicebat Nicol.hìc, quòd vix alibi poteris de isto aliud exemplum reperire.Pone,aliquis dedit tibi centum vt negotium meum per calumniam faceres, vel non faceres, vel me per calumniam accusares. Certè ego possum agere cōtra te ad illa centum, quæ tu ob calumniam negotij mihi facessendi accepisti, actione in factum ex edicto illo De calumniatoribus.l.prima,in princ.& l.generaliter., in princ.& §.illud notandum.& per totū ti.ff.de cal. Ecce qualiter illa actio ex parte mei actoris,est pœnalis : quia ego ad id, quod mihi non abest:ex parte rei conuenti,est rei persecutoria, cùm sibi adsit illa pecunia,quā accepit.Sed audite,quāmuis istud euidentiale adscribatur per omnes docto. hic Dyn. & ipse sibi hoc arroget,habetis tamen gloss.magistralem, & signandam quæ illud per omnia eodem ordine ponit in §.sequens.in versicul.conducto.infrà eodem : quam omnino videatis, & teneatis menti.

4 † Item aduertite,quamuis alij non dicunt hìc, sentit tamē Ioan.Fab.in vno versic. ꝙ ista actio in factum descendens ex edicto De calumniatorib.post annum est pœnalis tantùm ex parte actoris, & rei persecutoria ex parte rei conuenti : prout dicunt docto. cùm post annum agatur tantùm ad simplum: & sic ad pecuniam receptam tantùm & non plus. Et isto casu verum dicunt docto.sed intra annum,cùm agi possit ad quadruplum eius pecuniæ,quam accepit , dicta l.prima,in princ. ff.de calumn.credo quòd ista actio sit pœnalis ex parte vtriusque,tam actoris , quàm rei. Ex parte actoris, quia agit ad id, quod sibi non abest : & ex parte rei , quia conuenitur ad id, quod non adest sibi : & isto casu non bene dicunt docto.

5 † Præsens ergo §.noster,prout successiuè declarat Dyn.& alij sequuntur,tractat de quatuor actionibus pœnalibus, quarum tres primæ sunt pœnales ex parte vtriusque, scilicet actoris,& rei,videlicet actio in factum , quæ datur contra corrumpentem album prætoris : de qua tractat iste tex.Item actio in factum,quæ datur contra eum,qui in ius vocauit patrem , vel patronum sine venia:de qua secunda tractat iste tex. Itē actio in factum,quæ datur ex edicto,Ne quis eum, qui in ius vo.est,
6 vi exi.de qua tertia tractat iste text. † Quarta verò est pœnalis ex parte rei conuenti tantùm,& rei persecutoria ex parte actoris,scilicet actio in factum,quæ descendit ex edicto De eo,per quem fac.erit.de qua tractat iste tex.quartò , & vltimò . Et de istis duabus vltimis,quare sint pœnales , & quomodo,videbitis latiùs infrà super gl.fin.in princ.vbi glos.tangit.In hoc autem §.nihil habetur de tertia specie pœnalis actionis , quam suprà declaraui,scilicet quę sit pœnalis ex parte actoris,& rei persecutoria ex parte rei conueuti.

Secundò principaliter ad euidentiam præsentis §.habetis vobis præmittere,quia hoc tex.fit mentio de corrumpente al-
7 bum prætoris,† ꝙ album prætoris b est quidam murus , siue
b paries dealbatus: vt hic in gloss.2.& in l.si id, quod.in princ. in gl.1.vbi Bar.ff.de iurisdict.omnium iudic. & gl. in clemen. j.de iudi.& est triplex:& tribus modis accipitur in iure,secūdum Ioann.Fab.super d.glos.2.post Iac.& Pet. hìc , & secundum Nico.de Neapo.hic in primo euidentiali.& Cyn. in Authentic.qui semel.C.quomodo & quando iudic.post gloss.ibi quæ idem sentit in versic.vocetur.& Ioann. And.in addi.Specul.in tit.de cita.§.sequitur.versic. & nota.Vnum est, in quo ponebantur,& scribebantur generalia edicta prætoris, continentia publicam,& naturalem æquitatem:vt, Pacta seruabo, & similia.vt in gl.& tit. de constit. pecul.& in titul. de nego. gest. & quasi in omnibus titulis iuris tractantibus de edicto prætoris & de corrumpente talia edicta, sine dubio loquitur iste text.& habet locum eius pœna . Aliud erat album prætoris,in quo penè edicta temporalia, & specialia puta citationes , & similia ponebantur: nam per istud album citabantur tam ordinarij,quàm delegati:vt in §.omnem.in Authen.de litig.& in Authen.qui semel.C.quomodo, & quando iudex. & Specul.in tit.de lit.contest. §.primo. versic. sequitur . Et an in corrumpente tale album , habeat locum iste §.& eius pœna, videbimus infrà in gl.secunda,vbi melius cadit:& alij ponūt. Aliud, & tertium, erat album prætoris,in quo describebantur nomina decurionum,& magistratuum:& de isto loquitur totus tit.ff.de albo scriben.& in l.in albo. cum simi. C. de decu.lib.10.Et an etiam in isto habeat locū iste tex. & eius pœna,videbimus etiam infrà super dicta gl.secunda.

74 minum suum vocare in ius sine venia: vide gl.mirabiliter tenentem ꝙ non,in l.secunda,in fin.in gl.parua.in ver.vel patronus.C.in quib.cau.colo.do.suos accu.pos.lib.11.quam ibi sequuntur doc.Considera tamen super gl. ibi an aliud velit.

75 † Quid autem in vitrico,vel nouerca:ponit Fulg. in d.l.generaliter. & est sibi contrarius in l.prima. C. de in ius voc.De nouerca ponit gl.in d.l.generaliter.circa fin.vbi etiam gl.ponit quid de socero,& socru : & tenet necessariam esse ueniã. Cum qua gl.in omnibus tenet Specu.& plenius Ioann. Andr. in tit.de actore.§.j. versic. sed nunquid edictum. Et istud ego teneo:& plus dico, procedere etiam dissoluta affinitate, nedum ea durante,prout etiam tenet Imo. in l.sed hoc ita. ff. de re iudi.& do.Alex.de Imo.in d.l.generaliter.vbi hoc benè examinat:quamuis Ang.hic contrà teneat,& dicat, se semel vidisse in practica per nonnullos:ad quæ benè respondet do.Alex. in d.l.generaliter:& Imo.in d.l.sed hoc ita.

76 † Quid autem in clerico,& monacho, in casibus,in quibus possunt conuenire monasterium,uel Abbatem, vel prælatum suum:an possint sine venia?Dic ꝙ non. imò requiritur venia, secundum Ioannem Andre.in additio.Spec. in tit.de in quisi. §.fin.circa.princ.Et idem tenet Ang.hic, quamuis de Io.And. non faciat mentionem.

77 † Quid autem de vxore,an possit maritum suum vocare in ius sine venia,cùm sibi reuerentiam teneatur præstare? Ponit do.Alex.in d.l.generaliter. & dicit ꝙ non reperit hoc tactum in specie ab alio:& concludit ꝙ venia non requiritur: per ibi not.in gl.& plenius per Ioann.And. in tit. de actio.in versi.sed nunquid edictum.§.j.suprà allegato.

78 † vltimò quid de scholare, an possit vocare doctorem suũ in ius sine venia.gl.in d.l.generaliter.tetigit simpliciter de magistro:& tenet ꝙ non requiritur venia. Ioann.de Platea hic, tenet idem in doctore,ut scholaris suus possit eum in ius vocare sine venia:quia quamuis sibi debeatur reuerentia, vt di-

79 xit gl.in l.liberto.ff.de obse.lib. † & quamuis sit iudex ordinarius in scholares,vt in Auth.habita.C.ne filius pro pa.& §.penult.& ibi gl.in versi.professores.in procemio Digestorum:tñ non est de comprehensis in edicto prætoris, nec de enumeratis in titulo de in ius vocand.quod requiritur, vt declarat glo.

80 & benè,in d.l.generaliter. † Quod limitat ipse Ioan. de Plat. verum in vocatione verbali:secus in reali,ꝙ inuitus trahatur: quia doctor actu legens habet priuilegium, vt non possit capi per personam,nec incarcerari, nec inuitus ad curiam duci, & contrà faciens,siue sit scholaris suus, siue quis alius extraneus,punitur arbitrio iudicis. Text.est not.in leg. medicos.& ibi Bal.no.C.de profes.& med .lib.decimo.Et idem per omnia tenet Bar.in leg. libertus. la j.ff.de in ius vocan. & ibi ponit Bart.post gl.quid de clerico. & suprà dixi:quid de sacerdote.Et hæc opin.Ioan.de Platea mihi placet,reiecta opin.Ang.

81 hic,tenentis contrarium,† ꝙ imò in vocatione verbali scholaris non possit in ius vocare doctorem suum, siue magistrum sine venia.Motus per duo leuia media.Primò,quia sicut defensor ciuitatis non potest in ius vocari, vt suprà tenui. Et ratio est,secundum eum,quia est iudex:ergo eodem modo doctor, qui est iudex ordinarius scholaris,vt suprà dixi.Sed fallit:quia in defensore ciuitatis doct.non mouentur eo, quia sit iudex, sed eo,quia est loco patris ciuibus : vt dicunt tex. quos suprà allegaui:

82 † Secundum fundamentum suum est, quia cuicunque magistro,etiam mechanico,nedum doctori conceditur leuis castigatio in scholares,vt patri.leg.sed & si quæcunque. §.fin.cu leg.sequen.ff.ad legem Aquil.& domino:vt leg.j.C. de emenda.ser.ergo secundum eum, sicut pater, & patronus, quibus permittitur leuis castigatio,non possunt in ius vocari sine venia:ergo pari ratione nec magister à discipulo. Sed istud arg. non valet:quia ista non est bona consequentia.Alicui permittitur leuis castigatio : ergo non potest in ius vocari sine venia. Aliàs sequeretur ꝙ omnes propinqui seniores qui possunt castigare,& percutere iuuenes,iuxta leg.vnicam,& ibi Barto.& Bald.C.de emen.propin. non possent in ius vocari sine venia: quod est notoriè falsum. Teneas ergo opin.Ioann. de Platea, suprà relatam, quæ est vera, ꝙ scholaris potest vocare in ius doctorem suum,siue magistrum sine venia:vocatione verbali & non reali, vt suprà dixi.

Gloss.in verbo,vocasset:In quo aduertite:quia isti impressores nouorum librorum addiderunt huic gl. vnam lõgam caudam,quam alij libri non habent: & verè non est de gl. Accur. & nullus doctor facit mentionem hic:quia credo ꝙ in eorum libris non esset:ego etiam non legam illam caudam, siue additionem, quæ incipit ibi:item nunquid hæres possit vocari in ius sine venia.Sed diuidam, & expediam hanc gl. eatenus, quatenus durat gl. Accur.& non plus. Diuiditur ergo in quatuor partes principales.Primò declarat tex.Secundo illum extendit.Tertiò format vnam quæstionem. In quarta aliam.Secunda ibi:& hoc siue causa sit ciuilis.Tertia ibi:sed quid si solum libellum dedit.Quarta ibi: item quid si non veniat vocatus.Illa vltima subdiuiditur in tres principales.Primò facit qđ dictum est:quia format quæstionem,& respondet. In secunda refert opinionem quorũdam, quam duobus medijs comprobat.In tertia primam approbat,& respondet ad vnum contrarium tantùm.Secunda ibi:sed quidam dicunt. Tertia ibi : sed prima sententia verior est.

In eadem gl.ibi:item cum venia non potest:quia non conceditur.Hæc.gl.ita simpliciter loquens malè dicit, & contra

83 textus quos allegat:quia † imò causa cognita,hoc est, ex magna causa,permittitur liberto & filio, vt possint accusare patrem,vel patronum,vt dictis legibus expressè dicitur, secundum quas leges hæc glossa est intelligenda,secundum Iacob. But.& Nicol.de Neap.in 4.oppo.gl.vt tenet Ang.hic.

In eadem gl.ibi:l.libertus.la 2.Non intelligas gl. ita simpliciter: quia falsum diceret:sed eam habes intelligere secundũ duos intellectus datos ibi per glo.ad dict.l.libertus. vel quod ibi dederat libellum,scilicet supplicatorium, per quem petebat causam contra patronum suum committi, seu delegari: vel ꝙ ibi etiam dederat libellum conuentionalem, sed eũ por

84 rexerat iudici tantùm.† Vnde libelli oblatio facta solùm iudici,non habet vim citationis,nec constituit aliquem in mora sola oblatio libelli:vt pulchrè no.Bart.in l. denuntiasse. in §.j. ff.de adulte.Et ambo isti intellectus illius gl.approbantur per docto.ibi,& etiam hic,maximè per Ioan.Fab.& Ang. de Are. hic:quamuis Nico.de Neapo.post suum Rodul.in 2. quæst.gl. teneat secundum intellectum tantùm, & eum declarat,prout etiam declarat Ioann.Fab.hic.

In fin.gl.Ioan.Fab.simpliciter dicit,ꝙ hanc opin.gl.approbant docto.& nihil dicit. Mihi videtur quod docto. hic potiùs approbant aliam opin. hic in glos.relatam : ꝙ si vocatus

85 † in ius non comparuit,non commitatur pœna, quæ ratione citationis venit committenda.Ita tenet Martin.Sil. Iacob.Butri.secundum quod hic refert eos & sequitur Nico.in 7.quæst. gloss. Et verum est quod posteà subdit domi. Iacob. Butr. ꝙ quando aduersarius non comparet,pœna non committatur, & si committitur,à iure remittitur.& hanc eandem opin.scilicet ꝙ pœna non committatur,tenet Bald.in Authentica.habit.in penultim. columna.C.ne fil.pro pat. & ibi dicit rationem esse,quare non committatur pœna, quando patronus citatus non comparuit: quia illa citatio circunducitur à iure, & perinde habetur, ac si nulla citatio facta fuisset. Et hanc dicit

dicit esse propriam rationem illius l. quamuis. ff. de in ius vocan. Mihi magis placet opin. gl. nostræ, ꝙ si vocatus non comparuerit, ꝙ nihilò minus pœna cõmittatur, sed remittatur ex æquitate illius l. quamuis. Et hoc videtur mihi ꝙ velit ille tex. in ver. moderandam iurisdictionem. iunctis finalibus verbis illius l. ibi, licet edicti verba non patiantur. Præterea in d. leg. quamuis. deciduntur vna decisione tres casus. Primus, quando libertum pœnituit citationis, & actionem remisit. Secundus, quando patronus vocatus non venit. Tertius quando nõ inuitus est vocatus. Sed in primo casu cõmittitur: sed ex æquitate illius leg. quamuis. & ex benignitate pœna remittitur, vt ibi dicit, & declarat Bart. & omnes sequuntur. ergo idem etiã in isto casu secundo: & sic in casu nostro, qui vna eademque decisione simul deciditur: argu. l. quamuis. C. de impu. & alijs substit. & l. iam hoc iure, in prin. & fin. ff. de vulga. & pup. Accedat pro hac parte bonus textus in l. 2. in versi. eadem æquitas. ff. ne quis eum, qui in ius voca. vi exi. paruus tamen effectus, aut nullus ex hac disputatione insurgit, ꝙ pœna non cõmittatur, vel quòd committatur, sed à iure remittatur: ideo vltrà non curo insistere, &c.

Gl. mag. in verbo, Impetrasset. diuiditur in quinque partes principales. Primò declarat tex. & ponit formam impetrationis veniæ. Secundò format vnam quæstionem, & ad eam, recitatis opinionibus, respondet. In tertia format aliam quæstionem, ad quam simpliciter respondet. In quarta ponit distinctionẽ in filio. In quinta, & vltima, format aliam quæstionẽ, & ad eam per longam distinctionem respondet. Secunda ibi: illud etiam quæro. Tertia ibi: sed nunquid hęc petitio. Quarta ibi: in filio distingue. Quinta ibi: item quæro quis iurabit.

Illæ quarta, & quinta partes principales, possunt in tot particulas subdiuidi, quot partes sunt distinctionis seu membra, quæ in eisdem ponuntur. partes de se patent. & in veritate, prout etiam dicebat Ioann. Fab. hic, hæc glo. est multùm verbosa, & fuit hìc posita sine causa, & maximè in illa 5. & vltima parte principali, quæ nihil est ad propositum: idcirco doct. hìc ad hanc gl. nihil, aut parum admodum addunt: maximè Ioann. Fab.

86 † In eadem gl. ibi: ad similitudinem istorum. Nota hãc partem gl. quæ est bona, & maxima declaratio, & limitatio ad totum tit. ff. & C. de in ius vocand. quòd pœna quinquaginta aureorum non habet locum in omnibus personis, quæ prohibẽtur in ius vocari sine venia: & quæ enumerantur in l. 2. & 3. & per totum tit. ff. de in ius voc. sed solùm habet locum in vocante parentem, vel patronum & alios, qui erant in edicto prætoris. In alijs autem personis, quæ non erant positæ in edicto prætoris, sed prohibentur in ius vocari sine venia à iure ciuili, non est illa pœna quinquaginta aureorum, sed est pœna arbitraria, cùm non reperiatur à iure expresse taxata, iuxta l. j. §. expilatores, cum similib. ff. de effract. & expil. Et dicit Nicol. de Neapol. hìc, in nona quæst. hanc gl. esse tenendam cordi, quia non recordatur de simili, & quòd eam expresse approbat Gul. de Cun. in l. generaliter. ff. de in ius uocand. Sed ego benè recordor de simili gl. quæ idem in terminis dicit, in l. fin. in ver. aureorum. ff. de in ius vocand. quamuis Bart. ibi illã gl. aliter intelligat. prout etiam istam intelligere videtur Ioã. Fab. hic. Et credo ꝙ ambo malè intellexerunt istas gl. Et miror de Nic. de Neap. hìc, qui refert ꝙ Ray. de Forli. hic alleg. illam gl. in d. l. fi. pro concordanti ad istam: & ipse dicit quòd illa gloss. nihil dicit; imò in veritate ad literam dicit idem, quod dicit ista hic.

87 † In ea. glo. ibi l. adoptiuum. §. j. Not. benè hanc partem gl. quæ notabiliter vult ꝙ etiam filiofamilias agenti in castrensibus, uel quasi, est tamen necessaria impetratio ueniæ. Addo similem gl. in d. l. adoptiuum. in princ. in gl. parua. in uersi. uocari. Aliqui libri habent in uersicul. causa cognita. Ang. hic addit aliam similem gl. quam ordinariam appellat, in leg. cogi. §. si pater. in uerbo, contra obsequium. ff. ad Trebel. quam ibi not. Imo. Sed illa gloss. iudicio meo, non loquitur de directo in terminis istis, quãuis uulgò ista corruptè allegetur; sed benè uult aliud singulare, ꝙ ubi à filio imploratur officium iudicis contra patrem in causa castrensis peculij, requiratur impetratio veniæ. Et ad hoc reputat gl. illam singu. ibi Nicol. de Neapol. & dicit ꝙ nescit gl. illam alibi. Quam etiam commendat ipse Nicol. hic in apostillatione textus. Item adde ꝙ gl. ista procedit etiam in omnibus alijs casibus, in quibus filius in potestate potest agere contra patrem: qui enumerantur per gl. ordina. in d. l. lis nulla. in gloss. j. ff. de iudic. Nam in omnibus illis casibus filio agenti est necessaria impetratio ueniæ, secundum Nicol. de Neap. hic, & bene, in 7. opppo. gloss. & tenet Angel. de Aret. hic.

In eadẽ gl. ibi: ut dixi suprâ, p quas perso. not. acqui. §. j. Adde tu gl. no. in l. si longius. §. fin. in gl. fin. mag. in uer. per dignitatem. & ibi Bart. ff. de iud. & tex. in l. filiusfamilias. ff. de actio. & oblig. Et profectò non uideo ad quod propositum glo. hic ponat de filio agente contra extraneum, in quo casu nihil est opus quærere de impetratione ueniæ.

88 † In ead. gl. ibi: licet pater non habeat vsumfructum. Teneatis ꝙ etiam in casibus, in quibus patri non quæritur usufructus, qui enumerantur per gl. ordin. & magistram, in Authen. idem est in ijs. & est gl. vnica. C. de bon. quę libe. & per gloss. magistra. in Auth. ut li. ma. & auiæ. in uer. parentibus. pater tenetur consentire filio agenti. Idem etiam tenuit gl. in l. fin. §. necessitate. in gl. mag. in uer. imponenda. ad finem. C. de bo. quę libe. sed in illamet gl. refertur una opi. Ottonis glossatoris antiqui contrarium uolentis, & tenentis ꝙ in casibus, in quibus patri non quæritur usufructus, quia pater non uult, tunc requiritur consensus patris in signum repudiationis. Si autem non acquiritur usufructus patri, quia non potest, ut in casibus, quos suprâ remissiuè retuli: & tunc non requiritur consensus patris. Quam opin. tenet, & reputat auream Bart. ibi post multos. doctor. antiquos ibidem per eum relatos: de quo ibidem uide latè per eum, & alios omnes & per Imol. in l. fi. §. j. ff. de uerbo. oblig. & per Ang. de Are. latè per duas chartas in §. actiones autem de peculio. in penulti. & ultim. chart. suprà eodem.

89 † In fine gl. De hoc, quis iurare debeat de calumnia, an pater, an verò filius: quia ista q̃stio est oĩno extrauagãs à materia §. nostri. ultra hic d. in gl. uideatis ẽt latè per glos. in l. scda. §. quod obseruari. C. de iura. calum. in l. j. in uer. personæ. & in gl. 3. in uersi. possunt. & ibi per Bar. & alios: per Specul. in titul. de iura. calum. §. item ꝙ est filius. uer. si enim, & uersicul. seq.

90 † Et de monacho, an ipse iurare debeat de calumnia, an uerò Abbas, uel superior suus, habes gl. plenã in §. j. in uerbo, Interpellet, in Auth. apud quos opor. cau. dice. mona. col. 6. de quibus etiam habes per Nico. de Neapol. hic, in 8. quæst. glos.

Antè quàm attingam expeditionem gl. sequentium, quia remanent expeditæ aliæ gl. respicientes hanc partem §. de uocã-
91 te in ius sine uenia: † restat ultimò, ut uideamus qualiter sit formandus libellus in hac materia. Ex mente docto. necnon ex his, quæ suprâ dixi, forma potest esse talis: Ago contra Titium, qui est filius, uel libertus meus: & dico ꝙ me patrem, uel patronum suum inuitum, & nolentem in ius uocauit, uel citare fecit sine ueniæ impetratione, contra debitam filialem reuerentiam: propter quam citationem ueni ad iudiciũ. Quare cùm in pœnam quinquaginta aureorum à iure taxatam inciderit, peto eum condemnari ad dictos quinquaginta aureos mihi pręstandos, & soluendos, &c. In hoc libello duo inter cętera cum mysterio pono, quod omittebant Iacob. Butriga. & Ioann. Fab. hic. Vnum est, Inuitum, & nolentem: per textum in leg. quamuis. ff. de in ius uocand. Aliud est, Propter quam citationem ad iudicium ueni: quod etiam omittit Angel. de Aretio hic, in libello suo: sed non est omittendum, per id, quod uult suprà in uersicul. uocasset. ad finem, ubi latè dixi. Putarem tamen quòd etiam sine his duobus posset libellus sustineri: quamuis Nicol. de Neapol. hic. in 10. aliàs sexta quæstio. extra gloss. in materia actionis in factum, quæ competit contra uocantem in ius sine uenia: teneat quòd imò sine illis uerbis libellus esset defectiuus: unde in dubio consultius est apponere.

Gloss. mag. in uersicul. item aduersus. diuiditur in tres partes. Primò declarat textum. Secundò format unam questionem. Tertiò per modum quæstionis format unam fortem oppositionem. Secunda ibi: super hoc §. primo. quæro. Tertia ibi: secundò quæritur, nonne per conuenientem. Expediam hanc gl. per partes, propter eius prolixitatem. Et prima pars principalis subdiuisione non indiget.

In eadem gl. ibi: leg. penult. §. fin. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est, vi exim: dicitur esse merè pœnalis ex parte vtriusque tam actoris, quàm rei conuenti, eò quia in ea reus est obligatus in tantum, in quantum actor in litem iurauit. Cùm ergo actor possit iurare in plus, quàm sit verum debitum, nil mirū si dicitur merè pœnalis ex parte vtriusque, eò quia actor consequitur etiam id, quod sibi non abest: & reus conuenitur ad id, quod sibi non adest. Et ex hoc apparet ratio diuersitatis,
92 † quare actio ista in factum ex edicto, Ne quis eum, &c. dicatur esse merè pœnalis ex parte vtriusque: illa verò in factum ex edicto, De eo, per quem factum erit. non est merè pœnalis, sed pœnalis tantùm ex parte rei conuenti: vt dicit gloss. infrà in sequen. parte. in princ. Ratio ergo diuersitatis est, eò quia in prima iuratur in litem: quod iuramentum continet vltra verā æstimationem. In secunda verò venit verum interesse. leg. fin. in princ. ff. de eo, per quem factum erit. Vnde nil mirum si est pœnalis ex parte rei tantùm, cui nihil adest. Et idem etiam dicit gl. in rub. ff. de eo, per quem fact. erit. Hæc opin. gloss. nostræ, & eius ratio, reprehenditur per docto. antiquos hic, per Iacob. & Petr. de Bella Pert. & per Rodulph. de Auric. per Nico. de Neap. in 11. & vlti. quæst. gl. Moti potissimùm, quia si verum esset ꝙ prima diceretur merè pœnalis, eò quia in ea possit iurari vltra verum interesse, sequeretur ꝙ eodem modo secūda esset mere pœnalis, eò quia in ea etiam posset per falsos testes probari vltra verum interesse. Vnde concludunt isti patres cōtra gl. quod actio in factum ex edicto, ne quis eum, &c. non est merè pœnalis ex parte vtriusque, sed tantùm ex parte
93 rei conuenti, sicut & secunda. Et aduerte, † quia maximus est effectus, & maxima vtilitas præsentis inuestigationis: quia si est merè pœnalis ex parte vtriusque, certè si plures per vim exemerint, solutio vnius non liberat alios. Si verò est pœnalis & ex parte rei conuenti tantùm, tunc solutio vnius omnes liberat: prout latè dixi suprà in gl. j. in 4. colum. præfati doct. hic reprehendentes gl. & tenentes ꝙ sit pœnalis ex parte rei conuenti tantùm, per hoc corollariè reprehendunt etiam aliam gl. in d. l. penulti. §. j. in verbo, quod in veritate. ff. ne quis eum, qui, &c. quæ vult ꝙ si plures vi exemerint, vno soluente, cæteri non liberentur, tanquam sit merè pœnalis. Dicunt ipsi, ꝙ iste error processit à primo. Nam cùm in primo errent gloss. tenentes ꝙ sit merè pœnalis, ex hoc errore sequitur alius error, quod cum in merè pœnali vnius solutio non liberet alios ita etiam sit hic. Sed, secundum eos, est falsum: quia cùm imò ista tantùm sit pœnalis ex parte rei conuenti, vt suprà secundum eos, sequitur ergo quòd solutio vnius ex pluribus p vim eximentibus, liberabit alios. Ioan. Fab. hic, stat cum suprà scriptis docto. hic, in reprehēsione rationis gl. nostræ: sed alio fundamento, quàm ipsi, mouetur. Nam secundum eum, si prima actio in factum ex edicto, Ne quis eum, qui: esset merè pęnalis propter rationem gl. eò quia in ea iuratur in litem, sequeretur ꝙ omnes actiones bonæ fidei, & aliæ, quibus iuratur in litem, essent omnes pœnales: & tamen hoc est notoriè falsum: ergo ratio gl. non est vera. Sed huic fundamento, quamuis prima fronte colorato, possetis de facili respondere, secundū quod in terminis respondit gl. §. sequens. in ver. in rem actiones. in-
94 frà eod. vbi not. dixit gl. quod † in actionibus bonæ fidei iuramentum in litem non venit iure actionis, sed officio iudicis. §. præterea. el 1. in fin. infrà eod. & ideo non dicuntur pœnales: quod secus est in ista d. l. penulti. §. 1. quamuis Ioann. Fab. hic, & clarius ibi velit ꝙ etiam in ista actione in factum ex edicto, ne quis eum, qui, &c. veniat iuramentum in litem officio iudicis, & non iure actionis: quod videtur esse contra d. l. penult. §. j. & dicam fortassis in d. §. sequens. Ipse tamen Ioā. Fab. hic, quamuis impugnet rationem gl. tenet tamen cum ea in determinatione contra suprà dictos docto. ꝙ ista actio descendens ex edicto, ne quis eum, qui: sit merè pœnalis ex parte vtriusque, tam actoris, quàm rei: & non illa, quæ datur ex edicto. de eo, per quem fact. erit. quia secundum eum, prima tendit ad meram vindictam, sicut actio iniuriarum. Nam iurans non iurat super interesse, sed pro quanto nollet reum fuisse vi exemptum. Et ꝙ hoc sit verum, ostendit clarè: nam quamuis nihil intersit actoris, quia reus in nihilo tenebatur, & vocatus fuerat in ius per calumniam, nihilò minus ista actio cōpetit. tex. est in l. sed eximendi. §. item si quis. & in l. penult. §. j. ff. ne quis eum. In secunda autem consideratur interesse. leg. fina. in princ. ff. de eo, per quem fac. erit. Addo pro hac ratione Ioann. Fab. scilicet, ꝙ prima datur ad meram vindictam, sicut actio iniuriarum: quod idem in terminis tenuit glo. à qua fortassis Ioann. Fab. sumpsit rationem suam in d. l. penul. §. fi.
95 in versic. interfit. Confirmo. † nam & pœnalis actio tūc dicitur dari ad vindictam, quando datur etiam illi, qui nullum damnum passus est, ad æstimationem contumeliæ, prout est actio iniuriarum, quæ datur ob solam contumeliam, etiam si nullum damnum passus sit: illa verò dicitur pœnalis, & non ad vindictam, sed ad persecutionem rei familiaris, quando semper datur pro damno vel ad æstimationem damni: vt est
96 actio furti. † Nam cum damnum sit diminutio patrimonij, & sic rei familiaris, vt l. tertia. ff. de damno infecto. meritò qui prosequitur æstimationem damni, prosequitur æstimationem rei familiaris: & per consequens non uindictam. Istam rationem tradit nobis gl. signanda, quam ibi sequitur, & commendat Barto. in l. 2. §. emancipatus filius. in gl. j. ff. de colla. bo. & aliam gl. in leg. pro hærede. §. fin. in gl. fi. & ibi Imol. ff. de acqui. hęred. & latè Bar. in l. prætor edixit. §. primo, & per illam legem, ubi bonus tex. ff. de iniurijs. Modò ad propositum.
97 † Ista actio in factum ex edicto, Ne quis eum, qui: datur pro sola contumelia, etiam ubi quis nullum damnum passus est: ut quia per calumniam in ius uocasset. d. l. sed eximendi. §. item si quis. & d. l. pen. §. j. ff. ne quis eum, qui. ergo dicitur dari ad meram uindictam. Vnde non mirum, si dicitur esse merè pœnalis, quod non est in alia, ut suprà dixi. Et si diceres, Ergo secundum ista, quæ proximè dicta sunt, sequitur ꝙ actio furti non dicitur merè pœnalis: quia non datur ad uindictam, sed ad æstimationem damni. Respondeo ꝙ imò est merè pœnalis alia ratione, non illa, quia detur ad meram uindictam: sed dicitur merè pœnalis, quia datur actori ad id, quod sibi non abest, & contra reum, cui nihil adest: ut declaraui suprà in primo euidentiali, quod posui suprà in prin. huius §. Sed audite ex intellectu, quem infrà referam ex mente docto. ad d. l. sed eximendi. §. item si quis. & ad d. l. penult. §. j. ostendam ꝙ ista ratio Ioann. Fab. non potest procedere. Ego tamen istam eandem opin. gloss. nostræ teneo, sed alia ratione: nam ista actio in factum ex edicto, Ne quis eum, qui. datur quanti ea res est ab actore æstimata. uerba sunt Iurisconsulti in d. l. penul. §. j. ista uerba intelligunt omnes doct. ibi, ut ibidem refert, & sequitur Bart. quod istud totum ab actore æstimatum, sit totum pœna, sicut in actione furti duplum, uel quadruplum eius, quod est res principalis, illud totum est pœna: & nihilò minùs extra pœnam istam res principalis debetur. Ita in proposito nostro, quanti ea res est ęstimata: & sic æstimatio rei debetur nomine pœnæ, ut secundum ipsam rem fiat ęstimatio, & impositio pœnæ, non autem ad ipsam rem fiet condemnatio: quia ipsa res nihilò minùs debetur extra illud, quod ab actore fuerit æstimatum. Et secundum hoc clarè apparet quod actio datur ad meram pœnam extra ipsam rem: & sic quod ista actio est merè pœnalis cùm detur actori ad id, quod sibi non abest: contra reum ad id, quod sibi non adest. & ista est ueritas. Concludendum ergo cum glo. nostra, ꝙ actio ista in factum descendens ex edicto, Ne quis eum, qui: est merè pœnalis ex parte vtriusque. Et per hoc corollariè infero quòd si plures per uim exemerint, ꝙ solutio unius non liberat omnes. Et ita per omnia tenet Bartolus referens doctor. omnes ita tenere in d. l. pen. §. prima & suprà eum retuli.

Non omitto tamen quòd Angel. de Aret. hìc, qui cum de prædicta difficultate nollet quicquam gustare, aut sentire, re-
98 prehendebat tamen gloss. in alio, dum glo. uult † quòd in hac actione ex edicto, Ne quis eum, qui: iuretur in litem ultra rei ueritatem, per dict. l. penultima. §. primo. dicebat ipse quòd istud ibi non probatur, quamuis ibidem dicatur quòd eximens condemnetur quanti ea res fuerit ab actore æstimat: non tamen per hoc, secundum eum, aliquid dicitur de iuramento in litem. Præterea, secundum eum, ista actio datur etiam illi qui per calumniam in ius uocasset, ut suprà dixi. Si text. ille loqueretur de iuramento, lex doceret mentiri, contra l. meminerint. C. unde ui. Et ita per hanc rationem dicit tenere Fulg. ibi: sed errat multum Angel. Et quòd tex. ille loquitur de iuramento in litem, tenet ibi in terminis Bart. & ita dicit

cit tenere communiter docto. ibi: & hoc dicit probare text. ibi per plura,& maximè quia tex.dicit ab actore æstimatum. Si enim ꝓbaretur per alios, & nō per iuramentū in litē actoris,certè non æstimaretur per ipsum actorē,sed per alios. Et hoc dicit esse ꝓpter dolū eximētis,ut ibi vide latiùs per eum.

Non obst.fundamentū Fulg.quod præcipitauit Ange.in errorem,dum dicebat,ꝙ & si ista actio detur etiam per calumniam vocanti in ius,si lex loqueretur de iuramento, lex doceret mentiri:Quia respōdeo ꝙ illa l.sed eximenti.§.itē si qs. & illa l.penul.§.primo.quæ dant hanc actionem etiā per calumniā vocanti in ius,debent sanè intelligi, quando ille, qui fecit citari,erat calumniosus respectu tertij, non respectu ipsius citati per vim exempti:vt si emptor conuentus à uero domino contra eum litiget,est in calumnia. Si autem posteà faciat recitare vēditorē,ut compareat ad defendendū, ad hoc vt postea ipse habeat actionem de euictione contra eum, certè non dicetur esse in calumnia respectu istius citati, qui fuit per vim captus,quāuis respectu tertij sic,secundū Iac.Butrig.
d & Angel.in d.§.item si quis,quem text.ipsi ita intelligunt. d * vnde si tunc iuret,nō erit mendax. Vel melius: quia in ueritate hęc solu.est contra illum tex.in ver.per calumniā vocabat. Rñdeo secundum Iacobū Butr.& Mart.Sil.& alios antiquos, quos ibidem refert,& sequitur Bar.quòd iurabitur in litē propter aliud interesse, in quo non erit calumnia extra id, cuius causa per calumniā uocabatur: quia si venisset ad iudicium, vel ductus fuisset ad iudicem, egisset contra eum ex alia causa,ꝗ ex ea parte,qua calumniosè uocauerat. Et istū intellectū reputat notabilē Bart.ibi,& eum infert ad quæstionē, de qua ibi per eum. Et per hunc intellectū confunditur ratio Ioann. Fab.quam suprà retuli:& eius rationis comprobatio,quā supra feci,& addidi,dum dicebat Ioan.Fab.ꝙ ista actio descēdens ex edicto,Ne quis eum,qui tēdit ad merā vindictā:quia non iurat super interesse:cùm ista actio detur etiam ei,cui nihil interest,cùm detur calumniosè uocanti in ius:quia ex prædicto intellectu approbato apparet ꝙ imò nunquàm iuratur in litem,nisi propter interesse,in quo non sit calumnia. Est benè verum quòd ipse Iacob. Butriga. Angel.Salice.& Paul.de Cast.in dict.§.item si quis. habet alium intellectum ad illum textum,quem etiam sequitur ibidē pater, & præceptor meus domi.Alex.de Imo.quòd cùm ista actio sit merè pœnalis, ꝙ in tali iuramento non consideratur calumnia iurātis,nec habetur respectus ad interesse,cùm tendat ad meram pœnam, & ad meram vindictam.Vnde,secundum eum, si quis est captus ritè, non dico rectè ad petitionem asserentis se creditorem, etiam per calumniam, & ille captus eximatur per uim de manibus familiæ:Certè ille, qui fecit capi, aget contra vi eximentem ad totum illud,quod petebat,& etiam ultra, quā tum iurauerit in litem.Imò,secundum Ang.ibi,nō audiretur eximens,si uellet probare quòd ille non erat creditor, per illum tex.quod benè not. & secundum istum intellectum procedet ratio Ioan.Fab.suprà relata. præcedens tamen intellectus uidetur communior.

99 † Non omitto etiam,ꝙ quamuis contra ui eximentem citatum a priuato,iuretur in litem,ut suprà dixi, tamen secus est in eximente debitorem fisci:quia tunc ad solum debitum tenetur,nec iuratur in litem:& sic minus habet isto casu fiscus, quàm priuatus.Tex.est in lege quoties.C.de exacti. trib. libr. 10.& ibi glo.in uersicul.crediderit.ad finem,ita notat tex. illum ad hoc,& tenet hic Nico.de Neapo.in apost.tex.benè facit l.consiliarios.quæ est l.3.C.de asses.fortè quòd ille text. in dicta l.quoties.posset declarari per alios tex. quos suprè allegaui:& etiam in tex.illo iuretur in litem:maximè cū ibi text. loquatur non tam de debitore fisci, quàm etiam de debitore priuati.cogita.Aliter tamen dicit Bal.ad dict.leg. quoties. & ad dict.leg.consiliarios.in l.final.C.de ope.libe. scilicet quòd speciale sit in dictis legibus,cum non loquantur de eximente per uim,ut ibi per eum.

Sum modò in secunda parte principali. gloss. quæ incipit ibi:supr hoc §.primo,quæro,in qua parte glo.quærit,cùm habeamus in volu.Digestorum duos titulos:vnum ne quis eum qui.alium de eo,per quem factum erit.de quo titul.loquatur. §.noster.Et hęc secūda pars principalis subdiuiditur in tres. In prima facit quod dictū est.In secunda respondet vno modo, & responsionem videtur firmare quatuor modis. Sed in ueritate sunt quatuor differentię inter dictos titulos,non autē sunt comprobationes responsionis,prima excepta: quia illa bene comprobat responsionem: & est etiam vna differentia In tertia respondet alio modo. Et hanc secundam responsionem probat duobus modis.Secunda ibi: Respondeo de primo.Tertia ibi: vel satis dici potest. Secunda subdiuiditur in quatuor,quemadmodū quatuor ponuntur differentiæ.Partes de se patent.Et hęc diuisio sit uobis loco literalis expositionis huius secundæ partis princip.gloss. nostræ. Et similem gl. habes in rub.ff.de eo,per quem factum erit.

In ead.glo.ibi leg.fina.primo responso.ff. de eo, per quem factum erit. Dicite quòd hęc uera est in utroque membro: & eam tenui & declaraui suprà in parte pręcedenti huius glo. & ibi assignaui rationes diuersitatis post nonnullas,quas ibidem reprobaui.

In eadem gl.ibi:consuluit & vocato, non solùm uocanti. Hęc etiam est uera: & rationem diuersitatis infrà subijciam.

In eadem gloss.ibi: & patet hęc differentia ex ordine illorum titulorum.Hanc impugnat Ioan.Fab.& benè: & dicit alios docto.improbare:cum sit eadem ratio ante satisdationē, quę pòst:ergo idem ius.Hanc etiam impugnat Barto.in rubr. ff.de eo,per quem factum erit per tex.in leg.fina. in princi.eodem tit.ubi etiam Bar.quem uideas,ut ibi per eum in fi:illius princip.& ibidem sequuntur alij doct.quamuis Ange.hic,saluat hanc differentiam,dicens ꝙ hæc differētia potest esse bona per unam rationem,quę penitùs nihil facit ad motiua do-
100 ctorum:quia secundum eum, † iudicium capit vires à principio,uidelicet a uocatiōe in ius,quę debet pręcedere: vt no. glo.in rub.C.de in ius uocand. & ibi docto. quę saluatio, ut dixi,nihil est ad fundamenta doctorum: imò plus est istud cō fundere glo.quàm saluare.

101 Not. tamen ex hac parte gloss. quòd licitum est arguere ab ordine titulorum,& istud argumentum ualidum est in iu-
e re,de quo dixi latè suprà in rub.e huius titul. & ibi dedi plures concor.ibi uideatis.

In ead.gl.ibi:leg.j.& secunda,in fine.Hęc uera:& approbatur per docto.hic,ut per Ioannem Fabr.& per Angelum in d. rub.ff.de eo,per quem factum erit.Et sic primus titulus loquitur,quando quis fuit vi exemptus:secundus,quando dolo.Et ideo dicit Ioan.Fab.hic,quòd per hoc est,quòd in primo magis punitur,quàm in secūdo:quia detestabilior est uis,seu uiolentia,ꝗ dolus:quia in ui.inest dolus.non econtra. Hinc est,secundum eum,quòd prima actio datur ad uindictam:secunda ad interesse tantùm. De quo latè dixi suprà in princip. huius glo.Per hoc etiam apparet secūdum eum,ratio quare per primam actionē prouideatur solùm uocanti in ius: quia contra illum solum committebatur, & in eius sugillationem: non autem uocati:sed quando dolo eximitur, fit damnum utriusque in casu suo: & ideo ambobus secundum suum interesse tenetur eximens.Et hæc omnia simpliciter tenet Ange.hic, & ea sibi inuerecundè adscribit,nullam de Ioan.Fab. faciēs mētionem. Prædicta tamen ratio diuersitatis,quare per primam prouideatur solum vocanti, per secundam utrique quamuis colorata,non tamen, iudicio meo, est multùm concludens, & facilè subuerti potest.

In ead.gloss.ibi:etiam illa, quæ ex una parte tantùm est pęnalis,& sic ad finem secundæ partis principalis,docto. hic,ut Iacob.de Are.Pet.de Bella Pertica.Iacob.Butri.& Ioan.Fabr. approbant primam opinionem gloss. quòd iste. §. loquatur tantùm de primo titulo, Ne quis eum,qui.& non de secūdo, scilicet De eo,per quem factum erit. Et idē etiam tenet Nico. de Neapol.hic,in vndecima & ultima quæstione gloss.Moti, quia text. tantùm loquitur de eximente per vim, non autem de eximente per dolum.Item quia iste §. tractat tātùm de merè pœnalibus:& prima est tantùm merè pœnalis,secōda nō: vt suprà latè dixi in princip.huius glos.ergo de prima tātùm loquitur.Angelus hic dubitans in prædictis,dicit posse teneri,quòd iste §. in effectu loquitur de utroque titulo. Nec obstat, secundum eum, quòd iste text. facit tantùm mentionem de ui,& non de dolo in eximente:quia secūdum eum, potest responderi quòd cum in vi inest dolus,ut leg.prima. ff. quod metus causa ideo non fuit necessarium exprimere de dolo.

Præte

Præterea secundum eum, sicut in leg. secunda. §. fin. & in rub. ff. ne quis eum, qui non sit mentio doli, & tamen posteà suppletur per Iurisconsultum in leg. sed eximendi. §. fina. eodem titulo. ita etiam secundum eum, supplebitur hic in tex. de dolo. Ego teneo idem quod Angelus de Aretio, sed non per eius rationes, aut fundamenta: & sic teneo secundum opinionem in gloss. relatam, quòd iste §. loquatur de vtroque titul. quam opinionem tenet etiam Dyn. hic, subijciens quòd aliæ opin. contrariæ, sunt truffæ. Et ad argu. doctorum, quòd tex. loquatur tantùm de vi, respondeo, & non subaudiendo ad text. pro ut facit Ange. quòd imò tex. iste loquitur etiam de dolo, ibi: cuius ve dolo alius exemerit. Et si diceres quòd iste text. non loquitur de dolo in eximēte, sed de dolo eius, qui fecerat eximi: respondeo fatendo, & dico quòd in secundo titulo, scilicet de eo, per quem factum erit, non quæritur de dolo in eximente, sed de eo, qui fecit eximi tātùm. Text. est in leg. prima, in princ. & §. j. ff. de eo, per quem factum erit. Cùm ergo tex. iste expressè loquatur de dolo eius, qui fecit eximi: ergo loquitur etiam de secundo titulo, nedum de primo. Ista est veritas & merā mens huius text. Ad secūdum argumentum doctorum respondeo ut hic in gloss.

f f* Antequam attingam expeditionem sequentis partis glos. ne materias intricemus, ponam primò aliqua notanda dubia circa præsentem materiam, & quia vidimus in præcedentibus partibus huius gl. quo remedio prouidetur contra eum, qui dolo, vel vi eximit captum à manibus famil.æ.

102 † Primò circa ista tenete menti id quod singu. dicit Bald. in leg. addictos. C. de episcop. audien. quòd eximens vel trahens captum à manibus familiæ suæ curiæ, tenetur eo modo, ac si pro eo fideiussisset in omnem casum: per l. fin. C. de ope. libe. & in leg. tertia. C. de exact. tribut. lib. decimo. & ibi per Andre. de Barulo. quod tene menti.

103 Circa ista quæro, † quid si aliquis receptat, & occultat debitores meos, ad hoc vt non capiantur nec soluant debitum, an prædicta remedia contra istum occultantem competant? Hanc quæstionē non tangunt doct. hic, sed eam ponit Bal. in leg. final. C. de ope. libe. & ibi dicit quòd primò videtur quòd ipse teneatur soluere pro eis, per l. quoties. C. de exact. tribu. lib. decimo, & per leg. C. de asses. Posteà dicit ꝙ est speciale in casibus illarum legum: aliàs verò quis non tenetur ad debitum, nisi vi eximat, per legem penultimam. §. j. ff. ne quis eū, qui. quia aliàs secundum eum, ille titulus esset superfluus. Potes etiam dicere quòd dicta l. quoties. loquitur, quando quis exemerit, vel subtraxerit incarceratum de carceribus: ut ibi per Bartol. & alios: quod non est in quæstione nostra. Fortè non esset g * ponere os in cœlum, tenere quòd in quæstione suprà formata contra illum impedientem competat actio in factum ex edicto, Ne quis eū, qui. propter generalitatem verbi, Eximere secundum quod declarat tex. in l. sed eximendi. in princi. iuncto §. prætor ait. ff. ne quis eum, qui. vel quod saltem, quia nō interuenit vis, sed tātùm dolus, competat actio in factum ex edicto, De eo, per quem fact. erit, & contra Bal. in dict. l. fin. ꝙ imò impediens teneatur ipsi soluere, tenet, & fortè melius, ibidem Sali. crederem etiam ꝙ isto casu prouideatur creditori mediante titu. si quis ius dicen. non obtem. hoc modo: quia iudex haberet præcipere illi occultāti ne impediret executionem: & si contemneret præceptum, posset iudex procedere ad multas, & alia remedia, quæ tradi solent ꝑ scribentes in l. vnica, in prin. ff. si quis ius dic. non obtempe. & per Bart. ibi in §. primo, ad fi.

g

104 † Tertiò circa prædicta quæro: quia prædicta procedunt quando aliquis eximit per vim captum à manibus familiæ: quid si aliquis exemerit positum in carceribus ab ipsis carceribus? Ioan. Fab. hic. in penul. col. distinguit: Aut erat incarceratus pro debito ciuili: & tunc eximens teneatur ad principale debitum: per dict. l. quoties. C. de exact. trib. lib. 10. quæ lex secundum Ioan. Fab. licet loquatur in fisco, habet tamen locum, imò expressè loquitur etiam in priuato. Et ita etiam ego tenui suprà ad fi. primæ partis huius glo. & ita tenet ibi Bart. quicquid ibidem dixerit gl. Si uerò erat incarceratus pro causa criminali, & sic pro maleficio, & tunc si erat conuictus, & confessus, & condemnatus, tenetur eximens crimine læsæ maiestatis. leg. 4. uer. penul. vbi casus. ff. ad leg. Iul. maiesta. Aliàs uerò, quicquid dixerit Ioan. Fab. si non erat confessus, vel cōdemnatus de maleficio, qualiter eximēs puniatur, habes tex. in §. arripiant. in Auth. ut omnes obe. iudi. prouin. & ita Bartol. in d. l. 4. ff. ad l. Iul. maiest.

105 † Aduertite tamen, quòd illud, quod dixit Ioan. Fab. suprà quòd eximens incarceratū pro debito ciuili, teneatur ad principale debitum. Istud est uerū quantum ad creditorem: quantum verò ad fiscum, & ad Rempublicam Ioan. Fab. nihil aperit: sed Bal. in d. l. addictos. C. de epis. audien. visus est sentire quòd teneatur l. Iulia. maiest. quod non est uerum, vt ex prædictis patet. Vnde puto Bald. intelligendum, & declarandum secundum suprà dicta.

106 † Item prædicta de incarcerato pro maleficio confesso, & condēnato, procedunt nedum si quis eximas de carceribus, sed et si quis illū eximat à manibus familiæ, ſm Bart. in d. l. 4. de quo et vide Bartol. in l. legis Iuliæ. ff. ad legem Iul. de vi. priua. & in extrauag. ad reprimendum. in gl. in uer. tangatur.

107 † Item ad prædicta de eximente incarceratum pro maleficio, de quo est confessus, & condemnatus, quòd incidat in crimen læsæ maiestatis, ut dicit d. l. 4. versic. pen. limitat multùm singulariter. Ioan. Fab. hic, in vlti. col. ut non procedant, nec obtineat à captis ab alijs iudicibus, quàm ab Imperatore. Quod dictum si est verum, est aurea nota dignissimum: nec illud inuenies alibi. de quo tamen dubito propter dict. l. 4. in versicul. penult.

h

108 h * † Itē limitat, nisi cōdemnatus, uel alius pro eo, puta cōsanguinei, uel amici appellarint & iustè, à sententia condēnationis: iuxta l. non tantùm. ff. de appel. Quo casu, si iudex, non obstante appellatione, vellet exequi sententiam, quæ nō est amplius reiterabilis, uel retractabilis isto casu licitum esset etiam de facto resistere iudici i, & impunè impedire talē executionem: quia per appellationem sublata est iurisdictio iudicis, a quo. Ita singul. Innocen. in cap. si quando. in glo. sua. in ue. sic. transactione. extra de offi. dele. Quod dictum refert apud Legistas, & illud sequitur, & illud reputat notabile Bal. in dict. l. addictos. C. de epi. aud. & ibi vide alia pulchra per eum, & hic etiam videas Angel. dicentem multa. Ad dictum Inno. adde Bal. in l. ab executione. C. quo app. non reci. & Angel. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iu. & quod no. Bal. in l. ut vim. in princip. 2. colum. ff. de iusti. & iure. & in l. facultas, per illum textum. C. de iure fisci. lib. decimo.

i

109 † Tertiò & vltimò pro nunc prædicta de eximente confessum & condemnatum, limitat singul. Bal. in l. addictos. C. de appella. & ibi etiam Salic. in fin. ut non procedant in cardinalibus. Nam si cardinales obuiant ei, qui ducitur ad mortem, habent ex consuetudine hoc priuilegium, quòd possunt eum eximere, & a morte liberare.

Sum modò in tertia parte huius gloss. & vltima ibi: secūdo quæritur, nonne per conuentionem. Ad cuius euidentiam antè, quàm illam diuidam & expediam, præmitto, vt etiam præ

110 mittebat Ang. de Are. hic, † quod aliud est interruptio præscriptionis, aliud est perpetuatio actionis. Interruptio impedit præscriptionem cœptam impleri, non tamen prorogat vitam actionis. Vnde cùm esset interrupta vna præscriptio, non potest amplius procedere, nisi præscriptio interrupta de nouo inchoetur: & tunc erit denuo necessarius totus ille cursus temporis, qui primo requirebatur l. cùm notissimi. in princi. & l. sicut. C. de præscriptio: triginta, uel quadraginta annorū. iuncta l. naturaliter. cū materia. ff. de vsucapion. Et ista interruptio aliquando fit per solam conuentionem, seu citationē, vel missionem executoris: aliquando requiritur litis contestatio: aliquando sententia & cum effectu, ut infra dicam. Perpetuatio verò actionis prorogat tempus actionis, cui præscribebatur, & facit quòd actio efficitur longioris vitæ quàm primò esset: ut sic actio, quæ erat primò duratura in decem, aut viginti, aut triginta annos, perpetuetur in quadraginta annos. l. fin. C. de præscrip. triginta, vel quadraginta anno. & leg. pri-

111 ma. §. ad hæc. in vers. exceptis. C. de anna. excep. Et ista † perpetuatio actionis nunquam fit, nisi per litis contestationem, non autem per solam citationem, seu conuentionem. Vnde si interruptio præscriptionis fiat per litis contestationem, illa interruptio operabitur etiam perpetuationē actionis in quadraginta annos. Ista tradūtur per Scribentes in legibus suprà allega

allega.& maximè in dicta leg.cum notissimi. in princip. vbi
Bartol.& alij post gl.no.ibi in uersic.solam conuentionẽ.quæ
est gl.2.& ibi multùm commendatur. Et ista etiam ponit Bar
tol.ibi,& alij in dict.leg.final.ff.de eo,per quem factum erit.
in princip.Et ibi infertur ad notabilem quæstionem de statu-
to inducente præscriptionem decennalem : de qua ibi per
eos,cum suis concord.

Sed aduertatis ad vnum , quod alibi fortasse non inuenie-
tis benè declaratũ. & nullus ponit hìc,& in eo multùm dubi
112 taui,& adhuc dubito,† ꝙ ubicunque fit perpetuatio actio-
nis, semper illa perpetuatio indifferenter extendatur ad qua-
draginta annos,cuiuscunque temporis esset prima actio,siue
annalis,siue decennalis,siue viginti,siue triginta annorũ : nõ
autem per perpetuationem actionis solùm superadditur tẽ-
pus decem annorum.Istud ostenditur clarè:nã rescissoria du
rat tantùm anno.§.rursus.in uersic.intra annum, suprà eodẽ.
& ibi latè dixi.l.in honorarijs. in uer. sed cum rescissa. ff. de
actio. & obli. & tamen per litis contestationem perpetuatur
in quadraginta annis,quemadmodũ & aliæ actiones : ut not.
glo.in l.fina.in uersicul.antepenul.in ver. finiendamq; litem.
C.de tempo.in integ.restitu.peten.glo.in l.fina.in versicul. fi-
niendæ.C.de dolo.& glo.in dicta leg.final.in glo.2. in uersic.
extendimus.C.de præscri.triginta, vel quadraginta annorũ.
Ista sunt quæ voluit Ioan.de Imol.in l.2.§.si rem.ff. de vsuca-
113 pio.pro empto.† Vbi per hoc infert notabiliter ꝙ si statuto
caueatur , quòd si creditor non peterit creditum suum intra
decem annos,quòd non audiatur vlterius:quòd si interrupta
fuerit præscriptio per litis contestationem,isto casu præscri-
ptio decem anno. inducta à statuto,perpetuabitur in quadra
ginta annos.:non autem per perpetuationem solùm superad
detur tempus aliorum decem aonor. Et idem in terminis sta
tuti tenet etiam Imo.in l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb.obli
gatio.& Ange.in dict.l.sicut.C.de præscrip.triginta, vel qua-
draginta anno.quamuis ipsemet Ange.sibi contrarius in leg.
secunda.§.si rem.tenet quòd imò prædictæ præscriptioni sta-
tutariæ decennali propter perpetuationem solùm superad-
dentur alij decem anni.Ego multum dubito in prædictis, ꝑ-
114 pter dict.l.fin.& dict.l.j.in versicul.exceptis. † & quia glos.
suprà allega.per Imo. in rescissoria non dicunt quòd per litis
cõtestationem perpetuetur vsque ad quadraginta annos,sed
simpliciter dicunt quòd rescissoria per litis contestationẽ per-
petuatur,& non dicunt in quantum tempus : vnde possum di
cere quòd perpetuantur,id est, superadduntur alij decem an
ni , quemadmodum in præscriptione triginta anno. propter
perpetuationem superadduntur alij decem anni. dict.l.final.
C.de præscriptio.triginta,vel quadraginta anno.& dict.l.j.in
versicul.exceptis.Nisi diceres quòd quamuis glo. illæ simpli-
citer dicant,perpetuetur:quòd intelligatur scilicet in quadra
ginta annis,& quòd istud denotet terminus Perpetuetur, per
rub. infrà de perpe.& temp.act.Cogitabitis , cùm authoritas
Imo.sit magna,& non habeat contradicentem . In decisione
115 tamen statuti credo sine dubio † quòd verum dicat, scilicet
quòd per litis contestationem fiat perpetuatio in quadragin-
ta annis,non per rationem suam,quam suprà retuli,sed eo ꝗa
breuior præscriptio surrogata in locum maioris præscriptio-
nis,sapit eandem naturam.Ita not.Bal.in l.in contractibus.in
fin.princip.per illum text.C. de non nume. pecun. quod dicit
ipse facere ad statuta,quæ minuunt præscriptiones legales,&
hoc reputat multum notabile. Cùm ergo præscriptio ista sta-
tuti decennalis sit surrogata loco præscriptionis triginta an
no.qui de iure communi competebat,dict.l.sicut.& dic.l.om
nes.C.de præscriptio.triginta,vel quadraginta anno. non mi
rum cùm sapiat eius naturam, si per litis contestationem per
petuaĩ in quadraginta annis , sicut prima perpetuata fuisset.
116 Et † ꝙ ista præscriptio decennij inducta per statutum,sapiat
naturam præscriptionis triginta annorum,tenet Bal.in l.fina.
argumen.illius tex.C.de tempo.in integ.restitut. peten. Acce
117 dat † quòd lex arctans debet regulari secundum legem ar
ctatam:sicut dicimus de lege interpretante,in Authen. de fi-
lijs ante dot.instrumen.na.in princip.Et hæc ratio magis pla
cet,quam non inuenies ab alijs in istis terminis tactam .

His sic præmissis venio ad vltimam partem glo.in qua gl.
per modum quæstionis format unam oppositionem hoc mo
do:Ista duo edicta,de quibus hìc loquitur text.ad finem, lo-
cum habent , quando propter exemptionẽ in ius uocati dies
actionis expirauit:ut l.sed eximendi.in princ.ff.ne quis eum ,
qui in ius voca.est,vi eximat,& in leg.final.in princi.ff.de eo,
per quem factum erit. Sed facta citatione interrumpitur præ-
scriptio:& sic actio non potest expirare: vt iuribus hic in glo.
alle.Ergo videtur ꝙ illa edicta nũquã locum habere possunt.
propter hoc contrarium facta est gl.in hac vlt.parte, quæ di
uiditur in duas partes.In prima facit ꝙ dictum est . In secun
da multipliceter respondet.Secunda ibi :.respondeo hìc non
per executionẽ.Illa secunda diuiditur in quatuor partes, quẽ
admodũ quatuor ponuntur solutiones . Partes de se patent.
Et quasi similem gl.habetis in leg.final.in princ. in glo. mag.
in versi.acquirat.ff.de eo,per quem factum erit,ĩ l.ait prætor.
§.fina.in versi.ex supra dictis.ff.ex quib.cau.maio. & in dict.
l.sicut.in ver.per executorem.C.de præscrip.triginta, vel qua
draginta anno.& in dict.leg.constitutionibus.in ver. quasi.al
leg.in glo.& in l.si eum.§.fin.ff.si quis cau.

In eadem gl.ibi:etiam iure veteri perpetuabatur.quamuis
alij non aduertant,dicite quòd gl.impropriè, & malè loqui-
118 tur:quia,ut declaraui in euidẽtiali suprà posito,† nunquam
per solam conuentionem perpetuatur actio , sed benè inter-
rumpit præscriptio.Vnde gl.debuit dicere,interrumpebatur:
non autem perpetuabatur:quia,vt statim dicã, aliquando in
terruptio fit ꝑ solã cõuentionem.Et quòd gl. voluerit dicere,
interrumpebatur,patet:quia de iure antiquo,& sic de iure Di
gestorum,de quo glo.mentionem facit,secundum quod ego
credo,quamuis ab alio non habuerim, ista perpetuatio actio
nis nondum erat inuenta.quæ posteà fuit inuenta de iure Co-
dicis:vt dict.leg.final.C.de præscrip.triginta anno.& d.l. j.in
ver.exceptis.C.de anna.excep.

In eadem gl.ibi:per suam denuntiationem eum conuene-
rat.Hanc impugnat Ioan.Fab.hic, & sequitur in effectu Ang.
de Are.hic,quia hæc materia loquitur, quando quis iudiciali
authoritate fuit citatus: imò oportet quòd iussu maioris iudi
cis fuerit facta citatio.leg.tertia.§.primo.ff.ne quis eum, qui.
119 † Vnum tamen sentit hic glos.not.quamuis per alios non
k ponderetur,quòd per denuntiationem extraiudicialem k fa
ctam à parte,non interrumpatur præscriptio. Idem sentit gl.
in dict.l.fin.in princ.in glos.mag.in ver.acquirat.ff.de eo, per
quem fact.erit.& habes bonum tex.in l alienam.ff. de vsuca.
pro empt.no.Imo.in l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb. oblig.
& in capi.final.extra de præscrip.
l l * Nota tamẽ,† quòd in casibus, in quibus sola citatio inter
120 rumpit præscriptionẽ , eodem modo interrumpit denuntia
tio facta per quemlibet,licet non nuncius publicus sit, dum-
modo fiat de licentia,& authoritate iudicis , Ita singu. tenet
Bal.in l.2.in penul.col.C.vbi in rem actio.

In eadem gl.ibi: & secundum hoc hodie esset correctum ,
&c.glo.bene reprehẽdit hanc solutionem: quia posito quòd
in dict.l.constitutionibus,dictio Quasi,staret assertiuè, & sic
probaret ꝙ requiritur litis contestatio:tamen in d.l.sicut.in l.
121 cùm notissimi.in princip.dicit † ꝙ sola citatio interrumpit
† Iuxta ſuprà dicta Ioan.Fabr. in ſeptima col. cum ſeque.
vſque ad fin.§.ponit aliquas quæſtiones,quando in iſtis præ-
iudicialibus,vel quaſi præiudicialibus,ſi principaliter fuerit
cognitū inter illos, quorum principaliter intereſt, ſententia
inter eos lata præiudicet omnibus: f puta ſi feratur ſententia
ſuper filij actione,an præiudicet fratribus,& alijs agnatis,&
cognatis.Et quid ſi feratur ſententia non ſuper filatione, ſed
g ſuper legitimatione filij,g ꝙ ſit legitimus.Et quid ſi nūtietur
ſine ullo agente,vel defendente.Item quid ſi ſuper nobilita-
te ſtante cōſuetudine ꝙ aliter ſuccedent nobiles,quàm igno
biles:& ſimiles quæſtiones.de quib.videatis hìc latè per eū.
Cuius dictis addite optimū text.quē omiſsi allegare in l.j.§.
fi.& l.ſeq.in pri.l.ſeq.ff.de lib.agno. & ibi Bar. & ibi habetis
de ſententia lata in cauſa legitimationis, an præiudicet quò
ad omnes.Videatis ēt Bar.in l.ingenuum.per illum tex.ff.de
ſtat.hom.& ibi ēt per eum quid iuris,quando ſnīa profertur
ſuper ſtatu ſine legitimo contradictore.& Bar.in l.j.in prima
col.C.quo.bono Et ad quæſtiones Ioan.Fan.videatis Inn. in
in c. cauſam ſecundo,extra qui filij ſint legit.vbi per ordinē
ponit quaſi omnes iſtas quæſtiones.Et ibidē ponunt alij om
nes Canoniſtæ per glo.& doct.omnes in c.penul.extra de re
iud.& plenè per Ioan.de Imo.in l.ſæpe.in princi.ff.de re iud.
& ibidem magis plenè per dom. Alex.de Imo.in ſua ſolenni
repetitione.Videatis omnino Bal.in leg.ſecunda,in ſecunda
col.& ſequē. C. quibus rei iud.non nocet.vbi multa pulchra
28. ponit in præſenti materia : † & maximè ſex, quæ requirun-
tur ad hoc,vt in iſtis præiudicialibus ſententia faciat ius quò
ad omnes:quæ particulatim enumerat Ang.de Aret. hìc.in-
frà in tertia parte prin.huius glo.ſed nō expedit:ibi videatis.
29. † Ibidem ēt enumerat Bal.caſus, in quibus ſententia lata
cum uno præiudicet omnibus:vt in cauſa infamiæ, deporta
tionis,excommunicationis,in actione pupulari,ſuper collu-
ſione,pro matrimonio inter vir. & vxorē: ſuper patria pote
ſtate,vel ꝙ filius ſit legitimus,inter partem & filiū. Secus in-
ter pares perſonas,vt inter fratres,vt ibi latiùs per eum.Item
iure eligendi contra electores,& ſuper ætate. Item ubicunq;
tractatur de conditione perſonæ,ſententia afficiens perſonā
facit ius inter omnes:vt ſit quæratur an laicus,vel clericus ſit
iſtius originis,vel alterius,aut iſtius domicilij,vel alterius,&
ubi:& ſi pronuntiatur, aliquem eſſe vaſallum ratione feudi:
uel aliquē eſſe adſcriptitiū, uel cenſitū.De omnibus iſtis ha-
betis ibi ordinatè ꝑ eū, cū quo quaſi in omnibus tranſit ibi
Sal.Cuius dictis addite gl.no.quæ aliquos caſus ex prædictis
enumerat in c. cùm inter. in ver. ad litigantes. de re iudi. &
Bal.latè, & Ang.in d.l.ingenuū.& Ang.& Imo.in d.l.ſæpe.in
prin.&in l.ſi perluſorio.§.fi.ff.de appe.& Panor.& alios in d.
c.pen.extra de re iud.& do.Ant.ibi in 9.col. de ſententia la
ta ſuper matrimonio.& per eundē in d.c.cauſam. el ſecūdo.
in 6.col.extra,qui filij ſint leg.Et de patria poteſtate ſiue filia
tione,vel legitimatione,videatis etiam per Ang.in l.j. in fin.
ff.de lib.exhi.Et de iure eligendi contra electores,videatis ēt
Bal.in l.ſi ſine.in fin.col. C.ad Velleia.Et in materia videatis
etiam quod multùm notabiliter decidit Bald.in le. ſecunda,
30 argu.illius tex.C.de li.cau.† quòd ſi inter duos nobiles ſit cō
tentio de iuriſdictione alicuius caſtri,& ſententia feratur ꝑ
vno,ꝙ non præiudicat populo illius caſtri,etiā(quod eſt lon
ge præclarius) ſcienti cauſam de ſe agi : niſi citatus fuerit ad
cauſam. Et ibidem etiam ſubdit Bal. aliud perpetuò notatu
dignum,quòd ſi pendente iudicio inter ipſos nobiles,poſteà
citetur ipſe populus,vel ipſa vniuerſitas pro ſuo intereſſe,ꝙ
31 non requiratur noua productio libelli, quod nota.† Et an-
in caſibus,in quibus ſententia facit ius quo ad oēs, & alijs
præiudicat,an idem ſit in iuramento,ſi cauſa ſit deciſa ꝑ iu-
ramentum videatis glo.ſingu.tenentem quòd ſic.in d.l.inge
nuum.ff.de ſtatu.homi.quam gl.ſimpliciter tenet,& reputat
ſingularem Ang.de Aret.hìc.

In ea.ibi: itē,q̃a poſteà dicit,cæteræ verò,&c.Et ita loqui-
tur de pluribus,excepta vna. Hanc approbant omnes : quia
32 † pluralis locutio non poteſt eſſe contenta minori numero
duorū.l.vbi numerus.ff.de teſti.& l.inter illā.§. item ita da-
ta.ff.de verbor.ſignifi.& l.libertas.§.fi.ff.de manu.teſta. ſecū
dum Dyn.& etiam Ioa.Fab.hìc,qui poſt antiquos Petrum &
Iaco.dicebat,quòd illud quod dicit glo.eſt not.Accedat tex.
ille not.in l.Iulius Phœbus.quæ eſt l.fi.ff.ad Treb.quam alle.
Nicol. hic, in prima quæſt.glo. Et hanc partem gloſſ.inducit
Ang.de Aret.ad illam notabilem quæſt.quam format Bartol.
in d.l.final.per illum tex. & dicit ſibi de facto occurrentem
fuiſſe,quam non rectè,nec perfectè recitat Angelus de Aret.
33 Pone, † teſtator inſtituit duos filios maſculos hæredes uni-
uerſales, & filiam fœminā in certa quantitate: deinde ſubie
cit,quòd ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis,quòd portio
eius deueniat in ſuperuiuentes:quæritur an vno ex filijs ma
ſculis mortuo filia admittatur ad illud fideicommiſſum. Fi-
naliter concludit Bar.quòd cùm ratio recti ſermonis non pa
tiatur quòd illud participium,Superuiuentes,pluralis nume
ri, verificetur in ſolo filio remanente,certè de neceſsitate cō
prehendetur filia,quamuis ex re certa inſtituta:per tex. in d.
l.final.quæ filia in re certa inſtituta,aliàs non admitteretur,ſi
ratio recti ſermonis pateretur:vt quia tres vel quatuor filios
maſculos inſtituiſſet,vel ventrem, ex quo potuiſſent plures
naſci:quia cùm teſtator maſculos prædilexerit in inſtitutio-
ne, eos inſtituendos vniuerſaliter hæredes, præſumitur eos
quoque prædilexiſſe in fideicommiſſo. vt l. Lucius. §. pater
puerū.ff.ad Treb.Pro iſta deciſione Bart. dicit Ang. de Aret.
hìc,ſe áddere glo.noſtram hìc,quæ,iudicio meo, parum fa-
cit in ſpecie prædictæ quæſtionis. Addit ètiam glo. quæ mi-
nus facit in l.ſi mater.§.fi.in glo.in fi.in verſicu. excludi.ff.ad
Treb.& ibi Bal. Imol. & Rapha. Cuman. Ego addo eundem
Bart.in l.Lucius.ff.de vulgar. & pupillar.in pen.col.in verſic.
ſed quæo circa hoc de pulchra quæſtione, &c. & vltim.co-
lum.verſicul. quæro,quidam habens duos filios.& Bart.not.
in conſi.ſuo,incipien. Angelus matrē habebat,& vnum filiū
nomine Bartol.&c. in ſecunda & tertia columna. & Petrus
de Ancha.in conſi.ſuo 74.aliàs 64.adde text.in l.qui quartā.
§.fin.ſecundum intellectum Bartol. ff. de lega. primo. vbi ſi
teſtator habet vnicam filiam, & leget filiabus in plurali : per
hoc dicitur coſtare quod etiā ſenſerit de filia poſthuma: vbi
aliàs non præſumeretur,& minùs dicetur conſtare.l. qui filia
bus. in prin.& ibi de hoc etiam vide Bart.ff.de leg.primo.

In eadem gloſſ.ibi.ff. de lib.inge. eſſe dica.l.1 & ſecunda.
§.primo.Angel.de Aret.refert hìc Dyn. dicere, quòd iſtæ le-
ges parum,aut nihil faciunt. Sed errat,quia Dyn.nihil dicit,
ſed eſt Ioann.Fabri. qui etiam ſubdit quòd quamuis iſtæ le-
ges nihil faciant propter hoc quòd in eis nihil dicatur de of
ficio iudicis,quòd tamen benè facit l.prima, in.§. per hanc.
el j.ff.de rei uendicat.& in l.tertia.§.hoc autem interdictū.ff.
de lib.exib.imò Dyn.hìc in tertia colum.ſecutus ſimpliciter
allegationem glo.oppo.ꝙ iudicis officium in caſu gloſſæ nō
Poſsit habere locum, cùm habeat locum actio præiudicia-
34 lis.† & vbi poteſt habere locum actio ordinaria, ſemper ceſ
h ſat remedium extraordinarium, h quale eſt officiū iudicis:
vt lege in cauſæ.la ſecunda,in princ.ff.de minor.& lege quę-
dam.in prin.ff.de eden.& leg.qui bona.§.de illo.ff.de dam-
no infecto & l.in prouinciali.§.j.de ope.no.nuncia.& reſpō-
det Dyn.pro ut glo.in d.l.prima.§.per hanc.in glo.fi.in verſ.
vendicare.quòd argumentum obtinet, quando officium iu-
dicis datur contra ius commune:vt dict.l.in cauſæ.in princi.
cum ſimi.vbi minor petit officio iudicis ſe reſtitui aduerſus
contractum. Secus autem,ſi officium iudicis imploratur ſe-
cundum ius commune, vt in propoſito noſtro. Et cū hac ſol.
tenent Ioann.Fab.& Angel.hic. Aliter, & melius reſpondet
Bal.in dict.§.per hanc.& latius & clarius in d.l.in prouincia
li.in.§.primo,in fi.& Panor.in cap.ex parte.el ſecundo,de re
ſcrip. vbi ponit quatuor notabiles limitationes ad illam re-
gulam,quòd remedium ordinarium facit ceſſare extra ordi
narium.vbi videatis.Aliam,& tertiam ſolution. ad prædictū
contrarium colligo ex verbis Nicol.hic,in tertia oppon. ex-
tra glo.poſt Iaco.Brut.in alio tamen propoſito, videlicet ꝙ
illud quòd dicitur:quod actio ordinaria,& remediū extraor
dinarium.non poſſunt ſimul competere:verum eſt, quando
ad idem competant: ſecus ſi ad diuerſa, vt in propoſito no-
ſtro,in quo officium iudicis nō competit ſuper ſtatu, ad hoc

vt aliquis vendicetur in filiationem, vel in seruitutem, prout competunt præiudiciales: sed competit ad hoc, vt iubeat castigari, vel ad similia compelli: vt l.j.§.cum patronus.ff de off.præfect.vrb. Et per hoc impugnat ipse Nic.post Iac.Butr. glo.in ista parte, quæ, secundum eum, sentit quòd quando inter istos intentatur officium iudicis, ꝙ dicatur quæstio præiudicialis: quia ſm eum, non est verum, vt ex prædictis patet, quia officium iudicis non datur pro quæstione status, vt suprà dixi. Et hoc idem videtur etiam tenere Ioan.Fab. in princip.secunda column. Hæc solutio, iudicio meo, nullatenus potest sustineri; & consequenter reprobatio, quã ipsi faciunt de glo.non est bona, posito etiam quòd gloss.vellet id, quod ipsi dicunt: quia imò isto casu quando officium iudicis intentatur contra libertum, vel contra filium, non solùm intentatur ad castigationem, vel pro alimentis, vel ad similia: imò ẽt intentatur super controuersia, & cognitione status: vt est tex. in dicta l.prima. §. per hanc. & ibi glossa finali, in versiculo vendicare. in distinctione sua, in duobus primis membris, istud vult expressè, quæ ibi approbatur per Bar.& omnes. Et consimilis glo.est suprà de patr.pote.in §.j.in glo.prima. Sed de hoc est tex.rotundus, & expressus in d.l.3. §. hoc autem interdictum.ff.de libe.exhi.ibi: & succedere poterit notio p̄toris, vt apud eum disceptetur, vtrùm quis sit in potestate, an non. Et sic ibi est casus clarus, quòd officium iudicis intentatᷣ etiam super statu. Et sic si gl.nostra vellet id, quod ipsi reprobant, adhuc bene diceret. Et istud visus est postea tenere ipse Ioannes Fab.quasi sibi contrarius in 4.col.in fin. Nec etiã est verum illud, quod ad prædictorum sustentationem subijciebat Ioann.Fab.in princ. secunda column. & inaduertenter, vt puto, quòd dicta l.j.§.per hãc, loquatur tantùm de filio: quia iudicio meo, istud est de directo contra illum tex.loquentẽ in omnibus liberis personis: quæ sunt iuris nostri: & illud, qđ ibi in tex.subijcitur.vtputa liber.est exemplum. Exẽpla autem non restringũt regulã l.j.§.quod vulgo. ff.de aqua quoti.& æstiua.& l.dãni infecti. la secunda.in fin.ff.de dam. infect. Et glo.mag.in princ.in d.§.p hanc.approbata per omnes, tenet quòd ille §. habet locũ nedum in filio, sed etiam in alijs cõpluribus personis ibidem per gl.& doct. maximè Bar.& Ange.enumeratis, & per Bart.in l.j.ff.de libe.exhiben. & Imo.in cap.inter quatuor. de maiori. & obedientia. quas particulatim enumerat Angel.de Aretio hìc, quem, si vultis, videatis: qui etiam per hanc secundam rationem reprehendit ipsum Ioann.Fabr. Ego postea reperi ipsum Ioann.Fabr. in hoc §.in 9.column.de quo Angel. de Aret.non facit mentionem, plenius examinantem veritatem gl.in d.§. per hanc. & seipsum emendantem & finaliter conclud ẽtem, quòd vtilis rei vẽdicatio adiecta causa, de iure Romano, & vtilis præiudicialis cõpetant pro omnibus psonis, in quibus aliquod ius habeamus ad instar illius directæ, quæ cõpetit pro filio in potestate constituto, non illa eadem. Et ita intelligit gl.in d.§.per hanc. Quæ distinctio etiam non placet mihi, vt directa cõpetat tãtùm pro filio in potestate, & alijs psonis cõpetat vtilis, q̃ cõpetat contra alias psonas: quia istud est contra dict.§. per hanc, quia illud quod dicitur de filio, dicitur exẽplificatiuè, quod restringit regulam, vt supra dixi.

i i * † In eadem ibi ut mandati, & depositi, & similes. Stat
36 ergo ex gl.quòd non est dare præiudiciales directas, & contrarias: contrarium tenet istamet glo. sibi contraria infrà in 6.part.princ.ibi itẽ quo iure adscriptitij. & Dyn. hic in pen. col.tenet cũ gl.hìc, quam dicit bene dicere, eò quia præiudicialis non potest plus directa, tam ex parte vnius, q̃ ex parte alterius: quia omnes sunt paris conditionis: & ideo dicitur directa ex parte omnium, sicut in actione pro socio, quæ datur pluribus socijs, cuilibet est directa: quia paris sunt potestatis, vt dicit notari per glo.in l.consensu.ff.de actio. & obligat.& ita etiã tenet Nicol.hic, in 3.q.glo.& ita transire videntur Ioan.Fab. & Ang.de Are.& ita etiam teneo.quamuis fundamenta Dyn.sint debilia: subijciunt tamen Dyn. & Nic. qđ glo.nostra seipsam vituperat in pen.part. ibi contrarium tenet.& ibi videbimus an glo.posit à contrarietate saluari: qđ erit multum difficile. Item dum glo. hic dicit, vt mandati, depositi, & similes. Videatis omninò illam solemnem gloss. & magistra: in d.l.consensu. in uersi.consentire.& ibi Bart. ff. de actio. & obligatio. & notabilius Barto.in l. curatoris in prima column a. C.de nego.gest. Item dum gloss. ista dicit, quòd nulla lege cautum inuenitur, licet aliæ quædam inueniantur, &c. Ego pondero hic esse gloss.consociam ad illam glossam.cuius doctrinã Baldus alibi reputat singul. Nã glo.in l.omninò.in versi.alioqui.ff.de impen.in re.doct. fact. dicit.ꝙ non meminit se legisse quòd sit actio de dote directa, & contraria.Bald.in cap. 1.in finalibus uerbis. in titul.quid. præce.debe.inuesti.a fideli.dicit in illa glo. in prædictis uerbis tradi doctrinam, quæ, secundum eum, non ponitur alibi, quod directa & contraria non habent locũ: nisi in casibus expressis in iure. Et istud idem dicit Bal. per illam glo. in l.edicta.in 18.colum.C.de eden. Et ad hoc etiam illa gloss. allegat Ang.in l.1.ff.solu.mat.& ibi Ioan.de Imo.in 7. col. Certè quamuis illa glo. reputetur unica, & singularis, tamen habet consociam hìc. Et, iudicio meo, predicta doctrina adhuc meliùs colligitur ex uerbis glo.nostræ, quàm gl. suprà alleg. Ex qua doctrina inferebat Bal.in d.c.1. in fi. quòd ex contractu feudi, non oritur actio directa, & contraria, imò est hinc inde directa: ut ibi per eum.

Sum modò in tertia parte prin.glo.ibi: sed qualiter formãtur libelli.quam subdiuido in quinq; partes. In prima ponitur forma libelli cõtraria ex parte patris contra filiũ. In secũda ponitur forma libelli ex parte dñi contra seruũ. In tertia ponitur forma libelli contraria ex parte serui, liberti, uel filij contra dñm, pat onum, uel patrem. In quarta ponuntur duæ differentiæ inter hanc prꝫiudicialem, quæ datur patri contra filium, & rei uendicationem ex iure Romano. In quinta glo. format tacitum quæsitũ, & se remittit. Secunda ibi: in seruo, & domino. Tertia ibi: econtra seruus, uel libertus. Quarta ibi: & differt hæc ab eadẽ. Quinta ibi: q̃bus aũt modis filius.

36 † In eadẽ ibi: quia sententia pro ueritate habetur. Nic.de Neapol.in 5.q.glo.in materia utilis præiudicialis. dicit gloss. optimè formare istos libellos, & ꝙ eius forma est tenenda. Sed certè, si aduertatis, sentit ẽt Ioan. Fab.hic, in fi.col circa fin. istæ sunt tãtùm conclusiones libellorum: & ideo in narrationibus factorum esset aduertendum & mente Dyn. in penultim.colum.& sequitur Ange.de Aret. quamuis de eo non faciat mentionem: quia fienda esset mẽtio quasi possessionis eo casu, quo quis esset in quasi possessione seruitutis, uel libertatis uel in quasi possessione paternitatis, siue patriæ potestatis.

K κ * Item esset etiam aduertendũ, secundũ Ioan.Fab. hic, in pen.uel fin.col.ad fin. ꝙ cùm istæ actiones præiudiciales sint reales, debet concludi ad declarandum, uidelicet, Peto ꝙ talis declaretur filius, & similia. Et ista declaratio uenit iure actionis, cætera, ut alimenta, & restitutio, si qua esset fienda, ueniret officio iudicis: prout etiam dixi uobis suprà in princip.huius gloss. Et per istas satis constat de forma istorum libellorum: & sufficiat. Et in specie ponunt Dyn. & Angel. de Aret. hic. De istis libellis uide plenè Specu. in titu.de natu.ex lib.uentre.circa princ.quem alleg.Nicol.hic, in loco suprà proximè allegato.

In ead.gloss.ibi: item hæc dicitur pretoria, illa ciuilis. Has duas differentias approbat Dyn.hic, in 7.col.& Nicol.in 9.& ultim.quæstione gloss.in materia præiudicialis directæ. Addunt ipsi tertiam differentiã, quia rei uendicatio adiecta causa, de iure Romano, datur cõtra tertium detinentẽ filiũ inuitum, uel etiam uolentẽ: ut dict.l.1.§.per hanc.el primo, cum glo.magna.in uersi.uendicare.ff.de rei uend.& glo.suprà de pa.pote.in princ.in uersi.ius autẽ patriæ potestatis. Sed ista præiudicialis non competit contra tertium, sed cõtra ipsum filiũ facientẽ suijpsius controuersiã: & sic istæ præiudiciales, quamuis sint reales, non tamen competunt nisi contra illos, & illis, de quorum statu agitur: non autem contra tertium. Et ita etiam tenet Ioann.Fab.hic, in fin.7. col. Ego addo ad ista omnia Bart.in terminis.in leg.siue contra.§.1.in 2.col.ff. de lib.agno.secundum bonas lectu.facientem mentionẽ de gloss.ista in hac parte, & de illis duabus differentijs, & etiã de illa tertia addita per docto.hic: & ibi Bartol. omnes istas differentias approbat: & ibidem addit aliam, & quartã differentiã, quæ non ponitᷣ per docto.hic, quia rei uendicatio adiecta causa de iure Romano cõpetit tantùm ascendẽtibus, qui uendicant alios in suam potestatẽ: sed præiudicialis cõpetit

ascendentibus,& descendentibus inuicem.Ista tamen quarta differentia non procederet,nisi quantum ad filios:sed quā tum ad alias personas,in quibus aliquod ius habemus, talis rei uendicatio competeret non ascendentibus solùm, imò etiam extraneis,dict.§.per hanc.

37 l † Qualiter autem formandus sit libellus, quando agitur rei vendicatione adiecta causa,de iure Romano,l* ponit Dy. hic,in penulti.colum.sed melius,& perfectius Nic.de Neap. in sexta quæst.in materia utilis præiudicialis:qui etiam ponit formā libelli,quando agitur interdicto de liberis exhibēdis, vel deducendis:de quo libello videatis etiam per Spec.titul. de off.iudi.§.primo uersi.fin.& in tit.de fide instrumen.§.primo.quem ipse Nico.alleg.Addite etiam Specul.in tit.de conuer.in fide.§.primo.versi.porrò si filius.

In eadem gl. ibi:diximus suprà de pat.potest.ibi videatis, & similem glo.in dicto §.per hanc.in glo.fin.in ver. vendicare. quarum materiam etiā satis impertinenter examinat per plures quæstiones Ioan.Fab.hìc,maximè in 4.5.& 7.colum. & etiam aliquid in sequentibus.

Sum modò in quarta parte principali gloss.ibi:item quare dicuntur præiudiciales. quam subdiuido in quinque particulas.In prima ponit primam opinionem quorundam. In secūda ponit secundam opinionem aliorum.In tertia ponit opin. Ioan.quam approbat.In quarta per modum quæsiti tacitè opponit contra illam opi.Ioan.& soluit.In quinta format vnam quæstionem,quæ etiam est tacita oppositio contra opin.Ioā. & respondet.Secunda ibi:alij dixerunt. Tertia ibi: uel dic secundum Ioan.Quarta ibi:sed secundum hoc, cùm quæritur. Quinta ibi: item quid si nulla alia quæstio mouetur.

38 † In eadem glo.ibi:& ff.si libe.ing.esse dica.l.fi.Hæc prima opin.quamuis aliter non reprehēdatur per Dynum,Ioā.Fab. aut Ange.de Are.tamen circa eam impugnandam multa inania effudit hic Nicol.in tertia colum. in quarta quæstione gl. post Iacob.But.& suum Rodulphum de Aur. Paucis ego puto,omisis suis phylacterijs,ꝙ hæc opin.non sit vera: quia actiones dicuntur præiudiciales, siue proponantur in modum m exceptionis,m * siue etiam directò in modum actionis:vt vidimus infrà in tertia opi.Ioan.commun ter approbata.

In eadem glo.ibi:vel collusio ibi fuit.Hanc secundam opi. reputat derisoriam Dyn.hic,& eam reprehendit,& benè.Primò per fundamentum glo.nostræ.Secundò, quia sequeretur quòd in omnibus casibus, in quibus sententia lata pro vno, præiudicat omnibus:de quibus vidimus suprà in secūda parte princip.huius glo.ꝙ actiones dicerentur præiudiciales:qđ est falsum,& contra hunc textum. Sed ab ista secunda oppo. Dyn.facilè defenderetur hæc secunda opin.in qua nō dicitur ꝙ sit præiudicialis,eo quia fiat præiudicium omnibus personis,& omnibus quæstionibus:& ista sunt diuersa, ut declaraui suprà in princip.huius §.in secundo euidentiali. ad finem. remanet tñ impugnata hæc secunda opinio per fundamētū.

39 † In eadem gl.ibi l.vix certis.Hæc tertia opin.Ioan.approbatur communiter per doctores hic inter cæteros per Dyn. qui dicit quòd ista est rectissima opin. continens ueritatem. Subtilis tamen Petr.& Iaco.de Ra.quos referunt Ioann. Fab. & Nicol.nō cōtenti prædicta ratione,& tertia opi.Ioan.dicūt aliter, istas scilicet ideo dici præiudiciales, eo quòd in eis agatur de maiori præiudicio, q̄ eēt possit videlicet de statu hominis.Nam cum status hominis consistat in tribus,in libertate,ciuitate,& familia,vt l.fin.ff.de capi.dimi.certè in istis præiudicialibus agitur de amissione istorum trium.vel altero eorum, meritò dictæ sunt præiudiciales. Nec obstat ꝙ petitio hęreditatis dicatur præiudicialis,vt lege finali.C. de petitione hæreditatis.& tamen in ea non agitur de statu: quia respōdere saluādo istā rationem, ꝙ petitio hæreditatis dicitur præiudicialis alio respectu,q̄ in istis tribus,quę in hoc text. notātur,prout declaraui suprà in euidentialibus. Et hanc vltimā rationem Pet.& Iacob.videtur ēt tenere Ioannes Fab. & Angel.hìc. Et secundū hanc rationē cessarent duæ quęstiones ꝓximè sequentes in glossa ibi:sed secundum hoc cùm quærit, & ibi etiam:item quid si nulla. Hęc tamen ratio Petri & Iacobi,reprehendit per Nicolaum de Neapoli.hic,in quarta colum.& in quarta quęst.gl.post Rodulphum. satis bona ratione:quia sequeretur, quòd qñ agitur de libertinitate,vel ingenuitate,nō esset quęstio ꝑiudicialis, cùm tunc non agatur de amissione illorum trium scilicet libertatis,ciuitatis, familię: & tamen istud est falsum, & contra hunc text. Pręterea vltra eum,qñ est quęstio filiationis, solum agitur de statu familię, & non ciuitatis,vel libertatis: ergo si illo respectu diceret ꝑęiudicialis,sequeretur quod ubicunque esset quęstio de familia,ꝙ esset pręiudicialis:quod tamen non est expeditū.Ego teneo opi.& rationem Io.suprà relatā, & cōiter approbatam: & etiam puto esse sustentabilem opi.Pe.& Iaco.& ambas videtur tenere Barto.in l.fundum.ff.de excep.Nec obstat impugnatio Nico. quod quando agitur de libertinitate, vel ingenuitate, ꝙ non agatur de amissione illorum trium, &c. quia credo ꝙ Iaco.& Pet.non acceperint statum hominis pro illis tribus tantùm,sed generaliter quomodocunque tractetur de statu hominis: qa quolibet modo dicitur tractari de magno pręiudicio. Non obstat secunduin, quia fateor, & expresiùs fatet in qōne de patre arrogante,Io.Fab.circa 9.aut 10.colū.

In ead.glo.ibi:vt supra in rub.proœ.gl. benè dicit, & opi. Io.est vera,& approbatur per Dyn.& doct.hic: & benè facit §.his autem,suprà ad leg.Aqui.& l.j.§. duo autem sunt genera aquarum.ff.de aqua quoti.& ęsti.cum simi.

Sum modò in quinta parte principali glo.ibi:item nūquid sunt plures pręiudiciales.quæ subdiuisione non indiget.

In ead.glo.ibi,respondeo sic.Vos paucis dicite,quòd præiudiciales pluribus modis dicuntur. & sunt multò plures, q̄ istæ quæ hic ponuntur in textu, vt declaraui suprà in euidētialibus, in princip. huius §. sed capiendo præiudiciales prout capiùtur in hoc text. quādo agitur de statu personæ alicuius, & istæ sunt tantùm tres alias si plures essent.text. noster fuisset diminutus.

40 † In ead.glo.ibi: licet hodie contrarium sit. de hoc dicite vt latè per Bart.in l.si quis libertatem.in pen.col.ff.de petitio. hære.& in l.si post litem.ff.de exceptio.& secundum ibi dicta hanc particulam gl.intellige,& limita: quia non est indistinctè verum quòd hodie contrarium sit,scilicet quòd hodie petitio hæreditatis nō sit præiudicialis: ut in prædictis locis latiùs per Bartol.

Sum modò in sexta parte gloss.ibi:item quo iure adscriptitij.quam subdiuido in tres partes, quemadmodum tres opinio.in ea recitantur.Partes de se patent.

In ead.gloss.ibi:censiti, & similes.Qui dicantur isti coloni adscriptitij,& censiti,videatis in tex.l.cum scimus. & ibi per

41 Barto.& alios.C.de agri.& censi.lib.11.† Quæ autem differentia sit inter colonum adscriptitium,& cēsitum,habetis gl. no.in l.2.in glo.j.C.in quibus causis colo.censi.do. accu.pos. lib.11.per Angel.de Are.& alios suprà de iu.perso.in princi.

42 † De multiplici genere istorum colonorum,videatis glo. magistra.in rub.C.de agri.& censi.lib.11.& pleniùs per Host.in Sum.in tit.de na.ex libe.ventre,&c.

In eadem glo. ibi contraria præiudiciali vtili. Aduertite, quia ista particula gloss.communiter sic habetur: respondeo vtili præiudiciali directa, & ipsi se petunt in libertatem contraria ꝑiudiciali vtili:ideo vtili,non directa,quia liberi sunt, &c.Si ita habeatur gl.prout cōiter habetur, & ita habuerūt docto.hic gl.in multis pessimè dicere uidet, & ita de ea trufantur doctores primò dum dicit:rñdeo, vtili præiudiciali directa.Gl.continet maximā absurditatem,ſm Ioan. Fab.hic: nā vocat vnam met actionē vtilē,& directā: quòd est imposi-

43 bile:† cum vtilis,& directa differant,& distinguātur,tanquā species oppositæ,secundum Ioan.Fab.hic:de quo vos videatis gl.vnicam in l.ex legato nominis.C.de leg.& omnes. latè Barto.post Pe.de Bella Per.in l.2.secundum bonas lectu.C.de act.& obl.& in lege prima in pen.col.ff.de act.& oblig. Et secundū ibi dicta intelligo,an verū sit qđ directa,& vtilis distinguant specie.Itē gl. hic vult ꝙ sit dare præiudiciales directas & cōtrarias.Tñ §.in secūda parte principali istud expresse negauit,& tenuit sibimet oppositū,uidelicet, ꝙ nō reperiant ꝑiudiciales directæ,& cōtrariæ.Et dñt docto.vt Dy. & Nic. qđ in hoc gl.se vituperauit in isto fine. Dicite,ꝑut dixi in dicta secūda parte principali,ad finē.Item dū gl.ista dicit:ideo vtili:

44 & nō directa,quia liberi sunt.& sentit,† ꝙ pro liberis ꝑsonis nō cōpetat directa præiudicialis:qđ est notorie falsum.Videtis ergo qūo in tam paucis verbis glo. in multas absurditates inci-

inciderit. Isti impressores nouorũ librorum correxerunt glo. & fecerunt hoc modo, Respõdeo utili præiudiciali, non directa. Et sic adiunxerunt illã negatiuã Nõ, quã et habet aliquæ gl. Et hoc adiunxerũt, ne glo. aliàs vnã actionẽ directã, & vtilẽ appellaret, quod est absurdũ, ut prædixi. Et credo ꝙ cũ illã negatiuam Non, haberet gloss. Nicol. ipse in 11. q. gl. dicit quòd non inuenit in gl. nominari vtilem, & directam simul. Sed cõmuniter libri non habent illam negatiuam Non, & debent esse sine illa negatiua, prout communiter senserunt doct. in saluatione glo. ut Dyn. & Ioann. Fab. & dixit expressè Angel. de Are. hìc, quod glo. melius stat fine dictione Non. Sed vtcunq; sit, etiam si adest negatiua, adhuc tamen supersunt aliæ absurditates glos. Dyn. hic, in ultima columna mirabili modo excusauit glo. sed meliori, quàm excogitari possit: quem secutus est Ioan. Fabr. Et ex dictis amborum simul saluatur gloss. ab omnibus absurditatibus suprà dictis. & sequitur etiã Ange. de Aretio hic: sed isti utuntur verbis obscuris, quæ ego clara facio in hunc modum: Nam si ego peto te pronuntiari adscriptitiũ, uel cẽsitum, vel alterius generis colonum, ego ago vtili præiudiciali: quia directa locum habere non potest: quia illa non competit, nisi pro his, qui asseruntur verè serui: & isti non sunt uerè serui: ut iuribus hic alleg. in gloss. Tamen quia quodammodo habentur loco seruorum, à quibus parum distant quò ad seruitia, quæ habent facere, ut iuribus hic alleg. in gl. & ideo vtilis præiudicialis proponi potest. Verùm quia ista præiudicialis est utilis ex parte vtriusque. siue dominus agat contra adscriptitium, censitum, & similes: siue econtra, ipse adscriptitius agat contra dominum, ut se eximat ab illo nexu adscriptitiatus: Vt ergo vna ab alia dignosceretur, glo. appellauit illam, quæ competit domino contra adscriptitiũ, præiudicialem utilem, & directam: illam verò, quæ econtra competit adscriptitio, appellauit utilem præiudicialem contrariam. Non ergo accipit gl. directã pro ea, quæ differt ab vtili: quia prout suprà dicebã, impossibile esset, eandem actionem esse directã, & utilem: sed ideo istam vtilẽ appellauit directam, ut significaret istam esse eam, quæ competeret domino: illam uerò, quæ cõpetit ipsi adscriptitio, appellauit cõtrariam: non ad differentiã directæ ut sic essent duæ diuersæ actiones prẹiudiciales, directa, & cõtraria: quia hæc suprà negauit in secunda parte principali, & ibi dixi: sed appellauit contrariam alio respectu, eo quòd in contrario casu competeret, id est, cõtra ipsum dominum. Et hoc modo saluatur gl. ab omnibus absurditatibus, & contrarietatibus suprà dictis. Subdit tamen Ioan. Fab. negari non posse quòd quamuis gl. ita possit palliari, ut prædixi, quod tamen glos. fuit malè compostata (ut verbis eius vtar) ex defecto fortè scriptorum: vel aliàs. Stat ergo ex gloss. iuncta prædicta eius saluatione, quòd
45 † contra adscriptitios, censitos, & similes personas, competit utilis præiudicialis: & eodem modo ipsis cõtra dominos: non autem directa: quia illa non competit, nisi in tribus casibus hic in tex. positis: aliàs redargueremus tex. de insufficientia si essent plures casus. Et cum hac opinione transeunt communiter doctores hic, & expressius, quàm cæteri, Ioan. Fab. in octaua columna, ubi generaliter subdit pro regula, ꝙ vbicunque quis agit pro iure, quod habet in persona alicuius ex iure, uel consuetudine, quod sibi competit vtilis præiudicialis: & eodem modo competit contra eum, eo quia licet directa deficiat, tamen dabitur vtilis, saltem per extensionem: quæ extensio plerunque fit ad casus non cogitatos, in quibus æquum est actionem dari. Hoc probat per simile: nã interdictum pro liberis exhibendis cõpetit patri, & tamen utile cõpetit etiam marito pro exhibẽda vxore: ut l. imò. ff. de li. exhi. & l. fi. C. eo. Si ergo illud interdictum extenditur ad uxorem propter ius, quod maritus in ea habet, nõ mirum si actio prẹiudicialis utilis cõpetat ubi agitur de iure, quod cadit in personam alterius ex iure, uel ex consuetudine. Et per hoc etiam infert Ioan. Fab. quòd pro iure obedientiæ, quæ debetur à persona ratione religionis, uel subiectionis, vel iurisdictionis, potest utilis præiudicialis intentari. Ego addo ad ista in terminis Bartol. in l. siue econtra. §. j. in fin. col. ff. de libe. agno. ubi
46 quærit † an reperiatur præiudicialis, per quam quis uendicet aliquã in uxorẽ, uel vxor aliquẽ in virũ, quãdo nõ detinetur à tertio, sed ipsa facit controuersiã sui ipsius, asserẽs se non esse uxorem: ut ibi Bartol. etiã faciens mentionem de illo utili interdicto pro vxore exhibenda, iuxta d. l. fin. C. de libe. exhibẽ. videtur sentire id, quod Ioann. Fab. suprà proxime relatus. Et subijcit ibi Bart. hoc esse expressum de iure canonico in ti. de cõuer. cõiu. p totũ, & in Spe. de spõs. §. sequit̃ videatis ibi Bar.
47 Vnum † etiam dicebat Ioannes Fab. hic, in 11. colũ. quod est maxima limitatio ad hunc §. & totam. eius materiam, & ea, quæ proximè d xi. Et illud satis infert ex prædictis, ꝙ si esset quæstio de fraternitate, uel cognatione, ut quia esset unus cognatus non habens liberos, cuius alter speraret successionem: certè non posset agere præiudiciali, etiam utili, ut pronuntietur talis: eo quia frater, uel cognatus, non habent ius in personis: & ideò non potest eis competere præiudicialis, etiã utilis, ut ex prædictis patet. Et ita etiam refert tenere Pet. & Iacob. hic: quamuis quasi possessio ita cadat in fraternitate, sicut in filiatione, secundũ gl. not. in l. non nudis. in gl. fina: in uersic. detege. C. de prob 1. quæ gl. secundũ ipsum Ioã. Fab. nõ approbatur per doct. ibi. Et pro ista opi. Ioan. Fab. bene facit in simili: quia quamuis rei uendicatio adiecta causa de iure Romano, competat compluribus personis, de quibus dixi remissiuè suprà in secunda parte principali huius glo. ad fin. tamen nõ datur fratri in fratrẽ, nec patri in patrem: quia frater non posset vendicare fratrem adiecta causa de iure Romano, quod uoluit Bal. in l. non ignorat. in 5. col. C. qui accu. non pos. Ego tamen in terminis nostris habeo Barto. tenentem de directo contrarium in l. vbicunque. §. j. per illum tex. ff. de uẽdi. in poss. mit. & in l. siue contra. §. j. in fin. col. ad fin. ff. de libe. agno. & in quibus locis tenet quòd per utilem præiudicialem ego possum petere me pronuntiare agnatum uel cognatũ tuũ: ut puta fratrem, uel patruum tuum, & similia, siue illa quæstio ueniat principaliter, siue incidenter. Motus per illam l. ubicunque. §. j. & per multa alia. alleg. per eum, & in prædictis locis Bart. refert ita tenere Inn. in c. tuã. extra de ord. cog. & Spe. in titu. qui filij sint legiti. circa princip. & Ioan. de Blanosco in isto §. & Cyn. in dict. leg. non nudis. & istud secundũ puto uerius. Et ad obiecta, & quæ obijci possunt in contrariũ, respondete ut per Barto. in locis prẹallega. An autem contra vasallum, seu feudatarium competat ista utilis prẹiudicialis. uide hic Ioan. Fab. in 10. colum. post Iaco. & Petr. & per Nic. & remissiuè in penultima columna in 9. quæstio. extra gl. & uide Specul. in terminis, in titu. de feud. §. quoniam. uersi. 22. Ad suprà scripta etiam, & materiã addatis unum, quod ponit Bal. in cap j. in fi. col. de mili. uasal. qui contu. est, quòd si nobilis dicit esse sibi ius colligendi pedagium in castro suo à transeuntibus, & transeuntes illud negent, an actiones, quæ isto casu competunt, & in similibus generibus, sint prẹiudiciales, eo quòd in eis agatur de infringenda libertate transeũtium? Dicite ut ibi per eum: & addite quæ in simli ponit hic Ioann. Fab. in duodecima colum.
48 † In eadem glo. ibi. ff. de usu l. j. Hæc impugnatio glos. & eius opin. reprehenditur per doct. hic, intantum quod inter alios dicebat Dyn. hìc, in fin. aliàs penultima columna, quòd glo. non potuisset peius dicere: & ꝙ imò pro istis adscriptitijs, & censitis, competit etiam officium iudicis. n * Vltra docto. hoc uisa est etiam uelle glos. sibi contraria in l. cum satis. §. caueant. in uerbo, per iudicẽ. per illum textum. C. de agri. & censi. lib. 11. Nec obstat argumentũ glo. quòd officium iudicis non competat pro futuris præstationibus: quia glossamet sibi contraria infrà in parte sequẽ. tenuit oppositum: ibi tamen uidebimus, an glo. saluari possit ab ista contrarietate.
49 Sed respondendo argumento glo. dicite, † quòd officium iudicis non competit ad futuras præstationes: uerum est, nisi ratione præsentis iuris: & sic nisi de prẹsenti aliquod ius cõpetat sibi: quia tunc iuri de futuro potest adhẹrere: ut not. in dicta leg. prima. §. primo. ff. de usu. Et ita formaliter respondet Dyn. hìc ad fin. huius. §. & Nicol. in 10. quẹstion. gloss. & sequitur Angel. de Aretio, in finalibus uerbis huius §. Hinc sumpta occasione ipse Angel. de Aretio: latissimè, sed mul-
50 tum impertinenter examinat, † an, & quando tractatus futuri spectent ad iudicẽ. Et in hoc refert multas, & uarias doctrinas doctorũ sparsim hincinde. Videatis hic plenè p eũ. & Barto. in l. j. C. de sen. quæ sine cer. quanti. & in dict. l. j. §. primo. & ibi latius Floria. ff. de usucap. & Bartol. in l. ubi autem non

apparet.§.qui fortem.ff.de verborum obligationibus. & in l.non quemadmodum.ff.de iud.& Ang.& late Imo. in l.si stipulatus.§.cum stipulamur.ff.de uerbor.oblig.& Ange.in repet.leg.j.C.de iudic.ver.nunc intro.glo. & quæro, litera hic dicit,&c.cum concor.quæ in dictis locis inuenietis.

In ead.glo.ibi:quod nihil est Gl. alibi uidetur tenere contrarium,scilicet,q imò etiam competat confessoria, in leg.1. in glo.fin.in vers.prohibeatur.C.in quibus causis colo.censi. libr.11.Nicolaus hic,in 10.quæstione.glo.tenet cum gloss.nostra,quòd pro istis adscriptitijs,& censitis nullo modo competat confessoria,& negatoria.Et ita etiã tenet Ange.de Aret. ad fin.huius §.Moti sunt,quia confessoria, & negatoria non competunt,nisi pro seruitutibus debitis à re rei, non autem merè personalibus,iuxta ea,quæ vidimus in §.æquè,suprà eo
51 dem.† Ego teneo contra glo. nostram,& contra eos, q imò etiam competat confessoria,& negatoria vtilis tantùm, non autem directa,prout glo. nostra dicit.Et ad hoc allego bonũ tex.& expressum.in c.inter quatuor.extra de maio.& obe.vbi agitur confessoria ad obedientiam, & sic pro iure merè personali,prout ibidem not.Innoc. Et ita per illum textum tenet etiam Ioan.Fab.hic.in 10.colum.Non obst. argument. suprà factum:quia respondeo,prout Ioan.Fab. quòd cõfessoria nõ datur,nisi seruitus debeatur à re rei:verum est, uera confessoria:sed bene quasi confessoria seu vtilis:dicto capit. inter qua
p tuor. P * stabit ergo ex suprà scriptis omnibus, quæ uidimus in hac parte glo.ut illa simul recolligamus,& reducamus ad
52 breuem conclusionem,†quòd contra adscriptitium,censitũ, & similes personas,& eodem modo eis competunt tria remedia,vtilis præiudicialis, officium iudicis,& utilis cõfessoria, & negatoria.Quomodo autem possit competere officium iudicis,cùm alia actio ordinaria competat: dicite prout dixi su
53 prà in secunda parte principali huius gl.ad fi.† Addite quòd etiam contra eos competit rei uendicatio adiecta causa de iure Romano,prout tenet gl.approbata per omnes ibi, & vbique in leg.prima.§.per hanc.il primo.in gl.magna. in versic. vendicare.in prin. ff. de rei uendi.† Qualiter formandus sit
54 libellus,quando agitur contra adscriptitium,censitum,& similes personas,& econtra,quando ab ipsis agitur. Item qualiter formandus sit libellus,quando agitur contra uasallum, & econtra, quando agitur à vasallo contra dominum: ponit hic Nicol.de Neapo.in ultim.colum.in 13.& ultim. quæst. gl. Et formã istorum libellorum in terminis videatis per Spec.in tit.de feud.§.fin.in fin.& ti.de censi.§.nunc dicendũ.versi.primo,secundo,& tertio,quem alleg.ipse Nico. & Specul. in tit. qui filij sint legitimi.§.primo, lib.quarto. quem alleg. Ioann. Fab.hic,in septima colum.

Sum modò in septima & ultima parte prin.glo.ibi: item si quis ad aliqua annua seruitia. quæ subdiuisione non indiget.

† In eadem glo.ibi:officio iudicis.Hæc glo.est sibi contra-
55 ria:nam hic vult, quòd officium iudicis competat ad futuras præstationes:quod negauit suprà in parte proximè præcedẽti.Et ad hoc non potest aliud dici circa istam glossam secundum Dynum hic,nisi quòd glo.errauit. Et ita etiam dicit Nicol.in vndecima & vltima quæstione glossæ.Ioan. Fab.in 14. columna dicit,quòd quamuis gloss.vix possit excusari, quòd tamen ita saluabitur, ut glo. suprà in parte proximè præcedẽti loquatur,quãdo officium iudicis principaliter intentatur: hic uerò quando imploratur accessoriè. Et pro hac saluatione multum benè facit quod in terminis nostris dixit Bal. in l. j.in colum.fin.uersi.sexto,contra hoc oppono.C.de fideicom miss. vbi dicit quòd in terminis nostris futuræ obligationes veniunt in iudicio tanquam annexa,non tanquam principalia.Sed ista saluatio,uideri meo,non benè congruit glo.Vnde ego teneo cum Dyn.quòd gloss.malè loquatur,per ea quæ dixi in parte proximè præcedenti, & quòd gloss. fuerit sibi in hoc contraria.

In eadem glo.ad fi.Dy.hic in ulti.col.dicit quòd ista gl. dicit malè,peius,& pessimè, eo quia quado quis tenetur ex promissione ad aliqua annua seruitia,prout gl.præsupponit, tũc non competit sibi officium iudicis,sed habet viam ordinariã agendi ex stipulatione,quando stipulatio verè interuenit: vel ex præsumpta stipulatione, quæ præsumitur ex diutina præstatione,ubi stipulatio allegatur pro titulo, iuxta d.l. cùm de in rem uers.Subdit tamen.Dyn.quòd ubi solùm allegatur cõsuetudo,& diutina præstatio sine titulo, ut quia peterem aliquid à te,puta vnum par caponum,eo quia tu, & maiores tui præstastis: tunc procederet gl.nostra:quia tunc cùm non possit agi ex promissione,haberet locum officium iudicis. Et ita etiam effectualiter tenet post multa Ioan.Fab.hic.14. columna,& etiam Nicol.in 11.& ulti.quæst.glo. qui etiam dicit, & fortè non malè,posse etiam saluari gl.in primo casu, vt quamuis etiam alia actio competat, nihilò minus adhuc posset implorari officium iudicis,per id,quod dicit glo.in dict.l.j. §. per hanc.el j.in glo.in versi.vendicare.ad fin.ff.de rei uendi. & dixi suprà in secunda parte principali huius gl.ad fin. Ego autẽ intelligarem prædicta,ut procederent secundum ea,quæ tradit Bart.plenius,quàm alibi, in d.l.cùm de in rem verso. post gl.ibi.& in l.si certis annis.post gl. & ibidem alij. C.de pact. & late Bart.post glo.in d.l.solent.§.j.ff.de offi.procon.& l. qñ quis peteret ex promissione efficaci,quam probaret ex diutina præstatione.Secus si ex promissione inefficaci, puta nudo pacto.d.l.si certis annis.de quo dicendum ut latius in prę dictis locis.Itẽ quod suprà dictũ est,qñ allegaretur solùm diutina præstatio sine titulo,&c. q possit implorari officiũ iudicis: intelligerẽ ego procedere qñ allegaretur cursus tanti temporis,cuius initij memoria non extaret in cõtrariũ, per l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti. aliàs secus, prout tenet,& declarat Bal.in dict.l. cũ de in rẽ vers. in secũda col. nisi ageretur de inducenda liberatione:ut ibi per eum, & plene in quæstione per eum disputata,incip.quædam mulier habens amplum patrimoniũ.& no.glo.in c.seruitium.18. q.vlt. & plene gl.in cap.peruenit.in uer.ignorantiæ. extra de censi. & ibi Canoni.& Cyn.in d.l.si certis annis.in pen. q.& ad d. l. cum de in rem uerso.quã gl.allegat notare aliquas notabiles quæstiones,remissiue tamen,non decisiue,ultra eas,quæ colligi possunt ex traditis per Barto.in d.l.cum de in rem uerso.

56 † Et primò,an lex habeat locum in patiente, puta quòd ex patientia longi temporis præsumatur seruitus constituta: vel si debebam tibi centum,& stetisti per longum tempus quòd non petijsti:ego dico quòd fecisti mihi pactum de non petẽdo,& illud volo probare per hoc,quia stetisti per longum tẽpus quòd non petijsti, an per lapsum dicti longi tẽporis præsumatur istud pactum:vide Barto.post glo. in l. qui in aliena. §.1.& ibi Bald. Ang.& alios.ff.de acqui.hæred. & late Bar. in d.l.solent.§.j.in pe. col.& Bal.in l.j.in 7.q.C. qui admi.& Barto.etiam in d.l.cum de in rẽ uerso.in fi.2.col.& etiã in sequẽti,& omnes alios in d.l.si certis annis.Et an si ego per decenniũ solui cẽsum rei tuæ cẽsuariæ noĩe meo, te sciente, & patiente,an ex hoc mihi acquiratur dominium, saltem præsumptum?ponit Bal.no.in solennibus.C. de rei vendi. & ibi contra glo.determinat quòd non.

57 † Secundò,an dict.l.cum de in rem uerso.habeat locũ,si allegetur alius titulus,q stipulationis.Odofr. mirabiliter ibi tenet q non.contra gl.& oẽs de Mundo: cum eo transire videt Bar.sing.in dict.l.solent.§.j.in prin. tertiæ col. hoc tñ non firmo:& dicitur per omnes contrarium.

58 † Tertiò,dict.l.cum de in rem uerso.non haberet locũ, quãdo facta fuisset vnica solutio pro decem annis, uel pro pluribus.Ita not.dicit Petr.Cyn.& Bald. in leg. secunda.C.de dot. promiss.& in terminis Bart.in l.cum qui.ff.de an.leg.

q q † Quartò.d.l.cum de in rem verso.non habet locum in
59 rusticis,nec in lege mulieris,sm Specula.in tit.de restitu. spolia.§.nunc dicendũ.uersi.quid dices de rustico. & Bal. in d.l. solent.§.primo.& Lud.Roma.in d.l.qui in aliena.in princ.Et istud satis vult gl.in dict.l.cum de in rem uerso.in uerb.pręstitisset.la j.quæ vult etiam aliud notabiliter, q illa lex non habeat locum, nisi in persona diligenti. Contrarium tamen in omnibus tenet expresse Bart.in dicta l. cum de in rem verso. in tertia colum.per tex.cum gl.in l.litibus.C.de agri. & cẽsi. lib.11.& contrarium tenet Bal.in d.l.j.C.de fidei. & Bald. in d.l.si certis annis.in penulti.col. & ibi Cyn. in quinta quæst.

60 † Quintò,d.l.non habet locum,ubicunque ageretur de cõstituendo ius in persona alicuius, de mutatione status personæ:quia tunc non sufficeret diutina præstatio. Et ideo si aliqs per decẽ annos respondisset tibi de pensione tanquam colonus,vel tamquam inquilinus tuus, ita quòd in futurũ cõpelli posset

poſſet ad præſtandam ſolitam penſionem:ſed requiritur tempus longiſsimum, eò quia perſonæ non ita facilè tranſeunt, ſicut res. Eodem modo, ſi aliquis tanquam vaſallus præſtitiſſet tibi feudum ſpacio decem annorum, uel dicto tẽpore tibi ſeruiuiſſet tanquam uaſallus:hęc præſtatio non eſſet ſufficiẽs ad probandum ius vaſallagij:ſed requiritur tempus longiſsimum:quia hic agitur de mutatione ſtatus perſonæ. Iſta ſunt, quæ ſignanter uoluit Barto. poſt Mart. de Fano,& And. de Barulo, in d.l.litib.C.de agri.& cenſi.& idem Bart.in d.l.ſolent. §.j.ad fin.& in dict.l.cùm de in rem verſo.ad fin.

61 † Quid in eo, qui decem annis ſoluit canonem emphyteuticum tanquam emphyteuta, an iſta pręſtatio ſufficiat ad probandum eum emphyteutam ſuum, ita ꝙ in futurum compelli poſsit? Eſt quæſtio quotidiana,& pẽdet à prædictis. Vide in terminis r Baldum in l.prima, in quarta col. C. de fideicom. & in dict.l.ſi certis annis,& in l.j.in j.2.& 3.col.ff.de re.diui. & Spe.in titu.de loca.§.nunc aliquã.ver.142.& doc.in d.l.qui in aliena. in princip. & melius, quàm per alium de Mundo per Andr.de Baru.in d.l.litibus.

62 † Quid de emphyteutis, qui amiſerunt inſtrumenta ſuarũ inueſtiturarum, an ex diutina præſtatione canonis emphyteutici probetur quòd præceſſerat cõceſsio in emphyteuſim. Vide no.Bald.ꝙ ſic, in d.l.ſi certis annis,& Baldum & Angel.in dicta l.qui in aliena.in princip.Et quid in uaſallo, qui præſtitit ſeruitia domino recipiendi: nunquid ex hoc præſumatur inueſtitus:Videatis per Baldum in d.l. prima, in quarta colũ. C.de fideicommiſſa.& latius in capitulo finali.de feu. dat. in vicem legis commiſſ. & in l.prima. in ſecunda & tertia colũ. ff.de rerum diuiſ.

63 † Sextò dicta l.cum de in rem uerſo.non haberet locum, ſi prætenderet titulum donationis. quia ipſum non poſſet probare ex pręſumptione dictę l. cũ de in rem verſo. quia habet aliam præſumptionem in contrarium, ꝙ nemo præſumatur donare.leg. cum de indebito:in prin.ff.de probationibus. Ita notabiliter dicit Bartolus, aliàs Baldus in l.fina.C.de ſtatu defunctorum.& ſentit Bartolus ſi benè inſpiciatur, in dicta lege, cum de in rem uerſo.ad finem.

64 † Septimò, & vltimò, pro nunc illa lex non habet locũ generaliter vbicunq; requiritur tantum tempus, cuius contrarij memoria non exiſtat:ſecundum Baldũ, in dict. leg.prima, in quinta columna.C. de fideicommiſsis. referentem ita tenere Iacobum Butrigarium in dicta leg. ſi certis annis. Et ad hoc benè facit quod uoluit Baldus in capitul. finali, de feudo dato in vicem legis commiſſo.ubi uoluit quòd cum contra eccleſiam requiratur præſcriptio quadraginta annorum, quòd
65 contra eam non † haberet locum dict.l. cũ de in rem uerſo.

f f * Item ad dictam legem, cum de in rem verſo.addatis textum nota.in leg.ſi filius.C.de petitione hæreditatis.quem textum ibi dicit Bartolus eſſe ſingularem,& ſe neſcire in Mundo.ꝙ ſi filius detineat hæreditatem per longum tẽpus, quod iſta detentio facit præſumi iuſſum patris præceſsiſſe,& additionem ſecutam eſſe:& omnia ſolenniter acta. Circa quod uideatis Baldum in leg.prima, in ſeptima quæſtione.C. qui admittan.& in l.ſecunda.C.de legitima.hęreditate.

66 † Et an ſi ruſticus ſoluit mihi omni anno vnum pár caponum per decem annos, an teneatur in futurum? et quæſtio gloſę in dicta leg.ſolent.§.finali, in gloſſa finali, in uerſiculo, qualitatem.& ibi latè Bartolus, & idem Bartolus in dict. leg. cum de in rem verſo.in fin.colum.

Et quid ſi tu per tempus etiam longiſsimum veniſti ad macinandum in meo molendino, an per hoc poſsim te in futurum compellere? vide Bald.quòd non in leg.prima, in ſecunda colum.C.de ſerui.

67 † Et an ſi aliquis ſe geſsit pro notario per decem annos, an per hoc probetur,& præſumatur notarius? dicit Bal.ꝙ ſic.in d.l.prima, in quarta colum.C.de fideicommiſ.Barto. in l.Barbarius.in lectu.ad fi.de offi.prætor.cum concor.

68 † Et quid ſi aliquis debeat mihi omni anno decẽ paria caponum, & triginta annis continuis ſoluit mihi tantùm quinque, an erit pręſcriptum in reliquis.Et eodem modo ſi aliquis tenebatur mihi ſoluere omni anno decem ſolidos de moneta antiqua, triginta annis continuis ſoluit de moneta noua, quæ minus ualet:an erit præſcriptum in reliquis?Sũt quęſtiones Barto.in l.ſi prius.in princip.ff.de aqua plu.arcen.Bald.et in l.aduerſus. C. de vſu.ponit de prælato eccleſiæ, qui debet habere nomine cenſus tres ſolidos quolibet anno, an recipiẽdo duos tantùm omnibus annis, præiudicet eccleſię.

69 † An autem contra præſumptionem dict.l.cum de in rẽ uerſo.& ſimilium, admittatur probatio in contrarium, & poſsit doceri de errore. Iſtud ponit in terminis Bal. qui ſignanter decidit ꝙ ſic.in l.ſecunda.C.de do.promiſ. & idem tenet Raph. Cuma.in l.j.in princip.ff.de uerbo.obli.& ibidem Ludo.Roma.in fi.ponit Cyn.in d.leg.ſi certis annis.in 10.quæſt.

70 † Et an ſi ſtatutum requirat probationem etiam inſtrumentalem, ſufficiat probatio per præſumptionẽm dict. l. cum de in rem uerſo.& ſimilium.Bald.mirabiliter,& ſingul.determinat ꝙ ſic, in l.prima, in quarta columna.C.de fideicommiſ.cuius contrariũ,& melius, iudicio meo, tenet Lud. Roma. in l.j.
71 C.de teſta.mili.† quia probatio, quæ fit per præſumptionem legis, non eſt uera & propria probatio, ſed impropria: & conſequenter non cadit in ſtatutis.Et pro hoc alleg.text.quẽ dicit eſſe ſingul.in l.prima.§.primo.ff. de his quæ in teſt. delen. Ego ad idem adduco in terminis Bartolum & ibi Ioann. de
72 Imo.in l.Lucius.ff.de condi.& demonſtra.ubi vult † quòd ꝓbatio filiationis, quæ fit per pręſumptionem, l.filiũ.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. & l.ſi uicinis ſciẽtibus.C.de nupt.eſt probatio ficta,& non uera:& conſequẽter non caderet in ſtatuto.Accedat quod ſin.voluit Bart.in l.prima.C.de fide inſtru
73 men.& iu.haſtę fiſca.lib.10.† quòd ille, qui habet iuris pſumptionem pro ſe, non dicitur ipſe probare, ſed eſt ipſa lex, quę probat:unde non ſatisfieret ſtatuto.

74 † Poſtremò illud circa ſupra dictam materiã tenebitis mẽti, ꝙ ſi iudex in ſententia diceret hoc modo: Cõdemno te ad ſoluendum unum par caponum omni anno tali domino, ſecundùm quod tui anteceſſores fecerunt. ꝙ illa uerba nullam
t penitus condictionem faciunt t, ſed condemnatus ſimpliciter tenetur:nec poteſt facere aliquam controuerſiam, ſi vellet dicere ꝙ ſui anteceſſores nihil præſtiterunt. Iſtud eſt quod in terminis ſignanter decidit Bart.in l.eum, qui.§.Iulianus. el 2. ff.de conſti.pecun. per illum tex. optimè probantem in uerſi. ſecundum mandatùm ſententię.& in uerſ.fine controuerſia, & per nonnulla alia iura, de quibus ibi per eum: & idem tenet Bartol.in extrauagan.ad reprimendum.in uerſi.prout. & Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de feudis.§.j.incip.ſic igitur. iuxta princip.Et per iſta remanet expeditus præſens §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a INTRVSO] Quis autem dicatur intruſus:vide Felin. in cap.in noſtra.in ſexta colum.in ſecundo correlario. de reſcrip.& in cap.meminimus. in ſecunda col.poſt prin.ſtatuta. de accu. & late in c.ueniens, poſt princ.j.colũ.uerſ.nota ſecũdo.eo.titu.& Ioan.Cal.in conſi.13.in titul.de uerbo. ſigni.

b COGNOSCATVR] Adde Pau.de Caſt.in cõſ.374.

c PRIMO] Vbi uide dom.Fran.Are.& in d.§.ex contrario. in medi. prima columna, & quod ibidem ad eum dixi in apoſtil.

d * Nihil facit ille tex.in dict.l.prima.§.cum patronus.in quo nullum uerbum de alimentis, nec de ſummaria cognitione.

e * Addo quòd hoc dictum Bald. mihi non placet, quia ſi de natura cauſę eſt, ut libellus nõ ſit neceſſarius, ſed qualis qualis petitio ſufficiat, ut d.cle.ſæpe.de uerb.ſigni.quare vult Bal. iſtud reſtringere ꝙ pręſentatio reſcripti obtineat uim libelli quo ad iudicem tantùm, non quo ad partem: certe lege cautum non reperitur:ergo nec nos dicamus.§.conſideremus.in Authen.de trien.& ſemiſ.l.illam. C. de col. Vnde diceremꝙ in omnibus caſibus, in quibus præſentatio reſcripti habet vim libelli, quibus per Innocen. in locis ſuprà allega. procedat tam quo ad partem, quàm quo ad iudicem. Fateor tamen quòd in citatione partis erunt talia exprimenda, per quæ poſſit citatus plenè inſtrui de his, ſuper quibus in iudicio conuenitur, argumen.clemen.ſecunda, ut lite pend.nihil innoue.& ſic ceſſabit obiectio, quæ fieri poſſet d.l.j.in princ.ff. de eden. Carcaſſona Sardus.

f OMNIBVS] Vide domi.Alex.de Imol.in consil. 70.in quinta colum.in prima parte.& in consil. 187. in quinta col. in secunda parte.& in consilio 123.in tertia & quarta columna.in prima parte.

g LEGITIMATIONE FILII] Vide Felin.in c.pen. de re iud.in 3.col.in versi.de sententia lata.

h EXTRAORDINARIVM] Adde Fran.Are. in l.vétre.in 8.col.de acqui.hære.& quod ibidem dixi in apostil.

i * Aduerte,q̃ posset probabiliter teneri, quòd pro alijs personis,in quibus ius aliquod habemus, exceptis filijs competat vtilis non directa. Et videtur velle hæc gl. ib. item quo iure adscriptitij,&c.& probatur optima ratione: quotiens non ex uerbis legis,sed per interpretationem doctorum ex identitate rationis fit extensio de uno casu ad alium,non competit directa,sed utilis actio.Doctrina est Bar.communiter recepta in l.curatoris.in secunda col. C.de neg.gestis. sed in proposita quæstio.in alijs,q̃ libertis,& filijs,fit extensio per interpretationem doctorum:ergo erit vtilis,& non directa. Et certè omnes casus,de quibus per Bar.Ang.& alios,in dict.§. per hanc.non uidentur esse de mente illius §. tamen quia modicæ,aut nullius est utilitatis,sit directa uel utilis,per l. actio.ff. de neg.gest.non est insistendum,ne frustra denigremus papirum:quamuis idem Iason,infrà,columna 10.nu.45.sibi contrarius firmet vtilem competere,nõ directã.Carcass.Sardus.

k * Vide bonum tex.in leg.liberis.§.fi.ff.de libe.caus.Sardus.

l * Videas etiam Ang.de Are.in colum.3.circa finem.

m * Aduerte quòd hoc casu, quãdo per modum exceptionis proponeretur,magis diceretur exceptio præiudicialis, quàm actio,quia de illa prius cognosceretur:ut l.præses. C. ad leg. Flau.de plag.declarando secundum Baldum in l. peremptorias.C.senten.rescin.non poss.& suprà uidimus in euidentialibus,in fin.2.col.Carcassona Sardus.

n Adde quod à simili probari potest q̃ hoc casu cõpetat officium iudicis,per text.in l.3.§.hoc autem interdictum.ff.de lib.exhib.& leg.prima.§.per hanc. el primo. ff. de rei uendi. Nam sicut ad eorum similitudinem, & eorum, de quibus in hoc §.dicimus utilem præiudicialem competere, ita est etiã dicendum de officio iudicis.Carcassona Sardus.

o QVI SORTEM] Vbi vide tu domi.Alexã. de Imo.& Bal.in Marg.in versi.tractus.versi.secundo.& Car. in clemen. secunda.20.questio.de Iudæ.& in clemen.prima.§.nos.de iureiu.& Inno.in c.auditis.in gl.sua.in versic.& facies.de proc. Flori.in l.in leg.Aquilia si deletum.in 3.col.ad l.Aquil.

p * Aduerte quòd imo non uideo quomodo competat confessoria,& negatoria vtilis,quæ utiles actiones non dantur nisi aliqua equitate subsistente,ut per Bart.in l.curatoris.secunda col.C.de nego.gestis quæ æquitas hic cessat cum competat vtilis præiudicialis,& officium iudicis.&,ut solet dici eru bescimus sine l.loqui.l.si uerò.§.de uiro.ff.solu.matr..§.consideremus.in Auth.de triente & semisse.maximè, ut inquiũt Ioan.Fab.Angel.de Are.hic,quòd istud esset contra naturam actionis confessoriæ & negatoriæ.Nec obst.tex.in c.inter quatuor. extra de maioritate & obe.cuius inductionem libenter ab illis,qui eum allegant,audirent. Et certè cùm uirtus legis stet in eius inductione:ut l.non solum.§.qui primipilum.ff.de excus.tuto.quem textum ad hoc allegauit Bal. in l.petens. C. de pac.secundũ quod eum refert Iason in l.emancipato. col. pen.C.qui admit.debuissent tex.illum,cum literaliter non decidat q.nostram,ad hoc inducere.Sed ut paucis agam,tex.ille mihi minus nihilo facit,nec in tex.nec in glo. uerbum vllũ de confessoria & negatoria:nec glos.istud sentit in d.l.j.C. in quibus cau.colo.cen.&c.sed duntaxat ex illa l.notat quòd fit condemnatio de futuro, ut in confessoria, & negatoria. Et si aliud non allegatur, uerior est opi.gl.nostræ.Carcass.Sardus.

q * Adde quod ualde notabiliter determinat Bal.in dicta l.secunda.C.de do.promis.quòd & aliàs ostẽdens se soluisse canonem pro tribus annis proximis,præsumatur retrò semp̃ soluisse,ut est tex.not.in l.quicunque.C.de apoch.publi.libr. 10. tamen si solutio canonis pro tribus annis proximis non esset facta annuatim,sed unico actu pro tribus annis.d.l. quicũq;, secundum Bal. non haberet locum. quod est notab. propter Bal.authoritatem.Carcass.Sard.

r * Adde quod Bal.in dict.l.j.in 3.col.circa fin.determinat q̃ præsumatur emphyteuta, si per decennium soluit canonem, per l.litibus.in prin.iuncta gl.C.de agri.& censi.li.11.Pro cuius decisione uidetur casus in l.cũ de in rem uerso.ff. de usu. secundũ communem intellectum:ubicunque agimus de præsumendo titulũ contra aliquid facientem, ut est in q. nostra contra istum qui canonem soluebat præstatio decem annorum,si allegetur titulus,probat titulũ:ut d.l.cũ de in rem uerso.declarando illã,ut ibi pet Bar.in 3.q.in 2.membro suæ distinctionis.Ergo si iste, qui nititur se directum dominum probare,allegat se dominum,& probet decẽnalem canonis functionem,obtinere debebit. Et aduerte quòd quamuis Baldus in d.l.j.loquatur de emphyteuta ecclesiæ, idem etiam dicerẽ in emphyteuta priuati, propter quam litem d. l. litibus. quæ non loquitur magis in uno quàm in alio. & per d. l. cùm de de in rem uerso,inductam,ut suprà.Carcassona Sardus.

s * Aduerte quòd ista septima limitatio, quam ex dictis Bal. in d.l.prima.C.de fideicom.firmat hic Iaso. fortiter morderi potest.nam in præscribenda seruitute habente causam discõtinuam sine titulo,requiritur tantùm tempus,cuius initij memoria non existat.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æsti.& glo.in l.seruitutes.la grande in gl. magna.ff. de seruit.tit. generali.& tamen si allegarem titulum præcessisse ex usu decem vel 20.ann. probaretur seu præsumeretur titulus. Gl. est magis communiter approbata in dicta l.seruitutes.in fin.glo.mag.quam ibi sequuntur Barto.Ang.Pau.Cast. & Flori.& est alia glo.in l.j.§.finali.ff.de aqua plu.arcend. & tradit Barto.in dict.l.cum de in rem uerso.col.tertia, & tradit Bart, per illum tex.in l.qui in aliena.§.primo.in fin.ff.de acquir.hæred.cum simil.possemus ab ista mea oppo.tueri Bal. dicendo quòd dictũ glo.Barto.& commune, procedet in his quæ non inferunt maximum præiudicium,ut in seruitutibus, & in alio casu:ut per gl.Bartol.& doctor.in penult.C.comm.diuid.Secus est,ubi de maximo præiudicio ageretur.Et ita declarat in effectu Bartolus in dicta leg.cum de in rem uerso.in tertia colum.& expressius idem Barto.in dict.leg.pen.C.com.diuid. sed attende,quòd contra dictum Barto.& commune, unum me torquet,licet satis vulgatum:leges sunt ita interpretãdæ, quòd earum dispositio de facili non reddatur illusoria.ca. si ciuitas.de sent.excom.in sexto.l.si prætor.in princip. ff. de iudic.Sed si dictum Bartol. & commune esset uerum, sequeretur quòd leges requirentes in seruitutibus causam discontinuam habentibus præscribendis tantum tempus,cuius initij memoria non existat.d.l.hoc iure.§.ductus aquæ. suprà allegata,penè frustratoriæ reddentur,cum quilibet post usum decem uel uiginti an.semper allegaret titulum, & obtineret, & sic uana esset illorum iurium dispositio: nec consideratio modici,uel maximi præiudicij uidetur iure probare:ideo non satisfacit, nec scio quod maius præiudicium afferre possit, si causæ de qua disceptatur,iacturam afferat.Cogitabitis. Ant. Ang.Carcassona Sardus.

t * Faciunt.Et hoc idem tenet Fel.in c.ex parte. in tertia col. in uersicul.clausula,Si preces.

SVMMARIA IN §. Sic itaque

1 *Actio personalis domino non competit pro re sua ad dandum eam sibi,nisi contra furem,odio furis.4.33.34.*

2 *Dare, est dominium transferre.*

3 *Quod meum est,amplius meum fieri non potest.*

5 *Simplum an contineatur in duplo,vel quadruplo.67.*

8 *Actiones reales,& personales quo nomine appellentur.*

9 *Doctrina nominũ Grãmaticis pertinacibus relinquitur.*

10 *Dare & tradere qualiter differant.11.14.*

12 *Venditor non ad dandum,sed ad tradendum tenetur.*

13 *Lex si.ff.de condi.ob causam,qualiter limitetur.*

15 *Promittens simpliciter,an in dubio intelligatur dare, vel tradere.*

16 *Dominus semel, non potest ampliùs fieri dominus & nume.seq.*

22 *Insa-*

22 *Infamia facti, & iuris quid, & de eius effectibus.*
23 *Morosus interitu rei minimè liberatur.*
24 *Olim dominus, & hodie præsumitur dominus.*
25 *Olim possidens, an hodie possidere præsumatur.*
26 *Possidens an præsumatur dominus. 27. 28.*
29 *Possidens habet pro se præsumptionem.*
30 *Possessio an ex determinatione præsumatur.*
31 *Possessio ciuilis an ex naturali præsumatur.*
32 *Possessione probata simpliciter, an præsumatur cum qualitate.*
35 *Verba impropriare licet, vt libelli sustineantur.*
39 *Conditio omnis quando degenerare dicatur. & nu. sequ.*
41 *Debitor antequam in iudicio conueniatur, an primò sit extra iudicium interpellandus. 22. 43.*
44 *Conuentus si statim offerat se soluturum, an teneatur ad expensas.*
45 *Libellus in conditione furtiua qualiter formetur.*

§. SIC ITAQVE.

ISTE §. vsque ad §. sequen. communi diuisione omnium, ut Nico. & Angel. de Are. diuiditur i tres partes principales, sed diuersis modis. Ego facio tres partes hoc modo: In prima Imperator ponit regulam generalem, & eius rationē. In secunda ponit fallentiam siue exceptionē à directa regula. In tertia declarat quomodo appellentur actiones reales, & quomodo personales. Secunda ibi: plenè. Tertia ibi: appellamus. Nec ego dico prout Ange. de Are. quòd Imperator in prima ponit regulam reepilogatiuam præcedentium: quod fatuum est dicere, si benè aduertatis.
1 † Actio personalis non competit domino pro re sua ad dandum eam sibi, nisi contra furem, odio furis hoc primò. Et actiones reales appellantur vendicationes, actiones verò personales dicuntur abusiuè condictiones, hoc dicit in summa, vsque ad §. sequen. Et dicit Ioan. Fabr. quod iste §. malè est dictatus, & longis verbis.

Nota primò ex tex. ibi: quia scilicet dari. vnum, ad qđ quotidiè allegatur hic tex. † quòd dare est, dominium transferre.
2 Vnde qui est obligatus ad dandum, tenetur dominium transferre. Concor. l. vbi autem non apparet. §. si. & l. nemo rē suā. in princip. cum simili. ff. de uersicul. oblig. & circa hoc uidebitis aliqua pulchra infrà in gloss. j.

Ad unum intereà diligenter aduertite, ꝙ si aliquis obligat se ad dandum quoduis, ex dicta obligatione teneatur dominium transferre, ut prædixi: tamen ex hac prædicta obligatione non tenebitur vacuam possessionem tradere, nisi etiam expressè adiectum sit, ꝙ teneatur vacuam possessionem tradere. Istud est, quod in terminis vult solennis glo. in l. si stipulatus. §. j. in uer. stipulatus. ff. de vsur. quam etiam multùm not. Nicol. hic, in apostillatione tex. & illam glo. ibi approbat Bartol. eò, quia in stipulatione fundum dari, non inest tacitè. vacuam possessionē tradi, nisi exprimatur: quia bene potest dari, & sic dominium transferri sine traditione vacuæ possessionis: ut est tex. no. in l. si fundum. ff. de fun. dato.

Secundò no. ex tex. ibi: nec res, quæ iam actoris magis. Ad quod etiam quotidiè allegatur hic textus † ꝙ illud, qđ meū
3 est, non potest amplius meum fieri. Concor. l. proprias. & ibi Bartolus & alij. C. de leg. a* Et istud notabile qualiter intelli-
a gatur, & procedat, uidebitis infrà in glo. in ver. magis.

Tertiò nota ex uer. planè. & ad hoc ẽt vulgò allegatur † ꝙ
4 odio furis inductum est, vt domino detur condictio furtiua: & sic actio personalis pro re sua, & ad dandum: quod est cōtra regularem naturam omnium condictionum: quæ regulariter non competunt dominis. Et istud est, quod dicit Iurisconsultus in l. fin. in fine. ff. de usufruct. quem ad ca. proditum esse neminem rem suam, nisi à fure cond. cere posse. Et secundum Angelum de Aretio hic, ideo est, quia omnis condictio degenerat contra furem. Allegat ad hoc dictam l. final. in fine. hoc tamen. quod etiam ita vulgò dicit solet, quòd omnis conditio degenerat contra furem: an sit uerum, tangam infrà in glossa in ver. in rem actio.

Quartò nota ex textu ibi: vt extra pœnam. secundum An-
5 gelum de Aretio hic, quòd hic est casus † quòd in duplo, vel quadruplo, in quo condemnatur fur, non continetur simplū, & sic ipsa res furto subtracta: & sic duplum, vel quadruplum est totum pœna. Ad idem §. fina. supra de oblig. quæ ex deli.
6 Ad idem §. ex maleficijs. infrà eodem. & ibi est textus † quòd secus est in rapina uiolenta: quia in eo in quadruplo continetur simplum: & sic rei persecutio. Et quæ sit ratio diuersitatis, ibi videbitis.

7 Ad vnum tamen diligenter aduertite, † ꝙ quando statutū, uel lex imponunt simpliciter pœnam dupli, vel quadrupli, in dubio semper in duplo inest simplum: & sic in dubio semper unum est rei persecutorium, & aliud pœnale: non autem totum duplum est pœnale. Ita Bartolus in leg. hoc edicto. §. primo, per illum textum benè notabilem ad hoc. ff. de Publica. Per quem textum dicit ibi Barto. se aliàs in facti quæstione dixisse. Plus, ꝙ illud, quod suprà proximè dixi, procedit etiam si lex, uel statutum ultrà non procederet declarando quòd in duplo inesset simplum, & sic rei persecutio: sed simpliciter loquerentur: dum tamen lex, uel statutum expressè non diceret contrarium, scilicet quòd in duplo nō inesset simplum, & sic rei persecutio: ut expressè fit in tex. nostro, & in alijs proximè allegatis. Et idem tenet Bartolus in l. ab his. C. de nauicu. libro vndecimo. & in leg. final. in principio. & ibi Baldus. C. de sponsa. & in leg. sanctio legum. in quarta col. uersi. sed quæro an in duplo insit simplum. ff. de pœnis, & in l. interpretatione. in eodem titulo. ff. de pœnis, & Baldus latè in capit. j. §. si duo. de pace tenen. & in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil.
8 † Quintò nota ex uersi. appellamus. quo nomine appellantur actiones reales, & quo nomine personales: ut patet in litera. Dicebat tamen Ioann. Fab. hìc, quòd iste uer. appellamus.
9 nullius, aut modicæ vtilitatis est, † cùm loquatur de vana doctrina nominum, & vocabulorum, quæ Grammaticis pertina
b cibus relinquitur b, iuxta l. secunda, circa finem. C. de constituta pecunia. & ibi in gl. in uersicul. uocabula. post Tulliū in Topicis, & expressius glossa post Tulliū in rubr. ff. soluto matrimonio. & secundum quod refert diuus Augusti. in libr. 11. de ciui. Dei, Tullium dicere, & benè, verbi controuersia iam diu torqueat homines garrulos, contentionis cupidiores q̄ ueritatis. Vos tamen dicite ꝙ iste uersic. appellamus. in hac differentia vocabulorum posset vtilitatem afferre, quando testator uni legaret omnes vendicationes suas, vel sibi competentes, & alteri omnes condictiones suas siue actiones personales: per istum §. apparet quid ueniret in istis legatis, & qđ non. Istud etiam expeditum habemus quòd nomen Actiones est generale, & sub eo comprehendūtur tam actiones reales, quàm personales. Tex. est in l. fin. C. de hæred. vel act. uend.

Vltimò no. ex fin. Ang. de Aret. hic, cum de necessitate non fiat aliqua denuntiatio, quòd hic est text. quòd debitor nō est de necessitate primò extra iudicium interpellandus, antè, q̄ conueniatur in iudicio, sed de vrbanitate: de quo infrà in glo. penulti. in uersicul. denuntiare. ubi gloss. tangit. & ibidem aliqua pulchra subiungam.

Glo. j. in uer. sic itaque. diuiditur in tres. In prima declarat vnde formatur regula tex. nostri. In secunda ipsam regulam limitat, & declarat. In tertia timore cuiusdam taciti contrarij dupliciter intelligit, & exponit illa verba, Si apparet eum dare, &c. Secūda ibi: nō dixi ad dandū. Tertia ibi. & qđ subijcit.

In eadem gl. ibi: non competit pro re sua alicui, vt hic vult gl. quòd ista uerba Sic itaque. ueniant illatiuè ex præcedentibus, ita quòd regula posita in tex. nostro, inferatur ex præcedentibus. quod reprehenditur, & meritò, per doct. hic, & maxime Ioan. Fab. & Ange. de Are. quia nihil dictum est in superioribus, ex quo possit prædicta regula inferri. Dicendum est igitur, secundum præfatos docto. ꝙ illa uerba ponātur reepilogatiuè: reepilogat enim diuisionē actionum suprà habitā, vt possit poni regula, & exceptio, quæ hic in tex. ponitur.
10 † In eadem gloss. ibi: & ita est vis inter Dare, & Tradere. Teneatis differentiam, quam vulgò millies audietis inter uerbū Dare, & uerbum Tradere: quia Dare, importat dominiū transferre:

c ferre:c secus est in uersicul.Tradere:vt iuribus hic in gloss.alleg. Pro limitatione tamen huius differentiæ notate,quòd illud,quod dictum est de uerbo,Tradere, procedit quando promissa esset species. si autem quis promitteret tradere genus, siue aliquid in genere.tunc benè teneretur dominium trans-
11 ferre,etiam si expressè dictum sit,Promitto tradere:†quia in obligatione generis verbum Trado,importat dominij translationem:secus est in obligatione speciei.Istud est,quod singul.probatur in l.si à substituto.§.fina. iuncta l. sequen. incipien. quæ.de legato.cum glo.fin.in uersi. dare.ff.de leg.j.quā ad hoc ponderant, & multum commendant Scribentes ibi, & maximè Ioannes de Imola, qui dicit hoc esse multùm notabile:& vult etiam ibi Bartolus & al j. Accedat quod in optimo simili dixit Bartolus in leg.ex empto.in princ.ff.de actio-
12 ne empt.† Nam de natura contractus emptionis & venditionis non est quòd uenditor teneatur ad dandum, sed ad tradendum.dicta leg.ex empto.in prin.in tantum quòd si quis promitteret dare,non est contractus emptionis, & uenditionis,
d sed esset contractus innominatus.d* ut in tex. not. in l. final. ff.de condi.ob.cau.& ibi Barto.& alij,& Bart.in l.j.C. de rer. permut.Tamen dicit Bart.in d.l.ex empto.in princip. quòd si uenderetur genus,vel aliquid in genere, puta decem corbes frumenti in genere,vel decem libræ auri in massa, pro tanta pecunia: quòd tunc uenditor teneretur ad translationem dominij,non ex natura contractus emptionis,& venditionis, sed ex natura rei debitæ in genere:per multa iura,quæ ibi allegat Barto.& maximè:quia tunc militat ratio,quæ est, quare emptor præcisè cogatur ad dandum pretium, & sic ad transferendum dominium prætij:uenditor autem nō tenetur ad dandum rem,& sic ad transferendum dominium.dicta l.ex empto.in princip.Glo.ibi no.& menti tenenda in uer.cogitur.dixit quòd ratio diuersitatis est,quia emptor tenetur ad pretiū, & sic in genere:uenditor autem tenetur in specie.Et est optima responsio,ut inquit Barto.Ergo ex ea sequitur quòd si venditor teneatur in genere, quòd eodem modo ipse teneret ad dandum,& sic ad transferendum dominium:quia tunc eadē esset ratio prout in emptore. Et ista omnia etiam formaliter
13 ponit,& tenet Barto.in l.secunda,ad fin.ff.si cer.pet.† Ex quibus omnibus elicite etiam vnam notabilem, & peregrinam limitationem ad dict.l.fin.ff.de condic. ob cau. quæ habet quòd ubi quis promitteret dare,puta, Promitto dare istum librum pro decem:quod tunc non est contractus emptionis & venditionis,sed est cōtractus innominatus:ut illa lex procedat, qñ species venit danda pro quantitate pecuniæ: quia tunc benè esset contractus innominatus,ut ibi dicitur: secus genus veniret dandum pro quantitate pecuniæ:quia tunc benè diceretur contractus emptionis uel uenditionis: vt ex prædictis li-
14 quidissimè apparet.† Stat ergo ex gl.nostra, & ex prædictis quod regulariter differētia est inter Dare,& Tradere:quia regulariter Dare,importat translationem dominij : quod secus
15 est in versi.Tradere.† Quid autem in dubio, si aliquid simpliciter promitteretur, an in dubio intelligatur dare uel trade-
e re? Ista est pulchra inuestigatio.e* Bal.singu.& signanter multum in l.si à substituto.§.fin.ff.de lega.1. tenet quòd in dubio intelligatur,dare,& sic dominium transferre. Allega. ad hoc tex.no. & bene probantem in l.si ita.§.j.ff.de contrahen.empt.quamuis glo.ibi subaudiat verbum Dare. Hanc tamen peregrinam decisionem dicebat Ioan.de Imo.dict l. si à substituto.§.fin.fallere,& benè nisi esset natura contractus talis,ut veniret traditio,per l.si stipulatus.in princip.cum simil. ff. de vsu. cùm verba in dubio intelligēda sint secundum naturam contractus:ut ibi,& l.si vno,in prin.& ibi Bartol.notabiliter. ff.loca.cum simi.& ita in specie limitat Barto.in l. vbi autem non apparet.§.fin.ff.de verbo.oblig.

f In fin.glo.Hæc opi.f* Placen.nihil est,potius est truffa, secundum Ioan.Fab.& Ang.de Are.hic.Nihil etiam ualet præcedens expositio glo.Dyn.hic dicit, quòd ista erat quædam uerborum solennitas,cum qua proponebatur actio personalis:quia proponebatur sub conditione tali,si apparet,eum dare oportere:quæ etiam est fatuitas.Ioan.Fab.& Ang. de Are. exponunt,si apparet,id est,si agat,eum dare oportere,quę expositio videtur mihi absurdior prædictis.expone, si apparet, id est,si agat.quod nihil aliud est, q̃ exponere album pro nigro.Ergo intelligo literam planè prout iacet.Certum est, neminem posse rem suam ita ab aliquo petere : si apparet eum dare oportere, &c. intelligo si apparet eum, scilicet petere dare oportere.

Glo.in uersic.magis.diuiditur in tres.In prima oppo.contra tex.In secūda soluit. In tertia per modum fallentiæ,remouet aliud contrarium ad tex.Secunda ibi:sed non.Tertia ibi: nisi iterum desineret.

In fin.glo.Stat ergo.ex glo.& tex. regula quòd vna res non
16 potest ex pluribus causis fieri mea. † sic qui semel est dominus,non potest amplius fieri dominus.Hanc regulam intellige primò esse ueram,secundum Dyn.hic, quem alij sequuntur,vt Ioan.Fab.& Ange.de Are.& Nicol.de Neapol.in 2.oppo.glo.quando essent plures causæ successiuæ: quia si ex vna consecutus est plenum dominium, non posset amplius dominium consequi. Secus autem si essent plures causæ eodem tempore cōcurrentes,per d.l.3.§.ex pluribus hic alleg. & ibi etiam notabiliter per Scribentes.Et iuxta hanc regulam,& limitationē Ioan.Fab.hic applicat nonnullas quæstiones,quas hic videatis p eū:& sunt de materia d.§.ex pluribus. & ex eis etiā aliquas habetis p Bar.in l.& an eadē.§.actiones hic alle.
17 † Secundò prædictam regulam limitat Nico.de Neap.hic in apost.tex. vt procedat qñ quis haberet directum dominiū: secus aūt si haberet dñium vtile, vel fictū. Allegat ad hoc vnā gl.quā non inuenio in l.qui mortis.ff.de dona.cau. mort. Sed habetis glo.in l.prima,in glo.j.C.de dona. quæ sub mo. Hæc tamen pro nunc aliter non executio.Videatis Cyn. post Petr. in l.eadem leg.in fine.C.de condic.ob caus. & ibi Bal. in j.q. & Dyn.in dict.leg.qui mortis. quam fortè voluit allegare Nicol.& quod no.Bar.in l.j.in princip.fin.col.ff.de dona.Et an ille,qui habet utile dominium tantùm,possit posteà sibi acqui-
g rere directum:tangit etiam Ioan.Fabr.g* hic, in quinta col. & consueuit poni in d.§.ex pluribus.
18 † Tertiò limitat,& mirabiliter,prædictam regulā in quarta col.vt procedat in dominio: secus autem sit in quasi dominio,& consequenter in Publiciana.quia quasi dominus bene potest fieri magis quasi dominus. Et consequenter vult Ioan. Fab.quòd quasi dominiū bene possit acquiri ex pluribus diuersis causis etiam successiuis. Et rationem diuersitatis inter dominium,& quasi dominium,assignat ipse Ioan.Fab.& satis coloratam : quia dominium est quid plenum, & ideo non potest compati secum aliud equè plenum:sed quasi dominiū est minus plenum, & ideo compatitur aliud minus plenum. similis ratio diuersitatis assignatur, quare tutorem habenti non potest dari tutor : & tamen habenti curatorem bene potest dari curator,per gloss. in leg. licet. C. in quib. caus. hab. tuto.& per gl.in §.interdū. in glo.mag.in uersicul.non potest.
19 ad finem suprà de cura.† Ego credo quòd ista limitatio Ioā. Fab.non sit uera,quamuis peregrina, & satis colorata ratione fundata,& contrarium in terminis reperio tenere Bartol. in d.l.3.§.ex pluribus,ad finem.ff.de acqui.possess.quia quamuis iura,quæ continent causam acquisitionis, possint esse plura,ut usucapio,Publiciana, & sic quasi dominium, & hypothecaria. l.creditor.§.si quando.ff.qui pot.in pigno. habe.tamen illa,quæ sunt quæsita per se,non possunt amplius multiplicari,ut dominium,& quasi dominium, & usufructus, & similia: ut ibi per eum.
h h*† Quartò potestis dictam regulam limitare ex traditis
20 per Bartol.& alios in l.j.C. communia de lega. & per Bartolum & alios in l.j.ff.de lega.j. ut procedat quando quis haberet de iure communi: secus si ex priuilegio speciali,per legē, in libello.§.si quis seruum.cum simil.ff.de cap. & post.reuer. & per l.in rebus.C.de iure dotium. quamuis multi contrariū teneant maxime nouissimi,ut Ioannes de Imo.in dict. l. prima,de quo uideatis in dictis locis : & Bartolus etiam in l. nemo rem suam,la secunda.ff.de uerbo. obligatio. & Baldus in d.l.in rebus.in 7.colum.Spec.in titu.de actio.& peti.§. sequitur.ver.illud quæro no.dignum.& in versi.sed quid in specie, cum duobus versicul.præcedentibus,& duobus sequētibus. & eundem Specul.in titul.de testa.in §.primis,uersi.in actione autem ex testamento.
21 † Quintò, & vltimò pro nunc potestis limitare prædictam regulam,vt procedat,quando quis haberet dominium incōmuta-

mutabiliter,& irreuocabiliter:secus si commutabiliter, & reuocabiliter:per tex.in l.in libello.§.si quis seruum . & ibi Bartolus.ff.de cap.& Barto.& clarius Baldus in l.quarta.C.quod metus cau.& Bartolus in dicta l. nemo rem suam.la 2. ad finem,de uerborum obligationibus.& Bartol. in l. sequitur. §. fructus.circa finem.ff.de usucapio.

Glo.in versi.odio.additione non indiget:& cum ea omnes simpliciter transeunt,nullo addito.Cum tamen glo.mentio-
22 nē facit † de infamia facti,& de infamia iuris: i videatis om
i ninò illum not.tex.& meliorem de Mundo,in l. honori. ff. de obseq.hic alleg.in gl.Et de infamia facti,qui sint eius effectus, videatis docto.vt Barto.post gl.in leg.j.ff. de infam. & plenè Bal.in l.j.C.de sum.Trinitate,& fide catho.in quinta oppo. in versicu.videndum est, quotuplex est infamia facti, &c. Videatis etiam Bal.in capitu.j.an remo.debe.test.qui pa. curiæ esse desie.vbi ponit triplicem esse infamiam facti,ut ibi per eum.
k Et qualiter probetur k infamia facti,ponit Specul. in titul. de inquisi.§.nunc tractemus.in uersicul. quid si ille. & Innocentius in capitul.cùm oporteat.extra de accu.

Item dum glo.dicit ꝙ interitu rei non liberatur: dicite rationem esse odio furis, eo quòd semper fur dicatur esse in mora. l.inter stipulantem. §.penultimo.ff. de uerborum obli
23 gationibus, & l. fi. ff.de tritica. † Morosus autem interitu rei non liberatur.l.si ex legati causa.& l.nemo rem suam.la j. §. fin.ff.de uerbo.obligatio.l.quod te.cum materia.ff.si cert.pe. Item dum glo.ista in fin.dicit vnam tolli per aliam : videatis etiam glo.not.in l.tres tutores,in princ.in uer.hac actione.ff. de administratio. tuto.

Glos.in uersic. si apparet.quam diuido in quatuor partes. In prima declarat tex. In secunda contra text. multùm fortiter opponit. In tertia soluit vno modo. In quarta, alio. Secūda ibi:sed videtur hoc stare non posse. Tertia ibi:sed dic relationem. Quarta ibi:vel dic agi etiam ad dandum.

In eadem glo.ibi:l.siue possidetis.Not.Ang.de Are.hìc, ex
24 hac glo.† ꝙ olim dominus,hodie præsumitur dominus. Idē & latiùs tenuit gl.in d.l.siue possidetis.in uer.cōstituti. C.de proba.& ibi Barto.& alij plenè.& glo.in ver.diutius.in capi. cùm ad sedem.extra de resti.spolia. & ibi Canonistæ, maximè dominus Antonius.Dicite ut per eos in dictis locis.& Angelus de Are.hìc, qui etiā satis impertinenter, & extrauagan
25 ter ponit,† an qui olim possidebat hodie præsumatur possidere.Quod etiam latè examinat Bald.hìc.Videatis hic p eos, & gl.in uer.constituti.in dicta l. siue possidetis . & ibi Bartolus,Baldus,& latiùs Salicetus,& glo.in l.si minorem. in glo. fin.C.de integ.resti.minor.& Bartolus in l.quidā.in suo.ff.de cōditio.institu.& latè Salicetus in l. non ignorabit.C.ad exhibend.& per Ioannem Andream , & ibi per alios in dicto ca. cùm ad sedem,extra de restitu.spol.

26 † Tangunt etiam circa prædicta extrauaganter Bal.& Ang. de Aret. hìc,an, & quando possidens præsumatur dominus, vel quòd de præterito fuerit dominus: & sic an qui possidet hodie rem ut dominus,præsumatur ex possessione dominus. Et finaliter ambo ponunt in hoc vnam theoricam Bartol. de uerbo ad uerbum in dicta l.quidam in suo.ff.de condi.institu.vbi etiam Bartolus refert omnes gl.illas de quibus isti hic particularem mentionem faciunt. vide ibi plenè per Bartolū cum quo etiā in effectu tenet Baldus in l.indicia.C.de rei uendicatione.dominus Antonius in dicto cap.cùm ad sedem. & Baldus in l.non ignorat.C.qui accusa.non poss. & Angelus in leg.qui uias.per illum textum.ff.de damno infecto.& Bart. in l.apud Trebatium.§.neque.ff.de aqua plu.arcend.& Bartolus post gloss. in leg. communi diuidundo. §. inter prædones. ff. communi diuidun.

27 † Et ad materiam , an & quando ex possessione præsumatur dominium , maximè quando incidenter deducitur in iudicio:videatis latissimè per Baldum in l.j.in 9. & 10. colum-
28 na.C.qui accusare non possunt.† Et notate quòd quando ex possessione quis præsumitur dominus, illud tantummodo procedit,si allegetur,si non aliter.Ita no.Bal. in l. etiam.in 3. col. versi.& nota,licet possessor.C.de executione rei iudicatæ.

29 †Item nota quòd ille,qui possidet,habet præsumptionem pro se quòd præsumatur se credere dominium. Ita notat Bal. in l.prima,in j.colum.C.si de momen. pos.fue. app. referens ita tenere Cyn. in l. cum alienam. C. de leg.

30 † An autem ex detētatione præsumatur possessio: l uide Innocentium tenentem ꝙ si ex detentatione corporali, nisi con
l stet alium possidere,in ca.2.extra ut lite pend. & illum refert apud Legistas Bald.in titu.de pace constan. in uerbo, recuperauit.& Baldus in leg.j.in penulti.colum.C.de ser.fugit. & in leg.etiam.in septima column.C. de execu.rei iudi. & in leg. 2.in 6.colum.C.ubi in rem actio.

31 † An autem ex possessione naturali præsumatur ciuilis:ponit Bald.in dicta leg.prima,in fine colum.C.de ser.fugit.& tenet quòd sic,per notata in leg. stipulatio ista habere licere. §.
32 hæc quoque.ff.de verbo.obligationi.† Et an probata possessione simpliciter, præsumatur probata cum qualitate possessionis allegata,ponit Bald.in dict.leg.indicia.C.de rei uendi. & Barto.in leg.si prius , in princ. tertiæ partis principalis. ff. de oper.no.nunciatio.

33 † In fine glo.pro clara intelligentia difficultatis,quæ tangitur in hac glo. & eorum , quæ posteà in eadem subijciuntur, reassumo argumentum,quod glo. hic facit, & eius solutionem.Glo.fortissimè arguit contra tex.in hunc modum:Nulla actio pōt ad impossibile dari:sed impossibile est rē meam mihi dari:ergo impossibile est quòd etiam odio furis agatur ad dandum id,quod meum est,& in quo dominium habeo. Glo.huic difficultati dupliciter respondet.Primò concedēdo oppositionem,quòd hæc actio personalis , scilicet condictio furtiua, quæ odio furis competit,datur non ad dandum, sed ad restituendum rem. Contra istā solutionem multùm urgēter videtur facere hic text. ibi: si apparet eos dare oportere, &c. qui uidetur præsupponere , quòd imò odio furis agatur ad dandum.Glo.uoluit ad hoc respondere. & dicit Ioā Fab. quod glo.nesciens in lucem euadere,conuertit se ad obscura ne videatur,aut intelligatur:& respondet, relationem faciendam esse ad genus non ad speciē:quasi dicat,ea actione personali,per quam aliàs agitur ad dandum: hìc agitur ad restituendam.Ista sunt formalia uerba glo. sed multum obscura. Ioan.Fab.hic,& bene, quem etiam simpliciter sequitur Ang. de Are.dicit quòd gl.voluit dicere quòd tex.iste in uersi. plane.in illis uerbis,Si apparet eos dare oportere,&c. nō est referendus in specie ad condictionem furtiuam,de qua statim locutus est in dicto uersicul.plane.sed est referendus ad condictionem in genere:& sic prout condictio est genus:& sic prout ponitur pro omni alia actione personali. Quasi dicat glo. Fur tenetur condictione furtiua ad restituendum sicut tenetur quilibet alius alia cōdictione, siue actione personali ad dandum,si appareret eum dare oportere:ita quod illa verba, Si appareret eum dare oportere:non referuntur ad cōdictionem furtiuam,sed ad aliam condictionem,siue aliam actionem personalem in genere . Hanc primam solutionem ita declaratam,saltem ex intentione glo.quamuis,iudicio meo , multùm ad ballistam impugnant communiter docto.hic,quia nimis uiolat tex.& dicit Ioann.Fabr.quem simpliciter sequitur Angelus de Aretio , se credere quòd ille , qui composuit textum,nunquam in æternum illud cogitauit,quod gloss.ista quodam modo videtur istud somniasse.Sed,& quod fortius, etiam posito quod text.ita posset cauillari , adhuc ista prima solutio glo.nullo modo posset procedere quòd agatur ad restituendum,non ad dandum , vna clara ratione , quam ponit Dyn.hic, & alij sequuntur:nam exceptio debet esse de contētis sub regula.§.ut autem lex.in Auth.de nō alie.l. nam quod liquide.§. fin.ff. de penulti.lega.Bartol.in l.in his,quæ contra rationem.ff.de legib.post glo.ibi.& Bar.in l.prima.ff. de reg. iur.& Dyn.in rub.de regu.iuris.lib.6. Modò in principio huius.§.posita est vna regula circa actiones personales,quòd nemo potest agere actione personali ad dandum sibi rem suā: posteà in uersicul.plane.ponitur exceptio,in fine, odio furis. Vt ergo exceptio sit bona, & sit de contentis sub regula,necesse est intelligere hunc text.in uersicul plane. ut in eo odio furis agatur condictione furtiua : & sic actione personali ad dandum,non autem ad restituendum,prout dicit gl.quia tūc non esset bona exceptio , nec esset de contentis sub regula,ut prædixi.Item dum gl.in hac prima solutione vult,ꝙ mirabile sit,& speciale in condictione furtiua,quòd per eam petam rē meam restitui:voluit dicere gloss.quòd specialis sit,hoc,quia

nulla condictio competit domino pro restitutione rei suæ,nisi ista:unde si aliquæ aliæ inueniantur,quæ competunt ad restituendum,uerum est ꝙ competunt non domino,sed ipsi domino minimè.Istud etiam reprehendit Ioan.Fab. & benè:quia imò etiam reperiuntur aliæ condictiones,quæ dantur domino pro restitutione rei suæ: vt condictio sine causa, iuxta leg. rerum quidem amotarum: ut §. primo. ff. de re. amotarum. Item cōdictio indebiti:sit l.si vrbana.& l.indebiti.§.primo.ff. de condi.indebi.& l.si procuratori.ff.de condictio. ob causam. Item certi condictio generalis: vt l. certi condictio. in princi. in versicul.competit. ff. si certum petatur. Item & triticaria: ut leg.prima,in uersicul.& generaliter. & leg. secunda. ff. de condi.triti.imò,secundum eum,generaliter idem est in quacunque condictione:quia quælibet condictio generaliter degenerat contra furem.De quo ultimo dixi suprà me dictur ū: & ibi dicam infrà in gl.in uersicul.in rem.

34 † Secunda principalis solutio gloss. nostræ ad prædictā difficultatem, est, ꝙ odio furis agatur ad dandum possessionē. Et sic vult gl.ꝙ odio furis agatur condictione furtiua ad dandum,non ratione dominij,sed ratione possessionis.Qua solutione vtitur in simili in alio proposito gl.in communi reputata singularis,in §.j.qui incipit,sed nostra.in glo.in uerbo. per hypothecariam.ad fin.suprà de legat. Hæc solutio reprehenditur communiter per docto.maximè Ioan.Fab.Nic. de Neapol.& Angel.de Aret. quia secundum hoc nihil esset speciale odio furis, cùm generaliter, & regulariter possessionem rei suæ quis possit condicere,saltem per triticariam.l.2.ff.de tritica.& l.indebiti.§.sed & si nummi.ff.de condict.indeb.vnde nihil esset speciale in condictione furtiua odio furis:quod est de directo contra istum text. In hac summa difficultate Dyn. hìc in secunda,& etiam in 4.colum. tenet per verba multùm intricata,prout etiam dicebat Nicol.de Neapol.hìc,ꝙ in isto ver.planè. etiam odio furis non agatur ad dandum: quia eēt impossibile,& etiam contra text.in l.scire debemus.§.si à fure.ff.da uerbo.oblig.vbi secundum eum,est casus,ꝙ quis non potest à fure stipulari rem suam sibi dari:imò stipulatio est inutilis:quia quod suum est,non potest amplius suum fieri. Agitur ergo in text. isto ad restituendum ratione proprietatis odio furis, ubi aliàs in alijs actionibus personalibus agitur ad restitutionem ratione possessionis,nō autem ratione proprietatis.Et cum Dyn.tenet etiam Angel.de Aret. hic.sed Dyn.& post eū Ang. de Are.inaduertenter incidunt in errorē gl.quā proximè reprehendebant; quia si in isto versic. planè. in quo ponitur exceptio,ageretur ad restituendū,quomodocunque agatur siue ratione proprietatis, siue possessionis: quomodo exceptio esset de cōtentis in regula posita in principio huius §.& sic quomodo exceptio? esset bona prout suprà dicebatur post primā solutionem glo.nostræ?Nicol.de Neapo.hìc,in tertia oppo.glo. refert varias opiniones antiquorum doctorum quas oēs ipse reprobat: postmodū nihil firmat,& nihil sequit, sed simpliciter dicit videnda esse,q̄ ponit Rayn. de Forl.in d. l.scire debemus.§.fina. Ioannes Faber etiam plures alias opiniones & responsiones ponit:sed nullam habet,iudicio meo quæ sibi benè firma videatur. Ego in hac difficultate teneo ꝙ in isto ver. planè.odio furis agatur ad dandum, prout textus noster vult,& vt sit bona exceptio,prout suprà dixi.Et ita etiā expressè firmat Bartolus in dict.l.scire debemus.§.fi. per istū textum.& tenent etiam Ioannes Faber hic, & sequitur etiam

m Ange.de Are.m * Nec obstat argumentum glos. nostræ suprà formatum,ꝙ impossibile est ꝙ petatur res suā sibi dari: quia nescirem aliud respondere,nisi prout etiam respondebat Ioannes Faber hìc, ꝙ quamuis sit impossibile rem meam mihi dari,nihilò minus hæc petitio admittetur contra omnem rigorem iuris,odio furis.Et benè uerum, ꝙ si res furto subtracta non extabit, quòd tunc etiam effectualiter erit benè actū ad dandum:cùm effectualiter à iure non possit consequi nisi æstimationem,iuxta l.in re furtiua.& ibi Bartolus.ff.de condictione furtiua.in qua æstimatione certum est propriè eadem dari.Si autem res furto subtracta extaret, tunc quamuis admittatur petitio ad dandum,odio furis,contra omnem rigorem iuris:tamen effectualiter non poterit à iure cōdici per cōdictionem furtiuam,nisi rei restitutio.Et ita tenet Barto. in d. l.scire debemus.§ final.& etiam Angel.de Aret. hic. Et videatis quæ dicit Barto.post Iacob.Butriga.in leg. si quis nec causam.§.res pignori.ff.si certum petat,non obstat l. scire debemus.§.final.allegata suprà per Dynum in contrarium : in qua secundum eum est casus,quod quis non potest stipulari à fure rem suam sibi dari:quia respondeo,ꝙ ita est casus, secundum intellectū ipsius Dyn. quem etiam ibidem dedit ad illū textum:sed ibi communiter reprehenditur ut per Barto.& alios,& secundum intellectum,quem ad illum tex.ponit Petr. de Bel.& sequitur Barto. & communiter alij, & est communis intellectus.ibi erit casus pro opinione,quam suprà proximè tenui:nā ibi communiter tenetur quod in tex. in secundo responso, ꝙ illud quod est meum,possim stipulari mihi dari a fure ex causa furtiua:secus si simpliciter,ut ibidem latiùs videatis:quamuis ita teneant, eo ꝙ nihil tutius tenendum occurrat.tamen vnum est,quod me multùm turbat contra prædictam opinionem,quia secundum prædictam opinionē parua vtilitas,imò nulla sequitur in effectu, ꝙ odio furis admittatur petitio contra eum ad dandum pro re propria: quia ēt contra alium quemcunque sustineretur petitio, qua peteretur res propria dari:& impropriaretur pro tradi: † cum pro

35 sustinendis petitionibus, & libellis licitum sit uerba impro-

n priare,iuxta ea,quæ dixi vobis in §.omnium. n in materia libellorum,suprà eo. Et si diceres quòd contra furem admittitur illa petitio absque impropriatione : dico tamen ꝙ in effectu nulla est utilitas:& sic istud,quod in uersic.planè.esset inductum odio furis,in effectu est sine fructu.Cogitabis.Respōdere potestis,ut not.textus hìc,ꝙ odio furis,ut pluribus actionibus teneretur,statutum est, vt certæ condictiones competant.& sic actiones personales: quod uidetur impossibile, & etiam rei uendicatio,quod in alijs cessaret.

Glo.in uerbo,in rem.diuiditur in tres.In prima declarat textum.In secunda per modum notabilis illum extendit.In tertia quærit,& dupliciter respondet. Secunda ibi : item nota ꝙ hic §.Tertia ibi:sed nunquid etiam rem suam.

In eadem gl.ibi:in quolibet malæ fidei possessore.hanc gl. expressè not.Ioan.de Imo.in l.scire debemus.in §.final.in prima col.ff.de uerborum obligationibus.Et illam habet pro ual-

36 de notabili ad hoc,† ꝙ illud,quod dicitur,ꝙ omnis cōdictio degenerat,id est, perdit, & mutat propriam naturam contra furem l.final.ff.de vsusfruct.quemadmodum caue.& dicā statim,habeat etiam locum in quolibet malę fidei possessore rei alienæ.Addite etiam Barto. in terminis ad hoc allegantē istū text.cum glo.in dicta l.si quis nec causam. §.res pignori.post glo.ibi in verbo,condici potest.ff.si cert. peta. & ibi Bartolus dixit hoc esse tenendum mēti.& sequitur etiam Ang. de Are.

37 hìc.An autem † id,quod proximè dixi, sit ita simpliciter, & indistinctè verum,ꝙ omnis condictio degeneret contra furē, ponit Nicol.in apost.tex.& latiùs in prima quæstio.extra glo. post antiquos docto.& finaliter concludit,& benè,ꝙ sic. Accedant quæ dixi suprà in gloss. præcedenti post Ioannem Fabrum in reprobatione primæ solutionis glo. ibidem positæ. Et qualiter intelligatur ista regula, quòd omnis condictio degenerat contra furem:declarat Ioan.de Imo. in d.l. scire debemus.§.finali,ibidem videatis.

38 † In eadem glo.ibi.sed §.sed si nummi. hoc multum mandas teneri menti Barto.ibidem:quia secundum eum,istud tibi sæpe occurret de facto, quando fit aliquis contractus, & inualidus per minorem, uel ecclesiam, uel aliam personā & eius vigore possessio tantùm in alium transfertur:iuxta l.j.§. si vir vxori.cum ibi notatis.ff.de acquirend. possess. ꝙ poterit repeti possessio per condictionem indebiti, ut ibidem est casus notabilis.Addite Bar.& latiùs.in l.si alienam.ff.solut.matrimonio.ubi ibi tenet.& dicit se ita de facto dixisse in ecclesia,quæ rem vendiderat,non obseruata solennitate debita, & eam tradiderat: vt ibi per eum.

39 † In fin.glossam primam approbant hic doctores,ut Ioan. Fab.& Angel.de Are. quia per condictionem sine causa non agit dominus ad dandum,nisi contra furē,& malæ fidei possessorem:sed ad restituendum.Accedat quod not.glo.fina. in l.fina.ff.vsufruct.quemadmod.caue. hic incipien.gloss. verb. appellamus.

40 † Gloss.in uer. quibus.in fin.dicite ꝙ effectualiter primam approbant docto.hìc,ut Ioann.Fab.& Ange.de Aret. quia in isto

isto §.solùm loquitur Imperator de illis actionibus personalibus,quæ competunt ad dandū.Istæ autem,de quibus gloss. mentionē facit,competunt ad reddendū,seu restituendū.l.3. §.si reddita.& l.eū qui.§.si rem inspectori.ff.cōmo.cum simi. Sunt etiam aliæ condictiones, quæ competūt ad liberandū, vt quis liberetur,iuxta l.qui sine.ff. de condi. sine causa. Aliæ ad repetendum quod factum est:& istud est regulare, ut condictio ob turpē cām,& cōdictio sine cā:ut in titulis apparet.

41 †Gl.in verbo,Denuntiare,in fine,benè dicit:& cum ea trāseunt doct.vt Ioan.Fab.& Ange.de Aret.hìc, & hanc reputat vnicam,& singularem Ange.de Are.hìc.Ad istud, ꝙ debitor antè quàm conueniatur in iudicio, non est primò extra iudicium interpellandus de necessitate,sed tantum de vrbanitate,benè facit ille moralis tex.in l.quidam Hiberus. hìc allegata in glo.cuius moralitatem ibi notat,& commendat Bartol. Et idem quod de vrbanitate tm̄ sit primò debitor extra iudicium interpellandus,tenet etiam Bal.in l.debitores.C. de pigno. vbi formaliter inquit,ꝙ de vrbanitate ante ingressum iudici est conueniendus extra iudiciū,& debet requiri, per illū tex.ut d.l.quidam Hiberus.Et idem etiam tenet gl.j.in princ. in d.l.debitore.quamuis in fine vacillet in alijs terminis, scilicet in debitore volente vendere pignus: quo casu benè de necessitate fienda est denuntiatio:vt ibi per Bart. & pro hac gl. ꝙ de vrbanitate tantum sit primò debitor extra iudicium interpellandus,adducit Ange.de Are.hic vnum fundamētum, in quo multum lædatur.Nam si de necessitate requiritur semper interpellatio extraiudicialis,certè † cùm per interpellationem extraiudicialem debitor constituatur in mora.o vt est glo.in l.qui Romæ.§.cohæredes.in gl.paruula,in verbo,testato.ff.de verbo.obligatio.& glo.in l.vinum.in gl.magn. in primis uerbis.ff.si certum petat.& glo.in l.fideiussor obligari. §.finali.in uerbo,Reus.ff. de fideiuss. sequeretur ꝙ nūquam in iudicio,per litis contestationem quis posset in mora cōstitui: & consequenter sequeretur ꝙ frustra factæ essent illæ leges, quæ ponunt quòd per litis contestationem quis constituatur in mora:vt in l.si ex legati causa.& l.si seruum.§.sequitur & l. mora.ff.de uerbo.obligatio.& l.mora.in prin.& l.videamus. §.si actionem.ff.de usuris.& tex.in l.si in Asia.§.fin.ff.depo. & leg.quod te.cum materia.ff.si certum petat.Nam cùm primò esset commissa mora per interpellationem extra iudicialem, non posset amplius in mora constitui,vel saltem non esset opus ꝙ posteà mora cōmitteretur per litis contestationem, & esset frustratorium.Vnde,secundum eum, tot leges remanerent correctæ,vel saltem inanes:quod non est dicendūm. Sed certè,iudicio meo,fundamentum Angel. in quo tantùm gloriatur, non valet vnā fabē:quia imò etiā quando quis est cōstitutus in mora per interpellationē extraiudicialem, adhuc tamen potest denuò in mora constitui per litis contestatione,nec ista secunda erit frustratoria,vt ipse dicit, imò erit maximi effectus:quia cùm sit grauior mora,difficilius admittetur eius purgatio,iuxta tradita in leg.si insulā. cum materia. ff.de verbo.oblig.Quicquid sit, non discedo à cōclusione gl. nostræ,quæ videtur communis.† ꝙ debitor non si de necessitate antè q̄ in iudicio conueniatur, primò extra iudicium interpellandus.p * De quo tamen videatis multa latè, & plenè per Ioannem Andream,& ibidem per Panor.in capitul.licèt Heli. extra de simo.

(margin: 42 beside "per interpellatio extraiudicialis"; o beside "tionem extraiudicialem"; 43 beside "nostræ,quæ videtur communis"; p beside "terpellandus.p")

Hanc tm̄ conclusionē glo. limitate non procedere,quando quis vellet agere cōtra maiorem,siue superiorem suum: quia tunc antè,quàm currat ad litigandum, debet prius admonitio præcedere.tex.est in l.si manumissori.C.de obse.& ibi gl. in versi.non protinus. quæ etiam ad hoc allegat multos text. Decreti.& ibi etiam in terminis hoc not. Bal.& reputat tenēdum menti: qui etiam dicit quod in factis armorum nunquā debet perueniri ad bellum,nisi præcedente admonitione, & diffidatione:aliàs diceretur proditoriè agi. Et ita dicit notare Ioan.And.in cap.j.de homi.lib. 6. & idem etiam dicit Bal. post Hostien.& Ioan.And.in Authē.item nulla communitas. C.de episco.& cle.& alibi dicit Bal.in leg.penult. in 13.colū. C.de exec.rei iud.& in l.2.C.de serui.& aqua, quod nullū bellum est licitum sine diffidatione. Fortè posset dici quòd etiā in dict.l.si manumissori.admonitio fiat ex vrbanitate, & non necessitate:vt in superioribus dictum est.

44 † Item hanc gl.nostram dicit Ioan.Fab.hìc, facere ad notabilem quæstionem, quòd si aliquis facit te vocari ad iudicium,petens abs te,puta centum, quæ sibi debebāt, & tu requisitus incontinenti confitearis debitum,& offeras te paratum soluere,an tenearis ad expensas,an uerò excuseris, quia dicas quod etiam si antè fuisses requisitus,quòd soluisset. Finaliter concludit Ioan.Fab. quòd necessaria sit denuntiatio, ad hoc ut quis teneatur ad expensas.Ego addo.not. Bald. in terminis pulchrioribus idem decidentem in leg.nō ignorat, in versi.modò ego quæro,pone actor fecit expensas,&c.C.de fruct. & litis expens.vbi decidit quòd si actor fecit expensas in recolligendo instrumenta à tabellione, quòd istas expensas non poterit recuperare à reo: quem prius non requisiuit an vellet soluere:sed debet illum prius admonere. Idem etiā tenet Ange.in l.2.C.de obsequijs.& Idem Angel.in d.l.debitores.C.de pigno.Idem tenet do.Ant. de But.in capit. j.extra de lib.oblat.in c.nouit.extra de iud.& Gul.de Cu.in l. edita. C.de eden.& ibi Salicetus.& idē etiam Bal.in repet.& idem etiam tenet Bartolus aliàs Bal.in l.prætor ait.§.j.ff.de eden.& Spe.in tit.de renun.§.j.circa princip. Et in istis locis traditur illa generalis regula & practicabilis, quòd si debitor non fit primò extraiudicialiter interpellatus ad soluendum debitū, quòd non tenetur ad aliquas expensas,si immediatè recepto libello dicat se uelle soluere,& non contendere. Et ita etiam in hoc vltimo tenet Ange.de Aret.hìc.

q q * † Extra glo.restat vltimò ad complementū præsentis §.
45 vt videamus qualiter formandus sit libellus in condictione furtiua de qua in hoc §.principaliter est habita mentio.Et eius formam ponit plenè Spec. in tit. de fur. secundū quòd eū refert Nic.hic.in 2.quæst.extra glo.Et ex mente docto.hic potestis ita concipere libellum:Ago contra Titium,vel eius hæredem,quòd animo furandi,rem talem mihi surripuerit, cuius ego sum dominus,uel saltem eram dominus tēpore, quo res fuit mihi furto surrepta.per l.siue manifestus.§. tādiu. cū l.sequen.ff.de condi.fur.& posteà in conclusione possum concludere:Quare peto dictum Titiū furem, vel eius hæredē cōdemnari mihi ad dandum dictam rem,si extat:& si nō extat, ad eius veram æstimationem:iuxta l.si pro fure.§.fina.& l.in re furtiua.in princip.ff.de condi.fur.Est benè verū quòd ma-
46 gnum dubium est,† an,& quando res furto subtracta perijt, ita quod præstari non pōt,nunquid nihilo minus ipsa res peti possit,an uerò necessariò sit petenda æstimatio. & gloss. in dicta l.in re furtiua.in princi.in ver. æstimationis. tenet quòd res ipsa, quamuis desierit in rebus humanis extare, petetur: sed posteà fiet condēnatio,& solutio in æstimatione.Barto.in d.l.in re furtiua.in princip.& in l.cùm seruus.ff. de condi.ob cau.& multùm latè in l.stipulationes non diuiduntur. in 6.q. ff.de verbo. obli. tenet quòd quando res furto subtracta perijt,quòd nihilominus possit agi ad ipsam rem: itē quòd possit agi ad æstimationem.Et idem etiam tenet Spec.in tit.de libelli concep.§.ad eius.ver.item nota.& in tit.de ob. & sol. §. sequitur.ver.quid si perijt.Et ita est tenēdum quicquid teneat Ioan.Fab.hic:quāuis Inno.in c.sacro.extra de senten.excom. contrarium de directo teneat:ubi voluit,quòd si certum esset furto rem subtractam non extare, quòd necessariò deberet peti æstimatio:& si res peteretur,quòd malè peteretur:quàmuis gl.etiā in l.rei iudicatæ.§.j.in ver.pecuniariā.ff. sol. matri. quam ibi Ioan.de Imol.reputat singularem, teneat ꝙ quando res amota per vxorem marito desijt extare, quod tunc cōdicatī æstimatio,non autē ipsa res teneatis quod suprà proximè tenui. Et per ista remanet expeditus præsens §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a * Adde tex.in §.sed si rem legatarij.Insti.de lega. & l.3.§. ex pluribus.ff.de acqui.pos.Sardus.

b RELINQVITVR] Adde Fel.in c.quāto.de psumpt.

c TRANSFERRE] Adde Fel. in c. si cautio. circa medium j.col.de fide instrumen.& Francis.Are.in l.dedi.de condi.ob cau.& Dyn.in consil.j.

d * Aduerte quòd quamuis qn̄ ex vtraque parte promittitur dare,

dare, fit contractus innominatus, vt dict. l. fi. de condi. ob cau. istud procedit, quando expressè inter partes agitur, vt vterque teneatur ad dandum, aliàs si cùm inter partes ageretur de celebrando contractum emptionis & venditionis apposi tum esset verbum dandi respectu speciei venditæ, illud impropriaretur, vt importaret traditionem: quia non est vero simile venditorem im plus velle se obligare quàm ex natura contractus teneatur: vt l. si stipulatus. ff. de vs. & ita declarat Bar. in l. 1. C. de rer. permut. & infrà ponit Ias. ex mente Imolæ, sed non ita clarè. Carcassona Sardus.

e * Adde quod ante Bal. istud in terminis decidit Bartol. in l. cum mota. in 2. col. ver. ex his habes notare. C. de transact. quod promittens fundum simpliciter, teneatur ad dandum, per d. l. si ita. §. 1. de contrahen. emp. Carcassona Sardus.

f * Aduerte quòd Plac. opin. declarata, vt infrà statim declarabo, non videtur ita ridicula, prout Doct. illam faciunt. nam non potest quis rem suam ita ab aliquo petere concipiendo libellũ, si apparet eum dare oportere: quia res mea, amplius mihi dari non potest: & quia conuentus ad dandum tenetur actione pesonali: at eum, qui possidet rem meam, non possum actione personali, & sic condictione, conuenire, nisi fur esset, odio furis, quo pluribus actionibus teneatur. Et sic contra furem talis libellus, si apparet eum dare oportere, procederet, vt circa fi. istius §. & quod dicebat Plac. quòd essent verba cuiusdã actionis, expone, i. libelli, put exponũt doctores. in l. edita. C. de eden. Et quòd ita non possit peti res sua, nisi à fure, patet: quia si dicerem, in libello rem esse meam, & eum mihi dare oprtere, implicarem contrarietatem: & tanquam contraria allegans essem repellendus. cap. solitudinem. extra de appel. & per doctor. in l. 1. C. de fur. Et si ita voluit dicere Placent. eius intellectus satis videtur huic literæ germanus, & omnes intellectus & declarationes istorum doctorum differunt in verbis, sed non in effectu. Expone igitur prout volueris. Carcassona Sardus.

g * De hoc quòd habens vtile dominium possit acquirere directum, est casus, & ibi notant doct. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquir. hæred. Nam ille, qui per bonorum possessionem nactus est iura vtilia. §. quos autem. suprà de bon. pos. potest adire hæreditatem, & nãcisci iura directa, vt dict. §. sed quid si mandauit. ponit idem Iason in l. puberem. C. de iur. delib. Carcasson.

h * Adde quòd do. Ias. mirabiliter certè errauit in reprehensione Ioann. Fab. in hac tertia limitatione. & Bartol. idem tenet in dict. §. ex pluribus. quòd dicit Fab. hic, & idem Ias. sibi contrarius, sequitur hanc limitationem in dict. §. ex pluribus. colum. fin. & allegat Ioann. Fab. in hoc §. pro concordanti cũ Bartol. & hanc limitationem communiter approbãt doctor. Et ratio qua Ias. nitebatur hanc fallentiam impugnare, est fundamentum istius conclusionis. nam iura, quæ continent acquisitionis causam, possunt esse plura: vt per Bartol. in loco suprà alleg. & per Ias. hic. sed quasi dominium continent acquisitionis causam, vt vidimus suprà latè in §. sed istæ. in materia Publicanæ: ergo potest quis ex pluribus causis habere quasi dominium. Ant. Ang. Carcassona Sardus.

i IVRIS] Quid autem sit infamia facti & iuris: vide Fel. in c. testimoniũ, in 5. col. uer. quomodo autem. de testi.

k PROBETVR] Vide Fel. in ca. inquisitionis. §. quæsiuisti. in fine de accusationibus.

l POSSESSIO] Adde Angel. in l. qui uias. la. 1. de dam. infect. & Alexand. de Imol. in l. rem alicui. de pigno. act. & Old. in consil. 208.

m * Aduerte quia declarando hunc text. suprà declaraui. in 3. colum. quòd illa uerba, Si apparet eos dare oportere, sint uerba libelli, hoc erit speciale odio furis, ut quamuis agens contra non furẽ, & dicens eum sibi dare oportere, petendo rẽ suã, sit tanquã cõtrarius repellẽdus. c. solicitudinẽ. extra de appell. l. 1. C. de furt. agens tamẽ contra furẽ non repelletur, quãuis dicat, rem suã sibi dari oportere, ut in hoc tex. Nec obstat quod infrà dicit Ias. quod uerba libelli impropriantur, nõ solùm agendo cõtra furem, sed etiã agendo contra quoscũque: ut l. si olei. C. loca cum similibus. quia dico illud uerũ esse, ubi quis non esset sibi cõtrarius: sed si est contrarius, repellet: arg. ubi pugnãtia. ff. de reg. iur. iuncta l. cũ precũ. C. de lib. caus. sed agendo contra furem, odio furis; & si uerba sonent contrarietatem, impropriabuntur Carcassona Sardus.

n IN §. OMNIVM] Quem uide in num. 169. & ibi uide quod fuit per me dictum in apostil.

o IN MORA] Quod intellige uerũ quãdo debitor sit obligatus iure actionis, ut dicit Bar. in d. l. qui Romæ. §. pen. Secus uerò si tenetur iudicicis offi. Pro quo uide do. Alex. de Imo. in d. l. si ex legati cã. & in l. interdũ. §. fi. eo. tit. Frã. Aret. in l. pactum, quo. C. de pact. & Fel. in c. iudic officium. de off. iud.

p * Videas gloss. final. & ibi Bart. in leg. creditores. C. de pignor. Sardus.

q * Vide ad confirmationem suprà dictorum Bar. in l. si quis inficiatus. ff. deposi. Sardus.

SVMMARIA IN §. SEQVENS illa diuisio.

1 *Mistum sub simplicibus non continetur.*

2 *Certi codictio ex mutuo, & ex stipulatione quãdo detur.*

3 *Duas certi condictiones an sit dare.*

4 *Actio ex empto, & alia hic enumerata, an sint pœnales.*

5 *Actio in duplum quando competat. 6.*

7 *Extensio ex identitate rationis an sit licita in pœnalibus. 8. 9.*

10 *Libellus in actione ex mutuo, qualiter formandus sit. 11.*

12 *Agens ex mutuo quamuis in libello ponat se dominum, tamen dominium habet necesse probare.*

13 *Creditori ex mutuo agenti an possit opponi, Tu non fuisti dominus.*

17 *Libellus qualiter sit formandus quando super mutuo interuenisset stipulatio.*

18 *Libellus in actione commodati qualiter formandus. 19.*

20 *Commodatum quando dicatur.*

22 *Commodatum & precarium qualiter differant.*

24 *Scolaris si pignorat suum librum pro socio, vel sibi commodat vt eum pignoret, an possit agere contra socium vt eum luat.*

25 *Precarium ad quandocunque ad libitum concedens reuocari possit. 26.*

27 *Libellus in actione depositi qualiter formetur.*

28 *Libros fuisse in capsa tempore depositionis qualiter debet probari. 29.*

30 *Depositum non esse, nisi gratis fieret.*

31 *Libellus in actione depositi, quæ competit ad duplum, qualiter sit formandus.*

32 *Libellus in actione mandati qualiter formetur.*

33 *Mandatum nomini mandantis censetur esse factum, licet factum fuerit pòst longo interuallo.*

34 *Mandatum, si mandaui tibi vt Titium occideres, & tu ex interuallo occidisti, an præsumatur durare.*

35 *Mandato tibi quòd emas domum pro me, si tu dixisti, Da mihi pecuniam, ego non dedi tibi tam citò: vnde tu emisti pro te, & tuo nomine: quid iuris?*

26 *Mandato tibi quòd emas pro me certum fundũ, qui erat pro parte tuus, pro certo pretio, emptis partibus aliorũ compelleris & tu inuitus tanti partem tuam vendere?*

37 *Actio pro socio ad quos effectus datur. 38. 39.*

40 *Libellus in actione pro socio qualiter formandus sit. 41.*

42 *Rationes reuideri quando inter socios possit peti.*

43 *Rationem reddi an petere possint illi, qui dant pecuniam mercatoribus ad dimidiam partem lucri, & damni.*

44 *Mercatores accipientes pecuniam ad partem lucri & dãni, si dicant sustinuisse damnum furti, rapinæ, vel incendij, de his fidem facere tenentur.*

45 *Societas si sit contracta quòd vnus ponat pecuniam, & alius operam: an ille qui pecuniam contulit, in societatis diuisione*

diuisione capitale saluum habere debeat. 46.

47 *Socij duo si acceperint quædam prædia ad laborerium, & vnus eorum habeat duos filios, qui similiter laborẽt, alius verò nullus habeat filios: qualiter diuidẽt quæsita.*

48 *Sociorum si vnus negligat reficere rem cõmunem, & alter reficiat, an negligens, & non soluens partem impensarum reficienti intra quatuor mẽses, dominiũ perdat.*

49 *Libellus in actione empto & vendito qualiter formandus sit, & de eius positionibus.*

50 *Libellus in actione ex locato, qualiter sit formandus.*

§. SEQVENS ILLA diuisio.

ISTE §.vsque ad §.quæd.multis, & varijs modis diuiditur, & subdiuiditur per docto.hic, vt per Nic. & Angel.de Aret. Ego diuido eũ aliter, & melius, quàm ipsi faciant, in duas partes principales, vsque ad dict.§.quædã. In prima ponit Imperator vnã principalem diuisionẽ actionũ in genere. In secunda illam in specie declarat. Secũda ibi propè principiũ: rei consequendæ causa. Illa secũda subdiuiditur in quatuor. In prima illã specificam declarationẽ facit in actionibus realibus. In secũda in personalib.ex cõtractu. In tertia in actionibus descendẽtibus ex maleficio. In quarta, & vlt.in actionibus descendentibus ex vltima voluntate. Secunda ibi::earum verò actionum. Tertia ibi: ex maleficijs verò. Quarta ibi::item mista est actio.

Actionũ aliæ sunt rei persecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ mistæ, quæ hic particulatim declarantur in actionibus realibus, & in personalibus ex cõtractu, & in actionibus descendẽtibus ex maleficio, itẽ & ĩ descẽdẽtibus ex vltima volũtate. hoc dicit. Et quãuis iste §. cõsueuerit simul legi vsque ad §.quædã. per scribentes hic, vt p Dy. Nic. de Nea. Ioan. Fab. & cõmuniter alios: ego tñ in hoc imitatus morẽ Angel.de Aret. propter nimiam textus prolixitatem, legam tantùm vsque ad ver.ex maleficijs. & posteà illum ver. legam vsque ad §.quædam. in hoc nulla erit vis.

1 † Vltra summarium, vnum notate ex tex. quòd mistũ nõ
cõtinetur sub simplicibus. Nam videtis hic ꝙ actiones mistæ non cõtinentur sub rei pſecutorijs, nec sub pœnalibus:
imò faciũt tertiã speciem de per se. De quo tñ dicite, prout
2 latè dixi in §.j.a in gl.in verb.summa, suprà eo.in gl.j.paruu-
la, in fin. Itẽ ꝙ ista sit tertia principalis diuisio actionum, tenet gl.magistralis.in §.sunt ptereà. in gl.j.ĩ.eod.& declarat vt ibi in glo. Dicite tamen vos, posse dici quòd imò hæc sit quarta diuisio, tenendo quòd in §.præiudiciales.suprà eod. posita sit tertia diuisio, vt ibi dixi in glo.magna, in princip.

Gloss.in versic.mistæ.in fin.benè dicit, & cum ea simpliciter trãseunt Scribentes hìc: & adducunt l.2.§.j.ff.ne quid in loco publico.& l.nam Reipublicæ.ff.de ope. no.nunc.

Glo.in ver.in rem actiones. diuiditur in quatuor partes. In prima enumerat actiones in rem. In secunda opponit, & soluit. In tertia refert opinionem aliorum. In quarta illã reprobat. Secunda ibi:sed certè videtur. Tertia ibi:alij tamen dicebant. Quarta ibi:sed certè actio depositi.

In fin.glo.hæc gl.ſm Ioan.Fab.& Ang.de Aret.hic, videtur aduersari gl.magnæ positæ.in §.pœnales.in vers.itẽ aduersus.in princ.suprà eod. quæ videtur cõcludere ꝙ ibi illa actio dicatur pœnalis, quia in ea iuratur in litem: & tamen secundum eos, cõstat quòd illud iuramentum venit officio iudicis, sicut in qualibet alia actione. Ipsi dicunt hanc glo. esse veriorem. Vos autem dicite prout latè dixi in d.§.pęnales.super dicta glo.magna, in verbo, item aduersus.in prin.

Gloss.in versic.ferè. ibi: quod est falsum, quamuis gl.non dicat, dicite vos, secundum Nic.hìc, in 2.q.gl.ꝙ ideo falsum est, eò quia pœna illa cõpetit ex conuentione: nos autẽ hìc loquimur in pęna legali, seu ꝓueniẽte ex dispositione legali.

In fin.g. bene dicit.

2 † Glo.in uerbo, actor.in fine. Dicite tñ ꝙ in primo casu
agitur certi cõdictiõe ex mutuo: in secũdo verò agitur certi condictione ex stipulatione: iuxta ea q̃ traduntur in l. certi
b condictio b.in prin.& in §.qm̃.ff.si cer.pet.& suprà de verb.
obli.in prin. Primus tñ casus procederet, vbi non interuenisset stipulatio de restituẽdo mutuo. Si verò interuenisset stipulatio, distingueretur: Aut interuenit in cõtinenti ante, vel post numerationẽ. & tũc dareẽ certi cõdictio ex stipulatione, non aũt ex numeratione: quia dicta numeratio dicereẽ facta causa implẽdæ stipulationis. Si aũt stipulatio interuenisset ex interuallo: quo casu sunt duo cõtractus, & induceret nouatio primi, si esset expressè actũ, vel tacitè: aliàs agereẽ ex vtroque, si vterque fuisset vtilis. De istis habetis tex.in l.si ita.§.1.& in l.seq.q̃ incipit, cũ.n.& ibi Bar.ff.de uona.& Bar. & alij in d.l.certi condictio.§.quoniam. facit l. si ita stipulatus.§.Chrysogonus.cum ibi not.per Bar. & alios.ff. de verbo.obli.& habetis hic per Angel.de Aret.

3 † Non omitto tñ circa hoc.glo.istam sentire c ꝙ pro mu-
c tuo non competat certi condictio specialis, & consequen-
tur quòd non sit dare duas certi condictiones, vnã generalem, & aliam specialem: sed ꝙ vnica tantùm sit generalis: quẽ articulum aliqui hìc & extrauaganter tangunt: ut Ang. de Are. sed nõ cõgruit hìc: sed habetis eũ plenè examinatũ per Bar.& alios in loco suo, in d.l.certi condictio.in prin.p Bal.plenè in rub.C.si certũ petat.per Ioa.Fab.Nico.de Neapol.& alios in.§.j.suprà quib.mod.re contrahi.obli.

Gloss.in verbo, conducto.diuiditur in duas. In prima p modũ quæsiti opponit contra tex. In secunda soluit. Secũda ibi:sed dic tribus modis. Illa secunda subdiuiditur in tres, quemadmodum tres ponuntur species pœnalium actionũ. Partes de se patent.

In eadem glo.ibi:sed pœnales, hoc impugnat Ioa. Fab.
4 hìc, & putat esse plus quàm ridiculum. † quod actio ex em-
pto, & aliæ hìc enumeratæ, item & cæteræ bonæ fidei, proptereà quòd in eis iuretur in litem, sint pęnales, per ea, quę vidimus: & ibi dixi in d.§.pœnales, in glo.magna.in ver.itẽ aduersus.in prin.suprà eo. Præterà ſcdm eum, hoc est cõtra casum huius.§.qui ponit pro cõstanti, eas esse rei persecutorias. Sed quid, & fortiùs, si istæ dicerẽtur pœnales propter iuramentũ in litẽ in eo ꝙ excedunt uerã æstimationẽ? Certè dicerentur mistæ, non aũt merè pœnales: ut hoc text.in uers.planè.& in hoc ego sto cum eo, reiecta salutione Ang. de Aret.hìc, quæ est de directo contra suprà dicta. Et si vultis ponere bona exempla in ista pœnali ex parte rei tãtùm, in qua glo.ista reprehenditur: recurrite ad ea, quæ latè dixi in euidentalibus.d.§.pœnales, suprà eodem.

d d* In fine glo.signate benè hanc glo.quæ magistralis est:
& dicite prout dixi in dictis euidentialibus.§.pœnales.suprà eo.& ibi de hac gloss.mentionem feci.

5 † Glo.fi.in uerbo, ipsius.in fi.benè dicit, & tex.est clarus,
& magistralis cum decisione, & ratione diuersitatis in d.l.j.§.j.& in.§.meritò.hìc allegato. Facit in simili l.j.in princ. ff.de exercito.& iuxta hos quatuor casus hìc in tex.positos, & in legibus suprà proximè allegatis, in quib. in deposito datur actio in duplũ contra regularem naturã depositi, per rõnem, quã glo.ista assignat, & Iuriscõsultus in d.§.merito.

6 † Dubitabit hic Ioa.Fab.quid iuris esset in alijs similibus
casibus, in quibus esset eadem rõ. Verbi gratia. subitò, & ex improuiso concurrentibus hostibus habui necesse deponere penes unũ: uel fortè superueniente nuntio ꝙ latrones erant in uia qui mihi insidiabantur: uel fortè peregrinus infirmitate subita grauatus non potuit eligere nisi hospitẽ, vel unũ ex circunstantibus, apud quẽ bona sua deponeret: nuquid in istis casibus erit idẽ, prout in casib.quatuor suprà dictis? Et dixit Ioã.Fab.sibi uideri ꝙ nõ: qa istud est pœnale: ergo nõ extendendũ: ut l.si de interpretatione.ff. de pœnis. Itẽ qa hoc est statutũ contra regulas iuris, & contra naturã ipsius depositi, & ideo uideatur non extendendũ: ut l.qđ uerò cõtra.ff.de legibus. Subdit tamẽ Ioan.Fabr. super hoc adeundũ prætorem, uel Augustũ Imper.pro lege condẽda. Ego puto ꝙ non sit necesse super hoc de nouo aliam legẽ condere: & credo ꝙ imò idem iuris esset in omnibus alijs
7 casibus † quia imò in pœnalibus, & in odiosis ex identitate
rationis

rationis licita est extensio:ut est solennis text. in cap. primo. §.porro.in uersic. sed quia natura nouas properat edere formas.in tit.quæ fuit prima causa benefic.amit.& ibi Bald. expressè notat,& dicit ꝙ ibi est tex.melior, qui sit in iure, quòd in pœnalibus proceditur de similibus ad similia: siue etiã loquamur in statutis pœnalibus, siue in consuetudinibus pœnalibus.Et idem etiam notat Barto.in l.his solis. per illũ text. in uersicul.satis etiam tacitè cautum putamus. C. de reuoc. dona.no.Ioan.de Imo.in l.si uerò.§.de viro.ff.sol.mat. & in l. infamem.ff.de publi. iud. & dicam circa hoc aliqua pulchra infrà in versicul. ex maleficijs.in gloss. in versicul.iudicium.

8 † Ergo in terminis nostris,etiam in pœnalibus licita erit extẽ-
e sio ex identitate rationis. Præterea etiã in correctorijs [e] nedũ in pœnalibus fieret extensio ex identitate rationis, quando ratio esset expressa in lege,prout est in terminis nostris, in dicta l.j.§.meritò.ff.depositi.secundum magis communes conclusiones,iuxta ea,quæ tradi solent maximè per repetentes in d.l.si uerò.§.de uiro.& per alios in Auth.quas actiones.C. de
f sac.san.eccl.[f] & ita ẽt contra Ioan.Fab.tenet Ang.de Are.hic.

Extra gl.quia §.iste tractat de pluribus actionibus,& istud est propriũ & peculiare istius tituli formas libellorum apponere:idcirco docto.hic maximè Ioan.Fab.& Angel.de Areti. ponunt super qualibet actione hic in text.nominata particularem,& specialem libellum,cum aliquibus decisionibus accessorijs.In quibus omnibus ego succinctè procedam me remittendo,ne hic §.qui de se breuis est in materia, propter libellos tantùm in nimis grande commentarium assurgat.† Et
9 in primis in actione ex mutuo,de qua in primis in hoc tex.fit mentio,eius libelli formam ponit Specula.in titul.de solutio. §.sequitur.secundũ quòd eum refert Nicol.hic, ad finẽ in 10. & vltima quæst.extra gl.& ex mente Scribẽtium hic,maximè Ioan.Fab.& Ange. de Aretio potestis sic in mutuo formare libellum:Ago contra Titium, & dico ꝙ iam diu mutuaui eidẽ Titio libras centũ imperialiũ ex meis proprijs denarijs.Quare cum dictã pecuniæ quantitatẽ mihi reddere neget, & indebitè: peto dictũ Titium cõdemnari in prædicta quantitate pecuniæ sibi mutuata mihi restituenda,& soluenda. Et eodẽ modo potestis formare libellum in alijs rebus mutuatis,quæ consistunt in pondere,numero,vel mensura:iuxta l.2.§.j. ff.si certum peta.& suprà quib.mod.re contrahi. obl. in princip. Iuxta hunc libellum Ioan.Fab.hic subnectit aliquas leues, & faciles quæstiones,quas hic videatis per eum.

10 † Non omitto tamẽ ꝙ inter cætera duo in hoc libello sunt cũ magno mysterio posita. Primò illa uerba, Ex meis pecunijs proprijs:quia aliàs regulariter non esset mutuũ, cum nõ fieret de meo tuum,nisi nummi essent mutuantis:quod requiritur in mutuo.l.2.§.appellata.ff.si cert.peta.& ibi latiùs Bar. ſm cuius dicta istud sanè intelligite,limitate, & declarate.

11 † Subdit tamen hic no.Ioan.Fab.quòd quamuis agens ex mutuo habeat ponere in libello se fuisse dominũ, vt proxi-
12 mè dixi:non tñ habet necesse probare dominium,† eo quòd recipiens non potest ei referre quæstionem dominij, cum habeat causam ab eo,iuxta l.si quis conductionis.tit. C. loca. & l.nec creditores.C. pigno.actio.aliàs secundũ eum, agens ex mutuo,uix,aut nunquam,obtineret.Subdit etiam Ioan.Fabr. quòd istud satis approbat æquitas, & communis vsus. Ego addo in terminis Bartol.istud vltimum latiùs disputantem,
13 videlicet † an creditori agenti ex mutuo possit opponi hæc exceptio,Tu non fuisti dominus,ut l.nam & si fur. in princi. post Cyn.& alios.ff.si certum petat.& finaliter concludit id, quod Ioann.Fabr.hic:quia creditor præsumitur fuisse dominus,nisi excipiens vellet probare se, aut alium tertium fuisse dominum:ut ibi latius per eum.Et idem tenet ipse Bar.in l. si alienam.ff.solu.mat.de quo etiam per Barto.& ibi latiùs Cy. in l.2.C.si cert.petat.& text.in l. non vnde. & ibi Angel. C. si cer.peta.& quod not.Bal.in l.in restituenda.C. de peti. hære. ubi inquit in simili,quòd soluens pecuniam, in dubio præsumitur soluere de sua propria.

Secundò in prædicto libello dixi,& cum magno mysterio, Mutuaui:non autem dixi,prout dicit,& malè,Ange.de Aret. hic,ꝙ numeraui:quia si dicerem quod numeraui: demõstrarem mutuum merè naturale intercessisse, ꝙ sit mediante uera numeratione pecuniæ,& non alio modo: iuxta gloss.notabilem,& magistral.in l. 2. §.final.& est gloss.vnica.& ibi Barto.ff.si cer.petat.& Bal.in rub.C.si cert.petat.& ideo tunc haberem necesse probare punctualiter ueram, & realem numerationem pecuniæ intercessisse: nec sufficeret probare cõfessionem partis de recepto. Et ideo creditor, qui in libello diceret se numerasse,& produceret instrumentũ,in quo ille confessus fuit se recepisse,& promisit ea restituere, uel istam confessionẽ probaret per testes, certè deberet libellans hoc modo succumbere.Et ita dixit no.Spec.in titu.de teste. §.j.versicul.sed pone.egi contra te,&c.eò quia testes probãt aliud, ꝙ creditor,seu actor asserat. Ipsi enim probant de mutuo confessato tantùm,& sic de mutuo ciuili: ipse verò creditor asserit de mutuo naturali,ex quo dicit,Numeraui. Et idem etiam in terminis dicit,& tenet Barto.in l.certi condictio.§.si nummos.ff.si certũ petat.vbi fortius dixit, ꝙ in tantùm dictus libellus esset nullus,ꝙ nullo modo excusari posset. Vbi autem creditor vsus esset in libello termino,Mutuaui,prout ego suprà feci,tunc dicit Bar.in dict.§.si nummos. ꝙ etiam si produceret instrumentum confessionis tantùm uel probaret per testes confessionem tantùm, quòd nihilo minus sustineretur talis libellus,& intelligeretur quia mutuaui,scilicet ciuiliter: ut ibi per eum.De quo etiam videatis Barto. & Imo. in l.j.§. si quis ita.ff.de verb.obli.& Bal.in l.si ita stipulatus.§.Chryso-
g gonus.[g] in fin.col.ff.de uersi.oblig. & ibi Angelus & Ioannes de Imola in tertia & quarta col. & Bald. in l. si absentis. C. si cert.peta.& in l.vnica.in princ.C.de rei vxo.actio. & notabiliter in l.pecuniæ.C.de sol.& in l.si ex cautione. & in 10. & 11. quæstione. C. de non nume. pecul.& in l. generaliter.in 9. & 10.quæstione.C.eod.titu.

14 † Ad pdictorũ cõfirmationẽ accedant illa duo dicta aurea Bar.in l.2.§.fi.ad fi.ff.si cer.pet.ubi dixit,& multorũ signanter Bar.ꝙ si aliquis fecit vnum procutorem ad recipiendum certã quantitatẽ pecuniæ mutuo,& ꝓcurator accepit pecuniam mutuo,tñ in instrumẽto non fuit scriptũ quod recipit, sed ꝙ fuit confessus se recepisse;certè ex tali instrumento,nisi actua-
h lis numeratio aliter probetur,non potest agi cõtra dominũ[h]: quia quando constituitur procurator ad accipiendum pecuniam mutuo,intelligitur de mutuo naturali: sed illud instrumentũ confessionis, probat mutuũ ciuile tñ ergo talis procurator nõ obligat dominum:quia ad hoc non habuit mãda-
15 tũ.Imò plus dicit Bart.& secũdò,† ꝙ ẽt si in instrumento procurationis expressè diceret:Facio te procuratorẽ ad accipiẽdũ pecuniã mutuo,& ad cõfitẽdũ te recepisse pecuniã,& ad cõfitendũ decẽ:qđ eodẽ modo dñs nõ põt cõueniri ex instrumẽto confessionis:qa illa uerba,Ad cõfitẽdũ te recepisse,intelligũtur,s.pecuniã receptã.Nã si aliter intelligerent, eẽt donatio,quæ procuratori non intelligitur permissa,nisi exprimatur.l.cõtra iuris ciuilis regulas.§.j.& fi.ff.de pact. Et hęc duo dicta teneatis perpetuo cordi:quia sunt summè utilia in actu practico.Verũ qa sunt dubia,& ualde periculosa, & maximè in secundo dicto,in quo multi contrarium tenent, si expedierit uobis in facto,uideatis etiam Bartol. idem tenentem in l. si debitorem.per illum text.ff.de nouatio. & ibi per Angel. & Imol.per Bart.& Bal.Angel.&. Salice. in l.non obtulit.C. de noua.& Ioann.And.in addi.ad Specul.in titul. de teste.§. j.uers.sed pone,egi.in fin.magnę additionis.ubi idem tenet, quod Bart.& Ant.de But.Abb.Panor.& Ioã.de Imo.in cap.si cautio.de fid. instrum.& Bald.& Angel.in l.1.§. fi. C.de quadri.præscrip.& Ang.& Imo. ĩ l.à diuo Pio.§. sed si emptor.ff. de re iud.& Ioan.de Imo.in l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus.ff.de uerborum obl.& Lud.Roma.in l.prędia.ff. de acq. possess.& Bal.Ang.& Sal.& omnes in dict.l.2.& Fed.de Se.in cons.54.incip.Titius fecit procuratorem, &c. Et in istis lo-
i cis inuenietis multos contrariantes i* Bartol.potissimùm in secundo dicto. Quicquid sit,illud est expeditum,quòd quantum ad ipsum procuratorem confitentem,talis confessio ꝓbet realem numerationem, ita quòd ipse non potest opponere exceptionem non enumeratæ pecuniæ. Ita intelligendus est Bald.in l pecuniæ,per illum textum. C.de solu. & ibi uult Bald.unum aliud peregrinum, & singulare, quod est maxi-
16 ma limitatio ad ea omnia,quæ suprà dicta sunt,† ꝙ si ex forma statuti instrumenta confessionata habeant uim sentẽtiæ, certè ꝑ hoc instrumẽtum cõfessionis mutui benè ꝓbaret ẽt mutuum

mutuum naturale, sicut probaretur per sententiam diffinitiuam. quod nota perpetuò.

17 † Qualiter autem formandus sit libellus, quãdo super mutuo interuenisset stipulatio: satis patet ex his, quæ suprà vidimus in glo. in ver. actor. iunctis suprà proximè dictis. & habetis in specie per Ioan. Fab. hic.

18 † Sequitur in tex. secũdum ordinem literæ de actione commodati, & eius libelli formam ponit Specul. in loco suo congruo, in titu. de commo. §. nunc dicendum. secundum quod eum refert Nico. de Neapo. hic ad finem. in decima & vltima quæstione extra glossam. Et ex mente scribentium hic maximè Ioannis Fabr. & Angel. de Aretio: potestis ita formare libellum: Ago contra Titium, & dico ꝙ eius rogatu, seu ad eius preces, siue petitionem, sibi commodaui equum meũ per tres dies pro eundo Mediolanum, & redeundo. Quare cùm prædictũ vsum expleuerit, vel expleuisse potuerit. nihilò minus dictum equum nondum restituit, imò contra dicit, & indebitè, & restituere recusat: quare peto eum condemnari ad restituendũ mihi dictũ equũ meũ vna cũ damnis, & interesse, &c. In hoc libello duo inter cætera cũ mysterio posita sũt, primò illa verba, qđ rogatus siue ad eius petitionẽ: q̃a aliàs cõmodatarius non teneretur de culpa, sed tãtùm de dolo: textus est nota.

k ᵏ * in leg. si vt certo. §. interdum. in fine. in versi. quis vltro commodauit. ff. de commod. & ibi glo. in versicul.

19 vltrò. Et ibidem in terminis Bartol. qui dicit † quòd semper sis cautus de hoc facere positionẽ, quòd commodasti rogatu accipientis. Secũdò, cũ mysterio dictũ est. Per tres dies ꝓ eundo Mediolanum, & redeundo: vt sic ostendatur, concessionẽ factam esse ad certũ, & determinatum vsum: itẽ factã esse certo, & limitato tempore: aliàs non diceretur esse cõmodatum,

20 sed precarium, vel contractus innominatus. † Et sic ad hoc vt dicatur commodatum, requiruntur necessariò duo copulatiuè, ꝙ concessio sit facta ad certũ, & determinatũ vsum: itẽ & ꝙ sit facta certo, & determinato tẽpore expressè vel tacitè. Quomodo expressè fiat, patet. Tacito autẽ tempore diceretᷣ fieri, si commodarem equum, vt ires ad villam. Inesset enim tacitè tempus, quo posses ire, & redire de villa, l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligationibus. & l. 3. §. si quis ita. el 2. ff. de eo, quod certo loco. & §. loca. suprà de verborũ obl.

21 aliàs si daretur ad certũ, & determinatum vsum, † sed nõ limitato tempore tacitè vel expressè, tunc etiam esset precarium, & posset quandocũq; ad domini voluntatẽ reuocari: vt si aliquis diceret: Vtere gratis habitatione talis domus, quandiu voles: vt est tex. no. ĩ l. Lucius. ff. de dona. quẽ ita notabiliter intelligit, & declarat Barto. in l. Aquilius Regulus. in j. oppo. in eo. tit. ff. de dona. & Bal. not. intelligit in l. secunda. C. commo. & in l. 2. in 9. q. C. de ser. & aqua. & do. Abb. Panor. in c. fi. extra de preca. & Ioan. Fab. in 13. col. prædicta sunt omnia verba Bar. in l. in cõmodato. §. sicut. ff. cõm. & Bal. in l. 2. C. cõmo.

l ˡ † Ex quibus secundũ eos, optimè colligitur, quomodo,

22 & qualiter concipiendus sit libellus in hac materia. & in d. §. sicut. habetis in glo. in versi. officiũ. & ibi Bar. qui ponit differentias, quæ sunt inter cõmodatum & precariũ: quarum cognitio multum confert ad formationem præsentis libelli. Sed est glo. plenior, & magistralis in l. j. in princi. in uer. simile. ff. de preca. vbi Bar. & ibi etiam videatis eũ. De prædictis vide ẽt Bart. in l. j. in fin. ff. cõmo. & Ioan. And. & alios in c. j. §. fi. extra de precario. & Ioan. Fab. qui ponit hìc circa ista aliquas leues quæstiones, quæ satis deciduntur ex suprà dictis.

23 † Et iuxta suprà scripta: quia posset probabiliter dubitari, an si finitum sit tempus quo potuisti perficere vsum, ad quem commodaui, sed absq; tui culpa, quia fortè fuisti infirmus: an nihilò minus possum repetere cõmodatũ: vide not. Bart. post glo. ꝙ sic, in d. l. in cõmodato. §. sicut vide etiam not. Bal. in l. 3. C. commodati. vbi ponit quando vsus dicatur finitus.

24 † Et ibi etiã per eum in terminis de casu illo notabili sæpissimè occurrenti in facto, quando scholaris pignorat vnũ suũ librum pro socio suo, vel sibi commodat vt eum pignoret, an possit agere contra sociũ vt eum luat, & quando possit agere, & sic quanto tempore teneatur expectare: ibi videatis. Et quid in mutuo, nõ dico commodato, si mutuaui tibi pecuniã ad certũ vsum: an antequã sit facta in illum vsum conuersio, possit repeti pecunia numerata: vide gl. no. in l. si pœnam. in ver. interest. ff. de verborum obligationibus. quam pro notabili, & menti tenenda allegat Bal. in l. secunda. C. cõmodati. & dicit gl. sentire ꝙ non fallitur: quia sentit quòd sic. Sed benè eam reprehendit ibi Barto. tenens idem quod Bald. ꝙ agi non possit. De quo vide magis in proprijs terminis per Baldum, Ange. & Imo. in dict. l. si pœnam.

25 † Vnum etiã non omitto: dum in prædictis dixi, precariũ posse quandocunque ad libitum concedentis reuocari: & est text. in l. prima, in princip. ff. de precar. & tex. no. in l. secunda, in princip. & in l. & habet. in princ. eodem tit. ff. de precario. ẽt si expressè esset adiectum tẽpus vsq; quo habet vti: ut l. cũ precario. ff. de precario. in princip. & rationẽ notabilem, quare possit precarium quandocunque ad uoluntatẽ cõcedentis reuocari: & secus sit in cõmodato. ponit Bart. in d. l. in cõmodato. §. sicut. Habetis illud de precario singulariter, & signanter limitatum per do. Abba. Panor. in cap. fi. ulti. col. extra de preca. ubi formaliter dicit se putare, ꝙ si concedens precario uelit sine causa reuocare precariũ illico cũ maximo damno illius cui concesserat, ꝙ obstabit sibi exceptio doli: quia non potest negari quin precarium sit beneficium. est enim beneuola actio commodum tribuens capienti. Vnde nõ debet do

26 losè uersari in beneficio concesso. † Sicut, secundũ eũ, dicimus in eo, qui inuitauit Viatorem, & ipsum retinuit: sed postmodum ipsum pœnituit: nã potest agi cõtra eum actione de dolo: quia cum damno alterius ipsum pœnituit de beneficio: ut no. Ioã. And. in prœ. Decretaliũ. Ad hoc ẽt adducit notata per Bartolũ ĩ d. l. si pœnã. quã decisionẽ teneatis perpetuò cordi: quia eam fortè non inuenietis alibi in terminis ꝓprijs.

27 † Sequitur in tex. de actione depositi: & eius libelli formã ponit Spec. in loco suo ordinario, in tit. de actio. deposit. §. j. in quarta parte, & in §. nunc libelli. secundum quod eum refert Nico. de Neap. hìc ad finem in 10. & ulti. quæst. ultra glo. & Ioan. Fab. hìc: in ulti. col. Et ex mente scribentiũ hìc, maximè Ioan. Fab. & Ange. de Are. potestis ita formare libellum. Ago contra Titium, & dico ꝙ penes eum spontè, & gratis recipientem, deposui unam capsam plenã librorum in iure ciuili, clausam, & sigillatam: quare cùm dictus Titius mihi restituere recuset dictam capsam, & iniustè: peto eum condemnari ad restituendum dictam capsam cum dictis libris, ita clausam, & sigillatã, sicut accepit. In hoc libello aduertendũ est, ꝙ si tẽpore, quo dicta capsa fuit deposita, fuerunt singuli libri specificè, & nominatim cõsignati, & depositi: tunc ẽt in libello sunt singuli, & specificè petẽdi, exprimẽdo nominatim qđ in illa capsa erant tales, & tales libri. Si uerò tempore depositionis non fuit facta specifica mentio: tunc est in facultate, & arbitrio libellantis exprimere nominatim, & specificè libros, & res in capsa existentes: uel si uelit, potest omittere. De istis omnib. est casus not. & magistralis in l. j. §. sic ista. ff. depo. & ibi Bar. qui dicit illũ §. factũ esse ꝓpter hoc, ut sciremus quali

28 ter formandus esset libellus in hac materia depositi. † Qualiter autem probari deberet, tales libros fuisse in capsa tẽpore depositionis: distinguit notabiliter Innocen. in capit. fin. extra quod metus causa. ꝙ aut capsa redditur dissigillata: & tunc quæ res in ea essent, probabitᷣ per solum iuramentũ deponentis: aliàs requiritur plena probatio. Et ita ẽt firmat Specul. in titul. de furt. §. j. uersicul. quid si res. & Bartol. in dict. l. j. §. sic

m ista: ᵐ ff. depo. & in l. in actionibus. in ultim. col. ff. de in litem iuran. De quo etiam uide not. Bald. in rub. in princip. C. depo

29 siti. ubi ponit † de eo, qui deposuit fardellũ sigillatũ penes aliquẽ, & ille exhibet d. sigillatum: et deponens dicit in eo fuisse magnam quantitatem pecuniæ, quã dicit sibi ab eo fuisse subtractam: quid iuris sit, ibidem uideatis. Recurratis etiã ad tradita plenè et notabiliter per Barto. in dict. l. j. §. j. ff. fur. aduer. nau. ubi ponit Barto. post antiquos de nobili intrante hospitium cõsignante ualisiã, seu fardellum hospiti, à qua dicit manè aliquid sibi fuisse subtractum: qualiter sibi succurratur: et quid, et quomodo probandum sit: ibidem plenè uideatis.

n Accedant quæ dixi in §. item Seruiana. ⁿ in gl. in uerbo coloni. in 4. parte principali, quæ hic potestis addere.

30 † Item dixi suprà in libello, Sponte, et gratis: quia nisi gratis fieret, nõ esset depositum, neque ageretur actione depositi, sed ex locato, uel præscriptis uerbis, prout declarat tex. no. in l. j. §. si quis seruũ. ff. deposit. cum simi. Item dixi cũ mysterio,

Recipientem: quia si aliàs aliquid in domum tuam reponerem,& nō appareret te suscepisse custodiam, non teneris de positi.§.prætereà.in ver.de ea re,quā accepit.suprà qui.mod. re cōtrahitur ob.secundum Ioan.Fab.& Ang.de Aretio hic.

31 † In actione verò depositi,quæ competit ad duplū in casibus positis hic in uersi. planè. & dixi notabiliter suprà in glo.in uerb.ipsius.qualis sit forma libelli,ponit Specul.in ti. de deposito.§.nunc libellum.secundum quod eū refert Ioa. Fab.hic in vlt.col.& libellus est clarus.Ago contra Titium,& dico,ꝙ cùm in ciuitate ista ortus fuisset tumultus,vel ortum esset incendiū in tali domo,in qua ego habitabam,vel in domo mihi vicina,ita ꝙ propter periculum tumultus,vel incēdij non potuit prouidere penes quem res tutè deponerem, deposui penes dictum Titium tales libros meos,quos cùm posteà ab eo repeterem,inficiatus est depositū: verùm quia iura puniunt in duplū negantes deposita facta in similibus necessitatibus, idcirco peto eum condemnari in duplū dicti depositi.Et idem dicatis in similibus casibus occurrentibus,per ea,quæ notabiliter dixi suprà in d.glo.in ver.ipsius.

32 † Sequitur in tex.de actione mandati:& eius libelli formā ponit Specul.in tit. de fideiusso.& in tit. de iudic. §. specialia.versi.primo.quem ita refert Nicol.de Neapol. hic, ad finem.Et ex mente scribentium hic,maximè Ioan. Fabri, & Angel.de Aret.esset formandus libellus diuersimodè,secundum diuersam casuum contingentiam:Ago contra Titium, & dico quòd mandaui sibi,spontè, & gratis mandatum recipienti, quòd pro me emeret talē fundū pro tanta pecunia, quā sibi actualiter exbursaui. Quare cū dictū fundū emerit & eum mihi tradere recuset,& indebitè: peto eū condēnari ad dictum fundum mihi tradendū, &c. Si autem non emisset,vel emisset contra formam mandati, agendum esset ad interesse,secundū casus contingentiam, vt hic per Angelum de Aretio,& etiam ageretur actione mandati generaliter,secundum gloss.in lege,pro socio arbiter.in princip.in gloss.in versi.mandati. ff. pro socio. vt quia mandaui tibi ꝙ negotia mea tractares:vel quia mādaui tibi vt pro me mercareris in talibus nundinis:qualiter isto casu esset formandus libellus, facilis est forma:& habetis in specie per Ioannem Fabr.hic, ad quem recurrite.

33 † Ad vnum tamen diligenter aduertite,quòd si præcedit mādatum alicuius de aliquo faciendo,& tu posteà facias ex longo interuallo pòst, quāuis nō exprimas te facere nomine illius:tamen præsumitur ꝙ pro illo, & nomine illius feceris. Istud est,quod notabiliter voluit Bartol.in l.qui aliena.§.si is qui.ff.de acquirenda hæreditate. ꝑ illum textum.& per alia iura ibi allegata per eum.Quod intelligite,& limitate,vt ibi per eū.refert,& simpliciter sequitur Angel. de Aret.hic. Sed contrarium videtur tenere idem Bartol.in l.prima.§.nuntia-

o tio. o * in secunda col. ff. de operis noui nuntia. Et illud dictum procedit in ciuilibus.

34 † Quid autem in criminalibus, si mādaui tibi ꝙ occideres Titium,& tu ex interuallo occidisti : an præsumatur du-

p rare mandatum,ita quòd ego tenear.p Videte per Inno.notabiliter decidentē quòd sic.in c. ad audientiā.extra de homi. & per Bartolum ità tenentem in l.non solùm. §. si mandato. versi c.quęro,mandaui tibi vt delinqueres.ff.de iniu.per Bal. in l.1.in 3.col.C.de ser.fug.& in l. si literas.in fin.C. mādati. & in l.non ideo minus.in fine.C.de accus. & per Lud. Rom. in dict.l.qui in aliena.§.si is,qui.ff.de acq.hæred. per Paul.de Cast.in l.sancimus.C.de testamē.ꝑ gl.in §.ope.in gl. magna. suprà de oblig.quæ ex delic.& per gl. in l.1.§. persuadere.in glo.magna.in verbo, facturus. ad finē. ff. de seruo corrupto.

35 † Item aduertite,ꝙ si mando tibi ꝙ emas domū pro me: tu dixisti,Da mihi pecuniā : ego nō dedit tibi tam citò:vnde tu emisti pro te,& tuo nomine:quod tamē lex præsumit emptā esse de mea pecunia,ex quo à principio inter me & te ita fuit actū.Tex.est de hoc not.& signandus in l.quarta. §.vnde quæri potest.ff.de manu.tit. generali. & ibi in terminis Bart. qui reputat tex.illū esse ad hoc multū tenendū menti contra fraudes,quæ fiūt tota die. Facit etiā ad hoc,secundū eum.l. edicto.la 1.§.cum ante.ff.de iure fisci.Addite bonū textū in l. pignori.§.fin.& ibi Angel.& Imol.ff.de vsucap.& Ioann.de Imol.de hoc in propriis terminis notantem in l.post.dotem, secundum sextam lectu.Dyn.ff.soluto mat.

36 † Vltimo pro nunc aduertite, quòd si mādo tibi ꝙ emas pro me certum fundum,qui erat pro parte tuus,& quē habebas communem cum alio,pro certo,& determinato pretio, emptis partibus aliorū,quanticūque emeris, compelleris & tu inuitus tanti partem tuam vēder. Si autē pretiū non fuerit determinatum à mandante: tunc taxato pretio arbitrio boni viri compelleris inuitus partē tuā vendere. De istis omnibus est tex.vnicus,& singularis in iure.l. si fundum. cum l.seq.ff. mand.& ibi dicit Bart.quòd illam legē nescit alibi in mūdo: & quod eā aliàs habuit de facto in palatio syndicatus. Quē casum reputat singularē, & nō reperiri alibi in iure.Bal. in l. 1.in sexta quęst.C.si seruus extero. & ibi videatis not. per eū de illo textu.

Sequitur in text.de actio.pro socio.Pro declaratione formationis libelli in hac actione pro socio,præmittēdū est,ſm

37 Ang.de Are.hic † quòd actio pro socio datur ad varios,& di-

q uersos effectus: q aliquando ad societatem cōtractam adimplendā,& conficiendā,puta,vt fiat cessio iuriū,& collatio rerum in communi,secundum conuentionē societatis:& tunc potest intentari actio pro socio statim inita societate.Nā si est contracta societas omniū bonorū, quamuis illico hincinde dominia rerum transferantur in socios ipso iure sine aliqua traditione,tamen in iuribus,vt in actionibus, opus est cessione.De his omnibus sunt tex.in l.prima,secunda & 3.in prin. & ibi gl.1.notabilis.ff.pro socio.Aliquando datur actio pro socio ad personales præstationes, puta ad fructus,& reditus perceptos incōmuni diuidendos, & ad lucra cōmunicāda. Item & ad impensas,& damna,& ad similia. & ista ēt cōpetit durāte societate,iuxta l. pro socio arbiter. §.si tecū. & l.si fratres,aliàs est §.Papinianus.l.Cum duobus.§.idem.respondit:socius qui cessantis.ff.pro socio. Quandoque,& tertiò,in tentatur actio pro socio habenda vniuersali ratione lucri & damni inter socios diuidēdi,iuxta l.verum.§. fin. & l.seq. & principium l.seq.ff.pro socio.& l.tam diu.cum ibi notatis.C.

38 pro socio.Et ista † cū sit generalis,vt est tex. in d.l.pro socio arbiter. non intentatur nisi finita societate.dict.l.tam diu:& ibi gl.in versi.nata.& glo.in l.prima. §.ad hæc.in glo.magna. in ver.pro socio.in princ.& ibi Bald.in 5.col.C. de anna.excep.Sicut in simili dicimus in actione tutelæ, quæ est generalis:vt l.nisi finita.in princ.ff.de tute. & ra. distra. & est glo. not.in l.3.in gl.vnica.C.de admi.tut.& Bal.not.in l.1.in pen. col.C.vt actio ab hęre.quamuis inaduertenter,vt puto,Ang. hic dixerit,quòd ista actio pro socio generalis competat etiā pro dirimenda societate:quia si nunquam competit, nisi finita societate,vt suprà dixi,& ipsemet fatetur,quomodo possibile est, quòd competat pro dirimenda?

r r † Ex istis ergo apparet quando intētari possit actio pro

39 socio durante societate,& quando non. Item ad quid detur actio pro socio.De qbus omnib⁹ videte ēt gl.no.& magistra.

40 in dicta l.tandiu.versicul.nata.& ibi Bald. & latiùs † Salicet.

Et ex prædictis secundum emergentiam casuum,diuersimodè esset formandus libellus. Et in specie habetur hic per Ang.de Are.& in generali actione pro socio illa esset optima conclusio:Peto eum condemnari ad reddendā rationē dictę societatis,& ad reliqua consignanda, & in cōmuni ponēda: item & ad faciendum alia, ad quæ tenetur secūdum conuentiones dictæ societatis,iuxta tradita pe Bart.post gloss.in l.1. in princip.in 2.col.ff.de eden.& per Angel.de Aret.hic.

41 † Et an ista actio pro socio sit in libello formāda nomine societatis,vel nomine singularium personarum,ponit Bal.in rub.C.pro socio .in 2.colum.vbi videatis. Et iuxta suprà di-

42 cta aduertite † ꝙ inter socios potest nedū annuatim, f sed ēt

f omni tempore peti ꝙ rationes reuideantur, secundum Bar. in l.Mutius.secundum meam lecturam.ff.pro socio. Et idem etiam tenet Bal.in rub.C.pro socio. in 2.col. dummodo sine calumnia petat:quamuis referat Barol.in dict.l.Mutius.aliter dicere,quàm dicat in lectura mea.De quo etiam vide Bartolum in l.2.in fine.C.de naufrag.lib.11.

43 † Notate tamen quod illi qui dant pecuniam mercatoribus ad dimidiā partē lucri & damni,iuxta l.1.C.pro socio.solùm in fine anni possunt petere rationē reddi,& non antè. illud est, qđ singulariter notat Bart.in illo text. in l.neminē.C, de suscept.

de suscept. & arca. lib. 11. De quo ēt vide pulchrè Salice.in l. aduersus.& l.rationes.C.de admi. tuto. Et quando datur pecunia mercatoribus ad rōnē lucri, & dāni,intra quātū tēpus debebit docere mercator de damno : videatis singul. Bart.in
44 l.2.ad finem.C.de naufra.lib.11.† vbi notat argumētū mirabile ex illo tex. pro his qui dant pecuniā suā mercatorib. ad partē lucri,& damni:ꝙ si mercatores dicāt se sustinuisse dānū furti,rapinæ,vel incendij,vel similiū casuum:quòd mercator debet de hoc facere fidē intra annū:aliàs amplius non auditur.Dicit tñ Bart.se hoc nō firmare,cùm illa allegatio casus fiat per mercatores ad sui defensionē : & sic poterit probare
t vsque ad sententiam . t * Et quod illud.quod ibi dicitur, sit speciale in fisco, videatis etiam quæ notant Imol. & Pau. de Cast.in l.Paulus.ff.de solu.
45 † Et an si sit contracta societas ꝙ vnus ponat pecuniam,& alius operam,iuxta l.1.C.pro socio.an ille,qui pecuniā contulit,debeat habere in diuisione dictæ societatis capitale sal-
u uum,u & posteà lucrū ex ea proueniens debeat cōmunicari: & quid si non reperitur nisi capitale,an in diuisione dictæ societatis,quæ fit, ponamus post multa tēpora, & post multos labores perpessos,debeat ille,qui pecuniā posuit,totū capitale habere,an verò debeat diuidi:Videatis in terminis glossā solennē,quam ibi multùm commendant Scribētes in leg.prima.& est glossa vnica.C.pro socio.& ibi Bart. & plenè Bal.& per eundem Bal.in l.si non fuerint.in lectura antiqua, & in l. cum duobus.§.si in coeunda.in lectura antiqua. ff. pro socio. & in l.si patruus.in fi.C.communia vtriusque iudic.& Salice. in l. Mutius.ff.pro socio.& Ioan.Fab.in §. 1.suprà pro socio.
46 Et in istis locis habetis etiam post glos.suprà dictam† quid si capitale sit perditū,an ille,qui operam tantùm ponit, teneatur aliquid conferre,seu reficere ei,qui pecuniā posuit. Quibus ēt addite gloss.in dicta l.si non fuerit.§.1.in versic. solus.
47 † Et an si duo socij,vel duo fratres acceperint quædā prædia ad laborerium,& vnus eorū habebat duos filios,qui similiter laborabant & alius nullos habebat filios, & ex laboribus multa acquisiuerit: qualiter inter istos debebit fieri diui
x sio:x videatis notabiliter Baldum in dicta lege 1.in 11.C. pro socio. vbi post multa finaliter concludit quòd societas est istius naturæ, quod diuidit lucra operarum in capita, non in stirpes:vt ibi plenius per eum : & per eundem Bal. in capit. 1.de beneficijs fra.in vsibus feudorum, & in leg. si patruus. in penultima quæstione.C.communia vtri.iudi.& in tractatu suo de duobus frat.in fine, vbi dicit quòd si sunt duo fratres rustici,& vnus habet filios,qui quotidie laborant, alter vero non habet filios,quia primus plus ponit in opera,plus etiam debet recipere de diuisione fructuum : & illud plus intelligitur arbitrio boni viri, secundum qualitatem & quantitatem operarum.De quibus omnibus videatis etiam not.Bart. in consi.suo incipien. Bacharellus, & Menantius de Belligio
y fratres simul habitabant y * &c.
48. † Vltimo pro nunc circa suprà dicta ad vnum diligentissimè aduertite,quòd si sunt duo socij, & vnus negligat reficere rem communem,puta domum communem, & aliter reficiat quod si socius negligens non soluat partem impensarum ad eum pro sua rata portione pertinentium intra quatuor menses,quòd perdit dominium suæ partis, & illud acquiritur,& applicatur socio reficienti : de hoc sunt in terminis textus notabiles,& expressi,vnus in leg.4.quæ incipit, si vt proponis.C.de ædific.pri.alius in leg.si fratres. al. §. Papinianus.leg.cum duobus.§.idem respondit, socius qui cessantis.ff.pro socio.& habetis etiam per Angelum de Aretio hic, qui reputat,& meritò,hoc esse singulariter tenendum cordi.

Sequitur in tex.& ex empto & vendito, ex locato & conducto:verum quia in istis actionibus formare libellum rude est, & nullius artificij,idcirco in hoc imitabor Ioann.Fab.hic:nō denigrando frustrà papyrum. Si tamen vultis earum formas
49 in specie videre in actione exempto & † vendito, recurratis ad Speculat.in titulo de emptione & venditione.§.prius.quē allegat Nicol.de Neapol.hic,circa finem in 11.& 12.quæstione extra gloss.& ponit Angel.in §.actionum. in materia emptionis & venditionis infrà eodem.
50 † In actione vero ex locato & conducto,recurratis ad Specul.in titulo de loca.§.postquam.quem refert Nicol. de Neapol.in loco proximè alleg.& ponit in specie Angel. hic. Et si vultis videre positionem,& etiam libellos in his actionibus, ite ad Specul.in titulo de iudic.§.generalia.& in §.seq. li.4.& ibi reperietis in actione ex empto & uenditio,& locato & cōduct.Et ad eum se remittit Ioannes Fab. hic. Et per ista remanet expeditus hic §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a In §.1.quem vide in numero 26.& no.28.cum 2.seq.& ibi vide etiam quod fuit per me dictum in apostill.

b In l.certi condictio.vbi vide Franciscum Aretinum

c * Aduerte,quia Ias.non considerauit in hoc quid dicat:nam gloss. ad literā dicit,pro mutuo certi condictionem specialē dari:allegans tex.in princip.suprà quibus modis recōtrah.oblig.& ita est communis opin.in dic.l.certi cōdictio. vt ibi per Decium. & alios Scribentes.Carcassona Sardus.

d * Pone exemplum in l.1.§.si plures. & in l. fin. ff. de eo, per quem fact.erit.Sardus.

e IN CORRECTORIIS] Vide Franc.Are.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.in 11.col.in versicu. tu autem aduerte. de verbo obligatio.& in l.ex duobus.de duo.reis. & in rubr. de acquiren.hære.in princ.5.col.& l.singularia. ff.si certū peta.Fel.in ca.translato.de cōsti.& adde do.Alex.de Imo.consi. 284.vltima chart.in 2.parte.& in consi. 52.in 4. parte. & do. Vinc.Palleo.in 4.parte.in consi.do.Alexan.de Imola.

f * Adde Paul.Cast.in l.quamuis.C.de fideic. Ale. in l.iuris gētium.§.quinimo col. pe.ff.de pac.Ias.in l.emancipata.col.fin. C.qui admit.cum similibus,vt ibi per eos.Sardus.

g §.Chrysogonus.vbi post Bar.vide omnino do.Alex.de Imo. in 5.char.& Pau.de Cast.in d. §.si quis ita.alle.hic per dominum Ias.May.

h DOMINVM] Adde idem tenentem do. Maria. Socin.in consi.3.inci.circa præsentem.in ver.5.probatur. circa medium in 1. parte.

i * Adde quòd in his duobus casibus Bart.in primo membro, seu dicto cum ipso se habet communis sententia: in secundo communiter reprobatur:vt latè per eundem Ias.in d.l. 2.§.fi. ff.si cert.peta.Carcassona Sardus.

k * Adde ꝙ dictus §.interdum ad aliud est summè notandus, secundum Bartol.ibi,quod ornamēta,quæ maritus uxori mittit,vt ad eum honestius culta ueniat, in dubio præsumuntur commodata,non donata,ut ibi per eum:de qua quæstio.post mortem cuiusdam nobilis uidi maximum iurgium in ciuitate nostra.Carcassona Sardus.

l * Aduerte quod Bart.in d.§.sicut uolens tradere diuersitatis rationē inter precarium & commodatum,quare ad libitū reuocetur precarium:secus autem in commodato : Dicit ideo esse,quia cùm precarium fiat ad incertum & indeterminatū usum,si non posset precario concedens ad libitum reuocare,sequeretur quòd proprietas inutilis esset penes dominum: quod esse non debet:ut l.3.§.ne tamen. ff.de usufruct. Secus est in commodato,quod fit ad usum certum,& tempus : quo finito poterit reuocari. Satis uidetur persuasiua hæc ratio:nihilominus Abb.Pano.in c.fi.in 2.col.extrà de prec. impugnat istā rōnē Bart.Primò,quia precariū pōt fieri quādoque ad certū tēpus,vt uidetur casus apertus in l.in rebus.§.fina.ff.de preca.& tñ hoc nō obstāte pōt ante tēpus reuocari. l. cùm precario.in prin.ff.eo. Sed attenta rōne Bartol. nō posset reuocari: quia proprietas non esset inutilis,cùm posset post tempus reuocari.Secundo mouetur per doctrinam Bar.& aliorum in l. si pœnam.ff.de uerb or. obligat. Nam si mutuo dedisti mihi decem, non repetes in continenti, nisi post aliquod tempus arbitrio iudicis moderandum,Ita in precario post aliquod tēpus arbitrio iudicis moderandū fieret reuocatio,nec ideo esset inutilis proprietas.Ibidem ipse Pan. assignat aliam rationem persuasiuam, sed non necessariam. Alia posset subtiliter intuenti colligi ex l.1.ff.de preca.Sed quia necessariò non cōcludunt,& sumus in his,quæ sunt iuris gentiū positiui, dicamus cum gl.in l.1.§.pueritiam.ff.de postul. & cum Iurescon-sulto in l.non omnium.ff.de legi.& cum Bartol. in l. ex facto.

in 4.& 5.col.ff.de vulg.& pupil.Carcaſſona Sardus.

m SICISTA] Vbi vide Franc. Aret.& quod ibidem ad eũ dixi in apo.

n In §.item Seruiana.quem vide in cõſ.32.& nunc 33.& quod ibidem dictum fuit per me ad hoc in Apoſtil.

o * Aduerte ꝙ Bar.non eſt ſibi contrarius. nam quando, præceſsit mandatũ,videtur quis facere prætextu mandati: hoc intelligitur,quando diſceptatur inter mandantem & mandatariũ,& ſic eorum reſpectu duntaxat.& ita loquitur Barto.in d.l.qui in aliena.§.ſi is,qui.Secus erit quò ad tertium, niſi ſciuerit eum mandatarium.Et ita loquitur Bar.in d.c.nunciatio.& hoc conſilium eſt ex mente Bart.in vtroque loco ſuprà alleg.ſi diligenter aduertis.Carcaſſona Sardus.

p TENEAR] Pro quo vide Feli.in c.cum M.Ferrarié. in pri. 28.col.de cõſti.& in c.ſicut dignum.de homi.in prin.4. col.& dom.Alex.de Imo.in l.is qui.§.vnde quæritur.ff.de manu.cõtra qué.in §.ope.Inſti.de obl.quæ ex deli.naſc.qđ mãdans tenetur,niſi mandatum ſit reuocatum tacitè vel expreſsè.

q EFFECTVS] An, & quando,& quomodo videatur intẽtari actio pro ſocio:vide plenè do.Alex.de Imo. conſil. 64. in 1.colum.in 4.parte.vbi ponit latè materiam ſocietatis.

r * Adde ꝙ iſtud non uidetur adeò mirãdũ,ꝙ detur actio pro ſocio pro dirimenda ſocietate:quia etiam aliàs actio ex contractu competit pro eiuſdem reſolutione,ut l.ſed Celſus.§.1. ff.de contrahen.empt.& l.ſi fundus.ff.de leg.commiſſo. Carcaſſona Sardus.

ſ ANNVATIM] Addo dom.Barto.Socin.in conſil.213.incip.in præſenti.uerſ.prima concluſio.circa fin.in 2. part.ꝙ ſociorum ratio de anno in annum amicabiliter reuideri debet, non dictato iudicio.

t Vide do.Alex.in addi.ad Barto.in d. l. 2. qui reprehendit, benè illam deciſionem Bar.eò quia allegatio hoc caſu fit per modum exceptio. quæ ſunt perpetuæ regulariter: ut l. purè. §.fina. ff.de doli.excep.& l.licet.C.de excep.Carcaſſ. Sardus.

u SALVVM] Sed quid ſi contrahatur cũ hoc pacto; quòd capitale ſit ſaluũ,& ſi periret,debeat totũ ſatisfieri ab eo,qui poſuit operas:an talis ſocietas ſit iuſta,& ualeat:uide domin. Bart.Soc.in conſi.265.incip.præſentis.uerſ.circa ſecundã difficultatem.cũ.uerſic.ſequen.in ſecũda parte.Et ad id,quod dicit hic domi.Iaſ.May.uide domin.Alex de Imo.in conſi. 107. in ultim.colum.in 1.parte.ubi quid ſi unus ex ſocijs ponit pecuniã in aliquo artificio, & alius ponit operam, qũo debeat fieri de pecunia poſita, & quomodo debeat fieri diuiſio, & quando plus uel minus aſsignetur induſtriæ, quàm pecuniæ, & in conſ.188.in 2.colum.in 2.parte.ubi quid ſi non ſunt expreſſæ partes in ſocietate,quomodo intelligantur: & quid ſi unus poſuit operam,alius poſuit bona,quid iuris. & in conſi. 120.in 4.colum.in 2.parte.

x DIVISIO] Vide domin.Alexand.de Imol.in conſi. 99.in 2.parte.& in conſi.130.ead.parte & Bart.in conſil. incipien. Bitonenſis.& in conſil.incipien.duo fratres.& Ang. in conſil. 110.incip.bannitus.

y * Vide Bal. in l. 1. & ibi latè & pulchrè per eundem Iaſ. C. qui teſt.face.poſſ.Sardus.

SVMMARIA VERSIC. EX maleficijs.

1 *Duplum,vel quadruplum,eſt pœna in actione furti,tam manifeſti quàm non manifeſti.*
2 *Pœna furti quæ ſit,an corporalis,an pecuniaria, et an pro furto mori quis debeat.3.4.5.11.12.*
6 *Fur publicus quis dicatur.*
7 *Aſſaſſini qui dicantur.*
8 *Aſſeſſores pro inſignibus furibus aduocari pati non debẽt.*
9 *Furis pœna de iure communi qualis ſit.10.*
13 *Peccatũ an maius ſit cognoſcere pulchrã, quàm deformẽ.*
14 *Furem ſi quis à furca pro enormi furto euadere velit, qualiter poſſit.*
15 *Leges tranſgredi quòd propter enormes caſus emergentes liceat,in quibus magiſtratibus locum habeat.16.*
17 *Fur manifeſtus an magis puniatur, quàm violentus raptor.18.*
19 *Actio legis Aquiliæ contra negantem competit ad duplum.*
20 *Delinquens clàm an puniatur grauius,quàm qui palàm.*
21 *Raptor violentus an actione furti teneatur.*
22 *Executores in actione ex teſtamento qualiter conueniri poſſint.*
23 *Hæres an ad vſuras legati vel fideicommiſſi teneatur.*
24 *Legatario an fructus debeantur à tempore hæreditatis aditæ.25.*
26 *Negans an pœnitere,& confiteri poſſit, & ſeq. & quid ſi vult confiteri poſt negationem ad hoc vt conſequatur cõmodum ſtatuti remittentss quartam partem pœnæ confitenti maleficium.nume.28.*
31 *Mora ſicut fauore minoris reipſa contrahitur abſque vlla interpellatione,ita & in eccleſia.33.*
32 *Minor,& eccleſia æquiparantur, & quid de de pupillo.*
34 *Minor & Reſpublica,ſiue fiſcus æquiparantur.*
35 *Reſpublica,& fiſcus an ſint idem.*
36 *Eccleſia & Reſpublica æquiparantur.*
37 *Extenſio in pœnalibus,& in ſtatutis, & in conſuetudinibus,an fieri poſſit.*
38 *Mithridates viginti duarum linguarum,quibꝰ præerat, meminerat.*
Themiſtocles obliuionis artem quærebat.
39 *Statutum in uno de duobus æquiparatis,cenſetur etiam ſtatutum in reliquo.*
40 *Pœna ver.item miſta.an extendatur ad legata facta Reipublicæ,vel fiſco.41.44.*
42 *Pœnæ ſunt molliendæ, & reſtringendæ,non autem extendendæ.*
43 *Caſus duo ſi à lege antiqua æquiparati ſunt, an ſi aliquid reperiatur poſteà de nouo:an ſtatutum in vno intelligatur ſtatutum in alio.*
45 *Relictum factum vni Sancto,et in illa ciuitate ſunt plures eccleſiæ ita nominatæ,eccleſiæ pauperiori cenſetur factũ.*
46 *Relictum factum ſimpliciter eccleſiæ, cui in dubio legatum videatur.47.*
48 *Legatum ſimpliciter factum monaſterio, in dubio cui monaſterio factum intelligatur.*
49 *Legatum factum maieſtati exiſtenti in aliquo loco profano alicuius priuati hominis,ſicut fit maieſtatibus miracula facientibus,cui applicari debeat.*
50 *Relictum,& quicquid pro ſalute animæ datum ſit, ad diuinum nomen ſpectat.*
51 *Relictum factum hoſpitali non legitimè conſtructo, cui applicetur.52.*
53 *Relicta facta alicui eccleſiæ, vel alicui ſacerdoti, in dubio an eccleſiæ,an verò ipſi ſacerdoti facta intelligantur.*
54 *Relictum factum viſitatori diſiplinatorum,qui erat frater ordinis Prædicatorum,cui acquiratur.*
55 *Libellus in actione furti qualiter formandus ſit.*
56 *Libellus accuſatorius quãdo agitur criminaliter,an neceſſariò continere debeat annum,menſem,& locum cõmiſſi criminis.60.quid ſi ageretur ciuiliter de delicto,quòd infamaret de iure,vel de facto 57.& quid de hora & die commiſſi criminis,an ſint neceſſariò ponẽdi in libello 58. & 61.& quid ſi ſit omiſſus locus,vel omiſſum eſſet tẽpus neceſſarium,an in probationibus ſuppleri poſſit. 63. 64.*
59 *Delictum in dubio intelligi debet factum tempore licito.*
65 *Probatio ſuper inepto libello, non validat proceſſum.*
67 *Iudex ſi plus ſit probatum, quàm petitum, ſupplere, aut condemnari non poteſt.*

Libellus

68 *Libellus accusatorius si bene conceptus non sit, an absolua tur accusatus.*
69 *Additio ad libellum post lit. conte. an fieri possit.*
70 *Libellus accusatorius in actione furti quæ verba necessariò continere habeat. 75. 89.*
71 *Dolus in dubio semper inest furto, & homicidio.*
72 *Libellus, vbicunque qualitas in eo expressa ex natura facti tacitè inest, semper absque eo quòd qualitas exprimatur, concludit.*
73 *Libellus in actione furti de consilio valorem rei continere debet.*
74 *Aestimatio possessionis diuersa est ab æstimatione dominij.*
76 *Libelli accusatorij cõclusio, scilicet Peto eum condemnari ad pœnam & etiam ad rem mihi restituendam, an admittatur. 77.*
78 *Libellus in actione, vi bo. rap. qualiter formandus sit.*
79 *Violentia commissa cum armis vt dicatur, quid sufficiat.*
80 *Insultus cum armis an factus dicatur per eum, qui arma ad latus habebat, licèt non extraxerit.*
71 *Arma portans, malum animum præsumitur habere, nisi ligata portet.*
Arma vetita portans, ipsa perdere debet.
Arma solùm domi habere vel portare an vis reputetur.
82 *Armorum vetitorum appellatione quid contineatur.*
Armorum portatio per statutum punienda, de quibus armis intelligitur.
83 *Armorum appellatione quid veniat.*
84 *Arma ad offendendum quæ sint.*
Armorum appellatione an veniant dentes.
85 *Armorum appellatione an veniant cultelli ad incidendũ panem.*
87 *Arma portandi licentiam habens, an apud iudicium deferre possit.*
88 *Libellus in actione, vi bo. rap. an necessariò continere habeat illa verba, Armatus ense.*
90 *Iuramento agentis, vi bo. rap. an stetur.*
91 *Iuramento agentis actione furti an stabitur de rebus furto subtractis.*
92 *Libellus in actione legis Aquiliæ, qualiter formetur. 96. & an necessariò continere habeat tempus. 99. & an proposita actione legis Aquiliæ, tacitè videatur concludere ad duplum in casu negationis ex natura actionis propositæ. 100.*
93 *Tituli ad legem Aquil. de noxali. si quadru. paupe. fecis. dic. quando locum habeat. 101.*
94 *Capita legis Aquiliæ.*
95 *Actio legis Aqui. directa quo casu detur: & an emphyteuta, & feudatario competat. 98.*
97 *Actio legis Aquiliæ cui competat.*
102 *Actione legis Aquiliæ agi debet, si damnum datum potest ad pristinum statum reduci. 103.*
104 *Libellus in actione legis Aquiliæ contra incidentem syluam, qualiter formandus sit.*
105 *Libellus quando ageretur pro legatis factis ecclesiæ, qualiter formari debeat.*

VERSIC. EX MALEFICIIS.

ISTVM versi cu. aliqui legũt pro §. vt Angel. de Aret. hic: ego in prin. huius §. pręcedentis dixi me lecturum pro versicu. propterea ꝙ alij omnes totum simul legunt: sed non est vis. Iste versic. fuit summatus supra in princip. huius §.

Nota primò ex hoc tex. ibi: de sola pęna agitur. ꝙ in actione furti siue non manifesti, siue etiam ma-
1 nifesti, duplũ, vel quadruplũ est totũ pœna. Et sic habetis † ꝙ in duplo, vel quadruplo non inest simplum: & sic rei persecutio. Circa quod videte quæ pulchrè dixi in §. sic itaque. in 4. no. suprà eo. quæ hìc potestis repetere.

2 † Secundò no. ex eo tex. secundum Angel. hic, ꝙ pro furto, siue manifesto, siue non manifesto, de iure non imponitur aliqua pœna corporalis, sed tantùm pœna pecuniaria dupli, vel quadrupli, vt hic, cũ infinitis simi. Subdit tñ Angel. hic super glo. 3. quòd hodie de iure Authenticorum, pœna furti est abscisio membri. Alleg. tex. in Authenti. sed nouo iure. & ibi gl. & doct. C. de seruis fugi. quem tex. iudicio meo, non debuit vidisse Angel. de Aret. nec etiam glo. ibi: quia dicit de directo contra illum tex. & contra gloss. ibidem, vbi formaliter dicit tex. sed pro furto nec morietur, nec aliquod abscindetur mẽbrum, sed aliter castigabitur. & ibi gl. in vers. castigabitur. scilicet fustibus: & sic fur de iure Authenticorum debet solùm fustigari. Ad idem contra Angel. est etiam tex. expressus. in §. pen. in Authenti. vt nulli iudicium. collatio. 9. vnde sumitur dicta Authen. sed nouo iure. vbi formaliter dicitur in tex. Pro furto non volumus omnino quodlibet membrum abscindi, aut mori, sed aliter castigari. Et idem contra Angel. dicit expressè gloss. iuris canonici in cap. inter alia. in gl. in versic. latro. ad finem extra de immu. ecc. Pro Ang. tñ facere videretur
a tex. in c. 1. §. iniuria. a* de pace iura. fir. in vsib. feud. de quo tex. videatis Bart. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis.

3 † Subdit etiam Ange. de Are. hic, ꝙ tres reperiuntur casus in iure, in quibus pro furto quis debet mori. Primus est, & mirabilis, in ca. 1. §. si quis quinque solidos valẽs. de pace te. in vsib⁹ feudo. ubi formaliter dicit tex. ꝙ si quis quinque solidos valens fuerit furatus, laqueo suspendatur: si minus, scopis, & forcipe excorietur, & tundatur. Dicit Bal. in dicta Authentica, sed nouo iure. in secũda colum. & Bal. in §. si quis quinque solidos valẽs. post Iacob. de Bella. ibi ꝙ ille §. nõ seruatur de gñali cõsuetudine & ideo de illo §. nõ est curãdũ. Et istud idẽ ante eos dicit gl. in dicto ca. 1. §. iniuria. in versi. legitimè. in fi. de pace. iur. fir. Puto ego melius posse dici ad illum §. si quis quinque solidos valẽs. quòd ibi loquatur, qñ propter qualitatem alterius delicti non solius furti furca suspenditur: quoniã ibi committendo furtũ in quinq; solidos, violabat publicam pacem. & ideo quia est etiam violator pacis publicæ, debet ex illo furto suspendi. Et huic intellectui optimè suadet titul. sub quo situatus est §. ille, qui est optimus interpres nigri, prout plenè dixi suprà in rub. præsentis tit. & etiam visus est sentire Angel. hic.

4 † Secũdus est casus s'm eum, in l. pen. ff. de condict. ob cau. Sed nihil est, quia vt ibi dicitur per glo. in versic. summo supplicio. & ibidẽ per docto. ibi ita fuit factũ de facto: non autẽ qđ de iure fieri debuerit: vel ibi speciale propter vtilitatẽ personæ: quia erat seruus. & fatetur etiam Ange. de Are. hìc.

5 † Tertius casus est secũdũ Ang. hic in famoso latrone: ut est tex. in l. capitaliũ. §. famosos. ff. de pœnis. In hoc tamen aduertite quòd quamuis glo. in dict. Authen. sed nouo iure. in versi. castigabitur. & gloss. in dict. §. famosos. in versi. furca. intelligant illum esse publicum latronem, qui consueuit furari. Tamen Bartol. in dict. Authen. sed nouo iure. dicit quod quãuis ita obseruetur, ꝙ tamen gl. prædictæ non benè dicunt: quia
6 dictus §. famosos. loquitur de publico latrone: † sed fur, qui consueuit furari, est publicus fur, non autem publicus latro:
b quia latro est, qui per vim, b &c. vt dic. §. famosos. Ipse tamen Bart. in dic. §. famosos. saluat prædictas gl. vt procedãt quando cõtra consuetos furari publica fama laboraret. & ita simpliciter sequitur Ang. de Aretio hic. Sed Ang. in dic. §. famosos. iudicio meo, dicit quòd nõ intelligit famosos latrones ex
7 eo ꝙ assiduè furẽtur, † nisi cũ armis aggrediãtur, aut vi auferãt, quos uulgò appellamus assassinos, siue arrobatores stratarũ. Allegat bonũ tex. in leg. ptor ait. §. aduersus eos, ꝗ cadauera. ff. de sepul. uio. no. et Bal. in Authẽ. sed nouo iure. in prin. 2.
8 col. & ẽt in 3. col. & ibi ẽt subdit no. Bal. † qđ accessores non
c dẽt pati aduocari, ꝓ insignibus furibus. c quorũ periculi sui nescia feruet insania. Alleg. de hoc tex. no. in leg. per oẽs. C. de defen. ciui. Et qđ ẽt pro tertio furto nullus fur, ẽt famosus, pos-
d sit de iure furca suspendi, ꝑ tenet in terminis Iacob. Butr. & Raph. Ful. in dic. Authẽ. sed nouo iure. & Bald. ibidẽ. in princ.

2.columna,quia non reperitur iure cautum & §. famosos.secundum eum,loquitur in latrone,qui violenter furatur: & sic nō solùm delinquit in rebus,sed etiam in personis.Vnde secū
9 dum Bald.ibi:† omnes Saccomani debēt de iure furca suspēdi. Et vltra suprà scripta de pœna illa furis qualis sit de iure
e cōi,e videatis ēt latè per Angel.in §.penul. in Authen.vt nulli iud.colla.9.& gloss.no.in §.famosos.allegat.in versicu. furca.
10 † quæ etiam dicit quòd secundum legem Longobardorū pro primo furto quis debet perdere oculū,pro secūdo nasū, pro tertio verò dēt mori:vt in Lōbarda de furtis.l.de latronibus.

Et circa suprà scripta etiam videte multas quæstiones per Bal.in dict.c.1.§.iniuria.in verb.furtum.de pace iuran.firmā.
11 † & inter cætera,an pro multis furtis paruis possit quicunque famosus fur suspendi:de quo etiam videte per Bald. in l. apud antiquos.in fi.C.de fur.
12 † Subdit etiam Angel. de Aretio hic vnum ad limitationē prædictorum,quòd latro famosus pro prima vice veniā meretur à furca.Alleg.ad hoc glo.iuris canonici, quam ad hoc ipse reputat singularem,in capit.qualiter, & quando.il 2. extra de accu.tex.in leg.3.C.de epis.aud.Sed ego allego tex. de iure ciuili expressum in dict.leg.capitalium.§. grassatores.in versiculo,vtique si sæpius.& gloss.expressam in dict.§. famosos.in versicul.grassati sunt.Dicebat etiā circa prædicta Bald. in dict.Authenti.sed nouo iure.circa fin.1.col.quòd quamuis
f de iure quis pro primo f vel secundo furto furca non suspendatur, quod tamen de generali consuetudine est inductum quòd pro tertio furto quis furca suspendatur:subijciens notabiliter quod stante prædicta consuetudine. vel etiam si statuto illud disponeretur quòd tria furta requirantur: quòd tamen pro vno furto multum magno, & enormi, quis posset furca suspendi: quia sæpe vnum magnum æquipollet tribus paruis,per tex.illum in simili aureum,& singularem in leg.si is,qui tres.§.fin.ff.de excu.tuto.Item quia,secundum eū,propter enormitatem delicti licitum est leges transgredi. Allegat Inno.in cap.1.extra de consti.Et cum hoc dicto.Bal.tenet simpliciter Ang.de Aret.hic.Addo Bal.idem tenētem in dict. cap.1.§.iniuria,super versicul.furtum.de pa.iur.fir.Et hoc dictum dicit se practicasse Angel. de Aret. in ciuitate Perusij in tractatu suo maleficiorū,in versic. vestē cœlestem abstulit.Et idem tenet Angel.in l.quòd si nolit.§.quia assidua. ff. de ædi. edic.Cōtra tamen illud dictū tenent multi:vt Sal.Pau.de Cas. & Fulgo.in dict.Authen.sed nouo iure. & solennis vtriusque iuris censuræ doc.Ioan.de Ana.in capit.fin. extra de fur. quia consideratur consuetudo furandi,& non furtum: & per alias multas urgentes rationes,quibus addite pulchram glo.in ca. fur aūt. quod est ca.fi.14.quæs.vltim.vbi est gl.no.in vers.forni
13 catio.quæ disputat,† an maius sit peccatum cognoscere pulchram,quàm deformem:& finaliter concludit magis peccari cum deformi,quàm cum pulchra:quia plura sunt,quæ magis suadent immisceri formosæ,quàm deformi,ut pulchritudo,& libido.Ita dicimus in proposito,quòd considerata persona furis,plus deliquit,cui datur parua occasio furādi,quàm cui datur magna:quia obiectum magnum,quod inuitat ad furandū,magis minuit delictum,quàm obiectū minus. Quic-
14 quid sit,quia dictū Bal.est dubium,si velletis euadere clientulum uestrum à furca pro enormi furto,possetis per id, quod singulariter uoluit Bald.in Authentic.hodie.C.de iud.ubi dicit Bal.quòd illud,uult Inno.in dicto ca.1. extra de constitu-
15 tio. † quòd ex causa licitū sit transgredi leges propter enormes casus emergentes,habet locum in maioribus magistratibus tantùm,quibus istud licet:secus est in minoribus magistratibus,ut in Potestatibus terrarū qui habēt seruare statuta
16 ad unguē.Quod dictū teneatis perpetuò cordi.†Accedat qđ singulariter uoluit Ludo.Roma.in l.si uerò.in §.de uiro. i 66. fallentia.ff.solu.mat.ubi dixit singulariter(nec alibi scriptum in specie inuenietis)quòd imò propter enormitatē, aut immensitatē delicti,non licet magistratui leges transgredi, sed quòd imò tunc debet consuli superior.Et pro hoc allegat tex. unicum, & sing.in iure,in l.diuus.la secunda. ff. de fal. circa quem tex.diligenter considerabitis.quia peregrinus est: sed mihi urgenter non probat dictum Ludo.

Tertiò notate ex hoc textu,in uersic.ui aūt bo. rap. ꝙ in actione ui bonorū raptorū, quæ datur in quadruplum contra rapientem,in quadruplo inest simplū,& sic rei persecutio.Et
17 sic habetis † quòd in actione ui bonorū raptorū quadruplū non est totū pœna.Et ex hoc habetis corrollariè inferre, ꝙ magis puniatur fur manifestus,quàm uiolentus raptor: quia in furto manifesto quadruplū est tota pœna: sed in uiolento raptore in quadruplo cōtinetur simplum,& sic etiam rei persecutio: & sic in uiolento raptore solum triplum est pœna, sed in furto manifesto totum quadruplū:ut hic, in tex..Concordat tex.no.in §.1.suprà ui bono.rapto. iuncto §. fin. suprà de oblig.quæ ex deli.Pulchrū ergo est ut uideamus quæ sit ra
18 tio diuersitatis,† quare magis puniatur fur manifestus,quam
g uiolentus raptor. g * Solu.dixit Ioan.Fab.hic, in 3.colū.quē simpliciter sequitur Ange.hic,in 2.colum.quamuis de eo nō faciat mentionem:ꝙ ideo est,quia magis frequentantur furta,quàm rapinæ:& sic grauius puniuntur,ut sic magis arceātur.l.aut facta.§.fin.ff.de pœnis. Accedant quæ in simili uolunt gloss.in l.secunda,in princip.in uersi. contrahitur. ff. pro empto.& suprà de usucap.in princip.in uersic.bona fide. dū ponunt quæ sit ratio diuersitatis ꝙ ad inducendam præscriptionem in contractu emptionis,requiritur bona fides duobus temporibus,scilicet tempore celebrati contractus,& tēpore traditionis.& tamen in alijs contractibus sufficit interuenire bonam fidem uno tempore, scilicet tempore traditionis.& dicūt rationem diuersitatis esse:quia contractus emptionis magis frequentatur.Sed huic rationi Ioann. Fabr. & Angel.de Areti.unū obstat multùm fortiter,cui non uideo qđ possit responderi:quia data eorū ratione pro uera, sequeretur ꝙ etiam furta non manifesta grauius punirentur, quàm rapinæ,quia frequentiùs committūtur:& tamen istud est notoriè falsum:ergo ratio eorū non uera.Nicol.de Neapol.hic, in 8.quæ extra gloss.post suum Rodul.de Auric.uoluit euadere nodum quæstionis prædictæ,& dixit ꝙ imò quæstio, quam suprà fecit,est falsa ꝙ plùs puniatur fur manifestus,quàm uiolentus raptor.quia,secūdū eū,hoc est falsum,cùm raptor nihilò minus teneatur actione furti manifesti.per text.in l. si uē didero.§.cùm raptor.ff. de fun. sed errat,per tex.in l.prima ff. ui bonorum rapto.& quia non est uerum quòd uiolentus raptor semper teneatur actione furti manifesti,per textū in leg. si quis ex domo.ff.de fur.& infrà uidebimus in glo.in uersic. ui bonorū rapto. ubi ego expressè hoc firmabo contra eum ex mente eiusdemmet in hoc sibi contrarij, ut ibi uidebitis. Aliā rationē diuersitatis assignat ipsemet Nicol.suprà ver. ui bonorum rapto.in princip.ex mente Old.in l.qui uas.in prin. ff.de fur.& in l.Iulia.ff.ad legem Iuliam. de vi pri. Nam ille, qui tenetur actione ui bon.rap.tenetur etiam de violentia:& sic potest etiam criminaliter accusari,vel lege Iulia, de vi publica, vel de vi priuata.Alleg.d.l.l.Iulia.quam ego non inuenio,nec in ff.ad legem Iuliam,de vi priuata, nec de ui publica,nec C.eodem ti.quod non est in furto:quia potest tantùm extra ordinem puniri.l.fin.ff. de fur. Cùm ergo uiolentus raptor in uno grauetur,in hoc nil mirum,si in alio alleuiatur,p regulam uulgatam l.eum,qui.in princip.ff.de iureiuran. Sed ista ratio adhuc mihi nō placet,quia nō est generalis: nam sic quæretur ꝙ eo casu,quo rapina,sine uiolētia alterius, cū animo tamen committendæ uiolentiæ:vt in casu l. si quis ex domo.ff.de fur.quod tūc in actione ui bonorum raptorum, quadruplum esset totum pœna.quod tamen est falsum. Cogitabis de meliori ratione diuersitatis.
19 † Quartò notate in uersic.sed & legis Aquiliæ.ꝙ contra negantem actio legis Aquiliæ cōpetit ad duplū.Concor. §.omnes.in uers.si in duplum.infrà eodem.& leg.cōtra negantem. C.ad ad legem Aquiliam,cùm multis similibus.Istud notabile potestis multis singularibus modis limitare per ea, quæ in simili dixi uobis in §.omnium.suprà eodem. circa textum in l.finali.ff.de rei uendi.quæ omnino addatis hic.

Vltimò notate in uersic.item mista. quòd ille,qui fraudulenter, & sine causa differt præstare relicta facta pijs locis, si fuerit in iudicio conuentus,tenetur ad duplum. Quod si aliter intelligatur, infrà uidebitis in gloss.in uersi.distulerint.& in gloss.in uersicul.iudicium. in quibus locis reseruo dicendum,quia opportunius cadet.

Gl.prima.aliqui habēt in uersi.ex maleficijs. aliqui,& melius,in versi.quadrupli.& diuiditur in duas partes.In prima format

formát quæstionem. In secunda respondet. Secunda ibi: respondeo: imò magis.

In fin. glo. per hoc non respondet contrario, dict. l. nō existimo. in ea alleg.

20 † Vbi grauius punitur, qui clam facit, quàm

h qui palàm: h hic verò est secus. Vnde pro solutione dicebat Dyn. quē posteà secuti sunt omnes alij hic, quòd aut loquimur in his, quæ possunt esse licita, & illicita, & sic quæ pñt æstimari permissa, & prohibita: & ī istis magis punitur q̄ clam facit, quàm qui palam. Et in istis terminis loquitur propriè dicta l. nō existimo. Aut loquimur in his, quæ sunt omninò illicita, & prohibita: & sic quæ nullo unquam casu possunt esse licita, vt est furtū, & in istis, quæ semper sūt, illicita, magis punitur qui palàm facit, quàm qui clàm: vt hic, cum sim. Et pro illa solutione facit secundum doct. hic, quia magis punitur disputās de fide Catholica publicè, quàm priuatim, & occultè. C. de sum. tri. & fide catholi. l. 3. & ibi glo. in versic. publicè. Et Et cùm ista sol. transeunt (vt prædixi) omnes hic, vt Ioann. Fa

i br. Angel. de Aretio, & i * Nic. in 6. opp. gl. Ista solutio videt prima fronte periculosa, & reprehenditur per nōnullos hic: quia videtur esse contra casum de broca in l. fi. ff. de ritu nup. vbi loquitur in his, quæ sunt omninò illicita, & prohibita: vt contrahere matrimonium in gradu prohibito: & tamen ibi grauius punitur qui clàm contrahit, quàm qui palàm. Ego sustineo solutionē docto. & dico q̄ imò in illa l. fi. contrahere matrimonium inter collaterales, non est omninò, & semper prohibitum: imò potest esse licitum, & illicitum: quia vsque ad certum gradum prohibitum est matrimoniū: vltra verò est permissum. §. inter eas. cum gloss. in uersicul. sed non tanta. & §. duorum. suprà de nup. & l. celebrandis. C. de nup. vnde ibi propriè sumus in casu primo docto. scilicet his, quæ possunt esse licita, & illicita: ideo ibi grauiùs punitur ille, qui clam contrahit, quàm qui palàm. & ibi erit propriè casus pro distinctionē docto. Et hanc solutionem ad distinctionem docto. sentit Bartol. post Dyn. in leg. secunda. §. & generaliter. ff. vi bono. rapto. & ideo si aduertatis, Iurisconsultus in dicta l. final. quandò loquitur in matrimonio, quod semper est prohibitum, vt est inter ascendentes, & descendentes, non dicit grauius puniatur, qui clàm facit, quàm qui palàm, sed solùm illud dicit in matrimonio, quod potest esse prohibitum, & pmissum, videlicet inter collaterales, ita q̄ ibi est casus rotundus pro solutione docto. & non contra. Quia tamen illa est via brocardica, an grauiùs puniat ille, qui facit clàm, an ille, qui palàm: de hoc brocard. vide latè Cyn. Iac. Bu. Ray. & Bal. in dicta l. nemo. C. de sum. Tri. & per antiquos, vt Ray. Iacob. de Ra. Pet. de Bella Perti. & Old. in dicta l. non existimo. per Iacob. But. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. per Dyn. & Barto. in dicta l. prima. §. generaliter. ff. vi bono. rapt. & Iaco. de Bel. latè in d. l. ff. de ritu nup.

Gl. in versicul. quadruplo. quam diuido in duas. In prima remouet tacitum contrarium ad tex. In secunda format quæstionē. Secunda ibi: sed nunquid ēt raptor. Prima pars principalis subdiuiditur in duas. Nam in prima facit quod dictum est. In secunda principalis subdiuiditur in quatuor particulas. In prima facit quod dictum est, quia format vnam quæstionem. In secunda refert opin. Pla. In tertia respondet ad allegata per eum. In quarta ponit opin. suam. Secūda ibi: dic q̄ non, secundum Pla. Tertia ibi: sed certè ibi erat actum. Quarta ibi: sed satis uidetur quod manifesti.

In eadem glo. in fi. cum opin. glossatoris nostri transeunt indistinctè docto. hic, vt Dyn. Ioan. Fab. & Angel. Et pro eā allegant tex. expressum in l. si vēdidero. §. cùm raptor. ff. de fur. quē Bartol. & ibidē reputat ad hoc vnicum, & singularē in iure. Ego opin. Pla. hic relatam in gloss. non teneo, & eā reprehendit ēt Barto. in dict. l. si quis ex domo. ff. de furt. Hæc opin. glossatoris nostri, & sequacium, iudicio meo, non est indistinctè vera, vt patebit ex his, quæ nunc subijcio in proxima distinctione. Vnde ego distinguo ex mēte Dyn. & Bartolum in l. prima. ff. vi bono. rapto. & eiusdem Dyn. in l. secunda. §. hoc edictū. in eodem titul. ff. vi bono. rapto. & Bartolum in dicta l. si vendidero. §. cùm raptor. & Nicol. de Neapol. supra vi bo

k no. rapto. in prin. k † q̄ aut violentus raptor fuit deprehēsus,

21 vel fuit contra eum acclamatum, vel cursum: & tunc tenetur etiam furti manifesti: & in his terminis procedit opin. gl. nostræ, & sequacium, & tex. in dicto. §. cùm raptor. Aut uerò raptor non fuit apprehensus, nec fuit cōtra eum acclamatum, vel cursum, vel quia coadunatis gentibus iuit ad domum alterius, & non inuenit: & hoc casu non teneatur actione furti manifesti, & de hoc est tex. in terminis in dicta l. si quis ex domo. quem Bartolus ibi reputat ad hoc singularem, & non habere concordantem in Mundo. Et est ratio, quia ad hoc vt quis sit fur manifestus, vel teneatur actione furti manifesti, necesse est quòd alterum ex suprà scriptis tribus interuenerit, uel aliud simile: vt l. secunda, tertia & quarta: & l. si quis in seruitute. §. primo. ff. de furtis. & §. furtorum. cùm §. seqq. suprà de obligationibus, quæ ex delicto nas. Vnde raptor ita demū erit fur manifestus, si aut deprehēdatur, aut si cōtra eū curratur, aut acclametur: aliàs non. Ista est mera veritas.

Glossa in uersicul. traditam in fine. dicite vos adijciendum esse nedum actionem, Quod metus causa: sed etiam multas alias enumeratas infrà in glossa. fi. in versiculo pœna. & ibidem gloss. dicit, & benè: & sequuntur Dynus, Ioannes Faber, & Angel. de Aretio hic.

22 † Gloss. in uersic. contra eos. in fin. dubitat Ioānes Fab. hic, quid in executoribus vltimarum voluntatum ordinatis ex dispositione testatoris differentibus sine causa soluere legata relicta pijs locis, an teneantur pœna huius §. & sic in duplum. Determinat ipse quòd sic, per generalitatem huius literæ. Itē quia conueniri possunt actione ex testamento. Allegat l. nulli. cùm ibi no. C. de episcopis & clericis. melius allegasset in pposito istò l. si quis ad declinandam. in principio. C. de episcopis & clericis. vbi est tex. q̄ executor legitimus, qualis est episcopus, intentat actiones hæreditarias. Idem ergo, & multò magis, secundum Bartolum ibi, in executore testamentario cùm legitimo præferatur, per dict. l. nulli. Item facit q̄ talis executor testamentarius habetur loco hæredis: vt per Innocentium, Ioannem Andream, & alios in capitulo cùm tibi. extra de testamentis. & Spec. in titulo de instrument. edit. §. nūc aliqua. circa princip. & Bartolus notat in leg. hæreditas. la secunda. ff. de hæredib. instituend. & in dict. l. si quis ad declinādam. & in leg. si quis Titio. in principio. ff. de legatis 2. & in l. centurio. in versicul. sed quid si testator. ff. de vulgari, & pupillari. & Baldus no. in Authentica licet. C. de natu. lib. & in l. prim. C. ad legem Falcidiam. Et quòd executor testamentarius teneatur actione ex testamento, firmat etiā expresśe Bartolus in leg. Firmio. §. penultimo. ff. quādo dies leg. ced. & est tex. in leg. cum filio. in fine, secundum lecturam Bartol. ibi. ff. de legatis primo. ponit Baldus in dicta leg. nulli. in prima columna. C. de episcopis & clericis. & hanc opinionem Ioann. Fab. hic, scilicet quòd pœna huius §. habeat locum in executoribus testamentarijs, tenet etiam Angelus hic: motus vltra Ioann. Fab. quia cùm glossa nostra hic extendat istam constitutionem pœnalem loquentem tantummodò in hærede ad legatarios, & fideicommissarios grauatos certè, secundū eos, poterit ēt extendi ad executores testamentarios. Sed, iudicio meo, errat non mediocriter Angelus de Are. in hoc suo fundamento. Nam primò non est verum quòd textus ille loquatur in hærede tantummodò: imò tex. simpliciter dicit. Item mista est actio cōtra eos, &c. nō dicit hæredes. Item non est verū q̄ glossa nostra extendat istum textum ab hærede ad legatarios & fideicommissarios grauatos: sed solùm declarat tex. generaliter loquentem. Nam cùm tex. simpliciter dixerit, contra eos: glossa declarat, scilicet hæredes, uel alios. Ita quod gloss. non extendit textum nostrum, sed eum declarat. Ego tamen etiam teneo cum determinatione Ioann. Fab. suprà relata, per ea, quę superius adduxi. pro qua ēt adduco in terminis optimum fundamentum. Nam executores ultimarum uoluntatum tenentur de omni culpa, de qua teneretur ipse hæres principalis à testatore institutus. Istud est, quod singulariter, & signanter multùm uoluit Baldus & Imo. in l. cū res. §. culpa. ff. de legatis primo. ubi extēdūt distinctionē Bartoli ibi positam super hærede, de qua culpa teneatur, ut in omnibus, & per omnia procedat etiam in executoribus ultimarum uoluntatum. & ipse hęres sine dubio ex sua dilatione, seu procrastinatione præstandi legata pijs locis, teneretur in duplum, & sic pœna huius §. Ergo idem dicemus in executore testamentario. Et est ista ueritas.

l ¹ * Glo.in versic.distulerint.diuido in nouem partes.In prima remouet tacitum contrarium ad tex.In secunda notat ex textu.In tertia remouet aliud cōtrariū.In quarta ponit vnum dictum ad textum.In quinta formatvnā quæstionem. In sexta format aliā.In septima aliam.In octaua aliā. In nona aliā. Secunda ibi:& nota quem puniri. Tertia ibi: & est speciale. Quarta ibi:item hæc legata.Quinta ibi:quid si negauit. Sexta ibi:item quid si confessus est.Septima ibi: item quid si duplum non pōt soluere.In ead.glo.in prin.ibi:scilicet fraudulēter,vel sine iusta causa.Ego allego pro hoc tex.in c.vasallus.el primo,si de feu.fue. cōtro. inter do. & agna. quē ibi pōderat expresse Bal.& notat,& dicit quòd ille tex. glossat multas leges,& maximè istū §. dū imponit pœnam differenti soluere legata p.js locis,vt procedat quādo distulit dolo,vel lata culpa:vt ibi per eum.In ead.glo.ibi.prætor.§. sed & si seruus.in fi.ille tex.probat hoc modo in fi.dū dicit:nec cedat:in solidū tenetur,vbi aliàs non teneretur,nisi de peculio, vel de in rem verso.vt ibidē dicitur in versic. proximè præcedenti. quia tū tex.ille vrgenter non probat,allegate meliorē tex.in §. si quis ait non implens.in versi.protraxerit.in Authentic. de hæred. & fal.quem etiam allegat Ioannes Faber hic.

23 † In eadem glo.ibi:vt C.de vsu. & fructibus legatorū.leg. prima.habetis,quòd hæres non tenetur ad usuras legati, vel fideicommissi, nisi à tempore moræ, vel litis contestationis. Dicite vos ꝙ tamen litis contestatio necessariò non requiritur,sed sola mora sufficit ad hoc vt vsuræ in legatis currant, vel debeantur:vt leg.si quis seruo. & leg.Titia Seio.§.usuras. ff.de legatis 2.cum alijs iuribus,quæ allegat gl. ita declarans in dict.l.2.in gl.magna.C.de usur.& fruct. leg. Itē hoc etiam euidenter probatur optima ratione glossæ ibi: nam actiones ex testamento,quamuis sint stricti iuris.ut l. alias.& ibi Bartolus.ff.de in litem iur.& qui nō enumerantur in §. actionū,infrà eodē.tamen habentur instar actionum bonæ fidei, & eisdē æquiparantur:ut est textus nota in l.in minorū. & ibi Bart. C.in quibus causis in integr. restitutio. non est necessa. Quēadmodum ergo in actionibus bonæ fidei sola mora sufficit absque litis contestatione:ut l.mora.§. in bonę fidei.cū simil.ib.ff.de usuris.ita & in istis.Et ita etiam tenet, & declarat Nicolaus de Neapo.hic in undecima quæst. alias appo. glo. qui subdit glossam nostram uelle aliud. Et ita ex ea notat, quod ipse habet pro ualde absurdo, uidelicet quòd ad hoc ut fructus rei legatæ debeantur legatario, quòd oporteat litem esse contestatā,uel saltem moram esse commissam.Hoc, secundū

24 eū,est falsum:† quia imò fructus debētur legatario à tpe aditæ hæreditatis.Allegat glo.in l.fina.in gl. prima. C. de usu.& fruct.leg.& gl.in l.Herennius.la secunda.in gloss.prima. ff.de usur.Nec obstat,secūdū eū,dicta leg.fina. C.de usu. & fructu leg.ubi expresse dicitur:Fructus post litē contestatā, non ex die mortis sequuntur: quia dicit ipse quòd ille textus loquitur in re hæredis legata,nō aūt in re propria testatoris. Et ita ēt respondet ibi glo.Et hoc modo,secundum eū,posses saluare istam glossam ut procedat,quando est legata non res testatoris,sed res hæredis:ut hic latius per eum.Ego puto quòd illud,quod ipse reprehendit in illa glos.circa fructus,non colligatur necessariò ex illa glossa.Item non est uera solutio, quā dat ad illam legem finalē, & fuit etiam sol.ibi, quòd illa lex loquatur quando testator non legauit rem suam propriam, sed alienā,puta hæredis:quia secundum Bartol.ibi, ista solutio est de directo contra illum textum,dum dicit:siue in rem, siue in personā agatur. Si enim esset legata res aliena, ut ipsius hæredis:quia hoc casu dominium rei legatæ ipso iure nō transiret absque traditione in legatarium:ut est gl. no.in l.Papianus.& ibi Barto.ff.de serui.t tu.generali.& ibi gloss. in l.si hæredis seruus.in princi.gloss.magna. in uersicul. in factum. ante finem.& ibi Bartol.& omnes ff.de legatis primo, & glo. in leg.hæreditatum.§.final. in glossa prima, & ibi Bart. ff. ad legem Falcidiam,& glo.in l.Titius.in uerbo,manumissi.ff.de action.empt.& glossa in leg. per diuersas. in uersicul. seu res: & ibi Bartolus in ultima columna.C. mandati. & idem Bart. in l.secunda,ad finem.C.communia de leg.& Bartol.in l.hæredem.C.de fideicom.& in l.prima, in sexta colum. C. communia de leg. Certè non posset agere actione in rē, & sic rei uendicatione,per ea quæ traduntur per Scribentes:ut Bartol. in leg.prima & secunda. C. cōmunia de leg. & in l.prima. ff.

25 de legatis primo.Necessariò ergo textus iste loquitur,† quando testator legauit rem suam propriam. De hoc tamen puncto,quando fructus rei legatæ debeantur legatario,an à tempore aditæ hæreditatis,an uerò à tempore moræ, seu litis cōtestationis:quia passus non est sine scrupulo, ultra suprà scripta,uideatis Bartol.& alios omnes in leg.si tibi homo.§.cùm seruus.ff.de legatis primo.& Bartolus latè in l. fideicommissaria.in princip.ff.ad Trebellia.& textum,& ibi Bartol.Ange. & Imol.in leg.si quis bonorum.ff.de legatis primo. & Bartolus,& Imo.in leg.seruo legato.in princi. ff. de legatis primo, & Baldus in l.final.§.sed quia.C. communia de leg. & in leg. grege.ff.de legatis primo.

26 † ᵐ In eadem glo.ibi:l.quis sit fugitiuus.in princip. Ista de m cisio glo.nostræ,secundum Ioann.Fab.per uerba tamen satis intricata, & quodā modo adinuicem contra, quæ ego clara facio,procederet,quando ecclesia uellet inniti confessioni illius,& per eā uellet probare:quia tunc esset æquum id, quod n glossa nostra dicit,negantē posse pœnitere,& cōfiteri.n * Aliter autem decisio glossæ nostræ nō posset ullo modo procedere:quia pœna huius uersicu.item mista.committitur duobus modis.Primò,si quis negauit.Secundò,si non negauit,sed distulit usque quo iussu magistratus conuentus. Casus est de utroque rotundus in §.omnes. in uersic. sed furti. infrà eodē. Ergo quàm primùm quis negauit,statim pœna committitur. Sed ubi non negasset,prout in isto tex.in quo non apparet de negatione: & tunc pœna committitur, si differret usquequo iussu magistratus conueniretur.Et hæc est mera ueritas,reiecta quadam opin.Angel.de Aret.hic, qui uult quòd ad hoc ut differens soluere legata facta pijs locis ad uocationē in ius, incidat in pœnam huius uersiculi, item mista. requiritur ꝙ præcesserit interpellatio extraiudicialis: quod est fatuum dicere:cùm in istis legatis ad pias causas mora cōmittatur re ipsa,absque alia interpellatione:ut est glo.singularis,& approbata per omnes,infrà in gl.sequenti.in uersic. in iudicium. & ibi uidebimus.Et propterea Angel.de Aretio se ipsum correxit,& ea quæ hic dicit,& meritò infrà in septima parte, principali huius gloss. Sed ego iam eum correxeram ante, quàm illum ibi uidissem.Et circa conclusionē, quā suprà proximè tenui post Ioann.Fab.uideatis etiam Spec.in titu. de cōfes.§. nunc uidendum.uersicu.quid si egi.& Nicol.de Neapol. hic, in septima quæstione gloss. Nec prædictis obstat dicta l. quis sit fugitiuus.in princip.hic in glo.alleg.pro contrario:quia respondebat Ioann.Fab.hic,& sequitur simpliciter Ang.de Aretio hic,quòd ibi delictum erat consummatū:ideo non admittitur pœnitentia: quia sera est pœnitentia: hic autem est secus.l.qui ea mente.& ibi plenè per Barto.ff.de fur. Quæ solutio mihi non placet:quia contrariatur his,quæ proximè dixi: quia imò hic per solam negationem cōsummatum est negotium,quantùm ad cōmissionem huius pœnæ,d.§.omnes.uersicu.sed furti.infrà eodem, & firmaui suprà. Vnde ego aliter respondeo,& solutionem elicio ex his,quę proximè dixi,ꝙ in dict.l.quis sit fugitiuus. in princi. ex illa præsentia illius serui fugitiui,dominus non releuatur in aliquo, nec in aliquo iuuatur,& ideo non admittitur talis pœnitētia:hic autem ex ista confessione benè releuatur ecclesia quò ad probationē, cùm ex ea uelit inniti,ut prædixi.Nil mirū ergo si admittitur: aliàs autem non admittitur,ut suprà conclusi.Et hanc solutionem sentit etiam Nico.de Neapo.hic,in 12.quæstione glossæ.

27 Et iuxta prædicta,† si uultis generaliter uidere quando ille,qui primò negauit, admittatur ampliùs ad confitendum, & sic quando negans possit pœnitere, uideatis latè Baldū in leg.contra negantē. C. ad legē Aqui. & in leg. error. in sexta col.C.de iur.& fact.igno.no.Bal.in capi.uasellus.el primo,in secunda colu.si de feu.fue.contro.inter domi.& agnatum.& latè Bal.in cap.primo.§.porrò.in quarta colum.in uersi.nunc generaliter quæro. in titul. quæ fuit prima causa beneficij amit.uersicul.inter cætera. ubi no. dicit quòd ubicunque tractatur de pœna augenda ratione negationis, intelligamus sē per de ea negatione, in qua quis perseuerauit:sed si nō perseuerat in ea,sed confitetur,nondum liquidato negotio per probationes testium,tūc euitat damnū,quod ex negatione emergebat.Ita dicit notari hoc uersi.item mista. per hāc præsentē glo.

gl.& in l.alia causa.C.de his,qui.vt indi. Quod diligenter nota pro maxima limitatione, & declaratione prædictorum, &
28 huius text.& sequitur simpliciter Ang.hic.† Et an post negationem possit quis confiteri, ad hoc vt consequatur commodum statuti:puta, si statutum remitteret quartam partem pœnæ confitenti maleficium:videatis Bar.in leg.eum,qui.in princip.ff.de iureiuran.& ibi not.tex.illum ad hoc, quod dicit tota die occurrere.Et in idem videatis Sali.& Fulgo.contrariãtes Bar.& alibi Bal.in isto passu aliter distinguentem in l.contra negantem.C.ad legem Aquiliam. & l.si unus. §.fin. in lectu. antiqua.ff.pro soc.& in d.cap.primò.§.porrò.quę fuit prima causa benefi.amitten. & omninò Bal.in leg.ea, quæ.in 10. & 11.quæstion.C.de cond.indeb. vbi tenet ꝙ imò in terminis statuti admittatur confessio post negationem, si statim, & in cõtinenti confiteatur:imò plus ꝙ etiam si ex interuallo, antè q̃ tamen testes sint recepti: secus si posteà 9 vt ibi latiùs per eũ. Et contra Bar.vide tex.no.in leg.electio.§.neque.ff.de noxa.& ad illa addite quæ pulchrè dixi vobis in §.omnium.suprà eodem,circa casum.l.fin.ff.de rei vend. Et vltra prædicta, si vultis uidere, quæ sit illa negatio, quæ facit crescere condemnationem,recurrite ad Bart.in d l.eum, qui. in princ.in secunda columna.ff.de iureiur.quem simpliciter refert Ange.hic: sed ego frustra non refero,quia non adderem.

In eadem gl.ibi: l.illud.Hanc decisionem gl.& etiam præcedentem limitabat Ioann.Fab.hic,vt procederet, vbi nõ interuenisset iustus error:aliàs,secundum eum, sub dubio tamẽ forte,ille excusaretur. Allegat l. confessionibus. in princ.& l. qui seruum.in princ.ff.de interrog.act.& sequitur simpliciter Ang.hic.Addite Bar.latè in leg. non fatetur. ff.de confes.cum si.& quod in simili notat Bar.in d.l.eum, qui.in princ.in secunda columna.ff.de iureiurand.dum ponit de eo, qui probabiliter potuit ignorare: & dicit quod cùm illud,scilicet per negationem condemnatio crescat, fiat in pœnam mentientis:certè si non procederet delictum in negando, non deberet sequi pœna, quæ sine delicto non est: vt l.aliud.ff.de uerbo.sing.& ibi latiùs per eum.

In eadem gl.ibi: infrà eodem.§.at illæ.qui potiùs est versic. §.sed furti:parum facit secundum Ioann. Fab.hic,& secundũ eum,melius faceret l.post legatum.§.primo, & l.penult.ff.de his,qui vt indi.Dicit tamen se credere quòd illa opin.relata in gl.sit vera:quia ex sola procrastinatione, & uocatione ad ius, hæc pœna committitur: vt hic: & dicto versic.at illæ.Subdit tamen posse saluari opin. gl.quando negotium esset dubium, per leg.illud.ff.de pet.hæred.Et dicit Ang.hic se credere quòd mens gl.fuerit, propriè loqui in istis terminis. Nicol. verò de Neapol.hic,in 4.quæstione.gl.tenet cum gl.nostra,quando allegaretur iusta causa: secus si frustratoria, per leg.quod te.in argumentum.ff.si certum pet.& l.sciendum.ff.de vsur. Ego allego in terminis Bar.qui hic à nemine allegatur, facientẽ expressam mentionem de vtraque opin.hic in glo.relata,in d.l. eum qui.in princ.in secunda col. ff.de iureiurand. & ibi has
29 opin. ipse notabiliter concordat distinguendo. † Aut enim negatur talis qualitas,per quem condemnatio in totũ perimitur,aut minuitur:puta in exemplo gl.nostræ, quando negat testamentum valere:& tunc negans talem qualitatem, benè incidit in pœnam.Ita procedit opin.gl.nostræ hic,quæ est secũda in ordine.Si verò negetur aliqua qualitas:& tunc sit secus. Exemplum, secundum eum, in simili,si aliquis conueniatur leg.Aquilia pro damno dato, certè si conuentus confiteatur se dedisse damnum, neget tamen æstimationem damni factã ab accusatore:certè per hoc non condemnatur in duplum: vt probatur in leg.inde Neratius.§.fin.cum l.sequen.ff.ad legem Aquiliam. Et hoc modo procedat alia opin.hic in glo.relata pro prima,quam ipse dicit se ita intelligere.

p p* In eadem gl.ibi:C.de fideicom.l.fin.l.in princ.hæc est vera,nec habet aliquam dubitationem, secundum Dyn.Ioann. Fab.Ang.hic,& Nicol.in 15.quæst.glo. in fine gl.in hac vlti.q. gl.Ang.de Aret.hìc contrariatur opin. Ioan.Fab.Ego eligo in
30 ter eos mediam opin. † & dico sic:In ista pœna dupli,in quã incurrit ille,qui dolosè differt soluere legata relicta pijs locis, &c.totum duplum nõn est pœna, imò tenetur ad rem principalem relictam,& ad tantũdem pro pœna, & sic in effectu ad duplum,vt dicit iste tex.Si ergo quæratur, nunquid quantum ad rem principalem relictam, si non potest illam soluere, debeat luere in corpore.Et teneo ꝙ nõ, per l.si procuratorem.§. si ignorantes.ff.man.& quia potest cedere bonis, per tit.ff.& C.de cess.bono.& dicam de materia in §.fin.in ver.fi.infrà eodem.Istud tamen fallit,quando dolosè distulisset ad istum finem,vt esset non soluendo: quia tunc non habet beneficium cessionis, per tex.illum valde singularem in leg. fin. ff.quæ in frau.cred.secundum primum intellectum gl.& Bar.ibi: de cuius legis intellectu dixi vobis in §.item si quis in fraudem. suprà eodem.Et in istis terminis sto cùm Ioan. Fab.hic ita tenẽte.Aut verò quærimus quãtùm ad pœnam legalem: & in hoc membro sto cum gl.& Angel.hic, ꝙ si non potest soluere pœnè, ꝙ debeat luere in corpore, per regulam vulgarem leg.penultim.& fin.de in ius voc.intelligendo tamen secundum ea, quæ pulchrè tradidi vobis in §.pœnales.in gloss.super versic. & in eum. suprà eodem: quæ hic potestis addere. Et credo quòd ista sit veritas.

q q* Glos.in versic.in iudicium. diuiditur in quatuor partes principales,quemadmodum quatuor principales quæstiones in ea ponuntur. Partes de se patent. Secunda ibi:item quid si Reipu.Tertia ibi:item quid si in redemptionem captiuorum. Quarta ibi:item quid si Deo,vel alicui Sancto.

In eadem gl.ibi:leg.interpretatione.Hæc prima quæstio gl. non habet dubitationem,secundum Io.Fab. & Ang. de Aret. hic,& benè:quia de ea est tex.apertus in §. omnes. versic.sed furti.vbi tex. magistraliter dicit,quòd si negat, statim incidit in pœnam: si verò non negat, & tunc ita demum incidit in pœnam, si differat,adeò quòd patiatur se in iudicio conueniri, & dixi latiùs suprà in gloss. præcedenti, in quinta parte principali.

31 † In eadem gloss.ibi: C. in quib. caus.in integ.resti. non est ne.l.in minorum.Teneatis perpetuò cordi hanc partem glos. quæ singularis est, ꝙ sicut fauore minoris mora contrahitur re ipsa absque vlla interpellatione,vt est tex.in d. l.in minorũ. & est tex.notandus in l.Titio Seio.§.vsuras.ff.de leg.secundo. quod idem est in ecclesia, & alijs venerabilibus locis: & consequenter illa gl.extendit singulariter illam l.in minorum.loquentem tantùm in minore, vt etiam locum habeat in ecclesiã.Et ad hoc reputat istam gl.valde not.Nicol.de Neapo.hic, in 17.quæstion.gl.Et idem istud de ecclesia quod sibi re ipsa, & ipso iure committatur mora,dicit expressè Bal. in Authen. hoc amplius. in secunda columna. C. de fideicom.quamuis non fuerit memor de gl.ista hic. Et idem etiam dicit Lud.Roma.allegans istam gloss.pro valde singulari. in leg.si ex legati
32 causa.ff.de verborum oblig.Et pro illa glo.benè facit, † quia minor,& ecclesia æquiparantur:vt est gl.not.in l.Respublica. in versic.solet.& ibi Bart.& alij. C. ex qui. cau. ma.& habent Canonistæ tex. expressum & notabile in ca. auditis. in fin.extra de in integ.resti.& ibi gl.no.in versic.minoris. & gl.in c.ex literis.in versic:obligata.extra de iureiu. & in c. similiter. 16. quęstion.j.Imò plus ecclesia nedum æquiparatur minori tantùm,vt prodixi,sed etiam pupillo,secundum Ioan. Fab.& Angel.de Aret.hic.Allegant gloss.& non benè, in leg.si vt proponis.in gl.j.C.de rei vend. quę non loquitur in pupillo, sed in minore simpliciter. Ego autem pro hoc allego gl.no.& expressam in l.libertos. in versic. administrauerunt. C.de excu. tut.quæ expressè dicit,ꝙ ecclesia loco pupilli est.& gl.in d.l. Respublica.in ver.solet ad fi.C.ex qui.cau.ma.

r r* † Addite prædictis, ꝙ eodem modo fisco fit mora re ipsa
33 absque aliqua interpellatione. Gloss.habetis singularem in leg.cùm quidam.§.fiscus.in ver.inferunt.ff.de vsur.quam pro singulari ad hoc allegat Ludo.Roma.idem tenens in l.si ex legati causa.ff.de verbo.oblig.Et idem de fisco dicit Bald.& reputat valde not.in leg.j.C.de his, qui.vt indi.Nihil tamen ad hoc allegat,& non fuit memor pro tunc Bal. de dicta gloss.Et
34 pro hoc benè facit.† quia minor, & Respublica, siue fiscus, æquiparantur.leg.Respublica.C.ex quibus causis ma.& glo. in l.Imperatores.in versic.ex causa.ff.de re iudic.iunctis traditis per Bar.in rub.C.de iure fis. & per Bart.& latiùs Bald.in l.
35 constitit.C.de pœna.iud.qui malè iud. † dum ponunt, an Respublica,& fiscus sint idem.Quemadmodum ergo minori fit mora re ipsa,vt suprà dictum est:ergo idem erit in fisco.Accedat gl.illa singularis in leg.si procurator.§. fin. in versic.soluto.ff.

to.ff.de iure fisci.quæ extendit illud, quod ibi dicitur in tex.sci
licet ꝙ procurator fisci nō potest habere fidem de pretio rei
venditę ad minorē, & ecclesiam. Et ibi Bar. sequitur, & repu-
tat illam gl. valde not. Adde gl.in l. cùm hi.§.eam.in gloss.in
versic. alimentarius.ff.de transactionibus. Ad hoc accedat et
36 textus in l.fin. C. de sacrosanctis eccles. † vbi æquiparantur
ecclesia, & Respublica. Veritas tamen huius melius appare-
bit ex his, quæ infrà excutientur de fisco post glossam ibi: ad
hunc casum, cùm sit pœna. Et antè, q̃ attingam veritatē huius
gl.in istis duabus quæstionibus non omitto in primis, quam-
uis alij non dicant, quòd Bal.in plerisque locis facit de ista gl.
magnum festum: & in primis Bald.in cap.j.§.porrò. in 3.col.
quæ fuit prima causa benefi.amit. dicit hic esse gl.ordinariam
& singularem in isto versic.in iudiciū. quam ipse reputat mul
37 tùm esse tenendam menti ad hoc, quod nūc dico: † ꝙ quam-
f uis in legibus pœnalibus, & eodem modo in statutis, f & cō-
suetudinibus pariformiter pœnalibus, procedatur, & fiat
extensio de similibus ad similia, prout ego dixi pulchrè in
prin. huius.§. sequētis.in gl.in versic.ipsius.ꝙ tamen hæc do
ctrina non habet locum, quando pœnæ imponuntur habito
respectu ad priuilegium alicuius personæ: quia tunc non po-
test fieri extensio de similibus personis ad similes personas,
nec de similibus casibus ad similes casus. Ita vt prædixi, dicit
esse gl.ordi.& singularem hic. Verùm quia Bal.dicit, istam gl.
esse vnicam & singularem, ad hoc venit mihi in mentem id,
quod pręclarè scribit indelebilis recordationis pater, & præ-
ceptor meus dominus Cato Saccus sublimis doctor Papiēsis
in præfatione cuiusdam opusculi sui text. & gloss. factarum:
38 † quòd qui dicit, tex. aut glo. esse singularem, vel non reperiri
alibi in iure, exuperat memoriam Mithridatis, qui vigintidua
rum linguarum, quibus pręerat, meminerat: vel Themistoclis
qui quærebat artem obliuionis. Non est ergo verum ꝙ ista gl.
hic ut singularis ad hoc, imò ego addo vobis aliam gl.consi-
milem, & consociā, in l.si.in versic.aureorum. ff.de in ius voc.
& aliam consociam in §.pœnales.in gl.magna in versic.impe
trasset.circa princ.suprà eodem. Item reperio eundem Bal.in
c.vasallus.il j. in secunda col. in versic.extra quæro.in tit.si de
feu.fue.contro.inter do.& agna.allegantem istam gl.hic, ad
hoc quòd pœna seu leges pœnales non trahuntur ad casus
non expressos, in quibus reperiatur regula communis dispo-
nens. Vltra Bal.ego nouiter pondero istam gloss. ad aliud sin-
gulare, quod à nemine ponderatur. Nostis ꝙ regula trita est,
39 † quòd quando sunt duo casus à iure ęquiparati, quòd statu-
tum in vno etiam contra regulas iuris communis, intelligitur
statutum & in alio. Gloss.est notabilis, & vulgata in leg.si quis
seruo persuaserit. in versi.corrumpi.& ibi Barto. & alij.C.de
fur.& alia gl.expressior, in l.quod verò contra. in gl.vnica ma
gna.circa fin.ff.de legi.Bar.in l.vt tantum.§. primo.ff.de seruo
corru.& in l.Marcellus.in princ.ff. ad Trebel. & in l.secunda,
circa fin.ff.de legatis primo. Certè habetis hic gl.ordinariam,
& singularem de iure ciuili limitātem multùm signanter istā
regulam, vt locum non habeat in pœnalibus: vt si duo casus
æquiparantur à iure, & aliquid pœnale statuatur in vno ex ca
sibus parificatis, quod tamen non intelligatur statutum idem
in alio. Et ideo secundum gl.nostram, est, quia pœnę sunt mol
liendæ & restringendæ, non autem ampliandæ: vt l.pen.ff.de
pœnis. Verùm quia hęc limitatio glossæ nostræ multùm face-
ret pro his, quæ statim examinabo circa duas conclusiones
huius gl.addo ꝙ contrarium tenent expressè duæ gl.iuris ca-
nonici. Vna est, & valde no.in cap.si postquam. in fin.in gl.fin.
in ver.prouisione.de elect. in 6.& ibi est optimus text.ꝙ non.
& alia gl.in cap.in gl.in versic.in eadem ecclesia.extra de præ
ben.& Abb.Panormi.qui dicit ibi probari in illa gl.quòd quā
do sunt duo à iure æquiparata, ꝙ pœna adiecta in vno, intel-
ligitur adiecta & in alio. Et istud secundum, reprobata glossa
nostra, puto esse verius. Nec obstat fundamentum glossæ no-
stræ, quòd pœnæ sunt molliendæ, & proptereà non extenden-
t dæ: t quia respondeo, prout dicit Bartolus in d.l.si quis seruo
persuaserit, suprà allegata, & in d.l.vt tantum. §.primo.& fa-
teor quòd pœnæ non sunt extendendæ, quòd nostrum nō est
pœna extendere: sed lex antiqua est illa, quę extendit virtute
40 parificationis: & illa benè potest extendere. Et credo † quòd
ista sit veritas.

u u* His ex ista gloss.enucleatis, reuertor nunc ad eruendam
veritatem huius gl.in istis duabus quæstion. in quibus glo.te-
net quòd pœna huius versic.item mista.quæ loquitur in lega-
tis relictis ecclesijs, non habeat locum in legatis factis Reipu
blicæ, vel fisco, vel in legatis factis pro redemptione captiuo-
rum. Et cùm istis duabus decisionibus simpliciter transeunt
docto.hic, maximè Dyn.Ioann.Fab. & alijs communiter: &
transire videtur Bald.in d.c.primo. §. porrò. in tertia col.quę
fuit prima causa benefic.amitten. & in d.c.vasallus. il primo,
si de feu.fue.contro.inter do. & agn. prout suprà eum latiùs
retuli. Ang.tamen de Aret.hic, in 10.col.reprehendit hanc gl.
in vtraque decisione: & tenet quòd imò pœna huius ver.item
mista.habeat locum etiam in relictis factis Reipublicæ, vel fi
sco: item & in relictis factis ob redemptionem captiuorum.
41 Potissimum eius fundamentum est, † quia quando duo casus
æquiparantur à lege antiqua, si aliquid reperiatur posteà de
nouo statutum in vno, intelligetur etiam statutum in alio: vt
p in gl.quas suprà proximè allegaui. Sed fiscus, & Respublica
æquiparantur ecclesijs, & pijs locis. vt leg.fin.C.de sacrosan-
ctis eccles. Eodem modo relicta pro redemptione captiuorū
æquiparantur relictis ipsis ecclesijs. Alleg.ad hoc leg.illud.C.
de sacrosanct.eccles.iuncta leg.si quis pro redemptione.C.de
donat.ergo si aliquid reperitur de nouo statutum in legatis fa
ctis ecclesijs pro executione dictorum legatorum, vt hoc tex.
cum simil.intelligetur etiam statutum in legatis factis Reipu
blicę, vel fisco, & in legatis relictis pro redemptione captiuo-
rum virtute interpretationis extensiuæ propter parificatio
nem. Pro hac etiam parte facit, secundum eum, gl.hic in versi
culo, contra eos. quæ, secundum eum, extendit istam constitu
tionem pœnalem, quæ loquitur de hærede tantùm, ad legata
rios, & fideicommissarios, & ad omnes alios qui grauati sunt
aliquid restituere pio loco. Et ibi etiam doctor. extendunt,
prout ibi latiùs dixi, ex paritate rationis ad executorem vlti-
marum voluntatum: Ergo ita in proposito nostro, sicut fit ex-
tensio in prædictis ex parte personarum debentium, ita & in
proposito nostro poterit fieri extensio ex parte personarum,
quibus debetur. Ad idem, secundum eum, facit §.fin.suprà de
oblig.quæ ex quasi contractu. vbi, secundum eum, illud priui-
legium, de quo ibi, habet locum non tantùm in ecclesia, & ve
nerabilibus locis, sed etiam in his, quę pietatis intuitu relin-
quuntur: ergo ita dicemus in proposito nostro, vt fiat extēsio,
nedum ad fiscum, & ad Rempublicam, & ad relicta pro re-
demptione captiuorum, sed etiam ad relicta in quamlibet
piam causam. Vltra Ang.de Aretio addo quòd pro hac parte
benè faceret, quia omnia priuilegia concessa ecclesiæ, habēt
etiam pauperes, & quilibet pius locus. Ita dixit not.Bal.in leg.
fin.§.cum autem.vltim.colum. C. ad Trebel. qui dicit de hoc
esse text.not.in §.primo.in Authent.de eccles.tit. col.9.quam-
uis ipse corruptè alleget in princ. Et idem etiam dicunt Bal.&
Ang.in leg.siue autem.§.si duobus.ff.de Publicia. per text.qui
tamen mihi parum probat.in.c.secūdo, extra de consuet. Ac-
cedat etiam pro confirmatione prędictorum glossella paruu-
la in l.fin.in versic.captiuorum.C. de sacrosanct.eccles. Addo
etiam quod vltra Ang.de Aret. Nicol.de Neapol.hic, in 18.q.
glo.tenet simpliciter cum prima decisione gloss.nostræ, quod
pœna huius versic.item mista.non habeat locum in legatis fa
ctis Reipublicæ, vel fisco: sed in quæst.sequen.scilicet 19.ipse
Nicol.vnà cum suo Rodulp.de Auri. tenet contra glossam no
stram in secunda decisione: & sic in hoc ipse tenet cum Ang.
de Aret.hic, quod pœna huius versic. item mista. habeat lo-
cum etiam in legatis factis pro redemptione captiuorū mul-
to magis, q̃ in legatis factis ecclesijs, vel alijs pijs locis: quia
secundū eū, legatum factum pro redemptione captiuorū de-
bet esse magis priuilegiatum, q̃ legatum factum ecclesiæ. Al-
x legat in arg.tex. qui mihi nihil vrgenter probat, x* in l.sanci-
mus nemini.C.de sacrosanct.eccles. Ego, prædictis non obstā
tibus, teneo cùm vtraque decisione glossæ, quòd pœna huius
versic.item mista.quæ loquitur in legatis relictis ecclesiæ, nō
habeat locū in legatis factis Reipublicę, vel fisco, nec in lega-
tis factis pro redemptione captiuorum. Et in primo teneo si-
ne dubio aliquo: in secundo aliqualiter hæsito, vt infrà subij-
ciam. Non obstant fundamenta adducta ad oppositum: & in
primis illud fundamentum. Ang. quòd primò videtur multū
coloratum,

coloratum,ꝙ quādo duo æquiparantur à leg.antiqua, &c.sed fiscus & Respublica æquiparantur ecclesiæ:eodem modo relicta pro redemptione captiuorum relictis factis ecclesiæ: quia quando uera esset ista æquiparatio, quę non sufficienter probatur,saltem in legatis factis propter redemptionem captiuorum, vt æquiparentur legatis factis ecclesiæ, possumus multipliciter respondere.Et primò secundum fundamentum glossæ nostræ,ꝙ illa regula non habet locum in pœnalibus,vt si duo casus æquiparantur à leg.antiqua, & aliquid pœnale statuatur in vno,quod tamē non intelligitur statutum in alio,
42 eo † quia pœnæ sunt molliendæ, & restringendæ,non autem extendendæ.Et in istis terminis,videlicet in pœnalibus,loquimur in proposito nostro. Vnde nil mirum, si non fiat extensio virtute parificationis, quæ fiat etiam à lege antiqua. Tamen quia istud impugnaui suprà, ideo huic solutioni non insisto.
43 † Vnde aliter respondeo,& in forma: & dum dicebatur quòd quando duo casus æquiparantur à lege antiqua,quicquid postea per legem nouam statuitur in vno ex casibus parificatis, intelligitur etiam statutum in alio. Respondeo hoc esse verū, quando illi duo casus æquiparantur in eadem materia. Secus autem si sint æquiparati in diuersa materia: quia tunc prædicta regula locum non habet.Istud est, quod in terminis dixit glossa valde notabilis,& signanda in capitulo primo,in versiculo declaramus,ne cleri.vel monaste.lib.sexto: & sentit glossa in capitulo.licet canon.in gl.in verbo, parochialis ecclesia.
44 de electiõ.libro sexto Cū † ergo æquiparatio fisci & Reipublicæ cum ecclesia fiat in alia materia, videlicet in materia præscriptionis in illa leg.fin.C. de sacrosanctis ecclesijs. eodē modo æquiparatio legatorum pro redemptione captiuorum & legatorum pro ecclesia, fit in diuersa materia, videlicet in materia insinuandarum donationum.dicta leg.illud.C.de sacrosanctis ecclesijs.iuncta d.l.si quis pro redemptione. C.de donation. Ergo virtute æquiparationis factæ in illa diuersa materia,non fiat extensio ad istam materiam imponentem pęnam pro executione legatorum relictorum ecclesiæ.Non obstat etiam gl.hic in versiculo,contra eos, prout ibi latiùs dixi: & sic non mediocriter errat super illa glossa, quia non est verum quòd gl.illa textum nostrum extendat,imò eum simpliciter declarat,prout ibi latiùs dixi. Non obstat vltimò textus.in §.fin.suprà de obligation. quæ ex quasi contractu: quia textus ille nullatenus meruit in hoc proposito allegari:cum text.ille ad literam nedum non loquatur de ecclesijs,sed nec etiam de his,quæ pietatis intuitu relinquuntur, ita quod ibi in illo text. nulla fit extensio. Et per ista remanet defensata glossa nostra in vtraque decisione.Fatebor tamen me aliqualiter hæsitare, prout prædixi in secunda decisione, videlicet in legatis relictis pro redemptione captiuorum, y an in eis habet locū pœna huius versic.item mista. Et quamuis ab impugnationibus tenentium contrarium defensata sit glossa nostra, crederem tamen,quòd tutius est in ista secunda decisione tenere contra glossam per regulam, quam suprà tradidi, quæ habet quòd omnia priuilegia concessa ecclesijs, habent etiam pauperes, & quilibet pius locus,vt suprà dixi ad finem glossæ. Cum hac vltima decisione omnes simpliciter transeunt, & nemo discre
45 pat:& in hoc non est dubitēdum. † Et quando relinquit Deo, cui videatur relictum,& cui applicetur tale legatum:declarat textus no.in d.§.si quis in nomine. hic allegato in gl. quia videtur relictum ecclesiæ maiori illius ciuitatis,in qua testator domiciliū habebat.Si autem relinquitur vni Sancto,puta sancto Martino,& in illa ciuitate sunt plures ecclesiæ ita nominatæ,tunc legatum videtur relictum pauperiori. Si autem nulla ecclesia illius nominis in illa ciuitate reperiatur, tunc videtur relictum maiori ecclesiæ:vt ibi latiùs habetur in text.
46 † Quando autem esset factum relictum ecclesię simpliciter.vt quia testator simpliciter dixisset: Relinquo centum ecclesiæ:nec declarasset cui ecclesiæ: tunc in dubio cui ecclesiæ
z videatur esse relictum,videatis Cyn.in leg.prima, z in 5.quęst. C.de sacrosanctis ecclesijs,& Spec.in tit.de instrum. edi. in §. nunc verò aliqua.in versic.quid si testator.Bart.not. in leg.quę conditio.§.fin.ff.de condi.& demonstratio.vbi hoc in terminis decidit per illum textum ad hoc notabilem, quòd in dubio intelligitur relictū illi ecclesię, cuius est parochianus. De quo etiam videatis Cyn.aliter decidentem in leg.cum multę. C.de donation.ante nup.& Ang.in §.si verò.in Authent.de nō ali.& Ioan.Andr.in c.quis.de sepul.in sexto.& eundem in addi.Spec.in dicto tit.de instrument.edi.in §. nunc verò aliqua. in addi.quæ incipit,hic conuenit.& Petr.de Ancha. & Imo.in cap.relatum.il secundo,in fin.extra de testamen.& Io. Fab.& Ang.de Aret.in §.sed ius quidem ciuile.per illum textum suprà de iure natu.gent. & ciui. Et in istis locis inuenietis multos contrariantes Bar.Et retenta decisione Bar.ꝙ legatum de-
47 beatur illi ecclesiæ, cuius est parochianus,† pulchrum dubium esset, quid si testator habuisset duas parochias, siue duas ecclesias parochiales: cui ecclesiæ tunc debeatur legatum?ponunt Canonistæ in c.finali.extra de sepul. & ibi decidunt quòd legatum debeatur illi ecclesiæ à qua sacramenta ecclesiæ recipiebat.
48 † Et circa prædicta dicebat singulariter Bal. post Cyn. in d. l.cùm multæ.C.de donatio.ante nupt.quòd si aliquid legatur monasterio simpliciter,quòd in dubio intelligeretur de mo-
a nasterio mulierum,& sic monalium,& non hominū. a*Quod dictum est mirabile, & singula. Et quia suprà proximè vidimus cum gloss.quando fit legatum Deo,vel alicui Sancto, cui
49 intelligatur tale legatum esse factum. † Vnum diligenter notate,ꝙ si aliquid esset donatum,vel relictum maiestati existenti in aliquo loco profano alicuius priuati hominis, sicut fit maiestatibus facientibus miracula:ꝙ illud diceretur donatū, vel relictum Deo immortali:& ideo non acquireretur illi priuato,in cuius loco illa maiestas esset depicta. Et ita cùm ista quæstio euenisset de facto,disputauit in ciuitate Paduæ Ang. & incipit illa sua disputatio,In refulgenti diuitiarum palatio. & determinauit vt suprà per textum in l.lege Iulia peculatus. in princ.iuncta gl.in versi.donatum. quæ istud optimè decidit.ff.ad legem Iuliam. pecun.& idem etiam tenere dicitur
50 Baldus in lege deberi.ff.de fideicom.liberta.vbi inquit† quòd quicquid pro salute animæ relinquitur ad diuinum numen spectat. Et propterea decidit quòd si hospitali non legitimè constructo simplices homines aliqua relinquant,quòd non intelligerentur relicta muris aut domino ipsius hospitalis, sed hospitali in genere & in abstracto:& propterea capiet episcopus,& pauperibus erogabit.Et sequitur Pet.de Anchera.in c. secundo.de relig.domin.
51 † Subijcit etiam Baldus idem esse, si relinquatur maiestati de vultu Perusino.Accedat gl.in leg.statuæ.in gl.ff.de vsufruct. quæ dicit de vultu de Luca:ad quem, secundum illam glossam,bestiales homines nummos ponunt.Accedat etiam proximè dictis quod decidit Baldus in Authentica, hoc ius porrectum.in secunda colum.C.de sacrosanctis ecclesijs. vbi de-
52 cidit,† quòd si esset vnum hospitale priuatum, quod haberet vnus nobilis in domo sua priuata, quòd non esset fundatum authoritate episcopi,& sic esset prorsus profanum:quòd relicta facta huic hospitali non applicarentur illi nobili, qui esset dominus domus: sed intelligeretur facta contemplatione pauperum:& ideo episcopus caperet, & inter pauperes erogaret.Et sequitur Card.Flor.in clementina secunda.§.præmissa de relig.dom.
53 † Vltimò,quia glossa nostra dicit de relictis factis alicui ecclesiæ,vel alicui sacerdoti, vel alijs administratoribus ecclesia:an in dubio intelligantur facta ecclesiæ,an verò ipsi sacerdoti:habetis text.quem gl.hic allegat in d.l.annua.§. à Titia. & ibi Bar.ff.de annuis lega.addite tex.meliorem, & multùm notabilem in capitulo requisisti.extra de testament. & text.in Authentica,licentiam.C.de episcopis & clericis. & tex.& ibi latè Bart.in leg.ciuibus.ff.de rebus dub.& Bal.in extrauagan. de pace Constan.in versic.ecclesijs vel episcopis.per illum textum.Et videatis omninò text.notabilem.& singularem in capit.primo.§.finali.de capi.Corradi.in vsib.feud.Videatis etiā Fede.de Se.in consil.26.quem refert Baldus in lege priuilegia
54 ad fin.C.de sacrosanctis ecclesijs.† vbi disputat de relicto facto visitatori disciplinatorum,qui erat frater ordinis Prædicatorum:an acquiparatur fraternitati, vel officio visitatoris, an cui acquiratur.

Extra gloss.restat vltimò ad complementum, vt videamus, formationem libellorum in actionibus nominatis in hoc §. seu versi.ex maleficijs.quamuis communiter alij omittant,excepto Angel. de Aretio hic. ego nullatenus omitto: quoniam,

niam, vt pluries dixi, istud est proprium, & peculiare præsentis tituli.

55 † In primis ergo secundum ordinem textus, videndum est de forma libelli in actione furti: & eius libelli formam ponit Spec. in tit. de furt. §. primo, secundum quod eum refert Nicolaus de Neap. hic, ad fin. in vndecima & vltima quæstione extra gl. Et ex mente Ang. de Aret. hic, potestis ita formare libellum: Ago contra Titiũ, & dico qualiter de hoc anno præsenti 1474. & de hoc mense præsenti Aprili, ipse Titius de tali domo mea sita in tali loco, &c. mihi furto abstulit clam (si fuit furtum non manifestum. aliàs palàm, si manifestum) talem librum, puta Codicem, taliter coopertum, & signatum, &c. qui liber est valoris, & pretij librarum cẽtum, & qui liber ad me spectabat, & spectat iura dominij, vel quasi: vel ratione possessionis tantùm, vel in quo habebam tale ius, vel quem habebã commodato: secundum quod facti contingentia euenerit: & dictum librum contrectauit amouendo de loco ad locũ. Quare peto per vos & vestram sententiam declarari dictum Titiũ commisisse tale furtum, & eum puniri, & condemnari mihi ad duplum libri furto subtracti (si erat furtum non manifestũ: aliàs, ad quadruplũ) vel dicti libri, vel eius æstimationis, vel ad duplum, vel ad quadruplum mei interesse. Possetis etiã in conclusione addere. Et ad restitutionem dicti libri.

In hoc libello cum mysterio plura sunt posita: & in primis verba illa, De hoc anno præsenti, & de mense præsenti. item

56 de tali domo mea sita, &c. † quia in criminibus, siue publicis, siue priuatis, quando agitur criminaliter, debet necessariò in

b libello accusatorio apponi annus & mensis, [b] nec non & lo-

c cus [c] commissi criminis: iuxta formam l. libellorum. in princ. & ibi latè Bartolus. ff. de accusa. & leg. penultim. vbi gloss. &

57 doctor. & latè Salice. C. de accu. † Imò fortiùs etiam si agere tur ciuiliter de delicto, prædicta nihilo minus requirerentur, quando tale delictum infamaret de iure, vel saltem de facto: aliàs secus: in leg. prætor edixit. in princ, & ibi latè, & notabiliter ponit, & declarat Bart. ff. de iniur. & l. item exigit. ff. de dolo. & c. tuæ. extra procu. & c. præsentium. de testibus in sexto. Et idem vult etiam Bartol. in l. prima. §. primo. ff. de suspect. tuto. & in l. j. circa medium. ff. de excep. tit. generali. & in l. an eadem. §. actiones. ff. de except. rei iud. & l. inde Neratius. §. primo. ff. ad legem Aquiliam. & in l. viro, atq; vxore. ff. soluto matrimo. & in l. prima. §. hoc interdictum, in tertia columna. ff. vti possid. & in leg. per procuratorem. ff. de obse. à lib. & l. paren. præstan. in l. edicta, in 2. col. C. de eden. & in l. sed ex dolo. §. fin. ff. de dolo. & Baldus in repetitione Paduana dictæ l. edicta. in sexta col. in octaua, nona & decima oppo. Et videatis omninò Bal. in c. primo, in princ. in sexta col. in tit. quibus mod. feu. amit. & Salicet. in l. atrocem. C. de iniur. & Angel. hic, & melius in suo tractatu maleficiorũ, in verbo, de anno pſenti.

58 † Dies autem commissi criminis, & hora non sunt necessariò apponendi in libello accusatorio. d. l. libellorum. in princ. & gl. in d. l. penul. in verbo, tempus. Quod intellige vt per Bar. in d. l. libellorum. in prima columna. Et limitat vt per eundem ibi, in quarta col. in versi. circa tempus. nisi esset tale delictũ, quod aliquo die factum esset punibile, puta in festo alicuius Sancti: & aliquo die non. Et idem in hora, si per statutum terrarum quędam sunt delicta, si certa hora committantur, & alia nõ: istis casibus debent in libello inseri dies & hora: quia aliàs non concluderetur esse delictum: vt ibi latiùs per Barto.

59 † quia in delictis habemus vnam regulam multùm vtilem, & signandam, ꝙ in delictis in dubio semper debemus intelligere factum tempore licito, non autem tempore prohibito: vt ibi dicit notab. Bart. Et idem Bar. latiùs, & notabilius in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de operis noui nuntia. & Bal. in l. finali. C. an seruus ex suo facto. & in l. precibus. in septima col. C. de impub. & alijs substitu. & in leg. secunda, in secunda colum. ff. soluto matrimonio: & dominus Abbas Panormita. in

60 capitul. auditis extra † de pręscript. & in capitu. in præsentia. extra de probatio. Et ita etiam intelligite quod dictũ est de loco commissi criminis: quia si factum, de quo quis accusatur, esset vniformiter punibile, in quacũque parte loci esset factũ, vt in furto, tunc sufficeret ponere domum, nec esset necesse ponere locum loci: aliàs benè oporteret apponere locum loci, videlicet in tali domo, & in tali camera, per rationem suprà proximè dictam: & ponit in specie, & declarat Bartolus in d. l. libellorum. in prima columna, & in lege de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de operis noui nuntiatione. & in l. penulti. C. de institutionibus. & substi. sub condict. fact. & Spec. in tit. de ac

61 cus. in princ. Item † quod dixi de die & hora necessariò non ponendis in libello accusatorio, limitate secundò, & declarate, nisi ad petitionem accusati iudex cogeret accusatorem diẽ declarare ad hoc vt reus posset se defendere eo casu, quo iudici videretur æquum: vt per Bart. latè in leg. is qui reus. versi. venio ad quæstiones. ff. de pub. iudic. in d. l. libellorum. in princip. in 5. colum. & Bar. & doctor. in l. Pannonius, §. rei perduellionis. ff. de acqui. hæred. Subdit tamen not. Bart. in d. l. libello

62 rũ. † quòd hoc casu quãuis accusator possit cogi diem declarare, non tamen cogitur illum probare: vt ibi per eum. Et ista est veritas, quicquid dixerit Imo. in d. l. is, qui reus. in versicul. item adde dictis Bar. in quantum tangit, &c. qui contrariatur Bart. & habetis etiam per Ang. de Aret. hic, & melius in dicto suo tract. maleficiorum, in verbo, de anno præsenti.

63 † Et an si in libello accusatorio omissus esset locus necessarius apponi, vel omissum esset tempus necessarium, an posset posteà in probationibus suppleri: videatis Petrum de Ancha. in clemen. constitutionem. de elect. singulariter decidentẽ, & tenentem quòd sic. Nihil tamen boni allegat ad hoc: nam allegat cap. cùm dilectus. quod est cap. secundum. extra de ord. cog. & c. præsentium. de testi. in 6. quæ iura non faciunt in proposito: quia loquuntur in delicto deducto per modum exceptionis. Ego addo in terminis Bald. idem tenentem in repe. Paduana. l. edita. in 7. col. in 8. oppo. C. de eden. & Spec. in tit. de libel. concep. §. ad huius tituli. in versic. sis cautus. & in tit. de act. & pet. §. j. versi. sed hoc quoque præmittemus, cum pluribus versic. sequen. vsque ad §. item scias. & idem etiam in terminis firmat Ioann. de Imol. in d. c. cùm dilectus. extra de ordine cog. Et pro ista parte multùm faceret illa solennis glo. in leg. j. §. si quis argentum. in verbo, iuranti. ff. deposi. Et est similis gl. in l. in actione. §. j. in gl. super verbo, Debet. & ibi Bar.

64 ff. de fur. Contrarium tamen, scilicet † quòd omissio loci & tẽporis necessarij in libello accusatorio nullo modo possit posteà in probationibus suppleri, firmauit ipsemet Bal. sibi contrarius in leg. j. ff. si mensor. fal. mod. dixe. Pro quo multùm benè facit quod not. Ludo. Rom. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de operis noui nuntia. vbi refert Raph. Fulgo. consuluis-

65 se in cõtingentia facti multùm signanter, † quòd si in accusatione accusans non posuit maleficium esse commissum tempore punibili, prout requiritur per regulam notabilem, quam suprà retuli ex mente Bar. in plerisque locis: quòd licèt posteà

66 illud probet, † ꝙ non sufficit ad condemnationẽ, [d] eò quia

d probatio super inepto libello non validat processum. Ita refert tenere Angel. in l. cùm actuum. ff. de nego. gest. & Spec. in tit. de offi. iud. §. de seruit. versi. quid si libellus. & in tit. de senten. prola. §. qualiter. versi. quid si iis, & firmat Innocen. in c. examinata. extra de iud. & Bald. in l. j. ff. de iurisdict. omnium iud. & in d. l. j. ff. si mensor. fal. mod. dixerit. & Ang. in d. l. cum actum. Et pro ista secunda parte, quæ magis mihi placet multum bene facit quod signanter dixit Bal. in c. j. in 2. col. de mi-

67 lite uasal. qui contu. est. in usi. feu. quòd † iudex nõ potest supplere, aut condemnare, si est plus probatum, q̃ petitum. Allegat ad hoc solennem gloss. in terminis in l. uerbum, Oportere. de uerbor. signific. Pro hac parte facit, quia tex. in d. l. libellorum. §. quòd si libelli. ubi est casus secundum Bar. ibi, & in l.

68 edita. in 2. columna. C. de edendo. † quòd quando libellus accusatorius non est benè conceptus, uidelicet secundum for-

e mam d. l. libellorum. in prin. [e] † quòd absoluitur accusatus, et eo nihil penitus contra libellum opponente. Quomodo ergo poterit libellus per probatones suppleri. Hoc tamen fundamentum non est benè tutum, per text. in l. libellorum. §. fin. in verbo, postulante reo. & quod ibi not. glos. & contrarium tenent Canonistæ, ut Inno. Host. & Ioann. And. in c. primo. extra de purg. cano. Sed quando iura communia deessent. pro ista

69 parte stringit urgens, & ineuitabilis ratio: † nam non potest fieri additio, aut suppletio ad libellum post litem contesta-

f tam, [f] secundum communem opin. quę ponitur in dicta l. edita. ergo non dẽt posse fieri talis suppletio ad libellũ per indirectum scilicet per uiam probationum: quia aliàs parum, aut nihil

nihil operaretur,in effectu',ꝙ directò non posset fieri suppletio ad libellum post litem contestatam.

70 † Dixi posteà secundò.& principaliter in prædicto libello,
g ꝙ furto abstulit,omissis illis verbis Sciēter, g dolosè, & appésatè, & animo lucrandi,quæ verba frustratoriè apponuntur, nec sunt necessaria:quia dicēdo simpliciter , Furto abstulit,intelligitur dolosè,& appensatè,secundum Bar.in l. Aurelius.§. Sticho.ff.de libe.lega.Bar.in l.nec exemplum:C.ad legem Corne.de falsis.& Ang.in repetitione l.si vacantia.C.de bonis va-
71 can.lib.10.& dicit Bald.in l.prima.C.de confessis.† quòd in dubio,in furto & homicidio semper inest dolus . Accedat illud magistrale verbum Bal.in Authen.habita.in sexta colum. C.ne filius pro patre. quod dictum etiam suprà retuli uobis
72 in princ.huius tit.in gloss.in versic.ius. † quòd ubicunq; qualitas non expressa in libello tacitè inest ex natura facti , semper concludit libellus absque eo quòd illa qualitas exprimatur.Istis accedat theorica Bar.in simili in l.j.§.primo.ff.si quis testam.li.esse iuf.fu.quam totam superuacuè & impertinenter refert Angel.hic.

Item dixi in libello,Clàm,vel palàm,quæ verba sunt necessaria,ut sciat iudex quantam pœnam habeat imponere: cum magis puniatur furtum manifestum, quàm clandestinum : vt
h hoc text.& ibi vidimus super gloss.h in uerbo quadrupli. Itē cum mysterio adieci valorem rei furto subtractæ, quia cū pœna in furto dupletur,vel quadrupletur , secūdum valorem rei furto subtractæ,certè nisi apponeretur valor rei , tunc à iudice imponenda esset pœna , quæ esset minor:per l.de interpretatione.ff.de pœnis.Istud est,quòd singulariter voluit Bart.in l.Pedius.§.primo.ff.de incen.rui.nau.Et ideo, secundum eum
73 consilium est, † ꝙ semper apponatur valor rei. Si autem non apponeretur in libello , posset ipse valor rei in processu probari,& sufficeret:vt ibidem per eum.Et sequitur Ludo. Rom. in l.si quis id quod.in prin.ff. de iurisdictione omnium iudicum.& Ang.de Aret.hic.

Item dixi in libello,Ratione dominij,vel ratione possessionis.Istud debet specificè exprimi , quia fit aliter æstimatio in
74 interesse ratione solius possessionis quàm dominij : † quia æstimatio possessionis diuersa est ab æstimatione dominij:vt inquit Iurisconsultus no.in l.siduo.§.fin. ff. uti possid.

Item dixi in libello,Contrectauit.quia alias regulariter nō competeret actio furti,per §.primum,in gl.in uerbo , furtum. suprà de oblig.quę ex delicto.& leg.j.& ibi Bart.& l.quamuis
75 ff.de fur.† Illa autem verba,Contra voluntatem meam, sunt frustratoria,& ideo illa in libello omisi per leg.qui vas.§.vetare.cum gloss.& ibi Bar.ff.de fur.iunctis traditis pulchrè per Bart.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur.& per Bar.& latius Bal. in l.transigere.C.de transac.& per Bal.in l.falsus.maximè in tertia oppo.C.de fur.

76 † Vltimò dixi in libello posse peti vltra pœnam, etiam restitutionem ipsius rei subtractæ,eò quia iudex etiam maleficiorum,qui solum de maleficijs habet cognoscere,iuxta leg. solemus.§. latrunculator. ff.de iudic. coram quo debet intentari ista actio criminalis furti,nihilo minus poterit cognoscere de ista quæstion.ciuili , scilicet de restitutione ipsius rei subtractæ:cum descendat ex eodem facto , ex quo criminaliter cognoscitur, iubendo rem restitui.text.est not. quem habet ibi Barto.pro mirabili ad hoc,in leg.interdum.§. qui furem.ff.de fur.& text.not.in leg.quarta.§.si dicantur. ff. finium regun.facit l.quoties.C.de iudic.& textus in simili.l.final.in fine.C.vbi apud quos.& videatis latè Salicet. in leg.si quis ad se fundū.
77 & ibi Cynus & Baldus. C.ad legem Iuliam. de vi. Et † quòd prædicta conclusio in libello accusatorio admittatur,scilicet, Peto eum condemnari ad pœnam , & etiam , rem mihi restituendam,firmat latè Bartolus in d.leg.interdum.§. qui furem & ibi respondet ad ea,quæ possent in contrarium adduci . Et idem Bartolus in leg. prima.C. quando ciuil. actio criminali præiud. Et ad ista videatis etiam Baldum in leg. ea quidem. in sexta column. C. qui accusa. non possunt , & in lege si de possessione,C.vnde vi.& in leg.prima, in penultima columna.C.si à non competent.iudic.& in lege , qui crimen. in ultima columna.C.qui accus.non po. & in repe.l. cunctos populos.vltra medium.C.de sum.Tri.in versic.incidenter iuxta hoc quæro,an ex vi statuti , &c.

i * † Secundò iuxta ordinem text.videndum est de libello in
78 actione,vi bono.rapto. & eius libelli formam ponit Spec.in tit.de rapto.§.secund.referente hic Nicol.de Neapol.ad fin.in 10.& ultim.quæst.extra gl.Et ex mente Ang.de Aret.hic, potestis ità formare libellum:Ago contra Titium: & dico quòd de anno præsenti, & præsenti mense, dictus Titius per uim rapuit mihi talem librum ualoris & pretij librarum centum. Quare peto ipsum condemnari ad dandum,& soluendū quadruplum uerę æstimationis dicti libri:computato tamen in illo quadruplo ipso libro per uim arrepto uel eius æstimatione.Hęc forma libelli probatur hic,& melius suprà ui bon.rapto.in princip.& per totum illum titu.& in l.2.ff. ui bono.rapto.cum simil.

In hoc libello pleraque sunt cum mysterio posita, & in primis illa verba:De anno præsenti, & præsenti mense, duabus de causis.Prima est propter ea,quæ vidimus in libello proximè præcedenti.Secunda, quia post annum vtilem non datur ista actio,vi bonorum raptorum ad quadruplum:sed tantum modo ad simplum,vt suprà vi bonorum raptorum in princip. & l.fin.C.vi bono.rapto.& l.secunda. in princ.ff. eodem titul. cum similibus,& vidistis gl.suprà eodem.in verbo, bonorum raptorum.in princ.Addit tamen Ang.de Aret.illa verba,Arma
79 tus ense.Circa quæ verba dicit ipse aduertendum esse † quia sufficeret,quem fuisse armatum , licet manum ad arma non posuerit.ad hoc enim vt dicatur violentia commissa cum armis,sufficit terror armorum.tex.est no.in l.3.§. armis. in versiculo,qui armati.ff.de vi & vi arma. quem tex. not.ibi singulariter Barto.ad statuta punientia insultum factum cum armis:
80 † quia si quis habebat arma ad latus , quamuis , ea nunquam extraxerit,tñ diceret vis facta cū armis . Et hoc dicit Angelus hic,se semel habuisse de facto in loco Nursiæ. Benè facit tex.ille singularis in l.si quis ex domo.ff.de furt.de quo textu . dixi §.pulchrè i gl.in verbo bonorū raptorū ibi uideatis . Accedat gloss.illa singul.in cap.primo.§.si quis rustricus.in versi. mercator.de pace tenenda.in vsi.feu.quam gloss.not.Bal. & eam
81 reputat vnicam & singularem hic,quæ dicit † quòd ille,qui portat arma,præsumitur habere malum animum,nisi ea portet ligata.Et ibi subdit Baldus ꝙ portans arma vetita, vltra pęnam legis,vel statuti, debet etiam ipsa arma perdere . Addo ego in terminis nostris glo.expressam in leg.prima.in verbo, domi.ff.ad legē Iuliam de vi publ.quæ no.ex illo tex.istud,qđ ipse reputat mirabile:quòd reputatur vis , solū habere arma domi vel portare:Subdit Angelus de Aretio,se ideo dixisse in libello,Armatus ense:vt ostendat arma esse apta ad nocendū,
82 & offendedum.† Secus ergo secundum eum, si haberet loricam,vel alia arma defensibilia : quia talia propriè non continentur appellatione armorum vetitorum : & ideo,secundum eum , statutum puniens portantes arma , intelligitur tantùm
k de armis offensibilibus,non autem defensibilibus.k Et ita sentit Barto.in leg.prima.ff.ad legem Iuliam,de vi publi.& tenet expressè Ludou.Rom.in leg.prima. §.occisorum. ff. ad Silla.
83 † imò fortiùs licet appellatione armorum veniant scuta , ga-
l læ,fustes,lapides:l & oē aliud instrumentū qđ sit aptū ad nocendū,vt leg.tertia,in §.armis.ff.de vi & vi arma.§.recuperādæ.versic.armorum.infrà de interdict.& leg.armorum appellatio . & l. si calumniatur. §.telum. ff.de verborum signific. & leg.armatos.& leg. penultim.§.telorum.ff. ad legem Iuliā de ui public.& leg. si pignore.§. furem.ff.de furt. tamen hoc est impropriè:& ideo scuta,& galeæ,siue loricæ, & eodē modo fustes,& lapides,quamuis etiam sint arma ad nocendum, tamen non uenient in statuto loquente de armis : puta si statutum puniat portantem arma , vel puniat delictum factum cum armis . Glossa est de hoc in communi reputata singularis in clementina prima.§.quia verò nonnulli.in verbo, arma. de statu monach. & firmat expresè Angelus in Authētica de armis.in Rubri.& in d.l.si pignore.§.furem.ff.de furtis. & Ludouicus Romanus in dicta leg.prima.§. occisorum. ff.ad Silla.& Angelus de Aret.hic, & latius in tractatu suo maleficiorum,in verbo,cū vno stoccho de ferro. & in verbo , Et dictus And.armatus . Addo tamen prædictis quod reperio in terminis Albe.de Rosa.in dicta leg.armorum appellatio.ff. de verborum signification.qui tenet,ꝙ imò statutum puniens portātem arma,comprehendit etiam eum, qui portat arma solùm defensi-

defensibilia: per illum textum in verbo, scuta, & galeas. Ad quem textum possetis per suprà dicta optimè respondere, quòd impropriè continetur, ita quòd omninò non caderent in statuto.

m m* Quæ autem sint arma ad offendendum, atque ad defendendum, ponit Bar. in l. pediculis. §. argento. ff. de auro & argento legato. & Petrus de Ancharano in clementina prima. de excess. præla.

84 † An autem appellatione armorum veniant dentes, vt si statutum puniat percutientem cum armis. comprehendatur in statuto ille, qui vulnus fecit cum dentibus: consuluit Barto. ꝙ non, in consilio suo incipiente, Statuto castri plebis. sub Rubri. de percutientibus aliquem cum armis, &c. Eodem modo si quis percuteret aliquem cum vno vrceo vini, vel cum vno vitro, siue cyatho, vel cum libro, vel cum sacculo pecuniarũ, non puniretur pœna statuti de percutienti. cum armis, quia non sunt res aptæ ad nocendum, sed ad aliam operationem, secũdum Angelum in leg. armatos. ff. ad legem Iuliam. de vi public. quem refert, & simpliciter sequitur Ioann. de Pla. in §. recuperandæ. in vltima columna. infrà de interdict. vbi etiam eum videatis. De suprà scriptis istis etiam addite ꝙ appellatione armorum non veniunt cultelli parui ad incidendũ panem, n aut ad moderandum pennas: † & ideo si statuto pu-

85 nirentur portantes arma, non punirentur portantes tales cultellos. Glossa est in terminis in communi reputata singularis in §. penultimo. in versi. minores. in Authentica de armis. quã pro singulari allegat etiam Ang. hic. illam etiam pro singulari allegat etiam Ang. hic. illam etiam pro singulari allegat Ioã. de Platea, in d. §. recuperandæ. in fin. colum. & in §. item lex Iulia. de vi publi. infrà de publ. iud. & sequitur etiam glossam.

86 Bar. in leg. prima. ff. ad legem Iuliam. de vi pub. † limitans eã non procedere, quando fraus fieret in hoc: quia quis diceret se portare cultellum ad incidendum panem, cùm sit ad offendendum: tunc talis cultellus benè contineretur appellatione

87 armorum, cùm sit talis, cum quo posset quis nocere. † Aduertite etiam diligenter quòd si aliquis haberet licentiam portãdi arma, non tamen posset deferre arma offensibilia apud iudicium, nec in concione congregatorum, nec in aliquo conuentu, puta in conuentu scholarium, seu doctorum. o* tex. est in leg. qui dolo. §. primo. in versic. item qui cum telo. ff. ad legẽ Iuliam de vi public. quem ibi in terminis ad hoc notat Angelus, & refert, & sequitur Ioan. de Platea, in §. item lex Iulia. de vi publi. infrà de publi. iud. & ibi videatis plura per eum in materia ista armorum.

88 † Redeundo tamen ad hoc propositum libelli nostri, credo quòd illa verba, Armatus ense: non sint de necessitate ponenda in libello isto vi bonorum raptorum. & ideo ego illa omisi suprà in libello: quamuis Angelus hic ponat cum tanto mysterio, eò quia ad hoc vt quis teneatur actione vi bonorum raptorum, p non requiritur violentia cum armis. l. 2. §. homines coactos. in versi. vel inermibus. ff. vi bonorũ raptorũ. facit in argumentum leg. extat. ff. quod metus causa. & leg. penultima. ff. ad l. Iul. de vi priuata. facit §. item lex Iulia. de vi publica. infrà de public. iudic. & §. qui autem aliquem. infrà de interdictis.

Secundò dixi in libello, Per vim rapuit. nec est necesse apponere, prout Angelus de Aretio hic, frustrà facit per vim ablatiuam, ad differẽtiam aliarum violentiarum: quia imò ex quo dixi, Per vim rapuit, necessariò intelligitur de uiolentia ablatiua: nec de alia potest ullo modo intelligi. De quibus generibus uiolentiarum habetis glossam magistralem in leg. prima, C. de his, quæ ui, me. ue causa fiunt. & glossam plenioré in leg. extat. in glos. fin. in uerbo, non habebit. ff. quòd metus causa.

Illa autem uerba, Pretij, & ualoris centum librarum. quare sint posita in libello, & cuius sint mysterij, patet ex his, quæ dixi suprà in libello proximè præcedenti.

89 Addit etiam Angelus de Aretio † huic libello illa uerba, Sciẽter & dolosè. & illa dicit esse necessaria, & importare maximum mysterium, quasi non esset dolosus raptor, sed temerarius: quia existimans rem esse suam, & ignarus iuris eo animo repetat, quasi liceat domino rem suam etiam per uim auferre. Certè qui non est in dolo, iste non tenetur actione ui bono. raptorum. in quadruplum, sed solùm condictione. l. si quis in tantum. q C. unde ut. uel ex edicto diui Marci posito in leg. extat. ff. quod metus causa. & in l. penultim. ff. ad legem Iuliã. de ui priua. uidelicet in amissione rei propriæ raptæ, uel in æstimatione, si erat res aliena, unà cum ipsa re. De his omnibus est text. in §. quia tamen, suprà ui bono. rapto. & in leg. secunda. §. hac actione is demum tenetur. ff. ui bono. rapto. iunctis traditis per Bar. in proposito isto in l. sequitur. §. si fundũ. ff. de usucap. Vt ergo libellus sit certus, & reus conuentus possit deliberare, an uelit liti cedere uel contendere, iuxta leg. j. in princ. ff. de eden. Item & ut iudex. sciat certam sententiam ferre, iuxta §. curare. infrà eo. debent illa uerba necessariò addi in libello. Credo ergo quòd illa uerba non sint necessariò apponenda, imò sint penitus frustratoria: ideo illa omisi in libello, quicquid dixerit Angel. quia non est uerum fundamentum suum, quod aliàs libellus esset incertus: errat, nam ex quo dico, per uim: intelligitur dolosè: nam qui uim facit, & dolo igitur malo. & sic ubi dicitur ui, intelligitur de dolo. Tex. est & regula Iurisconsulti. in l. 3. §. doli. ff. ui bonorum raptorum.

90 † Aduertite tamen diligenter pro actu practico in materia ista ui bono. rapto. & in similibus materijs, quod probata uiolentia, ut quia probasti, quòd aliquis per uiolentiam intrauit domum tuam, ex qua asseris eum plures res abstulisse, & exportasse, certè propter difficultatem probationum stabitur r iuramento r tuo de quantitate rerum tibi subtractarum, & earum qualitate, & ualore, secundum formam l. si quando. ubi est tex. no. de hoc. C. unde ui. & text. not. in cap. fin. extra quod metus causa: intelligendo tamen sanè, attenta, & consyderata personarum conditione, & diuitiarum: puta, si rusticus diceret exportatos esse sibi libros de domo: non est præsumendum, nec credendum: prout dicit gloss. in dict. l. si quando. in ver. qualitate. & ibi. & ibi latiùs explanant doctor. vt Bar. & sequitur simpliciter Ang. hic, & est text. not. de hoc, qui ponit hanc limitationem in d. c. fi. extra quod metus causa. Subdit etiam Ang. hic, quod d. l. si quando. cum si. quamuis propriè loquatur in violentia expulsiua, & ablatiua, tamen extenditur per doctor. vt habeat locum in omni alia violentia. Allegat Innoc. ita tenere in d. c. fi. extra quod metus causa. & ibi etiam tenet Ioann. And. Ego allego de hoc gl. expressam, & no. quæ ita extendit. 3. q. 3. c. fin. & doctor. expressè in d. l. si quando de quo etiam videatis Bal. in d. c. j. §. iniuria. in verbo, seu furtum & in §. conuenticulam. vbi notabiliter, de pace iur. fir. vbi etiã

91 inter cætera notabiliter ponit, an d. l. si quando. cum si. † habeat etiam locum in rebus furto subtractis. qui casus est quotidianus. Videatis etiam Bal. in l. nauta. §. fin. per illum text. ff. nautæ, cau. stab. & Bal. in l. si res. C. de ord. cog. & Ludo. Rom. in l. damnum. la 2. ff. de dam. infect. & quod no. Bal. in l. qui accusare. C. de eden. & l. prima. C. quod met. causa. Videatis etiã not. gloss. in cap. dilect. in gloss. fin. in verbo, moderatis. extra de foro compet.

92 † Tertiò iuxta ordinem text. videndum est de forma libelli in actione legis Aquiliæ, quã ponit Spe. in tit. de iniur. & dam. da. §. sequitur. quem refert Nicol. de Neapol. hic, ad fin. in 10. & vltim. quæst. extra gl. quem etiam refert. Bart. in l. prætor edixit. in princ. ff. de iniur. Eius etiam formam ponit Gul. de Cu. in l. ex morte. C. ad legem Aquil. relatus etiam per Nicol. hic. Eius etiam formam ponit Bal. in l. 2. & in leg. contra negantẽ. in 2. colum. vbi etiam alij omnes. C. ad legem Aquil. & Flor. in l. 2. ff. ad legem Aquil. Accedat quod no. Spec. in tit. de libel. cõcep. §. iam nunc dicendum. in ver. item talis. Et omitto iuxta hunc libellum ea, quæ hic præmittuntur per Ioann. de Pla. &

93 Ang. † ad euidentiam hujus libelli, videlicet quando habeat locum, & procedat titulus ad legem Aqui. Item quando procedat tit. de noxalibus. & quando tit. si quadru. pau. fecis. dicatur. & sic actio in factum de paupere, & quando actio de pastu pecoris: quia ista sunt rudia, & colliguntur ex gloss. not. & ibi traditur per docto. in rub. infrà si quadru. pau. fecis. dicatur. & not. glo. in c. fin. in verb. animalia tua. extra de iniur. & dam. da. & tex. not. & magistralis in l. qui seruandarum. §. fin. ff. de præscriptis verb. & ibi gloss. not. in verbo, de pastu notabiliter declarat. & est text. & in l. 2. cum ibi traditis per Bartol. ff. de noxa.

94 † Omitto etiam declarationem duorum capitum, quæ habet lex Aquilia, & quæ sunt in usu, quæ ipsi hic declarant. Sed est fa-

est fatuum: quia habetis ea textualiter declarata suprà ad legem Aqui.in princ.& in §.tertio cap.& in l.2.& in l.quemad-
95 modū.§.hac actione.& ibi Flor.ff.ad legem Aquiliā. † Omitto etiam frustrà ponere id, quod ipsi ponunt, videlicet quòd aliquando datur damnum de corpore in corpus: aliquando autem à non corpore in corpus: aliquando à corpore non in corpus: aliquando à non corpore in non corpus. & primo casu tantùm datur directa actio legis Aquiliæ, &c. Istud nihil aliud est facere, q̃ frustrà ponere in papyro illud totum, quod de verbo ad verbum posuit Accur. glossator noster in §. fin. in glo.fin. suprà ad legem Aquil.& ibi est gl.magistralis, quæ ista omnia declarat. Et similis gl.in l.de pecoribus.& est glos.vnica.C.ad legem Aquil.

96 † Omissis igitur suprascriptis, ita formate libellum si est liber homo, qui damnum dedit: Ago contra Titium, & dico ꝙ dedit mihi tantum damnum occidendo seruum meum: & quamuis dictus seruus tempore occisionis esset claudus, aut luscus, tamen intra annum proximè præcedentem fuit integer, & ualoris ducatorum quinquaginta. Quare peto dictum Titium condemnari ad dandam, & soluendum mihi ducatos quinquaginta pro emendatione damni mihi dati per eum ex occisione dicti serui mei. Et si negauerit se mihi dictum damnum dedisse, peto eum propter negationem in duplum dicti damni condemnari. Si autem non esset liber homo, sed seruus alterius ille, qui damnum dedisset, deberem in libello narrare qualiter dictus seruus Titij dedit mihi tantum damnum occidendo mihi talem seruum meum, domino suo sciente, & non prohibente, cùm posset prohibere. In hoc libello dictum est cum mysterio, occidendo: quia tunc habet locum primum caput legis Aquiliæ, vt tunc fiat æstimatio quanti plurimi valuit intra annum retrò. Si autem vulnerasset tantùm, vel aliud damnum intulisset, tunc habet locū tertium caput legis Aqui
f lę, in quo æstimatio solum quanti plurimi valuit intra triginta dies proximè pręteritos: vt suprà ad legem Aquiliam. in
97 princip.& §.capite tertio. Item † dixi, Seruum meum: quia talis actio legis Aquilię soli domino competit, vulgata l.item Mela.§.legis.iunctis §§.subsequentibus. vsque ad finem.& iūcto principio.l.sequen.& leg. huic scripturæ.in princ.ff.ad legem Aquiliam.& l.eleganter.§.si seruum.ff.de dolo. iuncta l. cedere.§.j. & sequent.ff.arbor.fur.& cæs.& quod ibi ponit sin
98 gulariter Bart. † de emphyteuta, & feudatario, an eis competat directa actio legis Aquiliæ.

99 † Omisi autem in hoc libello apponere tempus, scilicet de anno præsenti, & mense pręsenti: licet Angelus hic, & frustratoriè apponat ꝙ hoc non est necessarium, etiam pro habenda æstimatione illius pluris, q̃ valuit: vt est textus in leg.inde Neratius.§.fin.& melius in leg.seq.in fi.in verbo, ad quod tempus recurremus.ff.ad legem Aquiliam, quam ibi expressè ponderat Bartolus ad hoc. Et ꝙ frustratorium sit in hoc libello tēpus apponere fatetur postcà etiam ipse Angelus hic, per ea, quæ tradit Bartolus in leg.pretor edixit.in princ.ff. de iniur.& dixi latè suprà in libello actionis furti.

Item dixi in hoc libello, Quod si negauerit, peto eū ꝑpter negationē in duplo condemnari, &c. In quo aduertite, quamuis alij non tendant hic quod ita demum procedere deberet condemnatio dupli propter negationem, si hoc petatur in libello: quia si non esset petitum, non posset in duplum condemnari propter inficiationem. Ita tenet Mar.Sil. & Gul.de Cun. in d.l.contra negantem.quos ibi ita refert Baldus in secunda columna.in tertia oppo.quamuis ibi subijciat ipse Baldus, sub
100 dubio tamen fortè, posset dici, † ꝙ eo ipso ꝙ quis proponit actionem legis Aquiliæ, tacitè videtur concludere ad duplum in casu negationis ex natura actionis propositæ, in qua per negationem contrahitur obligatione dupli, ita ꝙ nō est opus super hoc speciali petitione. Et ita etiam dicit tenere Guido de Suza.ibi per no.in l.si quis missum.§.iudex.ff.de dam. infect. Subdit tamen postremò Bal.ꝙ prima opinio est securior, & habet in se meliorem practicam.

Vltimò dixi in libello ꝙ si non esset liber, sed seruus alterius ille, qui damnum dedisset, quòd deberet in libello damnum narrari datum esse domino suo sciente, & non prohibente, cùm posset: & hoc casu propriè competit actio legis Aquiliæ. Alias autem si damnum datum esset à seruo, domino igno-
101 rante, † tunc habet locum titulus de noxalibus, & ageretur noxaliter: & seruus posset pro noxa dari: vt est de istis tex.not. in l.secunda, iunctis ibi traditis per Bartolum. ff. de noxalib.
102 Aduertite tamen, quamuis alij hic non tangant, † quòd si damnum datum potest ad pristinū statum reduci, vt in aqua à pristino cursu semota: tunc debet agi actione ista legis Aquiliæ & peti quòd res ad pristinum statum restituatur, & quòd emendetur interesse interim emergens: aliàs autem agi debet simpliciter ad damnum, & interesse. textus est not.in l.2. & ibi videatis Cyn.& Bald.C.ad legem Aquiliā. Et ibi vult Bald. vnum mirabile, & singulare per illum tex. si benè considera-
103 tis verba Bald. quod si tu destruxisti domum meam, † quod ego non debeo, nec possum agere ad hoc, videlicet vt illam reficias: sed tantùm ad interesse. Quod tenete benè cordi: quia multi deciperentur in hoc. Circa quod videatis tamen Pau. de Cast.in l.j.§.& post operis.in ver.opus.ff.de op.no.nun.

104 † Qualiter autem formandus sit libellus in ista actione legis Aquiliæ contra incidentem syluam, vel eam comburentē, iuxta text.not.& sæpè de facto occurrentem, vt inquit Bald. in l.j. C. ad legem Aqui. videatis ibi not. per ipsum Bald.& quę ponit Spec.in tit.de iniur. & dam.da. §.j .versi. quid si incidantur arbores plures.

105 † Quartò, & vltimò iuxta ordinem tex.restat. formare libellum, quando ageretur pro legatis factis ecclesiæ: tamen quia hoc est rude, & nullius artificij, & satis patet ex his, quę uidimus suprà maximè in gloss.in versic. distulerit. & in glos. seq.in versic. in iudicium.in princip. deliberaui non denigrare frustra papyrum. Si tamen vultis videre in specie libellum, videatis Spec.in tit.de test.& quod not.ipse Spec. in tit.de libe.concep.§.iam nunc dicendum.in versic.item talis.& in tit. de instrumen.edi.§. nunc vero.per totum §. illum secundum quod refert Nicolaus de Neapol.hic, ad finem, in decima & vltima quæstione.extra gloss. Ponit etiam libellum in specie Angelus de Are. hic, ad quem recurratis: subnectens aliquas quæstiones non pertinentes ad nostram materiam, quæ sunt pro magna parte de materia Authentic.hoc amplius.C.de fideicom.de quibus non curaui. Et ideo hic sit finis præsentis §. & eodem modo pręsentis lectionis.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a * Aduerte, quòd text.in d.§.iniuria. videtur potius Angeli opi.obesse, quàm opitulari, quicquid Ias. dicat. nam text. dicit furtum, & iniuriam legitimè puniri.& gloss.exponit, id est, secūdū leges Romanorū. Sed secundū ius Romanorum expeditum est, nec mortis, nec membri abscisionis, pœnam pati debere, dict. Authentic. sed nouo iure. C.de ser.fugi.nisi forsan diceres, ꝙ dic.§.iniuria. se referat ad text.in cap. primo. §. si quis quinque.de pace tenen.in vsibus feud. quod non placet: argu.§.sed ius quidem ciuile.Insti.de iure nat.gen. & ciuil.& gl.vt suprà dixi, aliter intelligit. Carcassona Sardus.

b PER VIM] Vide do.Alex.de Imo.in consil.91.in quarta parte.

c * Aduerte, quòd text.in d.l.per omnes loquitur in latronibus, & ideo non ita de facili admitterem furibus denegandam fore aduocationem: argu.cap.in pœnis. de reg.iur.in 6. & l.interpretatio.ff. de pœnis. & grauius delinquunt latrones, quàm fures: vt §.penultimo.in Authen.vt nul.iud.lic.&c. Carcassona Sardus.

d SVSPENDI] Vide Gand. in tracta. malefi. titul.de furib.& plenius per Alex.de Imol.in l.fi.de acce. & Ang.Aret.in tract.malefi.ver.vestem.in 3.colum.

e DE IVRE COMMVNI] Fur qua pœna veniat puniendus de iure communi: vide Alex.Imo.in consi.113.in vltima columna, in quarta parte.

f PRO PRIMO] An autem pro primo furto de iure cōmuni sit pœna mortis: vide Alex.de Imol.in consi.quinto, vltima col.in prima parte.& in consi.125. in sexta col.ea.parte. & in consi.113.in vlt.col.in quarta parte.

g * Adde, quòd doctores præsupponunt unum, quod est falsum: quòd grauius puniatur fur manifestus, quàm uioletus ra-

ptor.

ptor. Et probatur: fur manifestus extra ordinem duntaxat punitur. l. fi. ff. de fur. at raptor si cum armis, tenetur lege Iulia, de vi pub. & deportatur bonis ablatis: vt l. 3. §. primo. & l. qui dolo. §. fin. ff. ad legem Iul. de vi publi. & §. item lex Iulia. Insti. de pub. iudi. si sine armis, tenetur lege Iulia, de vi priuata, & punitur tertia parte bonorum. l. prima. ff. ad legem Iul. de vi priua. nec actio ui bonorum raptor. tollit iudicium crimina le: vt l. 2. §. prim. ff. vi bon. raptor. & l. prima. C. quando act. ciuil. crimi. præiud. ergo raptor grauius punitur. Præterea quis dicitur grauius puniri quotiens ad periculum maioris pœnæ deducitur: tex. est notab. in l. interdum. la 2. §. qui furem. ff. de fur. sed raptor. vt ex suprà dictis apparet, ad maius periculũ deducitur, ergo grauius punitur. Nec quod in quadruplo insit rei persecutio, facit videri delictum mitius punitum, vt ex allegatis patet: sed si qras quare in actione furti manifesti in quadruplo non insit simplum, secus in actione vi bonorum raptorum, & tunc vltima ratio mihi magis satis facit: quia cùm raptor magis puniatur respectu fisci, quàm fur manifestus, iustum fuit mitius in pœna parti applicanda eum teneri, arg. §. necessarij. Insti. de hæred. qual. & diffe. Anto. Angel. Carcassona Sardus.

h PALAM] Vide ad hoc Fel. in cap. cum quidam. in 3. col. ver. 6. declaratio. de iureiur.

i * Vide bonum tex. in l. 2. §. si in re deposita. ff. vi bo. rapt.

k * Aduerte quòd per hanc distinctionem probatur quod suprà dixi in proxima additione. Nam raptor non solùm tenetur pœnis de quib. ibi dixi, sed etiàm in omnibus casibus, in quibus quis posset furti manifesti conueniri, posset etiam raptor illis interuenientibus. Sardus.

l * Quæso aduertas: nam mihi videtur q nullo pacto §. istius dispositio habeat locum in executoribus vltimarum voluntatum, vel vt apertius dicam, testamẽtarijs. Quod sic probatur: Aut isti executores nihil commodi ex testamento percipiunt: & tunc regula iuris est, quod officium non debet alicui esse damnosum. l. si seruus. §. quod verò. ff. de fur. c. cùm non deceat. de elect. in 6. & iniquum videretur, quod isti grauarẽtur illius dispositione ex quo lucrum non sentiunt: arg. l. ab eo C. de fidei. & l. imperator. §. primo. ff. de lega. 2. & facit tex. in l. secundum naturam. ff. de regu. iur. & hoc quando expressè est aliquis hæres institutus, & etiam sunt dati executores. Aut executores aliquid ex testamento percipiunt, & tunc non pœna istius §. plectuntur, sed expressum in terminis nostris habemus, qua pœna puniantur: & puniũtur priuatione eius, quod ex testamento perceperunt. tex. est in §. si quis autem pro redemptione. in Auth. de ecclesi. tit. colla. 9. & in illo tex. à contrario sensu probatur etiam primum membrum suprà factũ: nec licitum esset argu. maximè in casu primo, quando nihil percipiunt ab hærede, & illis qui legatis, sed fideicommissis grauari possunt ad istos executores: quia non est par ratio puniendi eos qui commodum non sentiunt, si voluntati testatoris ad plenum non satisfaciunt, sicut est puniendi eos, qui cõmodũ sentiunt: arg. Auth. hoc amplius cum sua materia. C. de fideicom. & esset argumentari in pœnalibus è minoritate rationis affirmatiuè: quod non valet, arg. c. odio de reg. iur. in 6. l. interpretatione. ff. de pœ. cum similibus. Et vtroque casu piæ causæ prouisum est executoribus cessantibus: quia episcopus, tanquam legitimus executor, succedet, & voluntati testatoris satisfaciet: vt l. nulli. C. de epi. & cle. & d. §. si quis autem. suprà alleg. Et hæc opi. maiorem, ni fallor, sapit veritatem, & æquitatem. Anto. Angel. Carcass. Sard.

m * Dicas tu secundum communem sententiam quòd fructus rei purè legatæ sunt legatarij à die aditæ hæreditatis. l. Herennius. l. prima. ff. de vsur. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. j. ante verò aditam hæreditatẽ sunt hæredis. Quod tamen limita, vt per dom. Alex. in d. §. cum seruus. Non obst. l. fi. C. de vsu. & fruc. rei lega. quia ante litem contestatam tenetur hæres ad fructus perceptos à die aditæ hæreditatis, post litem contestatam ad fructus etiam, qui percipi poterant, tenetur. Et ita loquitur d. l. fin. & est Bartol. solu. in d. l. fin. Carcassona Sardus.

n Aduerte, quia & si ecclesia alias probationes haberet, dico confitendo reum posse primæ negationis pœnam euitare. Finge quòd actori, seu œconomo ecclesiæ petenti negaui me debere, & antè, quàm me conuenirent, sponte eos adiui, & cõfessus sum: vtique dico me non teneri ad pœnam, quamuis citra confessionem meam probare possent. Et hoc probatur, in §. sed furti infrà eo. ibi: in confitentem antè quàm iussu magistratuum, &c. Ergo datur facultas confitendi quousque conueniatur. Et probatur hoc, quod possint euitare pœnam confitendo: nã vbicũque actio non est pœnalis ab origine, vt hic, in q. nostra, admittitur pœnitentia, secundum Bart. in l. qui ea mente col. fi. ff. de fur. per l. j. §. dixerit aliquis. ff. de pub. Et solent dici q quando ius actoris non est factum deterius, admittitur purgatio moræ. l. & si post tres. ff. quis cau. Non ob. quòd pœna (vt inquiunt doctor.) committatur tam ex inficiatione quàm ex conuentione: quia dico (& attende, quia videtur subtile) q qñ imponitur pœna inficiationis, semper concurrit etiã vocatio in ius de necessitate Exempli gratia, ecclesia petit à me centũ, & nego me debere: certè nõ compellet me ecclesia, seu eius œconomus propria authoritate, quia necesse habebit vocare me in ius, & probare debitum qđ ego nego, quia aliter, si nego me ei debere, non soluam, nec ipse ecclesiæ administrator sine magistratibus poterit iuridicè me ad solutionem vrgere. l. j. C. ne quis in sua causa iudi. l. non est singulis. ff. de regul. iur. & probatur in d. §. sed furti. Et sic non datur præambula negatio, quin detur etiam vocatio in ius: & sic si antè, quàm vocarer, confiterer, & soluerem, proculdubio inficiationis pœnam euitarẽ, vt suprà dixi: & facit text. in ratione sui, in l. electio. §. neque. ff. de noxal. committitur etiam pœna dupli ex vocatione in ius sola, quando confiterer legatum, sed malitiosè differrem solutionem: vt in hoc §. quem ita intelligo: & in d. §. sed furti, infrà eo. Et hoc mihi verius videtur, subijciendo me tamen meliori iudicio. Anto. Angel. Carcassona Sardus.

o SI POSTEA] Sed quid si negans in causa principali, confiteatur in causa appellationis, an tunc gaudebit beneficio statuti propter confessionem? vide Bal. in d. §. porro. alleg. hic per do. Ias. May. per gl. in l. si cũ exceptione. §. hæc. ff. quod met. caus. & in l. j. in princ. ff. de act. emp. pro quo vide Angel. Arc. in suo tract. malefi. ver. appellante. & ver. quid autem, si in iudicio: quòd sic. Sed an prædicta sint vera, si statutum dicat confitentes in prima causa vel in prima responsione gaudere beneficio remissionis pœnæ: crederem quòd non, sed puta.

p * Aduertas, quia commentum Ias. corruptè stat, & in primo capite distinctionis procedit prima opi. relata in gl. in secundo verò capite procedit opin. glossæ nostræ. Carcass. Sard.

q * Adde quòd ego vehementer dubito de istis decisionibus, maximè de secunda, & credo quòd nunquam respectu rei, nec etiam respectu pœnæ luet in corpore ratione piæ causæ, seu ecclesiæ, argu. l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cler. Et quid turpius dici, vel crudelius posset, quàm quod ad ecclesiæ petitionẽ, quæ quicquid acquirit pauperibus parat. c. quoniam, 16. quæst. j. & per totam illam quæst. aliquis non habẽs in ære, lueret in corpore? Nec apud me pro expedito habetur, quod quamuis iure ciuili paretur hæc actio ad pœnam episcopi ecclesiæ, quod ideo ecclesia petere possit pœnam secundum iura canonica: quia ecclesia cum augmento non recipit quod de terrenis rebus amittit. c. fraternitas. 12. quæst. 2. Carnassona Sardus.

r * Vide aliam gl. in l. Imperatores. in verbo, negotio. ff. de re iudic. Sardus.

s IN STATVTIS] Vide Felin. in cap. translato. in 5. col. in ver. gl. fi. cum pluribus sequentibus de consti.

t NON EXTENDENDAE] An & quando pœnalis extensio fieri debeat, vide do. Bartho. Socin. in consi. 275. inci. in causa Io. ver. confirmatur ista opin. circa med. in secunda parte. vbi etiam an extendatur de casu ad casum ex identitate rationis: & an ad personam, quæ non est talis propriè, nec tantæ qualitatis. ibidem in versic. confirmantur prædicta circa med. versic.

u * Aduerte quòd gl. nostra potest optimè defendi ab impugnationibus Ias. nam gloss. in l. si quis seruo. C. de fur. loquitur in pœnalibus, & tamen extendit l. illam loquentem in seruo, vt habeat locum in filio. Sed dicas quod ibi non fit extensio, nisi per aliam legem. per l. vt tantum. §. j. ff. de seru. corru. Et ita dicit gloss. in dict. l. quod verò. ff. de legibus, & Barto. in leg. Mar-

leg.Marcellus.ff.ad Treb. & idem est in cap. si post quam.de elec. lib.6.nam extensio de electione ad prouisionem fit per dictam decretalem. & idem in c.de multa. de præbend.quia satis pœna censetur expressa in secūda parte, quia dictū fuerat in primo arg.text.in §.capite tertio. Insti. ad leg. Aquil.& sic gl.in locis suprà allegatis loquuntur de extēsione, quæ fit per aliā legem,non de extensione hominis,prout loquitur gl. nostra in hac q.Cogitabitis.Carcassona Sardus.

x * Inducas tu sic illum text.res ecclesiæ sunt priuilegiatæ vt alienari non possint,vt toto titulo de reb. ecclesiæ non alien. sed pro redemptione captiuorum perdunt illud priuilegium vt d.l.sancimus . ergo fauorabilior, & magis priuilegiata est causa redemptionis.Carcassona Sardus.

y * Adde quod ego in legato pro redimendis captiuis facto procliuior essem in opin.contra gl.per plura,quæ adduci possent.verùm quia de hac q.habemus tex. expressum in terminis,& miror quòd doctores non aduertant,non insistā . Qua igitur pœna puniantur differentes solutionem legatorū pro redimendis captiuis, decidit imperator in §.si quis autē pro redemptione.cum duobus §§.seq.in Auth.de eccles.tit.vbi si ille,qui ad talia legata siue relicta tenetur, secundò admonitus ab antistite, nō satisfacit, cadit ipso iure ab omni cōmodo,quod à testatore perceperat, & totū illud piæ causæ applicatur.Dic vt ibi,Antonius Ang. Carcassona Sardus.

z In l.j.Vbi vide eundem do.Ias.in princ.

a * Sed quæro quid si sunt plura monasteria monialiū, prout extant Bononiæ,cui erit applicandum? Dic pauperiori: vt §.si quis in nomine,in Authen.de eccles.tit. licet Bononiæ in dubio applicaretur monasterio corporis Christi. Carcass.Sard.

b ET MENSIS] Vide do.Alex.de Imo. in consi.72.in 5. col.cum seq.in j.parte.& in consi.151.in 2.columna, in secunda parte.vbi ponit etiā quid de die: & quæ demonstrationes in accusatione poni debeant. & in consi. 172.in 5.col.in secunda parte , vbi ponit de mense vel die . Et etiā quid si pars non opponat.& ibi ponit etiam an qualitates delicti probari debeant:& nunquid procedat accusatio, si probetur delictū , sed nō qualitas temporis appositi in libello : vide per eum in consi.73.in sexta columna , in prima parte.& in consi.121.in 9.co.ea.parte.vbi ponit,quid si quis accusatur de delicto cōmisso de nocte,& probatur de die.

c NECNON ET LOCVS] Sed quid si locus esset appositus indeterminatus, an sustinetur libellus accusatorius,si declarari possit?Vide do.Bartho.Soc. in consi.166.incip.viso processu.circa medium 7.colum. in secunda parte. quòd sic.

d AD CONDEMNATIONEM] Adde Felin.in c.significantibus,in 2.col.versi.intellige. post princ.de libel.obla.ꝙ si accusator non posuit in accusatione maleficium fuisse commissum tempore punibili,non sustentatur libellus, licet in actis de tempore constet.

e * Adde,ex quo hic opportunè dicendum occurrit,quòd cōmunis opin.in d.l.edita.est,ꝙ per ineptam libelli conceptionem,in criminibus nomen rei ipso iure aboleatur , parte etiā nihil opponente : contrarium tamen semper mihi vērius visum fuit , ꝙ imò nomen rei non ipso iure, sed eo opponente aboleatur . Et videtur pro hac opinione text. in l.libellorum. §.fin.quem hic allegat Ias. & uidetur casus in lege secunda. C.de abolitionibus.vbi ponitur forma abolitionis petendæ, quæ præsentibus partibus causa cognita competenti iudice postulari debet:ergo si postulat̄, nō fit ipso iure.leg.quæ sub conditione.§.fin.ff.de condi. institu.ad idem bonus text.in l. prima.§.absolutio.ff.ad S natusconsul. Turpilia. & facit §.accusationem. In eadem l.j.ibi qualiscunque fuerit illata accusatio,cognoscētis authoritate aboleri debet.Et facit trita illa regula,ꝙ vbi agitur de fauore alicuius,parte petente fieri debet.leg.vniuersa.iuncta gl.C.de precib.imper.offerend.Præterea pro ista parte videt̄ casus in l. accusaturus. ff. de adul. vbi errans in inscriptione,potest libellum emendare,ne causa criminis aboleatur: ergo si erretur in inscriptione, non ipso iure aboletur:quia si fieret ipso iure , frustra emendationem requireret lex,ne nomen rei aboleatur , si iam abolitum esset. Et istud(ni fallor)vrget.Non obstat tex.in d.l.libellorum.§.quod si libelli.Nam ille text.est intelligendus prout facit gloss.quæ subaudit,reo petente. Vel aliter dicere possumus conciliando huiusmodi opiniones,quòd abolitio fiat ipso iure si à parte opponatur de ineptitudine libelli , prout in simili dicimus de compensatione,quæ fit ipso iure parte tamen opponente: vt habetur in §.in bonæ fidei.infrà eodem.& in leg.si constat. C.de cōmpensatione . Et has duas conclusiones publicè disputando tenui.Carcassona Sardus.

f CONTESTATAM] De quo vide latè per eundem suprà primo §.omnium.nu.157.& quod ibidem dixi in apo.

g SCIENTER] Vide Felin.in rubr.de accu. in versi.vtrū in accusatione.

h Glo.vide suprà eo.super gl.in nu.20.

i * Videas Philip. Dec. in l.edita. in 5. regula cumulationis. col.14.C.de eden.Sardus.

k DEFENSIBILIBVS] Qualiter autem intelligatur statutum prohibens portare arma , vide do. Vincen. palleo . in consil.56.quod est inter consil. do.Alex. de Imol.in 4. parte.

l LAPIDES] Vide Fel.in c. quorundam. circa princ.ibi in gl.2.in fin.de Iudæis & Saracenis.

m * Aduertas , quia si in hoc statuto prohibente portare arma attēdimus proprietatem vocabuli,doctores malè loquuntur,& comprehenduntur portantes arma defensibilia.Probatur per gl.quam ipsi allegant in dict.cle.j.§. quia verò nōnulli.in verbo,arma.de statu monacho. quæ dicit arma esse,quibus defendimur:tela,quibus impugnamus.si illa gl.prout ipsi asserunt,est vera: ergo sequitur quòd portantes arma defensibilia ex proprietate vocabuli comprehenduntur in statuto. Probatur etiam per d.l.armorum.quæ ponitur in ti.de verborum signifi.cuius natura est.propriam vocabulorum significationem designare . Et quòd comprehendantur, facit quia statuta sunt intelligenda secundum communem vsum loquēdi.Bar.& docto.in Rub.ff.de noui ope.nuntia.& in l.cū de lanionis.§.asinam.ff.de fun.instru. Sed communis usus loquendi omnia appellat arma: ergo in hoc statuto portantes arma defensibilia comprehenduntur.Præterea probatur :in statutis capitur illa interpretatio,per quam minus læditur ius cōmune,& reducimur ad terminos iuris communis : cap.cum dilectus.extra de consuetu.l.si unus.§.pactus.uersiculo quod in specie.ff.de pactis.cap.ab exordio.35.distinct.Sed intelligēdo hoc statutum in armis defensibilibus, & offensibilibus,reducimur ad ius commune.ut §.penultimo . in Authen.de armis.& Bartolus in l.prima ff. ad legem Iuli.de ui publi.ergo ita est interpretandum.His tamen non obstantibus attenta ratione statuti,quæ semper attendi debet, ut per dominū meū Marian.Socin.in Rubr.ff.soluto matrimonio. isti portantes arma defensibilia non comprehenduntur.Nam ratio statuti est ut cessent rixæ,& maleficia non committantur:quæ ratio cessat in armis defensibilibus : cessabit etiam dispositio c.cum cessante.extra de appellatio.& facit in argumen.tex.in l.pen. §.fi.ff.ad legem Iul.de ui pub. Ad contraria si cogitabis non erit difficilis admodum solutio. Carcassona Sardus.

n PANEM] Vide Felin.in d.c. ita quorundam. in princ.j. col.de Iudæ.& Saracenis.

o * Istud Bononiæ non seruatur:nam Scholares habentes licentiam portandi arma,tam in conuentu scholarium, quàm coram iudicibus illa portant.Sardus.

p RAPTORVM] Vide do.Alex.de Imol. in consi.103.in 4.col.in j.parte.ubi ponit pro quibus reb.detur actio ui bono.rapto.& ibidē in 3.col. ad quid teneatur raptor. An excusetur si dicatur fecisse uoluntariè : uide per eum in consil.j.in 7.8.& 9.columna,in tertia parte.

q L.si quis in tantā.De intellectu huius legis uide do.Alex. de Imo.in d.consi.103.in 4.col.in prima part.

r IVRAMENTO TVO] Vide dom. Alexan. de Imol. in consil.103. in 5.column. in prima parte . ubi ponit quomodo, & quando stetur iuramento damnum passi contra raptores.

s LEGIS AQVILIAE] Actio legis Aquiliæ quando competat: uide domin. Maria.Socin. in consil.13. incip.prosequendo . in fin. consil. in j.parte. ubi etiam de actione furti, & de actione ui bonorum raptorum . & do.Bartol.Soc. in consil. 89.incip. in causa. uer. secundum probatur. tum uersic.seq.ea.parte.

SVMMARIA §. QVAEDAM.

1 *Actio familiæ erciſ. ad quid competat. 4. 5.*
Actio communi diuidundo, ad quid competat, nu. 6.
2 *Continuatio paragraphi iſtius ad præcedentem.*
3 *Continuatio qualis debeat eſſe.*
4 *Verbum Adiudicare, ad quæ iudicia propriè pertinet.*
7 *Socij ſi aliquam rem ſimul emerint, an & quando in ea re eſſe dicuntur.*
8 *Iudicium communi diuidundo an ſi inter aliquos agitandum ſit, debeant & fructuarij neceſſariò vocari, vt iudicium valeat.*
9 *Diuiſio facta cũ proprietario nõ præiudicat vſufructuario.*
10 *Iudex quando poſſit vni parti, ẽt nõ petenti, totã rẽ adiudicare, & in eum dominium alterius partis transferre.*
11 *Arbitrator an pro bono pacis de iure vnius partis alteri dare poſſit.*
12 *Actiones miſtæ quæ, & quare dicantur miſtæ. 14. cum ſequen.*
13 *Verbum Familia, quid importet.*
Verbum Erciſco, quid ſignificet.
19 *Actiones miſtæ, & actiones perſonales in rem ſcriptæ qualiter differant.*
20 *Actiones perſonales in rem ſcriptæ, an ſint continuò perſonales.*
21 *Actio ad exhibendum eſt perſonalis in rem ſcripta. 44.*
22 *Interdicta omnia dicuntur perſonalia in rem ſcripta. 45.*
23 *Actione finium regund. an agere poſſit, qui non poſſidet, licet ſit dominus.*
24 *Actio in rem, & actio in rem ſcripta qualiter differant.*
25 *Actio fami. erciſ. an quantum ad præſcriptionem attendatur quòd ſit perſonalis. 29.*
26 *Petitio hæreditatis licet ſit realis, tamen ſequitur naturam perſonalium.*
27 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem.*
Præſcriptio longi temporis locum non habet, niſi titulus præcedat.
28 *Præſcriptio triginta an. ſine titulo currit.*
30 *Regula Quòd nemo inuitus cogatur in communione perſiſtere, an procedat. 31. 38.*
32 *Præſcriptionem, donec aliqui ſtant in communione, currere impoſſibile eſt.*
33 *Præſcriptio ad lites tollendas inducta eſt.*
34 *Communionis materia lites excitare ſolet.*
35 *Pacto an poſſit fieri quòd ſtetur in communione. 41.*
36 *Argumentum de pacto ad legem & ſtatutum, an procedat. 37.*
38 *Diuiſorio iudicio an qui triginta annis in communione ſteterunt, agere poſſint.*
39 *Actioni fini. regundorum, an præſcribatur.*
40 *Diuiſio an inter duos fratres facta præſumatur.*
42 *Actioni nondum natæ non præſcribitur.*
46 *Actio fami. erciſ. vt competat neceſſariò quid requiratur. 47. 48. 50.*
49 *Actio fami. erciſ. an ſi ſemel actum ſit, iterum agi poſſit.*
51 *Libellus in actione fami. erciſ. qualiter formandus ſit.*
52 *Actio communi diuidundo quibus competat, & in quib. & nu. ſeq.*
58 *Diuiſio in actio. commu. diui. quomodo & qualiter inter plures ſocios ſit fienda, & per quos. 62. 63. 65. 66. 67.*
59 *Iudex quomodo debet diuidere res communes, quæ commodè diuidi non poſſunt. 60. 61. & 64.*
67 *Dictum alicuius Sancti, veteris vel noui teſtamẽti authoritate munitum, præfertur conſtitutioni Papali & Imperatoris in deciſionibus cauſarum.*
68 *Maior quõ ſumatur qui in diuiſione partes facere debet.*
69 *Libellus in actione communi diuidũdo qualiter formetur.*
70 *Actio fi. re. an ſit datiua, vel natiua, & quid in ea veniat. 74. 75. 76. 79.*
71 *Actio finium regundorum an competat ratione ſolius proprietatis.*
73 *Remedia quæ pro finibus competant.*
78 *Agrimenſores an priùs iurare habeant legaliter menſurare. 79. 80.*
81 *Agrimenſor an de mala relatione teneatur. 82.*
83 *Ratio licet ſummata ſit, tamen iterum quòd computatio fiat, peti poteſt.*
84 *Libellus in actione fi. reg. qualiter formandus ſit.*

§. QVAEDAM.

ISTE §. habet notabilem materiam, uidelicet tit. fa. erciſ. tit. communi diui. tit. finium regundo. Quæ materiæ multum benè examinantur per Ioan. Fab. hic, & etiam aliqualiter per Ange. de Aret. Sed ego eorum prolixitatem reducã ad bonas, & veras cõcluſiones, & attingã pro more meo ea duntaxat, quæ neceſſaria videbuntur: alia autem prætermittam.

Et ad euidentiã huius §. habetis vobis ꝓ neceſſaria euidẽtia prætermittere ea, quæ dixi vobis in euidentialibus. §. j. ſuprà eod. ad quem omninò recurratis. poteſtis etiam prætemittere ad euidentiam ea, quæ dicturus ſum in gl. ſecunda: vbi uidebitis quot modis in iure noſtro actiones appellentur miſtæ & quare iſtæ tres actiones, de quibus in hoc tex. dicantur miſtæ. quæ ideo ibi reſeruo, propterea quòd gl. ibidem ponit.

Iſte §. vſque ad §. omnes. communi diuiſione docto. & Nicol. & Ang. de Aret. diuiditur in tres partes principales. In prima ponitur dictum in genere, in quo ponitur nouum genus actionum miſtã cãm habens. In ſecunda illud declaratur in ſpecie per exempla in tribus actionibus hic poſitis in text. In tertia ponitur, quæ poſſunt eſſe partes iudicis in his tribus actionibus. Secũda ibi: qualis eſt fami. erciſ. Tertia ibi: in quibus tribus iudicijs. Illa ſecunda principalis poteſt ſubdiuidi in tres, quemadmodum tres actiones in ea declarantur. Primò actio fami. erciſ. Secundò actio cõmuni diui. Tertiò actio finium regun. partes de ſe patent. Secunda ibi: item communi diui. Tertia ibi: item finium regun.

1 † Actio fami. erciſ. competens cohæredib. pro hæreditate diuidenda, & actio communi diuidundo competens pro re communi diuidenda, & actio finium regundorum competẽs pro finibus imponendis, habent miſtã cauſam realiũ & perſonalium: hoc primò. & in iſtis tribus actionib. permittitur iudici, ſi ſibi æquum videatur, vni partiũ rem adiudicare in totum, & eũ uice uerſa alteri in pecunia cõdemnare. hoc dicit.

2 † Actio pro introitu figurationis caſus poteſtis hunc §. ad proximè præcedentem hoc modo continuare, ſecuudum Io. Fab. & Nicol. hic: Vidimus ſuprà proximo §. de quibuſdam actionibus miſtis, ſcilicet, quæ ſunt rei perſecutoriæ, & pœnales ſimul, nunquid ſint aliæ actiones, quæ ſunt miſtę, ſeu quæ miſtam cauſam habeãt. Et reſpõdet Imperator quòd ſic, pro ſequendo tex. ut patet in litera. Iſtæ tñ actiones, quæ hic ponũtur, ſunt miſtæ alio reſpectu, quàm illæ, de quibus in §. proximè præcedenti: ut patebit uobis ex his, quæ dicam infrà in gl. 2. in ſecunda parte principali. Et iſta eſt melior continuatio, q̃ ſit illa, quã ponit hic gl. j. & ſequit̃ ſimpliciter Dyn. hic, ut hic §. continuetur ad §. j. ſupr. eod. ubi dictum eſt, ꝙ actionum quædam ſunt in rem, quædam in perſonam: & ꝙ hic ponatur tertium membrum illius diuiſionis, ſcilicet, ꝙ quædam ſunt miſtæ, ſcilicet, quæ habent naturam realium, & perſona-
3 lium: † quia iſta continuatio eſt à remotis contra ſignificatum uocabuli cõtinuare, ut l. continuus. ff. de uerborũ oblig. & contra uulgatam l. 2. in uerbo, proximos, coniunctoſque titulos. ff. de ſtatu. homi. & contra ea, quæ dixi latiſsimè ſuper rubr.

rubr.huius tituli:præcedens autem continuatio fit ad proxima,& immediatè præcedentia.Sed, quod fortius est,non est verum, quòd hic ponat tertium membrum illius diuisionis positæ in d.§.j.sup.eo.vt videbimus infr.in gl.j.

4 † In textu, ibi adiudicare. Istud uerbum propriè pertinet ad ista iudicia diuisoria:vt inquit glos. no. in l. sed & si res.in prin.in verbo Adiudicata.ff.de publi.

Notà primo ex hoc tex.quòd actio familiæ ercifcundæ cõpetit pro hæreditate diuidenda:& sic ad vniuersalia diuidenda:& competit inter cohæredes: vt hic, & l.j.& l.2.in princ. ff.familiæ ercifcundæ.Addite quòd etiam competit inter bonorum possessores,& inter hæredem,& eum, cui ex Trebelliano restituta est hæreditas,& inter alios honorarios successores,vt dixit Iurisconsultus in l. sed & ius rei. §. j.fami.ercifcund.

5 † Et an istis casibus cõpetat vtilis vel directa: & an vni vtilis,& alij directa:ibi habetis in gloss.fin.in verbo,locũ habet.& ibidem per Flo.

6 † Secundò nota ꝙ actio cõi diuidundo competit pro diuidendo aliquid commune, siue etiam sit commune ratione veræ societatis,siue non:quia in hoc nihil interest,vt inquit Iurisconsultus in l.2.in princ.ff.communi diui.& textus in §.itẽ si inter aliquos.suprà de obligat. quæ ex quasi contractu.& l. si actum.& in leg.quibus casib.& l. pro soc. arbiter.§.j.ff.pro soc.& tenet gl.hic in verbo,cõe.quam Ang.de Are.hic,& inaduertẽter dicit tenere contrarium. Voluit fortè allegare gl. quæ benè contrarium sentit in d.§.item si inter aliquos.in gl. j.in primis verbis, quam pro contraria allegat Ioannes Faber hic:& ibidem ipse latiùs tangit. Et notate ꝙ in d.l.2.in princ.ff. communi diui.est casus notabilis,quem Bartolus ibi

7 dicit benè notandum, & tenendum menti, † ꝙ si emimus rẽ simul,ꝙ in ea re dicemur esse socij.Ad idem est textus in leg. cùm proponas vbi gl.j.& ibi Bartolus & Baldus.C.pro socio. Quod limitauit multùm egregiè Rapha.Cuman. in leg.reos. in prin.ff.de duobus reis. esse verum, si animo contrahendæ societatis simul emimus:aliàs secus, per textum valde not.in leg.vt si pro socio actio.ff.pro socio. & præsumitur empta nõ animo contrahendæ societatis, si in continenti post emptionem diuidatur: vt leg.sed Iulianus. §.proinde si acceperit.ff. ad Macedonia.Ita singulariter dicit Cuma.vbi suprà.Aduertite etiam in hac materia communi diuidũdo, ad vnum, quod si esset verum,esset benè singulare, quod ponit Nic.de Neap.

8 hic, in apostillatione text. † si inter aliquos agitandũ sit istud iudicium communi diuidundo super aliquibus rebus communibus,quòd ad istud iudicium debent vsufructuarij illarũ rerum,si qui sunt,necessariò vocari:aliàs iudicium non valeret.Allegat de hoc textu leg.is, qui fundũ.in fin.ff.de vsufruc. leg.Et hoc dicit esse tenendum cordi.Sed ille tex.mihi nullatenus probat hoc:imò potius contrariũ. Benè verum est quod

9 ibi est casus notabilis † ꝙ diuisio facta cum proprietario non

b præiudicat vsufructuario [b]: quia,vt ibidem inquit Iurisconsultus,non potuit arbiter assumptus in hoc iudicio cõi diuidundo inter alios iudicando, alterius ius mutare. Vnde benè fateor ꝙ ibi est casus ꝙ ad hoc ut iudicium cõi diuidũdo agitatum cum proprietario præiudicet vsufructuario,ꝙ necesse sit ipsum vsufructuarium ad ius vocari. Et iste est proprius intellectus legis illius.Sed ꝙ iudiciũ simpliciter nõ valeat, saltẽ quantum ad ipsum proprietariũ, istud ego credo esse falsum, & forte ꝙ ista fuit intẽtio Nic. & contra mentem illius legis: quamuis verba sua omninò aliter, & contrarium velint.

10 † Vltimò notate quòd in istis tribus actionibus iudex potest ex suo officio vni partium, etiam non petenti,totam,& integram rem adiudicare, & in eum transferre dominium alterius partis,dummodo subsit aliqua iusta causa, puta difficultas diuisionis rei: aliàs hoc facere non posset:ut hic,& §.eadem,cum §.sequenti.infrà de offic.iud. Prò hoc adducit An-

11 gelus hic simile, quod † videmus in arbitratore, qui põt de

c iure vnius partis dare alteri [c] pro bono pacis, & concordiæ: vt est gl.in l.sed & si in seruum.§.si quis iudex.in versi.inue se. & leg.idẽ Pomponius scribit, si de meis. §.recepisse.in verb. recepisse.ff.de arbi.& Bartolus plenè in leg.societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.& Canonistæ in cap. Quintauallis. extra de iureiur. Quod simile, iudicio meo,non bene congruit ad propositum tex.nostri:quia illud quod dictum est de arbitratore,procedit in modico:aliàs reduceretur ad arbitriũ boni viri:vt inquit Bartolus in d.§.recepisse. & latius in dicto §. arbitrorum.versic.quæro vtrum possit renuntiari. & singulariter Bal.in leg.& in maioribus.C.de app.& in l.fin.in j.oppo. C.de contrahend.empt.

12 † Gloss.j.in verbo,quædam.in fine.Dyn. hic simpliciter tenet quòd verum sit,quòd hic addatur tertium membrum diuisioni positæ in §.j.suprà eodem. Cuius contrarium ego ibi tenui,& firmaui super gl.in verbo,summa.post Ioan.Fabr.& Nicol.de Neap.ibi per multa media,quæ ibi videatis:firmãt etiam communiter docto.hic:vt Iacob. But. & Bal.Ioan.Fab. & Ang.de Aret.quia tex.iste non dicit quòd sint mistæ, sed ꝙ habent mistam causam. Præterea istud est optimum fundamantum Iacob.But.& Nico.hic,in j. opposi. extra gl.quòd in hoc titulo tractatur de natura actionum quò ad ipsarum originem: sed impossibile est quòd aliqua actio origine sit mista,scilicet realis & personalis:quia sic esset sibijpsi contraria in origine,& oriretur ex causis omninò diuersis,& cõtrarijs, quales sunt reales,& personales, prout opportunè declaraui in euidentialibus.§.j. suprà eodem. ergo impossibile est dicere quòd sit aliqua actio,quæ sit mista sui origine.Et propterea non possumus dicere quòd sit hic tertium membrum diuisionis positæ in §.j.suprà eod.quia earum aliquæ sunt reales sui origine,aliquæ personales:sed in origine nullæ mistæ reperiũtur:ergo non possumus dicere quòd hic sit tertium membrũ. Tenendum est igitur quod istæ actiones sui origine non sint mistæ,imò personales:quod patet,quia oriuntur ex quasi contractu:vt §.item si inter aliquos.& §.hæres quoque. suprà de oblig.quæ ex quasi contractu. ergo sunt personales: vt in §.j. iuncta gl.in verbo,quibusdam modis,suprà eodem.Bene verum est quod consyderato fine,& effectu, possunt dici mistæ: quia habent mistum effectum realium, & personalium:vt est text.in leg.j.ff.finium regun. quam ita debetis intelligere, & declarabo statim in gl.seq. Sed aduertite, quia Ang.de Aret. hic post Iacob.But.tenet posse sustineri gl.nostram cum Dyn. intelligendo isto vltimo modo has actiones dici mistas:quod mihi nullatenus possibile videtur quod hic sit tertium membrum,quomodocunque intelligatur, ad illam diuisionem positam in d.§.j.per fundamentum proximè relatum: quia cum earũ aliquæ sint reales in sui origine, aliquæ personales: istæ autem sunt mistæ in effectu tantum: quomodo ergo potest esse tertium membrum diuisionis?

Gloss.in uerb.fami.ercifcundæ. diuido in quatuor. In prima declarat etymologiam huius uocabuli,familiæ ercifcundæ. In secunda ponit rationem quare ista actio familiæ ercifcundæ dicatur esse mista. In tertia format unam quæstionẽ, & respondet.In quarta format aliam, & eodem modo respõdet.Secunda ibi:item ideo dicatur mista.Tertia ibi:sed quanto tempore.Quarta ibi:item quæro.

13 † In eadem gl.ibi:quia famil.pro hæreditate ponitur.dicite:ut leg.pronuntiatio.§.familiæ.ff.de uerbo.significa.

In eadem glo.ibi:ercifco,id est, diuido. dicite ut l.si duas. §.grammatici.in uerbo,Hæreses.cum gl.ibi super illo uerbo. Hæreses.ff.de excu.tut. Et ita etiam declarat etymologiã huius termini gl.in rub.ff.fam.ercifcund.

14 † In ead.gl.ibi:& suprà eo.§.sic itaque. Tenetis rationem, quare actio ista familiæ ercifcundæ dicatur esse mista. Et eandem rationem ponit glo.in l.j.in gl.j.magna. ff.finium regun.

Pro clara tamen intelligentia huius gl. & harum triũ actionũ debetis scire ex mente Dyn.Iacob.But. Ioan. Fab.& Ang.

15 hic,& etiam Nicol.hic,in prima quæst. extra gl. † quod in iure nostro actiones dicuntur mistæ tribus modis.Primo modo illæ,quæ sunt persecutoriæ rei,& pœnæ simul, & sic quæ partim sunt rei persecutoriæ, & partim pœnales: & hoc modo non capitur hic, sed in §.ex maleficijs, & ibi uidimus supra proximè præcedenti.

16 † Secundo modo dicuntur actiones mistæ illæ, in quibus quilibet litigatorum est actor,& reus,& sic in quib.nõ discernit quis sit actor & qs sit reus: & hoc modo istæ actiones,de quib.in hoc tex.pñt dici,mistæ:ut l.iudiciũ cõi diui.ff.finiũ regũ.& l.2.§.in familiæ.& l.inter cohær.§. q familiæ. ff.fam.ercif.& l.2.§.j.ff.cõmun.diui.& l.in trib.& l.seq.ff.d iud. Et hoc modo ẽt aliqua interdicta possunt dici mista: ut interdictum

N 2 Vti

Vti possidetis,& interdictum Vtrobi.§.penul.infrà de interdict.& l.si duo.§.j.ff.vti posfid.

17 † Tertio modo dicuntur actiones mistę illę, quę dantur ad reales, & personales præstationes: & hoc modò propriè accipiuntur istæ tres actiones in hoc tex. Accedat bonus text.in leg.item Labeo.§.familiæ.ff.fami.ercisc.hic allegatus in gl. Et ad intelligentiam huius tertij modi, qui propriè spectat ad tex.nostrum,& ad declarandum id quod voluit gl. nostra, debetis habere in memoria id,quod declaraui vobis in euidentialibus.§.j.suprà eodem, & reassumunt Dynus & Ioannes Fab.hic,quod per actiones reales petimus id, quod nostrum est,vel id,in quo ius habemus: & sic natura realium propriè est quòd per eas petamus illud,quod ad nos pertinet ratione dominij,vel quasi,vel alterius iuris.

18 † Per actiones autem personales petimus id, quod ad nos pertinet:& sic id,quod nobis debetur:& sic agimus ad id,qđ non est nostrum, sed nobis debitum. Cùm ergo per has tres actiones,quæ ponuntur in hoc textu, agatur ad vtrunque,nil mirum si dicantur mistam causam habere. Nā in istis trib. actionibus respectu portionis meæ,dicuntur actiones reales: quia per eas ago ad id,quod ad me pertinet iure dominij,vel quasi:respectu autem portionis cohęredis, sunt actiones personales:& quia in hoc ago ad id,quod meum nō est.§.sicitaque.suprà eodem. Item respectu personalium pręstationum, puta fructuum,& redituum perceptorum,& impensarum factarum:quæ omnia his actionibus petuntur, dicuntur etiam actiones istæ esse personales, vt hic dicitur in textu,& apertiùs in dict.l.item Labeo,§.familiæ. Et per ista nunc apparet, quare istæ tres actiones dicantur mistam causam habere. Et ita debuerat dicere glo.nostra hic, & in d.l.j.ī gl.j.magna.ff. finium regun.quæ gl.ineptè loquuntur, cùm loquantur post factam adiudicationem à iudice: quia imò etiam ante factā adiudicationem dicuntur habere mistam causam, vt proximè declaraui.& ista est veritas.

19 † Quę autem differentia sit inter istas actiones mistas, & actiones personales in rem scriptas:cum & illę sint personales origine, vt declaraui in euidentialibus. §.j. suprà eodem. sicut & istæ sunt, vt dixi in gl.proximè præcedenti. Nicolaus de Neap.hic.in secunda quęstione extra gl.ex traditis per Dynum in §.j.suprà eodem. Colligit hanc differentiam, quòd istæ actiones mistæ,quamuis sint origine personales, habent tamen effectum realium ex natura propria ipsarum actionū:

20 † Actiones autem personales in rem scriptę non sunt continuò personales, sed ex quadam ęquitate:& sic nō ex propria natura ipsarum actionum concedūtur contra quoscunq; pos

21 sidentes. Ista differentia mihi non placet. † Nam actio ad exhibendum est personalis in rem scripta.l.3.§.est autem personalis hęc actio.& ibi gl.j.not.& magistra.ff.ad exhib. Et dicitur personalis,quia nascitur ex quasi contractu: nam non nascitur ex maleficio vel quasi:non ex contractu: ergo necessariò ex quasi contractu: suprà de obliga. quæ ex quasi contractu.in prin.ergo penes quemcunque possessorem reperiatur res,quam quis sibi velit exhiberi,illum conueniet actione ad exhibendum ex illo quasi cōtractu:& sic semper contra quēcunque possessorem agitur semper ex natura ipsius actionis: quia semper quilibet possessor in ista actione ad exhibendū

d tenetur ex quasi contractu: d* ergo falsum est præsuppositū Nicol.quòd actiones personales in rem scriptæ non dentur contra quemcunque possessorem ex natura ipsarum actionū, sed solum ex æquitate. Considerabam posse assignari differentiam. Nam actiones personales in rem scriptę sine dubio in sui origine sunt personales: quia nascuntur ex contractu, vel quasi. Verum quia semper concomitantur possessorem rei prout actiones reales, istæ actiones dicuntur in rem scriptæ, prout latius, & opportunius declaraui in euidentialibus.§.j. suprà eodem: tunc si quando istæ personales in rem scriptę dantur cōtra tertium possessorem, dicuntur per hoc assumere naturam realiū. Si ergo darentur contra principalem, qui te

22 neretur actione personali,tunc non dicerent in rem:† vt clarum est videre in omnibus interdictis,quę omnia sunt personalia in rem scripta.l.j.§.interdicta.ff.de interdict. Non sic est in his tribus actionibus, in quibus etiamsi agatur contra eū, qui tenetur ex quasi contractu,nihilominus ēt dicūtur reales, seu habere naturā realiū,prout suprà latè declaraui:ergo apparet in hoc esse differentiam inter istas mistas,& personales in rē scriptas. Sed ista differentia posteà non placuit mihi,propter actionē ad exhibendū,quæ est personalis in rē scripta,iūcto fundamēto,qđ super ea feci ꝯ. Nicol.vn̄ ego credo ꝙ ista sit vera differentia. Nā personales in rē scriptę cōcomitantur quemcunque possessorē: & pp hoc dicuntur in rē scriptæ, vt statim dixi,& latius in euidētialibus.§.j. s̄.eodē. sed istæ tres actiones mistæ nullatenus dici possunt isto respectu habere naturam realiū: quia non cōcomitant̄ quēcunque possessorē, imò nō dant̄ ꝯ.aliū possessorē. Nā actio familiæ erciscūdæ nō dat̄ nisi solùm inter ipsos cohæredes: vt dixi s̄.in j.not.huius textus. Item actio cōi diuidundo non dat̄ nisi solū inter eos, qui habent rē cōem:vt leg.prima, in fine.ff.cōi diui. Itē actio finiū regundorum, non datur nisi solum inter eos, qui possident fundos vicinos,& quæstionem habent de finibus, iuxta l.j.ff.finium regundo.in tantum quòd dixit singulariter Baldus in leg.tertia.C.finium regundo. vnum maximum verbū

23 in hac materia,si † est verū:ꝙ ille,qui non possidet quamuis sit dominus,non tn̄ pōt agere ista actione finium regundorū ratione solius proprietatis,seu dominij, nisi etiam possideat. Motus argumen.illius l.3.quæ mihi nihil penitus probat: & per textum in l.j.ff.famil.ercifcundæ. quæ lex probat mihi potius oppositū,iuncta gl.in verbo, ipso iure.cum legibus, quæ allegant̄ in illa gl. Istæ ergo actiones mistæ, de quibus in hoc tex.nō dicunt̄ habere naturā realiū, eò qa cōcomitentur quēcunque possessorem:quia istud non faciūt, vt s̄.dixi, sed solū quia in eis petimus id,quod ad nos pertinet ratione dominij vel quasi,vt suprà latius declaraui: ergo clarè apparet quòd in hoc multum differunt à personalibus in rem scriptis. Et cre

24 do ꝙ ista sit vera differentia. † Si autem vultis scire quæ sit differentia inter actiones in rem scriptas,& actiones in rem simpliciter: videatis Bartol.magistraliter loquentem post gl.in l. si tertius.§.si quis prius.ff.de aqua plu.arcend. Et hæc differētia colligitur ex his, quæ dixi vobis in euidentialibus. §.j.suprà eodem.prout etiam ibi dixi,& latè.

25 † In eadem gl.ibi:vt.C.eo.de anna.exceptio.l.j.§.j.Teneatis ꝙ quamuis actio familiæ erciscundæ sit mista, vel saltem habeat naturam mistam,ꝙ tn̄ quantum ad præscriptionē attenditur,sit personalis: & quemadmodum in alijs personalibus non præscribitur minori tempore triginta annorum: ita etiam in ista actione familiæ erciscundæ non præscribit̄ minori tpe triginta annorum. Simile dicit Ioann.Fab.hic,& sequitur Ang.de Aretio, quamuis de eo nullam faciat mentio-

26 nem. Videmus † in petitione hæreditatis, quæ licet sit realis, vt leg.sed & si lege.§.petitio.& ibi Bar.ff.de petit.& hæred.& leg.sin autem.§.sed & is.ff.de rei vend. & infrà videbimus in gl.in versic.confines. tamen quantum ad præscriptionem sequitur naturam personalium:quia ei non præscribitur longo tempore decem vel viginti annorum,sed tantùm triginta annorum:vt leg. hæreditatis.C.de petitione hæredit. Istud simile de petitione hæreditatis nullo modo placet mihi ad propositum nostrū,licet verissimū sit in se. Nā ꝙ petitio hęreditatis sit realis,fateor,vt prædixi: sed ꝙ ei non præscribatur lōgo tempore decē vel viginti annorū, sed tantum triginta annorū,& ꝙ ratio sit,eò quia sequitur in hoc naturam personalium,quāuis textus in d.l.hæreditatis.sentiat istam rationem, tamen alia est fundamentalior ratio,quam ponit gl.in d.l.hæreditatis.in glo.sup verbo,Cōpellat.quam ibi sequitur Bar.&

27 alij. Et est vna viua ratio, quæ potest oculotenus videri. † Nā petitio hæreditatis non datur contra eum,qui titulo possidet vt leg.regulariter.ff.de petit.hæred.sed præscriptio longi temporis non habet locum,nisi titulus præcedat: vt leg.nullo. C. de rei vendic.& leg.Celsus, cum simil. ff.de vsucap. vnde nil mirum si petitio hæreditatis spatio longi temporis tolli non potest:& sic si in ea præscribendo requiritur præscriptio triginta annorum:quia si aliquis haberet titulum, non posset cōueniri petitione hęreditatis, vt prædixi:vnde tūc nō esset opus quærere de præscriptione petitionis hæreditatis. Si autem nō haberet titulum, quo casu benè conueniri posit petitione hæreditatis: tunc quomodo poterit præscribi longo tempore decem vel viginti annorum, cum in ea requiratur titu-

28 lus,vt prędixi?† necessariò ergo requirit̄ pręscriptio triginta annorum

annorum,quæ currit sine titulo. leg.sicut. & leg. omnes.& l. si quis emptionis.§.primo.C.de præscriptio.triginta vel quadraginta annorum.Sed ista ratio cessat in casu nostro in actione familiæ ercifcundæ,& similibus:ergo istud simile non bonum, quamuis verissimum sit in se, per dictam legem hæreditatis.

29 Redeundo tamen ad propositum glo.nostræ † quòd actioni familiæ ercifcundæ præscribatur triginta annis, ex ista conclusione sequitur vnum corollariè, quod prima fronte videtur multum mirabile, ꝙ si ego steti in communione tecũ per triginta annos,quòd non potero amplius agere contra te iudicio diuisorio vt diuidamus: & sic si duo consortes steterũt per triginta annos in communione,non poterũt amplius intentare iudicia diuisoria,cùm illis sit præscriptũ. Et istud idẽ firmat expressè glo.in d.l.prima.§.nemo. in versic.communi diuidundo.C.de anno.except.& ibi sequitur Iacob.But. Bal. & Ang.& ibi dicit Baldus ad hoc esse diligenter aduertendũ, & esse bene notandum.Istud etiam tenet gl.quæ plenius hoc tangit,quàm alibi,in leg.prima,in verbo, Cohæredibus.ff.famil.ercifcun.Idem etiam tenet solennis gl.in leg.fin.& est gl.
30 vnica.C.communi diui.quæ dicit † ꝙ regula quę habet quòd
e nemo inuitus cogitur in communione persistere, [e] fallit ratione temporis triginta annorum.& idem sentit gl.in l.si non sortem.§.si centũ.in versi.ad communionem. ff. de condi.indeb. Idem etiam tenet Raynut.de For. & Flo.in d.l.j.nemo. Hoc idem etiam tenet subtilis Pet. de Bella Pert. in leg.quarta.§.Cato.ff.de verborum obligat.Idem etiam tenet Rofred. in libellis suis in tit.famili.ercifcundæ.Et hos duos refert Nicolaus de Neapoli hìc in apostillatione tex. & etiam in quarta quæstione extra glo.Hanc eandem opinionem tenet etiam Ioann.Fab.hic,& dicit ꝙ eam tenent omnes doctores,& postea ipse respondet ad pleraque fundamenta, quæ possent in contrarium adduci,vt hic per eum.Eandem etiam opin.tenere videtur Nico.hìc,in quarta quæstione gl.Pro ista parte adducuntur plura fundamenta, quæ inuenietis per docto.in suprà scriptis locis. Inter cætera adducitur illa lex j.§.nemo.& ibi videtur casus rotundus de hoc, vbi dicit Imperator, quòd in actione familiæ ercifcundæ,communi diuidundo, & finiũ regundorum,aut in alia quacunque personali actione nemo audeat vitam longiorem triginta annorum interpretari. Ad idem,quia sicut præscribitur potentiæ offerendi: vt leg.cùm notissimi.§.eodem iure.C.de præscrip.triginta annorum.intelligendo tamen sanè,secundum quod ibi declarat Bar.ergo eodem modo poterit præscribi triginta annis huic potentiæ petendi diuisionem.Nec videatur vobis mirum quòd quis inuitus detineatur in communione, ita quòd nequeat amplius petere diuisionem:quia respondebat gl.quam suprà allegaui in lege prima.ff.famil.ercifcund.quamuis Ang.de Aretio hic adscribat istam solutionem Angel.in d.l.j.§.nemo.quia istud etiam aliàs contigit ꝙ quis inuitus in communione detineatur, quòd nequeat diuisionem petere,videlicet in casu leg.final.ff.de alien.iudic.mutandi causa fact. vbi est tex.quem ibi dicit Bartolus singularem, & se nescire alibi: & in casu leg.si
31 pupillorũ.ff.de rebus eorum.Et plures casus,in † quibus quis inuitus in communione detinetur, enumerat gl.singu.& magistra.in d.l.fin.C.communi diui.

Contrariam opin.contra gl.nostras.& contra tot,& tantos suprà scriptos patres, tenet Cyn.in d.l. prima.§.nemo.C.de anna.exceptione. Et ibidem in terminis firmat expressè Bartolus,qui dicit communiter doctores istud tenere. Idem etiã tenet Bar.in d.l.fin.C.communi diuid.Idem etiam tenet Bartolus in leg.si non sortem.§.si centũ.ff.de condict.indeb.istud idem firmat Baldus sibi contrarius,vbi istud latè examinat,& concludit ꝙ ista est mera veritas in leg. final. in vltima columna.C.finium regun. & dicit ꝙ ista fuit opinio Roge. antiqui glossatoris ita tenentis.Addite vos etiam Mar. & prout referunt doctores suprà allegati.eandem opinionem tenet maximæ authoritatis Ioann.And.in addit. Speculato.in tit.de iudic.in quarta parte.in §.sequitur.in addit.quę incipit ibi in §. ad hoc. vbi refert antiquos, & finaliter tenet hanc partem. Eandem opin.etiam tenuit Gul.de Cu.& Iacob.de Rauen. in dict.leg.j.§.nemo.& idem Gul.in leg. j. & in leg.si non fortẽ. §.si centum.ff.de condi.indeb.prout refert Nicol. hic in apostillatione text.in tertia quæstione extra gloss. Istam eandem partem secutus est etiam posteà Flo.sibi contrarius in leg. prima,in princip.ff.famil.ercifcund. & sequitur etiam Angel.de Aretio hic.Et istam etiam ego teneo, propterea quòd videtur mihi magis communis: quamuis credam quòd disputando contraria pars sit sustentabilior: quia pro ista nihil adducitur,quod mihi multùm vrgeat:quamuis infinita fundamenta adducantur pro hac parte per Cynum in dicta leg.prima. §.nemo.& ibidem etiam per Bartolum, & etiam per Baldum in dicta leg.final.C.finium regun.& in alij locis suprà allega-
32 tis.Inter cætera adducitur, † quia donec stamus in communione,& donec possidemus simul,certò vnus recognoscit alterum in socium: ergo impossibile est quòd currat præscriptio:vt leg.cùm notissimi.§.sed si quis. & leg. malè agitur.C.
33 de præscript.triginta vel quadraginta annorum. † Item quia præscriptio est inducta ad lites tollendas, & dirimendas: vt leg.final.ff.pro socio. & leg. prima. ff.de vsucap. Modo si per præscriptionem induceretur perpetua communio, ita quod si quis non posset petere diuisionem:certè præscriptio operaretur effectum contrarium: quia non esset lites tollere, imo
34 augere, † quas materia communionis solet excitare: vt inquit Iurisconsultus in leg.cùm pater.§.dulcissimus.ff.de legatis secundo. & in leg.si non sortem. §.si centum.ff.de condi. indeb.Præterea quando socij communiter possident,& communiter recipiunt reditus, & prouentus, hic nulla cadit negligentia,propter quam debeat ius diuisionis tolli. quod fundamentum est fragile. Præterea, sola communio non parat aduersarium,nisi quis se faciat aduersarium, contradicendo diuisioni:ergo non debet currere pręscriptio nisi à tempore contradictionis,quia in præscribendis iuribus negatiuis non currit præscriptio, nisi à tempore contradictionis: argu.leg. qui luminibus.cum gloss.ff.de serui.vrba.præd.& leg.j.secundum j.lectu.C.de serui. Vltimo pro hac parte adducitur fundamentum,de quo Angel.facit maximum capitale.Nam cla-
35 rum est † ꝙ pacto fieri non potest ꝙ perpetuò stetur in com-
f munione: [f] secus si ad certum tempus limitatum [g]: vt est tex.
g not.in leg.in hoc iudicio. in §.si conueniat. & §. sequenti.ff. communi diui.& l.final.C. communi diui. Si ergo pacto fieri
36 non potest, ergo nec præscriptione, † & sic remedio legali: cùm valeat argumentum à pacto ad legem, siue statutum: vt est gloss.melior cæteris.& ibi Bar.in rubr.C.de decre. decur. lib.10.& gloss.magna in fine,in l.non impossibile. & ibi Bartolus.ff.de pact.& gloss.in l. nec ex prætorio. ff.de regulis iuris.& gloss.in l. domini præditorum. C.de agric. & censi.lib. 11.Sed de hoc est textus apertus, & melior,qui sit in iure, & miror quod non allegetur in communi in leg.fin.ad finem.& ibi Bartolus & Baldus.C.de fideiussor, quem textum ad hoc allegat gloss.à qua primùm didici in l.non solùm. §.morte.in ver.hæredis.ff.de ope.no.nun.Bartol.latè in repe. l.omnes populi.in 3.quæstione principali.ff.de iustit. & iu.Et istud fundamentum fuit antiquorum,vt Cyn.in d.l.j.§.nemo. & Bald.in dict.leg.final.C.finium regund. Tamen quia de eo Angelus de Aretio facit tantum capitale,facile esset respondere,& respondet glossa in dict. leg.j. in verbo, cohæredibus. ff. fami.ercifcundæ. Ad cuius solutionem se remittit Ioan.Fab. qui etiam format istud argumentum, videlicet, quòd plus operatur præscriptio quàm pactum. Tamen ista solutio non est sufficiens, cùm aliud non allegetur. Et ideo ego
37 meliùs respondeo, † quòd illud argumentum à pacto ad legem, vel statutum, benè procedit affirmatiuè, sed non negatiuè prout arguit hìc. Ita inquit Bartolus in leg.alia.§. eleganter. in 2.column. ff. soluto matrimonio. Bene facit leg.non est singulis.ff.de regulis iuris. & gloss. singu.in capitul.cùm homo.23.quæstione, dicit quòd quamuis pacto nequeat fideiussor se obligare ad mortem pro alio, tamen le-
h ge,vel statuto hoc bene posset induci.[h] Ergo negatiuè non
38 valet argumen.à pacto ad statutum. † Quicquid sit stabit ex prædictis magis communis conclusio, quòd si duo consortes steterint in communione, etiam per triginta annos quòd non petierint diuisionem, quòd nihilo minus non præscribitur communioni, quò minùs possit peti diuisio: & possint intentari iudicia diuisoria. Nec huic conclusioni obstat dict.leg.j.§.ad hæc.vbi videtur prima fronte text.apertus ad

oppositum: quia respondeo prout respondet Baldus in leg. fin.C.finium regund. quòd ille textus procedit altero tãtùm ex consortibus possidente: quia tunc ille, qui possideret, bene præscriberet triginta annis contra alium non possidentẽ: sed vtroque possidente, prout in terminis nostris præsupponitur, tunc esset secus: quia non curreret præscriptio, vt suprà conclu. Vel possetis dicere ad d.§.nemo. quòd currat præscriptio triginta annorum. verum est, si sit petita diuisio, & sic à tempore diuisionis. Quæ solutio diuinat & violat text. illum. Ad aliud fundamentum patet solutio ex prædictis.

39 † i Quid autem sit in actione finium regun. pone vos habuisse duos fundos vicinos, & terminos istorum fundorum stetisse non turbatos per triginta annos: an si posteà turbentur, possit actio finium regun. intentari, an verò ei dicatur præscriptum illis triginta annis. Dicite vt in præcedenti quæstione à qua pendet huius decisio, quæ etiam habet minus dubij: & ita in specie determinat etiam Bald. in d.l.fin.C.fi.regun.in vltim. col. in versic. extra quæritur, nos habemus, &c.

40 † Quid autem si essent duo fratres, vel duo consortes, quorum vnusquisque possedisset partem suam pro diuiso longo tempore, scilicet decem annis, inter præsentes, & viginti inter absentes: vel eorum vnus probaret se possedisse aliquã rem, puta fundum vt proprium pro parte sua longo tempore, & quòd solus subijt onera illius rei, solus etiam percipiendo cõmoda: an si de diuisione aliter non appareat, per hoc præsumatur facta diuisio, k si alius contradicat. Gl. solennis in l.si maior. in gl.j.C.communi diui. quæ multùm commendatur per scribentes, vt per Bartolum: & Bal. ibi tenuit, ꝙ sic. & de illa glo. facit magnum festum, & maius, quàm fiat hodie, quo sancti Georgij solennia celebramus. Nico. hic in apostillatione tex. & latiùs in quarta quæstione extra gl. & illam gl. dicit notandam, & quòd alibi non reperitur in iure. De cuius gl. veritate hic per eum post Rayne. de Forma. & Pet. de Bel. Pert. Videte etiam per Rayn. Bar. Bal. & Salicet. post antiquos in d.l.si maior. & Bar. in quæstione per eũ disputata, quæ incipit. quædã mulier habens amplum patrimoniũ. ad finem illius quæstionis. & Bar. & Bal. in leg. qui in aliena. in princ. ff. de acquiren. hæred. & Bal. in leg. prima, in 7. quæstio. C. qui admit. & Bal. in leg. prima, in quinta col. C. de fideicom. & Angel. in l.fin.ff. de vsucap. pro dote, & Anto. de But. in repet. cap. peruenit. extra de censibus, in 10. aliàs 11. charta. versic. venio ad secundum principale. & Bal. & in consi. suo, incipiente, in Christi nomine amen. quędam puella, &c. vbi tenet quòd diuisio pręsumatur facta ex decennali possessione habita pro diuiso. Et dicit esse gl. ordinariam de hoc in d.l.si maior. l quãuis subijciat quòd aliqui non intelligentes dicant contrariũ, vt ibi per eũ.

Quid autem, si sint duo fratres, quorum unus post mortẽ patris administrat vniuersaliter omnia bona paterna, sciente, & patiente altero per longum tempus: vtrùm per hanc patientiam excludatur alter frater, maximè vigore tacitæ renũtiationis, quia videtur tacitè renuntiasse portioni suæ, ex quo per tantum tempus stetit ꝙ illam non petijt. Videte Bal. not. determinantem ꝙ non, in leg. licet. & ibidem Paul. de Castr. C. de iure delibe. Et dum suprà dixi, ꝙ nõ valet pactum, quòd perpetuò. &c. intelligendo, pro eo ꝙ semper stetur in communione, & ne vnquam fiat diuisio: secus si ad certum tempus limitatum, per textum no. in l. in hoc iudicium. §. si conueniat. cum sequen. ff. communi diuidun. & in l. final. C. communi diuidund.

41 † Quid diceretis de casu isto, q̃ est quotidie de facto: si duo fratres, vel duo socij, vel duo mercatores, aut artifices faciãt inuicem pactum quòd non liceat diuidere pro toto tempore m vitæ eorum: an istud pactum valeat, m prædicta iura non sufficienter deciderent istum casum, & fortè ꝙ nõ inuenietis in specie tactum. Memini, dum aliàs iste casus euenisset de facto in ciuitate Florentiæ, me vidisse consultum per quendam solennissimum virum, quòd etiam tale pactum non valeret: & inter alia dicebat, quòd de hoc erat casus legis in leg. nulla societatis, paruula. iuncta leg.j. in princ. ff. pro socio. Hoc modò dicitur in illa leg. paruula formaliter: Nulla societatis in æternum coitio est: & in d.l. prima, in principio exponitur. In perpetuum, id est quoad viuunt. Ecce ergo quòd non valet societas, quæ coitur in æternum, id est, quoad viuunt. Ego credo quòd si ille pater diligentiùs inspexisset illa duo iura. & quod ibi dicunt gl. ꝙ ea non allegasset ad hoc. Illa enim iura sunt inuicem contraria. In lege enim prima dicitur, quòd societas potest coiri in perpetuum, id est, quoad viuunt: in lege nulla. dicitur contrariũ. Gl. ibi benè respondet ꝙ societas benè potest in perpetuum coiri, id est quoad viuunt: sed non in ęternum, id est, sine fine: ita ꝙ illa l. prima, in principio probat mihi de directo contrarium. scilicet ꝙ imò valet tale pactũ, ꝙ tpe vitæ cõtrahentiũ nõ liceat diuidere. & credo istud esse verius. Quod benè teneatis cordi pro maxima limitatione, & declaratione regulæ traditæ, in §. si conueniat. cum concor. suprà alleg.

Ad finem gl. idem tenent gl. in l. prima. in verbo, Cohæredibus. ff. familiæ erciscundę. & in l. prima. §. ad hæc in versic. communi diuidundo. C. de anna. except. dicunt Ioan. Fab. & Ange. de Aret. hic, & etiam Nico. hic, in tertia quæstione glo. ꝙ veritas, & effectus huius quæstionis pendet ab his, quæ suprà dixi in præcedenti quæstione glos. & ꝙ ista est declaratio

42 præcedentis quæstionis: quia si verum est † ꝙ hæc actio familiæ erciscundæ non oriatur nisi ab eo tempore, quo volunt ipsi diuidere, & sic à tempore, quo fit prouocatio ad diuisionẽ, certè quia actioni nondum natæ nunquam præscribitur, in l. cùm notissimi. §. in ijs. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. certè sequitur ꝙ antè quàm fiat prouocatio ad diuisionem, ꝙ nunquam antè incipiat currere præscriptio contra hanc actionem. Et sic sequitur quòd si duo consortes mille annis starent in communione, & nunquam fieret prouocatio ad diuisionem, ꝙ nunquam inciperet currere pręscriptio contra iudicium diuisorium. Si autem dicimus quòd actio oriatur à tempore, quo inciderunt in communionem, & sic ꝙ actio sit statim nata, cùm sint cohæredes. ergo præscriptio inciperet currere statim: & sic etiam antè, quàm fiat prouocatio ad diuisionem. Ego dico quòd imò, etiam fatẽdo quod actio statim oriatur ex quasi contractu, vt verum puto, quod imò etiam non incipiat currere præscriptio antè, q̃ fiat prouocatio ad diuisionem, per fundamenta, quæ suprà adducta sunt in præcedenti quæstione. si ea bene consideretis.

Glo. in uerbo, commune, in fine benè dicit: & dicite prout suprà dixi in textualibus in secund. nota. quamuis Angel. de Aretio hic & ibi, eam reprehendat: & fortè quòd eam habuit alio modo, q̃ ego habeo: quia in libro meo simpliciter dicitur, commune, sine societate, vel cum societate, & nihil plus dicit, nisi quòd iura allegat.

Gloss. in verbo, confines. diuiditur in tres. In prima quærit, & soluit. In secunda addit ad tres actiones hic in textu positas vnam aliam actionem. In tertia quærit de compluribus actionibus, an sint mistæ, an verò reales. Secunda ibi: & adiunge his tribus actionibus. Tertia ibi: item quid de omnibus noxalibus. Illa tertia principalis subdiuiditur in tres. In prima facit quod dictum est. In secunda refert opinio. quorundam. In tertia gl. decidit ponendo suam diuisionem. Secunda ibi: quidam dicunt eas anomalas. Tertia ibi: sed dic omnes esse personales.

In eadẽ gl. ibi: vt. ff. finiũ regund. leg. secunda, in prin. dicite vt ibi per glossam in uer. ædificium. quæ pluribus alijs modis dicit. & ibidem per Floria.

In eadem glossa ibi: leg. si bonæ fidei. §. primo dicite pro nunc in hoc puncto, quem aliter non excutio, quod quamuis

43 Dyn. hic per multa media conetur ostendere † quòd petitio hæreditatis sit mista, vel saltem habeat effectum mistum, realiũ, s. & personalium, & cum eo transeunt Ioann. Fab. & Nicol. de Neap. in sexta quæstione gl. Ego teneo tñ pro nunc id, ꝙ simpliciter Iuriscõsul. in d.l. sed & si l. §. petitio. ff. de petit. hæred. ꝙ petitio hæreditatis est realis: habet tñ quasdam personales præstationes, declarando prout ibi declarat Bart. qui idẽ tenet. Et ꝙ petitio hæreditatis sit realis, habetur etiã bonus tex. in l. fin autem. §. sed & is. ff. de rei vendicatio. De quo ẽt videatis Ang. de Aret. in §. sed istæ. in quarta col. s. eodem. vbi etiam idem tenet, & respondet ad quædam motiua Bal. tenetis contrarium in d.l. si bonæ fidei. §. j.

In eadem gl. ad finem dicit Dyn. quòd ista glos. ponit magnas decisiones: & posteà dicit, quòd est mera veritas: & alij oẽs sequuntur hic, quòd oẽs istæ actiones hic in gl. nominatæ sunt

sunt sine dubio personales origine, in rē tamen scriptæ: quod declarare vt dixi in euidentialibus. §. primò, suprà eodem. Et
44 patet, † quia actio ad exhibendum quāuis sit personalis origine, d. l. tertia. §. est autem personalis hæc actio. iuncto §. fin. hic allegat. in gl. tamen est in rem scripta, vt ibi declarat glo. prima, quæ est magistralis. Eodem modo dicimus in omni-
45 bus interdictis, † quod omnia interdicta origine sunt personalia in rem tamen scripta. leg. prima. §. interdicta. ff. de interd.

Extra gl. ad complementū præsentis §. restat vltimò vt pro more videamus formationem libellorum in tribus actionibus in hoc tex. positis. Prius tamen quàm ad libellos, accedamus, bonum erit videre succinctè per viam conclusionum, & per bonas remissiones ad aliqua fundamenta in vnaquaque ex istis tribus actionibus in hoc textu positis. Et secundum or dinem tex. primò videamus in actione familiæ erciscundæ,
46 in qua illud est potissimum fundamentum, quòd ad hoc† vt competat ista actio familiæ erciscundæ, necessariò requiritur quòd sint cohæredes, prout suprà dixi in textualibus in j. not. Et circa istud Ioann. Fabr. hic in quarta colum. ponit aliquas quæstiones, quas hic videatis per eum. Item requiritur quòd iste cohæres, qui vult intentare iudicium familiæ erciscūdæ, non negetur ab alio cohærede esse cohæres: aliàs excluderetur per exceptionem ab hac actione, nisi possideat, & sic nisi sit in possessione hæreditatis: quo casu si possidet, quamuis negetur cohęres, nihilo minus sibi competit ista actio. De vtroque est casus in leg. prima. ff. fami. erciscund. & ibi videatis duas gl. & etiam Bar. & Flo.

Ne tamen erretis, aduertite, quòd quādo cohæres non possidet, & negatur cohęres, quamuis sibi non cōpetat ista actio familiæ erciscundæ, potest tamen agere alia actione sibi cōpetenti, puta petitione hęreditatis, petendo quòd declaretur cohæres: quo obtento, poterit postea condescendere ad istā actionem familiæ erciscundæ. Ita declarant gl. in d. l. prima. ff. famil. erciscundæ. Et in hoc dicit Ang. hic se vidisse multos errare. Sic ergo actio ista familiæ erciscundæ non competit cohæredi, nisi cohæres suus fateatur eum cohæredem, vel si negatur cohæres, tamen possideat. Et si vultis scire fundamētalem rationem huius conclusionis, videatis Bal. loquentem tamen subtiliter in l. non epistolis. in 2. col. C. de probat. & ibi etiam ponit Bald. quid si neuter cohæredum possideat, an nihilo minus competat hoc iudicium familiæ erciscūdę: & sic. an in hoc iudicio veniat res à neutro possessa. Et determinat quod sic. Allegat l. sed & si vsucapio. in prin. ff. famil. erciscundæ. & ibi ista gl. not. in ver. subducit. quæ istud optimè elicit ex illo text. & habet pro mirabili.

Prædicta procedūt, quando fuit oppositum ante litis contestationem quòd ille, qui intentat istud iudicium familiæ erciscundæ, nō est cohæres, nec possidet: aliàs autem si nō fuisset oppositum, benè teneret ipsum iudicium. Gloss. est multùm solennis, quā Bart. & ibi scribentes multùm mandat teneri menti. in leg. 2. in glo. in versic. restitui. C. communi diui. & gl. in l. si mancipium. §. j. in gl. in versi. actū. ff. de euict. & Bart. in l. j. ff. fami. ercis. Bal. in leg. in familiæ. C. fami. erciscund. Accedāt quæ ego latè dixi in §. item si quis in fraudē. §. eod. in illo pūcto, an valeat iudiciū cōtra possessores bonorū, nō facta prius excussiōe principalis, si nō fuit oppositū de excussiōe.
47 † Ista actio fami. erciscūdæ ad quid competat, declarat Iurisconsultus in leg. 3. & in leg. quarta & quasi per totum. ff. famil. erciscun. Et an veniant fructus, habes tex. in §. si familiæ, infrà de offic. iud. Certum autem est in ista actione non venire nomina debitorum. Et est ratio, quia in eis facta est diuisio pro portione hæreditatis. tex. habetis cum ista ratione in leg. ea quæ. & ibi Bar. & alij. C. fam. erciscund. & in leg. hæredes.
n §. j. ff. famil. erciscun. & gl. vnicā in l. bona. C. fami. ercis. n Cir
48 ca hoc tangit Ioa. Fab. hic in 6. col. † nunquid in ista actione veniant iurisdictiones, nunquid iura patronatus, nunquid ho
o magia, & nunquid feuda o: videatis hic per eum, & quę dicā infrà in actione sequenti, scilicet communi diui.

An autem si semel actum sit famil. erciscun. possit iterum agi pro rebus nō diuisis: videatis tex. gl. Bal. & Salic. in l. j. C. fami. erciscun. & Ioan. Fab. in 11. col. formantem circa hoc aliquas quæstiunculas. & ibidem in d. l. j. ponit etiā Bald. post
49 gl. Petr. & Cyn. † quæ sit ratio diuersitatis, quare petitio hære di. possit pluries intentari, & non tamen ista actio familiæ erciscundæ, cùm tamen vtrunque iudicium sit vniuersale. dicite vt ibi per eum: quia iudiciū famil. erciscundæ est vniuersale ex parte vtriusque: iudicium autem petitionis hæreditatis quamuis sit vniuersale ex parte agentis, tamen ex parte conuenti potest esse particulare: vt ibi latiùs per eum, quem totum simpliciter Ang. refert hic.
50 † An autem in hoc iudicio familiæ erciscundæ veniat euictio. ista est bona quæstio, Puta, si portio vni ex cohæredibus assignata, fuerit ab eo euicta: habetis textum in leg. si familiæ. C. familiæ erciscundæ. & ibi videatis solennē glossam. in versiculo, pro parte. & ibi Bartolus & notabilius Baldus. videatis etiam Bartolum in leg. qui Romæ. §. duo fratres. in vltima quæstione. & etiam vndecima quæstione. ff. de verborum obligationibus. & Bal. in l. si fratres. C. commu. vtriusque iudic. & in c. j. in tit. Impe. Lotha. in vsibus feudo. & in capit. primo. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. per Federicum.

In hac autem actione familię erciscundæ ex mente Angel. hic, & pleniùs Ioann. Fab. hic, potestis ita formare libellum:
51 † Ago contra Titium, & dico quòd cùm à Sempronio pro æquali portione fuerimus hæredes instituti, eius hæredes fuimus æqualiter, & pro indiuiso: eius res in hæreditate existētes æqualiter, & pro indiuiso possidemus in præsentiarum siue in præsentia. Verùm cùm à dicto Titio pluries petierim, & requisierim diuisionem dictę hæreditatis, seu rerum in ea existentium, idem Titius dictam diuisionem facere recusauit, & recusat. Quare cùm nemo inuitus compellatur in communione persistere, propterea quòd soleat lites, & controuersias excitare: peto per vos dictam diuisionem fieri, & portiones, prout vobis visum fuerit, adiudicari. Eo tamen casu, quo alter cohæredum percepisset plures fructus aut plura emolumenta ex hæreditate, quàm ad eum pertinerent, istud etiam esset libello petendū de per se: & generaliter secundū emergentiam casuū deberet variari hic libellus. Circa quē recurratis omninò ad Ioannem Fabr. hic latè disputantem de eius veritate, & circa eum plures quæstiones formantem.
52 † Veniamus modò ad actionem communi diuidundo. Et pro habendis aliquibus fundamentis in ea, sciendū est, quòd regulariter ea omnia, quæ obseruantur in iudicio familiæ erciscundæ, & quæ suprà proximè dixi, obseruantur etiam in ista actione communi diuidun. text. est in leg. si quis putans. §. penultim. & ibi glossa. in versic. tractauimus. & ibi Flo. ff. communi diuid. Sunt tamen aliquæ differētiæ inter eas, quas ponit gl. in §. item si inter aliquos. in versi. idem iuris. suprà de obligat. ex quasi contractu. & gl. in d. l. si quis putans. §. penult. & in leg. alienationes. per illum text. ff. familię erciscund. Et circa hanc actionem communi diuidundo, videte multa, quę ponit Flo. in rubr. ff. communi. diui. quæ habuit pro maiori parte ab Azo. in Sum. illius tituli. C. communi diuid. quæ omnia formaliter refert Ang. hic. Et in istis locis inuenietis recollectos casus, in quibus competit hæc actio, & in quibus nō.
53 Vltra quos posset probabiliter dubitari, † nunquid personæ ecclesiasticę possint agere ista actione communi diuidundo pro rebus, quas ecclesia habet communes cū alio. De quo vide tex. & ibi gl. Bar. & oēs in l. iubemus. la secunda, in princ.
54 C. de sac. sanct. eccl. † Et an competat canonico nomine præbendæ suæ contra canonicum, vel contra etiam alium: videatis Inno. & alios in cap. ex literis. extra de proba.
55 † Et nunquid in ista actione dicemus prout dixi in superiori, scilicet quòd non competat ei, qui non possidet, & negatur socius. Concludunt Ioann. Fab. & Angel. hic, quòd sic. Allegat Ioann. Fab. text. in leg. fundi. ff. de excep. titul. generali. & gloss. in l. prima. super ver. exceptionem. ff. fami. erciscundæ. Addo ego in terminis Bartol. idem firmantem in l. in prouinciali. §. primo iuxta princip. ff. de oper. no. nuntia.
56 † Et an ista actione communi diuidundo veniant iura: videte tex. in l. arbor. § fin. & ibi Bart. ff. communi diui. & gloss. & Bar. in d. l. in prouinciali. §. primo.

Et an iurisdictio cōis pluribus, puta in vno castro, possit venire in hoc iudicio communi diuidundo, ponit Bar. in l. arbor. §. fin. & Bart. in l. dum constet. §. fin. ff. de aqua quotid. & æsti. & ibi etiam quid de iure colligendi pedagium. Accedat

quod not. Bartol. in l.inter tutores. ad fin. ff. de admi. tuto.

57 † Et an plures vasalli possint agere inter se ista actione cõmuni diuidundo pro re feudali, videatis text. in capit. omnes filij. in princ. si de feud. fue. contro. inter do. & agna. & text. in leg. communi diuidundo. & in princip. & ibi gloss. in versicul. confunderetur. in fin. ff. commu. diuidun. aliquid etiam per Ioan. Fab. hic.

58 † Quomodo autẽ, & qualiter sit fienda diuisio in ista actione communi diuidundo inter plures socios, vel inter plures consortes, vel etiam in actione familiæ erciscundæ, de qua proximè vidimus inter plures cohæredes: & quis eorum debeat facere diuisiones, siue partes, & quis eligere. Sunt nonnulli, quos refert Ioann. Fab. hic, in vltima columna ad fi. qui dicunt quod ille, qui prouocat, debet diuidere & prouocatus eligere. Et ita dicit Io. Fab. obseruari de facto in pluribus terris. Et si essent plures prouocati, videretur, quòd minor eorum, tanquam infirmior consilij, deberet eligere, p per tex. in leg. secunda. C. de metati. & epidim. lib. 12. & in leg. prima. C. de his, qui se defe. lib. 10. In contrarium faceret l. secunda. C. quando & qui. quarta pars deb. lib. 10. & leg. sancimus. §. ne autem. C. de dona. Finaliter concludit Io. Fabr. in prædictis sibi videri de iure dicendum ꝙ iudex sit ille, qui debet facere partes pro arbitrio æquitatis suæ, & pro eodem arbitrio potest singulis singula adiudicare iuxta text. in leg. ad officium. C. communi diuid. & tex. in l. in iudicio. ff. fa. erc. & § si familiæ erciscundæ, cum duobus §§. seq. infrà de offi. iudi.

59 † Et quomodo debet iudex diuidere res communes, puta fundos, & similia, declarat magistraliter text. in l. prima. C. communi diuid. & ibi Bart. & melius Bal. in primo not. quia si res non possunt commodè diuidi, quia diuidendo fieret iniuria vni ex consortibus, tunc debet deueniri ad licitationem & illi adiudicari in totum, qui plus pretij offert consorti, vt ibi, & l. ad officium. in versi. fin. C. communi diuid. Si autem res potest commodè diuidi sine cuiusquam iniuria, tunc non est deueniẽdum ad licitationem, sed debet res diuidi. & portio cum suis finibus, & signis vnicuique adiudicari, dicta l. prima. C. communi diui. Dicebat tamen singu. Bal. secundum quod credo esse eius mentem in l. sancimus. in prin. in vltim. colum. C. de do. ꝙ si essent duo habentes rem communem, puta aliquod hospitium, & illa res non possit commodè diuidi, quo casu deueniendum est ad licitationem, vt prædixi, ꝙ si in licitatione sunt pares, quia neuter offert maius pretium altero ꝙ hoc casu ille debet præferri, qui habet maiorem partem q in illa re, eò, quia aliquid debet operari maior pars, cũ plus iuris dicatur habere. Est tamen uerum ꝙ Bal. istud apertè non dicit, sed multùm bene probat text. ille in prin. in §. ne autem. in versic. ampliorem summam. & ibi no. gl. in versic. ampliorem. benè facit l. fi. in prin. in ver. fortunam. & ibi Bal. C. commu. de leg. Subdit etiam magistraliter Bal. in dict. l. sancimus. in vlti. col. videlicet quòd res diceretur non posse commodè diuidi, quando non potest sine deterioratione diuidi. Verum est quòd text. in l. j. C. communi diui. aliter dicit, videlicet quòd tunc res dicatur non posse commodè diuidi, quando diuisio fit ad iniuriam alterius ex consortibus.

60 † Item aduertite in proximè dictis quòd eo casu, quò ad licitationem deueniendum est, quod etiam tertius penitus extraneus potest in hac licitatione admitti, ex causa tamen, secundum quod declarat text. in d. l. ad officium. uersic. fin. C. cummuni. diui. & ibidem Bal. circa medium j. col. Et an eo casu, quo iste tertius admitteretur ad licitationem, an si in licitatione offerret maius pretium, quàm res valeat, an excluderet consortem, quia vult tantum offerre, quantum res valet. Ista est bona quæstio: videatis Bald. illud disputantem non in specie in his terminis, sed bene in terminis omnino similibus, in l. secunda, in vltiim. q. C. de rescind. vend. & ibi per multa fundamenta concludit quòd ille tertius admitteretur, consorte excluso. Idem etiam tenet Salic. in l. dudum. C. de contrahend. empt. Contrarium in terminis nostris proprijs tenuit ipse Bal. in d. l. ad officium. vbi formaliter dicit quòd si consors offert pretium condignum, & sic pretium ęquum, & iustum, quòd non attenderetur extraneus licitator, qui esset magis animosus, & offerret maius pretiũ, q̃ res valet. Et hoc dicit innuere tex. illum in dict. l. ad officium. quem dicit alibi non reperiri in iure. De quo etiam videte Angel. & Imo. in r l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verborum oblig. r

61 † An autẽ tertius licitator suo arbitrio comparens, & non submissus ab alio consorte, debeat admitti ad licitandum, & ad plus offerendum, citra tamen fines iusti pretij, ne reincidamus in quæstionem pręcedentem: & an si iste tertius obtulerit se nomine alterius consortis in licitatione, possit posteà ille ratum habere: & an istud ius offerendi, quod habet cõsors in licitatione, possit alij extraneo cedere: de his omnibus videatis Bal. post Guil. de Cu. in d. l. ad officium. & Ludo. Rom. in l. j. §. vsufructuarius. in recollectis antiquis, & ibidem Paul. de Cast. ff. dè ope. no. nun.

Pro habenda tamen apertius veritate suprà scriptorum, & pro eorum clariori intelligentia, videlicet quis debeat diuide-62 re, & quis eligere, † quæro de quæstione tota die contingente, maximè, vt inquit Ang. hic, apud mæchanicos. Pone quòd sint plures fratres, qui volunt venire ad diuisionem, an sit verum quòd frater maior teneatur diuisionem facere, siue diuidere, & minor eligere. Et quia est articulus quotidianus, intẽdo illum pleno stylo attingere. Prima fronte videretur dicendum quòd sic, s per tex. l prima, C. de his, qui se defe. lib. 10. ibi: habitura priuilegiũ, vt prior eligat optionem. ibi est text.

63 † quòd in diuisione fienda inter fiscum, & mulierem, mulier habet priuilegium eligendi. & per illum tex. dicit ibi Bar. dicere vulgares, quòd maior debet dare optionem minori. Et ad hoc no. simpliciter text. illum Nicol. de Neapo. ibi. Ad idẽ facit l. secũda, in princip. C. de metatis & epidem. lib. 12. Bar. & Bald. in d. l. j. C. de his, qui se defe. lib. 10. firmant, quòd sit falsum dicere quòd maior debeat dare optionem minori, nisi in casibus, in quibus hoc in priuilegium conceditur expressè à iure: vt ibi, & in d. l. 2. sed debet diuisio expediri officio iudicis: vt §. si familiæ. & seq. infrà de offici. iud. Et pro hac opi. benè facit text. in l. 2. in princip. C. quando & qui. quar. pars dene. libro 10. in plerisque verbis, maximè ibi, electio ex sortis fęlicitate continget. Et ibi Bar. nota. illum tex. ad hoc quòd

64 † facta diuisione à iudice inter fratres, tunc cuius sit electio, potest iudex in sorte ponere. Hanc opin. firmat Bal. in l. si maior in j. not. C. communi diui. vbi per illum tex. no. æqualitatẽ in diuisione esse seruandam per omnia, licet fratres sint sexu, & ætate dispares. Vnde, secundum eum, licet sit consuetudo quòd frater maior debeat partes facere, & minor eligere, vt refert secundum eum, Augustinus in lib. de ciui. Dei, tamẽ de iure non debet inter eos esse prælatio diuidendi, vel optandi sed in omnibus debet inter eos seruari æqualitas: vt ibi in illo text. Et sic debet optio contingere sortis aut brabij fęlicitate: non autem prærogatiua personæ vel ætatis: prout dicit esse tex. in leg. secunda, in prin. C. quando, & qui. quart. pars deb. libro 10. Et eandem etiam opin. tenet ipse Bal. in. l. j. in j. columna. C. de pac. vbi formaliter dicit quòd quando fratres diuidunt hæreditatem paternam, quòd non prælatione, sed sortis fęlicitate contingit optio portionis: dict. leg. 2. C. quando, & qui. quar. pars debe. lib. 10. Idem etiam tenet Bald. in l. iubemus. la 2. in princ. C. de sacrosan. eccle. Idem etiam tenet Ang. in l. fi. C. communia de leg. Idem etiam tenet Imol. in l. si suus quoque. in prin in vltim. colum. ff. de hæred. insti. Idẽ etiam tenet Flor. de iure, circunscripta consuetudine, in l. arbitrium. ff. fa. ercis. Idem etiam firmat Angel. de Aret. hic, in trac. suo malefi. in ver. dandis. & soluendis gñali camerario.

Contrariam tamen opin. scilicet quòd imò de iure frater maior teneatur diuidere, & minor eligere, firmauit Bal. sibi cõtrarius in l. suus quoque. in princ. ff. de hære. insti. Et idẽ Bald. in d. l. secunda. C. quando, & qui. quar. pars debe. lib. 10. Hãc eãdẽ opin. firmauit Ray. de Forli. in dicta l. inter pupillos. ff. de autho. tut. & Nic. đ Neap. ĩ d. l. 2. in prin. C. qñ, & qui. quar. pars debe. dicẽtes ꝙ vbi hr̃ditas dẽt diuidi inter hæredes, & est contentio quis prius eligat ꝙ committitur sortis iudicio.

65 † Fallet, nisi sint plures fratres: quia tunc, secundum eos, minores debent eligere, & maiores diuidere. Hanc opin. firmant quasi cõmuniter omnes Canonistæ, vt Host. Ant. de But. & Petr. de Ancha. in c. j. extra de paroch. & Abb. Pan. & solennis doctor do. Ioann. de Ana. in c. qualiter, & quando. il. 2. extra de accu. Pro ista opin. adducit fortè tex. in cap. j. extra de paroch. vbi dicit text. ita vt ille diuidat, qui amplius tp̃is in episcopa-

episcopatu habet,& minor eligat. Pro hac parte faceret etiã aliquid illud,quod dicit Bar.in l.senatus.§.senatus.ad fi. ff.de
66 iur.fisci.vbi no.ex illo text.† quando fiscus habet rem cõmunem cum aliquo priuato,quam vult cum eo diuidere,quòd fiscus debet facere partes,& dare electionem priuato. Et hæc pars,videlicet quòd de iure maior teneatur facere partem minori,probatur etiam multùm bona ratione:nã habemus authoritatem ueteris testamenti, ꝙ Abraham frater maior fecit partes,& Lot frater minor elegit:vt inquit Aug.in lib.de ciui. Dei,relatus à Bal.in dict.l.si maior.C.communi diui. Et dicit diuus Ambrosius patronꝰ meus in libello, cui Abrahã titulus est,formaliter hoc modo:Cuiusmodi diuisio debet esse, patriarcha Abraham edocet:Firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat quòd queratur, electioni suæ non poterit calũniari:non accidet occasio resiliendi,cui datur eligẽdi optio: nec diuisor grauatur.Nam quò prudentior, eò cautior, ut nec in diuisione circunscribatur,nec in electione fraudetur. Tũc sic stantibus suis authoritatibus horum sanctorum patrum, succedit illa glo.cano. singularis multùm in capitul. de libellis.
67 20.distinct. quæ singu. dicit † dictum alicuius sancti munitũ
t authoritate veteris[t] uel noui Testamenti, præfertur constitutioni Papali,& Imperatoris in decisionibus causarum. Secus si non esset munitum anthoritate legis diuinæ: quia tunc decisio, seu constitutio papalis præfertur dicto cuiuslibet Sancti: quia Papæ,& non Sanctis fuit data potestas legis condendæ. cap.proposuit.extra de conces. præben. Accedat bonus text. & ibi Archi.in c.de quibus.20.dist.& gl.in c.fi.§.is,itaq;.6.distin.& quod no.glo.secunda,in cap.fin. extra de cõsue. & ibi per doct.maximè per Imo.in 3.col.& per Ioan.And. in c.certificari extra de sepul.et quod dixit glo. apud Legistas reputata sing.in §.cogitatio.in uersi. eloquiorum. per illum text. in Authentic.vt iudic.sine quoquo suffra.quam not.Bald.in Authentic.ad hæc.2.colum.C.de vsur. ergo sequitur in proposito nostro quòd dicta illorum Sanctorum fulcita authoritate veteris Testamenti, nedum sunt seruanda pro leg. in decisionib.causarum,ut dicunt glo.prællega.maximè glos. in dicto §.cogitatio.et Ioan.And.in dict.cap.certificari.imò etiam essent præferenda cuicunque constitutioni Papali, vel Imperatoris,si qua fuisset,quæ contrarium disposuisset.Et hanc rationem in proposito nostro adduxit in medium multùm eleganter Abb.Panormita.in dict. capitul.qualiter, et quando. il 2. extra de accu.

Quid tenendum in hoc articulo? Canonistæ (ut vidistis) tenent quòd de iure frater maior teneatur facere partem minori.Legistæ autem magis communiter firmãt oppositum. Sed certe contra Legistas multum stringit text.in dicto c. j. extra de paroch.multùm etiam stringit ratio prædicta. Tamen ad d.c.j.conantur Legistæ respondere:in specie Ange.hic,quòd ibi loquatur in bonis ecclesiasticis,non in bonis laicorũ,vel quòd ibi sit speciale fauore ecclesiæ tam respectu eligẽtis: ꝗa præsumitur ꝙ episcopus iunior magis superuiuet: et sic plus conseruabit res ecclesiæ:et etiã respectu diuidentis:quia cùm sit antiquior dignitate,præsumitur habere maiorem notitiã, quàm iunior:ergo melius sciet diuidere. Tamen in ueritate, prout etiam dicebat ille solennis pater do.Io.de Ana.in dict. capit.qualiter, et quando. il 2. nulla dictarum solutionum est bona:et ideo ego credo posse teneri cum Canonistis, et ita esse tenendum, ꝙ de iure frater maior teneatur facere partes, et minor eligere. cum pro opin. Legistarũ nullibi reperiatur clara decisio:et Canonistæ habent tex.apertum in dict. capit. primo.ergo est ei standum in foro ciuili:vt in gloss. in c.licet ex suscepto.in versicul.uacante. extra de foro competenti. et gloss.in cap.per uenerabilem.extra qui fil.sint legi. et in capi. Raynutius.extra de testa.

u Et per ista sit expeditus præsens articulus,u*circa quem illud vltimo loco semper diligentissime notabitis, quod signãter dicunt Canoni.Host.Anto.de Butrig.et Pet.de Anch. in c.
68 j. extra de paro. † ꝙ maior in proposito nostro sumitur pro
x illo, qui maiori tempore gubernauit bona: x et hoc multùm bene probat tex. ille. Quod uerbum teneatis bene cordi ad suprà dicta et maxime quando uigeret consuetudo quòd maior teneretur facere partes,et minor eligere.licet etiam, ut suprà conclusi,putem hoc esse de iure.

69 † In hac autem actione communi diuidundo formã libelli nõ pono:quia habetis eam notabiliter per Bar.in d.l.ad officium.& ibi per Bal.C.com.diui.ad eos recurratis.& sequitur Ange.hic,qui formam eorum in specie ponit ad frustratoriã membranarum occupationem.Videatis etiam Bald.in l.prima,per illum tex.in eod.tit.C.communi diui.& reliquas quęstiunculas circa hunc libellum per Ioan.Fab.hic.

Accedamus vltimò ad actionem finium regundorum: cuius materiã ita prolixè examinat per multas quæstiones Ioã. Fab.hic, adeò ꝙ nullibi in iure reperietis hanc materiam ita plenè examinatam ad magnam.partẽ. In qua materia videatis no.tex.Canon.in c.ex literis.extra de proba. & ibi solennẽ gl oss. in versicul.duorum, & ibidem per docto. maximè per Anto.de But.& Abb.Panor.

70 † Et an ista actio finium regundorum sit natiua,vel datiua, habetis glo.contrarias.Nam glo.in l.prima,in glo.j.mag. ff.fini.regun.tenuit ꝙ sit datiua,& idem tenet glo.2.in l.fi. C.fini. regun. Cõtrarium nota, quòd imò sit natiua.Et quòd oriatur ex quasi contractu,tenuit glo.j.in versi.intelligitur, in §. hæres suprà de obli.quæ ex quasi contractu, & hanc sequitur Iacob.Butrig.& Pet.de Bella Perti.& communiter Moderni, vt refert Ioan.Fab.hic,& sequitur etiam Angel.de Aret.hic,circa 22.aliàs 12.col.Idem tenet Nicol.de Neapo.in d.§.hæres. Videatis hic Ioann.Fab. arguentem ad partes, & posteà distinguendo saluantem omnes supra scriptas glo. Videatis etiam Bald.latè distinguentem.& saluantem suprà scriptas gl. in leg.final.C.fini. regun. qui Bald. concordat cum his, quæ vult Ioann.Fabr. hic,scilicet ꝙ ista actio finium regundorum oriatur ex varijs figuris causarum: & effectualiter vtitur ferè eadem distinctione.

71 † An autem ista actio finium regundorum competat ratione solius proprietatis, & sic an possit agere ista actione finiũ regundorum ille,qui non possidet:si est dominus, dixi suprà super glo.& in ver.familiæ erciscund. in secunda parte principali huius gloss.

72 † An autem ille,qui intentat istud iudiciũ finium regundorum,habeat necesse dicere in libello se esse dominum,& postea dominium probare:videatis tex.in l.tertia.C. fini. regun. cuius intellectum videatis latè ruminatum, & disputatũ per Ioan.Fab.& etiam Ange.de Are.hic,& videatis etiam text.in dict.cap.ex literis.extra de proba.

73 † Aduertite fundamentaliter ex mente Ioan.Fab.hic,quod pro finibus competunt quatuor remedia.Primò actio finium regundorũ,de qua hic.Secundò cõdictio ex l.si constiterit.C. fini. regun. in casu illius legis scilicet, quando post litẽ contestatam in hac actione finium regundorum, ante tamen sententiam,quis inuadit,& vsurpat rem propria authoritate: ꝗa punitur pœna illius legis.Tertiò competit accusatio criminalis,& pœnalis in personam cõtra eos,qui remouent, & euellunt terminos iam positos,iuxta leg.j.& 2. & quasi per totum titu.ff.de termi.moto.Quartò est pœna legis Agrariæ,quæ est quinquaginta aureorũ,si ad hoc agatur iuxta l.Agraria. ff. de termi.moto.Et an hodie per illam pœnam legis Agrariæ,quę est quinquaginta aureorum, sit sublata pœna corporalis extraordinaria:videatis ibi glo.& Ioan.Fab.hic.Videatis etiam tex.in l.prima.& ibi glo.j.& 2.C.de accus. & ibi doctor. maximè Salicet.

74 † Quæ autem veniant in ista actione finium regundorum: certum est,ꝙ venit diuisio fundorum,& quòd termini,& cõfinia ponantur:vel si positi fuerint termini,& aulsi,quod reponantur,iuxta l.in finalibus.& l.si irruptione. in princi. ff.finium regundo.Item veniunt damna,& sumptus:iuxta l. quarta.§.post litem. ff. finium regundor: Et aduertite ꝙ si aliquis haberet fundum communem cum aliquo, & haberet etiam fundum proprium vicinum, quod non potest agere actione finium regundorum,etiam vtili. textum habetis cum ratione in l.4.§.si communem.ff.fini.regund.

75 † Qualis autem debeat esse forma iudicij, & procedendi per iudicem in hac actione finium regundorum, & super ea sententiandi:videatis l.tertiam & ibi glo.j.C. finium regund. & idem Iacob.Butrig.Cyn.Barto.& no.Bal.& Salic.C.fini. regun.& illã solennẽ gl.in d.c.ex literis.in ver.duorũ. extra de proba.& ibi per docto.maximè Abb.Panor.& per Ange.hic.

76 † Et

76 † Et nunquid in hac actione finium regundorum poſsit procedi ad ſententiã diffinitiuam lite non conteſtata : videte glo.in d.l.3.in glo.fi.in ver.quæſtio.& ibi Bart.& Bal.C. fi. reg.& glo.in c.quoniam frequenter.in prin.in glo.j. extra vt lit.non conteſt.& etiam Bart.in Authen. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab here.abſti.& Canoniſt.in c.fi.extra de offi.iud.

77 † Et an & quando iudex vult ire,vel mittere agrimenſoré, uel magiſtrum ad menſurandum,debeat ſtatuere talem terminum partibus,vt ſint tali die,& hora cũ talibus magiſtris, vel ſecum in illo loco:uideatis Bart. ſignanter decidenté ꝙ

y ſic,y*in l.qui bona.§.fi.in. j. col.ad finem. ff. de dam. infect. quia per partis præſentiam poſſet iudex uel agrimenſor aliter informari. Et propterea dicit ibi Bartol. & notate quòd ſemper de hoc facias fieri inſtrumentum, quando iudex eſſet in loco:aliàs poſſet proceſſum annullare.

78 † Aduertite etiam quòd agrimenſores, qui mittuntur ad

z menſurandos agros,debent pro forma priùs iurare z benè,& legaliter menſurare: aliàs non valeret ſua menſuratio ſecundum Bald.& Salicet.in l.hac edictali.§.is illud C. de ſecun. nupt.& Angel.hìc

79 †Et an,& quando iudex cõmittit alicui quòd vadat,& mẽſuret illum agrum,& quòd poſteà referat:an pars debeat neceſſariò eſſe præſens in tali commiſsione:uideatis Bar.ſingu. decidentem quòd ſic.in leg.Theopompus.ante fi. ff.de dote præleg.quia poſſet opponere contra perſonã de ſuſpicione:

80 quamuis poſteà ſubijciat Bart. † ꝙ poſteà relationi non debeat eſſe pſens, per id, quod in ſimili dicimus de teſte,vt ibi per eum,& per Bal.in l.hac editali.§.is illud. & in l.in minorum. in ſecunda col.C. in qui.cau.in integrum reſtit. non eſt neceſ.& in l.conſentaneum.in ulti.col.C.quomodo,& quando iud.& per Anto.de Brut.in c. veniens.el j.extra de teſtim.

81 † An autem ſi ex mala relatione agrimenſoris ego fui damnificatus,poſſum contra eum agere,an habeam neceſſe agere contra illũ,ad quẽ res peruenit: uidete not.tex.in l.ſi duobus.§.j.& ſeq.& ibi glo.in uer.adhibitus.ff.ſi men.fal.mo.dixe.& Ang.de Are.hìc,q dicit ſe ſemel habuiſſe hoc d̃ facto.

82 †Et notate ꝙ licet ager ſemel fuerit menſuratus, tamen ſi aliqua partiũ prætendat,& dicat ſe eſſe deceptam,& ſe plus dediſſe uel minus recepiſſe,debet iterum talis fundus menſurari,Hoc eſt quod dicit not.Bart.ſe colligere ex illo tex. in l.j.§.j.ff.ſi men.fal. mo.dixe. & ibi uide omninò eũ. Accedat tex.not.in l.j.C.de erro.calc.& clarius ibi Bar.& Bal.in j.no.

83 † ꝙ licet inter plures mercatores ſit ſaldata, & ſummata rõ, tñ adhuc poteſt petere debitor uel creditor,ꝙ iterum de nouo fiat cõputatio,& videatur ſi ſit erratũ in calculo, ne cne.

Vltimò pro nunc in hac materia notate quòd terminis & finibus antiquis ſemper eſt ſtandum, niſi noui probentur a.

a Ita dicit gloſſ.b not.in l.2.in uerſi.monumenta.& ibi Bal.&

b Salicet.C.finium regund.

84 † Qualiter autẽ ſit formandus libellus in iſta actione finiũ regundorum,ſatis patet ex prædictis: quia diuerſæ in ea quãdoque fiunt narrationes, ſecũdum diuerſitatem emergentiũ caſuum, in quibus poteſt iſta actio competere. Verùm quia nullius penitus eſſet artificij formare libellum, ſtatui fruſtrà non denigrare papyrum. Et ſi uultis tamen in ſpecie formã libelli,recurratis ad Ioann.Fab.Bal.& Ioan.de Platea, & Angel.hìc,& ad Floria.in l.j. ff. fini. regun. Et per iſta remanet præſens.§.multùm utiliter expeditus.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a TITVLI] Quem uide in num.8.

b VSVFRVCTVARIO] Adde etiã non præiudicare creditori habenti hypothecam in re communi ab altero ſocio conſtitutam.l.3.§.fi.& ibi Bar. ff.qui po.in pig.habe.

c ALTERI] Et an hoc tam de iure communi, quàm ex forma compromiſsi facere poſsit.uide do.Bart.Socin.in conſil.220.incipien.uiſo compromiſſo. uerſi.circa princip.circa finem,cum uerſic.ſequen.

d * Vide tex.in l.3.§.fi.ff.ad exhib.Sardus.

e PERSISTERE] Adde do.Bar.Soci.in conſ.165.incip. uiſis.uerſ.7.dato quòd prædicta.in fine.in 2.parte.ꝙ diuiſio, vbicunq; non eſt prohibita,conceditur etiam aduerſario inuito:quia nemo ſtare cogitur in communione, prout etiam dicit hic domin.Iaſon May.

f IN COMMVNIONE] Adde eundem Iaſ. infrà eodem.§.nume.41.

g LIMITATVM] Et hoc idem tenet Felin.in rub.d̃ præſcrip.in 5.col.poſt medium in uerſi.fallit gloſſ.

h * Videatis latè de hac quæſt.in.§.actiones autẽ in.7.col. ſuprà eo.Sardus.

i * Adde quòd opi.Bart.& Cyn.quicquid alij dicant,mihi ueriſsima uidetur,pro qua poteſt adduci optimum fundamẽtũ:nam actio comm.diuid. competit pro diuidendis rebus cõmunibus ex cauſa ſocietatis:vt l.2.ff.comm.diuid. & ſocietas poteſt in perpetũ,id eſt,dum uiuunt ſocij, iniri: ut l.1.ff. pro ſoc.& poſſet eorum uita ultra triginta annos durare: ergo etiam poſt triginta annos competit actio pro ſocio, & cõmuni diuidundo.nam durante ſocietate non poteſt agi ad diuiſionẽ:ut l.tamdiu.cum ibi notatis.C.pro ſoc.& ſequeretur unũ,ſi alia opinio eſſet uera,quòd ſi ſocietas triginta annorum duraret,ꝙ poſteà non poſſet à rerum cõione diſcedere:quod tamen eſt falſum:ut l.uerum.§.fi. ff. pro ſoc. & ad l.1.§.1.C.de annal.excep.poſſemus etiam ultra ſuprà dicta reſpondere, quòd illis actionibus diuiſorijs præſcribitur, non reſpectu rei diuidendæ, in cuius ſocietate concorditer permanſimus:ſed reſpectu ſumptuum,vel fructuum,qui huiuſmodi actionibus peti poſſunt.l.pro ſocio arbiter.§. fin.ff.pro ſoc.§.item ſi inter aliquos,ſuprà obli.quæ ex quaſi contra,cũ eorum reſpectu poſsit non petẽti imputari negligentia.Carcaſſona Sardus.

k DIVISIO] Adde Felin.in c.ſicut.de regu.in col. 14.in fi.uerſ.hanc fallent.firmat etiam Imol.ꝙ ſi decennio fratres æquis portionibus bona pro diuiſo poſſederunt,præſumitur inter eos facta diuiſio.Et adde Pau.de Caſt.in cõſi.91.& omninò domin.Alex.de Imol.in conſi 92.ſecunda parte.& Bar. Cepol.de ſeruitu.urba.c.19.& Petr. de Peruſio. in tractat. de ſocietate,2.parte.13.quæſ.& Fran.Por.in tractat.de duobus fratrib.ſecunda parte.68.q.

l * Vide Bart.in l.cùm de in rem verſo.col.4.ff.de uſur.

m VALEAT] Vide,quæ ad hoc habẽtur per dom.Barth. Soci.in conſ.278.incipien.in q.uertenti.uerſic.circa ſecundã pricipalẽ difficultatem cum uerſ. ſequen.in ſecunda parte. ubi loquitur de feudo.tamen habens nonnulla not.ad materiam,quando ſit oppoſitũ pactum ꝙ nullo modo uel aliquo tẽpore,vel in ppetuũ,uel alijs diuerſis pactis diuidi poſsit: an & qñ his non obſtantibus diuiſio fieri poſsit. Et uide domin.Alex.de Imol.omninò in conſil. 46.in ulti.col.in prima parte.& in conſ.18.per totum.in 2.parte.& in conſi.34.in 2. col.ead.parte. Et quomodo & qualiter intelligatur diſpoſitio,quòd aliqui teneãtur ſtare ſimul,& habitare in communione, & tenere omnia bona pro indiuiſo,ſub pœna:uide p eum in conſi.110.in prima col.in tertia parte.

n * Aduertas:nam dato ꝙ ipſa nomina nõ diuidantur quò ad effectum,tamen benè diuiduntur ſingula ſingulis adiudicando,ſtipulationibus interpoſitis:ut l.2.§.fin.& plenè.ff.fami.eriſ.Carcaſſona Sardus.

o FEVDA] Tu uide Felin.in c.prudentiam.in.1.col.circa princi.in verſi.ſed quod imò.cum plurimis ſequen. quid fieri debeat,quando res communis diuidi non poteſt,ut comitatus,& feudum:uide domin. Alex.de Imol.in conſil. 18. in penul.col.in ſecunda parte.

p ELIGERE] Vide infrà eo.num.62.

q PARTEM] Adde Lud.Roma.in conſi.incip.quò ad primum propoſitum conſultationis.in fine.

r * Videas domin.Alex.in d.§.cohæredes.col.fi.ad concordiam dictorum per Bald.Sardus.

ſ QVOD SIC] Vide Ludo.Ponta.in ſing.uer.diuiſio.

t VETERIS] Adde Fran.Aret.in d.l.de queſtio. C.de pactis. ꝙ pcepta iudicialia ueteris Teſtamenti non obligant in lege noua.Et qui libri veteris Teſtamenti ſint authentici, vide Felin.in c.ex parte.in 24.col.ſtatim poſt medium. in uerſ. de libris autẽ.de reſcri.& id,quod dicit hic domi. Iaſ. May. idem etiam ipſe Felin.ibidem in col.24.ad fi.ibi fortius.

* Hanc

v *Hanc eamdẽ opinionem firmat idem Ias. in l. j. col. pen. ff. si cert. petat. & domin. Alex. in addi. Bart. in d. l. unica, C. de his. qui se def. lib. 10. sub dubio fortè inclinat in opi. Canonistarum. Sed certè iura quæ pro Legistarum sentẽtia adducũtur, vrgentia sunt. nam in l. ad officium. C. commu. diuid. & in l. j. eod. titu. & in. §. si familiæ. Instit. de offi. iudi. uidetur apertè probari, quòd diuisio spectat ad iudicem. si ad arbitrum, ergo non ad fatrem maiorem. Præterea si Canonistarũ opin. vera esset, æqualitas non seruatur infra fratres, contra l. si maior. in fi. C. commu. diuid. & text. in d. leg. vnica. C. de his, qui se def. per locum à speciali satis urget, nec iure cautũ reperitur, quòd frater minor habeat hoc priuilegium contra maiorem: nec verò simile uidetur, si casus ille non esset decisus per leges suprà allegatas, cùm sit frequentissimus, ꝙ esset omissus: argumen. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. Et hanc opinionem firmat nouissimè Modernus de Ripa in d. l. j. col. ij. ff. si certum peta. quod aut ad officiũ iudicis, uel ad sortis fœlicitatem pertineat, argumen. l. secũda. C. quando & quib. quar. pars dele. lib. 10. Et respondet ad authoritatem diui August. Mihi autem uidetur, cùm non simus in materiam cõcernenti peccatum: Et communiter Canonistæ deuient in hac quæstio. à Legis, quòd in terris subiectis Ecclesiæ, seruetur opin. Canonist. & in terris Imperij opin. Legist. argu. eorum, quæ habentur in c. j. & secũdo extra de noui ope. nuntia. & in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. Et ita secundum domi. Christ. de Angelellis. in d. l. j. ff. si certum petat. distinguunt magis communiter Moder. ut ab ipso in uoce Audiui. Carcassona Sardus.

x GVBERNAVIT BONA] Et ideò dixit domi. Alex. de Imol. in cons. 4. in quarta parte. quòd in dubio maior intelligatur, scilicet ætate si ratio substantiæ materiæ aliud nõ suadeat. Et quis dicatur maior, vide Felin. in c. ueniens, post prin. in uer. not. ibi: maiores de simo.

y *Vide text. vbi de hoc videtur casus, in l. 3. in fin. C. fini. reg. Sardus.

z IVRARE] Pro omnibus hic dictis de agrimensore ꝑ domin. Ias. May. uide tu Felin. in cap. quia indicante. de præscrip. ubi plenè, & not.

a PROBENTVR] Et qualiter probetur, uide Fel. in capit. l. cùm causam. de proba. in vltim. col. in uers. extra glo. & quod ibidem dixi in apostil.

b *Poterat allegare tex. hoc ad literam decidentem in l. fi. ff. fini. regun. Sardus.

SVMMARIA §. OMNES autem.

1 *Actiones an vltra quadruplum extendi possint, & nu. sequen. & nume. 8. & num. 10. cum quatuor. sequen.*
3 *Consilium an obliget.*
4 *Aduocatus, vel consultor, qui dedit malum consilium, an teneatur.*
5 *Interdicto, Vnde vi ex consilio spoliandi quando quis teneatur.*
6 *Actio serui corrupti propter quas causas competat.*
7 *Marcha ex quot vncijs constet.*
9 *Actio in factum descẽdens ex edicto de calumniatoribus, an post annum sit pœnalis tantum ex parte actoris.*
13 *Pœna adiecta dationi quantitatis quando peti possit. 14. 15. 16.*
17 *Promittens stare sententiæ arbriti, vel contactui sub pœna, an dicatur promittere dationem, vel factum.*
18 *Virginẽ si aliquis deflorauit, non tenetur de fornicationibus, quas posteà cum alij illa perpetrauit.*
19 *Persuadens alicui vt semel vnum malum faciat, non tenetur de cæteris posteà per eum commissis.*
20 *Purgatio an locum habeat in actione serui corrupti. 21. 22. 23. 24.*
25 *Virginis corruptor an teneatur eam accipere in vxorem & de proprijs bonis ei constituere dotem.*
26 *Libellus in actione serui corrupti qualiter formetur.*
27 *Corpus liberum æstimationem non recipit.*

§. OMNES AV-tem.

ISTE §. vsque ad. §. actionum. communi diuisione Scribentium, vt Dyn. Ioan. de Plat. & Ang. de Aret. hìc, diuiditur in tres partes principales. In prima ponit diuisionem unã quadripartitam. In secunda illam specie per multa exempla declarat. In tertia ponit aliquas differẽtias inter ista e xempla. Secunda prope principium ibi: in simplum agitur. Tertia ibi: sed furti quidẽ. Ego subdiuido illam secundam principalem in quatuor particulas. In prima exemplificat in actionibus, quæ dantur in simplum. In secunda exemplificat in actionibus quæ dantur ad duplum. In tertia in actionibus, quæ ad triplũ. In quarta in actionibus, quæ ad quadruplum. Secunda ibi: in duplum agimus. Tertia ibi: tripli uerò. Quarta ibi: quadrupli. Rursus tertiã principalẽ subdiuido in duas. In prima ponit differẽtiam inter actionem furti non manifesti, & serui corrupti ex una parte: & alias actiones, quæ ad duplum dantur ex alia: quia primæ sunt pœnales origine, secundæ sunt ex accidenti. In secunda ponit differentiam inter actionem Quod metus causa & alias quæ dantur in quadruplum: quia in prima rẽ restituens à quadruplo liberatur: in alijs non. Secunda ibi: itẽ actio de eo Quod metus causa.

1 † Actiones possunt extendi à simplo vsque ad quadruplũ: vltra uerò quadruplũ nulla actio extendit. hoc primò. Et in simplũ agitur actionibus descendẽtibus ex ꝯtractu regulariter. hoc secundò. In duplum agitur ex furto non manifesto, ex lege Aquilia, ex deposito in certis casibus, ex seruo corrupto, & ex legato facto uenerabili loco. hoc tertiò. In triplum uerò agitur, quando petitum est plus debito, ut aduersarius maioribus sportulis executori prægrauetur. hoc quartò. In quadruplum verò agitur ex furtò manifesto, & actione Quod metus causa, & actione in factum ex edicto de calumniatoribus, & contra executores litium plus debito exigentes. hoc quintò. Et actionum, quæ dãtur in duplum, quędam sunt pœnales origine, quædam ex accidenti. hoc sextò. Et in actione Quod metus causa, rem restituens à quadruplo liberatur: quod non est in alijs, quæ ad quadruplum cõpetunt. hoc dicit septimò, & ultimò usque ad. §. actionum.

Legam tamen istum. §. per uersiculos propter nimiã eius prolixitatem. & legam istud principium vsq; ad uersi. tripli. Materias actionum in hoc tex. positarũ non repetam hìc, q̃a uidistis particulariter quasi de unaquaq; in. §. sequẽs. in prin. & in uersi. ex maleficijs. suprà eo. tit. excepta materia actionis de seruo corrupto, quam hìc examinabo.

Pro introitu figurationis casus potestis ex mente Ioa. Fab. & Nicol. de Neapol. hìc, hoc modo continuare istum. §. ad §. sequens. suprà eodem. in quo dictum est, quasdã actiones esse rei persecutorias, quasdã pœnales, & quasdam mistas. Item dictum est, quasdam actiones pœnales competere in duplum, quasdam in triplum, & quasdam in quadruplũ. Ad harũ declarationem factus est præsens. §. in quo Imperator declarat in primis usque ad quam summam possint actiones pœnales se extendere: & quæ sint illæ, quæ dantur in duplum, quæ in triplum, & quæ in quadruplum, & quæ sint inter eas differentiæ: prosequendo ut habetis in litera.

Not. primò ex hoc tex. secundum glo. & doctor. communiter hìc, & ubique, unam diuisionem actionũ, quæ est quadripartita, ut patet in litera: contra quam diuisionem ab Vltramontanis opponitur, ut ostenditur, quòd hac diuisio sit superflua, eò quia in effectu continet illud idem, quod dictũ fuit in. §. sequens. suprà eodem. Nam ibi dictum fuit in tex. quòd actionum quædam sunt rei persecutoriæ, quædam pœnales. & quædam mistæ: & illud nihil est aliud dicere, quam illud, quod ibi dicitur. Ex quo dicimus rei persecutoriæ, istud

istud nihil est dicere, nisi quòd quædam competunt ad simplum. Et dum dicitur quædam sunt pęnales: nihil aliud est dicere, nisi quædam competunt ad duplum, uel triplum, uel quadruplum. Et sic effectualiter ibidem dicitur illud, quod hìc: & exempla, quæ ibi ponuntur, sunt hìc: sed hìc sunt plura. Ad hoc non uideo quid posit aliud respondere, nisi dicere, prout etiam dicebat Ioann. Fabr. hìc, quòd hæc diuisio sit magis lata, & magis clara, quàm illa, quæ est in dict. §. sequens. Nam hìc magis latè declaratur quasdam actiones in simplū competere, quasdam in duplum, & successiuè: & quæ sint illæ quæ in simplum competunt, & quæ in duplum, & quæ in reliquis: & potiùs debet dici quòd hìc sit quædam subdiuisio, quàm diuisio: & sic facta ad clariorem intellectū iuuenum, quibus hic liber dicatus est. §. sed ne in primis. suprà, de lega. de quo etiam dicam infrà in glo. j. paruula.

2 † Secundò not. ex hoc tex. ibi: nulla actio extenditur. ponderata illa uniuersali negatiua, secundum quod eam ponderat Ang. hìc, quòd non tantùm in pęna legali, sed etiam in pęne conuentionali nō pōt actio competere vltra quadruplū. Et sic habetis quòd nō tantùm pęna legalis, sed etiam conuētionalis dictum quadruplum extendere non potest, de quo per glo. in l. vnica. in gloss. mag. in vers. dupli. C. de senten. quę pro eo, quod interest. & ibi Bar. in. 7. col. uersi. uenio ad quartam particulam. & per Barto. in leg. stipulatio ista habere licere. §. aliteri. in ulti. colu. ff. de verbo. obliga. & ibidem per Ang. Imol. & Cuma. & per glo. in. §. aliteri. in versi. quantitas & ibi per scribentes, suprà de inuti. stip. & dicetur infrà plenius post gloss. mag. ad fin.

3 † Vltimò not. in uersi. item serui. in versi. cuius hortatu cōsilio ve. casum, in quo quis tenet ex suo consilio Et rō huius notabilis est: quia istud consilium cadit in delictum. Et in tātùm quis isto caso tenetur ex suo consilio, quod etiam nō adhibetur illa distinctio, an aliàs esset facturus vel ne. Ita tenet glo. notab. l. j. §. persuadere, in glo. mag. ff. de ser. cor. & gloss. solennis in. §. interdum, versi. ope. in gloss. fin. suprà. de oblig. quæ ex deli. nas. Quicquid tamen dixerit illa gloss. dicite vos quòd ratio quare in casu isto non adhibetur ista distinctio, est: quia in his, quæ sonant in uitium, seu cadunt in delictum, nō adhibetur illa distinctio, an aliàs esset facturus, vel ne: iuxta tamen ea, quæ tradit latiùs Bart. in leg. non solum. §. si mandato in penultima colum. ff. de iniur. & per Bald. in l. data opera. in 23. colum. C. qui accus. non poss. & in l. prima. C. de seruis fugitiuis. De hac tamen materia, an & quādo quis ex consilio obligetur, & an, & quando debeat adhiberi illa distictio, an aliàs esset facturus nec ne: uide gloss. in dicto versi. ope. & gl. in leg. secūda. §. fin. in verb. ex consilio. ff. manda. Dynus in regul. nullus ex consilio. de regul. iuris, in

a 6. Bartolus in dict. §. si mādata. a* & Baldus in l. nō ideo minus. C. de accusatio. per doct. post gloss. in l. sæpe. ff. de verborum significa. per Baldum in l. ob hæc verba. vbi multa sing. ff. de his, qui not. infa. & in dicta leg. data opera. præcipuè in 24. col. & in leg. prima. in princ. in lectura antiqua post Iacobum Butriga. ibi. ff. de eo, per quem fa. erit. & ibi per Angelū & Baldum in l eg. prima. §. persuadere. post glo. ibi. ff. de ser corru. per Canonistas plenè in ca. primo extra de officio de

b leg. & in cap. sicut dignum. b §. finali ubi textus. & ibi glossa mag. in uersicul. consilium. extra de homici. & in cap. nuper. extra de sententia excommunicationis. & Canonistæ, maximè Paulus de Elea. & dominus Cardinalis Florētinus in clementina prima, vbi gloss. not. extra de pœnis. per Innocentium in cap. querelam. extra de sentent. excommun. per Ioa. de Ling cap. mulieres. eod. titu. de sententia excommunicationis Vide etiā not. Bal. in l. metu. C. quod metus causa. & latè per Salicetum in l. j. C. de raptu. virginum. ubi plura ponit circa istam materiam. & aliquid per Ang hìc, & latiùs in tracta. suo maleficiorum. in versi. Sempronium mandaturum. & vide multa notabilia per Bald. in hac materia, in leg. j. C. de seruis fugiti. maximè in 2. & 3. col. & inter cætera illos singulares modos, per quos probatur quando aliàs quis erat facturus: & quibus possit cognosci an quis aliàs esset facturus,

4 & ibi etiam quid in dubio præsumatur. † Quid autem in aduocato, vel consultore, qui dedit malum consilium, an teneatur ex hoc malo cōsilio: & an ex hoc faciat litem suam: Vide Bartol. in l. 2. & in l. idemque. §. si quis eadem. vbi bonus tex. ff. manda. & maleficijs. §. si iudex. ff. de actionibus & obligationibus. Spec. in titul. de requi. consil. §. j. in vers. consiliarij.

5 † Et an quis teneatur interdicto, Vnde vi ex consilio spoliandi, vide Bart. sing. determinantem ꝙ non, in l. 2. in 8. col. vers. sextò quæritur. C. de ser. & aqua.

6 † Vltimo not. causas, propter quas competit actio serui corrupti. Quibus autem personis, & contra quas competat ista actio serui corrupti: videbitis infrà post gloss. in versiculo, deducitur.

Glo. prima paruula, in fi. Idē, scilicet ꝙ hìc ponatur quarta diuisio actionum, tenet etiam gl. magistralis in. §. sunt præ tereà. in glo. j. in eodem tit. Idem etiam sequuntur communiter scribentes, vt Dyn. Ioann. Fab. Ioannes de Platea, & Dyn. & Angel. de Aretio hìc. Alij, vt Ioan. de Cremo. in arbore sua actionum, tenet ꝙ imò hìc sit quinta diuisio. Quod est sustentabile, tenendo quòd in. §. præiudiciales. ponatur una diuisio actionum: vt ibi dixi in gloss. mag. in princip. Dixi etiam in. §. sequens. in gloss. paruula. suprà eodem. Azo verò in summa huius tituli, vbi de diuisionibus præsentis tituli accuratiùs tractat, tenet ꝙ imò in hoc. §. nulla sit diuisio actionum: non tenet ꝙ in. §. sequens. ponatur tertia diuisio, quæ duret vsque ad. §. actionum. ergo vult quòd hìc nulla sit diuisio. & hoc ēt est sustentabile, vt dixi suprà in primo not. Vnde teneatis quicquid vultis, quia est quæstio de lana caprina.

Gloss. in ver. alterius. Quæ glo. videretur vno verbo diuidenda in decem partes principales, prout decem modis op ponit contra tex. Partes de se patent: & i ta diuidunt aliqui: sed ego melius diuido hāc glo. in octo partes principales. In prima declarat tex. In secunda contra textū format tres obiectiones simul, quæ vna solutione diluuntur. In tertia contra textū format duas oppo. simul: quibus ēt simul respondet, videlicet per duas sol. In quarta oppo. uno modo, & soluit. In quinta ēt vno modo oppo. & duobus modis respōdet. In sexta etiam vno modo opponit, & soluit. In septima ēt vno modo opponit, & duobus modis respōdet. In octaua ēt vno modo opponit, & soluit. Secunda prope principium ibi: sed cōtra in l. Aquilia. Tertia ibi: item contra in eo, qui manumisit. Quarta ibi: item cōtra in eo, qđ dicitur si dedisti. Quinta ibi: item contra in eo, qđ dicit lex seruū. Sexta ibi: itē cōtra in eo, qui surripuit, Septima ibi: itē cōtra, suprà de inuti. stipula. Octaua ibi: item contra in eo, quod dicitur, eum, qui emit.

7 † In eadem glo. ibi: centum marcas. Quot autem vnciæ auri, vel argenti, faciant vnam marcam, & sic quot vncias contineat vna marca, declarat Ioann. Fab. suprà de Attila. tut. vbi dicit quòd octo vnciæ faciunt vnam marcam. duodecim vnciæ faciunt vnā libram: vt inquit glo. in verbo, octonos. in l. j. C. de metalla. & metal. lib. 2. & glo. in l. Caius. in vers. millia. ff. an. leg. De quibus etiam vide Canoni. vt Petr. de Anch. in cle. si beneficiorum. & quod ibi glo. extra de deci.

In eadem glo. ibi: quando pœnalis est actio ex vtraq; parte. Hęc est vera so. & omnes approbant, vt Dyn. Ioann. Fabr. Ang. de Aret. & Nicol. de Neapol. in prima & secunda oppositio. glo. Nam cùm prædictæ actiones competāt ad interesse & sic ad illud, in quo quis fuit damnificatus, certè dicuntur potiùs competere ad simplum, quàm ad duplum: cùm illud totum sit interesse, non autem mera pœna.

In eadem glo. ibi: habeo octuplum. sed duobus vtranque solutionem ad vtraq; cōtrarium approbat simpliciter Dyn. hìc, & Nicol. in tertia & quinta opposi. glo. Ioann. verò Fabr. quem simpliciter sequitur Ang. de Aret. hìc, dicit quòd secunda solutio est verior ad vtrunque contrarium: quia tàm in primo, quàm in secundo casu diuersæ sunt actiones, & plures numero. Vos autem teneatis quam vultis, quia vtraq; bona. Et ex his sol. iuncta sol. contrarij proximè sequen. in qua glo. ab omnibus approbatur, habetis limitationem, & declarationem ad tex. nostrum, scilicet, vt id quod dicitur in hoc

8 tex. † nullam actionem extēdi vltra quadruplum: procedat, quando est eadem actio numero, & eidem personæ competens: aliàs secus. Et ita colligunt ex hac glo. Petr. de Bella-Pertica. Ioann. de Platea, & Angelus hìc. Per istam etiā gloss. iunctis legibus in ea alleg. quæ melius faciunt, limitat Nicol. hìc, in quinta oppo. glo. ea. quæ tradunt doctores in euidēt. §. pœ-

§.pœnales.ſuprà eodem,in tertia ſpecie pœnalium actionũ: & ponit etiam gloſſ.in §.ſequens.in verſic.cōducto. ſupra eodē.dum dicunt quòd actio in factum ex edicto de calumnia-
c toribus.eſt pœnalis ex parte actoris tãtùm, c* quia, ſecundum Nicolaum,illa procedunt & locum habent poſt annum tantùm:quo caſu detur ſolùm in ſimplum,in l.prima, in princi. ff.de calum.& ſic reſpectu rei conuenti non eſt pœnalis cùm detur contra reum ad id,quod ſibi adeſt:ſed bene dicitur pœnalis reſpectu actoris,cùm ei competat ad id,quod ſibi non abeſt:ſed intra annũ.Certè diceretur merè pœnalis ex vtraq; parte,tam rei conuenti,quàm actoris, cùm intra annum detur ad quadruplum eius pecuniæ,quę reo adeſt,dict.l.prima, in princip.ff.de cal.Ego autem non expectaui, vſque ad aduẽtum pręſentis gloſſ.nam ita limitaui, & declaraui in dict. §. pœnales.in 1. euiden. quod ibi poſui in tertia ſpecie pœnalium actionũ:vbi videatis. Nunquid tamen in caſu, quem ponit glo.in contrario proxi.ſeque.quando aliquis dedit pecuniã,ne mihi calumniam faceres:quo caſu ille repetit pecuniam,quam dedit,& ego ago in quadruplum. Et an iſtud de quadruplo procedat intra annum tantùm, ita quòd elapſo anno non poſſim poſteà agere ad quadruplum:vide gloſſ.in dicta leg.ſi quis ab alio.§.primo,in verbo,quadruplum.ff.de calum.hic alleg.& gloſſ.in l.in hæredem. §. finali.in verbo, vtrum.in eodem titulo.

9 † In eadem gloſſa ibi:& neutri vltra quadruplum.Glo.benè dicit:& dixi ſuprà in proximo contrario.

In eadem gloſſa ibi:non actio.Quamuis cum hac ſol.ſimpliciter tranſeat Dynus hic,alij tamen oēs reprobant: vt Ioãnes Fabr.Angel.de Aretio,& Nicolaus in 7.oppoſitione glo. quia imò reuocatio in ſeruitutem, quæ ibi fit de liberto ingrato,non fit per accuſationem.imò fit extra ordinem per officium iudicis:vt eſt tex.in l.prima.C.de lib.& eo.lib.& gl.in l.liberti.in ver.ingratis in eodem titul.Cod.de lib. & eorum lib.& ideo dicunt præfati docto.tenendam eſſe ſequentē ſol. in gl.poſitam:ſed ego eam ibi reprobabo.

In eadem glo.ibi:habito reſpectu ad rem.Hæc ſol.reputatur vera a Scribentibus hic, vt proximè dixi. & g.in hac ſol.
d vult dicere d* ꝙ quando imponitur pœna habito reſpectu ad rē,ſeu rei æſtimationem,ita ꝙ ipſa res,vel eius æſtimatio multiplicatur per duplum,triplum,& quadruplum: & tunc
10 verũ ſit † ꝙ actio nō poſſit vltra quadruplum extendi. Si aũt imponeretur non habito reſpectu ad ipſam rem,ita quòd nō imponeretur per verba multiplicatiua rei prĩcipalis, vel eius æſtimationis ad triplum,vel quadruplũ, ſed eſſet certa ſumma,quæ pro pœna apponeretur:& tunc illa benè poſſet quadruplum excedere.Quamuis cum iſta ſol.ſimpliciter trãſeat, vt prædixi,ſcribentes hic,& maximè Ioannes Faber. & Ioannes de Platea,& Ange. hic, tamen iſta ſol.nullatenus placet mihi:quia non credo quòd poſſit aſsignari ratio diuerſitatis, quare pœna non poſſit excedere quadruplũ, ſi apponatur ꝑ nomina multiplicatiua,& tamen ſi apponatur ſimpliciter,bene poſſit quadruplum excedere.Præterea,& fortiùs, iſtud eſſet imponere legem verbis,& non rebus,vt ſtatim infrà ſubijciam.& ideo ab hac ſol.receſsit:& melius, ipſe Ioannes Faber in §. alteri, in ſexta col. ſuprà de inuti. ſtipu. & recedunt communiter omnes,& ipſemet Ioannes de Platea. & Angelus de Aretio,vt infrà ſubijciam. & ideo tutior videtur mihi ſol.quam ponit gloſſ.ordi.in ca.cùm deuotiſsimam.12.qſt.ſecunda.quæ dicit ꝙ in dicta l.ſi manumiſſus.hic allegata in gl. pro contrario,non habetur reſpectus ad rem, ſed ad punitionem delicti.Et cum iſta ſol.tenet etiam Ioann. Fab. Ioannes de Platea,& Angel.de Aretio hic.

In eadem glo.ibi:ad ipſam rem habetur reſpectus. Cum hac ſol.tranſeunt communiter ſcribentes hic,vt Dynus,Ioãnes Faber,Ioan.de Platea,& Angelus hic,pro vt etiam dixi ĩ præcedenti contrario,vbi declaraui hanc ſol. quam ēt ponit glo.in dicta l.ſi quis ſeruum.in verſicul.duodecim hic alleg. Hanc etiam ſol.ſequitur,& cōmendat Nicol. hic,in 8.oppoſitione gloſſ. Sed ego impugno hanc ſolutionem, vt dixi in proximo contrario, & credo ꝙ ſolutio quam ibi retuli, quæ eſt glo.in dicto cap.cùm deuotiſsimam. ſit melior etiam ad iſtud contrarium.

In eadem gloſſa ibi: ſed ibi non habetur reſpectus ad ipſam rem.Hanc ſol.ſupra pluries impugnaui.

11 † In eadem gloſſ.ibi:quàm in legali,vt hic.Hanc ſol.impugnat Dyn.hic:quia imò etiam pœna conuentionalis non pōt excedere quadruplum,imò nec duplum: aliàs præſumeretur in fraudem vſurarũ adiecta:vt l.Iulianus.§. idem Papinianus reſpondiſſe ſe refert. cum gl.in verſi.excedit.ff.de actio.emp. & l.cùm allegas.in glo.in verb.vltra Cod. de vſur.

12 Vnde pro habenda perfecta doctrina huius materiæ, † an, & quando pœna poſsit excedere duplũ, vel quadruplũ: dic ꝙ aut loquimur de pœna legali,aut de pœna cōuentionali. Primo caſu non inuenitur ꝙ pœna legalis excedat quadruplum:vt hoc §.noſtro. quicquid dixerit Angel. in l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig.limitando tamē vt colligitur ex aliquibus ſolutionibus poſitis in hac gloſſ. ſecundum quod in eis notaui.Secūdò verò caſu,quando loquimur in pœna cōuentionali,
e e & tunc diſtinguit Dyn. ꝙ aut pœna adijcitur ꝑ noĩa multiplicatiua,vt duplũ,uel triplũ &c.& hoc caſu nulla pœna conuentionalis pōt excedere quadruplum,arg. huius. §.& l.ſi dictũ,in prin.ff.de euic.Aut per nomina ſimplicia: & tũc ſubdiſtinguitur:quia aut adijcitur facto,aut dationi. Si facto,puta,promittis ſcribere librũ,vel ire Romã,& ſi nō feceris,promittis centum nomine pęnæ,& tunc quantūcũque ſit pœna ēt maxima,debetur.dicto §.alteri.& dicta leg. ſtipulatio iſta.§.alteri.Facit quod no.gloſſ. in dict.l.ſi dictũ in prin-
13 cip.in glo.mag.& ibi Bartol.& Salic.ff.de euic.† Si verò pœna additur dationi:& tũc aut dationi quantitatis, aut ſpeciei. Si dationi ſpeciei,puta,promittis dare equũ,vel librum, & ſi non dederis,promittis centũ nomine pœnę:& tunc quãtūcũque ſit pœna,ēt maxima,debetur,& peti pōt, vt l.Lucius. ff. actio.empt.leg. ſciendũ. ff. de euic. Si verò adijcitur dationi quantitatis:& tunc quatenus pœna excedat legitimum modũ vſurarũ,q̃ eſt dupli,videtur in fraudē vſurarũ adiecta: &
f ideo peti non pōt: f ſed quatenus eſt intra legitimũ modũ vſurarũ,bene peti poteſt dicta l.Iulianus,§.idem Papinianus. ff. de actio.empt.& l.cùm allegas.Codic.de vſuris.Et ratio diuerſitatis inter pœnam adiectam facto, & dationi ſpeciei ex vna parte,vt illa quantumcunque ſit,etiam maxima, peti poſſit:ſecus ſit in pœna adiecta dationi quantitatis, vt illa peti nō poſsit,niſi quatenus eſt intra modum debitũ vſurarũ,poſſet aſsignari,ſecūdũ Angel.hic,& ſcribentes in dicta l.ſtipulatio iſta.§.alteri.quãuis Dyn.hic nullã aſsignet:q̃a in promiſſionibus facti,& in datione ſpeciei cadit affectio,quæ tanti videtur æſtimare,vel affectare factũ,ſeu ſpeciem,quantũ eſt pęna,ita quòd illa pœna ratione affectionis dicitur potiùs intereſſe,quàm pœna:quæ affectio non cadit in quantitatibus: vt l.nummis. ff.de in litem iuran. nil mirũ ſi tũc præſumitur in fraudem vſurarum adiecta.Item ratio diuerſitatis, quare nō reperiatur ꝙ pœna legalis excedat quadruplum,conuentionalis aliquando ſic,poteſt etiam aſsignari,ſecundum Angel. hic:quia lex,quæ certa eſt,poteſt limitare pœnam ſuam legalem:quod non eſt in pœna conuentionali.

14 Aduertendum eſt tamen in quantum dixi † quòd ſi pœna adijciatur dationi quantitatis, quatenus eſt intra legitimum modũ vſurarũ,peti poteſt: quia cùm hodiè vſuræ nullo iure debeantur,& ſint oīnò prohibitæ de iure ciuili,ꝑ ius Authēticorum,ſecundum magis communem ſententiam, per Authen.de eccle.titu.in princip.& §.primo,& ibi,in prin. eſt gl. not.in ver.obſeruamus.in Authen.ad hæc gl.mag.C. de vſu-
g ris.& gl.no.in l. cũctos g populos.in verſic.apoſtolicæ. & ibi Bartol.in quarta colum.in 5.oppoſi.C.de ſum. Tri.& Bald.in l.improbũ fœnus.C.de his,q̃ no.infa.& ĩ l. tertia. C. de vſur. rei iudi.Ioann.And.in cle.1. de vſur. & latius in reg.peccatũ. de regu.iur.in Mercu.Idcirco ſequitur, ſecundum Dyn. hic, & benè, quòd hodiè pœna adiecta quantitati etiam vſque ad legitimam ſummã vſurarum,peti non poteſt. Et ita in terminis gloſſ.in dicta.l.Iulianus.§.idem Papianus. in verſicul. excedit.Iſta eſt formalis diſtinctio Dyn. hic in præſenti uerſicul. Hãc diſtinctionem in uno membro tantùm impugnãt Pet.de Bella Perti.Iacob.de Aret.Cyn.Ray.de Forli.& communiter Vltramontani in l.unica.C.de ſenten.quæ pro eo,q̃d intereſt,pro ſe.& de ea truffantur in alio mēbro,in quo diſtinguit Dyn.an pœna adijciatur per nomina multiplicatiua, an uerò per nomina ſimplicia:quia ſecūdum eos, & benè,iſtud

eſt

est imponere legem verbis,& non rebus.contra l.2.in fin.C. communia deleg.& l.fi.C.de vsur. & ita ego etiam tenui suprà in hac eadem glo.impugnando eam in nonnullis solutionibus,quæ idem volebant. In hoc ergo mēbro omissa opin. suprà scriptorum Vltramonta.quæ hìc refertur,& impugnatur per Angelum hìc,omissis etiā multis circa hoc dictis per Ioannem Fabrum & alios scribentes in §.alteri.suprà de inu. stipu.& per Angel.Inno.& Cuma.in dicta l.stipulatio ista.§. alteri.quorum dicta simpliciter refert Ange.hic,placet mihi theorica Bartoli in d.l.vnica. C.de senten. quæ pro eo, quod interest.in 7.col.versi.venio ad quartam particulam. & eiusdem Bart.in d.l.stipulatio ista.§.alteri.in vltima colum.Cum quo etiam transeunt Ioan.de Plat. & Angel.hic. In hoc ergo membro, reiecta nominum differentia, & verbali distinctione, quam faciebat Dynus, dicit Barto. esse ita distinguendum, Aut pœna adiicitur expressa certa quantitate, puta quia in instrumēto venditionis factæ de mille sit dictum sub pœna tripli vel quadrupli: & tunc pœna ista conuentionalis potest excedere tantum, quantum partes volunt: sicut si certa quantitas esset expressa per nomina simplicia: vt sub pœna trium millium librarum.d.l.si dictum.in princip.ff.de euictio. Nam quando ista nomina multiplicatiua, duplum, triplum, &c. referuntur ad certam taxatam quantitatem in eis,eadem est ratio,sicut quando pœna profertur per nomina simplicia: quia idem est dicere,sub pœna mille:quantum si diceretur, sub pœna quintupli, quando ducenta essent promissa. Si verò apponuntur respectu incerti, ita quòd ista nomina multiplicatiua referuntur ad quantitatem incertam,puta si dicatur, dupli, vel quadrupli eius, quod dicta res valebit, vel dupli eius,quod tua intererit: & hoc casu per hæc nomina multiplicatiua pœna non posset excedere duplum,dicta l.vnica.C.de sententia quæ pro eo, quod interest.& gloss. in d.l. stipulatio ista. in princip. in gloss.incip.in pœnali. Et est ratio, secundum Bartolum, quia hoc secundo casu pœna posset nimium ascendere vltra quàm cogitauerit pars h * dict.l.vnica. in versicul. nedum in infinitum,&c.quæ ratio cessat in primo casu,quando certa quantitas exprimitur. Et cum Barto. tenet etiam Salice.in dicta l. si dictum. in princip. In aliis autem membris distinctioni Dyn. suprà relatæ tenebitis cum eo: quia benè, & perfectè loquitur. De hac tamen materia vltra prædicta allegata videte etiam Baldum in d.l.vnica.in 10.oppositione. vbi ponit de pœna conuentionali,& quando possit excedere quadruplum: & ibi etiam dat vnam solutionem ad dictum §. alteri.de qua multùm gloriatur, & reputat multùm notabilem, & subtilem. Vide etiam Bald. in eadem l. prima, in 6.col. in versicu.quid si promitto ex causa emptionis. & in fin.col. versicu. restat quærere de pœnis. & ibi not. ponit de pœna legali, siue statutaria, an possit excedere quadruplum. Vide Bald.& Salic.in d.l.rogasti.§.si tibi.ff.si certum petatur.& Bald.& Salice.in dict.l.cùm allegas.& ibi aliquid per Bartolum in bonis lecturis. Videte etiam omninò Barto.in l.cùm stipulati sumus.ff.de verbo.obliga.& quod notant Canonist. in cap.illos vos: extra de pig.& in capitu. ad nostram. extra de emptio.& vend.& Ange.in quæstione per eum disputata, inci. Astensis miles.in illo dubio, an valeat compositio facta cum diœcesano originis.in quarta quæstione princip.

15 † Iuxta suprà dictam distinctionem Dyni & ea, quæ proximè dicta sunt. Ange.de Aretio hic,format notabilem quæstionem, & quotidianam. Pone quòd Sempronius mutuauerit Titio centum, ita quòd interueniat vera sors: posteà apposuit pactum tale, quòd si non restituet dictam pecuniam mutuo habitam intra annum, quòd portabit ad eum tot pignora, quæ valebunt etiam duplum, vel quòd ei dabit tot idoneos fideiussores: aliàs quòd incurreret pœnam mille aureorum. Vel pone quòd dictus Titius debitor promisit, quòd eo casu, quo dictam pecuniam non restituet, præsentabit se coram iudice, recepturus in se, tanquam confessum, præceptum de soluendo: aliàs quòd incurreret pœnam mille aureorum: nunquid ista pœna possit peti, si debitor non obseruauerit promissa.Decisio pendet à prædictis, si dicimus,quòd talis pœna sit adiecta facto, prout prima facie videtur certè poterit peti, vt suprà vidimus.Si verò dicimus,quòd sit adicta dationi, diceretur adiecta in fraudem vsurarum, & consequenter, peti non posset. Angel. de Aret. hic, in præsenti articulo dilatauit fimbrias vestimenti sui quantum potuit, referens super hoc articulo complures & varias opi.maiorum nostrorum. Ego procedam per bonas i missiones, i ad quas, cùm expedierit, recurratis. Videatis ergo gloss.primam, & ibi Barto. & Bald. & Salic.& cæteros omnes scribentes in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.peta. & Bartol. post antiquos, qui est sibi contrarius in l. cùm seruus. ff. de condi.& demon.Cyn.Bald.& Ange.& Salicet.in l.cùm allegas.C.de vsur.Ray.Angel.& Imol.& Ludouic.Rom.in dicta leg.stipulatio ista.§.alteri.& Angel.Salice.Flor.& Fulgo.in l. sed & si quis.§.fin.post gloss.ibi.ff.si quis cau. Salice. & Paul. de Castr.in d.l. Iulianus.§. idem Papinianus.ff. de acti.empt. Ioann.Andre.in addi. Specu.in titu. de obliga. & solu.§.ante omnia versicu.sequitur.& do. Anto.de Butriga.in cap.tuam. extra de pœnis.& eundem in c.dilecti. extra de arbi.& omninò videatis abundantissimè Angel.de Aretin.hic,& credo quod nullibi reperietis in Mundo hunc articulum ita plenè examinatum,sicut per eum hic. Videte etiam per eundem in d.§.alteri.suprà de inuti. stipu.

16 † Vnum tamen perpetuo singulariter notate,quod est maxima limitatio eorum, quæ dicta sunt suprà in distinctione proximè relata, quod pœna adiecta quantitati, potest peti, & non censetur adiecta in fraudem vsurarum, adijciēdo sortem principalem in personam tertij,& pœnam in personam propriam. Istud est, quod signanter multum probat text.in l. qui res.§.qui stipulatur.iunctis ibi traditis per Rayn. & Bart. ff. de solutio. Et per hoc dicit ibi Bartol. quod vsurarij possunt assumere singularem cautelam, & facere fraudem, vt dicant hoc modo: Promittis Titio dare decem hinc ad Pascha? & sic conferant principalem sortem in personam tertii, & si non dederis sibi, promittis mihi viginti nomine pœnę. Nam tunc non videtur adiectum in fraudem vsurarum, per illum text. in vltimo responso. quod dictum est mirabile. & sequitur ibi Angel. & illud etiam sequitur Ioann. de Imol.& Raph.Cu.in dict.l.stipulatio ista. §.alteri. & Ludo.Rom.in l. sed & si quis.§.fin.ff.si quis cau. quamuis hoc dictum impugnet Bald. & illud restringat in l. cùm allegas. in 2. col.in 3. oppo.C. de vsur.cum quo tenet Ludo. Roma. sibi contrarius in dict.l.stipulatio ista.§.alteri.

17 † An autem ille, qui promittit stare sententiæ arbitri, vel promittit stare contractui sub pœna,dicatur promittere dationem, vel factum. Istud est vtile scire, propter ea, quæ supra dicta sunt. Vide Bald.in l.vnica. in quarta quæstio.C.de his,quę pœnæ nom.& latiùs in dicta l.cùm allegas,in prima colum.in tertia opposi.C.de vsur.& Ange. in dicta l.sed & si quis.§.fin.ff.si quis caut.& not.Barto.& alii omnes in leg.stipulationum.§.fin.cum suis concor.ff. de verb.oblig.

In fin. gloss. Cum hac solutio.simpliciter transit Nicol.de Neapo.in 11.oppo.gloss.alij doct.vt Ioan.Fab. Ioan.de Plat. & Ange.de Aret.hic soluunt,prout gloss. superius soluit plura contraria,quòd in dicto §.sic igitur.in fin.hic alleg.in glo. pro contrario.in impositione pœnæ non habeatur respectus ad rem multiplicandam. Quam solu.suprà reprobaui pluries.Vnde mihi magis placet sol.gloss. quòd illud ibi fiat per accusationem, & consequenter ibi habeatur respectus ad punitionem delicti:secundum quod dicit gloss. quam præallegaui in d.c.cùm deuotissimam. 12.q.2.

Gloss.fin.in ver.deducitur. diuido in tres partes principales. In prima declarat text.& illum ampliat.In secunda quęrit,& soluit. In tertia eodem modo quærit, & dupliciter respondet. Secunda ibi: sed nunquid iure actionis. Tertia ibi: sed pro filio corrupto.

In eadem gloss.in princ.ibi:damnum dupletur. Intelligite de damno tunc æstimato,& tunc illato: vt l.doli.§.fi.ff.de ser.corru.non autem de damno, quod posteà sequitur.l.Neratius.in princip.& §.1.ff.ser.corru.Et per hoc infert Io.Fab. 18 hic,& sequitur Angel.de Are.† quòd ille,qui deflorauit virginem, non tenetur de fornicationibus, quas postea cum aliis viris perpetrauit. Facit.l.verum. ff.de furt. Dicit tamen Ioan.Fab. quod Theologi non concordant in hoc. De quo vide Barto.in terminis in dict.l.Neratius.§.1. vbi dicit, illum text. facere

19 facere ad quæstionē Theologorum,† an ille, qui persuasit ali
k cui vt semel vnum malum faciat, k quòd non tenetur de cæteris posteà commissis.

In eadem glo.1.& §.quadruplatur. Istud impugnant communiter scribentes hic: vt Petr. de Bella Per. Io.Fab.Ang.de Aret.& Nico.in 2.q.glo. quia imò totum venit iure actionis.
l Nec obstat simile gloss. de actione. Quod met.caus. l * quia quando istud probarent leges in glos.allega. tamen esset di-
20 uersum, eò † quia in ista actione serui corrupti non est locus purgationi, sicut in actione Quod metus causa, imò ista actio serui corrupti ab initio, & de sui natura, ad duplum competit: ut infrà in uersicu.quadrupli.ad fin.in uer.sed omnimodò quisque in quadruplum condemnatur. non obstat etiam pro opi.Irne.& gl.nostræ text. apertus prima facie in l.ut tantum æstimatio.in versic.quod officio iudicis expedietur. ff.de ser. cor.quia intelligo de officio iudicis mercenario huic actioni deseruienti, nō autem de officio iudicis nobili, secundum Iacob. de Ra.& Nico.de Neapol.in 2.q.
21 † In fin.gl.tenetis quòd pro filio, aut filia corruptis competit patri hæc actio vtilis, sed non directa. Et quamuis gloss.
m non alleget, m de hoc est text. apertus in l.ut tantum. §.1.ff. de ser.corru. Et ratio est ibi, secundum Iurifcon.quia interest nostra, animū liberorum nostrorum non corrumpi, dignitate, & fama domus integra manente. Eodē modo dicunt doc.
22 hic, vt Io.de Plat.& Ang.de Aret.† ꝙ eodem modo datur vtilis marito pro vxore corru. Et tenet etiā Bal. in d.l.vt tm̄.§.1.
23 † Nunquid autem hæc actio competat ipsimet corrupto: puta in exemplo practicabili: pone ꝙ scholaris boni ingenii intrauit societatem quorundam sociorum habentiū pestiferum semen deuiationis, & malorum morum. qui corruperūt eū, & fecerunt illum expendere pecuniā, siue viaticum suum in malos vsus: quia eorum suasionibus est perductus ad meretricandum, vel ludendum: iuxta l.pen.ff.de ser.corru. nunc vrgente penuria vult agere actione hac vtili contra socios corruptores ad duplū æstimationis dāni sui: nunquid possit? Vltramon. vt Petr.de Bellapert. & Iacob. de Ra.hic tenent ꝙ sic, ista rōne: quia si patri, & domino datur propter deteriorationē factam de filio, vel seruo corruptis, quātò magis debet dari sibi ipsi propter deteriorationē factā in se ipso: cùm ordinata charitas incipiat à se ipso: iuxta l.præses. C.de serui. & aqua? Et ita etiam tenet Rodulph.& Nicol.de Neapo. hic, in 2.q.extra gl.& hoc etiam sequitur Ange.hic eadem ratione, ut refrænentur corruptores iuuenilium animorum: ne posteà scholares cupidine ducti tristem exitum sentiant: ut inquit Imperator in l.fi.§.filijs autem.C.de bo.quæ li. Et secundum eum, istud indubitanter procederet, quandò pater esset absens, nec ibi haberet procuratorem, iuxta l.si longius.§.1. & quod ibi not.ff.de iudi.Io.verò Fab.hic, dicit ꝙ hæc opin. sibi placet de æquitate, propter authori.suprà scriptorum, & quia est bona, & æqua: sed de rigore iuris putat eam non esse
n veram. n * Et ita etiam tenet Io.de Platea hic, & hoc puto verius. Subdit Io.Faber morale verbum, dicens: Vtinam benè iuuerent qui iuuenes ad illecebras alliciunt. Format etiam iuxta suprà dicta Nicol.hic, post Rodulph.in 3.q.extra gl.quo-
24 tidianam, & auream quæstionem. † pone, aliquis pater habebat filiam, quæ erat formosa, & bonis moribus ornata, adeò ꝙ eam benè & honestè collocasset in matrimonio pro trecentis libris. Aliquis scholaris eam corrupit, ita ꝙ nunc oportet patrem expendere mille libras, & amplius, pro ea maritanda, cùm teneatur illam maritare secundùm conditionem personarum, & qualitatem matrimonij, iuxta l.si filiæ.ff.de leg.3.l.fi.C.de dot.promis.& Auth.sed quāuis. C. de rei vxo. act. nunquid in ista actione vtili, quam pater potest intentare pro filia corrupta, ut uidimus ad fin.huius gl.ueniat ista æstimatio? Determinat Nicol.hic, cum suo Rodulph. ꝙ sic: cùm in hac actione veniat omne damnum d.l. ut tantum. secun-
25 dum eū. Ego puto † quòd imò iste corruptor uirginis nedum teneatur ad illam æstimationem, imò etiam teneatur plenè dare dotem, siue pecuniam pro dote iuxta modū dotis, quā uirgines accipere consueuerunt eo casu, quo pater non uult filiam sibi in matrimonium collocare. Si autem uellet, tenetur corruptor eam accipere in uxorem, & ipsemet corruptor teneretur constituere dotem de proprijs bonis, text. est de his omnibus not.in cap.1.extra de adul.& ad illud de materia ista recurramus ad Canonistas.

26 † Qualiter autem formādus sit libellus in ista actione serui corrupti, siue agatur ista actione pro seruo corrupto, siue pro filio, uel filia, uel etiam uxore corruptis, ut proximè dixi, uideatis Spec.in titu.de ser.non ordi.§.primo.uersi.sed serui. & per Rof.in titu.de actione serui corrupti. secundū quod refert Ioan.de Plat.hic, & Nicol. in septima quæst.extra gloss. Et de forma tangitur aliquid per scribentes, vt hic: vt Ioann. Fab.& Ang.& Ioan.de Plat. Verùm qa forma talis libelli nullius est artificij, melius esset illū omittere: si tamen vultis, pro forma, potestis ita concipere ex mēte suprascriptorum: Ago cōtra Titium, & dico ꝙ talem seruum meum, qui erat bonæ conditionis, & vitæ, corrupit, & suis prauis persuasionibus ad malos mores adduxit, videlicet ad meretricandum. Nam vitium, quod incurrit ex persuasione, est exprimendum, vt etiam inquit Ioann. Fab. & ita talis meus seruus est deterioratus in decem eius æstimationis, cuius primò erat, & intantum mea interest. Quare peto dictum Titium condēnari mihi in duplum prædictæ deteriorationis. Et si contingeret casus, quòd seruus prædicta mala persuasione inductus subtraxisset aliquā rem domino suo, vel aliter illum damnificasset, certè vltra duplum serui corrupti, quod petitur ista actione serui corrupti, peti debet etiam duplum, æstimationis rei furto subtractę. Super qua dicit Ang.de Are.hic, implorandum esse officiū iudicis. Ego dico, imò venit iure istius actionis, nisi intellexerit Ang.de Aretio, de officio iudicis mercenario huic actioni deseruienti, vt dixi suprà super gloss.fina.

Quādo autem ageretur non de seruo, sed de filio, vel filia, vel vxore corruptis, tunc fienda esset relatio ad æstimationē operarū, & affectionis, non autem ad æstimationē corporis,
27 vel personæ, vt fit in seruo, eò † quia liberum corpus nō recipit æstimationē, iuxta l.prim.§. sed cùm liber homo.& l.fi.ff. de his, qui deie.vel.effu.secūdum Ioan.de Plat. Ang.de Aret. & Nic.de Neap.hic, in tertia quæst. glo.de quo etiam videte per eūdem Nicol.hic, in prima quæst.glo. Non sunt hic alia.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a * Adde, quòd idem Ias.in l.1.colum.tertia.C.de ser.fugit. dicit quod doctor. Bartol.in dict.§. si mandato.communiter tenetur.Sardus.

b SICVT DIGNVM] Vbi oīnò vide Fel.in quarta col. vers.tertiò concludo.cū plurimis sequen. & in dic.c.1.de off. deleg.& in c.super.de senten.excom.& Frā. Aret.in l.prima. C.de ser.fugiti.& in l.Titia.§. idem, in secunda col.de verb. oblig.& remissiuè in leg. prętereà.§. si tibi.ff.mandati.

c * Adde tu quòd dabitur casus, in quo actio ex illo edicto de calum.erit ex utraq; parte rei persecutoria. Finge me dedisse tibi pecuniam, ne mihi calumniam faceres, quo casu competit mihi actio: ut l. generaliter.§.fin.ff.de calum.intra annum erit ex utraq; parte mista, per ea, quæ habētur in §. ex maleficiis.suprà eodem.post annum, cùm detur ad simplum, erit ex parte utriusque rei persecutoria: ut l.1.ff.de calum. Et hoc poteris addere ad ea, quæ ponit Iason in §. pœnales ad fin. primi euiden.suprà eodem. Carcassona Sardus.

d * Aduertas: nam mihi uidetur quod declaratio, quam faciunt docto.in hac parte glos.non sit ex mente Accursij, cùm in gl.nullum verbum apponatur si pœna per nomina multiplicatiua, ut duplum, triplum, &c. uel per simplicia nomina fuerit imposita: sed simpliciter dicit quod in d.l. si manumissus. non præstatur pœna habito respectu ad rem, sentiens in hac solu. ꝙ ubicunq; pœna imponeretur habito respectu ad rem, non posset excedere quadruplū, ut hoc §.nostro.& hoc siue per nomina multiplicatiua, seu per simplicē summā apponatur. nec in hac solu.gl.facit inter ista verba aliquā differentiam. Et quod gl.istud, quod dicunt doctores, non senserit, patet, quia non dixisset quòd in d.l.si manumissus. pœna nō præstatur habito respectu ad rē: sed dixisset, quòd ibi per simplicia uerba: hic uerò per uerba multiplicatiua. Et si istud sensisset, ut utiq; sciuisset Accursi.dicere, & facilè illi fuisset, arg.

arg.c.ad audientiam.extra de deci.& l.vnica.§.fin autem ad deficiẽtis.C.de cad. tol.intelligo igitur gl. simpliciter prout stat,quod in l.contrar. pœna non apponitur habito respectu ad rem quo casu nõ excederet quadruplum,vt hoc §.nostro. Sentite ergo quod ibi apponitur habito respectu ad punitionem delicti,, cùm aliàs non posset esse pœna. l. aliud est fraus.ff.de verb.signifi.& sic glo. nostra non discrepat à conclusione,quam hic ad solu. cõtrarij firmant doctores, & immeritò reprehenditur. Et hànc credo fuisse veram mentem istius gloss. Carcassona Sardus.

e CONVENTIONALI] An & quãdo pœnæ conuentionales peti possint,vide do. Alex.de Imol.in consi.32.in 4. & vltim.colum. in 2.parte.

f NON POTEST] Adde Franc.Aret.in l.lecta.si certum peta.& do.Alex.de Imo.in consi. 119.in 2.par.& Ant.de Prave.in consi.46. inter consi.do.Alex.in 4.par. & do.Alexan.de Imol.in consil.46.ead. parte, & in consil.47. & in consil.73. eadem parte.

g IN L. CVNCTOS] Et ibidem vide Fran. Are. & adde idem tenentem do.Maria.Soc.in consi.2. incip.sequendo.ver sicu.circa tertiam quæstionem. circa princ. in 1.part.& Petr. de Ancha.in consi.138.& Lud.Rom.in consi 507.

h Vide bonum tex.in l.Titius.circa fi.ff. de act.em.Sardus.

i REMISSIONES] Tu vide do. Alex.de Imol.in consil. 46.& seq.& in consi.52. in 4.part. & in consi.105.in 1.col.in 3.par.facit ad dictam quęstionem Ang.relatam hic per Iaco. id,quod habetur per do.Bar.Soci.in consi.171.incip.pręsens consultatio.ver.1.per ea quæ.versi.tertia difficultas.in 2.par. vbi ponit an vsuræ peti possint per emptorem qui non fuit in mora soluendi pretium, sed venditor non dedit fideiussores,vel non tradidit possessionẽ liberã, prout ipse promisit.

k FACIAT] Sed nunquid,teneor ne,si illud malum possit etiam bonum importare?vt quia dedi consilium alicui,quod potest importare bonum & malum modum faciẽdi aliquid. vide Feli.in c.auditis.in fi. pen.col. de præscrip. quod præsumitur sensisset de bono modo,& non de malo: & statur interpretationi meæ:& sic non teneor.

l * Et hoc in actione Quod metus causa,æstimatio damni veniat non per officiũ iudicis,sed per viam actionis. Probatur: quia actio,Quod metus causa est mista,partim pœnalis, partim rei persecutoria:vt §.ex maleficijs.suprà eodem.ergo æstimatio damni venit per viam actionis: alioquin non esset mista. Sardus.

m IMOL.] allegat d.l.in libr. meo Sardus.

n * Adde quod opin. Vltramon. de iure mihi videtur vera: nam si ualet argu.de q.nostra ad actionem iniuriarum, vt gl. nostra hic arguit in actione iniuriarum expeditũ est,ipsi filio iniuriato in defectum patris,uel absentiã competere iniuriarum actionem.l.sed si unius.§. ait prætor. ff.de iniur. ergo & in casu nostro. Et utinã de facto seruaretur,q.forsan quàm plurimi scholares iniquis persuasionibus ducti, tempus, & honorem simul non contemnerent, & miserandi parentes post innumerabiles expensas filiorum ignorantiam non lugerent: & cùm propter absentiam parentum & propinquorum, emendatione careant,quæ illos ad uiam reduceret, iuxta l.unicam.C.de emendatio.propinq.& sit fragile iuuenile consilium, & multis captionibus suppositum:ut l.1.in princ. ff.de mino. latior debet esse uia ad huiusmodi corruptores puniendos: ut sic mihi applaudet Vltramontanorum sententia.Anto.Ange.Carcassona Sardus.

SVMMARIA VERSI: TRIpli verò.

1 *Executorum species in iure nostro quot sint.2.3.*

4 *Executores,qui repræsentant partes in iudicio,quibus nominibus in iure nuncupentur.*

5 *Executoribus,seu viatoribus, quibus citationes committebantur,qualiter salaria dabantur. 6.42. & sequen.*

7 *Salaria qualiter solui debeant aduocato & consultori.8.*

9 *Gabella si statuto cauetur quod de precio rei venditæ soluatur tantùm, an intelligi debeat de pretio quod in effectu remanet penes venditorem, deductis omnibus expensis factis in subhastationibus, vel datis pxenetis.*

10 *Gabella si de quolibet legato solui debeat pro libra, an intelligatur tantùm de eo,quod superest de legato, deducto omni onere.*

11 *Gabella si statuto cauetur quòd pro qualibet libra soluatur tantùm,an si quis promiserit alicui mille libras soluendas tantùm quadringentas omni anno,an interusurium medij temporis deduci debeat.*

12 *Beneficium vacaturum si quis impetrauit vsque ad valorem centum ducatorum, & non vltra: an si contingat vacare vnum reditus ducentorum ducatorum, tamen computatis expensis non valet nisi centũ, rectè dicatur impetratum, ita quòd habere, & retinere possit.*

13 *Gabella si statuto cauetur quòd de legato solui debeant decem pro libra valoris rei legatæ, an si legetur equus, qui viginti valet cum hoc quod soluãtur hæredi decem, solui debeat, & de quanto, & qualiter.*

14 *Actor si in libello inseruerit maiorem quãtitatem, an teneatur ad triplũ eius, in quo reũ damnificabit. 15. 44.*

16 *Plus petere loco,aut causa,quando dicatur.*

17 *Actor quid si maiorẽ quãtitatem in libello complexus sit, vt maioribus expensis circa salaria notariorũ, & aduocatorũ afficeret aduersariũ suũ,an puniatur. 19.20.24.*

18 *Pœnæ sunt restringendæ.*

21 *Extensio ex identitate rationis in pœnalibus fieri põt.22.*

23 *Dispositio huius §. an valeat extendi ex identitate rationis. 25.*

26 *Libellus in quibus causis non requiratur. 36.*

33 *Libellum in scriptis an quis obtulisse videatur, si iret coram iudice,& diceret notario actorum, scribe qualiter peto centum a Titio, in quibus peto eum condemnari.*

34 *Libellus an mitti debeat simul cum citatorio, an verò citatio præcedere possit.*

35 *Libellus an de consensu partium omitti possit.*

Libelli productioni an renuntiari possit.

37 *Libellus sine appositione qualitatum an procedat.*

38 *Iudicium, si non sit petitum à patre libellum incertum declarari, an procedat.*

39 *Libellus incertus an procedat parte non opponente.*

41 *Sportulæ quæ nuntijs publicis præstantur, an ante litis contestationem præstentur.*

45 *Sportulæ qualiter iudici delegato præstentur. 46. 47.*

48 *Sportulæ an arbitro debeantur, & nunquid arbitratori. 49.*

50 *Salaria promissa doctoribus, & aduocatis, hodie a suis clientulis peti possunt.51.*

52 *Aduocatus an pro singulis causis centum florenos accipere possit. 53.*

54 *Aduocati salarium a pauperibus recipere non debent.*

55 *Sportulas in causis miserabilium personarum iudices habere non debent.*

56 *Salarium quando notarius conficit instrumentum de aliquo actu vel contractu pauperis, accipere non debet.*

57 *Procuratores, & notarij, sunt excoriatores pauperum.*

58 *Salarium an, si partes concordauerint inter se, habere debeat iudex, licet sententiam non ferat.*

59 *Salarium aduocato quo tempore debeatur. 61.*

60 *Salarium medici recipere non debent ab infirmis, nisi cum sani fuerint.*

62 *Libellus quando actor maiorem quantitatem exprimeret in libello quàm deberet, vt reum maioribus expensis in sportulis executoribus præstandis grauaret, qualiter formandus sit.*

VERSI.

VERSIC. TRIPLI VERO.

1 AD euidentiam huius versi. præmittite vobis vnum verbum, † ꝙ executorium in iure nostro multæ & variæ sunt species. Quidam enim sunt executores vltimarum voluntatum, de quibus nihil ad propositum, sed de eis habetur in l. id, quod pauperibus. vbi latè per Cy. & latius per Baldum & Salic. C. de episcopis & clericis. & in l. nulli. per eosdē. in eo. tit. & latè per Bart. in l. alio. & in l. à filio. in princ. ff. de alimen. & ciba. leg. & plenissimè per Spec. & Ioan. Andre. in titu. de instru. edi. §. non verò aliqua, per totum illum §.

2 † Quidam autem sunt executores, qui sententias exequuntur, siue mandant executioni: & de his nihil ad propositū tex. nostri: sed de his loquitur tex. in l. executorem. cum simi. C. de execu. rei iud. & ibi dicit textus, ꝙ isti propriè appellantur executores, alij non: & sic quòd iste terminus Executores, propriè significat istos, qui sententias latas executioni mandant.

3 † Quidam, & tertiò sunt executores, qui representant partes in iudicio, illas citando: & consequenter, qui mandant executioni sententias interlocutorias de citando aliquē: de istis tractat §. noster, & textus in l. oēs. §. executoribus. C. de episcopis & clericis. Ita has species executorum declarat Azo. in Sū ma titul. C. de sportu. & Nicolaus de Neapol. hic, in quarta quæstione.

4 Et aduertite † ꝙ executores nuncupantur in iure nostro varijs nominibus: aliquando executores, aliquando viatores: vt hoc textu, quandoque causam præparantes: quandoque officiales, quandoque apparitores, quandoque Cæsariani, siue catholiciani: ut per gl. magistra. in §. his, qui causas præparant. in ver. exceptoribus. in Authē. de iud. col. 6. & per gl. in d. l. executorem. C. de executione rei iudicatæ.

5 † Et istis executoribus, siue viatoribus, quibus citationes committebantur, (de quibus tractat textus noster) dabantur salaria secundum quantitatem summæ petitæ in libello: vt declarat hic glossa prima mag. Si quis ergo maiorem quantitatem pecuniæ in libello inserebat, vt isti executores maiorem summā nomine sportularum consequerētur, tenebatur ad triplū: vt hac litera. Et istud sit vobis satis pro figuratione casus. Iste versi. fuit summatus suprà in princip. huius.

6 † Nota primò ex hoc versiculo quòd salaria de iure debent solui nuntijs, siue executoribus, secundum quantitatem summæ petitæ: licet secus sit de consuetudine, vt dicit gloss. prima mag. vbi uidebitis. Et aduerte quòd hic non triplicatur id, qđ petitum est vltra ueram æstimationem. sed solum id, in quo reus passus est damnum. Et sic habetis quòd propriè non attenditur ipsa petitio, sed effectus damnum passi.

7 † In alia autem materia extra istum casum, nunquid attendatur petitio, an uerò id, quod effectualiter exigitur, seu exigi potest: puta si deberetur tantum pro libra consultori, vel aduocato: nunquid inspicietur illud, quod petitur, an verò id, qđ effectualiter exigi potest tātùm, fortè propter inopiam aduersarij? † Vel quid, si esset statutum in ciuitate quòd qui habet

8 instrumentum à centum libris suprà, debeat illud insinuare penes acta intra sex menses, aliàs illud instrumentum non valet: ac si aliquis haberet instrumentum centum librarum, licet in patrimonio debitoris non sunt, nisi quinquaginta, ita quòd in effectu non est instrumentum, nisi de quinquaginta, an illud instrumentum, si non insinuetur intra sex menses, valeat: & sic an debeat inspici tenor instrumenti, an verò effectus exactionis: videte textum solennem in leg. in offerendis. C. de appel. & ibi in terminis Barto. qui ad hoc no. illum textū & summe commendat. Vide etiam textum in §. ad excludendas in Authentica de litigios. & Bartolum in l. qui tabulas. circa princip. ff. de fur. & quod no. Bar. in l. penultima. §. finali. per illum tex. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

9 † Videte etiam quod alibi ponit not. Bartolus in leg. sed si hoc. §. cuidam. ff. de conditio. & demonstra. ubi ponit an stāte statuto ꝙ de pretio rei venditæ soluatur tantum pro gabella, puta tres denarij pro libra, an debeat intelligi de pretio, qđ in effectu remanet penes venditorem, deductis oībus expēsis factis in subhastationibus, vel datis proxenetis. De quo etiam per Baldū in leg. prima, in secunda colū. C. de fru. & li. expen. Ang. & Imol. in l. ciuitatibus. §. finali. ff. de legatis primo, per Imo. in l. non amplius. in princ. ff. de legatis primo.

10 † Et an si de quolibet legato debeat solui tātum pro libra, an intelligatur tantùm de eo, quod superest de legato deducto omni onere: vide Bal. Ang. & Imo. in dicta l. non amplius. in princip. per illum textum.

11 Et an stante statuto † ꝙ pro qualibet libra soluatur tantum pro gabella: tu promisisti mihi mille libras, & conuenisti, & promisisti soluere quadringentas tantùm omni anno, an debeat deduci interusurium medij temporis, cùm in effectu quā titas tota sit minor omni anno pro centenario: vide singu. Barto. in lege in lege Falcidia non habetur. ff. Ad legem Falcidiā. Ad ista uide etiam quod signanter determinat Barto. in l. quoties. per illum textum. ff. ad legem Falcidiam. Nam de iure cōmuni, donatio vltra quingentos aureos, si non sit insinuata, non valet: an si detracta gabella in effectu non restāt nisi quingenti aurei, an valebit donatio sine insinuatione.

12 † Et an si quis impetrauit à summo pontifice rescriptum, ꝙ sibi conferatur beneficium primum vacaturum, quòd ascendat vsque ad summam centum ducatorum, & non vltrà: an si contingat vacare vnum beneficium, quod in ueritate afferat fructus, & prouentus producentes ducentos, sed postea sunt tot expensę necessariæ quòd in effectu non restant nisi cētum, nunquid illud beneficium habere, & obtinere posset. Videte Bal. in l. prima. versi. pone, impetraui Cod. de fru. & lit. expen. & Paul. de Cast. in dicta l. non amplius.[a] in princip.

13 † An stante statuto quòd de legato debeat solui gabella decē denariorum pro libra valoris rei legatæ, & legatur equus, qui ualet viginti, cum hoc quòd soluantur hæredi decem, de quanto debeat solui gabella? De quo uidete Bal. Ang. & Ioā. de Imo. in dicta l. non amplius. in princip. ff. de legat. primo.

14 † Secūdò literaliter nota, quòd si actor in libello maiorem quantitatem inseruerit, ad hoc ut nuntij publici, siue executores litium maiora salaria cōsequantur, quòd actor tenetur ad triplum eius, in quo reum ex hac maiori petitione damnificauit: ut hic habetis ad contextum.

15 † Et aduertite pro ampliatione §. quòd iste tex. locum haberet nedum si plus peteretur re, siue summa, vel quantitate, sed etiam si plus peteretur loco, aut causa, vt semper condemnari debet actor in omni damno sportularum propter hoc datarū nuntio, in triplū. Ita in terminis tenuit glos. in ver. amplius. & Inno. in c. vnico. extra de plus peti. secundum quod referuut, & sequuntur Ioan. de Platea, & Angelus hic.

16 † Quando autem dicatur plus petere, loco, aut causa, videbitis in §. plus autem. infra eodem. Si autem actor plus peteret tempore, non habet locum pœna huius §. quia ad illā petitionem non posset hic §. adaptari, ut clare patet ad sensum: quia per illam petitionem factam plus tempore nuntius publicos, siue executor maius stipēdiū noīe sportularum nō cōsequeret: haberet tñ locum hoc casu pœna. §. hodie autem. ĵ. de excep. quæ est, quòd tempus duplicetur ipsi reo, & eo elapso, adhuc non audiatur ipse actor, nisi prius resarcitis omnibus expensis litis factis per ipsum reum. in alijs autem expensis litis clarum est, hunc §. non habere locum: sed in eis condēnatur, qui succumbit in causa, si apparet eum temere litigasse: sicut obseruatur in omnibus, iuxta formam l. properādum. §. siue autem alterutra. C. de iud. & l. eum, quem temere. ff. de iudic. & l. terminato. C. de fruc. & lit. expen.

Et iuxta hunc §. posset probabiliter dubitari secundum doctores hic, cum videamus quotidie quod notarij, aduocati, & consultores maiora salaria recipiunt pro magna causa, quàm parua, saltem de consuetudine, quamuis aliud sit de iure, iu-

17 xta ea, quæ late dicam infrà super glo. prima mag. † nunquid si aliquis maiorem quantitatem complexus esset in libello, ut maioribus expensis circa salaria notariorum, & aduocatorū afficeret aduersarium suum, an habeat locum pœna huius §. ita quòd illud plus triplicatum deberet ab actore præstari ipsi reo? Videtur primò quod sic: cum militet ratio §. nostri. Ioānes Faber determinat contrarium, & eum sequuntur Io-

18 annes de Platea, & Angelus hic. Mouentur omnes, † quia dispositio huius §. quæ est pœnalis, non deberet extendi,

O etiam

etiam ex identitate rationis:quia pœnæ sunt restringendæ.Allegat ad hoc Ioannes Faber leg.quod verò contra. ff.de legatis.facit lex præsens.& leg.interpretatione.ff.de pœnis. Adducit pro hoc Ioannes de Platea.& Angelus de Aretio glo.valde singul.in §.sequens.versicul.ex maleficijs,in versicul.in iudicium.supra eodem. Subdit tamen Ioannes Faber satis di-
19 ci posse,quòd iste actor teneatur actione de dolo:vel fortè,& melius,secundum eum, recuperabit expensas rationes temerariæ vocationis,iuxta dictam legem,eum quem temerè:cum similibus suprà proximè alleg. Ego contra hos patres auda-
20 cter firmo contrarium,& teneo † quòd imò iste §.habeat locum etiam in petente maiorem quātitatem in libello, ad hoc vt reus maiora salaria præstet notarijs.& aduocatis, quòd illud plus,in quo damnificatus fuerit reus,debeat triplicari, secundum formam præsentis §.Et moueor proprio fundamen-
21 to istorum doctorum tenentium contrariū. † quia imò in pœnalibus,& odiosis,ex identitate rationis fit extensio: vt est solennis textus de hoc in capitulo primo.§.porrò. in versic. sed quia natura nouas deproperat edere formas in titul. quæ fuit prima causa benefic.amitten.in vsibus feudorum. & ibi Baldus expresse notat, qui dixit quòd ibi est textus melior de iu-
22 re,ad hoc † quòd in pœnalibus, & odiosis procedatur de similibus ad similia.Facit lex his solis,in versicul. satis etiā cautum putamus.quam etiam ibi no.Bal.ad hoc. C. de reuo. donatio.iunctis plerisque alijs, quæ in hoc proposito firmando
b vobis allegaui in §.sequens.b in glo.fina.in versiculo, ipsius, suprà eodem. Ergo in proposito nostro in terminis huius §. quantumcunque in pœnalibus, licita est extensio ex identitate rationis.

Non obstant iura in contrarium adducta, & primò l. præses.& l.interpretatione.cum similibus. quæ volunt dispositiones pœnales non esse extendendas: quia respondeo, illud verum,nisi ex identitate rationis fiat extēsio:per text. in dicto §. porrò.cum alijs præalleg. Non obstat etiam illa singul. gloss. per dict.§.sequens,versicul.ex maleficijs,super versicul. iudicium. quæ singulariter vult, quòd imò etiam ex identitate rationis in pœnalibus non fiat extensio: quia respondeo quod illa glo.procedit,& habet locum, quādo pœna imponeretur habito respectu ad priuilegium alicuius particularis personæ:quia tunc bene verum esset, quòd nulla fieret extensio de similibus personis ad similes personas,nec de similibus casibus ad similes casus.Ita ibidem pulchre declaraui, & limitaui illam glo.ex mente Bal.in cap.primo.dicto §.porrò.ad hoc reputantis illam gl.& eius doctrinam bene singularem. Ego tamen ibidem dedi alias gl.concor.dicite vt ibi habuistis. Cū ergo in proposito nostro pœna huius §. non imponatur habito respectu ad priuilegium alicuius personæ,certè bene poterit extendi ad alios casus habentes similem rationem. Et per ista infero uobis secundam ampliationem ad tex.nostrum. &
23 vltra proximè adducta pro opi.mea contra docto.dic † quòd imò dispositio huius §.quantumcunque pœnalis,extendatur ex identitate rationis,vt tenent ipsimet Ioan.de Plat. & Ange. hic,sibi inaduertenter contrarij,dum volunt (secuti gl. & Innoc.in dicto cap.primo,extra de plus petit.) quòd dispositio huius §.pœnalis loquentis in petente maiorem quantitatem, & sic petente plus re, extendatur etiam ad petentes plus loco,& causa,prout suprà retuli.

24 † Aduertatis etiam pro maxima limitatione tex.nostri. ꝙ pœna tripli. quæ ponitur in hoc §. habet locum nisi actorem pœnituerit ante litis contestationem:quia tunc ad simplū expensarum tantummodo tenebitur.Ita tenuit Placen. in gloss. relatus.per gl.in leg.vnica,in glo.mag.in fin.C.de plus pet.& ibi illum sequuntur Iacob.de Are. Cyn. & communiter doct. maximè Bald.qui hoc disputat, & Salicet. & ita etiam firmat Angel.hic,& sequi videtur Nicol.de Neapo.hic in apostil.tex. Et ad hoc firmandum faciunt multa pulchra, quæ dixi in §. omnium.suprà eodem circa limitationem leg.fin.ff.de rei ven
c dica.quæ omninò hic addite.Gl. c * tamen contrarium tenuit in dicta leg.vnica.secundum quod eam refert Nicol. hic: cuius veritas pendet ab his,quæ dixi vobis in §.sequens. in vers. ex maleficijs.super glos.in uer.distulerit. in quarta & quinta partibus principalibus.suprà eodem,vbi videatis.

25 An † autem,sicut pœna leg.vnicæ.C. de plus peti.cessat, & locum non habet,si in libello esset apposita clausula, Saluo iure superflui:prout eleganter firmat do.Anto.de Butr.in cap.secundo,in penultima columna.extra de libel.obla.referens ita tenere Specul.in loco per eum ibi.allega. an idem esset in casu §.nostri:vt si in libello,in quo esset incerta maior quantitas debiti esset postea adiecta illa salutaris clausula,Saluo iure superflui:cessaret pœna §.nostri:Cogitabitis, quia non inuenio istud in specie in terminis §.nostri tangi. Multùm tamen faceret,quòd sit simile,quod proxime allegaui. Et si istud ꝓcedat ad textum nostrum,est ad eum singularissima limitatio.Et sic ex prædictis starent duæ limitationes ad tex.nostrum. Tertiā limitationem videbitis infra in glo.mag.in tertia parte principali.Plura notabilia non colligo ex isto textu:quia tria notabilia alia colliguntur ex hoc textu per gloss. 1.mag. quā capio.

Gloss.in versicul.in libello. quam diuido in septem partes principales.In prima colligit vnum notabile ex textu,& illud declarat quo iure procedat,& posteà limitat. In secunda colligit aliud notabile ex textu nostro. In tertia aliud. In quarta aliud.In quinta ponit etiam aliud notabile:sed illud non colligitur ex hoc textu.In hac ergo quinta parte glo. per modum huius notabilis ponit,quæ sunt illæ personæ, quibus remittantur istæ sportulæ exoluendæ in totum,vel in partem.In sexta iuxta proximum præcedens notabile format quæstionem,& soluit.In septima quęrit,an iste §.hodie sit correctus.Secūda ibi: item secundò nota.Tertia ibi:tertiò nota quòd sportulæ.Quarta ibi:item nota quòd reus. Quinta ibi: item non adhuc. Sexta ibi: sed quæro,si hæ personæ. Septima ibi: sed cùm hodie caueat.

In eadem glo.ibi:in Authentic.de manda.princip. §.fit tibi.dicite uos,& melius,per glo.in §.necessitatem.super gl. in versicu. ex non scripto.in Authentica,vt iudic.sine quoquo suffra.& adhuc plenius.per gloss.illam solennem, & magistral. in §.sancimus.in glo.mag.super versicul.libellum.in Authen. de exhib.& in ro.reis colla.5.

26 Et ibi glo.addit † plures alios casus,quam quatuor,in quibus non requiritur libellus.De quo etiam videatis gl. plenam in versic.illustrium.in cap.fin.de re iud.in sexta.Et si vultis plenissime videre recurratis ad Spec.in titul.de libell.concep. §. nunc uidendum, enumerantem 46. alias quinquaginta casus in quibus non requiritur libellus,& in quibus, procedatur sine libello:ibi videatis plene per eum,& inuenietis totū,quicqu d fere dici possit in hac materia. Quam late postea am-
27 pliando profecutus est Ange.hic,qui inter cætera ponit, † an
d in causis,in quibus cognitio est summaria,requirat libellus,&
28 an requiratur in causis breuioribus,† & an requiratur in causis in quibus procedēdum est summarie simpliciter,& de plano.de quibus in locis præallegatis,& Barto.in extrauagan.ad reprimendum,in versicul.summarie.in princ.& in versicul. sine figura iudici.& in leg.nec quicquam.§.de plano. per illū textum.ff.de off.proconsul.& lega.per glo.& docto.& domi. Abbatem in cap.primo.de libelli oblatio.& per omnes in clemen.sæpe.in princip.de verb.signifi.& per Cyn.Bal. & latius Salic.in Authen.offeratur.C.de lit.contest.

29 † Tangit etiam successiue Angel.hic impertinenter, & late prosequitur, an, & quando proceditur officio iudicis, regulariter requiratur libellus? De quo late per Bartol. in dicta leg.nec quicquam. §. ubi decretum. & in repetitio.leg.creditores. in vltima columna & ultim.quæstio.Cod. de pignor. & leg.quarta.§.hoc autem iudicium.in sexta & septima quæstio.ff.de damn.infect.& in leg.prima.§. final. ff. de uarijs & extraordin.cog.& in leg.ab hostibus.§.sed quòd simpliciter. ff.ex quibus caus.ma.& Bald.in dict.Authentic. offeratur. C. de lit.contesta.& plene in repetitio.leg. incerti. in penultima
e colum.C.de interdi.& in leg.prima.e ff.de iurisdict. omnium iudicum.& per domi.Anto.de Butrig.in capit.final. & ibi per
30 Abb.Panormita.extra de offic.iud.† Et an, quando agitur officio iudicis ad exhibitionem reuerentiæ debitæ,hoc casu requiratur libellus: uideatis in specie Baldum in dicta leg. nec
31 quicquam.§.de plano.per illum textum;† Et an iudex sine libello ad simplicem querelam possit mandare parti,ne intret possessionem,an uerò necessarius sit libellus:est vtilis, & quotidiana quæstio,de quā uideatis not.Bald. in leg. ordinarij. in 3.col.versi.sed vlterius quæro,duo asserunt se possidere, C.de

C.de rei vendicatio. & in l. quisquis. C. qñ appell. non reci. & Spe.in titu.de lib.concep.§.nunc dicendum.in versicul. 12. & quod no.Baldus in leg.finali,in secunda column.C.de edi. diui Hadria. tol.& in l.vis eius.C.de probatio.& Innocen. in cap.in præsentia.extra de probatio.

32 † Et nota diligẽter quòd in omnibus casibus, in quibus nõ requiritur libellus,quos suprà proximè remissiuè dixi , in eisdem etiam non requiritur aliquis alius processus ordinarius. Ita eleganter dixit Bald.in capitul.primo.§.insuper.de proh. alie.per Fede.

33 † Aduertite etiam diligenter quòd in casibus, in quibus requiritur libellus,quod est regulare, si aliquis iret coram iudice,& diceret notario actorum:Scribe qualiter peto à Titio cẽtum,in quibus ego peto eum condemnari,&c.quamuis notarius hoc scribat in actis, per hoc tamen non videtur libellum in scriptis obtulisse: nec dicitur procedere ordinario modo ; sed extra ordinem.Istud est, quod in terminis voluit singulariter Bartolus in leg.in sacris,la tertia.C.de sa.scriniorum.li.12. Et hoc no.ex gl.ibi.& reputat bene signandum: quia secundũ eum,posset sæpe contingere de facto. Et hoc dictum sequitur Ludo.Roma.in l.prima,in secunda col. ff. de arbi. de quo videatis Bal.in Auth.offeratur.ad fin.C.de lit.contest. & Ang.in leg.prima in princip.in prima column. & ibi Bald.& Paul.de Cast.in secunda columna.ff.de eden.

34 † Tangit etiam hic impertinenter, an libellus debeat mitti simul cum citatorio,an uerò citatio possit præcedere. Quod etiam latè examinat Nicol.de Neapo.in vltim. quæstio. extra glo.de quo videatis Cyn.Bald.Salic.in dict.Authen.offeratur. & Barto.examinantem in leg.si finita. in leg. Iulianus.in tertia col.in ver.item quæro.ff.de dam.infect.& ibi latè Ioan. de Imo.facientem quatuor casus principales.vt ibi per eum , & Barto.in extrauag.ad reprimendum.in ver.super dicto crimine.Specul.in titu.de libel.concep.§.nũc videamus.& §.restat. & glo.in c.quoniam frequenter.in fi. extra,ut lite non contest. & glo.in c.2.extra de dila.

f † f Tangunt etiam hic Ioan.de Pla.& Ange.an libellus cõ
35 sensu partium possit omitti: & consequenter,an productioni libelli possit renuntiari per partes.De quo per glo. in dict.Authen.offeratur.in glo.fi.in verbo,pro nihilo.& ibi Bar. & Bal. & Sal.C.de lit.contest.& gl.in cap.de causis . & ibi Canonist. extra de offi.deleg.& glo.in cap.fin.de re iud.in sexto:& glo. in cap.primo.& ibi etiam per Canonistas extra de libel. obl. & glo.in clemen.sæpe.in glo.fin.& ibi per Innocen.de uerbo. signi.& glo.in §.sancimus.in glo.mag.in vers.libellum.in Authen.de exhib.& introdu.reis.& Bal. in Auth. generaliter. C. de epis.& cle.Spec.in tit.de senten.§.iuxta.versic.quid de procuratore.Imo.in leg.si conuenerit.ff.de re iud.& Barto.in leg. quoties.C.de priui.schol.lib. 12.vbi multa pulchra dicit.Sed non credo quòd sit lectura Bart. quia non legit nisi decimum librum,morte præuentus.

36 † In ead.glo.ibi:aliud est de iure ueteri.Videte gl. quæ hoc disputat,& idem tenet,quòd hic,in dicto §.sancimus.in gloss. mag.in verbo,libellum.in Auth.de exhi. & introdu.reis. Istæ

g glo.verum dicunt in ciuilibus:secus in criminalibus,g* in quibus etiam olim necessariò dabatur libellus,iuxta l. libellorũ. in prin.ff.de accu.secundum docto.hic,vt Ioan.Fab. Ioan. de Pla.& Ange.& Nicol.in 15.oppo.glo.

In eadem glo.ibi:l.si in rem.§.& si vestimenta.dicite prout dixi in §.omnium.in penulti.charta mag.suprà eodem . & videatis glo.in l.prima,in princ.in glo.ma.ff.de eden. & solennem glo.in dicto §.sancimus.in gl.mag.super verbo, libellũ. in Auth.de exhib.& intro.reis.col. quinta.& Specu. in titu.de lib.concep.§.nunc ostẽdamus.in fin. & videatis omninò tex. & ibi pulchrè Barto.in l.in actione.ff.de fur.& Bar. in dicta l. si in rem.ff.de rei vend.& leg.inter stipulantem.§.primo.ff.de verb.oblig.& in l.nõ solum.§.sed ut reprobaui.ff. de ope. no. nun.& in dicta l.prima,in princ.in secunda col.ff. de eden. & glo.& docto.in cap.secundo.extra de lib.obla.Inno.in c.certificari.extra de sepul.& Barto.in l.prima, §. si quis argentum ff.depo.& ibi habetis sing.glo.in uersi.iuranti. quæ vult † ꝙ si actor ignoraret qualitatem rei,vel eius demonstrationem , & ita iuraret,quòd tũc procederet libellus sine appositione qua
37 litatum.Bene verum est,quòd illæ qualitates deberent postea in processu probari,ut ibi dicit glo.Quod etiam tetigi in d.§. omnium,post clausulas consuetas apponi in libellis .

Tangitur etiam in locis proximè allegatis, in quibus etiam
38 habetis † an procedat iudicium,si non sit petitum à parte libellum incertum debere declarari . Circa quod videatis etiã quæ pulchrè tetigi in §.omnium.in illo puncto,an si proponatur libellus generalis nulla causa expressa , an procedat si nõ
39 opponatur à parte . † Et de libello incerto an procedat parte non opponente , tangitur etiam vnum verbum per Ioann. de Plate.& Ange.de Aretio hic.

In eadem gloss.ibi:sed hodie magis secundum consuetudinem,&c.Dicit Ioan.Fab.hic,quòd istud est etiam de iure, per Authen.sed hodie.C.de episcop. & cleric. credit verius esse , quòd vtrunque attendi debeat,& lõginquitas itineris, & quãtitas causæ.De quo vos videatis solennem gloss.in §.audient. versi.nullo.super versi.disposita. in Authẽ.de iud.col.sexta.Et idem scilicet quòd sportulæ istæ debeantur istis nuntijs publi
40 cis,seu executoribus † hodie,etiam de iure,secundum longitudinem itineris,puta tot denarios pro milliari,non autem secundum quantitatem pecuniæ petitæ,tenent etiam Ioann.de Pla.& Ange.hic.Bal.autem in Auth. offeratur . in quarta colũ. dicit quòd istud est de generali cõsuetudine,quòd salaria præstantur istis nuntijs secundum longitudinem itineris . Et pro hac consuetudine alleg.tex.in ratione sui, in leg. pro locis. C. de anno.& tribu.lib.10.& in l.cùm post sententiam discusso-
41 ris.C.de appellatio.& ibi etiam subdit Bal. † quòd istæ sportulæ,quæ præstantur istis nuntijs publicis, siue executoribus , præstantur ante litis contestationem, per hunc §. Illæ autem , quæ præstantur iudicibus,præstantur post litis contestationẽ, per §.ne autem.in Authen.de iudi. Et hoc etiam ponit Angel. hic:quæ habetis etiam hic in glo.super vers. sportularum.quę melius locuta est,dicens quòd salaria,quæ præstantur iudicibus,non præstantur post litem contestatam,vt ipsi dicũt, imò medietas in ipsa contestatione,& alia medietas in fine litis,ꝑ
42 dict.§.ne autem.† Illud tamen,quod doctores volunt , quòd nedum de consuetudine, sed etiam de iure præstentur hodiè ista salaria nuntijs publicis secundum longitudinem itineris nullatenus placet mihi,quia nulla lege sufficienter probatur , & maximè, quia esset inducere correctionem huius §. etiam de iure:quod de facili non est admittendum, vulgata l. vnica. C.de inoffi.dom.& statim subijciam .

43 † Ex prædictis ergo habetis inferre quòd cùm de consuetudine salaria præstentur istis nuntijs publicis solùm habito respectu ad longitudinem itineris, nõ autem ad quantitatẽ petitam,vt vult gl.nostra, & firmant docto,vt prædixi,quòd iste §. non obtinebit locum de consuetudine: & sic de consuetudine remanebit correctus.Et hoc apertè firmat Io. Fabr.hic.Et qñ esset verum,quod etiam de iure salaria præstarentur, vt proximè dixi, secundum Io.Fab.Io.de Plat.& Ang.hic , sequeretur quod etiam de iure hodiè iste §. esset correctus , prout affirmant Pet.de Bel.Per.& Iacob.de Rauen.hic.Sed ego nullatenus admitto : quia non video vbi istud probetur iure , vt proximè dixi .

In eadem gl.ibi : dicas quod hic dicitur. Aliqui habent alternatiuã,Vel dicas:ꝓut habuit Io.Fab.& iudicio meo,illa alternatiua Vel,nõ benè stat:quia non benè descenderet ex præcedentibus.Aliqui habent.Et dicas : prout ego habeo: & ista est melior litera:quia non respicit præcedentia , sed tendit de per se ad declarationem textus .

In eadem gl.ibi:id est, causatiuè,non consecutiuè.Hæc verba gl.sunt multùm obscura,quæ clarius ponuntur, & declarãtur per gl.infrà.in versic.consequetur. quibus gl. simul iũctis,
44 mens earum fuit in his verbis dicere. † quòd quando actor in libello dolosè,& studiosè plus petijt ob hanc causam, vt salarium sportularum cresceret:& sic illud ob hanc causam ponitur hic causatiuè : & tunc habet locum pœna huius §. nostri. Si verò actor fecisset hanc petitionem maiorem,non ob hanc causam accrescendi sportulas,sed alio respectu,puta per errorem,vel fortè per temeritatem:& tunc quamuis propter hanc maiorẽ petitionẽ executor cõsequeretur maius salarium nomine sportularũ,& sic reus grauaret maiori præstatione sportularũ:tñ quia istud nõ eueniret causatiuè, hoc est,ꝙ ob hanc cãm accrescendi sportulas nũtijs,fuerit facta ista maior peti-

tio:sed eueniret consecutiuè,quia per illud plus consequeretur executor:hoc casu non haberet locum pœna.§.nostri: & actor non incideret in pœnam huius tripli. Et hanc declarationem ad glossam nostrā colligo ex mente doctorum hic: vt Ioan.Iacob.de Rauen.Ioan.de Pla.& Ange. quamuis ipsi non ita clarè exponant,prout ego dixi. Et sic secundum istam glossam,ita declaratam habetis magnam limitationem ad tex.vestrum,ut tunc demum habeat locum, quando illa maior petitio fuit facta dolosè,& studiosè ob causam istam,ut executor seu nuntius publicus maiores sportulas consequeretur.Si autem illa maior petitio non fuisset facta ob hanc causam,sed aliam,& sic dolus cessaret tantùm hoc respectu augumentandi salarium nuntij.quamuis effectualiter,& consecutiuè propter hanc maiorem petitionem nuntius etiam maiores sportulas consequeretur,tamen cessaret dispositio,& pœna §.nostri.cuius contrarium expressè firmauit gloss. in hocmet §. in versic.consequeretur.vbi Ioan. Faber putat uerius istud quod tenet glos.hic.quia cum iste §.sit pœnalis, & loquatur solùm eo casu,quo quis maiorem quantitatem expressit ad hunc finē,vt reus maioribus sportulis afficiatur: ut patet ex text. hic in uersic.vt ex hac causa viatores,&c.ergo hoc casu solo locū habebit.Refert tamen Iacob.de Rauen.tenere contrarium scilicet cum glo.ibi:& contra glo.nostram hic.Et cum Ioā. Fab. tenet etiam Ange.hic,per rationem,quæ parum faceret ī hoc proposito:quia ex ignorantia, quæ non habet admistam culpam,quis non est puniendus:ut l.respiciendum.§.delinquūt. ff.de pœnis.& ibi Bart.& l.prima & ibi Bart.ff.de leg.Et istud etiam ego teneo,& addo Bartol. in terminis idem tenentem in l.unica.in distinctione sua.C.de plus peti.

In ea.gl.ibi:nec decrescunt,licet sit parua. Intelligite hāc glo.dum tamen non sit ita parua, quin excedant summam cētum aureorum:aliàs ista gl.esset falsa,& diceret de directo cōtra tex.§.ne autem.in Auth.de iudi.s͠m Io.Fab.Io.de Pla. hic.

45 † In ead.gl.ibi:in Authen.de iudi.§. ne autem. dicite quòd ille.§.loquitur in iudice delegato à principe in quo bene sunt taxatæ certæ sportulæ:vt si causa sit intra cētum aureos, nihil habet à partibus sed habet de publico duas libras auri quolibet anno:si autem causa excedit summam centum aureorū, quando lis contestatur,tūc debent dari duo aurei ab vna parte, & duo alij ab altera parte, in fine litis: ut dicto §. ne au-
46 tem. † In iudice autem ordinario, & etiam in alio delegato: quoniam principis sportulæ non sunt determinatæ à iure, nec reperitur lege expressum, secundum gloss. in Authentic.offeratur.in uersi.præbitis sportulis.C.de lit.contestatione,in fi.in quibusdam personis, de quibus ibi per gloss. Et ideo subdit glo. illa consuetudinem terræ in eis esse seruandam.Et idem tenet gl.in dicto §.ne autem.in glo.prima, quæ subdit ꝙ Bononiæ soluitur decima in causis principalibus,alicubi media,ut fit in terris Comitissæ Matildæ. quod est ualde iniquum,secundum glo.ibi: Et idem scilicet quod in ordinario non sunt determinatæ sportulæ à iure, tenet etiam Bartol. in Authen.offeratur.& Imo. in l. Pomponius. aliàs incipit: si vni.de re iudic.Sed Inno.relatus per Ioan.Fab.& Ioan.de Pla.& Ange.hic tenuit in cap.cùm ab omni. extra de uita. & hone.cleri.quamuis glo.ibi teneat contrarium, quòd imò iudici ordinario nihil penitus debet solui,nec pro sportulis, nec alio modo:cùm habeant salarium de publico:vt in §.oportet. in Auth.de manda.princip.no.glo.in leg. fori. in uersicul. castrense.C.de aduo.diuer.iudi.& leg.velut. C. de asses. fortiùs
h ꝙ hodie non licet eis accipere esculenta hac poculenta: vt in Authen.scriptum est exēplar.in fi.colla.secund.secundū gl. in leg.plebiscito.in verbo,poculentum.ff.de offic.præsid. Solum ergo possunt habere expensas quando excedunt locum, in quo dubitant,ut cap.statutū.§.insuper.de resc.in sexto, vbi plenè de ista materia.& Inno.in dicto.cap.ab omni. ubi traditur ista materia.Ang.verò in dicta leg.Pomponius. aliàs inci. si vni.& in leg.secunda.C.de spor. tenuit quòd imò iudici ordinario taxatæ sunt sportulæ, quantæ delegato principis: per dict.§.ne autem.& hoc etia mihi vult glossa prima,quamuis, secundum eum,de iure canonico sint hodie interdictæ:per d. cap.cùm ab omni.ubi per Inno.& per eundem in cap.unico. extra de plus peti.Prima opi. suprà relata est magis cōmunis.
47 † Vbi autem iudici delegato non est prouisum de salario de publico,tunc sibi esset succurrendum secundum laborem, & qualitatem causæ,ad similitudinem aduocati.leg.prima. in honorarijs.ff.de var.& extraordi.cog.secundum Iacob. de Bel.in dicto §.ne autem.& Ioan.de Pla.& Ang.hic.

48 † An autem arbitrio debeantur sportulæ,videatis Specu.ꝙ sic,in titu.de arbi.§.sequitur nunquid arbiter.& sequūtur simpliciter Ioan.de Pla.& Ange.& Nic.hic in apostil.tex. & bonus est textus de hoc in l.quoties.in versi. in subeundis. C. de primi.schola.lib.12.Adde tu tex.in l.in sacris.la tertia.& ibi Bart. C.de proxi.sa.scri.lib.11.& Barto.in l.fin.C.de princip. agen. in re.lib.12.quamuis contrarium,& malè teneat Bald.in l.ge-
49 neraliter. ad fi.C.de episcop.& cleric. Subdit Nicol.hic † idē esse in arbitratore.ut ei sportulæ debeantur:arg.l.sed & loci. §.sed & si mensor.ff.finium regun.& l.prim.§.primo. & fi. ff. si mensor fal.mo.dixe.Et ita dicit tenere Gul.de Cu.in d. Authen.offeratur.C.de lit.contest.

50 † Et iuxta supra scripta notate vltra Scribentes hic,quòd salaria promissa doctoribus,& aduocatis,hodie possunt peti,& accipi à clientulis suis: ut l.medicos.circa fin. C.de profes.& medic.lib.10.secundū gl.& Barto.in leg.prima.§.primo.ff.de var.& extraord.cog.& glo.& Bartol.in l. archiatri. in vltimis uerbis.C.de profes.& medi.lib.10. Si autē non sit promissum salarium aduocato,tunc officio iudicis constituitur.l.prima, in princ.& ibi Barto.& §.in honorarijs.& ibi Barto.ff.de var.
51 & extraor.cog. † In istis locis habetis etiam de salario nota-
i riorū,& medicorum. i De quibus etiam per glo.& Cy. & Bal. in l.prima.C.manda.vbi etiam ponit Bal. quid in salario procuratoris,assessoris,medici,& similium personarum.

52 † Et quia supra uidimus in salarijs iudicum, & in aduocatis,aduertite quòd pro singulis causis potest aduocatus accipere centum florenos,& non vltra.Tex.est in l.prima §.diuus. il primo.& ibi Bar.no.ff.de ua.& extraordi. cog. Subdit tamē aduocatos curiæ Romanæ tanquam negotij proprij, non omninò legum expositores,illum tex.interpretari hoc modo: in singulis causis,id est, in singulis capitulis causæ, ita quòd in singulo capitulo causæ licitè capi possint centum aurei. Et ita dicit obseruari de facto: quamuis, secundum eum, de iure non sit uerum.

53 † Limitat etiam Bal.alibi illud, quod dictum est de centum florenis in aduocato,in l.j.ad fin.C. manda. vt procedat, nisi causa sit de vita: quia nullum est tunc taxatum salarium a iure.Eodem modo,secūdum eum,illi, qui sunt aduocati episcoporum episcoporum, vel abbatum pro statu dignitatis eorū,ēt licitè possunt maximū salarium accipere, ēt vltra centum florenos:argu.l.si pater.§.fi.ff. de donat. per quam legem dicit ita tenere Ray.de Forli.ubi no.etiam alibi Bartol.in leg.fortissimis.C.de mili.ueste.lib.12.arg.ex illo tex.contra sartores, siue sutores, ut possint pro factura vnius clamydis accipere v-
54 nū florenū,& nō vltra.† Et circa salaria aduocatorū, de quib. ꝓximè dixi,notate illud piū dictū,& qn̄ uobis occurret,omnino obseruate, ꝙ aduocati nō debent accipere salarium a pauperibus.Ita no.Bal.in l.si furiosi.C.de nup. argu. illius text. in verb.gratis.Pro quo bene facit quod idē Bal.dixit in Auth.generaliter.in prima col.C.de episc. & cle. ubi dicit ꝙ in causis miserabilium personarum iudices de iure non debent habe-
55 re sportulas, siue salarium.§.ne autem.in Auth.de iud.† Et idē dicit esse in causis summarijs: q̄a sunt magis fauorabiles, & celerius expediūtur.Et pro istis duob.dictis ego do uobis casum expressum in §.sit tibi quoque tertium studiū.in Auth.de mand.princ.& ibi etiam gl.in uersic. gratis.Accedat pro istis pauperibus,quod singulariter voluit Roma.in l. si uero. §. de
56 uiro.in fallentia propter paupertatē.ff.sol.ma.vbi vult † quòd qn̄ notarius conficit instrumentum de aliquo actu,vel contractu pauperis, quod de iure nihil debet ab eo recipere nomine salarij.Motus per text.in l.tam dementis.in fi. cum glos.C. de epi.aud.extendendo rationem in illo tex.expressam:ut ibi
57 per eum. † O vtinam bene obseruarent hæc dicta isti impij procuratores,notarij,& aduocati, qui sunt excoriatores pauperum,quos Barto.in repe.l.ōmnes populi, in quinta quæstione princip.ff.de iusti. & iure. appellat congruentissimo uocabulo,canes curiarum,deuoratores ciuium.

58 † Aduertite etiam diligenter in proximè dictis, quòd quāuis partes cōcordauerint inter se, ꝙ nihilo minus iudex, quāuis senten-

sententiam nō ferat, tamen debet habere salarium suum. Ita sentit Bar. in dicta leg. prima. §. diuus. il secundo, in quarta co lum. versi. sed quæro. Redeo ad glo. de quo videatis in termi-
K nis Bal. in l. prima, in 5. q. K*. C. de suffra. & Ioan. And. in reg. contractus. de reg. iur. in 6. in Mercu. Nic. de Nea. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & tex. in l. final. & ibi glo. & Bald. C. de condi. ob cau.

Item quia in superioribus vidimus quo tempore soluēdū sit salarium iudici: & est textus in §. ne autem. in Authentic.
59 de iudi. † si vultis tñ scire quo tempore soluendum sit salariū aduocato, an in principio causæ, an in medio, an in fine. videte Bar. in d. l. j. §. diuus. il 2. & glo. in l. vnica. in ver. consequantur. & ibi Bal. in 3. q. C. de suffra. Spe. in tit. de suffr. §. seq. ver. sed quādo. Barto. in l. secunda. C. loca. & videatis omninò sing. tex. de hoc in l. archiatri. C. de profes. med. li. 10. ubi est
60 tex. expressus & ibi eum not. Bar. † ꝙ medici non debent reci
l pere salarium ab infirmis, nisi cùm sani fuerint: l & si receperint, tenentur restituere. l. medicus. ff. de uar. & extraord. cog.
61 Et sic eodem modo dicit Bart. † ꝙ aduocati nō debēt recipe re aliquid à clientulis lite pendente. l. quisquis. C. de postu. Et hæc duo no. Nico. de Neap. ibi per illum tex. nos tamen videmus quotidie quòd de facto vtrunque dictū malè obseruat̄.

In ead. glo. ibi: in Auth. de manda. princip. §. oportet. dicite vos meliùs in §. sit tibi quoque tertium studium.

In ead. glo. ibi: quod verius est. Hæc mihi placet, quamuis Ioan. Fab. referat Iacob. Butri. tenere contrarium: & ipse non clarè firmat, quicquid dixerit Ange. hic: & glo. sequuntur Pe. de Bella Pert. & Iacob. de Aretio hic, moti arg. glo. nostræ, qđ ipsi clarius inducunt à partibus sufficienter enumeratis, & clarè patet hic, arg. cuilibet. cogitanti.

Ad fi. glo. Hæc opi. glo. reprehenditur communiter per do cto. hic, vt Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Ange. de Aret. & meritò, quia ille. §. j. in Auth. de execu. & in Auth. libellū. & vnde sum pta est. C. de litis contest. loquuntur in valde diuerso proposi to ab isto §. nostro: quia prouisio illius cautionis dupli, habet locum in eo, qui non procedit ad litē contestandā intra duos menses, qui cōdemnatur in duplum. Iste autem text. loquitur in eo, qui plus petijt, ut reus maiores sportulas præstet execu toribus: qui incidit in pœnam tripli: & ideo istæ pœnæ sunt valde diuersæ. Et ita etiam tenet Barto. in leg. vnica. in distinctione sua. C. de plus peti. Et intantum istæ pęnæ sunt diuersę, ꝙ vna non tolletur per aliam: imò possent simul intentari, & exigi: nam quando agens plus petijsset, vt maiores sportulæ executoribus præstarentur, teneretur ad triplum ex dispositione §. nostri. & quando nollet etiam ad litem contestādam accedere, teneretur etiā ad duplum: ar. d. §. j. in Auth. de executo. & in Auth. libellum. C. de plus pet. & l. sanctio. cùm ibi latè no. per Bart. ff. de poe. & in l. qui sepulchra. & ibi latè per scribentes. C. de sepul. vio. & ita tenent Ioann. Fabr. & Angel. de Aretio hic.

Glo. in uer. consequet̄. expediui: suprà in glos. j. magn. in 3. parte principali. & ibi tetigi veritatem huius gl. dicite ut ibi.
62 † Extra glo. restaret pro complemento huius uersicu. vt ibi uideremus qualiter in practica esset libellus formādus in ma teria istius versi. quando actor in libello maiorem quantitatem exprimeret vt grauaret reum maioribus expensis in sportulis, quæ præstari debent executoribus: tamen quia istud nō haberet vnam syllabā de artificio, & propterea esset sine vtilitate, quia ut suprà dixi in glo. prima mag. in tertia parte principali, iste §. non procedit de consuetudine, ideo omitto, non denigraturus frustrà papyrum. Et hinc est ꝙ forma libelli in ista actione non traditur per Spec. nec per Odoffre. vt hic refert Ioannes de Platea: & credo respectibus istis suprà scriptis, si tamen vultis videre in specie libellum nullius misterij, recurratis ad Angelum hic, & plenius ad Ioan. de Plat. hic.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a In dicta l. non amplius. Vbi vide Francis. de Aret. & Felin. in cap. ad nostram. in prima col. in uersi. ex his infert de iureiuran. vbi ponit, quòd sic.

b In §. sequens. ubi uide in nume. 7. & nume. 9.

c * Adde, quòd mihi uerior videtur opin. glo. Primò per istū tex. ibi: in libello cōuentionis inserunt: ergo ex insertione ma ioris quantitatis punitur: nec requiritur litis contest. Secundò probatur aperta ratione: nā hæc pœna imponit̄ ob dānū, qđ quis patitur soluēdo plus debito uocātibus eū in ius, ut s̄. Ias. in euidētialibus declarat. Sed si iste uocatus soluit istis execu toribus sportulas habitā ratione summæ in libello cōprehen sæ ante litē cōtest. delictū est cōsummatū, cùm primò uocet̄ in ius, ut §. fi. Inst. de poe. teme. litig. ergo nō erit locus pœnitē tiæ. l. qui ea mēte. & ibi Bar. ff. de fur. & per istū tex. inquit Bal. in Auth. offerat̄. col. tertia. C. de litis contest. quod istis nuntijs soluuntur sportulæ ante litis contesta. Et hanc partem teneas, quicquid cæteri dicant. Anto. Ange. Carcassona Sardus.

d Libellus, uide Felin. in cap. licet Heli. in medio, quinta co lum. de simo. & do. Alex. de Imo. in cōsi. 3. col. 2. parte 3. Et an sufficiat libellus generalis: vide per eum in consi. 32. in quarta columna, quarta parte, & in consi. 43. ead. parte.

e In l. prima. Et ibidem vide do. Alexand. de Imol. & plenius in l. prima, de edendo.

f * Vide bonum tex. in clemen. secunda. & ibi glos. fin. ut lite penden. nihil innou. Sardus.

g Hoc idem expressè firmat glo. in dicto. §. sancimus. circa medium illius glo. in uersic. libellum. Sardus.

h ESCVLENTA] Vide do. Alexand. de Imol. in consil. 23. per totum, in secunda parte.

i ET MEDICORVM] Adde quod medicus petit sala rium etiam pro tempore, quo est in itinere, cùm uadit ad curandum infirmum: ut per Lud. Ro. in sing. uer. salariū. Probat̄ etiam per tex. in l. qui mittuntur. §. fi. ff. ex qui. cau. ma. Et adde quod repetere pōt expensas factas per ipsum in curando infirmū, ēt inuitum: ut per præfatum Lud. in sing. uer. medicus. & casus sing. est in c. prouidendū. 82. dist. pro quo uide etiam do. Mar. Soc. in consi. 26. incip. ex his, quæ. circa fin. 6. col. in j. parte. quod licet infirmus habeat medicum exosum, tñ medi cus potest sumptus repetere actione negotiorum gestorum.

K * Aduertas, quia Bald. loquit̄ ibi in aduocato: nos loquimur in iudice, & cùm non stet per eum, uidetur quod debeat habere salarium, non habita distinctione Bal. ibi. Sardus.

l FVERINT] Sed quid si infirmitas curata in continenti reuertatur: vide Felin. in c. presbyterum. in fin. de homicid.

SVMMARIA VERS. QVAdrupli autem.

1 *Condictio ex lege contra nuntios, seu executores, qui nomine sportularum maius salariū exegerunt, in quid detur.*
2 *Condictio ex lege ad triplum, an detur nuntijs publicis contra actorem plus debito petentem.*
3 *Milites potestatum suo officio abutentes, puniuntur.*
4 *Nuntio vltra modum grauanti, vel terminos iustitiæ excedenti, resistere de facto licitum est. 7.*
5 *Salaria nuntiorum hodie sunt taxata secundùm consuetudines curiarum.*
6 *Durum est pœnas extendere.*
8 *Pœna dupli, quæ venit ratione negationis, vnde oriatur.*
9 *Fideiubentes pro malefactore de iudicato soluendo, quando teneantur ad augmentum pœnæ 10. 11.*
12 *Citationem debent fieri nisi de iudicis mandato. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*
18 *Citationis commissio an præsumatur, si in actis constet de citatione, & relatione.*
19 *Nuntio publico an credatur, & nu. seq.*
21 *Nuntio non publico, & non iurato, an credi debeat.*
22 *Nuntio citanti oretenus an credatur.*
23 *Citatio facta ad domum, an reddat citatum contumacē.*
24 *Citatio an non valeat nisi fiat per scripturam.*
25 *Nuntio publico aliquem citanti, quando credendum.*
26 *Nuntius citans licet constet, quòd non sit consuetus, tamen si*

VER. QVADRVPLLI AVTEM.

ISTE versic. summatus fuit in princ. huius §. & eius materiam, & quasi omniũ, actionũ in eo nominatarũ vidimus in §. sequen. in prin. & in ver. ex maleficijs. supra eodem. Nam de actione furti tã manifesti, q̃ non manifesti, & forma libelli, item de actione legis Aquiliæ, depositi cum libellis suis, & de ea actione, quæ competit pro legatis factis venerabilibus locis, dictũ est ibi. De actione autem serui corrupti vidimus in princip. huius §. omnes. Solùm ergo restabit in hoc versicu. ponere materiam actionis, Quod metus causa, & condictionis ex lege, quæ datur contra executores, qui maius salarium debito exegerunt, & actionis in factum, quæ oritur ex edicto de calũniatorib9.

1 † Nota primò ex hoc textu in versi. item ex lege condictitia, iuncta glo. in versicul. in quadruplum. quod condictio ex hac lege datur in quadruplum contra nuntios publicos, seu executores, qui maius salarium nomine sportularum, siue suorum salariorum exegerunt: cuius quadrupli hodie simplũ datur damnum passo: reliquum verò triplum datur fisco. §. & hoc quoque præcipimus in Auth. vt liti. iurent. hic alleg. in glo. Quod qualiter intelligatur, ibi videbimus.

2 † Contra autẽ actorem plus debito petentẽ, vt grauet reũ maiori onere sportularum soluẽdarum nuntijs publicis, datur condictio ex lege ad triplũ: ut ver. tripli. vbi vidimus s̃. eodẽ.

3 † Vnum tamen tenebitis bene menti, quod est quotidianũ contra istos nuntios publicos, vel istos ribaldos milites Potestatum, ꝙ si asserant, se habere commissionem pignorandi aliquem, vel eum personaliter capiendi, uel inferẽdi aliquod aliud grauamen, & hoc non sit verum, & propterea huius timore aliquid eis datum sit, & aliquã pecuniam receperint; ꝙ nedum tenentur ad quadruplum, sed etiam puniri possunt extra ordinem officio iudicis etiam criminaliter, quia incidunt in crimen concussionis. Casus est no. in leg. prima. ff. de concus. & glo. prima in hoc expressè dicit, quam ad hoc reputant sing. Ioan. de Plat. & Ange. hic. Ego addo tex. in l. palatinos, quem ibi expressè not. Barto. C. de colla. fun. fis. lib. 11.

4 Notate etiam diligenter † quòd licitum est resistere de facto nuntio pignoranti, vel grauãti vltra modum, vel aliter terminos iustitiæ excedenti. l. prohibitum, & ibi Bart. in 2. & 3. not. C. de iu. fis. lib. 10. & ibi Bald. Ange. in l. deuotũ. C. de meta. lib. 12. vbi no. Bar. & Spec. in tit. de cita. §. sequitur. versicu. sed nunquid. & Bart. extrauag. ad reprimendum. in versi. per nuntium. & in versic. per literas. Ange. in repe. leg. si vacãtia. C. de bo. va. lib. 10. & est text. in l. contra nostra præcepta. C. de execu. lib. 12. & ibi in terminis Bart. no. illam legẽ ad hoc, scilicet contra baiulos, siue nuntios publicos, qui sunt destinati ad pignorandum aliquem, quòd accipiant pignora vltra debitum modum, potest eis licitè resisti, & etiam debent puniri. Quod reputat ipse no. & sequũtur Io. de Pla. & Ang. hic. Et multa pulchra de istis nuntijs publicis dicam j̃. in 3. not.

Et iuxta suprà scriptum no. quod ex hoc tex. colligitur, dubitat Ioan. Fab. hic, quoniam illa constitutio, de qua in text. isto fit mentio, nullibi habetur, vt inquit glo. in uersic. quadru
5 plum. † Sed hodie secundum mores, & consuetudines curiarũ, & etiam per statuta terrarum sunt taxata salaria istorũ nũtiorum, siue executorum publicorũ, an si excedant illam summam taxatã, possit ab eis quadruplũ repeti: & sic an incidãt in hanc pœnam quadrupli? Dixit Ioã. Fab. uideri sibi satis ra

tionabile ꝙ sic:cùm sit eadem ratio: tamen determinat con-
6 trarium:quia † durum est pœnas extẽdere, & legem pœnalem extra suũ casum trahere,leg. interpretatione. de pœnis. Credit tamen quòd puniri debeant extraordinariè officio iu dicis,qui debet illicitas exactiones coercere: vt l. illicitas. in prin.ff.de off.præsi. Et simpliciter sequitur Ioann.de Plat. hic.
a Ego audacter a teneo contra eos,quòd imò dispositio huius versic.quantũcunq; pœnalis extendi debeat ad casum suprà scriptũ,cùm sit eadem ratio,per ea,quæ dixi in versi.tripli.in secunda no.suprà eod.Et hoc etiam tenet Angel.hic: quamuis ibi contrarium tenuerit.vt ibi retuli.

Secundò principaliter no.ex hocmet versicul.item ex lege. vnum,quod dicit Ioan.Fab.probari hic,& in versi. tripli. suprà eod.videlicet quandam practicam, quã ipse abusum ap-
7 pellat, quæ est in aliquibus partibus, † ꝙ nuntij publici seu executores faciant sibi satisfieri à reo de suo salario pro pignorationibus,seu executionibus,quas contra reum faciunt. Item, quod fortius est ꝙ isti executores possunt capere propria authoritate pignora à reo pro ꝓprijs:cùm ista iura dicãt reũ debere soluere salaria. Dicit tamen ꝙ istud est contra omnem rationẽ, quãuis in aliquibus locis ita seruetur de facto, & in aliquibus contrarium. Et hoc etiam refert, & simpliciter sequitur Ioan.de Pla.hic,Sed,iudicio meo, ꝙ executores possint pignora capere pro suo salario, nullo modo possibile est,quòd probetur in hoc tex.aliud est satis colligibile hic.
8 † Tertiò no.in versi.sed furti.secundum Ioan.de Plat. hic, multùm subtiliter,& eleganter,ꝙ pœna dupli,quæ venit ratione negationis,vel contumaciȩ,vel ex eo quod non soluitur intra terminum, non videtur venire ratione primæ obligatio
9 nis,sed ex accidenti extrinseco. † Et per hoc notabiliter infert ꝙ fideiubentes pro malefactore de iudicato soluendo ꝓ pœna,quæ ratione illius maleficij veniret imponenda,nõ tenebuntur ad augmentum pœnæ auctæ in persona principalis ex forma statuti vigore negationis, aut cõtumaciæ,aut solutionis non factæ in termino, eò quia talis pœna non procedit ratione primæ obligationis rei principalis, cui adstrictus est fideiussor,sed ex accidenti extrinseco: & sic non est pœna maleficij,sed est pœna contumaciæ, vel negationis. De hoc
b habetis meliorem tex.q̃ hic,in leg.prima b secundum secundam lect.glo.& Barto.ibi.ff. de in litem iur. Et hoc in terminis ibi decidit Barto.per illum textum.Accedat etiam bonus tex.in l.fideiussores magistratuum.in prin.& quod ibi no. de
10 terminat Barto.ff.de fideiuss.† Fallit tamen,iudicio meo,nisi fideiussio fuisset plena:vt quia aliquis fideiussisset in omnem casum,vel eo modo,quem statim subijciam.Tex. est not.in l. quæro.in princi.ff.loca.Et ita intelligo,& saluo Barto.ibi, qui aliàs esset sibimet cõtrarius,vbi dicit tex.illum esse valdè notandum pro istis,qui tota die fideiubent pro accusatis,vel inquisitis, vt non solum teneantur ad pœnam maleficij, sed et ad pœnam, quæ infertur occasione negationis ipsius malefi-
11 cij, vel solutionis non factæ intra terminum. † Et propterea per ista dicebat signanter Barto.in dicta l.prima in fi. ff. de in lit.iur.& pleniùs Ioan.de Plat.hic,ꝙ iudex meleficiorũ quando accipit fideiussorẽ pro aliquo malefactore, tempore quo vult eum relaxare,debet esse benè cautus:quia si accipiat pro missionem vel fideiussionẽ hoc modo, quia fideiussor ꝓmittat soluere omnem pœnã,& oẽm condẽnationẽ, quæ sequet ex illo maleficio,vel accusatione, vel inquisitione, certè non poterit arctare fideiussorẽ, nisi ad pœnã principalis maleficij:& ideo faciat iudex fideiussorẽ promittere in oẽm casum, & oẽm pœnã,& oẽm condẽnationẽ,tã prouenientẽ ex dicto maleficio, q̃ ex processu, vel ex contumacia vel ex mora rei principalis,vel aliter quomodocunque: & tunc poterit quæcunque pœna,etiam accidentaliter commissa,exigi a fideiussore,per suprà scripta,quæ benè notetis ad practicam.
12 † Quartò not.ex versi.sed furti,in versic. iussu magistratuũ nostrorum conueniantur,ꝙ hic est casus not.secundum Ioannẽ Fab.& Ioan.de Plat.hic,ꝙ citationes non debẽt, nec possunt de iure fieri, nisi de mandato magistratus,seu iudicis:& consequenter ꝙ quis non debet,nec potest conueniri, nisi de iussu,& mãdato magistratus, seu iudicis. Sed certè quamuis hoc sit verissimũ in se, tamen iudicio meo, non probatur in hoc text. quia ista verba, vsque quò iussu magistratuum nostrorum conueniantur: sunt hic prolata à lege enuntiatiuè, & non principaliter propter hoc,sed propter aliud: ergo iu-
c ris dispositionem non inducunt c* cap.si Papa. cum gloss. de priui. in sexto, iunctis multis authoritatibus doctoꝝ quos ad hoc allegaui suprà in rub. huius titul. in prima charta.ibi videatis.Istud tamen not.est in se verissimũ,vt prædixi. ꝙ citationes non possunt fieri nisi de mandato magistratus,seu iudi
d cis: d vt est tex.apertus in leg.fin.C.de exhi.re. & ibi hoc no. Cyn.Barto.Bal.& Sali.& hoc siue sit citatio realis,siue personalis:nulla enim fieri potest,nisi mandato iudicis præcedente.Addo ad idem tex.in leg.cum clericis. §. memorati.quem ad hoc ibi not.Bald.C.de episc. & cle. de quo etiam videatis Specul.in titul.de cita.§.sequitur.versicul.sed nunquid creda
13 tur.† Imò fortius,si nuntius curiæ citaret aliquem falsò,hoc est,sine mandato iudicis,puniretur pœna falsi criminaliter, per tex.no.in l.qui nomine.ff.de fal.Item punitur ciuiliter ad interesse partis citatæ,secundum Cyn.Bal.& Sali.in dict.l.fin. C.de exhi.reis.Et illam l.qui nomine.not.ibi Barto.contra nũtios facientes falsas relationes,& falsas citationes: puniũtur enim pœna illius legis.
14 † Prædictum tamen no.limitat singul.Innoc.in c.quoniam contra falsam. extra de probat. nisi esset nuntius generaliter constitutus ad faciendas citationes: cũ quo, dubitatiuè tamẽ visus est tenere Ioan.de Imol.in capitul. primo extra de iud. Et dicit Angelum hic, qui debuit per ista moueri, quãuis ea
15 non alleget,quòd quando ipse assessor,† quòd in prima vice, quia ius reddebat, concedebat generalem facultatem, & licentiam omnibus & singulis nuntijs, durante suo officio, faciendi quascunque citationes tam in ciuilibus, quàm in criminalibus: vnde, secundum eum, sine alia speciali commissione valebant posteà citationes:arg.cap.qui ad agendũ,&c. si duo.de procu.in sexto. Sed errabat non mediocriter Ange. de Are.quoties ita faciebat: quia imò ista commissio generalis facta nuntijs nihil releuat. Ita in terminis tenet Barto. reprobans dictum Innoc.relatum in dicta leg.final. C. de exhi. reis.motus per tex.optimum in leg.prima de iure dot. impe. & ibi, scilicet in dicta leg.prima dicit Barto. vnum, quod est fortius,& singularius, videlicet illam legem esse multùm no
16 tandam † contra eos qui faciunt à iudicibus concedi licentiam nuntijs citandi omnes suos debitores,ꝙ ista licentia nihil valet, nisi debitorum nomina in specie exprimantur. Et idem tenet ꝙ non sufficit generalis commissio facta nũtio de citando,tenet etiam Anto.de But.in cap.primo. extra de iud. de quo etiam ibi Bald.& Abb.Panormi.nume.33. Videatis etiam Bal.in leg.si quando.in 11.& 12.quæstione.C.vnde vi.& l.j.cum glo.in ver.traditus.C.de sportu.
17 † Refert etiam circa suprà scripta Ioan. de Pla. hic Innoc. in capit.quoniam contra falsam.extra de proba. vnum dicere,quod si dicit, est maxima declaratio ad notabile suprà dictum,quòd eo ipso ꝙ aliquis est nuntius publicus, præsumi-
e tur ei facta commissio. e Quod dictum ego non credo simpli
18 citer verum: quia imò dubitatur per docto.hic.† Pone quòd non apparet de commissione iudicis specialis,& in actis relationis factæ per nuntiũ de citatione reperitur ita scriptũ: Titius nũtius publicus siue publicus seruitor, retulit se citasse ex speciali cõmissione sibi facta per iudicẽ,&c.an ex hoc pręsumatur præcessisse commissionem: Magis tamen communiter concluditur quòd sic,prout tenent Cyn.Bald.& Sali. in dicta leg.final.C.de exhi.reis.De quo videatis Bart.in leg.scien-
f dum.f in penulti.colum.ff.de verbo.obl g.& ibi per Lud. Roma.& ibi plenè per dom.Ang.in sua repe.in 11.col.Et dñt domi.Ant.de Bu.& Imo.in c.j.extra de iud.quòd si apparet,citationẽ & relationẽ descriptas esse in actis, præsumitur licentiã de citando præcessisse.Et hoc idem voluit Inn.in d.c. qm̃ contra falsam.quẽ corruptè suprà retulit Ioan. de Plat. hic, vbi formaliter dicit Inno. quòd si de relatione nuntij publici apparet,sufficit licet nõ appareat de cõmissione: quãuis con
g tra ista videatur facere qđ vult Bar.in l.j.§.cura g carnis.ff. de
19 offi. præfe. vrb. vbi vult † quod nuntio publico etiam iurato ita demum debeat credi,si dicat se aliquem citasse. dũmodo de commissione appareat, aliàs non. De quo etiam videatis per Ang.in l.hoc autem.§.j.ff.qui.ex cau.in pos.ea
20 † An autem, & quando, & quomodo nuntio publico creda-

credatur,videte gloſſ.in l.magis puto.§. ne tamen.ſuper ver.
viatorem.ff.de re.eorum.Cyn.in l.ea quidem.C.qui accuſ.nõ
poſ.& latè per Cyn.in l.prima. C.de rela.& Bart. notabiliter
diſtinguentẽ in dict.l.prima.§. cura carnis.& latiùs in tract.
ſuo de citatione.in 1.10.& 11.q.& in extrauag.ad reprimen-
dum.in verſi.per nuntium.Salic.latè poſt alios docto.in l.tres
denutiationes.C.quomodo & quãdo iud.Ang.in repe.l.ſi va-
cantia.in princ.C.de bon.vac.lib.10.& in l.ſecunda,in fi.col.
C.de anna.excep.Inn.& Ioan.And.in c.nouit.extra de off.de-
leg.Ioann.And.& alios in d.c. quoniam contra falſam. extra
de proba.

† Et an nuntio,ſi non ſit publicus, vel etiam ſi non ſit iura-
21 tus,debeat credi:habetis gloſ.in c.cùm parati.& ibi latè per
Canoniſt.extra de ap.& per Ioã.de Plat.Cyn.& Ang.hìc.Sed
vos videatis Bartol.in extrauag. ad reprimendum. in ver.per
nuntium.& ibi etiam ponit Bartol. quid ſi tales nuntij eſſent
perſonæ viles,& infames, prout communiter deputantur ad
tale officium,an eis eſſet credendum: dicite vt ibi.

† Et an,& quando credatur nuntio citanti ore tenus,& ſic
22 ſine ſcriptura, & ſine literis:videatis notabiliter Bart.diſtin-
guentem in l.palatinos.C.de colla.fun.fiſ.lib.11.& glo.& do
cto.in cap.cùm parati.extra de appell.& tex.in cap.pruden-
tia.& ibi docto.extra de offi.deleg.

† Illud tamen diligentiſsimè notate,quòd nunquàm cita
23 tio facta domi,ſeu ad domum,reddit citatum contumacem
abſque literis,& ſic niſi citatio fuerit facta cum literis. Iſtud
eſt,quod ſignanter voluit Bald.in ſecunda colum.ver.attende
etiam & Ang.in l.ſecunda.C.de anna.excep.Dicit etiam ſin-
gul.Barto.in l.quoties.C.de digni.lib.12.per gl.cum text.ibi,
24 † quòd quando citantur perſonæ clariſsimæ, vt in dignitate
poſitæ, quòd in illis perſonis nunquàm valet citatio, niſi fiat
25 per ſcripturam,& ſic niſi nuntius apportet ſecũ literas.† Di-
xit etiam alibi ſignanter Bart.in l.eum,qui.§.fin.ff.commo.ꝙ
non eſt credẽdum nuntio publico, aliquem citanti, vel aliud
facienti,niſi portet birretũ rubeũ in capite, vel aliquod aliud
ſignum,puta crucem ſuper birreto:quamuis in hoc dicat ſtã
dum conſuetudini eſſe. Et idem etiam tenet Bart.in l.prohi-
bitum.C.de iu.fiſ.lib.10.vbi generalius dixit,quòd omnes of
ficiales debent portare inſignia officialium, ex quib.cogno-
ſcantur vt nuntij publici puta, habitum rubeum, vel ſimilia
ſigna:aliàs ſecundum Bart.poſſet eis reſiſti.quod ipſe reputat
multum tenendum menti.

26 † Et per hoc puto decidi poſſe id,quod tangit Ang.hìc,vi-
delicet quòd ſi conſtat de mãdato, & commiſsione iudicis,
ſed non conſtat ꝙ citans ſit nũtius conſuetus,dicit ipſe Ang.
27 quòd ſatis eſt: † quia de nouo etiam ad vnum actum tantùm
quilibet iudex etiam delegatus,poteſt ſibi nuntium creare:vt
eſt text.in l.ſecunda,& ibi Bart.& alij.C.de ſportu. & Bart.in
extrauag.ad reprimendum.in verſic.nuntium.& Bal.notabi-
liter in l.ſecuda, in ſecunda colum.C. quomodo, & quando
iud.Ego crederem meliùs dicẽdum vt ſuprà,quòd ſi nuntius
habet ſignum publicum,quòd tunc ei eſſet credendum:aliàs
ſecus:quia tunc poſſet ei reſiſti, vt ſuprà dixi.

28 † An autem ſi dicat nuntius ſe Titium perſonaliter citaſſe,
& Titius dicat contrarium,etiam cum iuramento, cui magis
ſit credendum?Ponit Ioan. And.in d.ca. cùm parati.extra de
appel.& Salic.in l.tres denuntiationes.C.quomodo,& quan
do iud.& concludunt quòd ſit in arbitrio iudicis, cui eorum
magis credi debeat,conſiderata qualitate facti,& conditio-
ne perſonarum.Et ſequitur ſimpliciter Ange.hìc. Sed tu vide
Nicol.de Neap.in lecturis Bart.quia aliter videtur tenere in l.
ſcire oportet.§.ſufficit.ad fin.ff.de excu. tut.

h h * † An autem ſi in actis banchi ſit ſcriptum per notariũ,
29 qualiter Titius nuntius publicus citauit perſonaliter Caium
ex tali cauſa: & nuntius dicat contrarium, ꝙ non eſt verum:
cuius dicto erit magis credendũ?videatis not.Cyn.in l.ſi quis
decurio.in fi.C.de falſis,quem refert Ang.hìc.

30 † Et an ſi nuntius referat vltra ſibi commiſſa à iudice, an ſi
bi credatur: puta habuit ſimpliciter in mandatis de citando
aliquẽ: ſi ipſe referat ꝙ citauit, quid citatus reſpondit ſe nun
i quam venturum,vel ſimile: an in hoc ſibi credatur.i Vltra re-
miſsiones ſuprà traditas,videatis de hoc in ſpecie Salic.illud
latiſsimè examinantem in dict.l. tres denuntiationes. C.quo
modo & quando iud.Bald.& Ange.in leg. conſentaneum.C.
quomodo & quãdo iud.Sal.in leg.fin.C.de exhi.reis.& Imo.
in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infe.& pleniſsimè in leg.ex
conſenſu.§.fin.ff.de app. verſi. circa primum eſt ſciendum ꝙ
fuerunt opin.vſque ad verſic.reſtat nunc videre,&c.Canoni-
ſtas in dict.c.cùm parati.& in dicto c.quoniã contra falſam.

31 † Vnum etiam benè not.ſecundum Angel.hic, quòd vnus
nuntius deputatus ad vnum banchum, ſiue per vnam curiã,
poteſt per alium iudicem inferiorem eligi,& ſibi committi ci
tatio,quę per eum facta,valebit.Alle.tex. in §.deinde.in ver-
ſic.ex prouincali autem officio.in Authe.de defen. ciui.Et ita
refert dicere Bart. in extrauag. ad reprimendum. in ver. per
nuntium.Ego addo Bal. in terminis cõtrarium tenentem in l.
prima, in quarta col. poſt medium.ff.de offi. conſu. vbi for-
maliter dicit, quòd quãdo vnus nũtius eſt deputatus ad vnũ
banchum,quòd non debet apud alium citare, per illum tex.
& §.nullo.ubi hoc dicitur,ſecundum eum,in Authen.de iud.
colum.ſexta.

k k * † An autem iudex poſsit committere citationem ipſi-
32 met parti quòd aduerſarium ſuum citet,& requirat: & ſic fa
cere partem eſſe nuntiũ in cauſa propria: Tangit hìc Ang.de
Are.& determinat ꝙ ſic:ſubijciens multùm no.ꝙ etiam hoc
caſu ſtabitur relationi ſuæ cũ iuramẽto. qđ ipſe reputat bene
notandũ.Allegat tex.cum gloſſ.in l.ſi ut proponis.& ibi Flor.
& doc.C.quomodo & quando iu.& glo.Bart. & doc.in l.mi-
les.§.qui iudicati.ff.de re iudi.Sed certè in iſtis locis nihil ha
betis in ſpecie.Vndè ad iſtud,ꝙ quis poſsit eſſe nuntius in re
propria,do text. quem etiam ibi ad hoc not. Bart.in l.prima.
ff.de.ſer.fugi. & eſt text. in l.eum,qui.§. ſi epiſtola. ff.de fur.
quem text.etiam ita not.ad hoc Bartol.in l. iuſtè poſsidet.ff.
de acqu.poſ. & idem etiam tenet ipſe Bartol. in extrauag.ad
reprimendum in ver.per literas.& Salic.in l.dotis.C.ſol.mat.
& in l.ſi ut proponis.C. quomodo & quãdo iud.De quo etiã
uidete in terminis Spe.in tit.de cita.§. ſequitur uer.quãdoq;
circa princ.Ang.in l.ſecunda,in ult.colum.C.de anna.excep.
& Ang.in l.ſecunda per illum tex.C.ut ne priua.

33 † An autem ille nuntius,qui fuit inceptor in una cauſa,de-
beat ipſe idem eſſe in tota cauſa,& non alius:uidete text.in l.
prima,& ibi Bart.& alios.C.de ſportu.& latiùs Bart. in l.pri-
ma.ff.de off.conſu.& Bal.in l.2.in ſecunda col.C. quomodo
& quando iud.do.Anto.de But.in c.cùm dilecti.extra de do.
& contu.& in cap.fin.in 10. columna. extra de confeſ. Non-
nulla alia in materia iſta nuntiorum publicorum poſui ſuprà
in prima not.& aliquid in ſeq.

34 † Vltimò unũ non omitto circa hoc notabile, quòd ex hoc
tex.colligitur ꝙ citationes debẽt fieri mandato iudicis, aliàs
nihil ualent:circa hoc tangit Ioann.Fab.hic unum, quod eſt
neceſſariũ circa intellectũ tex.noſtri: dicit ipſe, quia hoc de
cõſuetudine nõ ſeruatᷣ in aliquibus locis, in quib.citationes
fiunt ad ſimplicẽ petitionem partis,ſine ulla cõmiſsione iudi
cis:& ſic ſeruitores publici ad ſimplicẽ requiſitionẽ cuius li
bet priuati citant.Nunquid ſi aliquis nuntius ſine aliqua cõ-
miſsione iudicis,ſtante prædicta conſuetudine,citauerit ali-
quẽ hæredẽ, qui tenetur ſoluere legata uenerabilibus locis
relicta, nunquid per hãc citationẽ ſine iuſſu iudicis factã in-
cidat hæres in pœnam huius uerſi. & §. ſequens.uerſic.item
miſta.ſuprà eod.Tenet.Ioan.Fab.hìc ꝙ non:quia, ſecundum
eum,quamuis ſit eadem ratio,tamẽ durum eſt, legem pœna
lem extendere. Et ita etiam tenet Ioan.de Pla. hìc.Ego indu
bitanter teneo contrariũ,per fundamentum, quod ſuprà plu
ries retuli:in quo pluries defecerunt Ioan.Fab.& Ioã.de Pla.
hìc: quia imò in pęnalibus ex identitate rationis licita eſt ex-
tenſio:prout etiam tenui contra eos ſuprà in primo not.& te
tigi in uerſic.tripli.latius in ſecundo not.ſuprà eodẽ,& in §.ſe
quens.in prin.in gl.fin.in uer.ipſius.& in uerſi.ex maleficijs.
in gloſſ.ſuper uerſi.in iudicium.ſuprà eodem.

l l * † Circa tamen id,quod proximè dixi de conſuetudine,
quę eſt in aliquibus partibus:ꝙ iſti nũtij,ſeu publici ſeruito-
res,ſine ulla cõmiſsione iudicis citant ad ſimplicẽ requiſitio
nem partis:unum ſingulare no.quod dicit Bald.in l.cũ.cleri-
cis.C.de epiſ.& cleric. ꝙ uigente conſuetudine ſuprà dicta,
quòd tamen nuntius non poſſet citare aliquem die feriata
35 pro nõ feriata: † ſicut nec iudex poſſet die feriata cõmittere
citatio-

citationem. Nam iste nuntius habet ex cõsuetudine quandã iurisdictionẽ: unde impeditur ꝓpter diẽ feriatã, secũdum eũ. Quod bene reputat notandũ. Quod dictum aliter, & malè, iudicio meo, refert, & sequitur Ang. hic. Sed illud singulare dictum eo modo, quo dixi in illis terminis reprobat, & bene, Lud. Rom. in l. prima. §. nũtiatio. ff. de ope. no. nun. per. ibi tradita per Bartol. & alios cum suis concord.

37 † Illud bene expeditum est ad tex. nostrum, ꝙ solus iussus de citando per iudicẽ non sufficeret ad hoc, ut quis incurrat in pęnam huius uersi. nisi etiam secuta esset citatio, secundũ Ioan. Fab. & Ioan. de Pla. hic, per hunc tex. in uer. conueniatur. & per l. sicut. uer. nec sufficit. C. de præscrip. trig. ann.

Glossæ huius uersic. sunt claræ, & quasi omnes expositiuæ text. & non leguntur communiter per doct. hic.

Capio tamen gloss. in uersic. in quadruplum. quam diuido in tres partes, prout tribus quæsitis formatis tacitè glo. respondet. Secunda ibi: cuius quadrupli iure nouo. Tertia ibi: & petitur per cõdictionem ex hac lege.

In eadem glo. ibi. in Authẽ. ut liti iurent. §. & hæc quoque. Iac. de Ra. & Ioann. Fab. hic, in ultima col. reprehendunt istã m gl. duobus fundamentis, m † iudicio meo, multùm leuibus,
38 tenentes ꝙ imò pœna huius quadrupli, de qua loquitur iste uer. in totũ applicetur parti. Moti, quia habet hoc suaderi ex materia, in qua situatus est iste uersi. qui loquit̃ de actionibus quæ competunt parti ad duplũ, uel triplum: & sic loquitur de pœnis dupli, aut tripli applicandis parti. Vnde si ista actio esset alterius naturæ, nõ esset hic bene situata. Sed ad hoc facillimum est rñdere ex uerbis gl. nostræ, fatendo ꝙ de iure isto uerũ erat, ꝙ tota pœna huius quadrupli applicabatur parti: & ꝓpterea iste uer. fuit hic bene situatus: sed hodiè de iure nouo Authẽticorũ per dict. §. & hæc quoq;. in Auth. ut liti iurent. aliud est inductum: ut hic in gl. Secũdò contra hanc gl. mouentur eò quia ista actio competit ad quadruplũ, & text. præsupponitur quòd detur reo: ergo ei debet applicari: aliàs non daretur reo, nisi ad simplum, & fisco ad triplum, si uerũ esset id, quod dicit gl. nostra. Sed ad hoc est etiã facilè respõdere eo modo, quo suprà etiam fatẽdo quod tex. noster præsupponat dari reo: quia hoc procedit de iure isto: secus de iure Authenticorum. dict. §. & hæc quoque.

Non obstat, secũdum eos, dict. §. & hæc quoq;. super quo se fundauit gl. nostra: quia, secundum eos, ille tex. loquitur in accusatione: & sic loquitur de pœna criminali imponenda ꝑ uiam accusationis, uel inquisitionis, cuius triplũ bene applicatur fisco, & simplum damnũ passo: non autẽ loquitur ille §. de ista actione ciuili, de qua loquit̃ iste uer. uidelicet de cõdictione ex hac l. quæ datur ad quadruplum totũ applicandũ parti, & sic de pœna ciuili: unde una nõ debet per aliam tolli cùm diuersa remedia, & diuersæ pœnæ possint cõpetere, & de nouo introduci pro eodẽ facto: & unũ remediũ nõ habebit tollere aliud, iuxta l. quoties. ff. de act. & obli. & late tra
39 dit per. Bar. in l. 1. ff. ui bono. rap. in illo articulo, † an ꝑ pœnã statutariã, siue impositam à statuto, sit sublata pœna iuris cõmunis. Quam extrauagantissimè examinat Angel. hic. De quo uideatis ẽt Spec. & Ioann. And. in tit. de pœ. teme. liti. in fi. Bal. in l. cũctos populos. in 11. oppo. & ẽt in 6. q. C. de sum. Tri. & fide cath. & in l. data opera. in 9. col. C. qui acc. nõ poss. & in l. placet. C. de sacros. eccl. & in l. & si seuerior. C. de infa. & in l. in eam. C. de fur. & Bart. in l. fi. C. de aquædu. lib. 11. & in l. sanctio legum. circa princ. ff. de pœnis. & in l. nunquam plura. ff. de priua. delict. Petr. de Ancha. in repe. cap. canonũ statuta. extra de consti. uer. quæro utrùm sicut statutum secũdum, &c. Ioan. de Imol. in l. cùm mulier. in 9. col. ff. solu. mat. & in l. secũda. ff. de pub. iud. & per Bal. & plenissime per Sal. & Flor. in l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. Et ad propositum nostrum cum ista sol. Iacob. & Ian. Fab. ad dict. §. & hoc quoque. tenent etiam Ion. de Plat. & Angel. hic. Ego puto quòd etiam multum bene posset defendi glo. nostra, ut suprà dixi in fin. glo. bene dicit.

Glo. in uer. duplicantur. quamuis per alios non legatur, tamen non est omittenda, propter unum notabile, quod uult,
40 In fin. glo. habetis hic glo. expressè uolentem, ꝙ † iuramẽtũ non sit legitima probatio: & sic ꝙ appellatione legitimæ probationis non uenit probatio per iuramẽtum. Et sic habetis glo. concordantem ad eam, quæ vulgò allegatur pro singulari ad hoc, in l. cùm de indebito. in princip. in versicu. legitimis. ff. de probat. Contra istas glo. soleo semper allegare textum, quem nunquam audiui ad hoc ponderari in l. fin. §. licentia. C. de iure delib. & propterea gloss. not. in leg. proprietatis. super versicu. legitimis. C. de proba. quæ ponit quæ sunt legitimæ probationes, non ponit inter legitimas probationes probationem per iuramentum.

41 † Circa quod videatis etiam id, quod dicit gloss. in leg. in contractibus. §. illo. in versicul. offerre. C. de non nume. pecu. Et notate diligenter quòd appellatione probationis simpliciter prolatæ, intelligitur de legitima. Ita singul. Bart. in l. ait prætor. §. fin. circa fin. ff. de re iudic. quamuis alibi dixerit ipsemet Barto. quòd intelligatur de vera, in l. Lucius Titius. per illum tex. ff. de condi. & demon. alibi not. Bald. in l. peremptorias. in vltim. colum. C. sen. rescin. non poss. ex quo dicitur ꝙ appellatione probationis intelligitur de plena: quod benè probat tex. in clem. constitutionem. de elec. & in glo. signanda in ver. fides istud expressè dicit.

42 † An autem retento pro vero quod gloss. nostra vult, quòd n iuramentum n non sit legitima probatio, an iuramentum sit saltem vera probatio: videatis notabilem gloss. in c. si quis se, in princ. in verbo, absoluendus, in tit. si de inue. inter do. & vasal. lis oria. quam Bald. ibi not. quæ vult, quòd nõ, sed quòd sit quasi probatio, seu loco probationis. De quo tamen videatis gloss. de directo contrarium in d. leg. in contractibus. §. illo. ver. offerri. C. de non num. pecu. & omnino Bald. in ca. primo. §. conuenticulam. de pac. iur. firman. & in c. uasallus. il primo. si de feud. fuerit controuersia inter dominum & agna. & Bald. not. in Authen. sed nouo iure. in vltim. column. C. si cert. pet. & in rub. C. de proba. in 2. column. in l. actor. in prima col. eodem titul. C. de proba.

Glo. fin. in ver. restituat. diuido in duas partes. In prima, declarat text. In secunda format vnam quæstionem, & in eius sol. refert duas opinion. Secunda ibi: sed nunquid vtraque est definitiua.

43 † In eadem gloss. ibi. l. si cum exceptione. §. hæc autem. Dicite ut ibi: & per Sal. in l. cum te. C. quod met. caut. & ad hoc, uidelicet usque ad quantum tẽpus in ista actione. Quod metus causa, duret ista facultas rei restituendæ ad euasionẽ pœnæ quadrupli. uideatis, quæ tradit Bart. in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solut. & in l. item ueniunt. §. idem rectè. ff. de peti. hæred. & in l. si maior. C. de transact. quæ latè
44 dixi in §. item Seruiana. suprà eo. Et dũ gl. ista uult † ꝙ in ista actione, Quod metus causa, duæ ferantur sententiæ: una de danda re, alia de dando quadruplo cõputata re: addite ꝙ idẽ uoluit gl. in d. §. hæc autem. in uersi. datam. Vos autem omissis disputationibus Ioan. Fab. hic post Iacob. & Pet. de Bella Per. tenete id quod tenet Bar. in d. §. hæc aũt. quòd non est necesse quòd feratur nisi una, hoc modo: Condemno te ad restituendum rem per metum habitam: & si rem non restituas intra tempus congruum, ex nunc condemno te ad restituendum quadruplũ. Et talis sententia ita cõditionaliter prolata ualebit, iuxta l. cõductores. C. loca. & l. non ab re. C. unde ui. Subdit tamen Bar. se etiam per hoc non impugnare practicã glossarum, ꝙ duæ sententiæ non possent ferri, quando in prima hoc non esset dictum. De quo etiã uideatis per Bal. & Sal. in l. si per uim. C. qđ met. cau. & quod in simili dicitur in actione de dolo, in l. arbitrio, in princ. ubi per Bartol. ff. de dolo.

45 † In fin. glo. Idem tenuit glo. quæ hoc disputat, scilicet ꝙ o utraque sit definitiua: o * in d. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. super uersi. datam. Vos dicite melius, secundum Bartol. ibi, & latius in l. Titia. in secunda columna. ff. de accus. & secundum Anton. de Butrig. notabiliter loquentem in rub. extra de iudic. quòd sententiam esse definitiuam, potest sumi duobus modis. Vno modo, quia definiat controuersiã causę, imponendo illi finem, iuxta l. primò. ff. de re iud. & hoc modo sumendo potest in proposito nostro utraque sententia dici definitiua: quia utraque definit causam suam. Secundo modo sumitur sententia definitiua, quando debet dari libellus, lis contestari, & interuenire aliæ solemnitates: & hoc modo sumendo certè in proposito nostro secunda sentẽtia, quæ fertur in ista actione, Quod metus causa, non potest dici definitiua,

definitiua,sed magis executio primæ sententiæ. Et ita etiam in simili dicit Innoc.in sententia condemnationis expensarū c.sæpe contingit.in j.colū.extra de appel. Cum ista doctrina
46 transit etiam Ioan.de Plat.hic in vlt.col. † An autem ab vtraque sententia ex his duabus,quæ feruntur super ista actione, Quod metus causa,possit appellari,an verò à prima tantùm, & non à secunda:videatis glo.in d.§.hæc autem actio. in ver. datam.& ibi Barto.& Bal.videatis Innoc.in ca.fi. extra quod met.cau.& Bald.in leg. ab executione. in princip. C. quo appel. non reci.

Extra glo.ad complementum huius versicul. restat vltimò vt videamus formam libellorum,& aliquid de materia in actione,Quod metus causa,& in condictione ex ista lege, quæ datur contra executores plus debito exigentes, & in actione in factum ex edicto de calumniatoribus:in alijs verò actionibus in hoc versi.nominatis,& in materia, & libellos vidimus
47 in locis,quos allegaui in princ.huius versic.† Circa primum, videlicet circa actionem,Quod met. causa, pro clariori formatione libelli infrà formanda, sciendum est ex mente Ioan. Fab.quem sequuntur Ioan.de Platea,& Ang.hic, quòd in prima actione,Quod metus causa, non esset necesse exprimere certam personam in specie,per quā metus sit illatus, imò sufficit impersonaliter dicere metum illatum, persona non disignata:cùm talis metus sæpenumero incutiatur de nocte, vel in multitudine gentium:ideo tolerabilis est ignorantia personæ,à qua talis metus sit incussus.Tex.est no. & solennis in l. si cum exceptione.§.in hac.ff.quod met.cau.& ibi glo. in versi. ignorantiam.quam reputauit singularem Ioan.de Plat.& Ange.hic.Et per hoc inferunt signanter multùm Bald.& Ang.&
48 Floria.ibi deducentes istud ad actum practicum, † ꝙ si gentes armigeræ nobis amicæ auferunt mihi equum meum,si postea illum ad manus alterius reperiam, possum equum meū recuperare,licet non dicam nominatim per quem equus mi-
p hi fuerit ablatus: p sufficit enim quòd probem ablatum fuisse impersonaliter,dicto §.in hac cum.gl. Quod dictum nota quia quotidianum: & illud etiam sequitur, & commendat Angel. hic.

Illa etiam gl.in dict.§.in hac cum tex.inducitur ibi per eosdem Bald.Ange. & Floria. ad nonnullas aliàs plures decisiones à nostro proposito omnino extrauagantes, quas ibi videte per eos:& eas oēs refert Ange.de Are.hic,& impertinēter.

49 † Quid autem veniat in hac actione, Quod metus causa, habetis tex.in l.sed & partus.in princ.& in l. videamus. & in leg.si ipsa res. ff. quod met. cau. contra quem detur, habetis tex.in l.si cum exceptione.§.in hac.ff.quod met.cau.

50 † Quanto autem tempore præscribatur huic actioni,Quod metus causa,est tex.in l. si cum exceptione. §. post annum. ff. quod met.cau.& l.quarta.C.eodem.Et ista actio, Quod met. cau.quantumcunq; sit stricti iuris,vt §.actionum. infrà eo. tñ est arbitraria:vt §.præterea quasdam. infrà eo. & per consequens potest in ea iurari in litem:ut ibi est tex. magis apertus in l.arbitrio.in princ.ff.de dolo.& ibi glo.secunda,super versicul.quanti ea res.& ibi Barto.& alij.Quod multùm signanter ibi limitabat Flor.& sequitur Ange.hic, & commēdat ad
51 practicam,† vt procedat, quando agens petijt in libello iuramentum in litem sibi deferri. Aliàs autem si hoc non petierit in libello,videtur elegisse viam interesse cōmunis, iuxta not.
52 in l.qui restituere.in fi.ff.de rei ven.† Et in ista actione, Quod metus causa quadruplatur non illud,quod quis iurauit in litē ut no.Glo.& Barto.in leg.arbitrio.in princi. sed quanti ea res erit cum fructibus,& omni causa,quæ debet restitui:dict. l. si
53 cum exceptione.§.Labeo.versic.quadruplatur. † Et in prima actione,Quod metus causa veniunt non solùm fructus, quos vere percepit ille,qui metum intulit,sed etiam illi,quos percipere potuisset actor: & sic quamuis regulariter titulus excuset à percipiendis, iuxta leg. si fundum. à contrario sensu. C. de rei vendi.& l.qui scit.in princi.& §.primo cum sequent.ff. de vsur.& l.fructus.& ibi Barto.& l.ex diuerso.in princ.vbi latissimè Barto.ff.de rei ven.tamen hoc casu titulus non excusaret à fructibus percipiēdis,sicut nec excusat in isto, & in alijs compluribus casibus enumeratis per gloss.no.& ordinariam in l.sed & partus.in princi.in gloss.prima,in versicul potui.ff. quod met.cau.

q q*† An autem agēs ista actione,Quod metus causa,debeat
54 offerre pretium,& alia,quæ recipit:videatis tex.in l.tertia. C. quod met. cau.& ibi glo.super versic.reddito. & ibidem per Barto.& alios.Et aduerte ꝙ ista actio,Quod metus causa,descendens ex edicto prætoris ad rescisionem contractus nunquam competit,nisi esset talis metus, qui caderet in constan-
r tem virum, r puta mortis,vel cruciatus corporis, vel quid simile: quod totum arbitrio iudicis committitur: vt l. tertia in fin.cum quinque legibus sequen.ff.quod met.cau.& leg.interpositas.C.de transact.& glo.ordi.& magistra.in cap.cum di-
55 lectus.extra quod met.cau.† Si autem talis metus esset illatus in personam filiorum,hoc casu etiam cōpeteret actio prædicta non ex verbis,sed ex mente prætoris.l. isti quidem. in fi. ff.quod met. cau. imò etiam si esset illatus in personam coniunctorum,iuxta illud quod dicit glo.in leg.secunda, in glos. fin.ff.in ius voc.vt eant,facit l.hæres meus.§.fin. & ibi Imo.ff. de condi.& demon.Et etiam est textus.no.in cle.prima,circa princip.de exces.præla.& no.Barto.in simili.in l. de pupillo.
56 §.si quis ipsi prætori.in 9.quæst.ff.de oper.no.nun.† Si autem quis vellet rescindere contractum,non iure actionis,sed officio iudicis,tunc sufficit metus verecundiæ,licet non cōtineat metum mortis,vel cruciatus corporis.leg.fin.§.primo, qui in ci.si iusto.& §.sequen. si fœnerator. & vtrobique aliquid per Barto.ff.quod met.cau.& aliquid per Barto.in l.secūda, in fi. ff.de cust.& exhib.re.& in l.cum eo.ff.ad legem Iulia. pec. & uide Canonistas maximè Inn.in cap.causam matrimonij.extra de offi.deleg.Si autem inferatur metus alicuius futuri e-
57 uentus à natura,† vt medicus,qui infirmitatem paruam facit magnam, & periculosam, ut hinc promissiones illicitas extorqueat:& certè rescindentur officio iudicis.l.medicus.ff.de uar.& extraordi.cog.

58 † Quomodo autem rescindatur metus ratione maioritatis aut reuerentiæ,distinguitur:quia quædā est maioritas absque potestate,& authoritate publica,ut mariti in vxorem,patroni in libertum,& patris in filium:& tūc rescinditur officio iudicis.leg.prima.§.quæ onerandæ,& ibi glo.no. & ibi not.Barto.ff.qua re actio.non da.& tex.not.in leg.penult.in fin. ff.de fur.quem in proposito isto allegat Bal.in cap.primo.§.itē sacramenta.de pa.iur.fir.& dicit Ioan.de Plat.hoc idem esse, si subditus aliàs non contracturus contrahat rogatu principis,
s nam rogamina superiorum mandata sunt, s vt inquit gloss.in clemen.prima,in versi.exhortamur de testi.& gl.in l.prima. §.j.in verbo,quemadmodum.ff.quod iussu. Et ita dicit tenere Innoc.in cap.petitio.extra de iureiurand. quod an sit uerū
59 statim dicam. † Quædam est maioritas, siue reuerentia quæ habetur ex officio publico:ut est illa,quā habet Potestas, uel Capitaneus:& illa rescinditur condictione l.fin.C.quod met. cau.Et hoc remedium credo ꝙ competat in casu proximè dicto, quando subditus aliàs non contracturus rogatu principis contrahit.Quicquid dixerit Ioan.de Plat.hic,omnia sunt ex mente glo.multùm no.in l.interposito.in glo.prima. & ibi Barto.& Bal.C.de transact.& gl.no.in l.nec timorem, in princip.in uer.restitui.ff.quod met.cau.& Bartol.in l.metum,la j. ff.quod me.cau.Quæ omnia multùm conferunt, imò necessaria sunt ad intelligentiam formationis libelli,ut sciamus quādo intentanda sit ista actio,Quod metus causa, uel officium iudicis,uel aliud remedium.

60 † Quando autem solæ minæ sint causa sufficiens ad causandam hanc actionem Quod metus causa:videatis glo.not. volentem quòd sic,si tria concurrunt in l.metum, in glo.prima,& ibi Barto.& Bal. C.quod met.cau.& Bart.in l.vnica.C. si quis Impe.malè.

61 † Et circa proximè dicta,scilicet circa metum reuerentialem,examinat hic latè Angel. an sola præsentia reuerentialis mariti, vel episcopi, vel patris faciat præsumi factum ob timorem reuerentialem, ita quòd rescindi posit officio iudicis.Omissa disputatione eius,paucis concludite quòd non:& facite not.regulam, quòd nūquàm sola præsentia mariti,vel episcopi,vel patris,est sufficiens causa ad faciendum rescindi contractum factum per vxorem,clericum, vel filium, tanquam factum metu reuerentiæ, nisi etiam interueniant uerbera, aut minæ.Ita signanter dixit Bar.in dicta l.prima.§. quæ onerandæ ad fin.ff.qua re.ac. non datur. & ultra ibi allegata per

per Bart.facit l.si parte cogente.cum gloss.ff.de ri.nup.& l.fideiussor.§.pater Seij.& ibi Ange.ff.de pigno.&c.quamuis de pact.lib.sexto: inducendo vt hic per Ange.de Are. Et idem et in terminis tenet Barto.in l.ad inuidiã.C.quod met.causa.& tenet Ang.hic respondens ad adducta in contrarium,referẽs ita in effectu tenere Bald.& Salic.in leg. transactionem.C.de transact.Et pro ista opi.etiam benè facit quod no.glo. in versicul.metu regio.in cap.insinuante.extra qui cle.vel vo. & qđ habetur in cap.ex literis.extra de despon.impub.& in c.præsens clericus.20.quæst.3.De quo etiam videte Innoc.in c. causam matrimonij.extra de offi.delega.& in cap. accedens.de conuer.coniu.& Bal.in cap.primo.§.item sacramenta.de pa. iur.firmand.

62 † An autem matrimonium carnale contractum metu reuerentiæ paternæ inualidetur t propter hoc:habes tex.no.quòd non,in leg. si parte cogente. ff. de ritu. nupt. intelligendo. vt ibi per gloss.

u u* Quid autem in matrimonio spirituali, puta ingressu religionis facto per filium,vel filiam coactè propter reuerentiã paternam,an per hoc vitietur: vide glo.singul. & peregrinã determinantem ꝙ sic,quamuis aliud sit in matrimonio carnali,vt suprà dixi.Glo.est dict.c.præsens clericus.20.q. 3. quam perpetuò notabitis:quia contingit in facto,quòd filiæ inuitæ, quia fortè deformes,aut claudæ,propter reuerentiam paternam ingrediuntur monasterium, aut virginitatis habitum suscipiunt,ꝙ per hoc vitiatur ingressus,& professio, ita ꝙ sine præuaricatione potest deseri,& deponi.De quo etiam videatis not.tex.in cap.cùm virum.in fin.& ibi Anto.de Butr. extra de regu.& Imo.in l.si cùm dotem.§.eo autem tempore.ff.solu.mat.vide tex.in c.j.& ibi gl.& Panor.extra quod met.cau.

63 † In prædictis tamen ad tollendam omnem suspicionẽ metus reuerẽtialis solet adhiberi notabilis,& bona cautela, quã nota ad practicam,ꝙ quando mulier consentit marito, aut filius patri,faciatis interuenire præsentiam coniunctorum, & amicorum,& quod tutius est,etiam ipsius iudicis : nam talis præsentia facit cessare omnem præsumptionem metus reuerentialis.Tex.est in l.transactionum.C.de transact. per quem textum dicit ibi Barto.Bald.& Salic.& notabilius Bartol.in l. frater à fratre. ff. de condi.inde.in 12. colum. in ver.decimò quero,quid de contractu emptionis.vbi singulariter vult Bar. quòd sufficiat sola præsentia iudicis,absque aliqua præsentia propinquorum.Et sequitur Imol.in l.j.§. fuit quæsitum. ff. ad Treb.& Ange.de Aretio hic, qui hanc cautelam multùm cõmendat,dicens non esse diu quòd illam in practica deduxerat.Vide do.Barthol.Veronen.in cautela 304.

64 † Ad prædicta etiam,scilicet ad dictum timorem reuerentialem,vide Bal.in leg.j.in penult.col.C.de bon.matern.allegã tem glo.in dict.§.quæ onerandæ.pro singulari ad hoc videlicet quòd silentium filij,vt filiæ propter patris reuerentiam interueniens reputatur contradictio . Et ad hoc etiam vide Bal. in l.si sine voluntate tua.iuxta prin. C.ad Velleia. vbi ponit ꝙ

65 † si vxor consentit marito alienanti rem ipsius vxoris, & hũc consensum præstat vxor, quia non audet contradicere nimia

x reuerentia,vel metu mariti,ˣ an per hoc sibi præiudicet vxor? Et tenet quòd non.quod etiam tenet Bart.in l.quæ dotis. ff.solu.matri.De quo videte etiam per gl.secunda quæst.septima . cap.plerunque.in glo.in versic.tacet .

66 † Dicit etiam alibi singulariter Innoc.in c.petitio. extra de iureiur.quòd importunæ preces mariti habentur loco minarum.Dixit etiam sing.Barto.in l.penul.circa fin.per illum tex. ff.de condi.ob tur. cau.se aliàs dixisse in quæstione de facto : probatur quòd maritus percusserat multùm benè vxorẽ suã, quia nolebat consentire cuidam instrumento: posteà ex interuallo mulier consensit: certè secũdum Bar. videtur fecisse metu:quia donec durabit in matrimonio illius viri , semper iste metus instabit.d.l.prima.§.quæ onerandæ. & l.interpositas. C.de transactio.& per Canonistas,maximè Inno.in cap. accedens.extra de conuer.coniu.& pleniùs in cap.veniens,extra de offi.deleg.De quo dicto Bart.videte do. Anto. in cap. causam matrimonij extra de offi.delega. Et pro eo bene facit qđ

67 singu.dixit Ange.in leg.ad inuidiam.C.quod metus caus.† ꝙ si probat metũ semel fuisse illatũ, semper pſumitur pdurare.

y y In hac etiam materia actionis,Quod metus causa,videatis quod pulchrè & sing.dixit Barto.in l.creditor.in princi. ff. de sol.& sæpe contigit de facto quòd si ciuitas, vel princeps facerent ordinamentum sub pœna graui,quòd debitores bãnitorum soluant fisco, vel cameræ : iste diceretur iustus me-

z tus,ᶻ & iustus timor.Quod etiam tenet Bal.in l.falsus.in pen.

68 col.C.de fur.& Inno.in c.fi.extra de offi. deleg.† Itẽ soluens iussu magistratus præsumitur coactus soluisse. lege,homo liber.& ibi per Dyn.ff.de acqui.re.do.leg.liber homo. in princip.& ibi Ange.ff.de hære.insti.Refert etiam Bal.in extrauag. de pa.Constan.in ver.pactiones.Ioan.Andr.in capi.primo de præscrip.in sex.in Nouel. dicentem ꝙ indebita seruitia præsu

69 muntur à dominis per metum extorta:† & quòd in dubio pſumitur contra Potestates,vt ibi per eum. Videatis etiam no. per Bal.in eodem titu.de pa.Constan.in versi.pro infectis.vbi

70 illum §.not.valde † ad contractus,qui fiunt quotidie cum dominis terrarum,an debeat proponi actio,Quod metus causa ad rescindendũ.Et dicit ꝙ non.& ibi vult sing.Bald.si benè inspiciatur, ꝙ contractus initus cum principe metu principis, sit ipso iure nullus : non autem est opus ꝙ rescindatur actione,Quod metus causa.Circa quod vide quod no.gloss.in c. si ergo.8.quæst.prima. Dicit etiam Ioan.And. in cap. quia propter.extra de cle. quod vultus terribilis Potestatis inducit iustum metum.Quod dictum reassumpsit Bald. in capi.primo. §.iniuria de pa.iur.fir.in vsi.feud.

71 † Vltimò pro nunc nota quòd magis creditur testibus de-

a ponentibus de metu, a q̃ mille deponentibus de spõtanea voluntate.Dictum fuit singulare Inno.in cap.super hoc.extra de renun.quod dictum sequitur,& commendat Bal. in suo diuino consilio Schismatis,quod ponit post rub.C.si quis ali.test. prohi.in 9.col.illius cons. & ibi assignat rationem illius dict. Quod dictum refert etiam,& sequitur Bal. in l. si quis in hoc genus.C.de epis.& cle. & ibi longè clarius refert dicere In-

72 noc.in loco vbi suprà,& sequitur.† ꝙ impossibile est probare spontaneam voluntatem contra probationem meticulosæ voluntatis.Et hoc etiam refert,& tenet idem Bald.in l.prima. ad fin.C.de hæred.insti. Et de hoc dicto Inno. videatis etiam Ang.in l. si quis ad se fundum.C.ad l. Iuliam. de vi pub.& in l.prima.& in l.fin.in princ.ff.quod met.cau.& Albe. de Rosa. in rub.ff.quod met.cau.

73 † His sic pro aliquali introductione præsentis materiæ præmissis,veniamus modò ad formam libelli in ista actione,Qđ metus causa:quæ tamen satis,superq; ex supra dictis patet:& eius libelli formam ponit Spec.in tit.de his quæ vi , metusue cau.fiunt.& Ros.in tit. de actio. quod met. cau. & in titul. de vtili actione,quæ datur metum passo, secundum quod eos refert Ioan.de Plat.hic,& vltra eos ponit etiam in terminis Barto.quem ipse non allegat,in leg.si cum exceptione, §.hæc autem actio.ff.quod met.cau.& ex eorum mente,necnon & scribentium hic,vt Ioan.Fab.& Ange.de Are.& melius, q̃ aliqs, Ioan.de Platea hic,potestis ita formare libellum : Ago cõtra Titiũ,& dico ꝙ de anno præsenti incussus fuit mihi talis metus,tali,& tali modo , qui caderet in constantem virum , per quem metum compulsus sum ad vendendum talem librum, qui est tanti valoris , puta uiginti pro decem , & ad eum sibi tradẽdum. Quare offerens id,quod recepi,peto eum cõdemnari,ut dictum librum mihi restituat, cum omni damno , & interesse,& fructibus,& omni causa : petens etiam iuramentum in litem mihi deferri eo casu quo mihi expedierit: & si, & inquantum cesset mihi restituere intra legitimum tempus, peto eum condemnari ad quadruplum mihi præstandum, in quod incurrit vigore contumaciæ in non restituendo.

In hoc libello plura sunt cum mysterio, ut apparet ex his,

74 quæ suprà dixi.in primis De anno præsenti:† quia ista actio, Quod metus causa,intra annum datur ad quadruplum, post annum datur ad simplum:vt leg.si cum exceptione.§.post annum.ff.quod met.cau.& in l.si per uim.C.quod met.cau.

Posteà ego dixi cum maximo mysterio,Incussus est : & sic locutus sum impersonaliter, non exprimens à quo ; quia fatuum esset exprimere,uersi. extra glo. ut suprà dixi ex mente doct.hic ,quamuis Ioan.de Platea.& Ange.de Are. inaduertẽter exprimant personam,quæ metum incussit.quod reprehẽdit etiam Ioan.Fab.hic,in libello Petr.de Bella Pertica.

Item dixi,Talis metus,qui caderet in constantem uirũ,&c. quia

quia non omnis metus sufficit,vt suprà abundanter dixi.

Posteà dixi:Offerens id,qnod recipi.per text. in l. tertia. C. quod met.cau.& ibi glo.in versi.reddito.& ibidem doctor.

Posteà dixi cum magno mysterio,Petens etiam iuramentũ in litem mihi deferri. quamuis alij omnes hoc inconsulto omittant. Et hoc posui propter singularem limitationem Floria.quam suprà retuli.

Vltimò dixi,Et si & inquantum cesset mihi restituere intra legitimum tempus propter tex.nostrum hic in versi.itẽ actio. cum glo.fin.in versi.restituat.& his quæ ibi dixi.Et aduertite: quia ista conditionalis petitio admittitur in libello, per l.cõ ductores.C.loca.& leg.non ab re.§. vnde vi. Et in simili Bart. in Authen.contra qui propriam.& ibi Bald.in l.fin.C. de non numerata pecun.& idem Bal.in alio simili,in l.athletas.§.calumniator.ff.de infam.Et ista forma conclusionis mihi magis placet,quàm illa,quam sentit gloss.in l.cum si exceptione. §. hæc autem actio.in ver.datam.ff.quod metus causa.& ibi ex

75 presse ponit Barto.scilicet † quòd formentur duo libelli, seu duæ petitiones.vnus,in quo petat rem sibi restitui,& eo casu, quo non restituit intra tempus legitimum declaratum ibi per Barto.quòd porrigatur alius libellus,in quo petatur quadruplum.Primam tamen formam sequitur Barto.ibi:& etiam approbant Ange. de Are. hic, & eam tenet consequenter Ioan. Fab.hic,dicens quòd hæc est apertior conclusio.

Aduertendum est etiam,secundum Ioan.Fab. & Ioann. de Plat.quòd in ista actione, Quod metus causa,diuersæ conclusiones sunt formandæ secundum diuersitatem casuum emergentium.Nam si per metũ me cõpulisti tibi obligari, debeo concludere in libello, & petere vt me liberes. Si autem per metum te liberaui,debeo concludere,vt me reponas in priorem obligationem.l.metum.la tertia.§.pen.ff.quod met.cau. Itẽ eo casu,quo coactus metu adiui hæreditatẽ,debeo cõcludere,& petere,ꝙ abstinere possim,iuxta l.si mulier.§.pen. & fin.ff.quod met.cau.& idem in similibus casibus.

76 † Quid autem articulari debeat in hac actione,Quod metus causa,& qualiter formandæ sint positiones, habetis text. & ibi declarat Barto.in l.si cum exceptione. §.in hac actione. & §.aliquando.ff.quod met.cau.& tex.in l.non interest. cum glo.& ibi not.Bar.& doct.C.quod met. cau. Et iuxta hos articulos dicit Ange.de Are.hic, vnum esse perpetuò tenendum

77 menti,† ꝙ si res est magni pretij, & vendatur pro paruo, ꝙ sufficiat istud articulare:quia hoc simpliciter probato, præsumitur metus,& rescindetur contractus, vt metu extortus. Ita dicit eleganter notare Barto.in l.interpositas. C. de transact. Quod dictum dicit se intelligere verum,quando aliquis alius color metus interuenisset,aliàs dicit se credere ꝙ hoc dictum non sit verum simpliciter, ꝙ quando aliquis est deceptus vltra dimidiam iusti pretij,non tamen dicimus,quòd ex hoc ꝓsumatur metus, sed alio remedio agimus, videlicet remedio

b leg.2.C.de rescind.vend.Sed errauit multùm Ang.b* de Are. non benè inspiciendo Bart.& illum tex.leg.interpositas.quia imò Barto.in tertio suo intellectu,quem ponit in dicta leg.interpositas,versicu.ad vnum tamen dicit totum contrariũ, videlicet quòd imò nõ præsumatur metus,ex eo, quòd quis dedit aliquid magnum pro modico,vel magnam quantitatẽ dimiserit pro modica.Ita dicit ibi Bar.in tertio not. & etiam in fin.illius l.& si Bart.dixisset, prout pessimè eum refert Angel. de Aret.hic,intellectus ille Bart.quem dat ad tex. dicte leg.interpositas.esset de directo contra illum tex.

Circa secundum principale,uidelicet circa conditionem ex l.quæ datur in quadruplum contra executores, seu nũtios publicos,qui maius salarium debito exegerunt,dicite,ꝙ materiam istorũ nuntiorũ,seu publicorum executorum, examinaui plenissimè suprà in tex.in quarto not.vbi tetigi quicquid tangi põt in hac materia, & etiam dixi aliquid in primo not.

78 † Libellus autem in hac materia patet clarissimè ex ibi dictis.Si tamen uultis uno uerbo ex mente Ioan. de Pla.& Ang. de Aret.hic,potestis ita concipere libellum : Ago contra Titium executorem,seu nuntium publicũ communis Papiæ,uel talis iudicis:& dico quòd cùm esset destinatus ad faciendum citationem mihi,uel executionem talis præcepti, uel sentẽtiæ contra me,uel in bonis meis, & deberet habere pro suo salario,siue labore decem tantùm,exegit, & extorsit uiginti à me Quare cùm inciderit in pœnam quadrupli ex legis dispositione,uidelicet huius uersi.quadrupli cum si. peto ipsum mihi condemnari in quadruplum eius pecuniæ, quam mihi extorsit & ad illud mihi soluendum compelli.

Hæc forma clarè colligitur in hoc tex. iunctis latè traditis suprà in tex.in quarto not.& hæc quoque.in Authen.ut liti.iu ren.Huius libelli singula mysteria colligite ex latissimè traditis suprà in dict.4.not.Nunquid tamen id,quod in conclusione petij,uidelicet,quadruplum totum mihi applicari, sit hodie uerum, an uero debeat applicari fisco, & simplum dari damnum passo:tetigi suprà in gloss.in uer. quadruplum. ubi gloss.ponit:ibidem uideatis.

c c* Circa tertiũ,& ultimũ principale, uidelicet circa actionem in factum ex edicto de calumniatoribus,pro introductio

79 ne materiæ aduertite ad aliqua fundamenta. Primò † hæc actio datur ad quadruplum intra annum utilem, & post annũ in simplum tantùm.l.j.in princ. ff. de calum. & datur contra eum qui pecuniam accepit,uel sensit aliud commodũ, etiam non pecuniarium,iuxta l.j.§.finali.& l.2.& 3.in princip.ff.de calum.ut alicui faceret, uel non faceret negotium calumniosum.d.l.prima,in princip. uel ut calumniosam actionem instituеret : ut ibi.

80 † Et aduertite quod ex sola receptione pecuniæ, uel alterius cõmodi,etiam non pecuniarij, facta ad istum finem, tenetur indistinctè recipiens,non attento an posteà fecerit, uel non.l.& generaliter.§.primo.ff. de calum. Quod tenet etiam Bart.in l.si quis legatum.ff.de fal.& tex.in dicta l.& generali-

81 ter.§.primo.Alleg.per Bal.ibi notabiliter multùm † ꝙ in cõ

d mittente baratariam d non habeat locum pœnitentia etiã re integra.Quod dicit Bal.fuisse de facto Florentiæ.Quod dictũ est benè signandum,quamuis in contrarium uideatur textus in leg.qui autem operas.ff.de infami.

e e* † Et ista actio in factum ex edicto de calumniatoribus

82 competit nedum contra recipientẽ,sed etiam contra illum, qui dedit ut negotium calumniosum alicui fieret, uel contra aliquem calumniosa accusatio institueretur: tamen ille, qui dedit,simili pœna tenetur, scilicet quadrupli:ut est glo.no.in l.j.incipien.in gloss.2.ff.de calum.Et contra ipsum calumniantem nedum competit ista actio, sed etiam tenetur alijs quatuor pœnalibus,quos enumerat glos.magistra.& approbata in dicta l.prima.§.primo.in uer.ad negotium.

83 † Item ista actio in factum ex edicto de calumniatoribus, competit domino etiam contra procuratorem suum, & contra suum aduocatum,qui pecuniam acceperunt, ut domini negotium per calumniam facerent,id est, ut per collusionem paterentur se ab aduersario uinci: quo casu ipse tenentur in quadruplum:& etiam tenetur similiter ille, qui dedit.De his omnibus est glo.no.in l.j.§.sed & constitutio.in uer. aduersario.& ibi Bar.ff.de calum.Et de corrũpente procuratorem,& an contra ipsum procuratorẽ agi possit:uideatis etiam textũ in l.eleganter.§.pen.& ibi glo.Barto. ff. de dolo. & plenè per Imo.in l.diuus.ff.de re iudicata. Et de aduocato uideatis ẽt latè Imo.in dict. leg.diuus.in decimasexta columna,& quod not.Bart.& alij in l.prima.C.de aduoca.diuer.iu. & quod no. Barto.in l.prima.C.de pœna iudi.qui malè iudi.

84 Item aduertite,† ꝙ hæc actio in factum de calumnia, & eius materia,non habet locum,nisi quando accipitur pecunia uel aliud commodum per calumniam, puta ut negotiũ fiat, uel non fiat calumniosè, uel ut calumniosa accusatio instituatur.Aliàs autem si darem tibi pecuniam simpliciter,ne me accusares,non dico calumniosè,tunc non habet locum ista materia,secundum Ioan.Fab.hic,ubi pleniùs uideatis. Et si hoc est uerum,est maxima limitatio præsentis materiæ.Sed in cõtrarium uidetur mihi textus in l. si quis ab alio. in principio. ff.de calum.ubi tex. non dicit aliquid de calumnia. Ad idem l.& generaliter.§.primo.& §.illud.ff.de calum. Ad idẽ & fortius,l.penultima,in eodem titulo, per quæ iura uidetur apertè dicendum oppositum,nisi aduersarius,qui pecuniam accepit,probaret eum esse nocentem, & consequenter actionem quam proposuerat,uel proponere deliberauerat, non esse calumniosam:ut dicitur in dicta l.penultima.

f f* † Item ad aliud aduertite,quia hæc materia habet locũ

85 quando datur aliquid ob negotium calumniosum, quod fit iudi-

iudiciale, uel quod in iudicio uerti posit: nō autem habet locum pro calumnia commissa, vel committēda extra iudiciū: puta, si dedi tibi pecuniā, ne me spoliares, vel ne me uerberares. Et ideo in istis casibus recurrendum esset ad actionē, Quod metus causa: uel ad conditionem ob turpem causam, secundum Ioan. Fab. hic. Et sentit idem gl. in rub. ff. de calum. quāuis in contrarium, quòd imò ista actio competat etiam pro calumnia commissa, uel committenda extra iudicium: sic tex. in l. si quis ab alio. §. finali, qui incip. cùm publicanus. ff. de calū. quē tex. allegat etiam Ioan. de Pla. hic, per quem tex. puto nō esse veram limitationem Ioan. Fab. supra relatam.

86 † Cui autem competat hæc actio, patet ex supra scriptis: qa competit illi, qui pecuniam dedit, ne calumniosam accusationem pateretur, uel aliud negotium calumniosum.

Quid autem sit, si alius tertius dedit, an illi tertio competat actio ista? Dicite vno verbo, Aut dedit ut mihi fieret calūnia: & iste nihil repetit: sed ego, in cuius læsionem data est. Si autē dedit, ne mihi fieret: & tunc si me mandante, vel ratificante: & ego agam, non ipse. l. si quis ab alio. in principio. ff. de calū. aliàs autem ipse repetet simplum, & ego agā ad quadruplū.

87 † An autem in actione de calumniatoribus, quæ datur ad quadruplum, illud quadruplum sit totū pœna: an uerò in quadruplo contineatur simplum: uide gloss. in l. in hæredem. §. j. in uer. tollatur. ff. de calum.

g g * His pro introductione materiæ præmissis, clarè liquet

88 † qualis debeat esse forma libelli in actione in factum ex edicto de calumniatoribus: cuius libelli formā ponit in specie Specul. in titu. de calum. & Roff. in eo. tit. secundum quod hic referunt Ioan. de Pla. & Nicol. de Neapo. in 7. quæst. extra gl. Et in hoc libello conclusiones sunt diuersificandæ secundum uarietates, & diuersitates factorum, ut habetur in dictis locis,

89 & in superioribus apparet. † Si enim agat ille, qui pecuniā dedit, ne sibi calumniosum negotium fieret, vel ne contra eū calumniosa accusatio instituereretur, habet ita constituere libellū secundum Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Ange. hic: Ago contra Titium, & dico, ꝙ cùm de anno præsenti me calumniosè accusaret, aut accusare uellet de tali calumnia, de qua fui, & sum innocens, dedi sibi dicto tempore tātam pecuniam, ne me calumniosè accusaret. Quare cum inciderit in pœnam quadrupli eius pecuniæ, quam recepit ex dicta causa: peto ipsum cōdemnari ad quadruplum. Si autem alius dedisset pecuniam, vt mihi negotium per calumniam faceret, vel in me calūniosam accusationem iustitueret: tunc hoc esset narrādum, & postea concludendum, vt suprà. Et idem fiendum est in similib⁹ casibus contingentibus, secundum tamen ea, quæ supra dixi, secundum quæ dicta etiam ista intelligatis.

90 † Adde etiam ad istum §. quod Bal. in cap. j. in ulti. colū. de plus peti. dicit se putare quòd de æquitate canonica oēs contractus Mundi sunt bonæ fidei in effectu: & ita dolus omni casu vitiat ipso iure, vt ibi per eū, quem vide ad limitationem h* huius textus.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a * Hæc opi. Iason. mihi placet. & ita, si casus mihi contingeret, iudicarem. Sardus.

b IN LEG. PRIMA] Et ibidem uide do. Alexā. de Imo. in secunda colum. versic. & ista. & ibidem uide quæ habentur per Franc. Are. & Ludoui. Rom. in consi. 277. & in consil. 507. & Bald. in consi. 285. in secundo uol.

c * Vide Bart. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. Sardus.

d SEV IVDICIS] Adde Fel. in c. primo. de iudi. in 5. colum. statim post medium. & dom. Alexand. de Imol. in l. quod nomine. ff. de fal. & Tancre. in Sum. de cita. quinta quæst.

e COMMISSIO] Vide omnino Pau. de Cast. in consi. 50.

f SCIENDVM] Et ibidem uide do. Alexan. de Imo. in penultim. colum. & sequen. & Feliu. in cap. primo, de iudi. in sexta columna, versic. quarta conclusione. & Guid. de Suza. in l. ad peremptorium. de iudi. & do. Alexand. de Imol. in consil. 124. in secunda parte.

g CVRA] Vbi uide dom. Alexan. de Imo. & Felin. in dict. cap. quoniam contra, in 8. columna, & in cap. ad petitionem. 9. colum. de accus. & Pari. de Puteo in tract. syndi. uersicu. nuntius. & domi. Pet. Philip. Cor. in consilio 79. incip. visa in litera B. in tertia parte.

h * Tu adde quòd Barto. in tractatu de cita. in 11. quæst. videtur uelle quòd in dubio sit magis credendum nuntio. Sed cū à communiter accidentibus isti nuntij sint personæ uiles, & infames, ut per Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uersic. per nuntium. magis placet opi. Ioan. Andr. Salice. & Angel. de Aretio, quòd sit in arbitrio iudicis, cui magis credēdum sit: argumen. l. 3. §. primo: ff. de testib. & etiam possemus ita dicere in sequen. quæst. quam format Ias. hic, quamuis Ang. de Aret. dicat in dubio magis esse credendum notario. Anto. Ang. Carcassona Sardus.

i CREDATVR] Vide Felin. in capit. ad petitionem. in 9. colum. de accusa.

K * Aduertas quòd Bal. mouetur per textum in l. secunda. C. de execut. & exactio. lib. 12. qui tex. parum facit, quia loquitur in iudicibus quorum alter non debet se intromittere de negotio alteri commisso. Secus erit in nuntio: ut dicto. §. deinde. Nec obstat tex. in §. his, qui causas. in Authentic. de iudi. quia est intelligendus, nisi ab alio iudice esset requisitus, ne pugnet cum dicto §. deinde. Mihi autem uidetur, quod fœdere distinctionis possunt huiusmodi opiniones conciliari: quia aut quæris utrum iudex, qui nullum habet deputatum nuntium, possit committere citationem nuntio alterius curiæ: & dicas ꝙ sic, ex quo posset eligere quem uellet: ut l. secunda. C. de spor. & ita loquitur proprie §. deinde. uersi. ex prouinciali. in Auth. de defens. ciui. & ita etiam procedat opi. Barto. in extrauagā. ad reprimendum. in uersic. per nuntium. & Ange. de Are. hic. Aut quæris de iudice, qui habet certos nuntios deputatos, vel habere debet: & tunc non possit alienæ curiæ nuntijs citationes, nec alia committere: & in his terminis loquitur tex. in §. his, qui causas. in Auth. de iudi. & procedat opi. Bal. in dicta l. prima. ff. de off. consul. Anto. Ange. Carcass. Sardus,

l * Adde quòd mihi in hac quæst. magis placet opin. Ioan. Fabri, & Ioan. de Platea, per textum nostrum ibi: iussu magistratuum, &c. & sic expressè requiritur iussus magistratuum: ergo qualitas illa tempore vocationis debet uerificari: argumen. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. actio. no. Barto. in l. ex facto. columna secunda. ff. de vulgar. & pupilla. nec hoc casu admitterem esse identitatem rationis: quia iudices maturius procedunt in vocando quempiam, & causa vocationis est iudici exponenda: At ista nuntij nulla requisita causa, ut lucrentur, uocant omnes., cum sint uiles personæ regulariter, & pauperes: ut per Bart. in extrauag. ad reprimend. in uer. per nuntium, & supra dixi. colum. proxima. Carcassona Sardus.

m * Aduertas, pro gl. nostra facit, quia si esset verum ꝙ utraque pœna haberet locum, sequeretur quod reus duas pœnas ex eodem delicto consequeretur, unam per hanc actionem, aliā uero ex exactione facta. per dict. §. & hæc quoque. quod nō uidetur, conueniens argu. l. senatus. ff. de accu. Præterea in re cautum non reperitur, quòd ubi lex pęnam imponit ciuiliter parti applicandam, & aliam criminaliter applicandam fisco, ꝙ ex pœna fisco applicanda detur aliquid parti, cui iam alia uia promisum fuit, imò contrarium reperitur, quòd vbi parti est prouisum de pœna fisco inferenda, nihil datur parti, ut l. qui se pulchra. C. de sepu. viol. Cùm ergo in §. & hæc quoque. habeatur respectus & ad fiscum & ad partem: meritò huius §. pœna cessabit quo ad hoc: quia non erit tota parti applicanda. Et ad l. quotiens. responde ut colligitur ex sol. Iaso. ad duo prima argu. & etiam ex traditis per Barto. in l. fina. C. de aquæ duc. lib. 11. Carcassona Sardus.

n PROBATIO] Pro hac parte uide quod no. in cap. at si clerici. de iud. in glo. in versic. legitimis in l. cum de indebito. ff. de proba. Contrà est tex. in l. si præfatam. §. scientia. C. de iure delib. gloss. in uersi. proprium iuramentum. in cap. statutū. de rescrip. lib. sext. Ludou. Roma. in l. admonendi. ff. de iureiur. Sed vide Fran. de Are. in capit. secundo. in secundo not. de proba. ubi dicit quòd prima opin. est magis communis.

o * Quæ sit proprie & uere sententia diffinitiua, uideas doctores in l. imperium. ff. de Iurisd. om. iud. in illa quæst. an sententia lata in causa summaria, sit diffinitiua. Sardus.

ABLA-

p ABLATVS] Et hoc idem tenet Feli.in cap.significantibus.in quarta colum.in versicul. habes,post princip. extra de lib.oblat.

q * Vide similem gl.in l.si fundum.C.de rei vendi.Sardus.

r VIRVM] Quis autem sit metus, qui cadit in constãtem virum,& quomodo requiratur:uide do.Alex.de Imo. in cõsil. 48.quarta parte.in consi.89.in quarta columna, in tertia parte.vbi ponit latè de metu,qui cadit in constantem virum: & quomodo probatur metus.& in consi.98.eadem tertia parte. vbi ponit,an terror armorum sufficiat ad inducendum metũ. & dom.Alex.de Neuopataui,in consi.47.inter consi.do.Alex. de Imola,in quarta parte.

ſ SVNT] Adde Feli.in cap.primo post princip.in uersic.dicit hoc ibi:& ampliant cum versi.seq.de offi.deleg.& Pari. de Puteo.in tracta.syndi.in cap.de offic.syndi.in versi. syndicantur etiam.in j.colum.

t INVALIDETVR] Vide Card.in clement. prima. 17. quæst.de consan.& affini.& Barth.Cepo.in rubri. de test. 22. columna.& Oldr..in consilio 35.& domi.Alexan. de Neuopataui.in consilio 47.inter consil.domi.Alexan.de Imo.in quarta parte.dom.Alex.de Imo.in consi.48.in eadem parte. & in consi. 99.per totum, in tertia parte. Et quid si sit contractũ de nocte per metum,an ualeat:vide per eum in consilio ultimo, ead.tertia parte.

u * Et ibi videas Bal.omnino pro eius intelligentia.

x MARITI] An per reuerentiam mariti naturaliter dicitur esse in iusto metu. iuxta l.1.§.quæ onerandæ. quarum rerũ actio non datur:vide domin.Alexan.de Imo.in consi.90.in 4. col.cum seq.in tertia parte.

y PERDVRARE] Quando, & quomodo præsumatur durare metus.vide dom.Alex.de Imo. in consilio primo in 6. columna,in tertia parte. & in consilio 47. in quarta parte. & in consilio 48.ea.parte.& dom.Alexan.de Neuopataui.in cõsilio 47.inter prædicta consi.dom.Alex.de Imol.in 4.parte.

z METVS] Nunquid autem præceptum vel preces domini temporalis in subditum inducant iustum metum: vide domi.Alex.de Imola.in consilio 16. in prima,& penultima colũ. in tertia parte.& ibi etiam ponit, quid in alijs magistratibus, coram quibus quis non fuit ausus comparere ad appellandum,an excusetur.

a DE METV] Et quomodo probetur. metus, vide domi. Alex.de Imo.in consi.154.in 5.columna.cum sequen. in secũda parte.& in consi.89.in tertia parte.

b * Aduertas,quia & si uerũ sit q̀ illa sola qualitas parui pretij,non sufficiat ad arguendum metum,vt dicta l.interpositas. secundum Bart.intellectum.C.quod metus causa.attamẽ forsan dictum Ang.de Are. saluari posset, q̀ si aliqua alia coniectura metus interueniret simul cum paruitate pretij,præsumeretur metus: quia quæ singula non prosunt, simul cumulata iuuant:vt habetur in l.instrumenta.C.de probationibus. & in cap.ex literis.extra de præsum.cũ similibus. Carcass.Sard.

c * Et uideas,quæ ibi dixi in additionibus,vbi opi. gloss. tanquam veriorem firmaui Sardus.

d BARATARIAM] Quæ autem dicatur barataria, & an dicatur, quando quis est debitor communis, & in libro suo aptat particulam ut non videatur debitor. vide Paul. de Castro.in consil. 150. vbi quòd non, sed quando datur iudici pro iniustitia,uel ne ius faciat.

e * Responde quòd in illo text. ideo non punitur consiliũ, q̀a non est adeo res turpis, vt consilium puniri debeat, vt ibi inquit tex. iudex uerò committens baratariam (vt eorum vtar vocabulo) grauius videtur delinquere.Sardus.

f * Adde quòd ad iura alleg.per Ias.contra Ioan. Fab. videlicet ad l.si quis ab alio.in principio.& ad l.generaliter. §. primo.& §.illud.ff.de calum. possum respondere quod necessariò sunt intelligenda,quando per calumniam aliquid datum est,ex quo situantur in titulo de calum.argumen.l. imperator Seuerus.de indi.ad dict.l.fin.in princ.ff.de condi.inde.& l. penulti.hic alleg.potius facit pro Ioan.Fab.iuncta cum gl. 1. illius l.pen.vel posses, vt supra dixi: ad alias leges respondere: & si uis etiam tueri Io. Fab.in sequen.dicto,responde ad §. cũ publicanus.dupliciter,ut per glo.ibi,in ver. pecuniam. Carcassona Sardus.

g * Et vtrùm in dubio in pœna dupli,tripli, uel quadrupli cõtineatur rei persecutio: vide pulchrè in §.sic itaque.colum.secunda.supra eodem.Sardus.

h * Hoc dictum magis congruit §.sequen.quàm suprà dictis, quia in hoc §. nullum verbum fit de actione bonæ fidei, uel stricti iuris.Sardus.

SVMMARIA §. ACTIONUM autem.

1 *Actiones bonæ fidei quæ sint.*

2 *Actionum quædam sunt bonæ fidei,& quædã stricti iuris.*

3 *Diuisio aliqua vt sit bona,qualiter fieri debeat.*

4 *Contractus omnes Mundi quantum ad mentem,sunt bonæ fidei.37.*

5 *Actionum stricti iuris an aliqua sit,quæ naturam bonæ fidei habeat.7.13.*

6 *Vsuræ ex mora an sicut in actionibus bonæ fidei, veniunt ita in actione ex testamento.*

8 *Iuramentum in litẽ an præstetur in actionibus bonæ fidei.*

9 *Condictio ob turpem causam concurrit cum actionibus bonæ fidei.*

10 *Actiones bonæ fidei non sunt arbitrariæ respectu loci.19. 20.25.37.*

11 *Actio ex testamento an sit arbitraria propter locum.*

12 *Actiones bonæ fidei, & actio ex testamento, an æquiparentur.*

14 *Actio quæ competit ex donatione causa mortis, est stricti iuris.*

15 *Actio pro tutela an sit stricti iuris, & naturam bonæ fidei habeat.*

16 *Actiones bonæ fidei quot sint.*

17 *Actiones bonæ fidei,quæ hic enumerantur,quare sint magis bonæ fidei,quàm aliæ.*

18 *Ratio omnium,quæ sunt in iure,reddi non potest.*

19 *Actio oneris auersi an sit bonæ fidei,an stricti iuris.20.21.*

22 *Actio præscriptis verbis an sit bonæ fidei.23.*

24 *Actio petitionis hæreditatis,an sit bonæ fidei.*

25 *Actio subrogata accipit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

26 *Actio rei vxoriæ transfusa in actionem ex stipulatu, dat ei propriam naturã bonæ fidei,licèt aliàs sit stricti iuris.*

27 *Actiones bo.poss.hæ.pe.& fideicom.hæred.pet. an dicantur bonæ fidei,an stricti iuris.*

28 *Contractus bonæ fidei,siue dolus det ei causam, siue incidat,an valeat.31.*

29 *Dolus,& metus æquiparantur.*

30 *Contractus bonæ fidei, & contractus stricti iuris, quo casu differant.*

32 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei, an annullet contractum ipso iure.& nume.seq.*

36 *Dolus dans causam cuilibet contractui, an reddat contractum nullum.*

37 *Matrimonium an,si ei dolus det causam,sit nullum.*

38 *Matrimonium, si aliquis induxit quendam vt accipiat eius filiam in vxorem, promittens quòd eam instituet hæredem,an si in testamento secus fecit,valeat.39.*

40 *Dolus, vt operetur rescissionem contractus, qualis esse debeat.*

41 *Dolus an per illum committentem allegari possit.*

42 *Dolo deceptus an declarare cogatur,an stare velit contractui,vel non.*

43 *Cõtractus bonæ fidei dolo initus,an sit ipso iure nullus.*

44 *Dolus proxenetæ an vitiet contractum.*

45 *Fru-*

Venditor

Venditor licèt possessionem vacuam tradere teneatur, liberam tamen tradere non tenetur, nisi hoc dictum sit.

144 *Clausula, quòd venditor promisit emptori tradere possessionem liberam, vacuam, et expeditam, cuius vtilitatis, & effectus sit,*

145 *Actione ex empto, ad quid agi possit, cum septem seq. & ad quid actione ex vendito. 153.*

154 *Libellus in actione ex empto, et in actione ex vendito, qualiter sit formandus. 155. cum tribus seq.*

159 *Actio ex locato ad quid competat.*

161 *Emphyteuta, qui cecidit à iure suo per canonem non solutum, an nihilo minus melioramenta per eum facta in re emphyteutica repetat.*

162 *Locatio, & cõductio, quãdo dicatur propriè, & quãdo nõ.*

163 *Locator si in libello dicat, locaui fundum tali pro decem saccis frumenti: qualiter intelligendum sit, vt eius libellus sustineri possit.*

164 *Locator an necessariò in libello apponere debeat, qualiter accommodauit patientiam, ita quòd conductor re locata vti potuit.*

165 *Locatio domini si nulla praecesserit, sed aliquis simpliciter domum inhabitasset, contra eum qua actione agendum sit, ad id, quanti conducturus fuisset. 157.*

166 *Vxor inhabitans post mortem mariti in domo, quae ipsi marito suo locata fuerat, an ad pensionem teneatur.*

168 *Actione, praescriptis verbis, an agitur, vbi aliqua res locata simpliciter esset, non expressa certa quantitate, quo casu merces ex consuetudine praestatur. 169.*

170 *Locatio & conductio an dicantur in istis, qui exhibent operas suas, quae in artificio consistunt.*

171 *Libellus in actione ex locato & ex conducto, qualiter formetur.*

172 *Negotium nostrum quibus modis dicatur.*

173 *Negotiorum quot sunt genera.*

174 *Actio negotiorum gestorum directa & contraria quibus competat. 175.*

176 *Libellus in actione negotiorum gestorum qualiter formãdus sit. 178. & de forma articulandi, & qualiter fiendae sint positiones. 179. & de forma probandi. 177.*

180 *Libellus qualiter formandus sit in actione tutelae, & seq.*

184 *Libellus in actione pignoratitia qualiter formandus sit.*

185 *Actio pignoratitia, & actio hypothecaria qualiter differant.*

187 *Actio petitionis haereditatis directa cui competat. 187. 188. 193. & seq.*

189 *Interrogationes in petitione haereditatis qualiter fiendae sint. 203. & qualiter quando agitur contra debitorem tãquam contra iuris possessorem. 206.*

191 *In libello petitionis haereditatis an quis exprimere teneatur an sit haeres ex testamento, vel ab intestato. 192.*

195 *Actio petitionis haereditatis non datur contra titulo possidentem. cum tribus seq.*

199 *Actio petitionis haereditatis an competat contra possidentem titulo putatiuo.*

200 *Petitio haereditatis an per titulum diuisionis excludatur.*

201 *Petitione haereditatis conuentus, an titulum suae possessionis allegare cogatur, vt ista actione conueniri possit.*

202 *Rex si aliquem suorum Baronum citare faceret vt ostendat iura quae habet in castris, quae possidet alioqui ea sibi auferret, an citatio sit ipso iure nulla.*

204 *Actio petitionis haereditatis an competat filio in legitima instituto.*

205 *Actione petitionis haereditatis an debitor haereditarius cõueniri possit.*

207 *Possessor haereditatis si rem alienauerit haereditariam, & pro ea habeat pretium, vel aliam rem: an praecisè teneatur ad rem haereditariam.*

208 *Actione petitionis haereditatis conuentus, an isto iudicio pẽdente sine licentia iudicis aliquid alienare possit.*

209 *Actio petitionis haereditatis pro quibus rebus competat, et quae in ea veniant. & nu. seq.*

213 *Fructus augent rẽ vniuersalem, non autem particularem.*

214 *Libellus in petitione haereditatis qualiter formandus sit.*

215 *Actio petitionis haereditatis postquam haeres semel possessionem rerum haereditariarum adeptus sit, amplius in futurum intentari non potest.*

216 *Remedia adipiscendae possessionis nunquam competunt haeredi, vel fideicommissario semel adeptis possessionem.*

217 *Libellus an sustineri possit, si quis post aditam haereditatẽ non petitione haereditatis, sed alia competenti actione peteret in eo talem rem vt haereditariam.*

218 *Haereditas adita an appelletur haereditas.*

219 *Statutum si disponat quòd mulier nupta extra territoriũ non succedat in haereditate patris: quid si mulier post mortem patris primò adeat haereditatem, vel immisceat haereditati patris, posteà maritetur extra territorium.*

220 *Statutum si disponat, quòd filia dotata, in bonis patris succedere non possit: quid si mortuo patre relicto filio & filia dotata, filius adita haereditate patris decedat, an talis dotata huic filio, eidemq́; fratri succedere possit.*

221 *Actio petitionis haereditatis, & actio rei vendicationis, an simul in eodem libello cumulari possint.*

222 *Libellus, Cõqueror de Petro qui possidet haereditatem quõdam Martini, pertinentem ad me tanquam haeredem & dominum: quare peto ipsum substantialiter condemnari ad restitutionem dictae haereditatis: an procedat.*

§. ACTIONVM.

IN hoc §. ponitur quinta diuisio principalis actionũ, secundum glossellam primã hic interlinearem, quã tenẽt omnes scribentes, vt Dy. Io. Fab. & Nico. de Neapo. Ioan. de Pla. & Ange. de Aretio, hic. Idẽ etiam tenet gl. in §. sunt praetereà. in gl. j. infrà eo. Vos autẽ potestis dicere ꝙ hic sit sexta diuisio actionũ, tenendo ꝙ in §. praeiudiciales. ponatur vna diuisio, quę sit quinta: vt ibi dixi in glo. j. mag. in princ. & dixi etiam in §. sequens, in glo. j. paruula. s̃. eod. Possetis etiam dicere, quòd hic sit tantùm quarta diuisio, tenendo quod in §. praeiudiciales. nulla ponatur diuisio, prout tenuit gl. mag. j. in §. sunt praetereà. suprà eo. tit. & Azo. in sum. huius tit. & dixi in dicto §. praeiudiciales. in gl. j. mag. in prin. Item tenendo, ꝙ in §. omnes. nulla ponatur diuisio, vt ibi dixi in textualibus in j. notab. & etiam in glo. j. paruula. Nõ est tamen curandum de hoc, cùm sit quaestio de lana caprina.

Iste §. vsque ad §. fuerat. diuiditur in tres partes. In prima ponitur vna generalis diuisio actionum bimembris, quae est, ꝙ actionum aliquae sunt bonae fidei, aliquae stricti iuris. In secunda primum membrũ diuisionis declaratur, expressè enumeratis in specie actionibus, quae sunt bonae fidei aliud etiam secundum membrum tacitè declaratur ex regula quae hic tacitè sumitur, ꝙ omnes actiones, exceptis hic enumeratis, sunt stricti iuris. In tertia remouet dubiũ, quod olim erat circa petitionem haereditatis, an esset bonae fidei, an stricti iuris. Secunda ibi: bonae fidei sunt. Tertia ibi: quamuis enim vsq; adhuc.

1 † Actiones bonae fidei sunt istae, quae hic enumerãtur in tex. hoc dicit. Vel melius, si vultis, potestis loco summarij ponere illos versus magistrales comprehendentes nominatim actiones, quae bonae fidei sunt.

Empti, conducti, mandati, depositique,
Pignora, ciscundae, communi, pro socioque,

Dotis

Dotis,& hæredis,tutelæ,commoda,gestor,
Præscriptis verbis,permutat,siue licetur,
Ista bonæ fidei sunt stricti,cętera iuris.

2 † Not.j. ad text. quòd actionum quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti iuris. Et not. diligenter quòd omnes contractus,qui fiunt cum principe,habent naturam contractum bo
a næ fidei.[a] Ita sing.no.Bal.in tit.de pa.Cōstan.in 24.columna. §.si quis vero.per illum tex.in versic.bonæ fidei.Sed tunc cōtra hanc diuisionem opponitur secundum Ioan.Fab. hic, &
3 ostenditur † ꝙ imò ista diuisio non sit bona: quia ad hoc vt aliqua diuisio sit bona, debet fieri per species oppositas, & contrarias,vt patet suprà de iu.perso.in prin.& in l. j. in prin. ff.de his,qui sunt sui.cum simil.vt animal aliud album, aliud nigrum.ista est bona.Nam si diceretur,aliud albū, aliud siccum:vel diceretur,animal aliud nigrum,aliud humidum:cui vestrum non apparet hanc diuisionem esse ineptam? Ita in proposito nostro Imperator hic dicit,quòd actionum quædā sunt bonæ fidei,quędam stricti iuris. Quodnā est hoc dictū? Imperator facit diuisionem à separatis omninò:ergo ineptè: ergo diuisio non bona,cùm non fiat per opposita. Debuisset ergo Imperator dicere, vt bonam diuisionem faceret, quòd actionum quædam sunt bonæ fidei,quædam malæ fidei sunt. Vel melius: quia nō est dare aliquas actiones malæ fidei, vel in quibus posset esse mala fides,vt inquit infrà gl.mag.debuisset ergo Imperator ita dicere,si volebat benè diuidere: quòd actionum quædam sunt largi iuris,quædam sunt stricti iuris. Respondet Ioan.Fab.quamuis per alia verba inuoluta,& intricata:& credo ꝙ dicat quicquid ad istud arg.dici aut cogitari possit. Cuius solu.tenet etiam Ioan.de Platea hic, ꝙ Imperator,qui has diuisiones actionū adinuenit propter instructionem iuuenum, quibus hunc librum dictauit. §. sed ne in primis. cum simil. suprà de leg. non posuit hanc diuisionē vt reciperetur penes vocabula,sed penes effectum: ita quòd Imperator benè diuidit saltem tacitè,& effectualiter benè dixit. Nā voluit dicere Imperator quòd actionum quædam sunt bonæ fidei:hoc est,quædam sunt,quæ magis exuberant in bona fide,q̄ alię:& sic sunt vberioris,& largioris iuris respectu bonę fidei:& sunt illæ,quæ enumerantur hic in tex. & propterea appellatæ sunt per excellentiam simpliciter bonę fidei, argu. §.sed ius quidem ciuile,suprà de iu.natu. gen. & ciui.Quædā sunt stricti iuris: hoc est, non ita exuberantes in bona fide:& propterea sunt appellatæ stricti iuris, quia minus exuberant in bona fide. Et sunt aliæ omnes pręter enumeratas in textu isto.Non autē intelligatis aliquas esse, quæ nō sint bonæ fidei, cùm nulla sit,quæ sit mala fidei,vt statim dixi: & posuit infrà gl.mag.quæ etiam declarat quomodo, & in quibus versetur bona fides in istis actionibus,q̄ in hoc textu ponuntur potius, quàm in alijs.Si ergo cōsideramus non verba simpliciter,sed effectum huius diuisionis in hoc textu nostro positæ,rectè ista diuisio est effectualiter facta per opposita,hoc modo: Quædā sunt actiones magis exuberantes, & magis largi iuris in bona fide:& sunt illæ, quæ hoc respectu appellatæ sunt bonæ fidei, quæ hic enumerantur in hoc text. nostro. Quædam sunt bonæ fidei minus exuberantes:& hoc respectu sunt stricti iuris.Sed iudicio meo,ita dicere,& respondere, est multum palliare textum,& ostendere,quòd cùm Imperator hunc librum pro iuuenibus fecisset,melius posuisset diuisionem eo modo, quo statim dixi,secundum quam fuisset facta per species oppositas:tamen nihil melius occurrit pro solutione, quod pos-
4 sim vobis afferre in medium.Considerabitis.

† Notate tamen vnum verbum magistrale, quod dicit Bald. in c.vni.ad fi.de plus peti.ꝙ omnes contractus Mundi, quantum ad mentem,& substantiam intentionis, sunt bonæ fidei, non quantum ad titulum actionis.

Secundò principaliter iuxta illud prin.no. quòd iuxta hanc diuisionem in text. positam, quę habet ꝙ actionum quædam sunt bonæ fidei, quædam sunt stricti iuris:posset probabiliter
5 dubitari† nunquid sit aliqua actio stricti iuris,quæ tamen habeat naturam bonæ fidei? Communiter dicitur ꝙ sic,in actione ex testamento,quæ quamuis sit stricti iuris, eò ꝙ non sit de enumeratis in hoc §.habet tamen naturā bonæ fidei,& æquiparatur actionibus bonæ fidei..tex.est in leg.minorum.& ibi gloss.not.C.in quib.causis in integrum restitu. non est necesse
6 Et ibi † in terminis hoc tenet Bartol. & ita etiam tenet Ioan. de Platea hic. Et ad istud benè facit, quia sicut in actionibus bonæ fidei veniunt vsuræ ex mora.l. mora.§. in bonæ fidei. & l.videamus.§. in cæteris.ff.de vsuris. & ponit hic gloss.magna in princip.ita etiam in actione ex testamento. l. qui solidum. §.etiam.l.Titia Seio.§.vsuras.ff.de legat.secundo.leg.in fideicommiss.in princ.ff.de vsu.& ibi latè Flor.in l.prima.in gloss. prima mag.C.de vsu.& fruct.leg.ergo, &c. Præterea in actionibus bonæ fidei soluens rem deteriorem non liberatur a prima actione, sed agitur prima actione: secus est in actionibus stricti iuris. Allegant ad hoc omne text. in leg. tertia.§.si reddita.ff.commod.& l.pri.§. si rem depositam. ff.deposi. Addo gloss.in l.eleganter.§.non solum. in gloss.fin.mag. ff.de dolo. & vide Bart.omninò assignantem rationem magistralem diuersitatis. Cùm ergo in proposito nostro idem sit in actione ex testamento:quia soluens rem deteriorem non liberatur à prima actione.l.huiusmodi.§.ædes.& ibi Bart. & alij.ff.de legat.1.& l.Meuius.§.fundo.& ibidem Barto. ff. de leg.2.& ponit latè Bart.in l.Iulianus.§.1. & ibi alij.ff.de verb. oblig.ergo dicemus actionem ex testamento censeri bonæ fidei.

7 † His tamen nō obstantibus,Dyn. determinat contrarium, quòd imò actio ex testamento sit stricti iuris, quamuis aliqua similia habeat cum actione bonæ fidei, & sapiat naturam actionum bonæ fidei.Et ita etiam tenet Ioan.Fab.& Nicol.in j.
8 q.extra gl.Moti, † quia in actionibus bonæ fidei iuratur in litē de affectione.l.in actionibus.ff.de in lit. iur.& tamen in actione ex testamento non iuratur in litem.Tex est in l. alias.ff.de in lit.iur.per quem tex.Bart. ibi not.ꝙ quamuis actio ex testamento habeat instar actionem bonę fidei.d.l.in minorum.tamen non est hoc verum quantum ad iuramentum in litem,vt ibi.Item secundum Io.Fab.Nico.& Ang.de Aret.hic.ista pars multùm apertè probatur in d.l.in minornm, suprà approbata, vbi enumerat tex.actiones bonæ fidei ex vna parte,& legata fideicommissa ex alia tanquam diuersa, vt apparet ex copula,Et,ibi posita,quæ cadit inter diuersa: prout est gl.& ibi expressius Bart.in rubr.ff.de iur.& fac.igno. & expressior gloss.
9 in c.querelam.in ver.nō potuit.extra de simo.† Pro hac etiam parte bene facit multum, quia condictio ob turpem causam concurrit cum actionibus bonæ fidei,& tamen non concurrit cum actione ex testamento.textus est not.de vtroq; in l.fi.§.1. ff.de condic.ob tur.causam. Pro hac etiam parte multùm be-
10 nè facit, † quia actiones bonæ fidei non sunt arbitrariæ propter locum, seu respectum loci: secus est in actione stricti iuris.tex.est in l.bonæ fidei.ff.de eo,quod certo loco. & ibi Bar.
11 assignat rationem diuersitatis:† & tamen actio ex testamento est arbitraria propter locum.tex. est not.in l.si hæres, & ibi in terminis nostris Barto.ff.de eo, quod certo loco.ergo actio ex testamento non est bonę fidei.Salic. in d.l.in minorum.di-
12 xit,sub dubio tamen fortè,quòd fortè posset dici† quòd in casibus a iure expressis facienda sit æquiparatio,seu extensio de actionibus bonæ fidei ad actiones ex testamento.d.l.in minorum,aliàs secus: quia vnumquodq; iudicabitur secundum naturam suam:argum.l.ius singulare.ff.de legi.Bart.not.in d. l.si hæres.tenet, quòd actio ex testamento habeat instar bonæ fidei quo ad accessiones: & consequentur quo ad fructus,& vsuras:vt iuribus supra allega. Item & quo ad hoc, vt re non perfectè soluta,vel re præstita deteriorata, duret actio prima: vt iuribus supra alleg. quo autem ad alia remaneat stricti iuris.Et hanc opin.quæ fuit Barto.adscribit sibi Angel.hic, Pau. de Cast.in d.l.si hæres.cum qua etiam tenet Ange.hic.

Ego verò considero omnes opi. suprà allegatas, quæ quāuis videantur variæ, & diuersæ, & pro diuersis referantur, ta-
13 men effectualiter omnes idem volunt, † quòd actio ex testamento sit stricti iuris. Potissimum quia non est de enumeratis in hoc §.habet tamen in aliquibus casibus suprà dictis instar actionum bonæ fidei,cùm in illis casibus sapiat naturam actionis bonæ fidei.& ista est veritas. Et quòd actio ex testamento singulariter sit stricti iuris, vltra superius allegata, tenet Imol.in l.si quis bonorum,in princi.ff. de leg. j.sed ꝙ habeat in aliquibus instar actionū bonæ fidei, tenet etiam Bart
b in l.si mihi,& tibi.§.si quis seruos.[b] ff.de lega.j. & in l.cum qui.ff.de dona.
14 † Adde idem esse in actione, quæ competit ex donatione

caufa mortis:quia licet ſit ſtricti iuris, habet tamen naturam
bonæ fidei.Glo.eſt ſingu.in l.Seia. §.bonæ fidei.vbi etiam bo-
nus tex.ff.de don.cauſ.mor.quam no. Lud. Rom.in ſing.ſuis.
15 † Quid autem ſit in actione pro tutela,an ipſa ſit ſtricti iu-
ris,& habeat naturam bonę fidei:dicam infrà in gl.in ver.tu-
telæ.vbi melius cadet.
Secundò notate in ſpecie ex hoc tex.quòd actiones in hoc
textu enumeratæ ſunt bonæ fidei. Et ſecũdum quod dicit hic
glo.3.mag.in princip.ſunt ſeptendecim, ſi computentur illæ,
16 quæ ponuntuc hic,& in §.ſequenti.† Et ſi computabitis con-
trarias,quæ etiam ſunt bonæ fidei, vt tenet gl.in verſic.tutelę.
erunt vigintitres, imò etiam vigintiquinque, ſi computabi-
mus actionem in factum in duobus caſibus, ſecundum quod
tenet gloſſ.j.hic in ver. ex permutatione. vbi melius dicetur.
17 Et iuxta illud notabile quæro & multum probabiliter, † qua-
re actiones hic enumeratæ ſint magis bonæ fidei, quàm aliæ.
Gloſſ.prima magna circa principium mouet hoc dubium,&
non reſpondet ad illud. Directè reſpondet Ioan. Fabr.hic,in
finalibus verbis huius §.ideo eſt, quia contractus, ex quibus
deſcendunt actiones in hoc noſtro §. enumeratæ magis fre-
quentantur, ideo magis exuberans bona fides in eis requiri-
tur,propter magis communem vſum, & maiorem indigen-
tiam & frequentiam horum contractuum, q̃ aliorum:vt in ſi-
mili dicitur per gl.in l.2.in princ. ff.de vſucap.pro empt.facit
l.iuſto.ff.de vſucap.& fuit ante eum, quamuis ipſe non dicat,
reſponſio ſubtilis Petr.de Bella Pertica.hic. Iſta ratio,iudicio
meo, quamuis habeat aliquid modicum perſuaſiui coloris,
tamen non eſt vrgens,imò,quod plus eſt,nihil valet: quia ſe-
queretur,quòd ſtipulatio, ſiue actio ex ſtipulatu, debuiſſet
poni,& numerari inter has actiones bonæ fidei,cùm ille con
tractus ſtipulationis ſit frequentiſsimus. Præterea,& fortius,
ſequeretur ꝙ actio ex mutuo debuiſſet inter has bonæ fidei
poni,cùm contractus mutui ſit magis aſsiduus, & frequenta-
tus,quàm alius aliquis contractus,vt expreſsè inquit Bar.poſt
Iacob.de Aret.in rub.ff.ſi cert.peta. Neſcio quid aliud poſsi-
ſimus dicere, niſi quòd iſtud ſit poſitiui iuris, in quo ſufficit
pro ratione voluntas:vt inquit glo.in l.j.§.pueritiam.in verſi.
ratus.ff.depo. Nec uideo quæ alia vrgentior ratio reddi poſ-
ſit,quàm quòd ſic placuerit legumlatori: vt etiam alibi dicit
Bart.in l.humanitatis.in pluribus quęſitis.C. de impub.& in
18 l.ex facto,in princip.ff.de uulg.& pupil.Niſi diceretis,†quod
eſt adhuc mirabilius,ꝙ non omniũ,quæ in iure ſunt,ratio red
di poteſt.l.non omnium.ff.de legi. prout inquit alibi Barto.in
d.l.ex facto.in 3. & 7.q.
Tertiò magis in ſpecie not.ex text.quòd actione ex locato
& conducto ſunt bonæ fidei.
19 † Quid autem directis de actione oneris auerſi,an ſint bo-
næ fidei,an ſtricti iuris? Et ſciẽdum eſt quòd actio oneris ad-
uerſi competit locatori, quando conductor accepit rem ſuo
periculo,& poſteà res perijt.l. in naue Saupheij. & leg.opus,
quod aduerſione.ff.locat. & l.ſi quis vina. §. ſi in aduerſione.
ff.dc peri.& commod. rei vend.
20 † Eſt tamen dubium, an hoc ſit nomen proprium actio-
nis, an verò adiect. vt ſic ſit actio locati, quæ appellatur ali-
quando cũ hac adiectione Oneris aduerſi:magis tamen com
muniter tenetur ꝙ ſit nomen proprium actionis:prout tenet
gloſſ.in d.l.naue Saupheia.in verſic.oneris auerſi.& ibi ſequi
tur Barto. & idem tenuit tenuit Ioan. Cremon. in arbore a-
ctionum. & propterea circulum ſpecialem huic actioni fe-
cit.Ad propoſitum,Ioan. in dicta arbore tenuit ꝙ ſit ſtricti iu
ris:quod etiam videtur tenere Ioan.Fab.hic,in 10.col.Sed de
hoc ego non curo vlterius, cùm magis communiter teneatur
21 per ducto. † quòd iſta actio oneris aduerſi hodie locum non
habeat:vt tenet glo.in d.l.in naue Saupheij.in glo.in verſicu.
ſuperuacuum.& ſequitur ibi Barto.& Gofred. in libellis ſuis.
Cùm ergo effectus huius actionis,hodiè ſit ſublatus, & ſem-
per competat actio ex locato, fruſtatorium eſſet vlterius in-
ſtare,an ſint bonæ fidei, an ſtricti iuris, quicquid dicatur per
Ioan.Fab.hic.
22 † Quartò nota ex hoc textu ꝙ actio præſcriptis verbis eſt
bonæ fidei in duobus caſibus, quando pro æſtimato compe-
tit,& quando ex permutatione.Et hos terminos habetis de-
claratos infrà in gloſſ.in verſi.æſtimato.& in verſic.ex permu
tatione.Inuenitur ergo clariſsimè ex hoc textu, ꝙ in alijs caſi-
bus,quib.cõpetit iſta actio pſcriptis verbis, ſp ſit ſtricti iuris.
23 Pulchrum eſt videre, † quare hæc actio præſcriptis verbis
ſit magis bonæ fidei in his duobus caſibus, quàm in alijs,in
quibus eſt ſtricti iuris.Reſpondẽt ſubtiles Vltramontani Pet.
& Iacob.de Ra. & bene:& miror quòd Io. Fab.hoc non teti-
gerit: quòd ideò eſt, quia in iſtis duobus caſibus actio præ-
ſcriptis verbis magnam habet ſimilitudinem & conformita-
tem cum contractu emptionis & uenditionis, & cũ contra-
ctu locationis & permutationis.l.j.in princip.ff.de æſti.act.&
l.j. in prin.ff. de rerum permuta. & tangitur diffusè per Ioan.
Fab.hic,in antepe. col. Vnde cùm actio ex empto, & vendi-
to,itẽ actio ex locato & conducto,ſint bonæ fidei,vt hic:cer-
tè ad earum ſimilitudinem inductum eſt ꝙ actio præſcriptis
uerbis in duobus caſibus eodem modo eſſet bonæ fidei.
24 † Vltimò nota ex hoc textu, quòd quãuis olim dubitatum
fuerit,an petitio hæreditatis eſſet bonæ fidei uel ſtricti iuris:
quod hodiè apertè deciſum eſt,ut hic, quòd ſint bonæ fidei.
Pulchrum ergo eſt inueſtigare ad ſubtilizationem textus,
quare magis dubitatum fuerit de iſta, quàm de alia. Reſpon-
debat ſubtilis Pet.de Bella Pert.quem refert & ſequitur Ioan.
Faber.hic, in 9. col. & bene, quòd ideo ea magis dubitatum
fuit,quia iſta actio petitionis hæreditatis eſt realis: vt l.ſed &
ſi.§. petitio.& ibi Bart.ff.de petit. hæredita. eſt bonus tex. in
l.ſin autem.§.ſed is.ff.de rei uen. Ponit Ang.de Aret.in §.ſed
iſtæ.in 4.col.ſuprà eod.Tetigi aliquid in §. quædam.in 3.& 7.
col.ſuprà eo.& de realibus non reperitur quòd aliqua ſit bo-
næ fidei, ſi aduertatis ad totũ iſtũ §.& ſeq. hic iſta petitio hæ-
reditatis,in qua,ſecundum præfatos doc. ita fuit ſtatutum,eò
quia habeat plurimũ perſonalitatis.l.hæreditatis. & ibi Bart.
& alij.C.de petit.hæredit.& declarat Barto.in d.§.petitio. Iſti
c ſunt magis communes. c
Prædictum notabile procedit clariſsimè,quando agitur pe
titione hæreditatis uniuerſaliter. Quid autem ſi ſit vna res ſin
gularis,pro qua cõpetebat teſtori actio ſtricti iuris,& petatur
per hanc petitionem hæreditatis:quod poteſt, iuxta l. & non
tantùm.in princ.ff.de petitio. hæredi.an iſto caſu erit bonæ fi-
dei,an uero ſtricti iuris? Ioan. Fab.in 9.colum.determinat,&
benè,ꝙ hoc caſu non erit bonæ fidei:motus,quia actio ſurro-
gata debet ſapere naturam eius, cuius loco datur.l.ſi eum.§.
qui iniuriarum.ff. ſi quis cau. & l. ait prætor.§.ſi conditiona-
lis.& §.præterea.ff.quæ in fraud.cred. & l.cum poſt. in princ.
ff.quando actio de pecu.eſt anna. Facit optimè lex 1.§.ſi quis
ſub conditione. ff. ut leg. nomine cauę. Nec huic determina-
tioni obſtat l.item ueniunt. §. cum prædixerimus. ff. de peti-
tione hæreditatis. ubi eſt textus ꝙ in hac petitione hæredita-
tis ueniunt alię actiones, ſed nõ cum ſua natura:quia ad hoc
reſpondeo: prout reſpondet illa ſolennis gloſſ. de qua Barto.
ibi facit magnum feſtum, & dicit quod eſt multum notabi-
lis,& quòd fortè non habeatur alibi,in leg.certi condictio.in
princip.in glo.magna.in uerſic.ex omni cauſa.ad fin.ff. ſi cer-
tum petatur.quod uerum eſt, quod in iſta actione non ueniũt
aliæ actiones cum ſua natura, ſcilicet accidentali, & a caſu ſu
peruenienti,puta incrementi dupli propter inficiationem:ſed
25 bene ueniunt cũ ſua natura primordiali,& originaria: † quia
actio ſurrogata accipit naturam primordialem, & origina-
riam eius, in cuius locum ſurrogatur: non autem accidenta-
lem,ut dixit illa ſolennis gloſſ. per dictum §.cum prædixeri-
mus. Cùm ergo hoc ſit de originali natura actionis, eſſe bo-
næ fidei,uel ſtricti iuris, nil mirum, ſi hanc debet aſſumere
iſta petitio hæreditatis in eius locum ſurrogata. Accedat
etiam pro hac determinatione tex. in §.fuerat:proximè ſeq.
26 ubi † actio rei uxoriæ transfuſa in actionem ex ſtipulatu,dat
propriam naturã bonæ fidei illi actioni ex ſtipulatu, in quam
transfuſa eſt:quæ actio ex ſtipulatu aliàs eſt ſtricti iuris:ut hoc
textu.Et hanc determinationem notate: quia eſt maxima li-
mitatio ad textum noſtrum.
27 †Quid autem dicetis de bonorum poſſeſſoria hereditatis
petitione.item & de fideicommiſſaria hæreditatis petitione,
an dicantur bonæ fidei, an uero dicantur ſtricti iuris? Prima
fronte uideretur dicendum ꝙ bonæ fidei,cùm habeant natu
ram petitionis hæreditatis, & eadem in eis recipiantur, quæ
in petitione hæreditatis: ut l.2.ff. de bonor. poſſeſſ.hæredita.
petit.

petit.& leg.2.ff.de fideicom. hæred. petit. Præterea in ista fideicommissaria hæreditatis petitione ueniunt fructus a tempore moræ,prout in alijs actionibus bonæ fidei.l.in fideicommissariam.in prin.ff.ad Trebel. His non obstantibus Ioan.Faber.hic, in 9.simpliciter refert Ioan. in arbore sua actionum, tenere ꝙ ambæ sint stricti iuris: & ita etiam simpliciter transire videtur.Sed audite, si teneremus vnam opinionem quæ alibi fuit ipsiusmet Ioan.Fab.in §.sed istæ. suprà eo.in vltim. col. videlicet quòd bonorum possessoria hæreditatis petitio, & fideicommissaria hæreditatis petitio non sit tertia species actionum de per se, sed quòd sit tantùm petitio hæreditatis ciuilis,extensa etiam ad hos duos casus,prout ipse dicit no.in l.1.ff.de bo.pos. hære. petitio. quamuis ego ibi nihil inuenerim de hoc, certè decisio prædicta non posset procedere:sed quia illa opi.non placet mihi per tex.in l.2.ff.de fideicom.hære.pet.& in l.2.ff.de bo.pos.hære.peti.idcirco sto cũ sua decisione hic, quòd istæ duæ sint stricti iuris, non autem bonæ fidei,per hunc textum,in quo non sunt enumeratæ.

Glossa prima magna,in versic.bonæ fidei.quã cum magno mysterio diuido in quinque partes principales. In prima ad declarationem tex.ponit quæ sint actiones bonæ fidei,& quæ sint actiones stricti iuris:non dico quot. In secũda quærit quare magis dicantur actiones bonę fidei illæ, quæ hic enumerantur,quàm aliæ.Et ante,quàm huic quæstioni respondeat,priùs quærit an in alijs actionibus possit esse mala fides:& respondet quòd non,declarando quo remedio prouideatur,quando dolus,vel mala fides interuenit a principio, vel postea incidat in contractum. In tertia reuertitur ad principalem quæstionem,quare istæ magis dicantur bonæ fidei,quàm aliæ: & respondet ponendo multos effectus resultantes in contractibus bonæ fidei,qui cessant in cõtractibus stricti iuris.In quarta notat quandam differentiam,& se remittit. In quinta paucis reepilogat quod suprà dixerat in tertia parte principali.Secunda ibi:sed quare magis hæ dicũtur bonæ fidei. Tertia ibi: cùm ergo dolus vbique puniatur. Quarta ibi: item ex hoc §. no.quandam differentiam. Quinta ibi:patet ergo quòd exuberantius. Illa tertia principalis subdiuiditur in septem particulas.In prima facit quod dictum est:quia quærit quare istæ magis dicantur bonæ fidei,quàm aliæ.In secunda respondet. In tertia ponit vnum effectum resultantẽ in contractibus bonæ fidei,qui cessat in contractibus stricti iuris. In quarta ponit alium effectum. In quinta ponit alium effectum. In sexta reepilogat vno verbo illos tres effectus.deinde opponit,& soluit.In septima addit alium effectum.Secunda ibi:respondeo, aliæ stricti iuris dicuntur. Tertia ibi:vnde non veniunt vsuræ ex mora. Quarta ibi: item in actionibus stricti iuris. Quinta ibi:item non venit interesse.Sexta ibi:ista ergo omnia. Septima ibi:item in bonæ fidei veniunt. Et ista diuisio sit quasi loco expeditionis literalis huius gloss.

In eadem gloss. in principio ibi: scilicet decem & septem, dicite prout suprà dixi in text.in 1. notabi.ꝙ imò sunt viginti quinque,computatis etiam actionibus contrarijs, quæ eodẽ modo bonæ fidei sunt:vt tenet glos. infrà in versicul.tutelæ.& ibi dicetur. Item computata actione in factum in duobus casibus,secundum quod tenet gloss.hic,in versi. ex permutatione.vbi plenius dicetur.

In ead.glo.ibi: stricti iuris eam iudicabo.dicite secundum Ioan.Fabrũ.& Ange.hic, non esse verum,& procedere in dictis actionibus: sed cõtraria bene etiam dicuntur bonæ fidei, quamuis non inueniantur expresse enumeratæ in hoc §.nostro,vt suprà statim dixi.

In eadem gl.ibi.ff.de verb. oblig.l. si quis cùm aliter.Vltramon.vt Petr.de Bella Pert. hic,& in l.si dolo.C. de rescin.venditio.& in l.in contractibus.C. quibus ex cau.ma.& vbiq; re-
28 prehendunt hanc conclu.gl. tenentes † ꝙ imò siue dolus det causam contractui bonæ fidei, siue incidat in contractum, ꝙ semper contractus valet, non autem ꝙ sit ipso iure nullus.Moti potissimum per d.l.si dolo.C. de rescind.vend.in versic.rescindi. vbi contractus bonæ fidei initus per dolum rescinditur:ergo valet,& tenet, quia illud, quod nullum est,rumpi nõ potest.l.nam & si sub conditione.in prin. vers.post defectum.
29 ff.de iniu.rup.Secundò moti, † quia dolus,& metus æquiparantur.leg.dolo,vel metu.C.de inuti.stipulatio. & contractus initus per metum,valet,siue metus dederit causam contractui siue incidat in contractum leg. si vi, vel metu. C. quod metus causa.& l.si mulier.§.si dos.& §.si metu.il primo. ff.quod metus causa. Hoc etiam comprobant,quia contractus habet sua essentialia,vt consensum,& alia: ergo debet valere. Pro hac etiam parte adducit Ioannes Fab. textum de hoc,secundum eum,satis expressum,in l.Iulian.§.per contrarium.ff.de actione empti.vbi dolus illius villici dedit causam contractui venditionis:& tamẽ præsupponit tex.valere:quod patet;quia agi-
30 tur actione ex vendito. † Fatentur tamen ipsi esse in alio differentiam inter contractum bonæ fidei, & contractum stricti iuris: quia quando dolus dat causam contractui bonæ fidei, bene uerum est quòd agitur actione ex ipso contractu ad rescindendum contractum: sed vbi incidit in contractum,tunc non agitur ad rescindendum,sed ad supplendum,dict. §.per contrarium.In actione verò stricti iuris agitur actione de dolo ad rescindendum, vel etiam excipitur: vt dicta l.dolo, vel metu.C.de inutil.stipulatio. & l.eleganter.§. non solùm.ff.de dolo.

Hanc opinionem tenet Ioannes Faber hic:& respondet ad d.l.& eleganter, in princ.& ad nonnullas alias leges,quæ faciunt contrarium:vt hic per eum.

Contrariam opinionem, scilicet cum gl.nostra tenet Ray. de Forli. Iacob. Butr. & Nicolaus de Neapol. hic in secunda quæstione.gloss.& Cyn.in dicta leg.dolo, vel metu.C.de inutil.stipulatio.& in l.secunda,in penultima quæstione.C.de rescind.vendi.& tenet Ioannes de Plat. & Angelus de Aret.hic. Et ista est mera veritas:& eam sequitur Barto. qui hoc latissimè disputat in dicta leg.eleganter,in principio.in secunda columna,in versicu.oppo.C.de inuti.stipul.l.dolo, &c.vbi Bartol.refert istam opinionem Petr.de Bella Perti.tenentis oppositum,& omnia eius fundamenta: & posteà sequitur opin.gl.
31 nostræ,† quòd quando dolus dat causam contractui bonæ fidei,quòd contractus sit ipso iure nullus. Et pro hoc adducit multa iura,maximè dict.l.& eleganter. in princip. ubi bonus text.& probat per aliquas rationes,quas dicit esse incõuincibiles:deinde respondet ad omnia fundamenta Pe. suprà adducta.Dicite in omnibus,& per omnia, vt ibi latè per eum.

Et ad d.l.si dolo.quomodo fiat rescisio,si cõtractus est ipso iure nullus,& an hoc sit: quia contractus de facto processit:unde eatenus rescinditur, quatenus de facto processit:vel quomodo: dicite ut habetis latè per Bart.in l.quæ sub conditione.§.fi.ff.de condi.insti.& in l.2.in 1.col.C.de rescin.uend. & in d.l.& eleganter.in prin.in penul. colum. & plenius in l. si id,quod aurum.ff.de uerbo.obligatio.& per Pet.de Ancha. in clementi.prima. de re iudic. Et ultra suprà scripta de hoc,
32 † an & quando dolus dans causam cõtractui bonæ fidei,annullet cõtractum ipso iure:videatis etiam per Bartolum, Angel.& Imol.& Cu.in dict.l. si quis cùm aliter.ff. de uerborum obligationibus.Bal dum in l.non dubium.in 8.col.in 7.oppo. C.de leg.& in l.2.C.ne rescind.uendit. & Ioan.de Imol.in l.si cùm dotem.§.si mulier.ff.solu.matri.Ioann. Andr. & alios,& maximè Abb.Panormit.in capitu. dilecti.extra de emptio.& venditio.

33 † Quid autem si esset actus duplex, scilicet bonæ fidei, & stricti iuris,ut quia in contractu bonæ fidei intercedat stipulatio? In hoc casu dolus dans causam contractui an annullet contractum ipso iure,ponit Bald.in d.l.dolo.C.de inut.stipu.
34 † An autem dolus dans causam testamento,annullet,& rescindat ipsum testamentum:uideatis notabiliter Bal.in l.si frater.C.qui testa.face.pos.Ang. in l.non est enim consentiendũ, per illum tex.ff.de inof.testa. & quod no.glo.in l.quicquid.in uersicu.acquisierit.& ibi Cyn.C.arbit.tu.
35 † Quid autem in dolo dante causam legi vel statuto? vide tex.in l.1.in fin.ff.de excep.do.& ibi vide glo.facientem mentionem de hoc,de quodam Papiensi: de quo etiam facit mentionem glo.in l.fin.ff.de fal.per Barto.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.in 5.q.princip.ad fin.& in l.fin. in prin.ff.de appel. reci.text. in leg. 1.§.1.& in leg.2.vbi not. Angel.& Modest.ff. quod quisque iu. ubi etiam quid de dolo dante causam sententiæ:per Abb.Panormi. in rub. extra de consti.per Cano.in
36 cap.cùm omnes.eo.titu.† Item not. ꝙ de iure Canonico dolus dans cãm cuilibet contractui,etiã stricti iuris,reddit con-

tractum ipso iure nullum. Ita singu. Bald. in c. vnico, ad fin. de plus peti. &, secundum eum, omnes contractus Mundi, quantum ad mentem, & substantiam intentionis, sunt bonæ fidei, non quantum ad titulum actionis: quod nota.

37 † Quid autem sit, si dolus dedit causam matrimonio, an matrimonium sit nullum: videte text. in l. a diuo Pio. & ibi gl. in versicu. actione. ff. de ri. nup. Abb. Panor. in d. c. cùm dilecti. de empt. & vend. & omninò videatis Bald. in l. cùm Arthemi-
38 doram. C. vt in pos. leg. vbi ponit illam notabilem † quæstionem, & quotidiè occurrentem de facto, prout etiam ipse dixit. Pone, Titius induxit me dolo malo vt acciperem eius filiam in vxorem, promittens, intentione non obseruandi pactum: quod eam instituet hæredem æquali parte cum sororibus, vel quod ipsemet eam faciet hæredem suam: tādem in testamento suo secus fecit, quia nihil reliquit: quæritur an valeat tale matrimonium, an verò annulletur propter talem dolum. Et ibi determinat quod matrimoniū valet. De quo vltra eum videatis vos glo. in terminis in c. cùm dilectus. in glo. fina. & ibi
39 docto. extra, quod metus cau. † Et an aliquid remedium competat pp dictū pactū, & an saltē agi possit actione in factum
e ad interesse, e videatis not. per Bald. in loco præallegato.
40 † Vnum tamen circa ista diligentissimè notate, quod nunquam dolus operatur rescissionem contractus vel excusat, nisi talis dolus sit, qui caperet ēt prodentissimum virum. Dictum fuit singulare Innoc. in c. cùm dilectus. & ibi est text. de hoc, extra quod metus causa. Quod dictum refert, & sequitur Bald. in rubr. de rescindenda vendit. Facit quod in simili dicimus de metu: nam requiritur quod sit talis metus, qui caderet in constantem virum, vt dixi in §. quadrupli. suprà eodem. extra gloss. in materia actionis, quod metus causa.
41 † Vltimò diligenter aduertite, quod illud, quod dictum est suprà cōtractum bonæ fidei initum dolo, esse ipso iure nullum: verum est, & procedit si hoc vult deceptus: aliàs secus: quia si
f vellet stare contractui, f tunc ille, qui commisisset dolum, non posset proprium dolum allegare. Gloss. est notab. in d. l. & eleganter. in princip. in glos. parua, in ver. nullam. & in glo. magna, in versi. in hoc ipso. circa medium. & ibi Bar. in prin. 2. colum. & glo. no. in l. iuris gentium. §. prætor. in versicu. dolo malo. & ibi Angel. ff. de pact. Accedat gloss. in l. a diuo Pio. ff. de ritu nupt. Bald. in l. j. in 3. col. C. plus valere quod agitur. & multùm not. Bald. in l. dolum. C. de peri. & commo. rei ven.
42 & ibi etiā notabiliter ponit, † An dolo deceptus cogatur hoc declarare, an velit stare contractui, vel ne? Et tenet quod sic, per tex. ad hoc notabilem, quæ dicit alibi non reperiri in iure, in leg. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de act. empt. & ibi etiam hoc dicit in terminis Bart. addite l. si quos. secundum vnam lecturam. C. de decur. lib. 10. & ibi Barto. in terminis, qui etiam
43 ad hoc idem allegat multa alia quæ ibi videatis. † Et ad id, quod statim dixi, contractum bonæ fidei dolo initum esse ipso iure nullū, si deceptus hoc velit: aliàs secus: bene facit quòd in simili dicimus, quòd contractus initus cum ecclesia, nō seruatis debitis solennitatibus, non valet: Authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. & cap. sine exceptione. 12. q. 2. sit ipso iure nullus: tamen valet si ecclesia hoc vult: vt est glos. in verbo, sede vacante. circa fin. in ca. 1. extra ne sede vacan. ponunt cano. maximè Inno. in c. 1. extra de his, quæ fiunt a præla. sine consen. capi. & in c. si quis presbyterorum. de reb. eccl. non alie. Bal. in l. 1. in 3. col. C. plus vale. quod agi. Glo. & doct. maximè Bal. in l. iubemus. §. sane, il 1. C. de sacrosanct. eccle. bonus tex. in l. cùm hi. §. eam transactionem. & ibi glo. in ver. alimentarius. ff. de transactio. quicquid ibi teneat Bart. post Iacobum Butr. firmans oppositum.

Accedat in simili glo. notabilis, suprà, quibus ex causis ma. non licet. in prin. in gloss. in versicu. nihil agit. quam pro multùm notabili ponderat Ange. de Aret. ibi, qui vult quòd id, qđ dicitur, quòd manumissio serui facta a domino in fraudē creditorum, sit ipso iure nulla, vt ibi est textus, illud est verum in præiudicium creditorum: sed bene valet in præiudicium domini manumittentis, quando creditores sunt contenti. Et est bonus textus, quem illa glos. allegat in l. si creditoribus. C. de seruo pig. dato manu.

44 † An autem dolus proxenetæ, quem vulgò malo serium appellamus, vel alterius tertij, vitiet contractum: g videatis glo.
g notabiliter tenentem quòd non, in d. l. & eleganter. in prin. in gl. magna. in uer. in hoc ipso. Accedat tex. in l. 2. ff. de proxene. & quod no. Bald. in l. militib. in 3. col. C. si quis alteri, vel sibi.

In eadem gl. ibi. respondeo, aliæ stricti iuris dicuntur: quia nō venit, &c. aduertite quod ista gl. directò non rn̄det ad quęsitū, qđ formatur, quare actiones in hoc §. enumeratæ magis dicātur bonę fidei, q̄ aliæ: iō dicite vt suprà dixi in tex. in 2. notabi.
45 † In ea. gloss. ibi l. videamus. §. si actionem. Nota perpetuò istam glo. quòd in actionibus bonæ fidei fructus veniunt iure actionis, non vsuræ. Quam gl. multùm notat do. Matthe. in notabili 101. Contrarium tenet Bald. quamuis istam gl. non alleget. in leg. 1. in fin. C. de vsu. & fruct. leg. Ang. & do. Alex. in l. si marito, §. fin. ff. sol. mat. vbi dixit quod ista glo. communiter reprobatur: quia iure non probatur. Et idem Alex. in rubr. ff. solu. matr. in 2. col. Petr. de Bella Perti. dicit hanc gl. velle quod fructus veniant iure actionis. Quod ipse reprehendit: quia imò veniunt officio iudicis. Sed Ioan. Fab. dicit quod malè aduertit ad gloss. nostram, quæ quamuis dicat quod veniant fructus, non tamen aperit an iure actionis, an officio iudicis. Credo ergo quòd Pet. hoc collegerit ex glo. dum dicit quòd in actione stricti iuris non veniunt fructus. sic glossa. videtur velle fructus. & venire iure actionis. De quo tamen, quia alienum est a materia. §. nostri, videatis latè Ioann. Fabr. & alios in §. primo. infrà de officio iudicis. Specu. in titulo de feu. & interesse. §. j. & quæ notat Barto. in l. & ex diuerso. §. vbi autem. ff. de rei uendicā.

In ea. gl. ibi. secus si rem tradi, vel factum. Quæ autem sit ra
46 tio diuersitatis, † quare in obligationibus dandi non succedat obligatio ad interesse, sed præcisè quis teneatur ad dandum, ut hic, in gl. & in l. ubi autem non apparet. §. fin. ff. de uerbor. oblig. secus autem est in obligationibus facti, uel in obliga-
h tionibus rem tradi, quod etiam est facti. h l. si fundum præstari. & l. si rem tradi. ff. de uerb. oblig. videatis. Cyn. in l. unica. in 4. q. princ. circa fi. distinctionis suæ. C. de sen. quæ pro eo, quod interest profect. & uideatis quatuor rationes diuersitatis per Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de uerb. obli. in 4. col. uersi. sed iuxta prædicta p osses quærere de rōne, &c. quarum duas ultimas refert, & simpliciter sequitur Ang. hic, nullo adito. Sed ego non refero: quia ibi habetis clarè p Bart. quia non adderem. Videatis bene eundem Barto. in d. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. in quarta quæstio. in princip. colum. 8.
47 † Notabitis tamen ad prædictam regulam, quæ habet, quod in obligationibus facti quis non compellitur præcisè facere, sed soluendo interesse liberatur: inter alias complures fallentias, quæ tradi solent ad istam regulam in dict. l. stipulationes non diuiduntur. & in l. si quis ab alio. ff. de re iudicata. & in alijs locis communibus tres notabiles, & singulares limitationes. Prima est, nisi interuenisset iuramentum: quia tunc in obligationibus facti non succederet interesse: quia imò iuramentum obligaret præcisè ad factum. Gloss. est singularis in l. si quis pecuniam. in prin. in gloss. paruula. in uersicu. necesse habeat. ff. de condict. ob causam. de qua gloss. dixi uobis, si bene recolo, in §. item si quis postulante. suprà eod. & ibi tradidi opportunas remissiones.
48 † Secundò singulariter fallit in sententia: quia sentētia obligat quem præcisè ad factum. Vnde si in sententia condemnaretur aliquis ad aliquid faciendū, certe soluendo interesse, nō liberaretur. Glo. est singularis in l. qui restituere. ff. de rei uendicatione in glo. magna, in ver. condemnatus. circa medium. quàm ibi multùm exclamant Bald. & Ange.
49 † Tertiò fallit, & ultimò pro nunc, in casu l. fideicommissa. §. fina. ff. de lega. 3. fauore ultimæ uoluntatis, secundum Bart. ibi, & latiùs in d. l. sti pulationes nō diuiduntur. in prin. & per Bart. in l. vnica, in 12. col. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.
50 † In ea. gloss. ibi: ut ff. de actio. empt. l. j. in princ. Nota gloss. singularem, quòd in obligationibus dandi, quis tenetur præcise ad dandum in contractibus stricti iuris: sed in contractibus bonæ fidei soluendo interesse liberatur. Et istam glos. pro singulari ad hoc allegat Bal. in c. j. §. j. de contro. inue. & in c. cùm venerabilis. in 5. col. de exce. & in l. 1. in 5. col. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. Angel. in l. fina. ff. si quis in ius uoca. non ierit. dicit quòd in obligationibus dandi merè, ista

gl.malè dicit:sed in obligationib. in quibus est mistum,dare, & facere, vt est in obligationibus ad reddẽdũ rationes, iuxta l.2.in princ.ff.de verb.obliga.tunc procederet ista gloss. Istam gloss. etiam sequitur Barto. in l.vnica. in 3.charta.C.de senté. quæ pro eo,quod interest. & retuli suprà eodem. Et dicit Ioã. Faber. quòd ista glossa fuit nimis curiosè hic posita, & ꝙ nusquam dicit alibi id, quod dicit hic, quòd in obligationibus dandi, si loquimur in contractibus stricti iuris, non succedit obligatio ad interesse, sed cogitur quis præcisè ad dandum: secus autem fit in cõtractibus bonæ fidei. Et quando id, quod dicit ista glossa,esset verum,certè,iudicio meo, esset multum singulare,& maxima limitatio ad regulas communes,quæ habent quòd in obligationibus dandi regulariter non succedit obligatio ad interesse, vt fallat in contractibus bonæ fidei, & esset perpetua nota dignissimum. Sed reprehenditur, & meritò per Ioannem Fab. hic, quem etiam sequutus est Ioannes de Plat.hic.Istam gloss. etiam reprehendit Ludoui. Rom.in l. certi conditio.in princ.ff. si cer.peta. per text.in l.cum manu sata.in fi.ff.de contrahen.empt.iuncta l.ex empto. in princip. ff.de actio.empt.quia in hoc non est differentia : nam siue loquamur in contractib.bonæ fidei,aut stricti iuris, vbi quis est obligatus ad dandum,regulariter non venit interesse,sed præcisè tenetur ad dandum : nisi in contractibus innominatis.& habetis de his omnibus gloss.not.contrariam isti, in leg.vnica.in versic.contractibus.C.de sent.quę pro eo,quod interest, proferuntur.Nec obst.l.in prin.ff.de act. emp.per quem mota fuit gloss. nostra : quia ibi non est verum quod in obligatione esset rem dari,sed erat tradi : quod est facti.l.si rem tradi. & l. si fundum præstari.ff.de verbo.obliga.Et pro ista parte contra gloss.nostram vltra alio, me multùm mouet:quia si consideremus rationes Bart.quas ponit in d.l.stipulationes non diuiduntur,& in alijs locis suprà allegatis, quia in obligationib. dandi non succedit obligatio ad interesse, imò præcisè quis teneatur ad dandum:certè omnes illæ rationes militant, siue loquamur in contractibus bonæ fidei, siue stricti iuris.

51 †De hoc tamen puncto an in obligationib.dandi succedat obligatio ad interesse, an verò semper quis cogatur ad dandum,& in quibus hoc locum non habeat,est ampla materia, & mare magnum. De qua materia vide Bartolum in d.l.stipulationes non diuiduntur.in 10. 11.12.13.opp. & ibi per alios: & per eundem Bart.in d.l.vnic.C.de senten.quæ pro eo,quod interest.in 4.quæstione principali,quam ponit in 4. collati.& ibi per Bal.in 4.col.in versic.secundò quæritur. & in 7. colum. in versicu.sed opponitur.

52 † In eadem gloss.ibi.ff.de neg.gest.l.quia tantundem.Quæ autem vtilitas sit,& quis effectus, an accessiones veniant officio iudicis, an iure actionis : dicitis quòd est magnus : quia si veniunt iure actionis,& iudex omittat in sententia condemnare, nihilominus etiam post latam sententiam possent peti iure actionis.secus si officio iudicis.Gloss.est not.in l.3.§.si rem. in versi.fortassis.ff.de legat.3.& gloss.in l.non solùm.in gloss. fin. in ver.oportere.ff.de rei vendica.Specu. in tit.de expensis. §.j.ponunt doct.in l.sancimus.C.de iudic.& ibi maximè Bal. in 11.quæst. Et per illas notabiles gloss. dicit signanter Barto. in d.§.si rem.& in d.l.non solùm.†quòd quando statutum di-
53 cit ꝙ victus victori condẽnetur in expẽsis: quo casu vt latè statutum aliquid adderet iuri communi,intelligimus virtute dicti statuti expensas posse peti condictione ex illo statuto,& sic virtute actionis,quæ aliàs venissent solùm officio iudicis:certè dictæ expensę hoc casu possent peti etiam post latam sententiam,in qua esset omissa condemnatio expensarum. Secus autem si expensæ deberentur tantùm officio iudicis.l.3.C.depositi. quia iudex diceretur functus officio suo.l.Paulus respódet.ff.de re iudicata. Et cum ista decisione Bartoli tenet Bald. in l.properandum.§. siue autem alterutra.C.de iud.& l.terminato.C.de fruct.& lit.expen.Ange.in Authen.de exhib.reis.in princi. Imo.in l.si tertius.§.seruus.ff.de aqua plu. arc.Gofred. Ioan.Andr.& alij in c.ex parte.el 2.de rescrip.& Anto.de But. in capi.1.extra de sequest.poss.& fruc. Innoc.in capi.fin.extra de dolo & contu.

In eadem glos.ibi.l.fundi.§.si ruta. hanc gloss.reprehendit Ioan. Fab.hic, cuius reprobationem sequutus est Ioannes de
54 Platea hic: † quia imò, secundum eos, etiam in contractibus stricti iuris veniunt illa, de quibus verò simile est partes cogitasse. Vnde secundum eos, si deberes mihi domum ex stipulatione,vel alio contractu stricti iuris, dicunt se credere quòd affixa domui venirent.Et eodem modo si deberes mihi equos per stipulationem, vel per alium contractum stricti iuris,debebitur frænum, & sella quæ solent portari per equum, sicut venirent in venditione.l.ædiles, la secunda.in principio.cum gloss.in versicul.ornata.ff.de ædil. edict.Et secundum eos:hoc clarè patet in mutuo, quod est stricti iuris, & tamen etiam in eo veniunt etiam ea,de quibus non fuit actum, leg.cùm quid. ff.si certum petatur.Sed Ioan.Fab. & Ioan.de Platea, non benè aduertunt ad gl. nostram, quæ uult amplius quàm ipsi di-
56 cant: † quòd in contractibus bonæ fidei ueniunt etiam ea,de quibus nec actum, nec cogitatum sit:nisi gl.restringas ꝙ intelligatur secundum quod ipsi sentiunt: dum tamen sit vero simile quòd partes cogitauerint.qđ, iudicio meo,est cõtra dictum
56 gl.nostræ.†Preterea, non probant mihi sufficienter,ꝙ etiam in contractibus stricti iuris ueniant ea, de quibus uero simile est ꝙ partes cogitauerint. Nec obstat l.cùm quid.allegata per eos:quia, iudicio meo, illa lex probat contra eos, secundum verum intellectum gl.& Bart.ibi:nam, ut inquit Bart.in tertio notab.& latius in 2.col.uersicu.ideo.in dict.l.cùm quid.uenit illud, de quo non fuit actum, quia illud ueniebat ex natura contractus: puta ꝙ in mutuo æquè bonum reddatur : & ideò à iure præsumitur quòd illud actum sit tacitè inter partes:ergo directò probat secus esse in terminis nostris.† Præterea dicere ꝙ in contractibus stricti iuris, in quibus quicquid omittitur a uerbis,habeatur pro omisso.leg. quicquid adstringendæ.& ibi latè Bart.ff.de uerbor.oblig.& Barto.in l.ita stipulatus, magna.in secunda & 3.colum.ff de uerb.oblig.quòd illa intelligantur tacitè agi: quæ in cõtractibus bonæ fidei nullatenus mihi placet:& ideo ego sto cum gloss.Dum tamen glo. in specie exemplificando tex.dixit,ut ruta, & cęsa:allegat leg. fundi.§.si ruta.ff.de actio.empt.credo quòd in hoc glos. malè dicat,& de directo contra tex.quem allegat,scilicet contra d. §.si ruta.vbi est tex. ꝙ imò cæsa & ruta non ueniunt in uenditione, nisi hoc specificè dicatur, quia in dubio uidentur esse exempta a uenditione. Et ita firmat gl. expressa ibi,in versicu. contineri quæ ad hoc allegat etiam alias leges. & ita in hoc reprehendit glo. istam i * Ange. de Aretio hic.

58 † Item ad id.quod statim dixi,secundum Ioannem Fab.& Ioan. de Plat. ꝙ uendito equo debeantur etiam sellæ & frænum, & ꝙ hoc procedat nedum in contractibus bonæ fidei, sed etiam in contractibus stricti iuris:addite Bart. in l.de quibus.in lectu.in ulti.colum.ff.de legi. vbi ponit Gul. de Cun.ꝙ hoc est de consuetudine,ꝙ ille,qui uẽdit equum,teneatur dare sellam & frænum emptori. Et ꝙ ad istud teneatur,firmat etiam de iure ipsemet Bartol.in l.eum, qui.§.non solum.ff.de furt.vbi hoc decidit per illum text.& idem Bart.post Gul.in l. si ut certo.§.vsque adeo.per illum tex.ff.commo. & est bonus text.in l.ædiles.in princip. in gloss.in uersic. ornata.ff.de ædil. edict.& idem Bal.in l.2.in fi.1.col.C. de ædi.actio. ubi singulariter uoluit, ꝙ si aliquis causa uendendi ostenderit equum benè ornatum,ꝙ illa ornamenta tenetur tradere:& si nõ uult tradere,licitum est emptori agere intra quadraginta dies. allegat d.l.eum,qui.§.non solum.ff.de fur.illud enim, secũdum eum, uenit in contractu in dubio, quod tempore contractus demonstratur: & ideo ad illa ornamenta potest emptor agere:ut est text.in d.l.ædiles, la secunda. in principio, & melius in §. uendendi.

58 †Et aduerte diligentissimè,quòd in dicto §.uendendi.habetis text.singularem ad aliud,quod uendito equo,nedum ueniunt illa ornamenta, quæ erant cum equo tempore venditionis celebratæ,sed etiam ea omnia,quæ erant antè per duos dies causa uendendi.Ita est textus ibi,mirabilis,subaudiendo ibi dictionem Tantùm,ut hic facit gloss.post Azo. quæ dictio necessario est subaudienda propter aduersatiuam, Sed,& Si,
59 immediatè sequentem, † quæ iuncta cum copula denotat identitatem in iure. Gloss. est in leg. sed & si leg.in princ.ff. de petitione hæreditatis. Bartolus melius, quàm alibi.in leg. patris & filij. ff. de uulgar. & pupillari. Vnde si ibi non subaudiretur dictio Tantùm,esset diuersum ius:quod stare non posset.

x x * † An autem vendita equa, intelligatur venditus pullus,
61 qui sequitur equam, ponit Barto. in d.l. si vt certò. §. vsq; adeò. ff. commod. post Gul.

62 † An autem quando venditur equus, vel donatur alicui a domino, licitũ sit scutifero aliquid accipere ꝓ capistro equi, prout fit de consuetudine: determinat Nico. de Neapo. ꝙ sic, in l. 1. per illum tex. C. de stratoribus. libr. 12. & ita ad hoc notat illum text. qui tex. si diceret hoc, decideret aliud mirabile, & singulare, quod scutifer possit pro capistro accipere vnum aureum integrum. Sed ille tex. secũdum primum intellectum glo. ibi, quem ibi tenet Bart. nihil penitus probat de hoc, quia loquitur in stratoribus. i. præsidẽtibus stabulis principis, quibus stipẽdij nomine dandus est a prouincialibus vnus aureus singulis diebus. Sed ſm alium intellectũ ibi, bene faceret, q̃a ſm glo. ibi, in illo secundo intellectu, quando Rex, vel præses, vel Comes donat alicui equum, habet famulus a donatario vnum aureum, & ita secundum glo. fit in Hispania.

In ead. gl. ibi. C. de act. emp. l. fundi. illa lex non est in rerum natura, put s̃. dicũt Io. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. de Are. hic. l.*

63 † Ad finalem gl. hãc gl. dicit Ange. de Are. & meritò esse signandam, propterea quod enumerat plures differentias esse inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris, inter alias præcipuè nota, & tene cordi illam differentiam, quam singulariter ponit ista gl. magna. ad fin. quod in actionib. stricti iuris fructus vsuræ & omnia alia accessoria, solum veniunt officio iudicis mercenario: sed in actionibus bonæ fidei fructus veniunt iure actionis, vsuræ verò officio iudicis. Et ita istam glo. pro singulari multum not. do. Matesil. in not. 101. Sed tu omninò vide Bal. qui eam reprobat in l. 1. ad fin. C. de vsu. & fruc. leg. Ang. & do. Alex. in l. si marito. §. fin. ff. sol. mat. vbi dicit do. Alexand. quòd ista gloss. cõiter reprehenditur, quæ iure non probatur.

64 † Vltra quas Io. Fab. & Io. de Plat. addunt plures alias. Prima est, ꝙ in actionib. bonæ fidei iudex ex causa facit pręstari cautionem ab eo, qui tenetur ad diem, vel sub conditione, ante euentum diei, vel conditionis: quod secus est in cõtractibus stricti iuris: l. in omnibus. ff. de iudi. Tamẽ quia hoc non est sine dubio, vtrùm d. l. in omnibus, habeat locum in contractibus stricti iuris. & ibi gl. j. hoc disputat: & ibidem Bart. allegans complures alias gl. in l. 2. ver. nec cogitur. in fi. 1. col. ff. sol. matr. & in repe. l. si constante. in princ. ff. solu. matr. & in 6. q. secundæ q. princip. & in l. siue apud acta, in fin. 3. col. C. de transact. & in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. in j. col.

m Et quamuis hoc sit dubium, m * potestis tamen vltra hoc hic colligere aliam differentiam inter actiones bonæ fidei, & actiones stricti iuris ex illamet. l. in omnibus. quam ponit Bar. in d. l. 2. versi. nec cogitur. in fin. 1. col. vbi dicit ex illa leg. 2. cũ glo. colligi mirabilem opi. ꝙ quamuis sit dubium, vtrùm d. l. in omnibus. habeat locum in actione stricti iuris, prout tangitur in glo. ibi per eum enumeratis, & in alijs locis suprà traditis. quod tamen ille tex. absoluit dubitationem: vt ita demũ cogatur in actionibus stricti iuris, si non est ei laboriosum inuenire. Quæ distinctio, sit ei laboriosum, uel non, nunquàm attenditur in actionibus bonæ fidei. Et hoc dictum refert, & sequi uidetur Ioan. de Pla. hic, quamuis aliter teneat Imo. in d. l. si finita. §. eleganter. & respondet ad d. l. 1. versicu. nec cogitur. vt ibi per eum.

65 † Secunda differentia est, secundũ præfatos doct. quia in actionibus bonæ fidei iuratur in litem: quod non est regulariter in actionibus stricti iuris. l. in actiõnibus. ff. de in litem iur.

66 † Tertia differentia colligitur, quia in actionibus bonæ fidei si quis restituat rem deterioratam, non liberatur à prima actione, l. tertia. §. si reddita. ff. commo. & l. j. §. si rem depositam. ff. deposi. Secus est in actione stricti iuris: quia reddendo rem, etiam deterioratam, liberatur a prima actione, & agitur vel actione de dolo, vel ad interesse ratione deteriorationis. l. eleganter. §. non solũ. ff. de dolo. & l. exhibitionis. C. ad exhi. Et ex hoc sequitur alia differentia, quam ponit glo. magna ad fin. in d. §. non solùm, & ibi Bart. prope fin. quod in contractibus bonę fidei quis non cogitur accipere rem deterioratam, sine pretio deteriorationis: qđ secus est in contractibus stricti iuris, per rõnem differentiæ magistralẽ, quã ponit Bar. in d. §. non solùm. de quo etiam videatis gl. in l. qui sibi. §. j. ff. de solu. & ibi Ang. aliter dicentem, ſm quòd refert Ioan. de Plat. hic,

67 † Alias duas differentias multùm subtiles ponit Ange. hic ex traditis per Bar. in l. 1. §. ex his, & in §. item si in facto, & §. Cato. ff. de uerb. oblig. quas hic videte per eum.

68 † Glos. in ver. depositi. dicite quod hanc opi. Ioan. expressè approbat Ioan. Fab. hic: quia fauor est extendendus: vt inquit infrà gl. proxima. Et ista opinio probatur etiam per generalitatem tex. nostri, dum dicit: depositi generaliter. & idem tenet Nico. de Neap. hic, in 3. q. gloss.

Gloss. in uer. tutela. in l. fi. Hanc opi. glo. approbat Dyn. hic quamuis dicat quòd ratio huius glos. sit debilis. Hanc etiam tenet Petr. de Bella Pert. & Nico. in 4. q. gloss. Io. Fab. † propter æqualitatem, quæ est in iudicijs seruanda, per l. si cùm dies. §. pen. ff. de arb. Addite glo. idem tenentem infrà in gl. parua. in uerb. pignoratitiæ. Et iuxta hanc conclusionem, quæ est communis, habes quod actiones tutelæ, depositi, mandati, & similes nedum directæ sunt bonæ fi dei, sed etiam contrariæ. Dubitat Io. Fab. hic, dicens, esse mirabile, quòd Imperator non fecerit de eis mentionem, cùm fecerit mentionẽ de locato, conducto, ex empto, & uendito. Respondet Io. Fab. sub dubio tamen, fortè propter breuitatem omisit. Ego puto melius posse dici, quòd ideo Imperator fecit mentionem expressam de locato, conducto, & vendito, quamuis sint contrariæ, vt patet, quia vna competit emptori, alia cõtra emptorem, eò quia habent nomina penitus diuersa, & separata: nõ sic est in istis directis & contrarijs, quæ tamen semper idem nomen habent, vt mandati, depositi, tutelæ, & similes, quæ sunt directæ, & cõtrariæ, vt directa mãdati, & cõtraria mandati: semper tamen idem nomen habent. Vnde satis fuit nomen actionis simpliciter exprimi, quo & directæ & contrariæ nuncupantur: quod nequaquam fuisset in actione ex empto & uendito, quæ quãquam contrariæ sint, habent tamen diuersa noĩa, vt prædixi.

70 † Dubitat etiam Dyn. circa istam conclusionem gl. nostræ, quæ vult actio tutelæ nedum directa, sed etiam contraria sit bonæ fidei. quid de actione pro tutelæ, quæ est etiam directa, & contraria. l. fin. ff. de eo, qui pro tutore, & directa competit illi, cuius negotia quis gessit pro tutore, & sic tãquàm tutor, qui tamen tutor non erat, iuxta l. j. & per discursum illius tit. ff. de eo, qui pro tutore. Contraria verò competit ei, qui existimans se tutorem alicuius pupilli eius negotia gessit tanquam tutor: & datur ad repetendum, si quid vtiliter, vel necessariò

71 impendit. d. l. fi. ff. de eo, qui pro tutore. † An ista actio tutelæ sit bonæ fidei, an verò stricti iuris: dicit Dy. videri quòd sit bonæ fidei, cùm in ea veniunt vsuræ à tempore moræ, prout in actionibus bonæ fidei. l. j. §. in pro tutelæ. ff. de eo, qui pro tutore. Determinat tamen quòd sit stricti iuris: cùm non de enumeratis in hoc §. Dicitur tamen quòd in aliquo habet similitudinem cũ actione tutelæ, q̃ est bonæ fide quò ad vsuras: q̃a ita in actione protutelæ veniunt usuræ a tempore moræ, sicut in actionibus bonę fidei, d. l. j. §. in protutelæ. Et cùm Dyn. tenet etiam Io. Faber. hic, referẽs idem tenere Ioan. Cremo. in arbore actionum. Idem tenuit Ioan. de Plat. in 2. col. & Nico. de Neap. hic, in 2. q. extra glos. Sed ego admiror de vno quod Dyn. & isti partes præsupponunt, scilicet quòd in hac actione protutelæ ueniant usuræ a die moræ, sicut & in actionibus bonæ fidei, per d. §. in protutelæ, qui nihil penitus facit: nam simpliciter dicit, In actione protutelæ ueniunt vsuræ, a quo tempore, ibi verbum nullum. Posset etiam faciliter teneri quòd imò ista actio protutelæ sit & ipsa bonæ fidei, rer rationem gl. no-

72 stræ, † quòd in dubio fauor sit extendendus, & maximè, quia istud esset multum fauorabile pupillis, hanc actionem quæ frequens est, vt inquit tex. in l. 1. §. 1. ff. de eo, qui pro tutore, esset bonæ fidei, propter effectus, quos sup. posuit gl. magna ad finem, cum his, quos ibi uidimus: & maximè propter vsuras uenientes a tempore moræ, quia si uerus tutor tenetur ad usuras a tempore moræ, quantò magis ille, qui non est uerus tu-

n tor, gessit tamen se pro tutore? Cogita * n.

73 † Gloss. in uer. communi diui. diuido in tres partes. In prima ad declarationem tex. ponit, quibus, & contra quos detur ista actio communi diui. In secunda quærit, & soluit. In tertia ad confirmationem solutionis quærit de ratione diuersitatis. Secunda ibi: sed quid de actione fini. reg. Tertia ibi: & potest esse ratio.

In eadem gloss. ad fin. cum hac decisione gloss. nostræ,

& eius

& eius ratione, transeunt Dyn. Petr. de Bella Pert. & Iacob. de Aret. hic, & etiam Nico. in 5. q. glo. Et istam rationem diuersi-
74 tatis glos. † quòd ista actio fini. reg. sit stricti iuris, quamuis actio communi diui. & fa. er. cũ quibus habet magnam similitudinem, iuxta §. quædam, & ea, quæ ibi tradita sunt. sup. eo. sint bonæ fidei: ego ita intelligo, & declaro, nã in actione finium reg. proceditur per quendam rigorem, qui non cadit in actione communi diui. & fa. er. Nam in actione finium reg. id
75 quod est omnino, & purè meũ, potest alteri adiudicari: † quia Iudex cognoscens super quæstione confinium, potest adiudicare meo aduersario id, quod est purè meum. l. 2. in fi. ff. fin. regund. quod est rigorosum. In actione autem communi diui. & fa. er. cessat talis rigorositas: quia etiam si tota res sibi adiudicaretur, non tñ sibi adiudicaretur res, quæ sit oĩno aliena, sed communis: & sic non adiudicatur sibi aliquid oĩnò alienum, sed quod fuit cõmune: & ideo quia in illa actione finium reg. proceditur per illum rigorẽ, in alijs autem duab. fa. er. & cõmuni diui. nequaquam: ideo nil mirũ, si dispositũ est, ꝙ tales duæ sint bonæ fidei, alia verò finium reg. sit stricti iuris. Ioan. Fab. dicit, ꝙ hæc ratio gl. non videtur sibi multùm bona: quia in actione finium reg. vt plurimùm non peto mihi adiudicari alienum: vt vidimus in §. quædam, sup. eod. Ista sunt formalia verba reprehensionis suæ satis intricata, & obscura. Sed credo ꝙ voluit dicere, prout etiam sentit Ang. hic: nam est regu-
76 la in iure, † quòd ex petitione actoris non metimur ius, non considerato eo quod sequi posit. Alleg. ad hoc Ang. de Aret. in l. 1. §. 1. ff. si pars hær. pet. quæ nihil facit: nam ibi solùm dicitur ꝙ ius metimur ex persona actoris, & nõ rei. De petitione autem actoris attendenda, ibi nihil dicitur. Vnde vos allegate tex. in l. cum quædam puella. §. fi. & quod ibi Bart. & alij. ff. de iurisd. om. iud. & tex. not. & ibi longè notabilius Bart. in l. in offerendis. C. de appell. & tex. no. in l. ampliorẽ. §. fi. quem Bart. ibi appellat notabilissimum: & ibi eum ad duo ponderat quotidiana. C. de app. Si ergo ius metimur ex actoris petitione, tunc sic intentãs actionem finium regundorum non petit sibi alienum adiudicari, sed conseruari sibi quod suum est: & propterea ad hoc conseruandum solent apponi confinia. Vnde si postea aliud adiudicatur sibi per iudicem, istud non contingit propter petitionem suam, sed extrinsecus, scilicet propter officium iudicis: ergo propter istud, quod potest extrinsecus contingere, & præter suã petitionem, non debemus dicere hanc actionem esse stricti iuris, cùm ex petitione ius agentis, & actionis metiamur. Vnde ipse Ioannes Faber aliam assignat rationem diuersitatis, quam etiam secutus est simpliciter Ange. hic: nam actiones familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, nascuntur ex quasi cõtractu communionis, quæ naturæ actionis societatis accedit: ergo sicut actio pro socio est bonæ fidei, vt hic: ita istæ duę familiæ erciscundæ, & com-
77 muni diuidundo: sed actio finium regundorum, † secundum eos, nascitur ex varijs figuris causarum, & quandoque ex delicto, secundum Io. Fab. qui dicit se dixisse in §. quædam, sup. eod. unde nil mirum si non est bonæ fidei: & maximè quia Imperator eam hic non posuit. Vnde cùm non sit de enumeratis in hoc §. censetur esse stricti iuris. Et ista ultima fuit ratio glos. nostræ hic.

78 † Sed dum isti patres volunt ꝙ actio finium regundorum non nascatur ex quasi contractu, dicite ꝙ contrarium tenuit gl. in §. hæres quoque. in ver. intelligitur, sup. de obliga. quæ ex quasi contractu, quam sequuntur Iaco. But. Nico. Pet. de Bella Pert. Ange. in d. §. quædam. Dicas tamen in hoc, prout ibi dixi remissiuè extra glos. in materia actionis finium regundorum in prin. remittendo me ad distinctionem Bal. in l. fin. C. finium reg. & Ioan. Fab. in d. §. quædam. Item dum volũt ꝙ ista actio finium regundorum non nascatur ex contractu, sed ex varijs figuris causarum, errant: quia illa verba, ex varijs figuris causarum, nihil aliud important, nisi ex quasi contractu, vel ex quasi maleficio: vt dixi in §. omnium, super eodem titulo ex mente communiter Scribentium ibi, maximè ipsius Ioann. Fab. & Ange. de Aret. Vnde ego dicerem istam rationem diuersitatis alio modo, quàm ipsi dicant, ex eorum tamen men-
79 te, † ꝙ ideo actio communi diuidundo, & familiæ erciscũdæ, dicuntur bonæ fidei ratione similitudinis, quam habent cum actione pro socio, ratione communionis: quæ communio nõ est in actione finium regũdorum: & ideo quemadmodũ actio pro socio, est bonæ fidei, ita etiam illæ duæ. Secus est in actione finium reg. Sed certè illa ratio, & præcedens, subuerteretur hoc modo: Tu dicis, ꝙ actio communi diui. & fa. er. sunt bonæ fidei, quia habet similitudinem cum actione pro socio, ratione conuentionis, quę non est in actione fini. reg. & quẽadmodum actio pro socio est bonæ fidei, ita istæ duæ. Sed dicas mihi, quare illa actio ꝓ socio, sit magis bonæ fidei, quàm hæc actio fini. regund.? vnde incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. Vnde tutior videtur ratio diuersitatis glo. nostræ declarata, vt suprà. Nec obstat argu. Ioan. Fab. suprà relatum, & declaratum quòd metiamur ius ex petitione actoris. dic. l. cùm quædam puella. §. fin. quia ad hoc possum multipliciter respondere: & maximè ꝙ ille text. procedat quantum ad cognoscendam iurisdictionem iudicis, vel summam, quæ solui debeat: non autẽ quo ad cognoscendã naturã actionis, an bonæ fidei, an stricti iuris sit. Cogitate tamen quia hoc argum. mihi obstat.

o o * Gloss. in ver. pro æstimato ad fi. quãuis cum hac gl. simpliciter transeunt Dyn. & Nico. in 6. oppo. glo. videatis gl. pleniorem referentem opiniones Antiquorum Azo. & Ioan. distinguentium in l. 1. ff. de ęstima. act. in ver. conuenit. Nos autẽ
80 in hoc notabili puncto, † cuius sit periculum rei datæ ad ven-
p dendum, an dantis, an recipientis, p omissa distinctione glossæ hic, & in d. l. 1. §. 1. & omissa etiam distinctione Io. Fab. hic, in antepenul. col. confundimur per l. rogasti, in princ. ff. si cer. pet. habetis duo verba per Barto. in d. l. 1. in §. 1. ff. de æstima. actio. quem sequuntur Ange. de Aret. & Ioan. de Plat. hic: sed, iudicio meo, sunt multũ obscura, & communiter corruptè habentur. Dicit Barto. qñq; res æstimata datur uendenda. Exemplum: ego æstimo tibi istum librum decem: ipsum vẽdas pro decem: ita ꝙ aut librum mihi restituas, aut illa decẽ. tunc talis æstimatio facit transire periculũ casus fortuiti in accipientem, d. l. 1. secundum opinionem Ioã. ibi relatam & veram: & in his terminis loquitur glos. nostra in primo mẽbro. Qñq; ue æstimatur res, prout est vendenda: puta dico, Do tibi istum librum, vendas eum tu pro X. quo casu æstimatio dicitur facta ad hoc, vt recipiens sciat pro quanto potest vendere: & tunc distinguitur quis rogauerit: vt hic in gl. per d. l. si gratuitam, in §. 1. ff. de præscrip. verb. In dubio autem quando aliud non apparet, præsumitur æstimationem factam prout uendenda sit. d. l. si gratuitam. §. 1. Ista sunt formalia uerba Bart. quæ & ita formaliter nullo adiecto referuntur per Ange. de Are. hic. Ego credo quantum possum coniecturari, ꝙ hæc fuerit mens Bar. in istis suis verbis multum obscurè: ꝙ aut æstimatio fit propter ipsam rem, ita ꝙ illa æstimatio non apponitur principaliter vt significetur pro quãto res sit vendenda: & tunc omne periculum etiam casus fortuiti pertinet ad recipientem. Et ratio est: quia aut ista æstimatio fuit facta principaliter ad hoc, vt periculum ipsius rei trãseat in ipsum recipientem. Aut æstimatio non fit propter rem ipsam, sed propter pretium rei, vt sciat recipiens, pro quanto pretio debeat uendere: tunc distinguitur, ut in dict. l. si gratuitam. §. 1. & in dubio præsumitur ꝙ æstimatio non sit apposita propter rem, sed propter pretium ipsius rei. Et ratio huius secundi membri quare non transeat indistinctè periculum in recipientem, est, quia ista æstimatio non fuit facta ad finem istum, ut periculum transiret in ipsum recipientem, sed ut recipiens sciret pro quanto pretio uende-
q deberet. Credo quòd hæc fuit mens q * Bartoli. Hæc Theorica recipit complures limitationes, quæ apertè colliguntur ex distinctione magna, & prolixa, quam posteà subijcit Bar. in d. l. j. in §. j. quem refert de uerbo ad uerbum Ang. hic: sed istud semper ego existimaui summè uerecundum ita simpliciter referre: & maximè (quod est deterius) cùm istud sit sine fructu. Quam distinctionem uide per text. & uideas aliquas limitationes, quæ colligi possunt ex prædicta distinctione quas ponit in specie Io. de Pla. hic.

81 † Et de hac quotidiana, & notabili materia, an, & qñ æstimatio rei traditæ faciat emptionẽ, vel trãsitũ dñij, vel aliàs faciat trãsire periculũ casus fortuiti ad recipiẽtẽ: ultra tradita p Bar. in d. l. j. in §. j. videatis latius p eundẽ in l. si. vt certo. §. nũc uidẽdũ. ff. cõmo. Videas tex. & ibi gl. Cy. & Bal. in l. si inter. C. de iu. do. & multũ latè Bal. post Cy. i l. j. i pe. & ult. col. C. cõmo

dati,& Bald.in l.quoties.& in l.cùm dotem.C.de iure dotiū. & in l. ex conuentione. & in l. si pascenda.in fin. C. de pact. Spe.in tit.de loca.§.nunc dicendum.ver. restat. videatis Ioā. And.in c.1.& omninò ibi do.Abb. extra de commo.

81 Et in contractu dotis, † quando æstimatio faciat transire periculū casus fortuiti, an verò solā rei deteriorationē, quæ fieret dolo,vel culpa mariti; videatis in dictis locis,maximè per glo.& Bal.in l.si inter.C.de iure dot. Traditur de materia
82 in leg.& æstimatis.ff.sol. matr. & † quid quando datur æstimata res, quæ seruando seruari non potest,vt animal, vel res consistens pondere,numero,vel mensura,ponit Bal.in l.si inter.& Bart.in d.l.si vt certo. §. nunc videndum.

83 † Et aduerte diligenter,ꝙ si res tradatur æstimata in dotem, cùm hoc, ꝙ dominium non transferatur in maritum, quòd quamuis hoc casu æstimatio propter pactum non faciat emptionem rei,tamen bene facit emptionem & transi-
r tum ipsius possessionis.Dictum fuit singulare Bald. r* in l.1. in vlti.col.C.de iure dot.

84 † Item diligentissimè aduertite, quòd illud, quod vulgò dicitur:quòd fundus dotalis, vel quæcunq; res dotales æstimatæ datæ in dotem,faciunt emptionem, & transitum dominij in maritum,ita,& taliter quòd maritus potest liberè alienare,non obstante lege Iulia de fundo dotali.iuxta leg.quoties.& l.cùm dotem.& l.si inter virum.C.de iure do.not.Bar. & alij in d.l.æstimatis. ff.solu. matr. Illud est singulariter verum,quando maritus est soluendo;aliàs autem nulla æstimatio faceret emptionem,nec fundus posset alienari, aut obligari per maritū: imò hoc casu mulier pro talibus rebus æstimatis datis in dotem,haberet rei vendicationem vtilē in subsidium, marito non existente soluendo. text. est in l.in reb.in prin.C.de iur.dot.cum gl.singulari ibi notanda,& nunquam delenda a memoria in versi.æstimatæ,ad fin.quam ibi sequūtur Bar.Bald.& alij. Et hoc signanter magis in specie, quàm
s alibi,tenuit Bald. in l. inter antiquam. s* ad fin.C.de vsufru. vbi ad hoc allegat d.l.in rebus, in princip.& in l.vxor marito.ff.de dona.inter vir.& vxor. De quo vide etiam Imo.in d.l. æstimatis.& quod not.Bald.in Authē.sed iam necesse.in 5.q. C.de do.ante nup. & quod not.Bart.in repe.l.si constante.in princ.ff.sol.mat.in 1.q.tertiæ partis principalis.

85 † Et ad suprà scriptam materiam, si vultis etiam videre quid in æstimatione, quæ fieret posteà ex interuallo: videatis Bald.in l.ex conuentione. in euidentialibus. C.de pact.

Et quid si aliquis daret ibi centū libras in florenis hoc pacto, quòd sibi redderes in florenis sub eadem æstimatione: quid importet illum pactum, sub eadem æstimatione:an illa verba importent periculū decrementi pecuniæ,ꝙ si valor florenorum decrescat,ꝙ nihilo minus debeat tradi in valore illius æstimarionis,cuius erant tempore traditionis. Videatis Bar.in l.in his.§.mancipia.per illum tex.ff. sol.ma.

t t* † Et an si locatur equus æstimatus scholari, an hæc æsti-
86 matio faciat transire periculū equi in scholarē, ita vt teneatur etiam de leuissima culpa; videatis Barto. decidentem ꝙ sic,in d.l.si vt certo.§.nunc videndum per gloss. ibi in fin.

Iuxta supra dictam materiam maximè circa id,quod tangit gl.in 1.parte, dum dicit ꝙ si tibi rem meam do, & eam tibi æstimo decem,ita vt aut rem,aut decē reddas, si verò plus
87 vendas,tuum sit,circa hoc vltimū applicat Io.Fab.hic† quotidianam quæstionem. Pone, dedi tibi Bidello librum vendendum pro decem, nec fuit actum ꝙ si pluris venderes, illud plus esset tuū:tu vendidisti pro quindecim; nunquid tenearis mihi restituere integra quindecim, an verò illud plus debeat esse tuū? Determinat Io.Fab.& bene, cum quo trāsit Ioan.de Plat.hic,quòd aut periculum pertinet ad te, vt in casibus, qui colligi possunt ex suprà dictis:& tūc ēt illud emolumentum debeat ad te pertinere: & consequenter lucrum illius pluris,per regulam l.secundum naturam.ff. de reg.iur. Secus autem si periculum ad te non pertineret: vt colligitur ex distinctione suprà posita:quia tunc cessat ratio, de qua in primo casu.Et facit,secundum eos,l.qui proprio.§.procurator,vt in cæteris.ff.de procur. Et pro ista distinctione multum facit.l.si is qui.§.si quem quæstum.ff. commo. Et ex dictis ibi not.per glo.fin.in uersic.eius fit;& ibidem per Barto.Potestis hanc theoricam limitare,vt procedat,quando periculum ad eum pertineret ex conuentione partium, vel ex natura contractus: secus si ex culpa sua.

88 † Subdit ēt no.Io.Fab.hic,sub dubio tamen fortè, ꝙ fortè in mandato gratuito secus esset, in quo si mando tibi quòd emas talem rem pro decē, quæ tibi do, & tu emis pro quinque tantùm, non propterea residuum erit tuum. Sed in hoc non oporret dubitare:quia text. est expressus in §.item is,qui exequitur, suprà mandati.

89 † Vltimò pro complemento præsentis materiæ videamus de forma libelli in hac actione præscriptis verb. quæ datur ꝓ æstimato:cuius libelli forma ꝓpterea ꝙ in magna parte colligatur ex suprà scriptis, visum est mihi ꝙ melius cadat hic, quàm infrà extra,gl.& eius formam ponit Spec.pater practicæ in titu.de emptio. & vendi.§. videndum. & §.sequenti.& Rofred.in titu.de act. præscri. uerb.æstimatoria, prout referunt Io.de Pla.& Nicol.de Neap. in 3. & ulti.q.extra gl.& ex mente Scribentium hic potestis ita concipere libellum: Ago contra Titium Bidellum, & dico, ꝙ ei tradidi talem librum vendendum pro decem,hoc acto,ꝙ aut mihi dictum librum restitueret,aut dicta decem præstaret. Quare peto eum condemnari, vt prædictum librum mihi restituat incorruptum, aut prędictam æstimationem mihi restituat.† Et ista alterna-
90 tiua conclusio admittitur: quia etiam est tex. in l.1.in fi.ff.de æstima.act.quem ad hoc not.ibi Barto. in 1.not.& ibi dixit se putare, ꝙ si iste haberet facultatem rem restituendi, possit pręcisè cogi ad eam restituendam, ita quòd non audiretur
v uolens soluere prædictam æstimationem:u* cùm iste sit contractus innominatus, & potest habere locum pœnitentia.l.si pecuniam,in prin.ff.de condi.ob cau. Et ista est veritas:quāuis Io.Fabr.uisus est dubitare, quomodo procedat illa alternatiua conclusio:Peto librum,aut decem, cùm liber tantùm sit in obligatione, saltem eo casu quo extat: quia dico, prout ipsemet fatetur, ꝙ quando actum est ut liber, aut æstimatio reddatur, certè alternatiua petitio admittitur:cùm iste conuentus possit alterum duorum soluere: & incertitudo uidetur causari a facto suo: unde alternatiua petitio admitti debet,iuxta l.1.§.qui autem.& quod ibi Bart.ff. quorum leg.& idem Bart.in l. ubi autem non apparet.§.illud, & in l. stipulationes non diuiduntur,in prin.in ult.q.ff.de verbo. obligationibus.Innoc.& Docto.in c.2. extra de libel. obla. Et quòd in terminis nostris procedat hæc alternatiua conclusio:Peto librum,aut decem:tenet etiam Ioan.de Plat.hic, dicēs,quòd communis practica admittit hāc petitionem alternatiuam, per not.per Innoc.in c.constitutus, extra de in integr.resti.& per c.cùm contingit extra de offi. deleg.

Glo.in uerb.ex permutatione diuiditur in quatuor partes principales.In prima ad declaratione tex. ponit,quando, & quomodo nascatur hęc actio præscriptis uerbis ex permutatione.In secūda quærit.In tertia idem. In quarta idem. Secunda ibi:sed cum istis duobus casibus.Tertia ibi: sed quid de actione in factū.Quarta ibi:item quid de actione præscri. uer.Illa secunda principalis subdiuiditur in quatuor. In 1. facit quod dictum est.In 2.respondet, ponendo unū casum, & eius rationem.In 3.ponit alios tres casus.In 4.ponit alium casum.Secūda ibi:respondeo, vbi datur ex pacto.Tertia ibi: item in contractibus innominatis. Quarta ibi; item in omni contractu. Rursus tertia pars principalis subdiuiditur in quatuor.In prima quærit nunquid actio in factum sit bonæ fidei. In secunda,ante quàm huic quæstioni respondeat, ponit quatuor genera huius actionis in factum. In tertia reuertitur ad quæsitum, & ei respondet. In quarta refert opinionem quorundam,quam reprobat. Secunda ibi: respondeo, quatuor genera.Tertia ibi:nunquid ergo semper est. Quarta ibi: sed quidam dicunt:nt in tertio casu.

In eadē gl.ibi:nisi in duobus casibus.hāc conclusionē gl.
91 quæ habet,† ꝙ actio præscriptis uerbis, quæ oritur ex pacto incontinenti apposito iuxta cōtractū,sit stricti iuris,& ab oībus approbat hic:licet Io.Faber hic post Io.de Aret.& sequitur Ange.de Aret.ut procedat in pactis incōtinenti appositis iuxta cōtractus,q̄ pacta nō sint permutatio,uel æstimatio.Secus aūt si per pactū incontinenti appositū iuxta cōtractū fieret æstimatio,vel ꝑmutatio;tunc actio ꝑscriptis verbis ex tali pacto incōtinēti apposito,esset bonę fidei,nō aūt stricti iuris,

puta

puta si iuxta contractũ fieret incõtinẽti pactũ tale, quòd ego darem tibi equum meum pro tuo equo: quo casu hic non est contractus innominatus, Do, ut des, sed est permutatio, siue
92 pactum de permutando: † quia permutatio est quotiescunque ab utraque parte est species certa præstanda: sed quando ab utraque parte esset genus, uel ex altera tantum, tunc es
x set contractus innominatus, Do, ut des: x* & nõ permutatio, prout magistraliter declarat gl. notabilis, & signanda in l. prima, in glo. fin. in uer. postulabis, & ibi alij sequuntur. C. de re. permu. & gl. in l. j. in uerb. nomen suum habent, in fin. & ibi clarius Bar. in 3. quæstio. ff. de re. permuta. vel quod iuxta contractum, puta societatis, fuerit incõtinenti pactum tale, quod tu duceres equum meum ad forum, & illum uenderes pro cẽtum, secundum quod illum tibi æstimatum trado: quo casu ex tali pacto fieret æstimatio, ut patet ex dictis in gl. præcedẽti. in ver. pro æstimato. Istis duob. casibus tenẽt præfati doct.
93 & bene, † ꝙ actio præscriptis verbis, quæ oritur ex talibus pactis appositis iuxta contractum, esset bonæ fidei. Moti per generalitatem huius tex. volentis quòd actio præscriptis verbis, quæ datur ex permutatione, vel æstimatione, sit bonæ fidei, non autem stricti iuris: ergo, quocunque oriatur, dicitur bonæ fidei: arg. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Quod etiã intelligit Ioan. Fab. verum, & sequitur Angel. hic, etiam si apponeretur dictum pactũ de permutando, vel de æstimatione iuxta contractum stricti iuris. l. lecta. ff. si certum petatur. & l. petens. C. de pact.

94 † Iuxta hanc partem gl. dubitant probabiliter doct. hic: q̃a alibi habemus quòd ex pacto incontinenti apposito iuxta cõtractum resultant duæ actiones: vna præscriptis verbis, quando habita relatione pacti ad contractum resultat contractus innominatus. De qua actione præscriptis verbis videbimus statim in gl. nostra, quod regulariter est stricti iuris. Item re-
95 sultat primò actio informata: † quia quotidiè ponit̃ pactũ in continenti iuxta contractum, actio competens ex isto contractu informatur, id est, extenditur, vt etiam competat ad deductum in pacto: vt est text. in l. 2. quem ibi not. Bartol. ad hoc. C. de pac. inter empt. & vendi. & gloss. in l. iuris gentium. §. quinimò. in glo. j. magna. circa medinm. ff. de pact. & ibi Bar. in 3. & 4. col. & gl. in l. in bonæ fidei. in verbo, actio. & ibi Bar. & alij. C. de pact.

96 † Nunquid ergo, si sit appositum pactum incontinenti iuxta contractum bonæ fidei, quo casu actio ex illo contractu informatur, & extenditur, vt etiam competat ad id, quod est dictum in pacto: nũquid ista actio informata erit bonæ fidei, an stricti iuris. Istam quæstionem mouet gl. magna circa me-
97 dium. in §. quinimo. † & ibi tenet ꝙ actio bonæ fidei etiam informata, quamuis sui natura sit bonæ fidei, tamen propter informationem erit stricti iuris. Mota, quia conceditur in locum actionis pręscriptis uerbis, ideo eius naturam sapere debet. leg. si eum. §. qui iniuriarum. & §. fin. ff. si quis cautio. Hãc rationem reprehendit Ioann. Faber hic: quia non est verum quòd actio informata detur in locũ actionis præscriptis verbis, sed bene concurrit cum ea: vnde concursus non videtur alterare eius naturam: Et istud patet ex eo quod vult glo. nostra infrà in quarta & vltima parte principali, dum vult quòd certi condictio generalis, quæ est stricti iuris, quamuis cõcurrat cum actione bonæ fidei, tamen ratione huius concursus non mutat naturam suam, vt efficiatur bonæ fidei. Vnde tenet Ioannes Faber contra gl. præalleg. quòd imò actio bonæ fidei informata, & extensa ad deductum in pacto in continẽti apposito, erit etiam bonæ fidei. Et pro hac parte adducit l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. vbi secundum eum, videtur præsupponi, ꝙ actio ex vendito competat pro pacto in cõtinenti apposito vnà cum eo, quod in principali contractu deuenit. Sed hæc lex, iudicio meo, parum, imò nihil facit. Et cũ hac opinione videtur etiam tenere Nicol. de Neapoli hic in apostillatione tex. & idem firmat Angel. hic. Hanc etiam partem aperte firmat Bar. in dict. §. quinimo. in secunda column. versic. venio ad secundum: referens idem tenere communiter doct. Idem etiam tenent Vltramontani in leg. petens. C. de pact. secundum quod eos refert Ange. hic. Et pro hac parte mouebatur Bar. quia in actione informata veniunt fructus ex mora. d. l. secunda. C. de pact inter emp. quod non est in cõtractibus stricti iuris. leg. mora. §. in bonę fidei. leg. videamus. §. si actionem. ff. de vsur. Et ad argumentum gl. suprà relatum respondet Bar. eo modo, quo respondet Ioann. Fabr. non esse verum quòd actio informata succedat loco actionis præscriptis verbis: imò accidit ei principaliter, & vtraque remanet. l. item illa. §. fin. ff. de consti. pec. Et cum hac opin. ego etiam teneo: quamuis ratio Bartoli suprà proximè allegata, quã simpliciter sequitur Angelus de Aretio hic, & ibi cõmuniter alij, iudicio meo, non multum concludat. Primò, quia ista non est bona consequentia: In tali actione veniunt fructus à tempore moræ: ergo actio est bonæ fidei: vt clarè patet ex his, quæ dixi suprà in text. in primo notabili, circa actionem ex testamẽto. Nam licet sit verum ꝙ quò ad hoc sapiat naturam bonæ fidei, non tamen propterea sequitur quòd sit bonæ fidei, vt ibi dixi. Præterea, & fortius in d. leg. 2. C. de pact. inter emp. & vend. alleg. per Bart. ideo in actione informata veniunt fructus à tempore moræ, eò quòd ibi actio informata competebat ad id, quod aliquando fuit meum: quo casu succedit regula, quòd nedum in actionibus bonæ fidei, imò etiã in actionibus stricti iuris fructus veniunt à tempore moræ. leg. videamus. §. si actionem. ff. de vsur. & tenet gl. magna. suprà in tertia parte princ. Quamuis si teneremus intellectus Bart. in d. l. videamus. in princip. istud secundum nihil faceret. Nam ibi vult Bart. ꝙ tunc demum in actione stricti iuris veniant fructus à tempore moræ, quando petitur id, quod semper est
y meum y*: vnde non sufficeret, si aliquando fuisset meum, quãdo tempore petitionis non esset meum.

98 † In ea. gl. ibi. quod est permutatio, si tu diceres quomodo potest esse, Do, vt des: quin sit permutatio? Dic vt proximè suprà dixi, vt dicit Ioannes Faber hic, & sequitur Ange. de Aretio, videlicet quòd quando ab vtraque parte est præstãda species certa: puta, Do, tibi talem librum meum, ut des mihi talẽ librum tuum: tunc bene est permutatio. l. naturalis. §. j. secundum unum intellectum uerum. ff. de præscri. uerb. Si autẽ ab vtraque parte esset præstandum genus, uel ab altera tantùm, uel ab una parte species certa, ab altera incerta, puta: Do tibi Digestum uetus meum, ut des mihi unum competens Infortiatum. Isto casu non esset permutatio, quæ solùm fit de specie certa ad speciem certam, sed contractus innominatus, do vt des: prout est gloss. magistra. in l. j. in gloss. fin. in uer. postulabis. C. de re. permu. & suprà dixi. & isto modo debetis hanc gloss. intelligere.

99 † In ead. glo. ibi: leg. naturalis. §. at cùm do, ut facias. corrupta est, & debuit allegare §. quod si faciam ut des. stat ex glo. quod quamuis ex alijs contractibus innominatis competat actio præscriptis uerbis, tamẽ ex quarto, scilicet facio ut des: non datur actio præscriptis uerbis, sed datur actio de dolo. Antequam attingam ueritatem eius, circa quod dubitatur per doct. in ista conclusione gl. ne laboretis in æquiuoco, debetis aduertere secundũ quod magistraliter declarat Bart. in leg. cum mota. C. de transact. in princ. 2. colum. uersic. sumus expediti de prima parte. quòd sicut in contractu nominato, puta emptionis, & uenditionis, ex parte eius, qui dat pretium dicitur emptio, ex parte eius, qui præstat rem, dicitur uenditio: ita in isto cõtractu innominato, facio ut des: ex parte eius qui facit, propriè dicitur, facio ut des: ex parte uerò dantis dicitur, do ut facias. Ex parte ipsius dantis, ex qua resultat do ut facias, res est plana, quòd datur actio præscriptis uerbis, si nõ est talis, quæ locari soleat. dict. leg. naturalis. §. at cùm do. & ibi declarat Bar. ex parte verò facientis, ex qua propriè resultat, facio ut des, superest magnum dubium, quę actio competat. Gl. nostra hic uult, ꝙ competat actio de dolo, non autem præscriptis uerbis. Quæ opinio ista indistinctè intellecta nõ uidetur uera: quia imò aliquando in, facio ut des, competit actio præscriptis uerbis. leg. solent. in 2. responso. ff. de præscr. uerb. & leg. cum mota. C. de transact. Propterea dicebat Dyn. hic, & eius solutionem sequitur Ioann. Fabr. Et Angel. de Aretio, distinguendum esse, quòd aut ex facto meo quod feci, nihil tibi adest, quia manumisi seruum meum, & inter nos conuenit ut dares mihi centum: & tunc locum habeat actio de dolo, non autem actio præscriptis uerbis. leg. cùm proponas. & ibi not. per gloss. & doct. C. de dolo. Et ita intelligatur dict. §. ꝙ si faciam. Aut ex facto meo quod feci, aliquid tibi adest, puta.

puta conuenit inter nos, vt liberarem te, & tu dares mihi decem: ego te liberaui: & sic ex facto meo ad te peruenit liberatio: Vel quia renunciaui liti, quam contra te moueram, vt mihi des decem, tunc habet locum actio præscriptis verbis. d. l. solet. & dicta leg. cum mota. & ibi per Bar. & docto. & Bar. in d. l. actione. C. de transact. Et cum hac distinctione tenet etiã Petr. & Iacob. hic. Et ratio diuersitatis est, secundum Iacob. quam sequitur Ioan. Fab. & Ange. de Aretio hic, & secutus est etiam Bart. in d. l. naturalis. §. ꝙ si faciam. vbi dicit Bart. quòd hæc est verissima ratio, quia quando adimpleo factũ, ex quo nihil tibi adest, ius ciuile non reputauit æquum quòd mihi daretur actio præscriptis verbis contra te, qui nullam vtilitatem consecutus es ex isto facto: & ideo cùm cesset æquitas, quæ habet producere hanc actionem præscriptis verbis, nil mirum si ista actio pręscriptis verbis cessat. Sed prætor considerans quòd tu decepisti me faciendo, quòd ego aliquid facerem, vt tu aliquid dares: & tu posteà non vis dare: hoc casu dedit actionem suam de dolo prætoriam. Sed vbi ex facto meo aliquid adest aduersario, ius ciuile ex æquitate dare voluit hanc actionem præscriptis verbis.

100 † Ex ista communi solu. ego infero vnam maximam limitationem ad id, quod vult gl. nostra hic, & tex. in dicta leg. naturalis. §. ꝙ si faciam. videlicet, quòd si ex contractu innominato, facio vt facias, orit̃ actio præscriptis verbis, vt hoc procedat, quando ex facto alterius aliquid adest alteri: aliàs verò non competeret actio præscriptis verbis, sed tantùm de dolo: quod est nouum, & multum signandum. Et pro hoc solet notari illa maxima difficultas nouissimorum in d. l. cum mota. dum subtiliter instant, quare in contractu innominato, facio vt facias, non adhibeatur illa distinctio, prout in contractu, facio vt des: quæ satis potest hac via quietari. Nec distinctioni suprà positæ vnum obstat, quod mouet Ioã. Faber. hic, nec ei respondet, dum dicit, quòd si prędicta distinctio esset vera, sequeretur quòd etiam quando in contractu innominato, do vt facias, ex parte dantis aliquid daretur, ex qua datione nihil adesset parti, quòd tunc competeret etiam actio de dolo, & non actio præscriptis verbis: puta si esset conuentum inter nos, quòd darem decem tertio, vt mihi aliquid faceres: quo casu ex illa datione facta penitus extraneo nihil adest ipsi parti: quod secũdum eum, est valde nouum, & extraneum: quia ad hoc respondeo, prout in alio proposito dixit Bart. in dicto §. quòd si faciam. & in d. l. cùm proponas. C. de dolo, quòd imò ex illa datione facta illi tertio etiam omnino extraneo, diceretur adesse parti: cùm paria sint, quòd aliquid mihi sic adsit, vel alijs de voluntate mea: vt l. solutam. in princip. ff. de sol.

Sed audite: suprà scripta distinctio communis scribentium doct. est verissima in se, sed non quantùm ad exemplum, quo vtuntur docto. in primo membro distinctionis suprà relatæ: nec quantum ad intellectum dictæ leg. cùm proponas. C. de dolo. dum exemplificando dicunt in primo membro, quòd si ego manumisi seruum meum prout conuentum erat, quòd ex ista manumissione nihil videtur adesse alteri parti: & proptereà non datur actio præscriptis verbis, sed actio de dolo. Et ita intelligunt dictam leg. cùm proponas. Istum intellectum reprehendit Bar. ibi, & in dicto §. quod si faciam. motus, quia paria sunt, quod mihi aliquid adsit, vel alij de voluntate mea. dicta leg. solutam. ff. de solu. Vnde cùm seruo manumisso acquiratur libertas de voluntate mea, videtur mihi adesse. Et quamuis ad hoc possit responderi: tamen melius est exemplificari in alio facto: puta, si iui pro te Mediolanum, ita quòd ex hoc facto meo nihil tibi adsit. Et ad dictam leg. cum proponas. melius est respondere, vt ibi per Bart. & in dicto §. quod si faciam. videlicet quòd ibi non agebatur vt promissa seruarentur: quia ad hoc bene competijsset actio præscriptis verbis: sed ibi volebat agere ad repetendum id, quod fecerat, cõdictione ob causam. Et quia factum illud non erat repetibile, scilicet datio libertatis: ideo recurras ad actionem de dolo. Et hanc solutionem tenet Nicol. hic, in 7. q. glo.

Aduertite etiam ex prædictis, quòd maximus est effectus, an competat actio præscriptis verbis, an verò actio de dolo: quia prima est perpetua, de dolo verò est biẽnalis, nisi de eo, quod ad eum prouenit. l. fin. C. de dolo.

Itẽ conferunt suprà scripta ad libellum: quia alia est narratio, & cõclusio in actione præscriptis verbis, & alia in actione de dolo, secundũ Ioan. Fabr. hic. Quia ergo libellus in actione præscriptis verbis, quæ ex permutatione competit, multũ declaratur ex suprà scriptis: ideo congruentius visum est mihi ponere hic, quàm reseruare extra gl. dicendum.

101 † Huius ergo libelli formam ponit Spec. in titul. de emp. & vend. §. videndum. aliàs dicendũ. & Rofred. in tit. de actione præscrip. verb. quæ ex permutatione, secundum quod referunt Ioann. Faber. & Ioannes de Pla. & Nico. in 4. & vlt. quæst. extra gloss.

Antè tamen quàm veniam ad specialem formam huius libelli, quædam sunt necessariò præmittenda secundum Ioan. 102 Fab. & Io. de Platea hic. † Primò enim sciendum est, ꝙ ex permutatione plures, & diuersæ actiones competunt ad diuersa tendentes. Aliquando enim agitur ad implementum cõtractus, & sic vt res conuenta tradatur: & tunc aut interuenit stipulatio, & agitur actione ex stipulatione, & nõ alia actione. l. cum precibus. & l. ex placito. C. de re. permu. Aut non interuenit stipulatio: & tunc impleto contractu pro parte sua, & non prius, vt statim infrà latè subijciam, posset agere actione præscriptis verbis, vel actione in factum, quæ est eadem, vt dicam infrà in secunda parte gl. vt alius adimpleat quod conuenit, scilicet vt præstet rem, quam conuenit: aliàs verò præstet interesse. Item potest agere condictione ob causam, ad repetendum id, quod datum est, si hoc eligat. leg. si tibi decem. ff. de pręscrip. verb. dummodo sit repetibile. l. cùm proponas. C. de dolo. & statim dixi. Et hæc remedia ponit glo. not. in dicta l. naturalis. §. at cùm do. super verbo. præscriptis verbis.

De hoc tamẽ an in permutatione habeat locum dicta cõdictio ob causam, vide Bart. in leg. prima ad fin. ff. de rerum permu. & text. in l. prima. C. de rerum permu. quem text. dicit ibi Bartolus esse singularem, & ibi Baldus & Salicetus. & idẽ Baldus in leg. secunda. C. de condict. ob causam. vide Imo. in leg. Aristo. in principio. ff. de donatio. & tex. illum singularẽ. in leg. si pro fundo. & ibi Bartolum. C. de transac. Dicit etiam notanter Ioann. Faber. hic, se putare ꝙ agi possit præcisè ad hoc, vt reus præcisè adimpleat quod conuenit, si rem habet, vel implere possit, ita ꝙ non audiatur volens præstare interesse. Nihil tamen allegat. Potest etiam, secundum eum, actor eligere post moram, an velit agere cum eo ad interesse. Nihil ẽt allegat. sed ego allego text. in l. si tibi decem. quem ibi notat Bart. ad hoc. ff. de præscrip. verb.

103 † Et an verum sit illud, quod proximè tenet Ioann. Faber. scilicet ꝙ reus potest pręcisè compelli ad rem præstandam: habetis glos. not. quæ tenet directò contrarium, id est, ꝙ reus nequeat præcisè compelli, imò liberatur præstando interesse, in leg. cum precibus. in gl. in versi. seruetur. C. de rerum permu. Et hoc etiam tenet ibi Bar. & idem Bart. post Dyn. in leg. stipulationes non diuiduntur. in princ p. in 11. oppo. ff. de verborum obliga. de quo videatis plenissimè per Salic. in d. l. cũ precibus. Rapha. Cu. & Pau. in leg. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verborum oblig. & hoc secundum verius. Credo ẽt ꝙ cum ista actio præscriptis verbis ex permutatione detur ad duo, scilicet ad implendum conuenta, & ad interesse, & sit in 104 potestate conuenti, vt statim dixi, vel implere † quod conuenit, vel præstare interesse: ꝙ admitteretur libellus alternatiuus, siue conditionalis, scilicet Peto adimpleri conuenta, vel præstari interesse. Vel aliter: Peto seruari conuenta: &, si noluerit seruare, peto interesse: vt leg. naturalis. in princ. versic. finautem rem do. iuncto §. at cùm do. cum gl. in uersic. præscriptis uerbis. Hoc etiam tenet Ioannes de Platea hic. Bene facit lex prima. §. quia autem. & ibi Bartolus. ff. quorum leg. cum concor. ad hoc traditis in gloss. præcedenti super uerbo, Pro æstimato. Posset etiam in hac actione aliter concludi, & alternatiuè, ut reus adimpleat conuenta, uel recepta restituat: ut l. quoniam. C. de rerum permu. & hoc tenet ibi Salicetus per illum textum, & sequitur etiam Ioan. de Plat. hic.

Z 2* † Item aduertendum, ut suprà dixi, ex ista actione agi 105 non posse, nisi prius impleto contractu ex parte agere uolẽtis. leg. ex placito. & ibi gl. & docto. C. de re. permu. imò plus secundum Ioann. Fab. hic, etiam si agere uolens offerret implere, tamen adhuc non posset agere, cùm sit locus pœnitentiæ:

tiæ: vt leg. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob causam. Sed ego assigno meliorem rationem, quia ex sola conuẽtione de permutando, cùm sit nuda, quis non potest agere, etiamsi offerat implere. leg. iuris gentium. §. sed cùm nulla. versi. igitur nuda. ff. de pact. Necessariò ergo sequit ad hoc. vt possit agi, ꝙ illa conuentio nuda vestiatur per traditionem rei, & consequenter rei interuentu, sicut & in cæteris conuentionibus innominatis: vt per gloss. in dicta leg. iurisgentium. §. quinimò. in gloss. mag. post medium. & ibi per Bartol. & alios, & per gloss. suprà quibus mo. re contrahitur ob. in princip. in gloss. prima.

106 †An autem in ista actione præscriptis verbis ex permutatione debeat concludi ad dandum, an verò ad tradendum: & sic an in permutatione veniat dare, an verò tradere: dicite vt per Bar. in l. j. ff. de re. permu. quod istud pendet ab eo, quod actum est inter partes. Si enim conuentum est de dando: tũc petitur translatio dominij. Secus si de tradendo vel recipiendo: vt ibi latiùs per eum: & sequuntur etiam Ioannem Fabr. & Ioannem de Plat. hìc. Secundum ergo, quod erit conuentum, concludi debet. De quo etiam videatis Bald. in leg. prima, in vltim. colum. C. de rer. permu. & ibi etiam ponit Bald.
107 † quid si conuentum est de permutanda nuda possessione cum alia nuda possessione, an sit propriè permutatio, an contractus innominatus, facio vt facias: effectus est maximus: quia si est permutatio, actio præscriptis verbis ex permutatione est bonæ fidei: aliter verò erit stricti iuris vt suprà vidistis. dicite vt ibi per eum.

a *a* † Ex prædictis omnibus apparet luculenter quomodo
108 debet concludi secundum diuersos modos agendi, & quomodo diuersa esse debeant media concludendi secundum diuersitatem actionum, quibus agi potest. Pono in duobus verbis vnam formam in specie, quomodo formetur libellus in actione præscriptis verbis. Ago contra Titium, & dico quòd adinuicem conuenimus, vt ego darem sibi talem librũ meũ, & ipse daret mihi talem suam vestem. Ego dedi librum, & sic pro parte mea adimpleui: ipse autem sæpius interpellatus recusauit dictam vestem mihi dare, prout conuenit: quare peto eum condemnari ad dandam mihi dictam vestem, vel interesse meum. Potestis etiam multis modis concludere, prout suprà declaraui. Mysteria huius libelli satis etiam ex suprà scriptis patent.

109 †Vltimò pro complemento materiæ permutationis, quia suprà vidimus in quo differat iste cõtractus innominatus permutationis à contractu innominato, do vt des: ponit Ang. de Aret. hic, colu. 25. in fin. cum sequen. septem notabiles differẽtias, quæ sunt inter contractum permutationis, & emptionis, & venditionis, quas multum subtiliter colligit ex discursu legis primæ, cum gl. ff. de re. permutati. vt hìc per eum. Et si vis
110 scire † in quibus conueniant, & in quibus non, permutatio, & contractus emptionis, & venditionis, recurre ad gl. magistram in l. secunda, in versi. obtinere. & ibi Bartol. & Bal. C. de rer. permu. & adde gloss. fina. in verbo, postulabis. in l. prima. & ibi Bar. eodem tit. & adde gloss. in l. prima, in uerbo, nomẽ suum habeant. & ibi Bar. ad fin. ff. de rer. permu. Pau. in consil. 41. incip. in Dei nomine amen. dubitatur nunquid hospitale.
111 Et an si actum sit † quòd ex vna parte præstetur res tantùm. ex alia verò res, & pecunia, vt quotidiè fit: puta, conuenimus de permutando Codicem meum cum tuo Digesto, cùm hoc quod debeas mihi vltra dare, duos aureos: an hoc casu erit
112 emptio, an verò permutatio? Effectus erit magnus: † quia in permutatione, vt in alijs contractibus innominatis, erit locus pœnitentię. l. si pecuniam. in princip. ff. de condi. ob causam. quæ non habet locum in contractibus nominatis. l. ab emptione. ff. de pac. & l. secunda. C. quando liceat ab empt. disce. Videas Bartolum in l. in emptione. in princip. per illum text. ff. de contrahen. empt. & in leg. prima, ad fin. ff. de rerum permuta. & in l. Aristo. in princip. & ibi Imol. ff. de do. & omnino Bal. supplentem distinctionem Bar. in præludijs feudorum, in 7. columna, & in l. prima. C. de rerum permu. & tex. in cap. ad quæstiones: & ibi doctor. maximè Ioann. Andre. & domin. Abb. extra de rerum permu. & Angel. in l. quæritur. per illum text. ff. de statu ho.

113 † Et an statutum loquens in emptione, habeat locum in permutatione, ponit Bal. in l. prima. versicul. quid si statutum dicit. C. de rerum permu. in l. iuris gẽtium. in princip. in lectura antiqua. ff. de pact. & in l. fin. ff. de condictio. ob cãm. Paul. in l. j. ff. de rerum. permu. Videas bonum tex. cum glo. in l. fin. C. de prædijs decur. lib. 10. & tex. in cap. primo. & ibi per domin. Abb. extra de his, q̃ fiunt à præla. sine consensu cap. Specul. & Ioann. Andre. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum, il. 2. ver. sed pone statutum. per dom. Anto. in cap. constitutus. extra de restit. Videatis etiam bonum tex. in leg. sciendum. §. deinde. versic. sed si quis permutauerit. & ibi Ang. ff. de ædi. edict. & quod not. singulariter Bart. in quæstione, quam dicit sibi sæpius de facto contigisse, in l. sicut. §. sed si permiserit. ff.
114 qui mo. pigno. vel hypo. solu. † de ecclesia, cui concessum est à summo pontifice ꝙ possit alienare certum fundum pro satisfaciendo creditoribus, an vigore illius licentia poterit illum fundum cum alio permutare. Determinat quòd non, per vnam rationem, vt ibi per eum.

In eadem glo. ibi: & tunc eadem est actio præscriptis ver-
115 bis, teneatis † ꝙ actio in factum est eadem quæ actio præscriptis verbis: & consequenter competit in omnibus casibus, in quibus competit actio præscriptis verbis. Idem tenuit glo. in §. fin. in versic. actio j. de interdi. Dicunt hìc doctor. aliter, & melius vt Petr. de Bella Pertica. & Iacob. quos sequuntur Ioannes Fabr. Ang. hìc. & Bart. licet de eis non faciat mẽtionem, in rub. ff. de præscript. verbis. post glos. ibi, quòd vbicunque constat aliquem cõtractum factum fuisse per partes, non introductum per leges, sed ex solis conuentionibus partium, quæ non habent certum nomen contractus: & hoc casu actio præscriptis verbis, & actio in factum sunt idem: & hoc modo vbicunque habet locum hæc actio pręscriptis verbis, habet etiam locum actio in factum. Et hoc demonstrat nobis clarè etymologia vocabuli in utroque termino. Dicitur etiam actio præscriptis verbis, quæ datur secundum verba præscripta, quæ non habent certum nomen contractus: & sic in ea concluditur ex præscriptis uerbis narratis solùm uerbis conuentionum: ideo ista actio præscriptis uerbis potest appellari
116 actio in factum eadem ratione. † Dicitur enim actio infactum, quasi habeat actionem secundum factum propositum, & eodem modo concluditur in ea, ut in actione præscriptis uerbis, uidelicet per solam facti narrationem. Potestis ponere exemplum in tali conuentione: Trado tibi molendinum meum ad annum, hoc pacto ꝙ ei facias fieri nouas molas, & nouas rotas. Si autem certum est ꝙ nullus contractus gestus sit inter partes, occurrit tamẽ aliquis casus, ex quo casu æquus est actionem dari: & hoc casu datur tantum actio in factum, & non actio præscriptis uerbis, de qua loquitur tex. in l. quoties. ff. de præscriptis uerbis. Et quòd ista nullo modo possit dici actio præscriptis uerbis, patet ex etymologia uocabuli: quia cum hic nulla uerba interuenerint, non potest dici præscriptis uerbis, cum uerba non fuerint: sed benè potest dici actio in factum, quasi secundum factũ, ex quo propter æquitatẽ actio datur, ut dixi. Et de hac potestis ponere exẽplum in leg. qui seruandarum. §. fin. ff. de præscrip. uerb. Et ista est generalis, & propriè hæc uocatur ex uarijs figuris causarum propterea ꝙ secundum uarietatẽ factorum cõpetat interdũ ad damna, interdum ad proprietates rerum. leg. sancimus. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et istud est quod propriè uoluit gl.
117 nostra. Et ꝑ ista dicebat Ioãnes Faber hic posse attẽtari, † ꝙ istius actionis in factum sint tantum duo genera: quamuis gl. nostræ hic, & ubicunque, ut infrà referam, teneant ꝙ sint quatuor, uidelicet ista generalis, & illa, quæ datur pro edictis, & interdictis: alia autem, quæ est una & eadem cum actione pręscriptis uerbis, non est propriè actio in factum de per se. Addo ꝙ ipsemet Ioannes Faber in §. final. infrà de interdictis. intentauit adhuc fortiorem opinionem, quòd sit tãtum una generalis: ut ibi per eum.

118 † Et ad suprà scriptam doctrinam huius actionis præscriptis uerbis, & in factum, quando sint idem, & q̃n non, uideatis omnino Bartolum. idem ẽt tenentẽ in l. j. ff. de condi. ex lege. in penultima colum. uersic. secundus casus principalis est. & in l. nonnunquam. quæ est l. j. per illum textum de præscriptis uerbis. & latè Bal. in l. ex placito. in 3. quæstione. C. de re-
119 rum permutatione. Et ad gl. nostrã hic, de † hac multiplici

actione

actione in factum. videatis etiam gl. in §. fin. in uerbo, actio. infrà de interdictis. & gloss. in dicta rubr. ff. de præscriptis verbis. & gl. in l. ex placito, in verbo, subiecta. C. de rerũ permutatio. & ibi per Cyn. Bart. & Salicet. & ibidem per Baldum in tribus. & quatuor sequentibus quæstionibus. & gl. ibi Bar. in l. in factum action. ff. de actio. & obligat. Spec. in tit. de actionibus & petitionibus. §. sequitur. ver. rursus.

In eadem gl. ibi: & tamen nemo dicit aliquam conditionẽ
120 esse bonæ fidei. Habetis ex gl. † ꝙ actio in factum, quæ datur loco actionis præscriptis verbis pro æstimatione, vel permutatione, non est bonæ fidei, sed stricti iuris: quamuis ipsa actio præscriptis verbis, istis duobus casibus sit bonæ fidei: vt hic in text. Licet hanc opinionem approbet Dyn. eam fortificando per aliqua fundamenta: eã tamen impugnant alij hic, Petr. Iacob. Angel. de Aretio. & Nicol. in 9. q. gloss. referẽs idẽ tenere Rapha. quia opinio. gloss. nostræ & eius ratio, nec fundamenta Dyn. possent procedere, si verum esset id, quod præsupponunt, ꝙ ista actio in factum datur loco actionis præscri
121 ptis verbis, vel concurrat cum ea. Sed illud est falsum, † quia imò actio in factum, & præscriptis verbis, sunt vnum & idẽ, vt supra proximè dixi: non autem concurrunt, aut vna loco alterius datur. Ideo cùm actio præscriptis verbis sit bonæ fidei in illis duobus casibus, scilicet qñ cõpetit pro æstimato, vel permutatione, vt hoc text. sequitur ꝙ eodem modo actio in factum sit bonæ fidei in illis duob. casibus, cùm sit vna & eadem cum actione præscriptis verbis, vt dixi: & est tex. in l. si tibi areæ. §. fi. in verbo, in factum actione, id est, præscriptis verbis. & in l. si tibi pollicenda. in fine. ff. de præscript. s verbis.

Ad fin. gloss. hanc secundam opinionem approbant cõmuniter do. hic, vt Ioannes Faber, Angel. de Aretio. & Nicol. de
b Neapol. in decima & vltima q. gl. quãuis referant Azon. b* in d. l. secunda. §. hoc interdictum. ff. de precario. tenuisse contrarium, & stetisse cum prima opinione suprà relata.

Extra gloss. restat, vt videamus formationem libellorum in actionibus in hoc §. enumeratis. exceptis his, de quibus vidimus in præcedentibus §§. Item vt attingamus aliqua de materia circa nonnullas ex actionibus hic nominatis, quarũ singulas materias, si quis velit plenè in medium adducere, certè ei contingeret id, quod eleganter inquit Ioannes Faber hic: Calami, & papyrus non sufficerent.

122 † Accedamus in primis secundum ordinem tex. ad actionem ex empto: & antè, quàm accedamus ad libellum in specie, videamus aliqua pro introductione materiæ actionis ex empto: & in primis ad quid teneatur emptor: & posteà videbimus ad quid teneatur venditor. Et clarum est, ꝙ emptor tenetur ad dandum pretium, & sic ad transferendum dominiũ. l. ex empto. in principio. ff. de actione empti. cum similibus. nec etiã aliter ab actione emptor liberaretur: vt dicit textus in l. cùm seruus. in principio. ff. mandati. & in tantum quod dixit glossa not. in l. cùm fundus. §. seruum tuum imprudens. in versiculo, emptori. ff. si certum petatur. ꝙ si non transferatur dominium pecuniæ in venditorem, ꝙ ẽt non transferatur dominium rei venditæ in emptorem, donec pecunia sit consumpta, vel aliter sequatur ratihabitio. De quo tamen, quia nõ est expeditum, videatis Baldum in l. contractus. in penult. col. ver sic. secundò quæritur. C. de fide instrumentorum. Item aduertite, quòd cùm emptor teneatur dare pecuniam, & sic dominium transferre, ꝙ præcisè potest cogi ad soluẽdum integrũ pretium: & non liberaretur, si diceret: Ego nolo rem, nec volo soluere pretium, sed sum contentus tibi venditori præstare quanti tua interest. Hoc est, quod not. voluit Bartolus in l. prima. circa finem prin. reprobata gl. ibi. ff. de actio. emp. Quod dictum commendat Ang. hic.

123 † Item aduertite, quòd ad hoc ut emptor possit cum effectu agere, necesse est ꝙ pretium integrum soluerit, vel saltem ꝙ pretium integrum offerat. l. Iulianus. §. offerri. & ibi glos. & Bar. ff. de actione empti.

124 † An autem si emptor agat ad rem venditã nõ soluto pretio, nec aliter oblato, an possit obtinere, si de pretio nõ opponatur: teneatis ꝙ sic. Ita signanter, & melius, quàm alibi, Baldus in l. prima. in tertia column. versic. hic occurrit vnum dubium. Cod. ne liceat tertiò prouocare. per textum cum glos. in leg. si soror. C. de collat. Idem vult Bartolus in l. si duo. patroni. §. si quis iurauerit. in vltima quæstione. ff. de iureiurando. & Baldus in leg. secunda. in fine. C. de his. quæ sub modo. & Baldus in l. prima. in vltima column. C. de vsu. & fruct. legat. vbi dicit ꝙ textus in dicto §. offerri. procedit si ab emptore opponatur, & non aliàs. Idem tenet Baldus post Petrum. ubi hoc disputat, in leg. si traditio. in tertia quæst. C. de actio. emp. ubi subdit quod quamuis nata sit actio, etiam pretio non soluto,
125 ꝙ tamen obstat exceptio pretij non soluti in tantùm † quòd ibi signanter subdit quòd etiã si statutum diceret quòd non possit opponi ista exceptio pretij non soluti, tamen cùm res vendita peteretur, potest venditor non obstante dicto statuto dicere quòd sibi licet retinere rem venditam loco pignoris, donec pretium soluatur: per dictum §. offerri. quia hoc nõ est excipere, cùm non elidat actionem, sed est pignori incumbe-
126 re, vt ibi per eum. Et idẽ quod suprà, scilicet † quòd agi possit non soluto, nec oblato pretio, si non opponatur, tenet etiã Angelus in l. iuris gentium. in prin. ff. de pactis. & ibi hoc optimè approbatur, dum textus facit differentiam inter contractus nominatos, & innominatos. Idem etiam tenet Ludo. Ro. in l. filiæ licet. C. de colla. quamuis Fulg. ibi contra. Cuius fundamentum ibi reprobat Lud. Et hanc opinionem contra Fulgo. per multa media firmat Cuma. in l. eum, qui ita. §. qui ita. il j. ff. de verbor. obligationibus.

127 † Aduertendum tamen est diligenter, quòd quamuis agi possit actione ex empto, etiam pretio nõ soluto, nec oblato si non opponatur, ut proximè tenui, tamen si iudex videt pretiũ solutum nõ esse venditori, potest ex suo officio, etiam reo nõ opponente, mandare emptori agenti quòd soluat pretiũ, quãuis ad illud non sit actum in iudicio. textus est ad hoc ualde signandus in leg. si pater. in fin. C. de actio. empti. secundum Baldum ibi, qui hoc reputat multum tenendum mẽti, quamuis Salicetus & Fulgosius ibi teneant contrarium, per regulã l. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Ad quam regulam notabiliter respõdeo ex dicto, quod proximè subijcio. Pro hoc ergo dicto Bal. quod credo uerius, benè fa-
128 cit illa peregrina regula, quæ habet, † quòd omnis exceptio quæ unà cum ipsa actione nascitur, & sic inest obligationi, ẽt si non opponatur à parte, potest tamen per iudicẽ suppleri: quia eo ipso quòd actor proponit actionem, uidetur eam pro ponere cum omni causa sua: & consequenter cum exceptione, quæ inest sui natura, unde ipsius actionis expressio sufficit. Secus autem si sit exceptio, quæ extrinsecus ueniat. Ita Bartolus notabiliter in l. lecta. in penulti. columna. uersiculo, sed tunc quæro per illum textũ. ff. si certum petatur. & in l. si unus §. pactus ne peteret. in quinta columna. ad finem. ff. de pactis. & notabiliter in l. eum, qui ita. §. qui ita. il primo. ff. de uerborum obligationibus. & in l. exceptionẽ. C. de probationibus. Baldus in l. bonæ fidei. C. de pactis. & in Authentica, præsente. C. de fideiussoribus. & notabiliter multum in l. peremptorias. C. sentent. rescinden. non poss. in sexta col. & in l. ordinarij. in quarta & ultima col. C. de rei uendicatio. & per Canonistas, maximè dominum Antonium de Butrio in capitulo, exceptionẽ. de exceptio. Facit quod no. Bar. in l. ita stipulatus, magna. in 34. col. ff. de uerborum obligationibus.

129 † Item aduertendum est diligentissimè, quòd qñ emptor etiam hoc casu agit ad rem uenditam pretio per eum non soluto, nec oblato: quòd nedum iudex ex suo officio poterit mãdare emptori agenti quòd soluat pretium, ut proximè dixi, imò poterit in sententia iudex dicere hoc modo: Condẽno uẽditorem ad tradendam rem emptori, emptore pretium soluente, & non aliter, nec alio modo: sicut in optimo simili dicit not. Bartolus in d. l. eum qui ita. §. qui ita, il primo. ubi uult
130 notabiliter. † ꝙ si debitor in diẽ, qui non potest ante diem cõueniri, sed obstat exceptio l. j. in fin. ff. quando dies usus fructus leg. ce. fuerit ante diem conuentus, & nõ opposuerit exceptionem: ꝙ hoc casu iudex in sententia debebit condẽnare ad quantitatem soluendam: non tamen statim, sed tempore congruo: quia illa exceptio dilationis, quæ inest obligationi, quamuis non insit quò ad differendum iudicium, aut quò ad differendam sententiam: tamen benè inest quò ad differẽdã solutionẽ in tempus debitum: ut ibi notabiliter per eum.
c c* † Item aduertite, ꝙ ista exceptio pretij non soluti, uel nõ
131 adimpleti cõtractus, est una de exceptionibus, quæ possint opponi

opponi ad processum, & quæ impediunt litis ingressum, seu litis contestationem: vt patet in text. in d.l.Iulianus.§.offerri. in versic.nondum ex empto act.secundum Paul. de Castr.ibi, quem refert, & sequitur Ang.hic, referens etiam Bar.in extrauagant.ad reprimendum.in ver.summariè.penult.col.versic.
132 ex hoc dico † quòd opponens illam exceptionem, &c.notabiliter velle, ꝙ exceptiones impedientes litis ingressum nõ fuerint appositæ ante litis contestationem ad impediendum iudicium, vel fuerint oppositæ, sed in eorũ probationibus opponens succubuerit, quod dictę exceptiones iterũ poterũt opponi in vim peremptoriæ, & plenè probari, vt plenaria sequatur absolutio: argum.l.penult.ff.de his, q sunt sui vel alie.iur.
d d* † An autem exceptio pretij non soluti posit opponi à
133 venditore post sententiam ad impediendum executionem sententiæ habes Bar. singulariter determinantem quòd non, in l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.in vltima q.ff.de iureiur. secutus Spec.in tit.de execu.sent.§.fin.uersic.ite quærũtur. De cuius dicti veritate disputat Bal.in l.peremptorias.in 3.col.C. sen.rescin.non pos.& ibi videtur tenere contra Bar. Tenet idẽ Bal.in l.si traditio.C.de act.emp.de quo etiam uide Bal.in l.si ex prædijs.C.de euict.Spec.in tit.de except. §. dicto.versi. sed pone, petis.domin.Anton.de Butr.& Imol.in cap.cùm Ioannes.de fide instrum.
e e* † Videamus nunc ad quid tenentur venditor. & clarum
134 est quòd tenentur ad tradendum d.l.exempto.in prin.ff.de act.emp.non autem ad dandum, id est, dominium transferẽdum. Patet per l.rem alienam. ff.de contrah.emp. dominium tamen venit tacitè, & in consequentiam, si venditor tradens erat dominus: aliàs venit vsucapiendi conditio.leg.ex empto. in princip.ff.de act.empt.iuncta l.clauibus. Et ratio diuersitatis, quare emptor tenetur ad dandum, & sic dominium transferendum, venditor autem tenetur ad tradendũ, est: quia emptor tenetur ad pretium in genere, venditor autem ad speciẽ. Ita dixit notabiliter gl.in leg.ex empto.in uerbo, facere cogitur. quam ibi sequitur, & commendat Bar. ff.de actio.empt.& per eam notabiliter infert Bar.quòd si uenditor tenetur in genere, puta quia uendidisset decem corbes frumẽti in genere, uel decem libras auri in massa, pro tanta pecunia, quòd hoc casu uenditor tenetur ad dandum, & sic ad dominium transferendum magis ex qualitate obligationis, quia in genere, q̃ ex natura contractus. Allegant etiam ad hoc plures alias glo. quas ibi uide per eum. Et idem dicit Bar.in l.qui concubinã. §.si hæres.post gl.ibi.ff.de lega.3.de quo etiam uide Bar.in l. 2.circa fin.principij.ff.si certum petatur. Et hic omninò addatis quæ pulcherrimè dixi in §.sic itaque. in j.gl.in 2.col.suprà eod.& inter cætera ad conformationẽ proximi dicti, dixi uobis singulariter ꝙ si aliquis promittit aliquid in genere, etiam per hoc uerbum Trado, ꝙ nihilo minus tenetur transferre dominium. Hoc dixi singulariter probari in l.si à substituto.§.si. cum leg.seq.iuncta glo.ibi in verbo, Dari.ff.de legat.1.quã ad hoc ibi multùm ponderant doctores, maximè Imol. Dicite prout latiùs dixi in d.§.sic itaque.
135 † Addite etiam ꝙ si quis esset dominus rei quam uendit, & conueniret dare eam pro decem, & sic dominium transferre, ꝙ non esset contractus emptionis, & uenditionis [f], sed cõ
f tractus innominatus, do ut des. Casus est notabilis in leg.fin. ff.de condi.ob causam. & ibi Bar.& alij: de quo etiam uideatis Bar.in d.l.ex empto.in princip.ubi per hoc infero, quòd il
136 la † uerba, quæ communiter ponuntur in instrumentis emptionum & uenditionum, scilicet Vendidit, Dedit, & Tradi-
g dit, g impropriè ponũtur: quia imposibile est quòd detur, & tradatur: unde illud uerbum Dedit, impropriè ponitur, nisi uendens esset dominus: ut ibi per eum, qui dicit hoc esse bene not.& idem etiam dicit in leg.j.C.de rerum permutatione.& in d.l.fin.in prima colum.ff.de condi.ob causam.
137 † An autem uenditor posit præcisè cogi ad rem tradendam, ita quòd non liberetur pręstando interesse: uidete glos. quæ hoc latè disputat, & refert opiniones in l.prima. in principio. in gl.magna.in uerbo, agitur.ff.de actio.emp. Magis cõmuniter tenetur opinio gl.in §.pretium.in uerbo, tradatur.suprà de emptione & uẽditione, quam Angelus hic reputat singularem: quæ tenet quòd si uẽditor habet, facultatem rei præstandæ: & cogitur præcisè: aut non habet, nec dolo desijt habere: & tunc liberatur pręstando interesse. Et hoc multùm confert ad cõclusionem libelli. Et ita etiam tenet Bartolus in d.l.prima, in principio.in penult.colum. ff.de actione empti. De quo etiam uide Bartolum & alios in l. stipulationes non diuiduntur.in prin.in 32.columna.ff.de uerborum obligationibus.per Baldum in l.si traditio, in prima quæstione. C. de actio.empti.& in l.contractus, in penultima columna.C.de fide instrumen.ubi tenuit opinio.per quam limitatur prædicta communis conclusio, quòd si uenditor habet facultatem rei pręstandæ, & etiam est dominus: & tunc bene teneatur præcisè tradere. Si autem non est dominus, quamnis habeat facultatem rei tradendæ, tamen non cogitur præcisè tradere. Nec sequitur absurdum, quòd quis cogatur iniustè incurrere pœnam dupli, re euicta: ut ibi per eum. Quam opinionem impugnat Paulus de Castro in d.l.prima, in principio.ff.de actione empti. Videatis etiam Baldum in leg. unica. in columna penultim.uersic.sed ad unum aduerte. C. de sentent.quæ pro eo, quod interest.ubi inter alia singulariter dixit quòd eo casu, quo uenditor constituisset se nomine emptoris posidere, posset præcisè compelli ad tradendum. Idem etiam, secundũ eũ, si de uenditione fuisset factum instrumentũ guarentigiatũ quod habet executionem paratam, secundum eum. De quorum dictorum ueritate uide Ludouicum Romanum in d.l.stipulationes non diuiduntur. in princ.
138 † Vnum circa prædictã diligentisimè nota: quod est in practicã utilisimum, & multum confert ad formationem libelli, quòd si in instrumento uenditionis apponantur illa uerba, quæ communiter consueuerunt apponi, ꝙ uenditor con-
h stituit se nomine emptoris posidere, h quamuis realiter nõ tradiderit rem, tamen uenditor non posset amplius conueniri actione ex empto, ut tradat rem: quia uenditor per prædictum constitutũ suum statim fuit à traditione liberatus, & statim dicitur tradidisse: unde opus est ꝙ emptor agat rei uendicatione uel Publiciana, aut interdicto Vti posidetis: aliàs succumbere. Gl. est solennis in l.ab emptione.in gl.fin.in uersic.constituatur.ff.de pact. & ibi Bar. in terminis eam notat. & mandat eam multum teneri menti. Bene facit l.Iulianus. §.ex uendito.uer.posesionem autem traditam. ff. de actio. empt.quamuis contrarium teneat expresè glo.super uerbo,
i precaria. i* de quo etiam uide Cynum in l. fin. C.quando licе.ab emp.disced.Bal.in l.j. C.pro donato. & in contrarium uidetur facere.quod uult Bal.in l.unica.in penul.col.C.de sentent.quæ pro eo.quod interest.& suprà retuli, ibi tenet ꝙ casu, quo uenditor constituisset se nomine emptoris posidere, posset præcisè compelli ad tradendum. Est tamen uerum ꝙ Bal.ibi non aperit in quo remedio: unde esset intelligendum secundum prædictam. Ad ista etiam facit aliud, quod etiam multum confert ad formationem libelli, uidelicet ꝙ si uenditor semel tradidit rẽ uenditam, & posteà perueniat ad manus uenditoris, certè si emptor ageret cõtra eum actione empto.succumberet: unde debebit agere rei uendicatione, uel Publiciana, uel interdicto Vti posidetis. Gl. est in l. cum fundum, in §.ferè.in uerbo, tradat.& in uerbo, multis. ff. de contrahenda emption.& not.gl.in Authen. sacramẽta puberum. C.si aduer.uend.in gl.fin.in uersic.custodiantur.
139 † Item diligenter aduerte in proximis dictis dum dixi, ꝙ per constitutum dicitur tradi posesio, si uenditor constituit se nomine emptoris posidere: quãuis traditio, quæ propter hoc constitutũ insurgit, sit ficta, tñ posesio ipsa quæ per ipsum constitutũ acquiritur, est uera, & propria posesio, & caderet in statuto loquente de posesionibus. Casus est ad hoc singularis in l.certè.§.j.in uer.propriè posidere uideor.ff.de preca.per quẽ tex.ita in terminis dixit Bar.in l.ab emptione. in ultima q.ff.de pact.& idem tenet Bar.per eundem textum, ubi hoc latisimè examinat in l.si is, qui pro emptore.in prin. in ultima q.& ibi Imo.ff.de usuca.& reassumpsit Bal.in c.j.§. itẽ inuestitura.de notis feudorum. Et ad hoc, ꝙ ista posesio, quæ acquiritur per constitutum, sit uera, & propria posesio, benè facit tex.in capit.accedens.extra de præbend.& idẽ tenet Bal.in lege prima.C.quand.lic.ab empt.disce.& est etiam de hoc text.in l.quod meo.in princip.& ibi ponderat Bartol. in fin.ff.de acquirend.posesſ.& idem etiam tenet do.Anton. de Butr. in capitul. cum uenisset. circa tertiam columnam.

extra de restitu.spol.quamuis contrarium, scilicet q̄ imò ista non sit vera, sed ficta possessio, teneat expressè Bal.in leg.prima.C.de suffra.& fictam eam appellat Bald.in l.prima.C.pro donato.& idem videtur velle ipsemet Bar. in l.Titia.in secunda columna.ff.de verb.oblig.

Item aduertite, q̄ venditor tenetur nedum ad rem traden-
x dam vt prædixi: sed etiam ad fructus x extantes.† Item ad ce-
140 dendam actionem pro pensionibus fundi venditi, si fortè illum alteri locasset venditor.l.Iulianus.§.si fructibus.cũ glo. in versi.cedere.& ibi Bar.ff.de act.empti.de quo etiã per Bar. in l.si filius.§.j.ff.de verb.obligation.& per Bal.in l.si traditio. in vltima quęstion.& latiùs in l.fructus. C. de act. empti.& in leg.prima.in quarta column.C.de vsu.& fruct. legat. & quod notat Bar.in l.cùm filio.in princ.aliàs in fin.ff.de legat. j. & uide omninò Bar. post Dy.in l.fin.§. fin.ff.de iur.fis.& ibi ponit de pensionibus: & latè de fructibus siue industrialibus, siue naturalibus, per Angel.in l.diuortio.in prin.ff.solu. matrimo.
141 † An autem venditor teneatur tradere possessionem rei venditæ vacuam, hoc est, à nemine occupatam? Dicunt q̄ sic. leg.2.§.j.& ibi Bar.ff.de act.empti.no. gl.& Bar. in l.cùm res. C.de prob.& ibidem etiam videte per Bal.Et quando dicatur
l tradi possessio vacua, l declarat tex.& ibi Barto.in d.l.2.§.j.& notabilius in leg. ratio. §. j.per illum text.in eod. tit.ff.de act. empti.vbi infert ad notabilem quæstionem, de qua per eum. & ponit notabiliter Bald.in leg.fin.C. de pact. inter empt. & vend.& in l.fructus.C.de act.empt.& gl. in l.improba.in glo. in versic.in vacuam.C.de acquirenda possess.& gl.& ibi Bar. in l.fin.& docto.in glossa super verbo, Vacuam.C.vnde vi.&
142 ibi etiam habetis in glossa & per doctor. † an sit differẽtia inter possessionem vacuam, & vacantem.Et qualiter probatur, possessionem esse vacuam, seu vacantem, ponit Bal.in l.fi. in princip.C.de edict.diui.Adr. Angel. in repet.l. si vacantia. C.de bonis va.lib.10.
143 † Quæ autem dicatur possessio plena, m & semiplena, &
m quæ vacua, declarat gl.magistra.in §.quod autem.super verbo, Vacantis, suprà de vsucapi.quæ gl.non est alibi in iure, secundum Ang.in l.si me in vacuam.ff.de acquirenda posse.Addite tamen prædictis, quòd quamuis venditor teneatur tradere possessionem vacuam, non tamen tenetur tradere possessionem liberam, nisi hoc sit dictum. Et per hoc sequitur notabilis effectus, quòd si tradatur possessio quæ seruitutẽ debeat, bene dicitur tradi vacua, non tamen dicitur tradi libera. Ita notabiliter declarat, & probat Barto.per multa in l.2.§.j.ff.de act.empt.& in leg. vim facit. per illum tex.in fin.ff.de vi & vi ar.& in l.Meuius.§.fundo.in fin.col. ff.de leg.2.& notabi.Angel.in l.conuentionalibus.§.fin. ff. de verb. oblig.& Bal.in l.si plures.in 2.& 3.col.C.de condi.infer. bene facit l.si pro fun-
144 do.vbi Bar.& doct.C.de transa. † Et ideo semper vtilissimũ est in instrumentis emptionũ illam clausulam apponere, quæ hodie communiter apponi consueuit, videlicet, Qui venditor promisit emptori tradere possessionem liberam, vacuam, & expeditam, vt in prædictis locis habetur. Cuius clausulæ effectus patet ex suprà scriptis: quia si tunc traderet cum aliquo onere seruitutis possessionem, posset agi contra eum actione ex empto ad interesse.
n n † Vltimò propius ad libellum aduertite quòd ista actio
145 ne ex empto agitur ad diuersa, secundum quod notabiliter declarat Ioannes Faber, & Ioannes de Platea hic, maximè cùm sex sint, quæ consequi debet emptor à venditore ex contractu emptionis, quæ colliguntur ex leg. ex empto. per totã legem, & ex l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de actio. empti. Et notabiliter enumerat declarando Bald.in l.dolum. C.de peri.& commo.rei vendit.ibidem videatis.
146 † Agitur enim interdum pro re vendita tradenda, vel pro interesse, si non traditur, vt in superioribus dixi, & dicam in-
147 frà in formatione huius libelli. † Interdum agitur ad interesse solum propter aliud: non dico quia res non tradatur, sed eò quia venditor rei qualitatem, puta seruitutem, & cœlauit, uel rem vitiosam tradidit.l.j.§.j.ff.de act. emp. & ibi notabiliter Bar.vbi inter cætera ponit qualis debeat eẽ hoc casu forma libelli, & in l.Iulianus.in prin.& l.si sterilis.§.quamuis.eo
148 tit. † Interdũ agitur actione ex empto ad interesse propter aliud, propterea q̄ fundus sub mensura promissa nõ præstatur.l.2.in prin.cũ gl.j.& ibi Bar.ff.de act. emp. Et in hoc casu diligentissimè aduertite, quando venditur fundus sub certa mensura, puta centum perticarum, an si reperiatur minoris, uel maioris quantitatis, cedat ad commodum, & incommodũ emptoris: vide tex.in l.Iulianus.§.si Titius. ff. de act.emp. & tex.notabilem in l.si seruum.§.si modus.cum gl.solenni.in uer.pro numero.& ibi Paul.de Castro in eod.tit.& tex.notabilem in l.quæro.in eod.tit.& text. bene signandum in l. qui fundum.§.qui agrum.ff.de contrahen. empt. Oldradus Laurent.in cõsi.232.notabiliter per Abb.Panor. & ibidem Petrus de Ancharano, & Ioan.de Imola in cap.per tuas.extra de donat.& notabiliter Bal.in rubr.C. de contrahen.empt.in 22.q. & Pau.de Eleaza.in commento.cap.si venditori.in penul.col. extra de empt.& uend. Salic.in l.2. C. de contrahend. empt.
149 † Interdum agitur ad repetendum quod datum est, puta ad repetendas arras, & sic ad resoluendum contractũ: ut est tex. notabilis in l.ex empto.§.is qui uina.& ibi Bar.ff.de act.emp. De hoc tamen quomodo, & qua actione repetant arræ datæ uenditori: uidete ibi Bar.& gl.in l.contractus.§.j.& ibi Bar.& ẽt Bal.in penul.col.C.de fide instru.& Bal. & in l.2.C.quando lic.ab emp.disce.& latè Salic.in l.qđ sæpe.in prin.ff.de contra
150 hen.emp. † Interdum agitur ad exhibendum, s.ut uẽditor exhibeat instrumenta fundi uẽditi, propter cognoscenda cõfinia, uel iura uenditoris, quorum instrumentorum describẽdorum tenetur uenditor copiam facere emptori, non autem q̄ illa teneatur dare.text.est de eis nota. in l. Titius. la 2.ff.de actione emp.quem tex.dicit ibi Bar.esse bene notãdum: quia scd̃m eum potest tota die contingere.Addite Bal. in l.j.in fine per illum text.C.credi.eui.pign.non debe.& Anton.de But.& Imola in cap.fin.extra de emptione & uẽditione.Eo casu, quo uenditor nollet producere, siue exhibere instrumenta, tunc seruaretur practica Innoc.in capit. Gloss. perpetuus.extra de fidei instrumento. ubi omninò uide secũdum dominum Baldum in capit.uasallus ad finem.si de feud. fue cõtro.inter do
151 minum & agna. † Interdum datur hæc actio contra uenditorem, ut agat contra alium qui damnum dedit ipsi emptori in re empta, uel saltem ut cedat actionem contra illum tertiũ: & est nouus modus agendi, ut ibi inquit Bartolus: text.habetis, & exemplum in lege Iulianus.§. penultimo. & ibi Bartolus.ff.de actione empti.& in simili textum.in leg.si sic.§.fin.&
152 ibi expressè Bartolus.ff.de lega.primo. † Interdũ datur hæc actio pro euictione rei uenditæ: leg.non dubitatur, cũ similibus.C.de euict.Idcirco secundum emergentiam dictorũ casuum oportebit diuersificare conclusiones libellorum secun
153 dum narrationem facti. † Eodem modo in actione ex uen-
o dito o agitur ad diuersa, sed non ad tot diuersitates, quas proximè uidimus in actione ex empto.Interdum enim agitur ad pretium: & hæc est principalis, & regularis conclusio.l.ex empto.in prin.& dicta l.Iulianus.§.ex uendito.ff. de actio.empt. & dixi suprà latissimè.Interdum agitur ad reddendum quod plus debito est præstitum, iuxta l. fundi. §.si ruta.ff.de actio. emp.& melius l.si binarum.ff.de serui.urb. præd.& in l.si tibi liberum.cum gl.in uersi.incerti.ff.de actio. empti.Interdũ agitur ad factum, ut ille, qui lapides ex fundo emit, illos tollat. l.e.si is, qui lapides ff.de act.empti.Interdũ agitur ad rescindẽdum contractum. l.si fundus.ff.de lege commisso.ita q̄ in ista actione ex uendito oportebit uariare, & diuersificare conclusiones libellorum secundum diuersitatem casuum.
154 † Istis pro introductione libelli præmissis, apparet luculenter, qualis esse debeat forma libelli in actione ex empto, & in actione ex uendito, ut liquet ex prędictis.Quorum libellorum formas ponit Spec.in tit.de emptio. & uendi.§.si prius. & Rofre.in rubr.de actio.ex empto. & in alia rubr. de actio. ex uendi.ut refert Io.de Pla.hic.Vide Spec. etiã in tit.de fruc. & lit.expen.§.uiso.uer.quomodo.& in tit. de libel.concep.§. hoc quoque.uer.item not.Innoc. in c.sacro. in fin.gl.magnæ. extra de sent. excom.Et istos allegat Ioan.Faber in §.pretiũ. suprà de contrahen.emptio.
155 † Pro nunc pono in specie formam libelli, qñ agitur actione ex empto, ut res uendita tradatur. Ago contra Titium, & dico q̄ ab eo emi talẽ librum pro decem ducatis, quos sibi actualiter solui, uel offero me incontinenti soluere. Quare peto eum condemnari ad dictum librum mihi tradendum. Iste est

est unus modus libellandi: & hoc casu, quando concluditur tantùm ad traditionem libri, tunc tempore ferendæ sentētiæ interrogabitur reus per iudicem ad instantiam actoris, an velit, vel possit rem tradere: & si dixerit ꝙ non, condemnabitur ad interesse: vt l. si traditio. C. de actio. emp. & l. si qs ab alio. §. fin. ff. de re iudic. Et sic hoc casu ad aliud agitur, scilicet ad rem tradendam, & ad aliud fit condemnatio, scilicet ad interesse. Iste est primus modus libellandi, quē ponit in ista actione ex empto gl. magistralis. & plenior quæ sit in iure, in l. prima, in princ. in gl. mag. in uersic. agitur. in prin. ff. de acti. emp. Et istā primam formam libelli sustinet ibi Bart. in prima col. & vltra gl. ibi respōdet multis modis ad illud, quod proximè dixi: quia videbatur absurdum ad aliud agi, & ad aliud fieri cōdemnationem. Dicite vt ibi per eum. Et ad istam primam practicam, videlicet de interrogatione fienda à iudice, addite gl. no. in simili, & ibi Bar. & docto. in l. si quando. §. fin. in gl. fi. in versi. non præstaretur. ff. de leg. primo. & Bal. in l. prima, in septima col. C. de his quæ pœn. no.

156 † Secundus modus libellandi est, ꝙ postquam venditor fuerit in mora tradendi librum vēditum, ꝙ hoc casu emptor principaliter, & directò petat interesse tantùm: vt tenet gl. in d. l. prima. in princ. & ista etiam est verissima practica, vt ibi duplicatis vicibus dicit Bar.

P p* † Tertius modus libellandi est, vt conclusio conditiona-
157 liter cōcipiatur hoc modo: Peto reum condemnari ad librū tradendū: & si eū non tradet, peto interesse. & iste tertius modus est tutior secundum gl. ibi. Et hunc tertium intellectum defendit, & tenet ibi Bart. & etiam defensat latè Bar. maximè à quibusdā oppositionibus, per quas visus est dubitare Ioannes Fabr. hic: & tenet quòd de iure isto conditionalis conclusio procedat Bar. dico, in leg. stipulationes non diuiduntur. in princ. in septima quæstione. ff. de uerborum obligat. & ibi sequuntur Ang. Ioannes de Imol. & Raph. Cum. Istam etiam formam tenet Bar. in leg. naturalis. §. primo. versic. quæro. extra gl. qualiter formabit libellus. ff. de præscrip. uerb. & Bald. vbi omninò videas in leg. si traditio. in secūda quæstione. C. de actio. empt. ubi etiam dicit quòd nedum potest peti alternatiuè rem tradi, aut interesse dari, sed etiam cōiunctiuè hoc modo: Peto rē tradi cum interesse. & talis libellus erit aptus, vt ibi per eum. Intelligetur tamē de alio interesse, quàm nos agamus hic, vt ibi per eum. & ista tertia forma libelli conditionalis magis mihi placet quàm cæterę: & etiam eam approbat, & obseruat cōsuetudo, vt inquit Io. Fabr. de quo hic per eum, & latiùs in §. pretium. suprà de empt. & vendit. Et istas tres practicas vltra gloss. suprà alleg. tangit etiam gl. prima, in leg. secunda. §. itē si in facto. ff. de verb. oblig. ꝙ in istis obligationibus facti, qualis est illa, de qua tenetur vēditor ad tradendum, ꝙ post moram succedit obligatio ad interesse in tātum ꝙ interesse sit in actione, & in petitione. Probatur in d. l. j. in prin. ff. de act. emp. & in l. fin. & ibi Bar. ff. si qs in ius uoc. non ie. De quo tamen videatis gl. quæ contrarium vult in leg. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. & Bartolum in leg. stipulationes non diuiduntur. versic. Celsus. ff. de verborum obligationibus. & in leg. vnica. in quarta quæstione princ. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. Angel. distinguentem, & ibi Fulg. impugnat eum in d. l. fin. si quis in ius voc. non ie. Imol. in dicta leg. stipulationes non diuiduntur, in princip. in penult. column.

158 † Vltimò ad complementum perfectum suprà scriptorū libellorum vnum non omitto. ꝙ casu, quo petitur interesse, non est necesse ꝙ quantitas eius interesse exprimatur in libello: imò sufficit in libello, simpliciter petere interesse, siue sit interesse commissum, siue committendum. Ita latè tenet Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in princ. in vltima column. in decima & vltima quæstione, & in leg. certi cōdictio. in princip. in quinta columna. ff. si cert. pet. per text. apertum in leg. tertia, in fin. C. de inutil. stipulatione. qui text. vt ipse probat, loquitur de interesse de præterito commisso. Item per rationem: quia quotiescunque declaratio incertitudinis non est in potestate actoris, admittitur libellus incertus. l. prima. §. quod autem. & ibi Bart. ff. quorum leg. cum concor. quas ibi dedi suprà eodem, in gloss. in versic. pro æstimato. sed sic est quòd declaratio interesse non est in potestate actoris, sed in iudicis subtilitate. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. leg. vnica. & §. curare. infrà eodem. ergo non cogitur actor interesse limitatum ponere in libello. & consequenter admittitur libellus, siue petitio incerta. Et istud tenetur communiter per Citramōtanos, reprobata opin. Vltramontanorum, tenentium contrarium: & per Bar. latè in dicta l. stipulationes non diuiduntur, in fin. principij. & ibi respondet Bartol. ad omnia adducta per eos.

Successiuè iuxta ordinem text. sequitur vt videamus qualiter formandus sit libellus in actione ex locato, & conducto. Pro cuius introductione sciendum est ex mente Ioann. Fabr.
159 hic, post Iacob. de Rauen. † ꝙ ista actio ex locato competit ad diuersa: quandoque ad pensionem rei locatæ: & hoc est regulare: quandoque ad deteriorationem rei locatæ, quæ præcesserit culpa conductoris. Et de vtroque est casus in leg. secunda. ff. in quibus caus. pigno. ta. contrah. & in l. si vulnerauerit. ff. loca. Interdum competit vt colonus debito tempore colat: & ad alia secundum legis conuentionem. facit l. si merces §. conductor. ff. locati. Interdum competit, vt conductor rem conductam dimittat, iuxta l. ædem. & l. conductores. C. loca.

160 † Eodem modo actio ex conducto competit ad diuersa. Interdum vt frui liceat re conducta. l. ex conducto, in princ. ff. loc. & leg. fundus. in eodem tit. quem text. pro singulari allegat Ludo. Roma. in leg. si quis arbitratu. circa vltim. colum. ff. de verb. obligat. De cuius intellectu vide Bal. in leg. j. in vltima colum. in uersi. septimò opponitur. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. & Io. de Imo. in l. si filio. §. fin. in fin. ff. solut. matrimo. Interdum competit, vt domus cōducta, vel res alia reficiatur, d. l. ex conducto. in princ. in uersi. aut uilla non reficitur. cum versic sequentibus. ff. locat. Interdum competit ad interesse damni, quod secutum est ex locatione rei uitiosæ, l. sed addes. §. si quis dolia & ibi Bar. ff. locat. De cuius legis intellectu uide omninò Bar. in l. in rebus. §. item qui sciens. ff. commo. & in l. j. in 6. colum. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. & in l. tenet. §. sed si vas. ff. de act. emp. & latius in l. Iulianus. in prin. eod. tit. ff. de act. emp. Interdum competit, vt custodia horreo locato exhibeatur, quādo ita cōuentū est. l. ex diui. C. loca. in l. dñs horreorum. in prin. ff. loc. Interdū competit ad expensas, quæ necessariò, uel utiliter factæ sunt in re conducta. d. l. dñs horreorum. §. j. ff. loca. De quo ēt videatis Bal, in l. j. C. de iure emph. Et notate quod quamuis colonus, uel inquilinus deijciatur à re conducta propter pensionem non solutam, repetunt tamen expensas necessariò, uel utiliter factas in re cōducta. tex. est de hoc, & ad multa notabilis, ut ibi inquit Bar. in l. colonus. in princ. ff. loca.

161 † Quid aūt iuris sit in emphyteuta, qui cecidit à iure suo per canonem non solutum, an nihilominùs repetat melioramenta per eum facta in re emphyteutica; ponit notabiliter Bar. ī d. l. colonus. & Bal. ibi, & ī rub. C. de iure emph. in prin. Interdū agitur, ut conductori liceat tollere, & auferre ea, quæ ipse ædificio, uel rei conductæ adiecerit: ut d. l. sed addes. §. si inquilinus. ff. loca. Potest etiam agi ista actione ex conducto ad alia plæraque, quæ colligi possunt ex discursu tituli. ff. de loca. Idcirco secundum diuersitatem emergentium casuum debent diuersæ conclusiones formari: ut ex prædictis apparet.

162 † Item aduertite ꝙ locatio & cōductio dicuntur propriè, qn̄ merces soluēda à locatore, consistit in pecunia numerata. Si autem merces non consisteret in pecunia numerata, sed in alia quantitate, puta quia quis concessisset alicui fundū pro decē saccis in annis, ut quotidiè fit: tunc ista nō esset locatio, sed contractus innominatus, facio ut des, tex. est multùm no. in l. j. §. si quis seruū. ff. depositi. De cuius intellectu, & limitatione vide gl. no. in l. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob cau. in gl. j. in uer. acceperis. & latiùs in gl. in uer. repetetur. & ibi Bar. in tertia col. versi. cōtra hoc oppo. & vide etiam Bar. in l. naturalis. §. at cum do. per illum tex. ff. de præscript. uer. & gl. suprà de locato. in princ. in uer. merces.

163 † Aduertite, quòd ēt isto casu, si dicerem in libello, ꝙ locaui alicui fundū pro decē saccis frumēti: licet uerba sint impropria, ut suprà dixi, tn̄ libellus sustineret, & intelligeret, locaui, id est, usui cōcessi. tex. est in leg. si olei. cū gl. j. C. loca. quē Bar. ibi multū notat ad hoc, & mādat teneri mēti pro sustētatione libellorū. Et idē dicit Bar. ī l. si merces. §. uis maior. iuxta prin. ff. loca.

ff.loca.Et ita etiam tenet do.Anto.in capit.constitutus.per illū text.extra de religio.do.& Bald.in ru.C.de iure emphy.Accedant quæ dixi vobis in §.omnium.suprà eodem titu. in materia libellorum circa sustentationem libellorum.

164 † An autem locator de necessitate debeat apponere in libello qualiter accommodauit patientiam, ita ꝙ cōductor vti
q potuit re locata q: vide Innoc. tenentem ꝙ non, nisi eo casu, quo esset contractus innominatus, vt statim dixi: quo casu, sicut & in alijs contractibus innominatis, requiritur expressio perfecti implementi pro parte sua: aliàs non cōpeteret actio. l.ex placito.C.de rerum permu. & dixi suprà in gl.in versi.ex permutatione.Ita Inno.in capitulo primo.extra de libel. obla.quem refert,& impugnat Ang.de Aret.non hic,sed in §.sequent.ad finem,suprà eodem.tenens ꝙ imò illa verba,Præstita patientia,semper sint necessaria in libello, siue sit propria locatio,siue sit contractus innominatus: Motus per quædam leuia,ad quæ facillimum esset respondere.ibi videte per eum.

165 † Item diligentissimè aduertite,ꝙ si nulla præcessisset locatio domini,sed aliquis simpliciter inhabitasset domum, ꝙ hoc casu non esset agendum actione ex locato,sed cōdictione sine causa ad id, quanti conducturus fuisset. Ita singula.Bart. arg.illius text.in l.in summa.§.instrumento.ff. de cōdictio.indebi.de quo etiam videte Ioann. And. in addi.ad Spec.in tit. de locato.§.postquam.Bal.in leg.item quæritur.§. qui impleto.ff.loca.& multùm no.Bal.in l.contractus.C.loca.vbi signāter inquit unum,quod est quotidianum,
166 † ꝙ vxor inhabitās post mortē mariti sui in domo, quæ fuerat locata marito suo, quòd teneatur ad pensionem competentem taxandam officio iudicis,nisi stet iure familiaritatis cum hæredibus viri: ut ibi per eum not.

167 † Ego circa suprà scripta puto, & teneo ꝙ in casu suprà scripto,quando aliquis inhabitasset domum simpliciter, nulla præcedente locatione, ꝙ in libello nedum concludi posset ad id, quanti conducturus fuisset,sed etiam ad id,quanti domus consueta esset locari:per tex.no.in l.excepto. in verbo,iuxta præteritam cōsuetudinē.C.loca. & ibi omninò vide Cyn. & quæ pulchrè notat Bar.in l. in hac stipulatione. ff.de dāno infec.Et ista secundū Io.de Plat.conferunt hic ad id,quod tota die contingit:Ecce,dico tibi, Vade,& inhabita talē domū meam,& bene posteà erimus in concordia de pensione.

r r Habetis ex prædictis qualiter hoc casu esset formanda conclusio in libello.

168 † Ego addo ad ista esse necessariò uidendum Bal. in l.contractus.in fine tertiæ columnæ.C. de fide instrument. signāter uolentem,ꝙ ubi aliqua res esset locata simpliciter,nō expressa certa quantitate,quo casu merces ex consuetudine præstatur.d.l.excepto.C.loca.ꝙ hoc casu iste erit cōtractus innominatus,& ageretur actione præscrip.uerb. & idem uoluit Bal. in l.fin.C.de contrahen.empt.Et pro hoc ego allego tex.no.& expressum in terminis nostris in l.si tibi pollienda : uersus finem.ff.de præscript.uerb.& quod uoluit Bar. in penult.col.in l.ex placito.C.de rerum permu. ubi signanter uoluit
169 † quòd si posui librum meum uendendum penes aliquem stationarium siue Bidellum, & nihil expressè dictum sit de mercede, quæ dari debet ipsi stationario:dicit Bal.ꝙ iste erit contractus innominatus: & consequenter ageretur actione præscriptis uerbis.& pro eo benè facit d.l.si ibi pollienda.

170 † Item diligenter aduertite ꝙ in istis,qui exhibent operas suas,quæ consistunt in artificio, uel in aliqua arte,uel scientia liberali,ꝙ nō dicitur locatio,& conductio, sed magis dicitur præberi opera beneficij causa. Vnde inter aduocatum & cliētulum,inter medicum & infirmum, inter doctorem & scholares,non potest dici locatio, nec conductio: nec cōpetit actio ex locato, uel ex conducto: & hoc propter notabile exerci-
f tium:unde competit actio in factum. f Istud est.quod in terminis uoluit singu.Bart.in l.prima,in princ. ff. si mensor fal.mo. dixerit,qui hoc no.ex tex.& ibi etiam ponit gl. in uersic.honorarium. & Bald.in leg.prima.C.de suffra. Et propterea in hoc errauit gl. quamuis ipsi nō dicant, in l.Marcus à Flacco.in gl. j.ff.loca.quæ uoluit expressè contrarium, tenens quòd infirmo competat actio contra medicum ex conducto,est falsum, ut suprà dixi.

171 † Ex suprà dictis liquet clarissimè qualiter formandus sit libellus in actione ex locato,& in actione ex conducto. Quorum libellorum formas ponit Specul. in tit.de loc. §.postquā. & Rof.in rub.de actione ex locato,& cōducto.secundū quod refert Ioann.de Platea hic.Et si vultis in specie videre libellū, videte Ioannem de Platea hic:Ang.in §.sequens.in fine colūnæ.suprà eodem. Sed cùm aliter non expediat, delibero non denigrare frustrà papyrum.

Successiuè iuxta ordinem tex.esset uidendum de forma libelli in actione negotiorum gestorum,in quo putaui remissiones sufficere,ne hic §.nimis grande commentariū sortiatur.

172 † In primis tamen sciendum est,quatuor modis dici negotium nostrum,ita quòd nobis, & contra nos competat directa,& contraria actio negotiorum gestorum, quos enumerat gl.magistra fin.in uersic.ipso gestu.in leg.si pupilli. §.quid ergo.ff.de negot.gesto.& Bar.in ead.leg.si pupilli. §.item quæritur.addit alios tres modos:& consequenter septem sunt ge
173 nera negotiorum, † quæ ibi habetis posita:& eadem habetis per Ang.de Aret.hic, & latiùs per Ioannem de Platea hic: unde secundum diuersitatem negotiorū diuersissimæ essent conclusiones libellorum.Et ad ista genera negotiorum, uide etiam gl.fin.in l.si pecuniam, in uersic.actionum.C.de negotijs gestis.Cy.in l.si.mandatum.in prin. C.de negotijs gestis. Bar.in l.quamuis.cum l.seq.ff.solut.matrimon.& in l.mandati.ff.de negot.gestis.

174 † Et ecōtra,si uultis uidere aliquos casus notabiles,in quibus gerens negotiū alterius utiliter,ad nihilū tñ habet actionem negotiorum gestorum contrariam contra eum,cuius negotium utiliter gessit:uidete gl.notab. & ordina.& unicā, & ibi doctor.in l.si paterno.C.de negotijs gestis.& gl.no. in fi.in l.Nesennius.ff.de negotijs gestis.& per Ang.hic.

175 † Et si uultis uidere casus, in quibus dñs etiā alterius gestione obligatur,sed non in solidum: uidete gl.ordinariā.§.j. in uerbo,obligatū.suprà de obligationibus quę ex qua.cōtra.

176 † In ista autem actione negotiorum gestorū tam directa, q̄ contraria,habetis formam libelli per Spe. in tit.de iudicijs. §.generalia.uersic.sequitur.& per Rofre.in titul.de ac.negot. gest.secundum quod hic referunt Io.de Plat.& Nicol.de Neapol.hìc,in tertia quæstione.& Vltramontani extra glo.Et formam libelli ponit Bal.in l.secūda.ff.de negotijs gestis. per illum textum,ubi bonus est textus,ad hoc,ut ibi etiam notando dicit Bart.

177 † Et de forma probandi uidete etiā gl. in l.j.in prin.in gl. mag.& ibi Bar.in 2.col.Bal.& Ang.& alios.ff.de eden.Bart.in l. si mandatum.C.de negot.gestis.& domi. Anto.in c.2. extra de libelli obla.& quod no.Bal.in l.si pecuniam.in fin.C.de negot.gest.& ista sufficiant.

178 † Et formam huius libelli ponit etiam Ang.hic,sed latiùs, & pleniùs Io.de Plat.hic,quem uideatis.

179 † Qualiter autem formandi sint articuli, & qualiter fiendæ sint positiones in ista actione negotiorū gestorū: uide tex. in l.sed an ultra.§.j.& ibi Bar.not.ff.de negotijs gestis. & Bar. notabiliter in l.si mandatū.C.eod. Et eius verba habetis simpliciter relata nullo addito per Ang.hic.

Successiuè iuxta ordinē tex.sequitur de actione mandati, depositi,pro socio,& commodati.In istis quatuor actionibus habuistis suos particulares libellos,cum suis opportunis materijs in §.sequens.extra gl.suprà eodem tit.

Sequitur nunc regulato ordine de actione tutelæ circa quā Ang.hic fecit quasi unum tractatum tutelatum, colligendo hic per uiam summæ quasi omnia tradita per Bartolū & alios Scribentes in locis suis ordinarijs: quod non est aliud, quàm materias extra loca sua ordinata impertinenter extrahere.

180 † De formis autem libellorum in ista actione tutelæ tam directa,quàm contraria,itē & in actione protutela tam directa,q̄ contraria.iuxta l.fin.ff.de eo,qui pro tutore. & declaraui suprà in gl.in uerbo,tutelę.Itē & in utili negotiorū gestorū de qua loquitur rubri.ff.de contraria tutela, & utili actione. Item & in materia suspecti tutoris, & in actione de tutel. & rationibus distra.de qua loquitur rubrica. ff. de tut. & ratio. dist.& potissimū l.j.§.de rationibus. & l.secunda, illius titu.

181 † Item & in actione in factum subsidiaria,quæ cōpetit cōtra magistratū, qui malū,uel non idoneum tutorē dedit: de qua loquitur tit.ff.de magistra.cōuen.& est gloss. magistra.in §.scien-

182 §.sciēdum in verb.subsidiaria.suprà de satisdā.tuto. † Item & in actione in factum ad interesse contra falsum tutorē authorantem,de qua loquitur maximè l.nouissimè. ff.quod falso tuto.authore.& glo.solennis & magistra.in ver.non fuerit.

183 in l.j.in prin.in eo.titu.† In istis omnibus habetis formas libellorū per Spec.in tit.de iud.§.generalia.versi.sequitur.in fi. illius §.per Rof.in titu.de actio.tuto.& tit.de contraria actio. tute.& in ti.de actio.pro tute.& in tit. de vti.actio. nego.gest. contra curatorem.& in tit.quod falso tuto.autho.& in tit. de actio.contra magistratum.secundum quod refert Ioā.de Pla. hic.Et in actione tutelæ directa,quæ datur contra tutorem,habetis formam libelli per Ange.hic.& latius per Ioan. de Pla. hic.& vide glo.in leg.prima in princip.& ibi Bartol.Bald. Angel.& alios.ff.de eden.& Salic.in l.edita.C.de eden. & domi. Anto.de Butrig.in capit.secundo. extra de libel.obla.& quòd notabiliter in terminis nostris dixit Barto.in leg.j.circa 2.col. C.si aduer.rem iudi.vbi dixit nota.Barto. per illum text. cum glo.quòd non solùm procedit libellus in actione tutelæ,si peto condemnari tutorem ad reddendum rationem administrationis,cum assignatione reliquorum,secundum quod concludunt,& declarant Ange.& Ioan.de Plat.hic: verùm etiam cōtra ipsos procedit libellus,si peto condemnari tutorem ad dādum certam quantitatem occasione administrationis : vt ibi per Barto.de quo etiam vide Ang.in l.j.in princip.ff.de eden. & l.cum proprio.C.si quis alte.vel sibi.

184 † Successiuè iuxta ordinem tex.esset libellus in actione pignoratitia:cæterum quia non est multi artificij,sufficiant etiā in ea opportunæ remissiones.Vnde de forma libelli in actione pignoratitia tam directa,q̄ contraria,videatis Spec.in titu. de pigno.§.j.& Rofre.in tit.de pigno.actio. & in titu.de contra pigno.actio. secundum quod hic referunt Ioannes de Platea,& Nic.de Neap.hic.in 3.& vlti.q.extra glo. & vide glo. & ibi no.Bartol.in leg.cum debitor.ff.de pigno.actio.& habetis in specie per Ang.& latiùs per Ioannem de Platea hic.

185 † Et,si vultis scire differentias quæ sunt inter pignoratitiā actionem,tam directam,quàm contrariam, & actionem hypothecariam,videte glo.solennem in §.tertij.uersicu.æmula. & melius in uerbo,easdem res.in procemio Digestorum . & dicit Bartolus quòd alibi in corpore iuris non habemus meliorem glo.illa.& ibi videte melius per Bart. qui ponit in quibus conueniant,& in quibus differant suprà scriptæ actiones. Cuius verba simpliciter sequitur,nullo addito, Angel. hic. Et vltra differentias ibi traditas , videte etiam aliam differentiā per Bar.in l.si rem.§.propriè.per illum textum.ff.de pigno.actio.& ibi etiam per illum textum in ver.propriè. ponit singulariter Bart. an statuta loquentia de pignore, habeant locum in hypotheca,ut ibi per eum .

Sequitur in tex. de actione familiæ ercifcundæ, & actione communi diuidundo.in istis vide particulariter libellos vnà cum suis opportunis materijs in §.quædam suprà eod.

In actione autem præscriptis uerbis, quæ pro æstimato cō petit , vidimus eius libellum vnà cū sua materia suprain glo. in ver.pro æstimato.Eodem modo in actione præscriptis uerbis ex permutatione , vidimus libellum unà cum sua materia supra in uer.ex permutatione .

Superest vltimo loco,ut videamus libellū in petitione hæreditatis,quæ vltimo loco enumeratur hic in tex.Pro introductione materiæ videnda sunt aliqua circa istam petitionem
186 hæreditatis,quæ multum conferunt ad formam libelli.† In primis,cui competit ista actio.Et expeditum est , quòd directa petitio hæreditatis competit illi, qui est hæres de iure ciuili, siue ex testamento,siue ab intestato,siue per se, siue per mediam personam etiam extranei:vt in leg.j. & 2. & 3. in princ. & §.j.& fin.ff.de petitio. hæredita. & quod in istis locis notat glossa maximè in dict.leg.2.& 3.& in glossa magna.Et in tantum ista sunt vera, ꝙ etiam si ante me fuissent mille successores,quorum vnus successisset alteri,ego,qui sum hæres ultimi possum me dicere hæredem primi,& petere hæreditatem primi defuncti,tanquam eius hæres: quamuis ab eo non sum institutus hæres,nec etiam succedam ab intestato:imò plus, ét non facta mentione illorum , qui medij fuerunt in successio-
187 ne,& talis libellus procedit:quia † qui hæredis est hæres, ét primi testatoris est hæres:vt paterfam.† primis tabulis.in fin. de vulg.& pup. quē ibi in terminis notat Bartolus pro dicto libello,& ibidē alij scribentes post eum. Ad idem tex.in lege finali.C.de hæredi.insti.quem etiam notat ad hoc Bar. ibi, & latiùs Bald.in 17.quæstione & in sequenti.q.& sequenti , & ét in 22.q.Ad idem est textus in leg.3.& ibi glossa mag.circa medium.& ibi Barto.ff.de peti.hæred.ad idem tex. in leg. si quis filium.§.fin.& ibi Barto.in bonis lecturis.ff.de acqui.hære. & ibi moderni post eum:& Barto.in l.si defensor.§.illud.ff.de interroga.actio.& Barto.licet non ita clarè,in l.& an eadem. §. actiones.in fin.ff.de exceptio.rei iudi.Imo.in l.3.ff.de vulg. & pupilla.& in leg.3.§.ex pluribus.ff. de acquirend.possessio.in notabilibus .

188 †Et per ista dicebat etiam Bartolus in dict.l.fina.C. de hæredi.insti.quòd si aliquis fuit hęres patri suo pro una parte ex persona sua,& pro alijs partibus ex persona fratrum suorum præmortuorum,ꝙ nihilo minus rectè agit,licèt in libello simpliciter se esse hæredē patris sui insolidū dicat,per s̄.scripta .

Dixit tamen ad suprà scriptorum limitationem, & declarationem Bartolus in dicta l.si defensor. §. illud. per illum text.
189 ff.de interroga.actio.† quòd si interesset legatarij, fortè propter legata,vel substitutiones,vel fortè propter separationem bonorum,quā à iudice impetrauerat,& sic propter hoc deliberatio aduersarij impediretur, posset iudex ad instantiā partis interrogare an sit hæres in totum ex persona sua, an uerò per mediam personam,id est,alterius : & consequenter an sit hęres mediatè,& immediatè:& ad hoc cogetur respondere. Quod dictum sequuntur etiam Canonistę : vt Anto. de Butri. & Abb.Panor.in capi.secundo.extra de lib.obl. Et per hoc ego credo nō esse veram vnā limitationem,quam ad supra scripta tradit Ioannes de Platea hic,vbi dicit ꝙ eo casu, quo facta eēt distinctio,& separatio bonorum, & hęreditatis primi defuncti , & eius hęredum ad instantiam creditorum , ꝙ isto casu prędicta nō habent locum : ut isto casu posset quis simpliciter, & insolidum dicere se hæredem primi defuncti . Alleg.ad hoc l.si creditores.& ibi Bartolus.ff.de sepa.bon.quia imò vult Barto.contrarium in dicto §.illud,vt suprà retuli.dū vult ꝙ etiam si interfit aduersarij, ꝙ esset, quando facta esset separatio bonorū,ut suprà declaraui, tamen semper illa simplex petitio admitteretur, quamuis postea ad instantiam partis posset iudex interrogare,ut suprà Nec obstat dicta l. si creditores.& ibi Bar.in fin.quia solum dicit ibi Bar. per illū text. ꝙ quamuis facta aditione per hæredem efficiatur totum unū patrimonium hæredis:& est glo.in versicul.per unum.in leg. prima.§.ueteres.ff.de acquirenda possessio.& dicā circa hoc infrà multa pulchra: tamen si fuit impetrata separatio bonorum ad instantiā creditorum , hoc casu debebunt vēdi bona defuncti,tanquam defuncti,non tanquam hęredis, per illum tex.in uersi.quasi defuncti bona.Quod reputat Bald. ibi multum no.quia hoc fateor.Et nihil penitus obstat prædictis,quò minus ét impetrata separatione bonorum non possit agēs in libello dicere simpliciter se esse hæredem in solidum primi defuncti.Nec per hoc nego quin si posteà deueniēdum sit ad uenditionem bonorum, ꝙ facta separatione debebunt separatim vendi bona defuncti,non tanquam hæredis , per d. l. si creditores.cum ibi notatis per Barto.

190 † Item prædictis,inquantum dixi quòd ille , qui est hæres vltimi potest dicere se hæredem primi testatoris,nec propterea libellus vitiatur,addite illud,ꝙ singulariter dicit glo.sing. in l.3.in glo.mag.in uersicul.intendere.ff.de petitio. hæredit. quòd est adhuc fortius, uidelicet,quòd si primus,puta Seius, mortuus sit ab intestato,nullo penitus condito testamēto , & ille, cui immediatè successit,puta Titius fecerit testamētum , in quo instituerit me hęredem, quòd ego in libello possum dicere me hæredem illius primi Seij ex testamento,quamuis ipse nullum fecerit testamentum.quod est secundum illam glo. mirabile. Eodem modo econtra , si ille primus Seius fecisset testamentum , & ille Titius ab intestato decessisset, ex cuius persona ego uenio : certè possum in libello me dicere hæredem ab intestato illius primi Seij , quamuis ipse condiderit testamentum.Et hoc ideo,quia debet attendi causa proxima, & non remota,scilicet an ultimo loco defunctus, cui ego immediatè succedo,fecerit testamentum,uel ne. Bartolus tamē ibi aliquid distinguit,ibi videte per eum .

191 † An autem in libello petitionis hæreditatis teneat quis exprimere an sit hæres ex testamento, vel ab intestato: an vero sufficiat simpliciter dicere se hæredem. Determinat vbiq; Bar. quòd non sit necesse exprimere: quemadmodum non est etiam necesse exprimere an quis sit hæres immediatè per se, an verò per mediam personã, vt supra vidimus: quia secũdũ Bar. cùm petitio hæreditatis sit in rem, & vniuersalis, admittitur petitio vniuersalis causa non expressa: vt leg. sed & si leg. §. petitio. ff. de peti. hære. & l. si mater. in princ. ff. de excep. rei iudi. Causa tamen cognita, secundum eũ, si videret iudex multum interesse rei conuenti posset cogere actorem ad declarãdum per d. l. si defensor. §. illud. ff. de interro. ac. & dixi supra. Ita tenet Bar. in dict. l. 3. ff. de peti. hæred. De quo tamen quia non est sine dubio, & multi tenent cõtrarium, quòd imò quis teneatur exprimere in libello an sit hæres ex testamento, vel ab intestato: videatis etiam tex. & ibi Barto. in d. l. si defensor. §. illud. & text. in leg. secunda, in versicul. velut ex testamento. u * C. de succes. edi. & ibi Bald. qui illum ponderat ad hoc contra prædicta. Videatis etiam per Bal. in leg. prima, in prin. ff. de eden. in 20. colum. dũ format libellum in petitione hæreditatis. & per eundem in l. edita. in repe. Paduana, in 20. col. C. de eden. & in l. Gallus. §. primo, in penul. col. ff. de lib. & posthu. & in leg. si is, ad quem. per illum tex. ff. de acqui. hære. & ibi etiam Pau. de Cast. & Spe. in tit. de actore. §. primo. versic. item qui se dicit. & ibi etiam per Bal. in addi. & per Hostien. Ioan. And. & alios in c. secundo. extra de libel. obl.

192 † An autem in libello petitionis hæreditatis quis teneatur specificare res hæreditarias: dicite quòd non: imò sufficit simpliciter petere hæreditatem, rebus non specificatis. Gl. est no. in l. prima, in princ. ff. de eden. & in glo. mag. paulò post prin. quam sequuntur communiter doc. ibi, vt Bar. & pro ea benè facit tex. in leg. sed & si possessori. §. si cum de hære. ff. de iur. Benè facit tex. in l. 4. & in l. si quo tempore, ff. de pe. hær. vbi in tali iudicio petitionis hæreditatis intelliguntur comprehendi etiam ea, quæ post libellum productum cœpta sunt possideri per ipsum reum conuentum: & sic ea, quę non fuerũt specificè petita in libello. De quo etiam vide Salic. vbi hoc limitat in dict. l. edita. C. de eden. Accedat quod in simili dicimus in dote, quod ẽt est iudicium vniuersale, sicut & petitio hæreditatis: vt per Bar. & alios doct. in rub. ff. solu. ma. cũ suis concordantijs, in qua dote procedit etiam libellus, si aliquis simpliciter petit condemnari ad restituendam dotem, non facta specificatione alicuius rei dotalis: ut per Bar. in l. fi. C. de sen. q̃ sine certa quan. & ibidẽ per Bal. Ang. & Sali. & per Bal. in l. j. in prin. in 4. col. ff. de eden. & per Bal. & Moder. in l. j. ff. so. ma. & per Bal. in addi. ad Specul. in tit. de sententijs. in quarta colum. & Pau. de Cast. & alios modernos in rubr. ff. sol. mat.

193 † Item aduertite, quòd petitio hæreditatis competit siue quis sit hæres in solidum, siue pro parte: vt l. licet minimã, cũ si. ff. de pet. hæred. dummodo illa pars sit quota hæreditatis: & sic contineat iura actiuè & passiuè: vnde nõ cõpeteret habenti quotã bonorum, iuxta l. si quis seruum. §. fin. & leg. seq. & ibi glo. iunctis ibi latè traditis per Bar. ff. de leg. secũdo. & tex. in l. mulier. §. fin. cum gloss. & ibi per Angel. & alios. ff. ad Treb. & l. non amplius. §. fin. cum l. seq. & ibi etiam per Ang. & alios. ff. de leg. j. & istud est multum vtile. Et facit quòd filio instituto in legitima sua tantùm, vel acceptanti suam legitimam tm̃, & alia hæreditaria repudianti, non competat petitio hæreditatis, cum legitima non sit quota hæreditatis, sed quota bonorũ. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inof. test. & tenet Bar. in l. ex facto. magna. in secunda col. ff. de hære. inst. & Bal. in l. quoties. C. de hære. insti. quicquid tenuerit Ange. in l. ita tamen. §. si patronus. ff. ad Treb. per illum tex. ad quem respondete vt ibi per Imo. & Ang. de Are. hic, qui ultimò subdit quòd ista opinio obseruatur in practica.

194 † Contra quem autem detur petitio hæreditatis, est expeditum: quia datur contra possidentem pro hærede, id est, cõtra putantem se hæredem, cùm non sit, siue bona fide credat se hæredem, cùm non sit, siue etiam mala fide, sciens se non esse hæredem, contendat tamen se hæredem: ut leg. pro hærede. in prin. cum gl. prima mag. ff. de pet. hære. quæ magistraliter declarat quot modis capiatur iste terminus, Pro hærede: & q̃n sit titulus, & q̃ in materia nostra nõ est titulus: quia si esset titulus, pe. hære. non daretur cõtra titulo possidentẽ; vt statim infra latè, & notabiliter subijciam. Et similem glo. habetis in rub. ff. de vsuc. pro hr̃de. & ponit Bar. in l. j. ff. ꝓ hærede.

195 † Item datur ista petitio hæreditatis contra possidentem pro possessore, hoc est, contra eum, qui simpliciter, & sine aliquo titulo possidet, nec vllum titulum possessionis scit allegare, nisi quia possideo: vt prædo, fur, raptor, & quilibet malæ fidei possessor. dicta leg. pro hærede. §. fi. cũ leg. seq. & in princip. leg. seq. & leg. regulariter. ff. de peti. hære. Et idem ẽt esset si allegaret titulum, & eum probaret, esset titulus inualidus, hoc est, titulus, qui habetur pro nõ titulo: ut l. nec ullam. §. primo. cum glo. in verbo, sciens, & ibi Bar. ff. de peti. hæred.

Regulariter autem petitio hęreditatis non datur cõtra possidentem titulo uero, & iusto, x * sicut nec Publiciana; vt l. siue autem. §. si duobus. ff. de Public. Et de hac scilicet Publiciana dixi latè in §. sed istæ, sup. eod. Et in terminis nostris, quæ sit ratio quare petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem: Vnam ponit gloss. in l. hæreditatis, in uerbo, compellat. C. de pet. hære. Aliam ponit glo. fi. mag. C. in quib. cau. cessat long. temp. præscrip. & ambas reprehendit Bart. in d. l. hæreditatis. uide ibi per eum. & ibi Bar. assignat veram rationem doct. quæ communiter tenetur: & fuit ratio antiquorum: vt Cy. in l. cogi. C. de pet. hęre. Nam ille, qui agit petione hęreditatis, fundat se solum ex titulo suo. Si igitur aduersarius conuentus possidet, & cum titulo, habet titulum sicut ipse: & sic hẽt æquale ius: vnde cùm habeat istud plus, quod possidet, meritò non debet posse conueniri petitione hæreditatis. Et si diceres, attenta ista ratione pro uera, sequeretur quòd etiam rei vendicatio non deberet dari contra titulo possidentem: quod tamen est falsum: vt l. vnica. cum simil. C. de alien. iudi. mu. causa fact. Respondet no. Barto. ubi supra quòd agens rei vendicatione, non fundat solùm se ex titulo, sed etiam ex iure quod habeat in re, & quia dominus: nil mirum ergo si competit etiam contra titulo possidentem. Hinc est, quod si hæres vellet se fundare nõ tantùm ex titulo, sed etiam ex iure, quod habet mediante persona defuncti, & sic ex dominio suo: posset agere non dico petitione hæreditatis, sed rei vendicatione, etiam contra titulo possidentem. Est tamen verum, q̃ magis grauaretur: quia haberet necesse probare dominium, cuius probatio est difficillima, y * prout latè dixi in §. sed istę supra eod. quod non est in petitione hæreditatis, in qua sufficit probatio solius tituli, scilicet quòd sit hæres.

Et supra scriptam rationem ponit etiam Bar. in l. pro hærede, in princ. ff. de peti. hære. & eam sequitur Ang. in l. Pomponius, aliàs incipit, si ex æquis. ff. de rei vendi. & Ange. & Imol. in l. si is, qui bonis. ff. de acquirend. hæredi. de qua etiam vide Bald. in dict. l. hæreditatem. C. in quib. cau. cessat longi temporis præscriptio. Et per istam rationem, quæ est cõmunis apud Doct. ego puto posse reprehendi illud singulare dictum, & singularem limitationem ad suprà scripta Bal. in l. fin. in 9. & etiam in 11. oppo. C. de edict. diui Adri. tol. de quo dicto Bal. tantùm gloriatur, & tàm magnum festum facit: vbi dixit, q̃ regula supr. scripta, quæ habet quòd petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, procedat, quando titulus istius qui possidet, præcessit mortem testatoris: sed quando titulus, & possessio fuissent adepti9 mortuo testatore, tunc secũdum eum, non excluditur petitio hæreditatis, nisi esset completa præscriptio. Et consequenter stat, secundum eum, quòd contra possessorem rei habentem titulum nouum quæsitum post mortem testatoris, benè datur petitio hæreditatis. Quod dictum pro singularissima limitatione regulæ prędictæ, dicit ibi Bald. esse tenendum menti, & esse nota perpetua dignum: & dicit, quòd miratur hoc à nemine fuisse animaduersum, vt verbis suis vtar. Nam, iudicio meo, si nos attendimus rationem communem Doctorum supra relatam, quòd petitio hæreditatis non datur contra titulo possidẽtem, certè illa ratio procedit, siue titulus sit acquisitus ante mortem testatoris siue post. Contra Bald. tenet expressè Salic. in illam et. l. final. C. de edict. diui Adria. tol. & in l. secunda. C. de peti. hære. per illum tex. iuncto princip. cum si. & iuncta l. hæreditatis. eod. titul. quæ iura non faciunt hanc differentiam. contra Bald. allego uobis gloss. expressè tenentem contrarium in leg. penul. & fin. ff. pro legato. & ipsemet Bald. fuit subijpsi contrarius

rius in repetitio.l.incerti.in 12.col. C.de interdict. & ibi re-
spondet ad dictam l.fina.C.de edict.diui Adria. tol. De cuius
dicti veritate, vide etiam Pau.de Cast.in dicta l.final.qui illud
nititur saluare vno casu singulari quem statim subijciam. Vi-
deatis etiam Ange.de Aretio, in §.sed istæ.in pen.char.s̃.eod.

196 † Item per suprà scriptam rationem communem puto,
quòd etiam confundi posit alia peregrina limitatio Salic.in
dicta l.fina.C.de edict.diui Adria.tol.& in dicta l.secunda.C.
de petit.hæredi.ad suprà scriptam regulam, quæ habet quod
petitio hæreditatis non datur contra titulo posidentem. Nã
secũdum eum, illa est vera, & procedit, nisi titulus esset acqui
situs de per se post possesionem primò apprehensam: quia
postquam petitio hæreditatis semel fuit nata, quãdo ille sim
pliciter posidebat sine titulo, certè titulus postea superue-
niens ipsi possessori, nõ dẽt patrocinari ipsi possessori, nec ex-
tinguere actionẽ iã fundatã. Allegat l.si rẽ & pretiũ. & ibi gl.
j.sentit.ff.de peti.hære.vbi preciũ rei hr̃ditariæ vẽditæ, qđ ha
bet cũ titulo, nihilo minus venit in petitione hæreditatis, quæ
prius ad rem hæreditariam nata erat. Et quamuis Salic. istam
singularem limitationem sibi asscripserit impudenter, tamẽ
ante eum fuit Bal.in eodémet loco, qui eam formaliter cum
oĩbus sup.scriptis rationibus ponit in d.l.fin.C. de edict.diui
Adria.tol.in 10.opp.in versi.vnum tamen scias. Nam iudicio
meo, si nos attendimus rationem communem, quam suprà re
tuli, quare petitio hæreditatis nõ datur cõtra titulo posiden
tem, illa ratio videtur procedere, & militare, siue titulus sit
acquisitus cum possesione, siue etiam sit acquisitus de per se
post possesionem apprehensam, & glo.in d.l. si rem, & pre-
cium, super qua se fundant Bal.& Salic.reprehenditur, & me
ritò, per Barto.ibi, qui aliter dicit.dic ut ibi per eum.

197 † Aliam singularem limitationem ad regulam suprà scri-
ptam ego trado vobis, quæ est verisima, vt prædicta regula,
quæ habet ꝙ petitio hæredita.non datur contra titulo posi-
dentem, procedat, quando quis acquisiuisset titulum ab eo,
qui petitorẽ agentem petitione hære. potuisset excludere &
repellere, quia posidebat vero titulo: nam tunc ille, qui ac-
quisiuisset ab eo, non posset petitione hæreditatis conueniri.
Secus est autem si acquisiuisset titulũ ab eo, qui potuisset peti
tione hæreditatis cõueniri, quia nullum ius habebat, sed sim-
pliciter posidebat pro hærede, vel pro possessore: quia hoc
casu iste secundus, quamuis posideret cum vero titulo, nihi-
lominus posset petitione hæreditatis conueniri. Et ista limita
tio esset scribenda literis aureis. Ita in terminis signanter di-
cit Bar.in l.cogi.versus fin.C.de peti.hære. Et idem Bart. quã-
uis non ita clarè, in l.si rem & precium, in prin. in prima. op-
po.ff.de pet.hæred.& eum sequitur Pau.de Cast.in d.l.fi.in fi-
ne.C.de edicto diui.qui isto modo saluat limitationem Bald.
quam s̃.proximè retuli, vt procedat quando titulus fuisset ac-
quisitus post mortem defuncti: ab eo, qui potuisset ab hære-
de conueniri: quo casu, quãuis cũ titulo posideat, nihilo mi-
nus poterit conueniri petitione hæreditatis. Quæ saluatio mi
hi in nihilum placet: quia quòd tũc petitione hæreditatis pos
set conueniri, non esset eo, quia titulus fuisset acquisitus post
mortem testatoris, vt vult Bal. sed eo quia fuisset acquisitus à
tali qui poterat cõueniri petitione hæreditatis. Et pro ista sin
gulari limitatione, quam proximè retuli, benè facit quod vo-
luit glo.illa solennis in l.si duo, in princ.in glo.secunda, & ibi
Bar.ff.vti posidetis. Ego tamen hodie nouiter ponderaui Bar
to.alibi volentem expresè contrariũ in l. tertia.§. opus.ff.de
alie.iud.mu.causa facta.vbi formaliter vult Bart.quòd ille, q
posidebat pro hærede, vel pro possessore, consequenter tene
batur mihi, & conueniri poterat peti.hęredi. & alienauerit in
aliũ, quòd per istam alienationem est mihi sublata peti.hære.
& consequenter, quòd ego non potero istum secundum con-
uenire peti.hæred.quia iste nunc posidet cum titulo. Ecce er
z go qualiter ibi vult clarè z * Barto. quòd quãuis iste secundus
acquisiuerit titulum ab illo, qui poterat cõueniri petitione hæ
reditatis, nihilominus iste secundus conueniri non poterit
petitione hæreditatis: ergo Barto.est sibimet de directo cõtra
rius. Quicquid sit, Bar.ibi in d.l.tertia.§.opus.singulariter dat
per illum tex.singulare remedium in materia nostra, quod di
ligentisimè notate pro maxima limitatione, & declaratio-
ne regulæ supra scriptæ, quę habet, quòd petitio hæreditatis
non datur contra titulo posidentem. Nam dicit Bar. quando
ille, qui non posidebat titulo, & consequenter qui a me con
ueniri poterat petitione hæreditatis, alienauit in alium, quẽ
ego non possum conuenire petitione hæreditatis, quia posi-
det cum titulo, & consequenter mihi hoc modo abstulit om
nino actionem petitionis hæreditatis, quia nec eum conueni
re possum, quia alienauit, cùm aliàs nunc non posideat: nec
eum, qui nunc posidet, cùm posideat titulo: quod tamen e-
go possum conuenire illũ, qui alienauit actione in factũ. Vbi,
si vultis, videatis ex illo edicto de alien.iud.mu.causa fact.vt
ibi sing.per eum. Et simile remedium retuli vobis in Publi-
ciana, quæ etiam non competit contra titulo posidentem, in
§.sed istę.sup.eo.vbi latius de hoc dixi. Sed nunc occurrit mi-
hi quòd fortè nõ esset ponere os in cœlũ tenere quòd ille, qui
prius alienauit, si dolo alienauit, ne conueniretur, quod pos-
set conueniri petitione hæreditatis, perinde ac si posideret:
prout in simili dicimus in rei vendicatione, quæ nõ datur nisi
contra posidentẽ, cùm requirat duo extrema habilia domi-
nium in agente, & possesionem in cõuento.l.in rem. in prin.
& l.officium.l.de rei vend.& l.vnica.C.de alie.iud.mu. causa
fact.& dixi latè in §.omnium, in materia rei vendicationis, su
pra eo.& tamen si quis dolo desijt posidere, potest conueni-
ri rei vendicatione perinde ac si posideret.l. is, qui dolo, in
princ.cum si.ff.de rei vend.& dixi late in d.§.omnium. Cogita
te tamen, quia nunc occurrit: & videte text.in l. nec vllam, a-
liàs incipit leg.etiam.§.item si quis dolo. & leg. ancillarum.
ff.de peti.hæred.

198 † Item pro alia notabili limitatione regulæ supra scriptę,
quæ habet quòd petitio hæreditatis non datur contra titulo
posidentem, notate quòd non sufficeret habere titulum pro
curatum post conuentionem in iudicio factã ab hęrede: quia
contra habentem titulum procuratum ego credo, quòd bene
competeret petitio hæreditatis: & ideo tenet quòd inanis sit
illa cautela, qua vtuntur aliqui imperiti aduocati, quando vi-
dent conuentum petitione hæreditatis non habere titulũ, pro
curant habere titulum, vt sic actorem excludant. Ad hoc te-
nendum mouet me authoritas Bar. in optimo simili in l. siue
autem.§.si duobus.ff.de Publi.per illũ tex. & per alias bonas
rationes, vbi vult no.Bart. quòd quamuis Publiciana non de-
tur cõtra titulo posidentem.tamen postquam esset conuen-
tus si procuraret habere titulum, prout, secundum eum, qui-
dam aduocati faciunt, certè istud nihil prodesset: vt ibi per
eum: & dixi in §.sed istæ.sup.eo.& ibi dedi complures cõcor.
ad hoc dictum Bart.circa istum titulum procuratum, ad quas
cùm expedierit, recurrite. Bene facit id, quod dicebã statim
in 2.limitatione supra relata, quòd postquam petitio hæredi-
tatis semel esset nata, titulus superueniens ipsi possessori non
haberet extinguere actionem iam fundatam. Quod dictum,
quamuis supra reprobauerim in terminis, de quibus ibi, ta-
men credo esse verisimum, quando actio nedum fuisset na-
ta, sed etiam ad exercitium deducta, & cum hoc concurreret
aliud, scilicet quòd titulus superueniens fuisset procuratus,
vt statim dixi: & ita etiam scilicet quòd contra posidentem
titulo procurato, post conuentionem in iudicio factam ab hę
rede, tamen competat petitio hæreditatis, tenet etiam simpli
citer Ioann.de Pla.hic.

Alios casus ad limitationem regulæ suprà scriptæ, in quibus
datur petitio hæreditatis contra titulo posidentẽ, ponit glo.
no.& mag. in l.hæreditatem, in glo.fina.in versi.non possunt.
C.in quib.cau.cessat long.temporis præscrip.& omninò vide
tex.in l.nec vllam.§.omnibus, & ibi Bart.& tex.in l.Neratius,
& ibi Bart.& tex.in l.etiam.§.j.& ibi Barto.ff. de peti. hære.in
quibus locis inuenietis alias limitationes vltra eas, quas su-
prà retuli in specie, propterea quòd speciali nota visæ sunt
dignæ.

199 † An autem petitio hæreditatis competat contra posidẽ
tem titulo putatiuo, & sic nunquid iustus error posidentis
hæreditatem, seu hęres hæreditarias, habeatur pro titulo ad
excludendã hanc petitionem hæreditatis. Glos. est singularis,
quæ tenuit quòd sic, in l.fina.in gloss.fin.ff.pro legato. Contra
rium tenet glo.in l.j.in princip.in verbo, si nihil vsucaptum.
ff. quorum bonorum. secundum quòd eam ponderat, & se-
quitur ibi Bartolus. & ea not. quòd quamuis iustus error ha-

beatur pro titulo quantũ ad vsucapionẽ, & ad pręscriptionẽ, nõ tamẽ habetur pro titulo quãtùm ad repellendũ eum, qui agit petitione hereditatis, vel interdicto. Quorum bonorum, quod reputat Bartolus esse multum tenendum menti.

a a* † An autẽ titulus diuisionis excludat petitionẽ heredita
200 tis ponit singulariter Bal. in l. Pomponius, aliàs incipit, si ex æquis. ff. de rei vend. Ad quod bene facit tex. in l. prima. cum gloss. not. & ibi traditis per Bartol. & Doctores. C. communia vtri iudic.

b b † Per suprà scripta habetis subsequenter aduertere, ꝙ cõ
201 uentus petitione hæreditatis cogitur allegare & dicere titulum possessionis suæ, vt uideatur an ista actione possit conueniri. Casus est in l. cogi. C. de petitione hæreditatis. De cuius intellectu, vide per Inno. & alios in capitulo si diligenti, circa finem, extra de præscrip. per glo. in cap. cordi. in uerbo exhibere, & ibi per Canonistas de appell. libro sexto. per Cy. in leg. solennibus. C. de fide instrum. per Lud. in l. nulla, in penultima columna. ff. de verborum obligatio. aliàs autem regulariter non cogitur quis dicere titulum possessionis suę, ut habetur in prædictis locis in tantùm quòd dixit singu. Barto. in l. prima. C. de condu. & procu. prædiorum fis. libro vndeci
202 mo. † quòd si Rex faceret citari aliquem suum baronem, ut ostendat iura, quæ habet in castris, quæ possidet, alioqui ea si bi auferet, quòd talis citatio est ipso iure nulla, eo quia talis baro non cogitur dicere titulum, aut illum ostendere: quod dictum singularissimum no. quia quotidianum.

203 † Qualiter autem fiendæ sint interrogationes in ista petitione hæreditatis, declarat notabiliter Bart. & alij in dicta l. cogi. & signanter Bar. in l. controuersia, in fine primæ columnæ. ff. de transact. quem refert Ang. hic, & vide etiam text. in l. prima. ff. de interrog. act. & gloss. & Bartol. in l. qui interrogatus. ff. de pet. hæred.

204 † Antequam vlterius prosequar in præsenti materia, quia in superiorib. tetigi, an filio in legitima instituto cõpetat ista petitio hæreditatis, & firmaui ꝙ non, motus solum, quia legitima non est quota hæreditatis, sed quota bonorum, secutus simpliciter Ange. hic, ita tenentem, & ita dicentem in practica seruari, nullas tamen alias authoritates Docto. in terminis tunc allegaui, idcirco. quia articulus est vtilis, & quotidianus, & multum dubitabilis, non est ita sicco pede circa illum transeundum. Quod ergo ista petitio hæreditatis non competat filio instituto in legitima, alleg. Ange. istud in terminis tenentẽ in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inofficioso testamento. & Salic. in l. scimus, in princip. ff. de inofficioso testamẽ. & l. si quis in suo, in eodem titu. & in istis locis truffatur Salic. de tenentibus oppositum. Contrarium tamen, scilicet ꝙ imò filio instituto in legitima competat petitio hæreditatis, tenuit multum signanter Bald. & est notabilissimum uerbum in dicta l. si quis in suo. in vers. quæro quo iure. & idem etiam tenet Bal. in repe. l. pater filium, in duodecima columna. ff. de inofficioso testamento. & idem Bal. in l. non est. C. famil. ercisc. & in l. fina. in undecima columna. in versicul. modò uenio ad quæstiones. C. de edi. diui Adria. tol. & idem etiam uoluit Flor. in l. prima, in fin. C. de petitione hæreditatis. & pro hac parte bene facit, quod uoluit Bal. in dicta l. si quis in suo. versic. iuxta hoc quæro, pone pater instituit, &c. & pro hac etiam parte bene facit, quod voluit idem Bald. in dicta l. final. in vndecima columna. uersi. modo venio ad quæstiones. ubi voluit, quòd filio pro legitima competat beneficium illius legis final. sicut & petitio hæreditatis, & iudiciũ familiæ ercitcundæ, ut ibi latiùs per eum. Quod etiam tenuit Bal. in dicta l. si quis in suo. C. de inofficioso testamento. Præcedens opinio magis placet mihi, per allegata per tenentes eam in suprà scriptis locis: nã potissimum me mouent uerba Barto. in l. ex facto. magna. in secunda columna. ff. de hæredi. instit. quæ etiam suprà retuli, quicquid ibi dixerit Bal.

205 † An autem, & quando debitor possit conueniri petitione hæreditatis, uide tex. in l. etiam. §. fina. & ibi Bartol. & in l. sequent. & sequen. & in princip. l. sequentis, & per totam legẽ ff. de petitione hæreditatis. & uideatis omnino singularem text. & bene signandum, circa quem dicit Ange. de Aret. hic, se vidisse errare satis magnum doctorem in l. si debitor. & ibi Barto. ff. de petitione hæreditatis. quæ lex est multùm notãda secundum Barto. ibi: quia glossat, & limitat totum titulum de petitione hæreditatis. Nam debitor hæreditatis ita demũ cõueniri potest petitione hæreditatis, si se hæredem contendat: alàs nullo modo. Ex quo notate, quod quãuis ad hoc, ut possessor rerum corporalium hæreditariarum teneatur ista petitione hæreditatis, non sit necesse, ꝙ se hæredem cõtendat: tamen secus est, quando agitur contra possessorem iuris, in quo requiritur, ꝙ se hæredem contendat, ad hoc, vt conueniri pos
206 sit ista petitione hæreditatis. Et per ista sequitur, † ꝙ quando agitur contra debitorem, tanquam contra iuris possessorem, debent aliæ interrogationes fieri, quàm illæ, de quibus sup. remissiuè dixi prout inquit Barto. in d. l. si debitor, quod etiam est notandum in practica.

207 † An autem possessor hæreditatis, si rem aliquam hæreditariam alienauit, & pro ea habeat precium, uel aliam rẽ, nunquid tamen præcisè teneatur, & conueniri possit ad rem hæreditariam? videte Bart. latè distinguentẽ, in lege Imperator.
208 § fina. ff. de lega. 2. & aliquid per Ange. hic. Et † an conuentus ista actione petitionis hæreditatis, possit, pendẽte isto iudicio, aliquid alienare sine licentia iudicis, ita quòd alienatio ualeat: uidete tex. no. in d. l. diuus Pius, in princip. & ibi notabiliter Barto. ff. de pet. hæred.

209 † Vidimus in superioribus, quibus, & contra quos competat petitio hęreditatis, uideamus modò pro quibus rebus competat. Et expeditum est ꝙ in ea ueniunt tàm res incorporales, quàm corporales, quæ fuerunt in dominio testatoris: & sic omnia iura hæreditaria, & omnes actiones, & non solum res, quæ fuerunt in dominio defuncti, sed etiam res quæ fuerunt solùm ab eo possessæ. Item res non possessæ, sed detentæ, quę remanserunt in hæreditate tempore mortis defuncti. De his habetis tex. no. in l. item uidendum. §. fin. & ibi Barto. in l. seq. quæ incipit, & non tantùm, in princ. & ibi Bar. ff. de peti. hęred. quamuis enim res, quas defunctus detinebat tempore eius mortis, quales sunt res depositæ, & commodatæ defuncto & similes, nõ sint hæreditarię, sunt tamẽ in hæreditate: ut inquit glo. no. in l. si de eo. §. primo, in glo. fin. ff. de acqui. poss. & ideo, secundum Ange. ibi, debet deponi in Inuentario, quod heres habet conficere. quod etiam tenet Bald. in d. l. & nõ tãtum. in princip. Seruitutes autem debitę prædijs hæreditarijs non ueniunt in petitione hæreditatis sed pro eis propria actione, negatoria scilicet & confessoria agi debet. d. l. non tantùm. §. fin. & ibi Barto.

210 † Nunquid autem feudum, & emphyteusis ueniant in petitione hæreditatis, uideatis gl. no. in d. l. item uidendum. §. fi. in uersi. iura. & ibi Barto. Spec. in tit. de loca. §. nũc aliqua. versic. 158. Bald. in capit. primo, de suc. feud. Bald. & Salic. in lege liberti, libertæque. C. de ope. lib. Bal. in l. qui se patris. C. vnde liber. i Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de feudis. §. quoniam, in addi. quæ incipit, directè. Accedant quæ latè tradit Bartol. in leg. ut iusiurandi. §. si liberti. ff. de op. lib. & Imo. in l. quod dicitur. ff. de uerbo. oblig. Petr. de Anch. in Clemen. secunda. de iure pa. & uide etiam Ioan. de Pla. hic. Item in ista petitione hæreditatis ueniunt fructus, cùm sit iudicium uniuersale, & fructus augeant hæreditatem. l. item ueniunt. §. item non so
211 lum, & §. fructus, & ibi Bart. ff. de pet. hære. † Item pẽsiones honesto modo perceptæ, etiam & inhonesto. d. l. sed & si leg. §. fin. l. seq. & l. ancillarum, in prin. & §. fin. ff. de pet. hæred. Itẽ ueniunt in ista actione fructus nedum percepti, sed etiam percipiendi, & qui percipi potuerunt, tex. est in l. sed & si lege. §. sed & fructus. ff. de pet. hęred. & habetis hic per Ioan. de Pla. & Ange. de Aret.

212 † Vnum tamen circa istos fructus nota, quod ipsi non ponunt, quòd in petitione hęreditatis, & in quocunque iudicio vniuersali ueniunt fructus, quantumcunque expressè non petantur. Quod secus est in iudicio particulari, puta in rei vẽdi
213 catione. Et ratio est, † quia fructus augent rem uniuersalẽ, non autem particularem. Ita signanter Barto. in lege secũda. C. de peti. hæred. & in leg. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de
c dam. infect. c* & in rub. ff. solut. matri. & in l. item ueniunt. §. item non solùm. ff. de pet. hære. & not. Bal. & latiùs quàm alibi in l. j. in ultima colũ. C. de fru. & lit. expen. & Cyn. in l. non est. C. fam. ercíscund.

214 † Istis pro plenaria introductione materiæ pmissis, satis debet

debet vobis liquere, qualiter formandus sit libellus in ista petitione hæreditatis, & eius libelli formã ponit in specie Spe. in titu. de iud. in tertia parte. §. primo. in princip. & in §. est & alia. & Rof. in titu. de pet. hære. videatis Barto. in l. secunda, & in l. licet minimam. ff. de peti. hær. & in l. ex diuerso. §. primo. in prin. ff. de rei vend. & in l. secũda. C. de senten. quæ sine cer. quan. & glo. in l. j. in princip. in glo. magna post princip. & ibi per Barto. Bal. Ang. & alios. ff. de eden. per Barto. Bal. Ang. & Salic. in l. edita. de edend. glo. & doct. in cap. secũdo, extra de lib. obla. & habetis in specie per Ioan. de Plat. & Ang. hic. Et istæ remissiones sufficiant: quia rude esset aliter in specie libellum ponere. Aduertite tamen, ꝙ in conclusione istius libelli debet petere quis declarari se hæredem, cùm hæc actio sit realis, & petitorium contineat: vt l. sed & si lege. §. petitio. & ibi Barto. ff. de pet. hære. & in l. fin autem. §. sed & is. ff. de rei vẽd. ergo in ea debet quis petere se declarari hæredem, & hæreditatem ad se pertinere in totum, vel pro parte, prout casus
d contigerit. Ita Bar. in d. l. secunda.[d]* & in d. l. licet minimam, per illum tex. ff. de peti. hære. prout etiam vidimus in alijs petitorijs, vt in rei vendicatione, in quibus semper concludi debet ad declarationem dominij vel alterius iuris, quod quis prætendit se habere in re: vt latè dixi in §. omnium, in libello rei vendicationis, sup. eod. Procederet tamen conclusio libelli in ista petitione hæreditatis, quamuis non peteret declarari se hæredem, vel res hæreditarias ad se pertinere, si solũ peteret restitutionem rerum hæreditariarum: quia eo ipso quòd quis petit restitutionem rerum hæreditariarũ tãquam hæres, tacitè videtur petere pronuntiari se hæredem. Ita Bart. in l. ex diuerso. §. primo, iuxta princip. ff. de rei vend. & dixi latè in d. §. omnium, in libello rei vendicationis, & ibi dedi multas cõcordant. ad quas cùm expedierit, recurratis. Aduertite tamẽ ne decipiamini, quòd restitutio rerũ hæreditariarum non iure istius actionis, sed officio iudicis fieri debet, text. est in d. l. licet minimã. in verb. Officio iudicis. & ibi Bar. ff. de pe. hær.

215 † Vltimò pro perfecto complemento libelli in ista petitione hæreditatis vnum diligentissimè notate, in quo vehementer erratur in practica, quòd postquam semel hæres adeptus est possessionem rerum hæreditariarũ, non potest amplius in futurũ intentare petitionem hæreditatis pro aliqua ex illis hęreditarijs rebus, quarum possessionem adeptus fuerat, à cuius possessione postea cecidit. Ita signanter, & magistraliter Barto. in l. fin. ff. de fideicommis. hæred. peti. & sentit gloss. in l. j. in verbo, Hæreditas. Et est ratio in promptu, prout etiam inquit ibi Bar. quia postquã quis semel adeptus est possessionem rerum hæreditariarum, dicitur patrimonium hæredis, & est effectus dominus, adeò quòd non dicuntur amplius res hæreditariæ, sed res ꝓpriè ipsius hæredis: ut est gl. no. in l. prima. §. ueteres. ff. de acqui. poss. & ibi no. per Cuma. & Lud. Rom. & glo. in l. hæres per seruum. ff. de acquir. hæred. & bonus tex. sup. quib. ex cau. ma. non licet. in fi. principij. sed in petitione hæreditatis ueniunt solùm res hæreditariæ, nõ autem res propriæ hæredis. l. quod si in diem. §. non solùm. in fin. & l. si à patre vel à domino. §. si possessor. in fi. ff. de pe. hæred. & ideo debet intentare rei vendicationem, & alia domino competentia remedia, sicut vnde vi l. meminerint: & l. si quis in tãtam. C. vnde vi. Et propterea diligẽter aduertat hæres, qui intentat petitionem hæreditatis, prout etiam admonet Angel. hic, ne in libello aut articulis, aut in aliqua parte processus, dicat ꝙ earum rerum, pro quibus intentat petitionem hæreditatis aliquo tempore post mortem defuncti comprehenderit, vel habuerit possessionem: quia tunc petitio hæreditatis sibi non competeret, & iudicium corrueret. Et istud dicit Ang. de Are. esse perpetuò tenendum menti in practica: quod ante eum ponit etiam & sequitur Ioan. de Plat. hic.

216 † Accedat glo. illa solennissima Canonistarum in cap. primo. de confes. in sexta. in mag. ad fin. quæ singulariter vult ꝙ omnia remedia adipiscendæ possessionis, quale est remediũ l. fin. C. de edict. diui Adria. tol. nunquã cõpetunt hæredi, vel fideicommissario, qui semel adepti sunt possessionem, quia postquam semel adepti sunt possessionem, non dicuntur amplius hæredes, vel fideicommissarij, sed domini. vnde debent eis competere alia remedia ad adipiscendam possessionem, quàm ea, quæ competunt hæredibus, aut fideicommissarijs. Et in hoc etiam uehementer erratur in practica. Imò fortius, & singularius ausus est dicere Salic. in d. l. fin. C. de edict. diui. & alibi scriptum non inuenietis, quòd si hæres grauatus de restituendo vniuersa bona, primò adeptus est possessionẽ rerum hæreditariarum, & postea restituat hæreditatem fideicommissario uniuersali, non realiter, sed uerbo tantùm, quòd talis fideicommissarius non poterit uti beneficio. d. l. fin. C. de edict. diui Adria. pro acquirenda possessione rerum hæreditariarum, quæ semel adepta fuit per hæredem: motus per suprà scripta: quia ex quo hæres semel adeptus est possessionẽ rerum hæreditariarum, ampliùs non sunt bona hæreditaria, ut prædixi: & beneficium dictæ l. fin. competit pro rebus hæreditarijs, licet, secundum eum, unusquisque diceret contrarium. Et in ueritate si hoc dictum est uerũ, esset peregrinũ, & mirabile. Sed ego audacter teneo contrarium in hoc ultimo dicto Salic. & contra Salic. glo. in terminis, quã ibi approbãt Bart. & alij in l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. in uerbo, actiones. ad fi. iuncto tex. ff. ad Trebel. Bene faciunt illa magistralia verba Bar. in l. 2. ff. de fideicom. hæred. pet. Bene fateor, & hoc est, qđ decipit Salic. ꝙ ipsi hæredi amplius non competeret: & ita procedunt suprà scripta. Sed quòd ipsi fideicommissario, cui fuit restituta hæreditas uerbo tantùm, & non re, non competat, nihil ex suprà scriptis habet obstare.

217 † Aduertite etiam diligentissimè in prædictis: quia reperio Cuma. in l. si non lex. §. pet. ff. de hære. institu. tenere, & referre, quòd aliàs in facto consuluit, quòd sustentaretur libellus, si post aditam hæreditatem quis peteret in libello talẽ rẽ, ut hæreditariam, non dico petitione hæreditatis, sed alia cõpetenti actione: quia secundũ eum, verba impropriarentur, vt
e libellus sustineretur,[e] argu. l. si olei. C. locati, & eorum, quæ latè dixi in §. omnium. in materia libellorũ, suprà eodem. Dicite, ut ibi latiùs per eum. Quod dictum etiam refert, & sequi-
218 tur Ludo. Rom. in l. hæres per seruum. ff. de acqui. hære.† Et quòd hæreditas adita etiam appelletur hæreditas, allego vobis tex. in l. fin. §. fin autem in secundo: quem ibi expressè no. Bal. ad hoc. C. de bon. quæ lib. & quòd appellentur res hæreditariæ, etiam post aditam hæreditatem, etiam quæ fieret ipso iure, pondero vobis tex. supra ex quib. caus. ma. non licet. in §. primo. in versi. hæreditarias res serui nomine.

Et hoc etiam diligenter notate ad practicam ad suprà scriptorum confirmationem, ꝙ post aditam hæreditatem non di
f cantur amplius bona hæreditaria,[f] propriè loquendo, sed dicantur bona propria ipsius hæredis. Accedant quæ signanter uoluit Cuma. & Lud. Rom. in dict. §. ueteres. per glos. not. ibi
219 cum alijs præallegatis, ubi uolunt,† quòd stante statuto prout est in florentissima ciuitate Mediolani, quòd mulier nupta extra territorium Mediolani non succedat in hæreditate patris, quòd si aliqua mulier mortuo patre. primò adeat hæreditatem patris, uel se immisceat hæreditati patris, postea maritetur extra territorium Mediolanense, quòd hæc habebit hæ
g reditatem patris, [g] per suprà scripta: quia postquã adita fuit hæreditas per mulierẽ, non dicebantur amplius bona patris, sed bona propria ipsius mulieris, circa quæ statutum nihil disponit. Et hoc idẽ in terminis in statuto Mediolanensi, de quo sup. tenuit Bald. in l. si matre. in fin. C. de suis & legi. & ibi dicit de hoc esse tex. not. in l. fin. ff. vnde lib. & sequitur Petr. de Ancha. in repe. cap. Canonum statuta. in versi. sed pone quòd per statutum. extra de consti.

220 † Item ad ista facit quod singulariter voluit Ludo. Roma. in dicta l. j. §. ueteres. per glo. ibi, & per suprà scripta, ubi dixit se de facto consuluisse in ciuitate Bononiæ, quòd stante statuto, quòd filia dotata nõ possit succedere in aliquibus bonis de hæreditate patris, (quod statutum uiget communiter per totam Italiam) mortuus fuit pater relicto filio, & filia dotata: filius audiuit hæreditatem patris, & postmodum ea adita decessit: cõsuluit Ludo. Roma. multùm solenniter, & eleganter, quòd filia dotata, eademq; soror, non obstante suprà scripto statuto, poterit succedere huic filio, eidemq; fratri, eo quia adita hæreditate per filium, eundemq; fratrem, non dicitur amplius hæreditas patris, sed dicitur propriũ patrimoniũ filij, per suprà scripta. Vñ licet filia per statutum, de quo suprà, prohibeatur succedere patri, nõ tñ prohibetur succedere suo
h fratri.[h] Tamen Lud. Rom. dicit se pro tunc nõ decidere, quia

quæstio pendebat de facto ibi in ciuitate Bononiæ: sed vide eundem Ludo. qui ibi decidit in suo consi. 4. incipiente, Viso, ac discusso puncto, & conscribentibus, &c. & est melior text. de iure Insti. de hæred. qual. & diff. in prin. quam decisionem teneatis cordi, pro maxima limitatione ad sup. scriptũ statutũ.

221 † Nunquid autẽ petitio hæreditatis, & rei vendicatio possint simul & semel in eodem libello cumulari, & simul & semel intentari: vide glo. & Bal. in l. secunda. C. de pet. hæredi. Ange. in l. qui interrogatus. ff. de pet. hæred. Cyn. in lege cogi. C. de pet. hæred. & videatis omninò Pau. de Cast. in consil. 6. incipiente, in Dei nomine, Amen. in causa, quæ vertitur corã locum tenente, &c. & ibi latè examinat hoc, an cumulari possint in eodem libello petitio hæreditatis, & rei vendicatio: & ibi et ponit quomodo cognoscatur, an vtraque sit intentata.

222 † An autem procederet iste libellus, Cõqueror de Petro, qui possidet hæreditatem quondam Martini pertinentem ad me tanquam hæredem, & dominum: quare peto ipsum sententialiter condemnari ad restitutionem dictæ hæreditatis: videatis Bal. in d. l. secunda. C. de pet. hæred.

Et per ista remaneat expeditus perfectissimè iste solennis §. in solennissimo festo Ioannis Baptistæ inter maximos calores, 1473. Et dicit hic do. Ias. in voce, quòd ipse Ioan. Fab. ipse in fine huius §. dicit, quòd isti calores sibi sustulerant intellectum. & Dyn. etiam, qui per viginti anteà annos legerat, dicit quòd isti calores sibi sustulerant intellectum: & si sciuisset, nunquam incepisset legere hunc §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a BONAE FIDEI] Adde Bartho. Cepo. in singu. ver. 31.

b * Alias incipit, Proculus ait, si quis seruos.

c * Aduertas quia hoc dictum apertè falsum est, quòd ideo sit bonæ fidei, quia habet plurimum personalitatis: nam hoc attento, sequeretur, quod omnis actio personalis esset bonæ fidei quia propter quòd vnumquodque tale, & illud magis, Auth. multò magis. C. de sacr. san. eccles. quod tamen est plus quàm notoriè falsum. Præterea nõ est verum quod sit mista, imò realis. Et ita communiter tenent doct. in rub. ff. si cert. pet. Et posito quòd esset mista, cum magis participet de reali, quàm personali, potius natura realitatis esset attendenda, argumen. leg. quæritur. ff. de stat. homi. responde igitur cùm simus in his, quæ sunt iuris positiui, per l. non omnium. ff. de legi. prout facit gloss. in l. prima. §. pueritiam. in ver. ratus. ff. de postula. Carcassona Sardus.

d INTENTIONE] Facit vt in simili habetur etiã per do. Mar. Soci. in consi. 28. incip. circa princ. per totum, in prima parte, de eo, qui matrimonium expresserit per verba exteriora denotantia consensum matrimonij per verba de præsenti intentione interius in mente retenta non id contrahendi. an aliquid operetur illa intentio in mente retenta, & quid an matrimonium annulletur, & an, & qualiter id tenuerit, quò ad forum iudiciale seu contentiosum, & forum pœnitentiale, & an Papa dispensare possit, vt cum alia contrahat, existente instrumento matrimonij, & copula. Item facit in simili quod habetur per Fran. Are. in l. qui se pupillum, in j. not. de acquir. hæred. de eo, qui desponsauit quandam per verba de præsenti, quam credebat esse alteri nuptam, & in veritate erat soluta: an tale matrimonium valeat, cùm ille credebat se nihil agere.

e * Dicas quod non, per l. pacta la prima. C. de pact. & l. cum donationis. C. de transact. Et ita determinat Bald. in d. l. cùm Arthemidoram. Sardus.

f * Vide bonum text. pro hoc dicto in leg. secunda. ff. de leg. commis. Sardus.

g CONTRACTVM] Sed quid in matrimonijs, dicit proxeneta matrimonij: Mulier est speciosa, pulchra, magna, penitus non defectuosa in sua persona: & postea reperitur habere aliquod vitium corporis, vel animi: an teneatur proxeneta. De matrimonio enim dubiũ non est, quod non potest separari: quia quos Deus coniunxit, homo non separet, & videtur, quod sic, per l. iustissimè. §. primo. ff. de ædi. edict. In cõtrariũ facit l. prima, in prin. versi. de proxenetis. vbi dicitur quod si proxeneta etiam laudat eã, non tenetur. Sed vide Bartho. Cepol. in l. prima. §. aiunt ædiles, ff. de ædil. edict. ubi distinguit quòd aut proxeneta fuit in dolo: & tenetur actione de dolo: ut est casus in dicta l. prima, in fi. & probat in l. & eleganter, in fi. cũ l. seq. Et de dolo animi alleg. per gl. d. l. prima, in fi. & dicit credere, quòd in dubio præsumatur fuisse in dolo: quia tale genus hominum præsumitur in dubio mendax: vt est tex. in d. l. iustissimè. §. primo.

h FACTI] Quod succedat obligato ad interesse in obligatione facti, vide do. Barth. Soci. in consil. 99. incip. in causa eximij: circa prin. quarta colum. in prima parte.

i * Aduertas, quia non ignorauit Accursius, quod ruta, & cæsa, non veniunt in venditione, nisi hoc specialiter dictum fuerit, quod veniant, quia cùm gl. alleget dictam l. si fundi. §. si ruta. ff. de act. empt. vbi hoc expressum est, nõ est vero simile, quod nõ viderit. Ideo aduertas, quia docto. non perceperunt mentem gl. nec voluit dicere gl. quòd huiusmodi ruta veniant, etiamsi non fecerit cogitatum: sed dicit, quod in bonæ fidei iudicijs veniunt ea, de quibus nõ est cogitatum. Et bene dicit. Finge me tibi vendidisse rẽ simpliciter, quo casu ruta, & cęsa nõ veneũt, dicto §. si ruta, & quod inaduertenter tradidi rẽ venditã cum rutis, & cæsis. certe & si de illis non sit actũ, nec cogitatũ, per actionẽ ex vẽdito repetã, licet cõpetat et actio ad exibẽdum. Et hoc voluit glo. in d. §. si ruta. in versi. agi põt, & allegat bonum tex. in l. secũda, in fi. C. de actio. empt. & sic glo. benè loquitur, nec meretur reprehendi in aliquo. Et hæc fuit vera mens glo. dum allegat dict. §. si ruta. Quicquid ipsi dicant, ita tene. Anto. Ange. Carcassona Sardus.

k * Adde quod mihi vr, quod tex. in d. §. uendẽdi probet cõtrarium, quod si biduo ante uenditionem equus erat ornatus, in venditione uerò non esset ornatus, certè illa ornamenta nõ veniẽt: quia in ipsa uenditione ornatum esse oportet, vel quod uender si causa ornamenta ducta essent. Non ob. aduersatiua Sed, cum copula Et, quia nõ non adest copula. Et, quo casu illa sola aduersatiua diuersitatẽ facti & iuris importat: vt per Bar. in l. 2. ff. ne quis eum, qui in ius, &c. & in d. l. patris & filij, ff. de vulg. & pupil. & sic ponderãdo aduersatiuam Sed, nihilq; subaudiendo, tex. ille probat contrarium. cogitabitis Sardus.

l * In meo libro talis lex non allegatur.

m * Magis communiter tenetur, quòd dict. leg. in omnibus, habeat locum etiam in contractibus stricti iuris: ut ubique tenet Barto. in leg. sup. allegat. & per do. Alex. & alios in l. secunda. ff. solu. matrimo. Carcassona Sardus.

n * Cogitaui, & mihi videtur, quòd sit bonę fidei etiam actio protutelæ. Primò per istũ tex. sic arguẽdo, ea quæ differũt per præpositionẽ, non differũt specie, sed numero, uel gradu. l. prima. in prin. ff. de vulg. & pup. & ita audiui in alijs terminis arguentẽ domi. Nicolaũ. ab armis, subtilem doctorem Bono. in rubr. uel prima. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. sed actio tutelæ, & protutelæ, solũ differunt per præpositionẽ: ergo nõ differunt specie, sed numero. Si nõ differunt specie, erit bonæ fidei: quia cõprehenditur in hoc §. sub actione tutelæ. Nec obstabit, si dicas, quod vna sit ciuilis, alia prætoria: quia negabo, & dicã, etiã ciuile cum illa præpositione extẽsa à Prætore ad istũ casum propter frequentiã. Videmus et quòd contraria actio tutelæ est bonæ fidei, ut suprà uisum fuit, & ab ipso Prætore proposita, vel extensa: ut l. prima. in prin. ff. de contra. act. tutel. & tamen de ipsa in indiuiduo nõ fit mentio in hoc §. nostro. Præterea, & fortius induco hunc. §. vbi est eadem ratio, sub simplici continetur compositum, glo. & Bartol. & nostræ tempestatis excellentissimus dom. meus & Pręceptor Maria. Socin. junior. in rubri. ff. solut. matrimo. sed in casu nostro est idem fauor, eadem ratio, ut hic per Iaso. ergo sub actione tutelę, & sic sub simplici comprehendetur actio protutelę, & sic compositum, vt dicatur uerbis generalibus in hoc §. comprehendi. item arguo sic in fauorabilibus, ubi est eadem ratio fauoris, dispositaiu casu uero, habent locum in casu putatiuo. l. si cum dotem. §. fin. ff. solu. matrimo. l. secunda. §. fin. cum l. sequen. ff. de priui. cred. sed in actione protutelę, & sic in casu putatiuo, ut suprà dixi, est idem fauor, qui est in casu uero: ergo dispositio facta in actione tutelę, habebit locum in actione protutelę. Tolle optimum simile, Filij nati ex puta-

putatiuo matrimonio sunt legitimi, sicut nati ex vero. Bartol. & Ias. in l. auunculo. ff. de condict. sine cau. gl. in l. qui contra. C. de incest. nup. ita etiam actio proueniens ex putatiua tutela debet esse bonæ fidei, sicut proueniens ex vera, vt §. nostro. Et per ista dicebat præfatus do. meus in dicta rubric. quòd maritus putatiuus gaudebat priuilegio. l. maritum. ff. solut. matrimo. de cuius dicti veritate dicam infr. in §. item si de dote. & ita credo actionem protutelæ esse bonæ fidei. Ant. Ange. Carcassona Sardus.

o * Adde quod mihi videtur, quòd nec gloss. bonam assignet rationem, nec doctores glo. non: quia per actionem ex empto, & præscriptis verbis, quæ ex permutatione competit, peto id quod non est meum, & tamen sunt bonæ fidei, vt §. nostro: ergo finium regnndo. actio, ex eo quòd possit mihi adiudicari quod meum non est, non debet dici stricti iuris. Doctores nō quia non est ratio sufficiens dicere actio famil. erciscund. cōmun. diui habent similitudinem cum actione pro socio: ergo sicut illa est bonæ fidei, ita etiam, & istæ: quia do instantiam: nam precarium habet similitudinem cum commodato, vt l. prima. ff. de precar. & tamen actio bonæ fidei est commodati: actio verò ex edicto de precario descendens, est stricti iuris, vt §. nostro. Preterea secundum doctor. (licet ergo supra in addi. proxima contrarium firmauerim) actio protutelæ est stricti iuris, & tamen habet similitudinem cum actione tutelæ, vt l. prima. ff. de eo. qui pro tute. Dicas igitur, prout dixi supra in 4. col. in petitione hæreditatis, quòd ratio bona reddi non potest, cùm simus in his, quæ sunt iuris positiui. glo. in l. prima. §. pueri. etiam in versicu. ratus. ff. de postu. Bart. in l. humanitatis. C. de impub. & al. sub. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Carcasso. Sardus.

p AN RECIPIENTIS] Et an & quādo res, cuius dominium est apud alium, pereat periculo domini, & nō possessoris: vide glo. fin. in l. non omnis. §. si pupillus. ver. eius: si cer. petat. vbi dom. Alexan. de Imo. in vlt. col. in ver. ex his. & per eundem do. Ias. May. post Pau. de Cast. & Ludo. Roma. & per eundem do. Ias. in l. Titius. in 2. not. ff. de prescrip. ver.

q * Quę ad modum clara erat absque declaratione domi. Iaso. Sardus.

r * Non inuenitur.

ſ * Nihil de hoc ponit ibi Bald.

t * Videas eundem Bartol. in leg. Paulus. in fin. ff. de solut. Sardus.

u * Sed iuxta prædicta quæro, nunquid Bidellus posset sibi ipsi librum vēdere, dicens, Dedisti vt venderem, ego hoc libro indigebam, pro me eum emi: ecce volo tibi dare æstimationē: nunquid sit compellendus ad libri restitutionem? Et videretur dicendum, quòd non possit sibi ipsi vendere, per tex. not. in l. si mandauero. la seconda. §. si tibi centum. ff. mand. Veritas tamen pendet ex his, quæ habentur per Barto. in l. planè. ff. qd cuiusque vni nomi. & melius per Abb. Panor. in capit. cùm in iure peritus. extra de elect. Carcassona Sardus.

x * Aduerte. nam glo. nostra, si diligenter attendas, vult quòd actio prescriptis uerbis, quę oritur ex illo generali cōtractu, Do vt des: sit bonæ fidei, & non stricti iuris: cuius contrarium uidentur hic sentire Ias. & doct. Mihi autem magis placet opin. gloss. per generalitatem istius §. Nec video quare magis dici debeat bonæ fidei, quando permutatio fit speciei ad speciem, quàm quando fit genericè, vel ex vna parte sit species, ex altera genus: cùm etiā generaliter dicatur permutatio cōtractus ille, Do ut des: ut probatur optimè in l. naturalis §. primo. ff. de prescript. verb. ibi: Si autem rem do, ut rem accipiam, &c. vbi loquitur tex. de re in genere: & tamen appellat permutationem: & d. §. primo. in fin. ibi: sciphos tibi dedi, ut Stichum mihi dares. loquitur quando ab vtraq; parte est species: & appellat articulum, Do ut des. Et sic per illum text. videtur apertè confundi differentia, quam faciunt doct. utrùm ab utraque parte sit species, uel non. Et pro ista parte uidetur tex. in l. emptionem iuncto summario. Sal. ibi C. de re. permu. & uidetur tex. in l. prima. ff. de contrah. empt. ubi uinum cum ferro fuit datum, & sic in genere, & tamē dicitur permutatio. Et per ista inuenio quòd Philip. D. in l. secunda. in princip. col. pen. ff. si cert. peta. reprehendit istam differentiam, quam faciunt Docto. & iudicio meo, satis iuridicè. dic ut ibi per eum. Carcassona Sardus.

y * Aduertas, quia Bartol. expressè dicit, si est, uel fuit meum: & sic non uidetur sentire istam differentiam, quam facit Ias. Sardus.

z * Adde quòd pro isto libello alternatiuo est etiā bonus tex in d. l. cum precibus. in fi. C. de rer. permu. sed quò ad aliud ui detur esse in potestate actoris, nunquid uelit adimpleri contractum, uel rem datam condicere: ut uidetur casus in l. prima. in fi. ibi: si hoc elegeris. C. de re. permu. Carcass. Sardus.

a * Qui determinat esse contractum innominatum, Facio ut facias, per leg. cum manu sata. §. fin. ff. de contrahen. emptio. Sardus.

b * Quem etiam refert glo. in d. §. hoc interdictum. in versic. bona fide. Sardus.

c * Hoc idem uoluit Paul. de Cast. in d. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Sardus.

d * Et ratio est secundum Bart. quia in primo casu opponitur ad impediendum processum, & sic ad unum finem: in secūdo opponitur ad alium finem, uidelicet ut absoluatur. argu. ca. ueniens. extra de testib. Sardus.

e * Adde quod contra Bart. uidetur, iudicio meo, casus in l. fundus, qui Lucij Titij. in uersi. quęsitum. ff. de rescinden. uendi. & contra Barto. est communis opin. in dict. §. si quis iurauerit. ibi uideas. & dixi supra in §. item si quis postulante. colum. pen. Carcassona Sardus.

f ET VENDITIONIS] Quomodo autem cognoscatur contractus emptionis & uenditionis, uide per dom. Alexand. de Imo. in consi. 107. in secunda col. in tertia parte.

g ET TRADIDIT] Et cuius importantiæ sint ista uerba, uide domi. Alexand. in consi. 10. in ultim. colum. in quarta parte.

h POSSIDERE] Quid autē operetur in contractu emptionis & uenditionis pactum constituti, uide do. Alex. in cōsil. 3. quinta col. in quarta parte. & in consil. 10. in prima col. eadem parte. Et an per tale pactum cōstituti transferatur dominium in emptorem, & possessio: uide do. Alex. de Imol. in consi. 115. in secunda & tertia col. in prima parte. & in consi. 28. in secunda colum. in secunda parte. Vbi ponit, ut transferatur ciuilis possessio, uel naturalis. Et an per appositionem pacti precarij uenditor liberetur: uide per eum in consil. 27. in 3. colum. in secunda parte.

i * Vide Paul. Castren. in d. §. ex uendito. conciliantem istas glo. licet postmodum dicat uenditorem posse cōueniri actione ex empto ad traditionem detentationis tanquam de reliquijs emptionis, per l. si heres testamento. ff. de actio. empti. secutus Bald. in l. prima. C. de rescin. uend. prout ipse allegat. Et hoc ultimum mihi placet. Carcass. Sardus.

x AD FRVCTVS] Vide do. Alex. de Imol. in consil. 73. in prima col. in secunda parte. ubi etiam ponit quid de emptore soluente precium pro parte: an pro illa parte fructus habere debeat, & efficiatur dominus illius partis. De quo uide per eum in consi. 134. in prima colum. in quarta parte. ubi etiam ponit quid si sit facta promissio de uendendo: an ille, cui sit facta talis promissio, lucretur fructus.

l VACVA] Vide Felin. in capitul. cum Ioannes. de fide instrumen.

m PLENA] Vide Franc. de Are. in l. prima, de acqui. possess. in 11. col. & Felin. in c. cum Io. de fide instru.

n * Vide bonum tex. in l. penul. ff. de euictione. Sardus.

o EX VENDITO] Adde do. Barth. Soci. in consil. 253. incip. in causa domi. Ioannis. uers. quarto, eadem conclu. in secunda parte, quòd actio ex uendito datur ex contractu informato ad retradendum, & resoluendum: & sic competat actio ex empto ad retradendum, talis actio non solùm datur ad merum factum, sed etiam ad dandum, & contra habentem facultatem tradendi. ut præcisè tradat.

p * Et responde ad l. si seruum. §. fina. ff. de uerbor. obligatio. ut per Bart. in d. l. prima. Sardus.

q LOCATA] Adde do. Bartho. Socin. in consi. 135. inci. uisa narratione. uersic. secundum fundamentum. in fin. in prima parte. quòd locator ad hoc teneatur facere & curare, ut conductor habeat rem uacuam, & expeditam, ut illa uti possit: aliàs tenetur conductori ad interesse.

r DE PENSIONE] Sed quid si pensio esset remissa arbitrio tertij, an si ille non arbitretur possit à persona, recedi, & ad arbitrium boni viri recurri: vide do. Barth. Soci. in cōsi. 44. incip. in præsenti versi. quare magis. 1. parte.

f ACTIO IN FACTVM] Quibus actionibus autem peti possit locationes, quas facit doctor, vel medicus de operis suis: vide do. Barth. Soci. in consi. 196. incip. circa præsentē versi. tertiò ista opi. in 2. parte. vbi etiam ponit quòd non differunt ab ea, quam facit famulus de suis: & ibidem ponit ēt quid de medico conducto ad certum tempus à communitate pro certo salario: an finito tēmpore si curauerit infirmos, ut prius sibi debeas, licèt renouata conducta non fuerit.

t PATERFAM.] Vbi ad hoc uide Franc. de Are. & dom. Ias. May. & Franc. in l. cum filio. in 7. col. de leg. primo. & in l. cum filio. de vulg. & pupil.

u * Aduerte, quia dict. l. secunda nihil facit: nam loquitur in aditione hæreditatis, in qua necessariò quis tenetur scire vtrum ex testamento vel ab intestato adeat: vt latè per Bart. in repe. l. is potest. ff. de acqui. hære. nos loquimur in eo, qui post aditionem agit petitione hæreditatis: quo casu quid agendū sit, videtur apertè docere nos Iurisconsu. in d. l. si defensor. §. illud. ff. de inter. actio. vt non tenear exprimere, nisi aduersarij interfit: & tunc ad eius petitionem exprimam. Et nunquid eius interfit, vel non, relinquitur cognitioni summariæ iudicis: vt d. §. illud. & ideo videtur quòd libellus absque tali expressione sit admittendus, ex quo interesse aduersarij mei probabiliter possum ignorare, argu. l. prima. §. quia autem. ff. quor. leg. & eorum quæ tradit Barto. in l. vbi autem. §. qui illud, aut illud. ff. de verbo. oblig. & latè vidimus sup. in §. sed istæ. col. 13. & 14. & videbimus inf. in §. curare. col. 2. versi. secundò fallit. Sed attende, quia contra prædicta facit, quòd imò expressio talis requiratur. Nam hæres agēdo petitione hæreditatis, petit se declarari hæredem: vt per Bar. in l. prima in prin. col. 2. ff. de eden. & regulariter. cum l. seq. ff. de pet. hære. quo casu sine tali expressione non videtur, ꝙ aduersarius cōmodè deliberare possit, vtrùm velit cedere, vel cōtendere: ergo debet exprimi, arg. l. prima. in princip. ff. de eden. & clemen. 2. vt lite penden. posset enim esse, ꝙ si contenderet se hæredem ex testamento, aduersarius vellet litigare, secus forsan ab intestato vel econuerso. possum respondere, quòd hoc casu propter interesse aduersarij eo petente, Prætor coget agentem exprimere, vt d. §. illud. eo verò non opponente, libellus procederet, ut suprà dixi. Cogitabitis tamen. Carcass. Sardus.

x * Vt l. hæreditatis. C. de pet. hæredit. & l. hæreditatem. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces.

y * Vide Bartol. in leg. rem quæ nobis. ff. de acquirend. possessio. Sardus.

z * Adde, ꝙ mihi verior videtur opin. Bartol. in d. l. tertia. §. opus. quia limitatio prædicta iure non probatur. Præterea videtur contra casum l. secundæ. C. de pet. hæredi. referēdo finem legis ad principium, iuncta glo. prima. in fin. nec Bar. istud uoluit ita simpliciter in d. l. cogi, quia loquitur in titulo acquisito iudicio pendente ab eo, qui nullum ius habebat: quo casu dicitur titulus procuratus, qui non solet prodesse, ut per Bar. in l. siue autem. §. si duobus. ff. de pub. & sup. vidimus in §. sed istæ. quę ratio cessat in eo, qui emit ante litem illatam, vel titulum bona fide acquisiuit ab eo, qui pro hærede possidebat. Item ratio communis, quare pet. hęreditatis non datur cōtra titulo possidētem, de qua vidimus sup. col. prox. & per Bar. in l. hæreditatis. C. de peti. hęred. militat in casu nostro: ergo idē ius. c. inter corporalia. extra de transla. epi. l. fin. C. ad leg. Falcid. Nec obst. regula, nemo plus iuris. ff. de reg. iur. quia verū est, quò ad hoc, ꝙ cùm tradens non sit dominus, non facit accipientem dominum: attamen accipiens habet titulum, & bonam fidem, & sic vsucapiendi conditionem. l. clauibus. ff. de contrah. emp. quæ omnia impediunt petitionem hęreditatis. d. l. hæreditatis. suprà alleg. Nec dicta Barto. in l. si rem & precium. ff. de peti. hære. obstant: quia loquitur in longè diuersis terminis, in quib. titulus habetur pro non titulo, vt ibi per eū. Quæ ratio cessat in quæstione nostra. Nec pro ista fallentia Iaso. adducitur aliquid, quod habeat efficaciam, ideo eam non credo veram. Anto. Ange. Carcass. Sardus.

a * Adde, ꝙ hoc casu præscriberetur petit. hær. spacio decem vel viginti annorum, & hoc casu erit speciale contra l. hæreditatis. C. de peti. hære. Dic tamen, vt per glo. fina. & docto. in l. fin. C. de edict. diui Adrian. tol. Carcass. Sardus.

b * Dicas ꝙ titulus diuisionis non excludit petitionem hæreditatis, ut est casus in l. cum multi. ff. si pars hæred. pet. & Bal. in secunda lectura. in dict. l. Pomponius. Nec obst. l. prima. C. commu. vtri. iudi. quia quò ad hoc obtinet vicem emptionis, ut re per diuisionis arbitrum adiudicata, vel de partis consensu tradita, si alter erat dominus transeat dominium in accipientem: Sin autem, usucapiendi conditio: ut habetur in §. fi. Instit. de offic. iud. Carcasso na Sardus.

c * Aduerte, quia Bart. in d. §. hoc autem iudicium. non loquitur de fructibus, sed de expensis, in quibus potest iudex, etiam non petitus, condemnare, ex quo post litem contestatam accidunt. l. ædiles. la secūda. §. itē sciendū. ff. de ædil. edict. Sardus.

d * Secunda in ordine Bart. sed tertia in ordine Digestorum.

e SVSTINERETVR] Adde eundem Ange. suprà in §. omnium. nu. 69. & in §. sic itaque. nu. 35.

f HAEREDITARIA] Adde do. Bartho. Soci. in consi. 147. incip. visa facti. uersic. primo, quia ibi: nam antequam, in prima parte. ꝙ hæreditas antequam adeatur per hęredem, dicuntur bona hæreditaria: post aditionem verò efficiuntur vnum patrimonium hæredis: nec dicuntur ampliùs hęreditas, vel bona hæreditaria.

g PATRIS] Et hoc idem consuluit do. Mar. Soci in consil. 30. incip. quamuis. versicul. nona qualitas. circa medium. in prima parte. Pro quo vide dom. Alexan. de Imol. in consil. 101. in secunda parte.

h FRATRI] Adde Ange. in consil. 122. incip. in nomine domini, testificatio. & eūdem do. Ias. May. in l. venia. sexta column. vbi pulchrè loquitur. C. de in ius vocan. & Pet. de Anch. in consil. 288.

SVMMARIA
§. Fuerat.

1 *Actio pro dote repetenda, quæ antiquitus competebat, & quæ hodie competat.*

2 *Actio contra. rei vxoriæ quare potius appellatur, quàm actio rei maritalis?*

3 *Matrimonium quare potius dicatur quàm patrimoniū?*

4 *Actio subrogata sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur. 6.*

5 *Subrogatum an sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur? 7. 9. 10.*

8 *Colonus an ineruditos colonos subrogare possit ad cultiuandum, & arandum terras, & putandum arbores, vel vineas.*

11 *Actio ex stipulatu, quæ pro dote repetenda competit, an sit bonæ fidei. 14. & quid si competat extraneo. 15. & an in ea currant vsuræ? 16.*

12 *Matrimonij contractus an sit bonæ fidei? 13.*

17 *Vsuræ, quæ in actione ex stipulatu currunt, an de iure Canonico peti possint?*

18 *Vsuræ in quibus casib. de iure Canonico permissæ sint.*

19 *Vsuræ, an per statutum induci possint, quòd pro dote soluantur ad rationem de decem pro centenario*

20 *Vsuræ pro dote non soluta marito, an & quando currere incipiant?*

21 *Maritus in vsuris ei debitis pro dote tractat de damno euitando.*

22 *Actionibus personalibus non præscribitur minori tempore triginta annorum.*

23 *Mulier, si soluto matrimonio dos intra annum restitui debeat, nec ante annum elapsum hæredes mariti ad eam restituendam cogi possint, an intra illum annum ab ipsis hæredibus ali debeat? 25. cum trib. seq.*

24 *Vsuræ de iure Canonico ex parte mulieris prohibitæ sunt, 29*

Actio

29 *Actio ex stipulatu pro dote, an si expressè non interponatur, tacitè à iure præsumatur?*

30 *Actio ex stipulatu, habet priuilegium tacitæ hypothecæ.* *Bona mariti sunt tacitè hypothecata vxori.*

31 *Bona vxoris sunt tacitè hypothecata viro ad dotem consequendam, sicut & viri vxori ad eam repetendam.*

32 *Maritus in bonis vxoris an tacitam hypothecam habeat pro euictione dotis, si dos ab eo euicta fuisset? 34.*

33 *Dotem constituens an & quando teneatur de euictione.*

35 *Euictio an in donatione facta à patre filio, aut filiæ, locum habeat?*

36 *Hypotheca tacita pro dote, an competat extraneo, qui dedit dotem pro muliere? 37. 38. 39.*

40 *Hypotheca tacita an mulieri competat in donatione propter nuptias. & nunquid in bonis paraphernalibus. 41. & nunquid pro alimentis sibi debitis à marito. 42. & an pro fructibus dotis. 43. & an in dote confessata. 44. & nunquid in rebus acquisitis per hæredes mariti ex rebus quondam ipsius mariti. 45. & nunquid in bonis mariti minoris? 46.*

47 *Bona illata per minorem in domum conductam, an tacitè sint hypothecata?*

48 *Hypotheca tacita pro dote, quo tempore contrahatur?*

49 *Priuilegium tacitæ hypothecæ, an mulieri, an verò actioni indultum sit, & cuius effectus sit? 69.*

50 *Hypotheca tacita pro dote priuilegiata est.*

51 *Actio ex stipulatu pro dote an competat, siue dos fuerit incerta, siue certa?*

52 *Specialia duo circa idem non possunt simul concurrere.*

53 *Actio ex stipulatu pro dote, an competat patri mulieris?*

54 *Actio de dote est communis patri & filiæ.*

55 *Stipulatio tacita pro dote, an dicatur esse vera, an præsumpta, an ficta?*

57 *Stipulatio tacita pro dote, an habeat locum in donatione propter nuptias?*

58 *Stipulatio pro dote, an habeat vim instrumenti?*

59 *Præsumptio iuris æquiparatur scripturæ.*

60 *Statutum si disponat instrumẽta publica executioni mãdari, an instrumentum, in quo maritus confessus est, se dotem habuisse, executioni mandari debeat?*

61 *Statutum disponens quòd debitor pro debito ciuili incarcerari possit, an locum habeat in hærede debitoris?*

62 *Statutum si disponat quòd debitor ad instantiam creditoris capi possit, an ad instantiam cessionarij capi poterit?*

63 *Stipulatio ficta quare adinuenta sit?*

64 *Actio ex stipulatu ficta vel præsumpta, an sit vtilis, an directa?*

65 *Stipulatio dotis ficta, an locum habeat in muto, vel muta matrimonium contrahentibus?*

66 *Veritas vbi locum non habet, ibi neque fictio.*

67 *Stipulatio dotis ficta, an per difformitatem, absentiam, interuallum, vel defectum consensus, impediri valeat?*

68 *Stipulatio in quibus casibus fingitur interuenisse, quæ non interuenit.*

70 *Fiscus, & mulier pari passu ambulant, & quo casu mulier sit potior fisco.*

71 *Fiscus & ciuitas quo casu differant.* *Priuilegium tacitæ hypothecæ an ciuitas habeat in bonis eorum, cum quibus contrahit? 72.*

73 *Mulier licet habentibus tacitas hypothecas præferatur, habentibus tamen expressas, non. 74.*

75 *Renuncians exceptioni, vel illã remittẽs, donare videtur.*

76 *Confessio de dote recepta facta constante matrimonio, præsumitur donatio.*

77 *Clausula, Et renuntiauit condictioni indebiti, & sine causa, & in factum actioni, & omni legum auxilio: an aliquid proficiat?*

78 *Confessio adhærens facto principali, non valet, si factum principale non valeat.*

79 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quibus verbis opponi impediatur.*

80 *Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ facta statim in eodem instrumento, in quo fit confessio dotis, non valet.*

81 *Renũtiare exceptioni non numeratæ dotis, an quis possit?*

82 *Dos confessata an habeat priuilegium prælationis, vt in ea mulier præferatur exterioribus creditoribus? 84.*

83 *Beneficium si alicui competere cœpit ex alterius persona, vel facto, ab eo tolli non potest sine suo proprio facto.*

85 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntianti cum iuramento, quibus remedijs succurratur. 86.*

87 *Iuramentum interpositum super actu simulato non validat actum, nec ligat iurantem. 88.*

90 *Confessio dotis quando omnibus creditoribus præiudicet.*

91 *Dos esse non potest, vbi matrimonium non est.*

92 *Confessio facta de dote recepta à marito, an videatur facta animo donandi.*

93 *Donatio inter virum & vxorẽ regulariter prohibita est.*

94 *Priuilegium prælationis, quod habet mulier agens pro dote, an competat filijs ipsius mulieris, & an alijs hæredibus. 122.*

95 *Priuilegium prælationis, quod habet mulier, vt præferatur creditoribus in bonis primi mariti, an cesset ea nupta, & actualiter collocata in secundo matrimonio. 96.*

97 *Pater tenetur dotare filiam, quamuis sit actualiter nupta.*

98 *Maritus vxorem expellere potest, si pater sibi dotem non dedit, cùm vxorem sine dote habere non debet.*

99 *Mulier, inuito patre, potest se dotare de bonis patris.*

100 *Pater vbi filia haberet de suo proprio, an eam dotare teneatur de suo, & non de bonis filiæ. 102. 105. 106. 110.*

101 *Filius officio iudicis ex æquitate a patre alendus est.*

103 *Auus non tenetur dotare neptem suam, quam filius dotare potest.*

104 *Pater quòd non teneatur dotare filiam tantùm naturalem, quomodo procedat?*

107 *Protestatio facta per maritum, quòd nolit bona sua esse hypothecata pro dote, nihil operatur.*

108 *Protestatio facta per socerum, quòd nolit bona sua esse hypothecata, nihil operatur.*

109 *Protestatio ab his, ad quæ quis de necessitate tenetur, non releuat protestantem.*

111 *Pater expensas, quas facit pro filio studente, in dubio de suo facere videtur.*

112 *Pater filiam hæreticam, aut Iudæam, an dotare teneatur.*

113 *Mulier hæretica, vel Iudæa non habet priuilegia dotis.*

114 *Pater Iudæus, vel alterius sectæ filios, vel filias orthodoxos alere tenetur.*

115 *Mater an dotare filiam cogatur.*

116 *Pater egenus vel debitis inuolutus, an filiam dotare teneatur.*

117 *Pater an dotem filiæ ingratæ dare teneatur.*

118 *Pater filiam maritum vilem, & indignum accipientem, an dotare teneatur?*

119 *Pater filiam, eo contradicente, nubentem, an dotare teneatur.*

120 *Pater an filiam naturalem tantùm dotare teneatur?*

121 *Pater an filiam meretricem dotare teneatur?*

123 Priui-

123 Priuilegium prælationis, quod habet mulier in actione de dote, an cedi possit?
124 Actio de dote si nouetur, an in actione nouante intelligãtur repetita priuilegia huius actionis de dote nouatæ.
125 Mulier an in donatione propter nuptias priuilegium prælationis habeat, an verò priuilegium hypothecæ tacitæ.
126 Mulier si nihil soluat de dote promissa, an de donatione propter nuptias aliquid lucretur.
127 Statutum loquens in dote lucranda à marito, an habeat locum in dote promissa tantùm, & non data?
128 Actio de dote an nascatur tempore contracti matrimonij, an soluto matrimonio.
129 Præscriptio contra mulierem quando currere incipiat?
130 Pater dando dotem pro filia sibi actionem non quærit, nisi sibi stipulatione prospiciat.
131 Mulieri quando actio integra quæratur, si pro ea extraneus det dotem. 132.
133 Filia an agat ad dotem sine consensu patris?
134 Dos profectitia quæ dicatur?
135 Filia semel dotata, si dotem consumpsit, an denuò debeat dotari. 136.
137 Pater si assignauit filio partem suam vnde viuere poterat, & filius illam consumpsit, an deinceps illum alimentare teneatur?
138 Priuilegium prælationis ad dotem filiæ, an competat patri mortua filia.
139 Priuilegium prælationis an competat marito agenti ex stipulatu ad dotem?
140 Priuilegium prælationis an in sponsa locum habeat, & an in matrimonio putatiuo?
141 Libellus in actione ex stipulatu, quæ competit pro dote, qualiter formetur. 143. & 144.
142 Libellus generalis in actione de dote an procedat?
145 Libellus, quando mulier agit contra maritum, an necessariò concludere habeat: Peto eum condemnari in quantum facere potest.

§. FVERAT.

ISTVM §. ego diuido in quatuor partes principales. In prima ponit quomodo, & quare rei vxoriæ actio quæ olim pro dotibus competebat, hodie transfusa sit in actionem ex stipulatu. In secunda per modum illationis ponit quomodo ista actio ex stipulatu surrogatur in locũ rei vxoriæ actionis in effectu bonæ fidei, sicut erat illa rei vxoriæ actio. In tertia ponit aliud priuilegiũ, quod habet ista actio ex stipulatu, scilicet tacitæ hypothecæ. In quarta ponit aliud priuilegium, scilicet prælationis, vt in ea cæteris creditoribus præferatur. Secunda ibi: meritò rei vxoriæ, &c. Tertia ibi: sed & tacitam ei dedimus hypothecã. Quarta ibi: præferri autem alijs creditoribus.

Iste §. quamuis summatus fuerit cum præcedenti in genere, tamen in specie hoc dicit: Cùm rei vxoriæ actio, quæ olim pro dotibus competebat, esset bonæ fidei, & hodie omne ius suum transfusum sit in actionem ex stipulatu, sequit ꝙ actio ex stipulatu pro dote cõpetens est bonæ fidei. hoc primò. Et hęc actio ex stipulatu est etiã priuilegiata respectu tacitæ hypothecæ, & respectu plationis: vt cæteris creditoribus præferatur. hoc dicit secundò, & vltimò vsque ad §. in bonæ fidei.

1 † Pro introductione casus habent sibi ad euidentiam præmittere iuuenes, ꝙ antiquitus pro dote repetenda competebant duæ actiones, scilicet rei vxoriæ actio, & actio ex stipulatu: ut inquit glo. in rub. C. de rei vxo. actio. quæ actiones habebant ad inuicem communiones, & differentias. Et quæ essent propria vniuscuiusq; actionis, & quę communia, declaratur in l. vnica. per totã l. C. de rei vxo. act. Vnde Imperatori visum fuit vtilius has actiones resecare, & ad vnam solam reducere & ideo sublata illa rei vxorię actione, cùm esset plenior illa actio ex stipulatu, quicquid plus iuris fuerat in illa rei vxoriæ actione, in hanc actionem ex stipulatu transfudit, prosequendo ut hic habetis in litera, & d. l. vnica, in princ. & in §. sed & si non ignoramus.

2 † Quare aũt appellaretur rei vxorię actio potius quàm rei maritalis actio, cùm dos sit mariti, iuxta l. doce ancillam. cũ similibus. C. de rei vend. tangit Ioan. Fab. hic iuxta prin. & respondet, ꝙ ideo est, quia ista actio ibat ad repetendam dotẽ, quæ est proprium matrimonium mulieris, ut inquit Iurisconsultus in l. tertia. §. sed vtrum. in finalibus uerbis. ff. de minoribus. Vnde secundum eum, in his, quę tangunt iura nuptiarũ,
3 fit denominatio à muliere, & non à uiro: † & propterea secũdum eum, dicitur matrimonium, & non patrimonium. Vos autem aliter dicite, & melius, quare sit appellatum matrimonium, & non patrimonium, eam esse rationem, quam ponit Papa ad eum tex. in cap. ex literis. extra de conuer. infide. Puto etiam, ꝙ ideo appellata fuerit rei vxoriæ actio, eo ꝙ principaliter inuenta sit propter vxores ad repetendas earum dotes: quamuis postea etiam extensa fuerit ad maritos: & propterea meruit denominationem ab eo, propter quod principaliter fuit inuenta. Ad hoc inferunt ea, quæ statim dicam in secundo principali notabili, in illo articulo, quem tãgam, An sicut actio ex stipulatu, quæ competit uxori, est bonæ fidei: ita etiam sit bonæ fidei illa, quæ competit marito.

Notate primò ex hoc tex. ibi: pro ea introducta est, naturã bonæ fidei, &c. secundum Ioannem Fab. hic, in vltima columna, post subtilem Petrum de Bell. unum, ad quod, secundum
4 eos, iste §. quotidie consueuit allegari, † ꝙ actio surrogata capit naturam illius actionis, in cuius locum surrogatur: & consequenter, quòd actio surrogata in locum alterius, assumit sibi omnes illas qualitates illius actionis, in cuius locum surrogatur, Ita etiam in specie notatur ex tex. qui est idem: & hoc Cyn. & Bald. in l. vnica. C. de rei vxor. actio. §. primo. Sed certè iudicio meo, si quis voluerit subtilius rimari istum tex. & tex. in dicta l. vnica. §. primo. poterit saltem gratia disputationis dicere, quòd imò isti textus probant contrarium: quia si uerũ esset, quòd actio surrogata assumeret sibi naturam, & omnes qualitates illius actionis, in cuius locum surrogatur, certè frustratorium fuisset transferre omne ius, & omnem naturã cũ multis diuisionibus, &c. ut inquit tex. hic, & latiùs in d. l. unica. in princ. & in §. sed & si non ignoramus. quia satis fuisset sublata rei vxoriæ actione istam actionem ex stipulatu eius loco surrogare, si ex surrogatione omne ius, & omnem naturã assequebatur: nisi dixeritis hoc factum fuisse ad maiorem declarationem: quod tamen est multùm debiliter respondere, Quicquid sit, hæc est via brocardica, in qua, vt etiam inquit Ioannes Fab. hic, non reperitur fundus.

5 † De hoc tamen brocardo, an & quando surrogatum sapiat naturam eius, i cuius locum surrogatur, si vultis, pro rumpendo cerebro, uideatis Ioan. Fab. hic, in ulti. col. post Pet. de Bel. & plenissimè per Dy. in l. quod debitori. ff. de dona. causa mort. latissimè per Pet. de Bella Pert. & Cyn. in l. si creditori. post glo. ibi. ff. de leg. 1. & tex. in l. si eum. §. qui iniuriarum. vbi aliquid per Bar. ff. si quis cau. & ibi de hoc brocardo latè
a per Bal. a* & Ange. & uide omninò Bart. in eo latè distinguẽtem. in l. tertia. §. hęc actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit. quam distinctionem habuit per omnia à Pet. de Bell. in d. l. si creditori, quamuis de eo mentionem non faciat. Videatis etiam per Dyn. & Bal. in d. l. unica. §. j. habetur etiam de materia. in cap. ecclesia. il primo. extra ut lite penden.

Et hæc materia inducitur ad aliquas decisiones per Bald. & Ange. in dicto. §. qui iniuriarum. de quibus ibi uideatis per eos. Quas decisiones potuissem pro ampliatione presentis. §. huc afferre, nisi §. esset sua dote satis oneratus.

6 † Vnum tantùm nõ omitto, ad quod diligenter aduertite. quòd id, quod dicitur, actio surrogata sapit naturam eius, cuius loco surrogatur, debet intelligi de natura primordiali, nõ autem de ea, quæ superuenit ei casu, & accidentaliter: puta si actio cresceret ex post facto, puta per inficiationem, ut in lege Aquilia. certè hanc naturam incrementi, quæ accidentaliter

super-

superueniret, nõ separet actio in eius locum surrogata; quia non inest primæ actioni ex sua primordiali natura. Istud est, quod signanter dixit glo.no.in l.certi condictio. in princi. in glo.mag.in verbo, ex omni causa.ad si.ff.si cert.peta.quã Bar. ibi summè commendat, & mandat multùm notari. Et dicit quòd fortè alibi in iure non habetur ita benè. Et istud verbũ illius glo.reputat etiam esse singulare Bal. in dicta l. vnica. §. Primo: est bonus textus, quem glo. suprà scripta alleg. in l.itẽ veniunt.§.cùm prædixerimus.ff.de petitio.hæred.Bal. in l.secunda.C.de pact.inter empt.& vendi.& l.petens.in vltim. columna.C.de pact.

7 † In hac etiam materia surrogationis in locum alterius, videatis quod signanter voluit Bal.in l.parabolanos.C. de Epis. & Cleric.vbi per literam illius text. quem ad hoc reputat aureum, not.ibi Bal.ꝙ ille, qui est surrogãdus in locum alterius, debet esse eiusdem iuris, & conditionis, cuius est ille, in cuius locum surrogatur, & debet esse talis, qui à principio potuisset ad talem locum eligi. Quod, secundum eum, facit contra iudices, & assessores regni, qui quando recedunt ex prouincia, vt reuertantur domum, fortè ex aliqua causa necessaria, ponunt in locum suum vnum ciuem, vel aduocatum illius ciuitatis, vel terræ, in qua erat iudex, vel assessor, quòd non possunt: quia à principio surrogatus non potuisset eligi. & propterea, secundum eum, cùm surrogatio non teneat, non tenebit etiam aliquid, quod per eos factum fuerit. Ad quod vide Barto.in l.j.per illum tex.C.de princ.agent.præpo. in rebus. lib.12.vbi ex illo text.not. quòd quando aliquis vult aliquem sui loco surrogare, debet surrogare eum, qui sit sibi æqualis conditionis, & in moribus, & in scientia: & propterea, secundum eum, doctor non potest surrogare scholarem ad legendum, quamuis sit sufficiens: vt ibi per eum.
8 † Videatis etiam Ang.post gl.j.in l.stipulationes cõmodissimũ.& Ang.& Imo. in l.continuus.§.si ab eo.ff.de ver.oblig. & quod notat Barto. post glo.in l.j.C.de mancipijs & colo.patri.lib.11. contra colonos, qui faciunt cultiuare, seu putare arbores, vel vineas vel arari terras per ineruditos colonos, & ex hoc prædia efficiũtur deteriora, ut ibi per eum.

9 † In hac etiam materia surrogationis in locum alterius, videte etiam Barto.in l.si quis filium.in fin.princ.C.de inoffi. testamen.in iure agendi ad supplementũ legitimæ, quod surrogatum est in locum querelæ. Videatis etiam in materia, quod not.Bal.in l.fina.C.si mancipium ita fuerit alien. vbi ponit de Episcopo, qui succedit in executione testamẽti in locum executoris ordinati à testatore, qui fuit negligens, & cessauit in executione per annũ, an talis Episcopus debeat seruare formam impositam à testatore executori per eum ordinato. Videe etiam in materia, quod not.dixit Bald.in l.fin.in octaua colum... C.vnde cognati.quod si per statutum sit assignatum certum tempus capitaneo, quod non sit assignatum Potestati, & aliquo casu Potestas sit surrogatus in locum capitanei, an teneatur obseruare tempora assignata capitaneo, in cuius locum est surrogatus.

10 † An autem si passagium debeatur alicui ponti, qui fuerit destructus, & postea mutatus, ac renouatus, an idem passagiũ debebitur nouo ponti, tanquam loco primi surrogato? Ponit no.Bal.in l.3.C.de priui.fisci.Ad quod etiam faceret qđ idem Bal.not.in l.secunda.in 17.quæst.C.de serui. & aqua. & quod no.Bal.in leg.si plures.in 5.colum.C.de condi. insti.

11 † Secundò principaliter notate ex hoc text.ibi: meruit, vt bonæ fidei sit, quòd actio ex stipulatu pro dote competẽs, est bonæ fidei. Ad idem tex.in dicta l.vnica.§.sed & si non ignoramus, hic alleg.in glo.parua.in ver.meruit.

Iuxta istud notabile dubitat Ioan.Fab.hic, in 2. col.nunqd quemadmodum actio ex stipulatu pro dote competens, est
12 bonæ fidei, vt hic, † eodem modo ipse contractus matrimonij sit bonæ fidei. Et dicit videri ꝙ non, cùm dolus dans causam contractui matrimonij, ipsum non vitiet ipso iure. Allegat ad hoc tex.qui mihi nihil facit, in capitulo, veniens. extra de conuers.coniugato. & tamen dolus dans causam contractui bonæ fidei, annullat ipso iure ipsum contractum.l.& eleganter.in prin.ff.de dolo.tamen, secundum eum, durũ est dicere, quòd actio de dote sit bonæ fidei, & non ipse contractus; nihil aliud dicit.

13 † Ego teneo ꝙ cõtractus matrimonij sit bonæ fidei. Nec obstat argu. Ioan. Fab. ꝙ dolus dans illi causam, non vitiat ipso iure: quia respõdebo ꝙ imò vitiat distinguendo, ut no.distinguit Bald. in leg. cùm Archimedoram. vel vlterius quæro de tali quæstione.C.ut in poss.lega.quem etiam retuli in §.proximè præcedenti in glo.mag. in secunda parte principali. supr. eo, dum ibi opportunè & latè tetigi, quando dolus dans causam contractui bonæ fidei, reddat ipsum contractum ipso iure nullum: & ibi etiam tetigi quid de dolo dante causam matrimonio.ibi uideatis.in 5.& 6.col.

14 † Supra scriptum notabile, quòd actio ex stipulatu pro dote competẽs est bonæ fidei, clarissimè procedit ex parte uxoris agentis ad repetendam dotem. Dubium ergo est, quid de actione ex stipulatu, quæ etiam competit marito ad cõsequẽdam dotem, an illa etiam sit bonæ fidei. Omissis oppositionibus Pet. de Bella Per.& Iacob.de Are.relatis per Ioan.Fab. hic, i 2.columna, dicite, paucis, quòd sic, quòd eodem modo actio ex stipulatu competens marito, siue contra vxorem, siue contrà patrem vxoris, siue etiam cõtra extraneum, qui dotem promisisset, semper est bonæ fidei. Et ita in terminis tenet gl.fin.in l.de diuisione.ff.solut.matri. & ibi istud idem firmat Barto.& alij doct. Idem etiam tenet Pet.& Cyn.in dict. l.vnica.§.sed & si non ignoramus: quia non reperitur quòd ex vno cõtractu actio sit bonæ fidei ex vna parte, & ex alia sit stricti iuris: ut ibidem per eos, quamuis cõtrarium teneat, & malè, glo.mag.in versi.nec cogitur ante mediũ.in l.2. ff.sol. mat. quam secutus est Iac.de Are.in d.l. de diuisione. & in hoc §.
15 nostro.sed non benè. Est tamen verum † quòd actio ex stipulatu, quæ competit extraneo ad repetendam dotẽ, quam ipse dedit, est stricti iuris, & non bonæ fidei: quia illa non competit à lege extraneo, prout ista competit viro & vxori: & opus est quòd illam extraneus sibi acquirat ex propria, & expressa stipulatione.d.l.vnica.§.accedit.& l. auia. C. de iure do. & ꝑ consequens non ex stipulatu, de qua loquitur §.noster.& d.§. sed & si nõ ignoramus.quæ est bonæ fidei. Et ita fatetur Bart. & doct.in l.de diuisione.& ita soluant gl.in d.l. 2. & Iaco. de Aret.suprà relatus. Et ita per omnia tenet etiam Ioann. Fab. hic.in 2.col.& Ange.in 4.colum. in gloss. in uerb. meruit. & Nic.de Neap.in prima col.ad fin.in apost.ad tex.

16 † Hinc sumpta occasione, quia actio illa ex stipulatu, est bonæ fidei ex utraque parte tam mariti, quàm vxoris, & cõsequẽter in ea currunt vsuræ, prout & in alijs actionibus bonæ fidei à tempore moræ, & ex utraque parte tam mulieris, quando dotem non præstat, quàm mariti vel eius hæredum, quando dotem non restituunt soluto matrimonio. Et est tex. in specie in l.in insulam.§.vsuras.ff.solu.matrimo.& ibi Bart.& doctor.examinat impertinenter Ange. hic. Nunquid tales vsuræ debeãtur, & peti possint, etiam de iure canonico: quod est
17 utile scire, † cùm in talibus, in quibus agitur de peccato, stamus iuri canonico, etiam in foro ciuili, iuxta not.in capi. j.& 2.cum simil.extra de noui oper. nunt. Verùm quia articulus iste huc trahitur extrauaganter per Ang. ideo me remitto ad eum, qui satis benè examinat. Vltra tamen eum addo vobis plerasque opportunas remissiones, quæ uobis sufficient. Videatis ergo principaliter Bartolum in dicta l.in insulam. §.vsuras.& ibi Rapha. Cumanum insurgentem distinctioni Barto.& ibi latissimè vltra omnes per Ioan.de Imo. quorum omnium scripta, & opiniones refert particulariter Ang. de Aret. hic. Videatis etiam principaliorem tex.de Mundo.in cap.salubriter.extra de vsu.& ibi Inno.Ioan.And.& alios & text. in c. conquestus.cum ibi plenè traditis per gl.& doct.in eo, tit. ex-
18 tra de usur.& ibi gl.magistra. enumerat cõplures casus, † in quibus usuræ permissæ sunt etiã de iure canonico. videatis ẽt Cyn.Bal.& Sali.in d.l.vnica.§.exactio.Bart.in l. at qui natura. §.non tantum sortem.ff.de nego.gest.& in consilio suo incip. Franciscus uxorẽ quandam nominis Thomasiam. & l.si constante.§.quoties.ff.solu.matrimo.Bal.in Auth.ei, qui 15.colũ. C.de bon.autho.iudi.pos.Bal.& Imo.in l.diuortio.ff. sol. ma. in princ.Ange.in l.Titia.ff. de solu. Et de quibus vsuris, & de qua quantitate loquatur, & intelligi debeat text. sic simpliciter locutus in d.c.salubriter. recurratis ad Bal.notabiliter loquentem in l.fin.§.præterea.in 3.col.C.de iur.dot.Imo.in dicta l.diuortio.in prin.ff.soluto matrimonio.

19 † An

19 † An autem ualeat statutum, quòd pro dote soluantur vsu-
b ræ ad rationem de decem pro centenario, ponit b Bald. in di
cta l.fin.§.præterea.in tertia col. C.de iure dotium. & ibi sin-
gulariter tenet quòd sic: cuius cõtrarium tenet Ioan.de Imo.
& communiter alij doct.in dict.leg.in insulam.§.vsuras.ff.so
lu.mat.& Ange.de Aretio hic, qui dicit ꝙ consuetudo, quæ ui
get in ciuitate Bononiæ, quòd pro dote soluantur septem pro
centenario, nõ est bona, nec seruanda, quia est in fraudẽ vsu-
rarum, & cõsequenter ius diuinum: ut hic per eum. Ad quod
videatis quod signanter valde dixit Bal.in Auth.ad hæc.in se-
cunda col.C.de vsur. ꝙ leges uel statuta, vel consuetudines,
quæ permittunt vsuras etiam uno numo tantùm, non sunt li-
citæ, per text.in cle.ex graui.extra de vsur. Imò secundum eũ,
talia statuta sunt delenda de libris Cõmunitatum: & iudicã-
tes secundum ipsa sunt excommunicati: & secundum eũ, te-
nentes contrarium sapiũt hæresim: ut ibi per eũ, & in l.2. eius
dem titu.C.de usuris. & in rubrica extra de iudi. in antiquis.
Accedat etiam quod in simili tangit singulariter Bar.in l. si fi
nita.§.Iulianus.ff.de dam.infect.in fina.col.in uersi. quæro v-
trùm missus ex primo decreto faciat fructus suos, &c. dum tã
git, an valeat consuetudo, & consequẽter statutũ, ꝙ missus in
possessionẽ ex primo decreto, faciat fructus suos, de quo ibi
per eum, & per Salicetum, & Floren.in Auth.ei, qui.C.de bo.
auth.iudic.poss.& Bald.in l.acceptam.in 18.q.C.de vsur.
20 † Quando autẽ incipiant currere usuræ pro dote non solu-
ta marito, ex cuius parte usuræ tantùm permissæ sunt, etiã de
iure canonico secundũ magis communẽ opinionẽ, de qua in
locis suprà allegatis proximè dicit Ange.de Are. hic, ꝙ post
biennium a die ductionis vxoris ad domũ mariti, & non an-
tè: quia antè nec usuræ, nec alimẽta pro dote, quæ uice usura
rũ vulgò appellãtur, debentur marito: per lapsum aũt biẽnij
contrahitur mora irregularis. Text. est de hoc multũ notabi-
lis, quẽ Ange.de Are.hic reputat ad hoc singularem, in l.fi. §.
præterea.C.de iur.do. Et hoc dicit ipse Ange.esse ad practicã
perpetuò notandum. Addo quòd contrariũ tenuit glo. in l.de
diuisione.in glo.fin.ff.solu.matr.quæ vult ꝙ imò mulier, quæ
dotẽ promisit, teneatur ad vsuras, & fructus ex die contracti
matrimonij, non expectato lapsu biennij. Quã gl. licet impu-
c gnarent doc.antiqui Iaco.de Arẽtio Pe. c* & Cyn. per text. in
dict.l.fin.§.præterea.tamen Barto.in dict.§.præterea. saluat il
lam glo.duobus modis. Primò ut dict.§.præterea.loquatur in
extraneo dãte dotem, qui nõ constituitur in mora quo ad fru-
ctus, & usuras, nisi elapso biennio: secus autem sit in ipsa mu
liere dante dotem, quę statim constituitur in mora à die con
tracti matrimonij. Vel secundum Barto.posito, ꝙ dict. §.præ-
tereà. loquatur etiam in muliere dante dotẽ, potest intelligi
ut procedat quo ad hoc ut mulier teneatur ad vsuras maio-
res, secundũ dispositionẽ illius legis, ut ibi per Bart. & per eũ
dem in d.l.diuisione.ff.solu.matri.& ibi latissimè per Moder.
Et quamuis cum saluatione Bar. suprà relata teneat Bal. in d.
leg.fina.§.prętereà.in penul.col.versic.reuoco in dubiũ: pone
ꝙ mulier, &c. ubi hoc latè examinat usque ad finem illius §.
tenet contrarium per aliquas rationes, de quibus ibi per eũ.
Quib.omnibus particulariter respondet Ludo.Roma. in d.l.
de diuisione.ubi tenet cum Barto.& eum defendit. Intelligi-
te tamen quod dictum est de biennio sanè, quando aliàs non
fuisset dos promissa ad diem certam: aliàs autem si promissa
fuisset ad diem certam, tunc esset expeditũ quòd eius lapsus
induceret moram irregularem.leg. magna. cum vulga. C. de
contrahen.& commit.stipul. Et in terminis nostris ꝙ dies cer
ta interpellet, est expressum in dicta l.unica.§.exactio. quã ibi
Bal.no.ad hoc. Vnde ab eo die inciperent currere usurę, si ma
ritus interim sustineret onera matrimonij.
Item intelligite quod dictum est de biennio, nisi aliàs inter
cessisset iuterpellatio mariti, iuxta l.si ex legati causa.cum ibi
traditis.ff.de uer.obli.quia tunc etiã à die interpellationis in-
ciperent currere usuræ. Et in istis duobus casibus non esset o-
pus expectare biennium, & sic moram irregularem, cùm ha-
beamus regularem, ar.notatorum in leg.in prouinciali. §.j.ꝑ
Barto.& alios.ff.de no.ope.nun. Et hoc etiam ponit, & sequit
Angel.de Aretio hic. Supra scripta omnia tam de lapsu bien-
nij, quàm diei certæ, seu interpellationis factæ à marito, qui-
bus casibus incipiant usuræ currere, ut prædixi, limitat singu
larissimè, & suprà omnium æstimationem, Bald. in quodam
suo consilio incipiẽte, in Christi nomine Amen. post bienniũ
à die ductionis, &c. nisi posteà fuerit omissa petitio talium v-
surarum longo tempore, scilicet decem annorum, quia tunc
dictæ usuræ, uel alimẽta pro dote per maritum petita nõ fuis
sent, iuris intellectu tacitè præsumuntur remissa, ita ꝙ pro ꝑ-
terito tempore peti non possunt. Alleg.ad hoc Bald.casum in
terminis valde singularem in l.cùm quidam.§.diuus. ff.de v-
suris.ubi formaliter inquit Iurisconsultus, Longi temporis in
teruallũ, per quod præteritas vsuras petere omisisti, ut apud
debitorem tuum gratior esses, indicat te amplius eas non pe-
tendas putasse. Et hoc dictum esset literis aureis scribendum,
quia est quotidianum, & summè utile. Pro quo dicto etiam sa
tisfacere uidetur tex.in l.uir usuras.ff.de dona. inter uirum &
d uxor.& ibi Bart. in summario, d * qui dicit illum casum not.
& quod etiam ibi Salic. Istud singulare dictum Bal. multùm
commendat Ang.hic, in 10.columna, sed posteà in col. sequ.
istud impugnat, & dicit ꝙ contrarium cõsuluit in cõtingen-
tia facti: quamuis subijciat ꝙ non reperiat illud ab alio tactũ.
Motus non alio fundamento, nisi quia non reperitur iure cau
tum. Et ad dict.leg.cùm quidam.§.diuus. respondet Ang. de
Are.hic, ꝙ loquitur in usuris, quæ sunt odiosæ: ut habetur in l.
quarta.& in l.cùm allegas.C.de usuris. Ergo sunt restringen-
dæ, & faciliter præsumuntur remissæ, argu.regula odia. de re
gulis iuris in sexto.& l. cùm quidam. ff. de liberis & posthu-
mis. Et licet alimenta dicantur debita marito pro suo interes
se, & fauore sui, cùm sustineat onera matrimonij. l. pro oneri
bus.C.de iure dotium.& ideo non ita faciliter, nec tam bre-
ui tempore debent præsumi remissæ.
21 † Item secundum eum, in usuris debitis marito pro dote
maritus tractat de damno uitando: hinc est ꝙ nunc permissæ
etiam sunt de iure canonico: capi.salubriter. extra de usuris.
& dixi suprà latè, & in alijs usuris, quas prætendit alius credi
tor, puta mutuans tractat de lucro, & ideo de lucro ad dam-
num non est bona argumentatio.leg.fin.§.& si præfatam.ver
sic.sin uero creditores.C.de iur.delib. ideo non tam breui tẽ-
pore debet præscribi posse usuris debitis marito, sicut ꝑscri-
bitur in alijs usuris, per dic.leg.cùm quidam.§.diuus. Ad leg.
uir usuras.suprà allegatam, quæ certè non multùm stringit,
respondet hic Angel. multipliciter: primò quòd ibi maritus
expressè liberauerat uxorem ab eo, quod sibi debebat per do
nationem, quæ postea cõfirmata fuit morte: ut ibidem tenet
glo.in uersi.donationibus. cum qua transit ibidem Sali. vnde
nil mirum si ibi usuræ amplius peti non possunt, quarum pe-
titio sublata est non solùm tẽpore, sed donatione expressè fa
cta. Vel aliter respondet Ang.de Aretio, quòd ibi non dicitur
de cursu decem annorum, sed dicit simpliciter tex.quòd non
petijt usuras: & sic non dicit, quanto tempore steterit ad non
petendum usuras: unde fortè plus quàm decem anni transi-
uerunt. & ideo nil mirum si sibi sublata fuerit petitio usura-
rum: ut l.omnes.cum similib.C.de præscrip.triginta annorũ.
Sed audite, iudicio meo, pro illo singularissimo dicto Bal.
multum & ineuitabiliter stringit tex.ille in dicta l.cum quidã.
§.diuus.& solu.Angel.de Aretio.ad illum textum est multùm
debilis: tamen si casus in facto cõtingeret, ego tenerem & cõ
sulendo, & iudicando contra illud dictum Bal. quòd imò ẽtsi
sit lapsum decennium, tamen nõ sit præscriptum quo minus
maritus possit petere usuras præteritas. Moueor per regulam
22 vulgatam, quę habet † quòd actionibus personalibus nõ prę
e scribitur e minori tempore triginta annorum.l.si quis emptio
nis titulo.& l.sicut.& l.omnes.C.de pręscrip. triginta uel qua
draginta annorum, siue dicamus tales usuras petendas esse
à marito iure actionis, siue etiã dicamus quod peti nequeũt
iure actionis, sed officio iudicis, secundum quod tenet, & qđ
declarat Imola in l.insulam.§.usuras.ff.sol.matrim.quem re-
fert & sequitur Ange.hic, in septima columna, & dicit esse no
tandum ad practicam: quia in hoc frequenter erratur in actu
practico: quia adhuc habeo intentum, cum officio iudicis nõ
pręscribitur minori tempore triginta annorum: ut est gl. quę
vulgo reputatur singularis, in l.sicut.in uersicu. persecutione.
C.de præscri.triginta, uel quadraginta annorum. quam Bal.
ibi dicit non haberi alibi in iure. & eam etiam dicit singula-
rem Bald.in leg.prima.in secunda columna.C. de execut. rei
iudica.

iudica.sed habet glo.consociam, loquentem tamen per verbum dubitatiuum, fortè, in leg. querela. in gloss. prima, C. de fal. ponit not. Barto. & ibi hoc limitat in l. prætor ait. §. fin. ff. de operis noui nuntiatio.

Ad d.l. cùm quidam. §. diuus. quamuis multum stringat vltra solu. Ange. suprà relatã, quæ mihi debilis videtur, possum respondere ꝙ ibi tex. non loquatur de decennio: nam quamuis dicat de longo tempore, quod regulariter interpretatur decem annorum, vt no. gloss. in rub. C. quæ sit long. consue. & glo. in l. de quibus. in glo. in uersiculo, inueterata. ff. de leg. & glo. in §. ex non scripto. in gl. in vérbo, diuturni. supra de iure naturali. gent. & ciuil. & alleg. leg. sed cùm fideicommissaria. §. Aristo. ff. qui, & a quibus. tamẽ ibi vario modo intelligitur. nam glo. prima ibi super versicul. temporis. intelligit de tempore triennij, uel quinq; annorũ. Cy. uerò in l. aduersus. C. de vsur. post Petr. tenet illud tempus relinqui arbitrio iudicis, tãquam tempus indeterminatum. Ista tamen solutio non est tuta, nec placet mihi. Vnde aliter respondeo ad d. §. diuus. tenẽdo quendam peregrinum intellectum Iaco. But. ibi ad illum tex. quem refert fuisse Hugo. glo. antiqui secundum quem ille tex. de directo faceret contra Bald. & iste intellectus satis applaudit illi literæ, videlicet ꝙ ibi non allegaretur solum tempus decennij vsurarum non petitarum, sed etiam quoddã indicium de remissione vsurarum: nam, vt ibi inquit text. ideo non petierat vsuras, vt debitori gratior fieret: & sic ibi nõ ex solo lapsu decennij erat sublata actio ad vsuras debitas, sed etiam ex remissione vsurarum insurgente ex eo ꝙ creditor vellet gratior fieri debitori, & forte quòd illud dixerat debitori, quod tamen diuinat. Aliàs secundum ipsum Iac. Bu. non possemus dicere quòd tam modico tempore triẽnij, vel quinquennij, vel etiam decennij fuisset præscriptum illi actioni personali ad usuras: cum personalib. actionibus, vt dixi suprà non præscribatur minori tempore triginta annorum. Cogitabitis tamen circa intellectum illius tex. quia non possum inficiari, prout etiam suprà dixi, quin mihi multum stringat, ꝑ d. Bald. suprà relato.

f f* Restat vt successiuè iuxta hic d. per Ang. examinantem vobis, an si solutum sit matrimonium morte mariti, & dos cõsistat in pecunia numerata, vel in alijs reb. mobilib. quo casu

g debet restitui intra annum g ante tamẽ lapsum anni hæredes mariti cogi non possunt ad restituendam dotem. leg. vnic. §. exact. C. de rei uxo. act. nunquid intra illum annum post solutum matrimonium debebit mulier ali ab hæredib. mariti. In quo. ut paucis rem absoluam, communis opinio. habet quòd interim sit alenda mulier, si non habet aliunde vnde se alat: quicquid tenuerint Vltramontani contra hanc opinionẽ insurgentes. De quo vide glo. in l. diuortio. in princ. in glo. in verbo, facto. & ibi Bar. & Bal. Ange. & Imo. & reliquos scribẽtes, ff. sol. matri. & glo. latiùs, ꝗ alibi, hoc examinantem in d.l. vnica. §. exactio. in ver. restituendis. & ibi per Cy. Bar. Bal. & alios doct. & glo. in l. pen. in glo. fin. in verbo, vxor. ver. final. ff. vt in poss. leg. Cyn. & Bal. in l. fin. C. de bon. ma. Spec. in titu. qui filij sint legiti. §. istis. ver. nunc dicamus. & Ange. hic: videatis etiã

24 Ang. in l. Titia. ff. de sol. volentẽ quòd † quamuis usuræ sint de iure canonico prohibitæ ex parte mulieris, secundum magis communem sententiam, de qua in locis suprà traditis, tamen si mulier non potest aliunde se alere, potest petere vsuras loco alimentorum: maximè si est intra tempus luctus, cùm videatur adhuc deseruire communi matrimonio: Motus per tex. in d.l. Titia. qui tex. indistinctè loquitur, & videtur amplius velle, ꝙ etiam idem sit post annum. Cogitabitis tamen: quia text. ille loquitur de iure ciuili: & aliud est de iure canonico circa has vsuras. per suprà scripta.

Hanc communẽ opinionem, quæ habet vt intra annũ mulier alenda sit ab hæredib. viri, si aliunde non habeat vnde se alat, limitabitis non procedere, quando hæred. viri vellet incontinenti soluto matrimonio restituere dotem non expectato lapsu anni: Quod facere possunt, eo quia dilatio illius anni fuit inducta in merum fauorem hæredum mariti: argu. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de legatis secundo. ergo ei renuntiare possunt per vulgatam reg. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Certè tunc non tenebuntur præstare alimẽta vxori. Ita signãter tenuit Bal. in Auth. & qui iurat. col. 14. ver. quæro, ponè mulier missa est in possessionem. C. de bo. auth. iu. poss. &

h refert etiam. & sequitur Ang. hic. h.

25 † Secundò singulariter limita, & alij hoc non ponuntur, videlicet quòd mulier intra annum sit alenda ab hæredibus viri, procedit ea durante in viduitate; aliàs non. Ita Cyn. & Richar, Malum. in l. fin. C. de bon. mater. quos refert, & sequitur Ang. in d.l. diuortio. in princ. ff. soluto matrimonio. Allegat ẽt ad hoc l. Titia. ff. de solu. Est verum ꝙ Bald. in dicta l. diuortio. aliter dicebat. Hunc passum, cùm expedierit, uideatis latè notatum per Ioan. de Imol. ibi.

26 † An autem post lapsum annum, intra quem hæredes mariti debebant dotem soluere teneantur adhuc vxorem alere? Videbatur prima fronte ꝙ sic: quia si intra annum, intra quẽ hæredes mariti nunquam dicuntur in mora, per dictam l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. act. tenentur alere mulierem quando non habet aliunde, vnde se alat, per suprà scripta: quantò fortius debebunt teneri post annum, quo elapso dicuntur in mora constituti absq; alia interpellatione, vt suprà dixi? Hoc non obstante concluditur magis communiter contrarium, ꝙ post elapsum annum nullo modo mulier nec alimenta, nec aliud quicquam percipere possit ab hæredibus mariti: quia censetur lucrum vsurarum; quod est prohibitum. cap. quia in omnibus. extra de vsu. eo quia mulier debet sibi imputare, qa non repetit dotem, cùm lapso anno dilatio data à lege hæredibus mariti, sit tũc fin ta. d.l. vnica. §. exactio. & mulier possit agere non obstante sibi aliqua exceptione. Et ita tenuit Innoc. in capit. salubriter. in fi. extra de vsur. & sequitur ibidem Imo. Cuius cõtrarium tenuit Bal. in d. Authen. ei, qui. in vers. quæro, mulier est missa in possessionem. & idem Bal. in dic. l. vnic. §. exactio. Ipse verò Imo. in d. leg. diuortio. distinguit, ꝙ aut mulier habet vnde se alat: & tunc non debentur alimenta post annum eadem ratione, sicut nec debentur intra annum soluto matrimonio. aliàs secus, si modò aliàs nõ potuit ei imputare quare non exegit: vt ibi latius per eum Et sequitur Ange. hic. qui propterea adhibet cautelã, quòd finito primo anno mulier, quæ habet vnde se alat, repetat dotem suã, & protestetur, & instet, & sic cõstituat hæredes mariti in mora: quo casu interesse suum saltem officio iudicis petere poterit: cùm actio de dote sit bonæ fidei: vt hic latius per eum. Mihi magis placet indistinctè prima opi. suprà relata, quòd post annum & si mulier non habet vnde se alat, non tamen alenda sit ab hæredibus mariti, cùm semper sit quid sibi imputetur, quare dotem non petierit, cùm possit nihilo sibi obstante, quod nõ est intra annum. Faterer tamen ꝙ si hæredes post annũ interpellati different soluere quod hoc casu alimenta peti possunt per ea, quæ supra dicta sunt.

27 † Ad id autẽ quod dixi suprà, ꝙ soluto matrimonio si dos consistat in pecunia, vel in alijs rebus mobilibus, quòd hæredes mariti non tenentur incontinenti restituere, sed tantùm elapso anno: quę fuerit ratio, & causa huius dilationis annalis, ponit Barto. post antiquos, quos ipse ibi refert in l. diuortio. §. interdum. & ibi Bald. & alij. ff. sol. matri.

28 † Quod limitauit singulariter Ang. post alios doctor. ibi in §. si. in Auth. de fideius. vt locum nõ habeat in mercatore, seu

i campsore i, vel alio homine pecunioso: quia isti tenentur statim dotem soluere, non expectata dilatione anni: motus per illum tex. cum glo. in verb. moderno. vbi campsor pro alio fideiubens potest conueniri antè quàm conueniatur reus principalis: & sic non habet beneficiũ Auth. ꝓsente. C. de fideiuss.

Ego in terminis nostris teneo contra hanc limitationẽ Ange. ꝙ imò ista dilatio anni ad soluendam dotem competat ẽt cuicunque mercatori, & cuicunque pecunioso. Et pro hoc allego Bart. qui istud tenere videtur, licet non multum clarè in d.l. diuortio. §. interdum. vbi contra Iaco. Cyn. & Rof. per eũ ibi relatos videtur tenere Bart. ꝙ si maritus esset diues, & haberet pecuniam præ manibus, tamen non posset statim cogi restituere, imò debet expectare tẽpus anni. Et istud idẽ scilicet quòd maritus licet possit incontinẽti restituere spõtè, nõ tñ possit arctari incontinenti ad restituendum, firmat apertè Bal. vbi per multa hoc cõprobat in d. §. exactio. quãuis dicat de hoc esse maximã quæstionẽ inter doc. & ita tenent cõiter doct. in d.l. diuortio. §. interdũ. reprobata opi. Cy. cõtrariũ tenẽtis. & malè, in d. §. exactio. De quo ẽt vide Iaco. de Belui. in d.l. vnica.

d.l.vnica.§.fructus.C.de rei vx.act.& Paul.de Castr.in d.l.diuortio.§.non solum. vbi saluat opi.Cy. vno casu, de quo ibi per eum.De quo etiam vide late per Nic.de Neap.hic, in 4.q. extra glo.vbi refert multorum opin.hincinde,& eorum varia fundaméta,& finaliter tenet idem quod ego supra tenui post Rayne, de Forli.hic,& Iac.& Pet.in d.l.vnica.§.exactio.

29 † Tertiò principaliter notabat ex hoc tex.ibi:sed & tacitam ei dedimus hypothecam.Angel.de Aret.hic, & iudicio meo, multum iuridicè,quòd actio ex stipulatu pro dote, etiãs expressè non interponatur,præsumitur tamen tacitè à iure. Ex quo,secũdũ eũ, habemus notare ꝙ aliquãdo lex præsumit stipulationem,quæ non interuenit.Hoc notabile est verum in se vt videbimus infrà in gl.in ver. transtulimus: sed nullatenus potest colligi ex hoc tex.qui nullatenus loquitur de tacita stipulatione,sed de tacita hypotheca: vnde ista sunt multùm diuersa,quòd à lege intelligatur tacita hypotheca, vt dicit text. noster, & præsumatur tacita stipulatio: quod nullatenus hic dicitur,sed benè in d.l.vnica.in prin.C.de rei vx.act.

30 † Vos ergo quartò principaliter notate ex hoc tex.in suprascriptis verbis:sed & tacitã ei dedimus hypothecam. ꝙ ista actio ex stipulatu, habet etiam priuilegium tacitæ hypothecæ:& consequenter quòd bona mariti sunt tacitè hypotheca ta mulieri agenti actione ex stipulatu ad repetendam dotẽ: vt hic,& l.vnica.§.& vt plenius supra alleg.& l.assiduis.C. q po.in pig.habe.& ibi Barto.in 1.no. Quod intelligit glos.nostra hic parua super ver. hypothecam. procedere ex vtraque

31 parte,† tã mulieris ad repetendam dotem, quàm etiã ex parte viri ad illam consequendam:per tex.in dicta l.vnica. §.j. & ibi hoc dicit tex.in vers.ex vtraque parte.Accedat quod supra dixi in 2.no.in illo puncto,An sicut actio ex stipulatu pro dote est bonæ fidei ex parte mulieris, ita etiam sit bonæ fidei ex parte mariti.

32 Et aduerte,† ꝙ intantum maritus dicitur tacitè habere hypothecata bona vxoris, quòd ista tacita hypothec. competit etiam pro euictione dotis quando dos fuisset euicta à marito.tex.est in dicta l.vnica.§.primo.in ver.vel reb.dotalib.euictis.& ibi.no.Bart.illum tex.ad hoc, quod limitant ibidẽ Bar. & Bal.post gl.ibi:& dicunt esse intelligendum secũdum text. in l.prima,cùm glo.magistra.& signanda super verbo, in fa-

33 ctum.C.de iu.dot.vt ibi habetis, † an, & quando dãs dotem teneatur de euictione: quia aut dos incipit a promissione, & tunc dans dotem tenetur de euictione.Aut a traditione:& tũc secus:vt ibi latiùs habetur.Et traditur in simili in donatione, an,& quando donans teneatur de euictione, in leg. Aristoteles.§.fin.vbi est tex.& ibi per glo.Bar.& alios.ff. de donat. Et in terminis nostris recurratis ad latè tradita per Bal. in dict.l. j.C.de iu.do.vbi latissimè ponit hanc materiam,An & quando dans dotem teneatur de euictione. De quo etiam videatis

34 aliquid per Ange.hic.Et vnum in hac materia notate,† quòd mulier non tenetur aliquo casu de euictione rei dotalis, si maritus fuit sciens rem esse alienã, nisi expresse promissa fuerit euictio text.est in leg.si a matre.cum glo.in versicul.nullam. C.de iure dot.

35 Item diligentissimè notate † ꝙ in donatione facta à patre filio,aut filiæ,nõ habet locũ euictio.Istud est,quod voluit singu.Bald.in Auth.ex testamento.in 2.col.ad fin.C.de colla.

36 Nunquid autem extraneus, qui dedit dotem pro muliere, & pactus est illam sibi restitui,iuxta l.vnicam. §. accedit, supra alleg.habeat istam tacitam hypothecã:determinat Ang. de Are.quòd non,per hunc tex.vbi secũdum eum, videtur casus de hoc:& idem tenuit ante eum Dyn.hic,in quarta colũ. & Bal.hic,& secundum quod refert Ange.hic,idem etiam tenet Sali.in dicta leg.vnica.§.primo. in versi. item quæro si extraneus,&c.& dicit Ange.de Aretio,hoc esse benè notandũ: quia in materia ista omnis ille dicitur extraneus, qui non habet mulierem in potestate:vt est tex.in l.vnica.§. extraneum. Et idem etiam,scilicet,quòd hoc priuilegium tacitæ hypothecæ non competat extraneo, tenuit Ioan.de Plat.hic, in 3. col. qui etiam refert ita tenere Salic.s.in dicta l.vnica. §. primo.

Ego sine dubio aliquo cõtrarium teneo, & credo ꝙ isti patres vehementer errẽt: quia imò etiam extraneus habet istud priuilegium tacitæ hypothecæ: & istud probat cõtra eos tex. noster.quem ipsi pro eis allegant: qui enumerando duo priuilegia.competentia actioni ex stipulatu pro dote,scilicet priuilegium tacitæ hypothecæ, & priuilegium prælationis, dicit ꝙ priuilegium prælationis,solius mulieris prouidentia induximus:ergo vult secus esse in priuilegio hypothecæ.Præterea & fortius,secundum Barto.in leg.prima,in fin.j.col.ff.sol.ma. hanc partem probat istemet tex.noster in fin. vbi ponitur dictio aduersatiua Aut, quæ innuit quòd quamuis priuilegium prælationis soli mulieri competat, tamen hypotheca tacita transeat ad omnes,& omnibus competat.Sed non eundo per mendicata suffragia, pro hac parte est text. apertus in dicta l. vnica.§.& vt plenius.versi. siue aliæ pro his personæ. & hanc partem firmat Barto.in dicta l.j.in fin.j.col.ff.sol.matr. & idẽ etiam tenet ipse Bar.in repe.l.post dotem.in 6.quæstione principali.ff.soluto matr.vbi tenet quòd priuilegium datum doti, quod meretur executionem à lege vel homine,prout est hoc priuilegium tacitæ hypothecæ, transit ad quemcunque etiãs iret,(vt verbis suis vtar) ad diabolum infernalem. & ista est veritas.

37 † Nunquid autem hoc priuilegiũ tacitæ hypothecæ competat cessionario,cui cessa est actio de dote à muliere, vel ab alio:ponit latè Bar.in d.l. post dotem. in penul.& fin. col. vbi videatis.& ibi etiam per alios docto.

38 † Nunquid autem istud priuilegium tacitæ hypothecæ habeat locum in sponsa per verba de futuro. Gl.fin.in dict.leg. secunda.§.fin.ff.de priuile.credi.multùm hoc disputat, & nihil clari firmare videtur,quamuis Ange.hic referat Bar. tenere ꝙ sic.Et est verum quòd ibi Barto.etiam refert eam tenere quòd sic:& hoc idem tenuit Cyn.in l. assiduis. in 7. q. C. qui potio.in pigno.hab.Contrarium verò,scilicet,ꝙ imò non habeat tacitam hypothecam,tenuit glo.in l.eos.in gl. fin. iuxta prin.C.qui potio.in pigno.habean. secundum quod eã refert Barto.in dicta l.secunda,§.fin.& Ange.hic. Et hoc idem tenẽt Dy.Iaco.de Are.& communiter docto.& Bar.in dicta l.secunda.§.fin.& Lud.Roma.in l.prima.ff.solu.matr. Et ista est veritas:pro qua est ratio, secundũ præfatos doct. quia hoc priuilegium tacitæ hypothecæ datur pro dote.vt hic,& in dicta l. vnica.§.& vt plenius.sed ante contractum matrimonium per verba de præsenti non est dos: ut l.si.C.de dona. ante nup.ergo,&c.De quo etiam videatis quod no.Bar.post glo.in l.priuilegia.ff.de priuile.credi.

39 † An autem istud priuilegium tacitę hypothecę habeat locum in matrimonio putatiuo:dicite ꝙ sic.Casus est no. & ibi glo.Bar.& alij doct.in l.si cum dotem.§.fi.ff.solu.matri. & ibi Bar.reputat illum tex.esse ad hoc singularem. De quo videatis glo.in l.assiduis.in glo.mag.in uersicu.sint.iuxta fin.C.qui potio.in pig.habean.& ibi Bar.& Bald.in l. prima. in fine. C. de cond.ob cau.

40 † An autem hoc priuilegium tacitæ hypothecæ competat mulieri in donatione propter nuptias,quam facit maritus uxori in recompensationem dotis, & eam lucrari debet uxor illis modis,quibus maritus lucraretur dotem,iuxta leg. final. cum Auth.ibi posita.C.de dona.ante nup.& §.est & aliud. cũ ibi traditis.supra de dona.Dyn.hic,in tertia columna. in fi.tenet ꝙ non.Nam, secundum eum, quamuis mulier agens pro dote habeat tacitam hypothecam, tamen si peteret donationem propter nuptias,non haberet hoc priuilegium tacitę hypothecę in bonis quondam mariti:motus per tex.nostrum in uer.de dote sua. quem ita apostillando literam intelligit, & limitat.Qui tex.secundum eum,dum dicit,de dote sua:innuit aliud esse,si mulier experiatur de donatione propter nuptias. Secundò motus per tex.prima fronte expressum, & in terminis,in dict.leg.assiduis.ad fin.in uersi.hæc autem.Nã in prin. illius legis usque ad illum uersi.Imperator. concessit mulieribus duo priuilegia.Vnum tacitæ hypothecæ,& hoc erat ante illam legem,per dict.l.unicam.§.& ut plenius.Aliud priuilegium plationis,quod cæteris creditorib.pferatur: & hoc fuit de nouo inductum per dict.l.assiduis,ut ibi declarat Bar.ĩ primo nota.Sequitur postea ille uersic.fin.hæc autem.in quo dicitur ad contextum:Hæc autẽ tantũ ad dotẽ sancimus, nõ ad ante nuptias donationẽ. Non enim pro lucro fouemus mulieres(prout in donatione propter nuptias esset) sed ne damnũ patiantur,suisq; rebus defraudentur,curamus. Ecce ibi qualiter est tex.apertus ꝙ nullũ priuilegiũ, nec tacitæ hypothecæ

nec

nec prælationis habet mulier in donatione propter nuptias.

Ego quãuis alij Scribentes nihil tangant de ista quæstione, hic addo ꝙ Bal. idẽ tenet quod Dyn. in dicta l. asſiduis in secunda col. vbi ad hoc expresſè no. illum text. Sed ego in hoc audacter teneo cõtra Dy. & Bal. quamuis alium non habeam qui idem teneat, ꝙ imò mulier habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in donatione propter nuptias. Et pro hoc ego allego tex. apertum in l. vbi adhuc. iuxta princ. C. de iu. dotium. & ibi glo. in versi. suppositas. istud tenet: & idem etiam tenet gloss. quæ illum tex. allegat, & ab ea ego didici, in dicta l. asſiduis. uersi. fin. in glo. antepenul. in uersic. suo tempore. Pro hac etiã parte facit quod voluit singulariter Bald. in l. secunda per illum tex. C. de bon. quæ lib. vbi bo. ex illo text. quòd tacita stipulatio, quæ locum habet in dote, habeat etiam locum in donatione propter nuptias: quod reputat multum notandum. Pro quo ego allego meliorẽ textũ, & expressum in l. fi. in priu. in ver. vel stipulatione, vel lege. C. communia vtriusque iud.

Non obstant allegata in contrarium: & primò text. noster in versi. de dote sua. quia respondeo quòd loquitur quantum ad priuilegium prælationis: in quo bene fateor quòd mulier non habet illud priuilegium, ut cæteris creditoribus præferatur, nisi quando de dote sua experitur. Et in istis terminis loquitur tex. noster hic: innuit ergo tex. iste secus esse in alio priuilegio tacitæ hypothecæ: quod etiam suadet aduersatiua Autem, in hoc tex. posita, ita quòd iste tex. probaret potius cõtra eos: prout etiam hunc text. induxi suprà ex mente Bar. in illo articulo, an priuilegium istud tacitæ hypothecæ competat extraneo. Non obstat dicta lex asſiduis. §. fin. quia eo modo respondeo ꝙ tex. ille loquitur quantum ad priuilegium prælationis, quòd mulier cæteris creditoribus præferatur: quod priuilegium bene fateor non habere mulierẽ in donatione propter nuptias, ut etiam statim dixi: nõ autem loquitur ille text. quo ad priuilegium tacitæ hypothecæ, & ibi respondet gloss. antepe. in uersi. suo tempore. ꝙ ille uersicul. fin. loquatur tantùm quoad priuilegiũ prælationis, ut apertè patet in illis verbis illius tex. ibi: & habere inter creditores sui temporis ordinem. Et per ista remanet defensata hæc conclusio cõtra Dy. & Bal. ꝙ priuilegium tacitæ hypothecæ competat mulieri, et in donatione propter nuptias. Quam etiam conclusionem reperi postea simpliciter tenere Ioan. de Pla. hic, in quarta col. quamuis nullam penitus mentionem de prædictis faciat. & idem etiam tenet Ange. de Are. hic in 27. colum. qui simpliciter mouetur per dict. l. ubi adhuc. & nullam aliam de suprà dictis mentionem facit.

41 † Nunquid autem mulier habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis paraphernalibus, id est, in bonis vltra dotem marito datis, quæ dicuntur bona paraphernalia: ut declarat gl. in rub. C. de pac. conuen. & ibi etiam ponit glo. quare dicãtur paraphernalia, ponens etymologiam illius vocabuli Paraphernalia. & tex. no. in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dotium. De hoc vos habetis tex. ꝙ sic, in dicta l. ubi adhuc. in prin. in uersicul. pro rebus extra dotem constitutis. C. de iur. dot. & ibi hoc expresſè tenet gl. in versi. suppositas ad fin. & ita etiam tenet Ioan. de Pla. hic, in quarta col. & idem tenuit Azo in sum. tit. C. qui mo. pigno. taci. contrah. secundum quod hic refert Nic. de Neap. in prima col. in apostil. tex. quamuis cõtrarium visa sit tenere gloss. in d. l. si ego. §. dotis. in ver. sed condici. ff. de iure dotium. m

m

42 † Nunquid autem mulier habeat hoc priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti pro alimentis sibi debitis à marito, iuxta tradita per gl. Dyn. Bart. Ang. & Imo. & Cuma. in l. si cum dotem. §. si autem in sæuisſimo. ff. sol. ma. & per Cyn. Bal. Ang. & Sali. & Moder. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. & Ang. de Are. hic, in 11. & 12. col. de hoc videatis Bar. in dicto §. si autem in sæuisſimo. tenentem post Iac. de Aret. quòd sic, per rationem, de qua ibi per eum: quamuis referat quosdã antiquos tenere contrarium. Videatis etiam Bar. latius examinantẽ: & ibi est sibi ipsi cõtrarius in l. Lucius. ff. de ali. & cib. leg. & Bar. in tract. suo alimentorũ in fi. Spec. in tit. de dona. inter vi, & vx. §. formatis. in ver. sed nunquid bona viri. Io. And. in addi. Spec. in eo. titu. de dona. inter virũ & vxor. circa prin. Ioan. de Imo. in l. si cùm dotem. non in §. si autẽ in sæuisſimo. vbi alij oẽs ponũt, sed in §. si pater. Bal. in l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. & Ang. de Are. hic, in sexta col. & vnũ uerbum remisſiuè hic, per Ioan. Fab. in sexta colum.

43 † An autem mulier habeat hoc priuilegium tacitæ hypothecæ pro fructibus dotis, videatis Iaco. de Aretio. & Bald. in dicto §. & ut plenius. vbi tenent quòd sic: & Specul. in titu. de dona. inter virum & vxorem.

44. † An autem mulier habeat hoc priuilegium tacitæ hypothecæ in dote confessata, videatis glo. vulgò reputatam sing. tenentem quòd non, in dicta l. asſiduis. in glo. parua, in uerbo datæ. de cuius glo. veritate dicetur infra latisſimè.

45 † Nũquid autem ista tacita hypotheca habeat locum etiã in rebus acquisitis per hæredes mariti ex rebus quondam ipsius mariti: uideatis glo. no. determinantem quòd non, in dicta l. asſiduis. in glo. mag. in uersic. licet anterioris sint. ante fi. quam Bar. ibi multum not. & eam limitat, vt ibi per eum.

46 † Nunquid autem bona mariti minoris sint tacitè hypothecata pro dote, uidete glo. no. in l. fin. in uersi. teneri. C. de legi.
n tute. & ibi Cy. Bar. Bal. n * & alios, latè Bart. in repe. l. si constãte. in princ. in quarta quæstione tertiæ partis principalis. ff. soluto matr. & Bar. in l. item quia. in princ. & ibi latisſimè Bald. ff. de pact. & Bald. in l. vnica. §. & ut plenius. uers. extra quæro, nunquid iste §. habeat locum, &c. C. de vxor. actio. & vnũ uerbum per Ioan. Fab. hic, in sexta col. Accedant quæ dixi supra.

47 in §. item Seruiana. suprà col. 8. eodem, in illo articulo, † Nunquid bona illata, & inuecta per minorem in domum conducta
48 ctam sint tacitè hypothecata Quo † autem tempore contrahatur ista tacita hypotheca, de qua in tex. nostro: an à tempore datę dotis, an uerò a tempore contracti matrimonij, si tũc fuit dos tantùm promissa: uideatis Bar. in dicta l. asſiduis. in fin. j. colum. & latisſimè Imo. in c. ex literis. extra de pig.

49 † Quartò principaliter no. ex hoc tex. in verb. ei. quòd priuilegium tacitę hypothecæ est tantùm indultum actioni, non autem mulieri. De quo an verum sit, & cuius sit vtilitatis, videbimus latisſimè infra in gloss. paruula. in verb. ei. super qua istud opportunius cadet.

50 † Vltimò no. ex hoc tex. quòd mulier habet aliud priuilegium, nedum tacitæ hypothecæ, sed etiam quia ista tacita hypotheca, est priuilegiata: quia in ea mulier præfertur quibuscunque creditoribus hypothecas habentibus.

An autem hoc priuilegium prælationis habeat locum in sponsa, & an in matrimonio putatiuo, & an in donatione propter nuptias, & an in dote confessata, & an competat alijs personis præterquam ipsi mulieri: quia iste tex. fuit nimis oneratus, ponam infra ista in glo. pen. & fin. quæ aliquid tangũt de prædictis: & in eis opportunius cadent. Et quoniam tex. noster apertè videtur velle quòd istud priuilegium prælationis nulli alij competat, præterquam mulieri, quomodo procedat & intelligendus sit, ponit ibi glo. fin. & ibi videbimus.

Glo. in uersic. transtulimus. diuido in tres partes. In prima declarat tex. allegando vbi sit id, quod tex. noster refert. In secunda ponit, cui competat hæc actio ex stipulatu pro dote, & quando competat. In tertia ponit alios concordantes casus, in quibus tacita stipulatio subintelligitur, quę nõ interuenit. Secunda ibi: & competit hęc actio. Tertia ibi: nam & aliàs intelligitur stipulatio tacita.

In ead. gl. ibi: & siue fuerit interposita stipulatio, siue non.
51 Addit ad ampliationẽ eius, qđ dicit ista gl. Io. Fab. hic, † quòd ista actio ex stipulatu pro dote competit, siue dos fuerit incerta, siue etiam fuerit certa. Et hoc est speciale in ista actione ex stipulatu pro dote: aliàs autem actio ex stipulatu nõ datur ad certũ, qñ certũ deductũ fuit in stipulationẽ. l. si quis certum. ff. si cer. pe. & ibi gl. Istud firmat idẽ Ioã. Fab. & ibidem Ang. & gl. s. de verbo. obli. in prin. in versi. in certa. & ibi doc. & gl. ĩ d. l. vnica. in prin. ĩ uer. dotes. & Io. Fab. hic, in 2. col. & Nic. de Neap. post Ray. in 2. q. extra gl. & Io. de Pla. hic, in fi. primæ col. quamuis referant Iaco. & Pe. tenere contrarium, & uelle quòd imò quando dos est certa, non cõpetat actio ex stipulatu, imò certi condictio generalis. per dict. leg. si qs certum, cum alijs prælleg. & malè, ut hic per eos, & per alios in locis prælleg. & bene facit dicta l. vnica. §. & ut plenius. versicul. & nemo putet. C. de rei vxo. act. Pro opinione tamen Iacob. & Pet. quæ communiter reprehẽditur, adduco vobis fortem rationem. † Nam duo specialia non posſunt circa idem
52 simul

o simul concurrere:o vt est glo.quæ vulgò allegatur pro singulari:& ad hoc in leg.prima.in glo.fina.ad fi.C. de dotis pmiss. sed habet consociam in l.cùm post.§.gene.in versi.placuit.ff de iure dot.Sed hæc duo specialia concurrerent circa idē, videlicet ꝙ hic fingatur stipulatio,quæ nusquam interuenit: & ꝙ ista actio ex stipulatu detur ad certum . Idem tamen quod suprà,tenuit etiā Bal.in d.l.vnica.in §.primo.C.de. rei vx.act.

53 † Antequam vlterius procedam in hac gl.vnum non omitto circa hanc glo. ad quod nullus scribentium hic aduertit. Vult glo. nostra vnum, in quo ego puto eam pessimè dicere, quòd ista actio ex stipulatu competat patri mulieris,siue fuerit interposita stipulatio,siue non:quia semper tacitè creditur interuenisse.Istud est contra casum legis : & miror quòd alij non aduerterint in l.auia cum glo.notabili. Cod. de iure dotium. vbi est casus quòd pater dando dotem pro filia , sibi actionem non quærit,nisi sibi stipulatione prospiciat.Secus est in alijs omnibus,etiam matre, & auia , & quocunque extraneo , qui dando dotem per solum pactum nudum sibi quærunt actionem . Et ita not. ibi Bartol. per illum text. secundū bonas lectu.Bononien.Et quæ sit ratio diuersitatis inter patrem,& alios,videte gl.not.ibi in glo.fin.mag.in versicul. simplici,q̄ quatuor rationes diuersitatis assignat: & ibi latè Bal.
p qui veritatem vniuscuiusque rimatur p, & examinat, & Bar. post gl.ibi in l.traditionibus.C.de pact.& Bal.& Ang. & cæteros doct.in leg.si cùm dotem.in princ.ff.solu.matr. & quamuis ibi in qualibet ponat suam rationem differentiæ, tamen Ioan.de Imo.ibi omnes impugnat,& cōfundit,& dicit quòd illa est vera ratio quare pater dando dotem non potest per pactum nudum sibi prouideri: eo quia ius sibi in alio subuenit: videlicet,si non prouiderit sibi per stipulationem nihilo mi-
54 nus† actio de dote est communis ipsius patris & filiæ. ff. sol. mat.l.2.§. quòd si in patris. vnde nil mirum si in alio ius grauauit patrem:arg.regulæ.l.eum,qui in prin.cum vulgaribus . ff.de iureiuran.sed in extraneo dante dotem, quando nō prouideret sibi per pactum,vel stipulationem,actio non efficeretur communis, imò in totum acquireretur mulieri,cui dona
q re præsumitur q, iuxta dict.leg.vnicā.§.accedit.C. de rei vxo. actio.ideo lex sibi in alio magis subuenit:arg.d.l.eum, qui. in princip.Sed audite,quamuis istam rationem adscripserit sibi Ioann. de Imol. fuit tamen originalis ratio præalleg.gloss. in dict.l.auia.& est prima ratio,quam ibi glo.ponit: & eam etiā sequitur ibidem Bal.Possetis tamen saluare glo. nostram , & eam intelligere quòd actio ex stipulatu, quamuis nunquam fuerit interposita,competit ipsi patri.Verum est,actio ex stipulatu,quæ est communis ipsius patris,& filiæ.l.2.§.j.ff.sol.matrimo.non autem actio ex stipulatu,quæ sit propria ipsius patris tantùm : quia illa sibi non competeret, nisi expressè sibi prouidisset.& ita procedant suprà dicta.

In ead.glo.ibi:tamen semper creditur tacitè,& vtiliter in-
55 teruenire.† An autem ista stipulatio dicatur esse vera, an præsumata,an ficta:dicite secundum Bal.in d.l.vnica. §.j. cū quo etiam simpliciter trāsit Ang.hic,quòd aut vtiliter intercessit : & tunc est vera. Aut dubitat̄ si intercesserit,necne. & tunc est præsumpta.si vero certum est eam non intercessisse:& tūc est ficta.Ad hoc bene facit gl.in d.l.vnica.§.accedit.in versi.præsumitur.quæ ponens differentiam inter fictionem, & præsumptionem,dicit ꝙ fingitur super eo,quod est certum, & præsumitur super eo,quod est incertum,& est similis glossa in l. fi. in princip.quod glo.mag.in versicul.præsumptioni.circa medium.ff.quod metus causa.Et per ista infert Bal. vbi suprà, ꝙ si actum foret ex uera stipulatione,& nō probatur stipulatio, tamen actor reportauit victoriam,non ut fictionis, sed vi præsumptionis , per quam veritas allegata probatur,cùm sic præsumptio iuris,& de iure.Et hoc etiam dicit velle ibi Cyn.

56 † Et per hoc subdit ibi multum signanter Bal. posse inferri notabiliter,ꝙ si actum foret ex vero & naturali mutuo , sufficeret probare confessionem cum lapsu biennij:cum & ibi sit præsumptio iuris,& de iure quamuis referat Spec.tenere cōtrarium in titu.de teste.§.primo.versic.sed non egi.& idē etiā uoluit Bal.in l.pecuniæ.C.de solu.Circa quod uideatis tamen quod latè dixi in §.sequens.col.tertia suprà eod.extra gloss.in primo libello formato in mutuo.

57 † Item aduertite ad propositum nostrum ꝙ ita hæc tacita stipulatio habet locum in donatione propter nuptias,sicut &
r in dote.Ita dixi vobis suprà in 3.notabili,r in illo articulo, nū quid priuilegium tacitæ hypothecæ habeat locum in donatione propter nuptias .

58 † Item circa hanc fictam, seu præsumptam stipulationē diligentissimè no.id,quod dixit notabiliter Bal.in dicta l.unica. §.& ut plenius.uersic. ꝙ hæc tacita , seu ficta stipulatio habet uim instrumenti,& expressæ stipulationis:& ideo, secundum eum,tacita stipulatio ita meretur executionem uigore instrumenti sicut stipulatio expressa in instrumento:quia præsumitur ꝙ solenniter acta sit.ff.de fideius. tut.leg.cum ostēdimus. §.fin.& hoc dicit esse multum notandum.& se habuisse de facto multis uicibus:& ꝙ nunquam uidit allegare tex.illum ad hoc. Et ex hoc apparet secundum eum , quòd si extat instrumentum.in quo adsit simplex confessio dotis facta per maritum,quamuis in eo nihil dicatur quod maritus promiserit dotem restituere,ita tamen, quia tacitè in se continet promissionem de restituendo,ita mandabitur executioni sicut expressa promissio restitutionis . quod reputat ipse multum notādum & ad hoc etiam,secūdum eum, benè facit l.quicunque. Cod.
59 de apo.publica.lib.10. ubi habetur † quòd præsumptio iuris æquiparatur scripturæ .

Addo quòd istam quæstionem format in terminis singul. Barto.in leg.prima.in princip.ff.de his,quæ in test.delen.quā uis de eo Bald.non faciat mentionem : ubi quærit formaliter
60 Barto.† stante statuto ꝙ instrumenta publica mandētur executioni, sicut sententiæ:quædam mulier habebat instrumentum in quo maritus confessus fuerat se habuisse dotem,& de ea fecerat quietationem: in eo tamen nihil dicebatur de promissione restitutionis:nunc soluto matrimonio mulier petebat executionem instrumenti uigore tacitæ stipulationis de restituendo pręsumptæ ex dict.l.unica.in prin. Nunquid possit? Primò dicit Barto. uideri ꝙ non : quia illa tacita stipulatio de restituendo non potest legi,cùm non sit scripta in instrumento,sed intelligitur authoritate legis : ergo cum nequeat legi , non debebit executioni mandari,per dictam l.primā.in princip.ff.de his,quę in test.delen. In contrarium facit, secūdum eum.l.si duo patroni.§.Marcellus. ff. de iureiur. Et nihil plus dicit Barto.nec aliquid clarius firmat, quamuis ad partes arguat.Licet Ang.hic dicat,& non bene,iudicio meo,quod Barto.in hoc ultimo resideat.Et secūdum Ang.de Are.ille §.Marcellus.multum bene facit hoc modo inducendo : Iuramentū est stricti iuris:ut c.penul.extra de iureiu.probatur in §.actionum supra eo. & tn̄ si quis iurauerit rem sibi datam in dotē, trahitur iuramentū ut etiam uideatur iurasse se promisisse dictam dotē restituere, & propterea contra iurantem dat̄ actio ad restitutionem,ut ibi in tex.Et hanc ultimam partē sequitur etiā Bal.in l.j.circa mediū 2.col.ff.de his,quæ in test.delen.secundum quod eū refert Ang.hic motus in simili.nam beneficium l.fin.C.de edic.diui Adrian.tol.fundatur ex scriptura,ut ibi,& tamen habet etiam locum in tacita substitutione comprehensa in alia expressa,iuxta l.iam hoc iure.in princip.ff.de vulg.& pup.Item motus, quia illud , quod potest præsumi ex ui instrumenti dicitur esse de tenore instrumenti.l. iuris gentiū:§.qđ fere.cū gl.no.ff.de pact. Hāc ēt partē tenuit Angel.in d.l.j.in prin. motus, quia illud. qđ uirtualiter continet instrumentū,debet intelligi scriptum in eo:ut l.asse toto.ff.de hære. insti.& l.si ita scripsero.& quod ibi Bar.ff.de cond.& demon. Hanc partem secuti sunt etiam Imo.& Cu.in dicta l.prima.in princ.moti per optimum simile: quia instrumentum licet nō faciat similem mentionem de hærede , tamen contra hæredē ita mandabitur executioni , sicut contra defunctum nominatum in instrumento. l. si pactum. cum ibi notatis . ff. de proba. & tamen de hærede nihil legi potest in dicto instrumento:quia non est nominatus in eo igitur,&c.Hanc etiā partem sequitur Ange.hic, qui pro hoc ultimo simili nouissimo alleg. tex.quem ipsemet alleg.in l.postulante.in princip. & ibi Bar. & Ange.ff.ad Trebell. vbi per illum tex.dicunt Bar.& Angel.
61 † quod stante statuto quod debitor possit incarcerari pro debito ciuili,quamuis hoc statutum odiosum,& stricti iuris nullam faciat mentionem de hærede debitoris, tamen idem e-
s rit in hærede debitoris s,per illum tex. De quo etiam per Bal. & Ange.in l.j.C.qui bo.ce.poss.per Ang. Ludo.Rom. & Paul. de

de Caſt.in l.alia.§.eleganter.ff.ſolut.mat.Ad quod etiam vltra
alleg. per,iſtos faceret quod dixit Imol.poſt Cyn.in l.quod ſi
62 quis.ff.de leg.j. † quòd ſi ex forma ſtatuti poſſet capi debitor
ad inſtantiam creditoris,quòd etiam poterit capi ad inſtantiã
ceſsionarij, quamuis de eo nulla fiat mentio in ſtatuto , & in
ſtatuto non poſsit legi.Idem etiam tenuit Bal. poſt Iaco. But.
vbi omnino videatis l.per diuerſas.in 10.quæſt. C. manda.&
in l.ſi ſic.§.fin.ff.de leg.j. Ego in principali quæſtione noſtra
vltra ſuprà alleg.per alios,addo Bal.in terminis idem clarè fir
mantem in l.ad probationem.la prima. C.de probat.vbi for-
maliter inquit,quòd ſtante prædicto ſtatuto quòd inſtrumen
ta mandentur executioni,quamuis illud dicatur inſtrumentũ,
quod legi poſsit:per d.l.primam.in princ.ff. de his,quæ in te-
ſtamen.delen.tamen,ſecundum eum , dici poteſt q; præſum-
ptio ſumpta ex inſtrumento reputetur eius tenoris,per d.l.iu-
ris gentium.§.quod ferè.ff.de pac. & dicit ſe credere hoc eſſe
verius,& quòd ita iam conſuluit , & quòd fuit primum dictũ,
quod vnquam dederit ex commiſsione iudicis de cauſa dubi
tantis.Idem etiam tenuit,& firmauit Bal.in l.vbi adhuc.C.de
iure dot.in 6.colum.verſi.quæro,ſtatuto cauetur quòd inſtru-
menta dotalia habeant executionem. motus , quia vbi ex ali-
quo expreſſo inſtrumento ſequitur aliquid tacitum de neceſ-
ſitate,perinde habetur,ac ſi illud eſſet in inſtrumento deſcri-
ptum . Et per hoc etiam notabiliter infert quòd quamuis in
inſtrumento dotali non fieret mentio de hypotheca , tamen
quia præſuppoſita dote de neceſsitate ſequiť hypotheca hin-
cinde , prout latè vidimus ſuprà in tertia nota. ſequitur etiam
quòd habeatur pro expreſſa hincinde.Ad quæſtionem noſtrã
principalem videatis latè do.And.Barb.in repet. leg.cùm acu
tiſsimi.Cod.de fideicom. in 8. colum.& latius in col. ſeq.&
quod traditur per Domin. de ſanc.Gemi. in capit. humanum
genus.j.diſtinctione . & per Anto. de Butr. in prooemio De-
creta.

63 † Reuertor nunc ad gl.noſtram , quæ habet quòd fingitur
ſtipulatio eo caſu,quo non fuerit interpoſita . Circa quam cõ
cluſionem dubitat Ioan.Fab.vt hic, in 7.colum. quid profue-
rit adinueniſſe hanc fictam ſtipulationem, cùm pactum nudũ
etiam ſufficiat.l.ad exactionem.C.de do.promiſſ.Et reſpõdeo
q; propter maiorem firmitatem,cùm ſtipulatio ſit firmior cõ-
tractus cæteris:vt ſuprà de verb.oblig.in prin.

t t* † Nunquid autem actio ex ſtipulatu ficta vel præſumpta
64 ſit vtilis,an directa,habetis per Cyn. & Salic. in d.l.vnica. §.
primo.vbi tenet quòd ſit directa:quia fictio habetur pro veri-
tate.Vnde perinde habemus,ac ſi ipſa mulier fuerit ſtipulata:
ergo directa ſibi competit,cùm regulariter illa ſit vtilis , quæ
per alium quęritur.Et cum eis etiam ſequitur Ang.hic,in 5.co
lum. Circa hoc vlterius non inſiſto : quia iſta inueſtigatio eſt
modicæ vtilitatis,cum vtilis,& directa eundem habeant effe-
ctum,& effectualiter nihil differant.l.actio. & ibi gl. ff.de ne-
got.geſt.cum ſimil. & ponit latè Bar. ſecundum bonas lectu.
Bononien.in l.j.C.de act.& oblig.

36 † Nunquid autem iſta ſtipulatio dotis ficta habeat locum
in muto,vel muta,contrahentibus matrimonium.Videtur pri
mò q; non , cum in eis non poteſt habere locum vera ſtipula-
66 tio.l.j.in princ.ff.de verb.oblig.ergo nec ficta : † quia vbi non
poteſt habere locum veritas , ibi non poteſt etiam habere lo-
u cum fictio. u l.qui ad certum.cum ſimil.ff. loca. & §.minoré.
ſuprà de adop.cum vulgar. Hinc uulgò dicimus, quòd fictio
non poteſt habere locum in caſu impoſsibili , ſaltem in gene-
re,per iura pręalleg.Contrarium tamen tenet Ioann. Fab.hic
in 6.col.motus,quia etiam inter abſentes fingitur ſtipulatio.l.
his verbis.& l.non aliter.ff.de adopt. quamuis inter eos non
poſſet vera & expreſſa ſtipulatio contrahi.d.l.prima.in princ.
ff.de verb.oblig.Sed certè , vt vulgò dicitur,multiplicare incõ
ueniens,non eſt ſoluere . Nec eo modo reſpondemus ad arg.
ſuprà factum.Vnde Bar.qui idem tenet in l.j. ff. ſolut. matr.in
tertia colum.in verſi.ſed quid ſi mutus.aliter, & melius dicit,
q; fingitur interpoſita ſtipulatio eo modo, quo verè potuit in-
terponi, ſcilicet q; per ſeruum proprium.d. l.prima, in princ.
Cùm ergo hoc modo poſsit habere locũ veritas,habebit per
conſequẽs locum fictio.Et ita etiam tenet Ang.hic,in l.prima.
alleg.in quarta col.

67 †Nunquid autem diſſormitas,vel abſentia,vel interuallum,
vel defectus cõſenſus , habeãt impedire hãc dictã ſtipulatio-
nẽ: videatis per Io.Fabr.hic,in 6.colum.& gl.ordina.in termĩ
nis,quam ipſe non meminit allegare in d. l. unica. in princ.in
ver.inutiliter.& ibi Bal.C.de rei vxo.actio.

68 † In eadem gl.in fin.Alios caſus,in quibus à iure fingitur ſti
pulatio,quæ non interuenit, enumerat gl. in l.vnica.in princ.
in verſi.ſubſecuta.Alios etiam ponit Bart.in l.prima.in princ.
in j.oppo.ff.de verb.oblig.quos ibi impugnant Cuman. Imo-
la,& alij nouiſsimi,quorum dicta,& rationes nullo addito re
fert ſimpliciter Ange.de Aret.hic.colum.3.Vbi expedierit,re-
curratis ad eos.

Gl.paruula in ver.ei.quam multi libri non habent,duplici-
ter intelligit tex.noſtrum,ei,ſcilicet actioni,vel,ei,mulieri.Vi-
69 deamus quæ expoſitio ſit melior,& cõſeqnenter,an † hoc pri
uilegium tacitæ hypothecæ ſit conceſſum ipſi actioni ex ſtipu
latu pro dote:an verò ſit conceſſum ipſi mulieri . Effectns eſt
euidens,quia ſi eſt conceſſum actioni , tranſibit ad quemcun-
que,ad quem ipſa actio tranſmittitur: vt ſtatim dicam.Si uerò
conceſſum eſt ipſi mulieri , dicetur perſonale,& ad alios non
tranſibit.l.quia tale cum ſimil.ff.ſolut. matrimonio. Dyn.hic,
in 3.colum. refert quòd quidam doctor magnæ authoritatis
dicebat q; ipſa mulier erat in hoc priuilegiata:non autem ip-
ſa actio ex ſtipulatu:motus potiſsimùm, quia ſi actio vel cau-
ſa eſſent priuilegiatæ,ſuccederet regula,quæ habet q; tale pri
legium non extingueretur cum perſona,ſed tranſiret ad quẽ-
cunque ſucceſſorem etiã extraneum.l.in omnibus. & l.priuile
gia.ff.de reg.iu.& l.priuilegia.ff.de priuileg. credi.& l.forma.
§.quanquam.ff.de cenſi.& l.j.§.permittitur.ff. de aqua quoti-
dia. & æſtiua. & tamen certum,eſt q; hoc priuilegium tacitæ
hypothecæ extinguitur mortua muliere, ſi decedat relicto hæ
rede extraneo:quia nõ tranſit ad hæredes extraneos mulieris,
licet ad filios ſic.l.vnica,cum gl.C.de priui.do. Dyn. in deter-
minatione huius quæſtionis multũ vacillat, (aliquando enim
videtur vtrunque approbare , & vtrunque ſaluare) quod hoc
priuilegium tacitæ hypothecæ ſit & actionis,& mulieris:fina
liter tamen videtur determinare q; ſit tantùm actionis.per tex.
noſtrum in verſic.ei,qui non poteſt referri,non niſi ad actionẽ
de qua tex.fecerat mentionem : ad mulierem verò nullo mo-
do referri põt,cũ de ea in tex.nulla eſſet habita mẽtio.Ad arg.
§̃.factum reſpondet Dyn.per verba multũ ambigua.Credo q;
eius mens fuerit iſta,q; argum.§̃.formatũ procederet in priui
legio,q; eſſet merè conceſſum ipſi actioni: ſed hoc priuilegiũ
tacitæ hypothecæ quãuis deť actioni:tñ cõceditur fauore mu
lieris:vt dicit probari in l.aſsiduis.quę eſt l.fi.C.qui pot.in pig.
hab.& ideo,ea decedẽte relicto hærede extraneo,extinguitur
priuilegium,quia non tranſit ad hæredes extraneos: ſed quan
do relinquit filium hæredẽ,tũc actio de dote eſt priuilegiata,
& ad eũ tranſit d.l.aſsiduis . Ita effectualiter vult dicere Dyn.
hic,licet per verba(vt prædixi)multum intricata, in quibus vř
ſibimet pluries cõtrariari.Et cũ hac opinione tenet ẽt Bald.&
Io.Fab.hic in fin.col.& Cyn.in d.l.vnica.§.& ut plenius.

Ego adduco Bar.in l.j.prima colum.ff. ſolut. matri. vbi hãc
quæſtionem bene examinat poſt antiquos , quos ibidẽ refert:
& facit etiam de iſta opin.mentionem Dyn.& ibi tenet Bar.il
lud , quod eſt mera veritas , quòd aut loquimur in priuilegio
tacitæ hypothecæ:& illud datur actioni de dote. vt hoc tex.in
verſi.ei.& d.l.vnica.§.& ut plenius.in ver.in huiuſmodi actio.
& hoc tranſit ad quemcunque,etiam extraneum,ad quẽ trãſ-
mittitur actio de dote,prout latè dixi ſuprà in tertio no.in illo
articulo,nunquid hoc priuilegium tacitę hypothecæ compe-
tat extraneo . Aut verò loquimur de alio priuilegio prælatio-
nis,quod habet mulier in hypotheca, vt alijs creditorib.præ-
feratur:& hoc priuilegium non competit ipſi actioni, ſed mu
lieri:& non tranſit ad alium,niſi ad filium: vt hic in gl. fin.ubi
uidebimus , & ita loquitur d.l.unica. C. de priui. do. Et ita de
hoc priuilegio intelligit illum tex.ibi gl. prima.Et hanc diſtin
ctionem probat bene iſte tex.in aduerſatiua Autem,ut ibi per
Barto.qui idem refert tenere Petr.& Iacob.de Aret. & ipſum
Cyn.ſibi ipſi contrarium in d.l. aſsiduis.in ultima col. C.qui
pot.in pign.ha.& ita etiam tenuit Bal.ſibi ipſi contrarius in d.
l.unica. §.& ut plenius.ubi formaliter inquit quòd iſta tacita
hypotheca eſt priuilegium dotis, ſed ius prælationis eſt priui
legium mulieris in dotę.& iſta eſt ueritas.

x x Glo.in versic.creditorib.diuiditur in quatuor partes principales. In prima format quæstionem. In secunda respondendo refert opinio.Marti.& illam reprobat duobus fundamentis. In tertia refert aliam opin.quam etiam reprobat vno fundamento. In quarta refert opin.Bulg.Ioa.& Azon. & illam approbat. Secunda ibi: respondeo secundum Mart. Tertia ibi: secunda est opin.vt distinguatur. Quarta ibi: tertia est opin. secundum Bulg.

70 † In eadem gloss.ibi: item fiscus,& mulier pari passu ambulant. Ego tamen addo vnum casum sing. in quo mulier & fiscus non ambulant pari passu, imò mulier est in eo potior fisco: quia si reperiantur duo instrumenta, vnum fisci, & aliud mulieris, eodem die confecta, præsumitur priùs factum instrumentum mulieris, quàm fisci. Ita sing. Bal.in l.dotis.C. de iure dot. Imò sing.vult Bar.post Dyn.ibi in l.non puto.per illum textum.ff.de iure fisci. ꝙ illud habeat locum nedũ in muliere, imò etiam in quolibet priuato contra fiscum: quia si reperiuntur duo instrumenta eodem die confecta, vnum fisci,& aliud priuati, certè præsumendum est priuatum priùs contraxisse, per illum tex. In muliere autem, & alio priuato res est expedita, ꝙ si reperiantur duo instrumenta eodem die confecta, ꝙ prius præsumitur factum instrumentum mulieris, quàm alterius priuati, secundum Bal.in l.ad exactionem. C.de do.pro miss.& sentit Bar.in l.prima.in princ.per illum tex.ff.sol.mat. & Bal.in l.in ambiguis.per illum text.ĩ reportatis antiquis.ff. de iure dot. Item circa illud, quod vult gl.nostra fiscum habere tacitam hypothecam, est tex.in l.secunda.C. in quib.caus. pign.ta.contraha.cum concord.ibi alleg.in glo.

Aduertite diligenter, ꝙ quamuis fiscus habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, tamen non habet locum in ciuitate: quia ciuitas non habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis eorum, cum quibus contrahit, nisi hoc exprimeretur à statuto:

71 † & in hoc ciuitas differt à fisco. Glo.est in l.2.in verb.obligari.& ibi Bal.C.in quib.caus.pig.vel hypothe.taci. contraha.& est tex.apertus, quem illa gl.debuit allegare, quamuis aliũ corruptè allegat in l.simile. ff.ad muni. & ibi gloss. no. per quam

72 l.in gl.dicimus † ꝙ nulla ciuitas, præter ciuitatem Romæ, habet illud priuilegium, quod habet fiscus, scilicet tacitæ hypothecæ in bonis debitorum suorum, puta pro datis, tributis, vel alio modo: nisi hoc sit concessum ciuitati à principe, vel nisi hoc statuto disponatur. De quo etiam habetis tex.apertum in leg.2.& ibi gl.& Bar.C.de iu.Reipub.lib.11.& glos.& Bart.in l.secunda.C.de debi.ciui.lib.11.& Cyn. & Bal. in l.dotis.C.de iure dotium.& not.Bal.in l.fin.C.de sacrosanc.ecclesijs. in tertia col.in ver. vlterius quæro vtrùm ciuitas habeat hypothecam,&c.& ibi amplius,& singul.tenet Bald.ꝙ etiam ecclesia ex contractibus suis non habeat tacitam hypothecã, nisi in vno casu, in §.scire.in Authenti. de non alien. Accedat quod vult idem Bal.in rub.C.de priui.fis.in fin.& in d.l.2.C.in quib.cau.pign.taci.cõtraha.vbi tenuit quod et camera episcopalis non habeat tacitam hypothecam.

In ead gl.ad fin. Hanc vltimam sequuntur cõmuniter doct. hic, vt Dyn.in vltima columna. Iacob.Butrig. Pet.de Bella Per.

y hic,& idem tenuit y gl. quæ hoc plenius examinat quàm alibi, referens etiam istas tres opinio: quæ hic ponuntur in l.asiduis.in gl.mag.in uerbo, anterioris sint.C.qui po. in pign.ha. & idem etiam sequitur ibi Bar.Bal.& Angel. Salicet. & cõmuniter omnes, exceptis Vltramontanis, & Cyn.ibi in secunda quæstione.& subdit ibidem Bartol.quòd hanc tertiam opinionem gl.nostræ approbat communiter consuetudo,& illam sequitur,& obseruat: vnde, secundum eum, iudicare contra cõsuetudinem, quæ semper habuit certã interpretationem, esset malum.l.minimè.ff.de legibus. Eandem opin.etiã tenuit gl.cano.in cap.ex literis.extra de pign.Io.Fab. hic dicit, quòd hæc tertia opinio practicatur vbique, sed quòd opinio Marti: est magis fauorabilis, & ꝙ videtur fuisse de mente Imperatoris. Nicol.de Neapol.hic, in secunda quæstio. gl. refert in primis multas opin.antiquorum cum eorum fundamentis: & finaliter refert opinio.Ray.de Forli.hic tenentis opinio.Marti.cum Vltramotanis, per quædam motiua, quæ fiũt per gl.in d.l.asiduis. quamuis pòst vltimo loco ipse Ray.dicat, ꝙ in consulendo deberemus tenere opin gl.nostræ hic, cum qua etiam videtur tenere ipse Nico.quamuis nihil apertè firmet: & eam etiã tenet Azo.in Sum.C.qui pot.in pig.ha. relatus simpliciter per gl.nostras hic,& in d.l.asiduis. Idem etiam tenet Dy.in reg. qui prior.de regulis iuris in sexto. Et hæc opinio. est tenenda, quamuis Iacob.de Aret.& Cyn.& Vltramõtani in d.l.asiduis tenuerunt opin. Marti.per generalitatẽ huius tex. & per alias rationes, quæ ibi ponuntur in gloss.& recitantur per Nicol.de Neapol.hic:& pro opin.istorum adducit Bald. hic post Dyn. vnum fundamentum, cui dicit ꝙ est impossibile ꝙ possit responderi: posteà ipse respondet sustinendo hanc opinio.Mart. omnibus fundamentis adductis pro opin.gl.nostræ, & communi: tandem concludit opinio Mart.de legum subtilitate esse veriorem. Dicit tamen ꝙ in iudicando non esset recedendũ ab opin.gl.nostræ,& communi. Sed addite illud argum.quod dicit Bal.esse insolubile, fuit originale arg. gl. in d.l.asiduis. in gl.mag.in uerb.anterioris sint. ultra medium. in uersiculo, item adhuc contra naturam,&c.quod fundatur in §.his consequens. in Authen.de æqua.dotis.unde sumitur Authen. quo iure.C.qui pot.in pign.hab. iuncta l.interdum.ff.qui pot. in pigno.ha. Et istud argu.adducit etiam Ray.de Forli. hic, & de eo facit magnum capitale, ut refert Nico.hic: uerum quia gl. in d.l.asiduis.ut statim dixi, formaliter ponit hoc argu.ideo non curaui aliter illud explicare. Vos tenete communem opinio.à qua nullatenus est recedendum. Ad hoc argumen.quod dicit Bal.esse insolubile respon dete prout respondet gl. in d. l.asiduis.& gl.in dicto §.his cõsequens.in uer.posterior. Quã solut.etiam ponit Ioan.Fab.hic, referens ꝙ ita etiam respondebat subtilis Petr.de Bella Pert.hic,& hanc sol. tenet etiam Nicol.de Neap.hic, quamuis dicat posse alijs modis responderi, quos ponit remissiuè tantùm.

73 † Stat ergo ex prædictis conclusio gl.nostræ & communis, ꝙ quamuis mulier præferatur habentibus tacitas hypothecas, non tamen præferatur habentibus expressas. Cum qua conclusione tenet etiam simpliciter Angel. de Aret. hic nullã de prædictis faciens mentionem. Ista cõclusio clarissimè procedit, quando dos actualiter, & realiter fuit data: prout est tex.in d.l.asiduis. si modo re ipsa fuerint parti mariti datæ. Quid autem si dos fuerit tantummodo confessata, ut quia in instrumento dotis contineatur tantùm confessio, & non numeratio, ut quia maritus confessus sit per publicum instrumentum se habuisse & recepisse pro uxore sua mille in dotem: nunquid pro tali dote confessata habeat mulier hypothecam cum priuilegio isto prælationis, ita ꝙ uirtute dictæ dotis confessatæ præferatur mulier quibuscunque creditoribus in bonis mariti? Gl.in dicta l.asiduis.in gl.paruula.in uer.datæ.quæ in communi reputatur singularis, tenuit expresè ꝙ non, dices per illum tex.ꝙ ista lex non habeat locum in dote confessata, non data. Et illam gl.reputat auream Bal.ibi in §.primo.ad fin.& pro illa gl.benè facit quod uoluit alibi gl. in uer.solutorum.in l.per diuersas.& ibi Bar.in secũda col. & ibidem alij. C.manda.ubi uult Bar.post gl.ꝙ in materia cessionis non sufficit confessio pretij, si in instrumento cessionis cedens confiteatur esse sibi solutum, nisi re uera,& actualiter probetur solutum: & sic requiritur numeratio realis. Aliàs enim præsumitur simulata cessio, quando pretium, pro quo facta est cessio, non apparet in ueritate solutum. De quo etiam per Bald.in l. Deo nobis.in 2.col.C.de episcop.& cleric.& in l.2.C.ne li.poten.& in d.l.per diuersas.& melius in l.ab Anastasio. C.mandat.& Inno.in c.ex parte.de alie.iudi.mu.cau.fa.

Sed audite, in principali proposito nostro Bartol.in d.l.asiduis. dicit quod communiter obseruatur contrarium eius, quod vult gloss.ibi, uidelicet quòd imò idem intelligamus esse in dote confessata, sicut in dote uerè data, † dummodo re-

74 nuntiatum sit exceptioni non numeratę dotis, vel elapsum sit tempus datum ad opponendnm dictam exceptionem nõ numeratæ dotis, iuxta l.fin.cũ Auth.ibi posita.C. de do. cau.nu. Nam secundum Bar.illud, quod ibi dicitur in d.l.asiduis.ꝙ priuilegia illius legis non habeant locum in dote confessata, debet intelligi uirtute exceptionis non numeratæ dotis, quam potest opponere non tantùm maritus, sed etiam quilibet, cuius interest, ut l.pen.C.de non numera. pecu. Et ita intelligit gloss.in l.siquis posthac.in gloss. 2.in uer. dotalium. C.de bo.proscrip.illam legem, quæ simili modo loquitur, prout d. l.asiduis. ergo sequitur ꝙ mulier non habet necesse probare numera-

numerationem dotis, nisi quando contra eam potest excipi de dote non numerata, quod est intra tempus datum ad opponendam dictam exceptionem non numeratę dotis, iuxta dictam leg.fin.cum Auth.ibi posita.C. de do.cau. non nume. ergo elapso illo tempore, vel quia aliàs sit expresse renuntiatum exceptioni non numeratæ dotis, mulier dicitur habere fundatam intentionem suam quantum ad numerationem dotis: ergo debebit sibi competere priuilegium nedum hypothecæ, sed etiam prælationis respectu istius dotis confessatæ, quando renuntiatum fuit exceptioni non numeratæ dotis, vel aliàs lapsum fuit tempus assignatum ad dictam exceptionem opponendam. Ista fuit opi. Bart. in pręsenti articulo in dict.l. assiduis. reprobata gl.ibi: cum qua opin.Bar.transit simpliciter Pau.de Castr.in l.si marito publico iudicio. in princ.ff.sol. matri. Hęc opin.Bar.est multum dubia, & iudicio meo, nullatenus tenēda: & eam impugnat Angel.de Aret.hic, & per aliqua media. In primis mouetur vno fundamēto, quod habuit à Bal.in l.j.C.de priui.do.in ver.hæc duplicata priuilegia habeat dos vera. Nam si constante matrimonio fiat confessio de receptione dotis, & numeratione per maritum, qui renuntiat
75 exceptioni non numeratæ dotis, † certè cum renuntiare exceptioni, vel illam remittere sit quędam donatio, vt est tex.no. & signandus in l.si quis delegauerit. in versic. similis videtur ei, qui donat.ff.de nouatio.quem Bar.ibi expresse no.ad hoc, & dicit multum esse tenendum menti, quòd remittere exceptionem, est donare. & latius idem Bar.in l.fin.in prin.vbi fin. distinguit.ff.de reuo.his, quæ in frau.cred.Bal. & Salic.in l.pactum curatoris.C.de pact.& Bal.in rub. C. quæ in frau.cre.& Ang.in l.j.ff.de ferijs.Inno.& Anto.de Butr. in cap.j.extra de deposi.& Ioan.And.in c.2.extra de dona. Inno.in c.olim.il.j.
z extra de off.delega. z* Ergo quēadmodum donatio, vel actus, qui sapit donationem, nō habet præiudicare creditoribus habentibus veram numerationem, & titulum onerosum.arg.in l.fin.§.sin verò creditores.C.de iure delibe. eodem modo nō nocebit ipsa renuntiatio non numeratæ dotis, nec lapsus temporis, quò minus ipsi creditores possint exceptionem non numeratæ dotis opponere. † Secundò motus est Ang.quia con-
76 fessio de dote recepta facta constante matrimonio præsumi-
a tur donatio: a de quo tamen ego statim latissimè tangam, scilicet remissiuè: & tetigit latè Ang.in superioribus: ergo eodē modo clausula in dicto instrumento confessionis apposita, ut est renuntiatio exceptionis non numeratæ dotis saperet dictā donationem. Allegat in arg.d.l.fin.C.de non num.pec.ergo sicut non præiudicat ipsa confessio, ita nec præiudicare debet renuntiatio in ea inserta: & maximè quia ea facilitate, & eo amore maritali, quo inductus fuit maritus ad confitendum se dotem recepisse, ea affectione, & facilitate præsumitur fuisse
b inductus ad renuntiandum b exceptioni non numeratæ dotis. Igitur sicut non pręiudicaret confessio simplex sine dicta renuntiatione nisi ex lapsu temporis, prout vult, & fatetur ipsemet Barto.in d.l.assiduis.ita nec eius renuntiatio pręiudicare debet.alleg.in arg.l.doli.ver.diuersum. & ibi Bar. ff. de noua. & glo.quam dicit signandam in l.si patronus. §. patronum.in versic.Fauiana.ff.si quid in fraud.pa.quæ gl.sing.vult ꝙ si principale negotium est factum in fraudem, eodē modo in fraudem præsumitur apposita omnis clausula: & ideo qui rescindit principale, tanquam in fraudem, rescindit & accessorium secundum illam gl. Addo vltra Ang. quòd illa gl. pro aurea alleg.per Bal.in quodam suo consi. incip. in Dei nomine amen: filia instituta, &c. Addo etiam bene facere quod sing. voluit Bart.in l.si.§.item quæsitum per illum tex. ff. de condi. indeb.
77 vbi dicit Bar.sin.se putare per illum tex.† quòd clausula illa, quæ hodiè communiter apponitur in contractibus, videlicet, Et renuntiauit condictioni indebiti, & sine causa, & in factum actioni, & omni legū auxilio, parū imò nihil proficit: & ꝙ per illam renūtiationem non tollatur conditio indebiti. Ita dicit ibi esse casum. Nam idem error, qui est in principali promissione indebitè facta per errorem, est etiam in hac renuntiatione; & sicut indebitè promisit, ita indebitè renuntiauit: & eadē ratione illam clausulam apposuit. Addo etiam ad prædicta bene facere quod voluit signanter Bal.in l.absentis.in fi.C.si cer.
78 pet.vbi voluit † quòd si non tenet factum principale, ꝙ etiā
c non valeat confessio, quæ illi facto principali adhæret. c* Addo etiam in proposito nostro pro confirmatione fundamenti etiam adducti per Ang.de Aret.illud, quod singularissimè voluit Bar.in l.si ex cautione.in 2.colum.in utraque lect.C.de nō
79 nu.pec.vbi voluit † quòd si in instrumento confessionis apponantur hæc verba: Talis debitor non spe futurę numerationis fuit confessus, &c. siue etiam quæcunque alia verba dicat, tamen per illa verba, quæcunque sint, non impeditur oppositio exceptionis non numeratę pecuniæ: Nam verba quæcunque proferuntur à debitore tempore contractus, & celebratæ confessionis, non habent eam impedire: quia ea facilitate, qua inuitatur debitor ad confitendum illud, quod nunquam recepit sub spe futuræ numeraionis, eadem facilitate inuitaretur ad ponendum quæcunque verba in instrumento cōfessionis, vt illum allicerent ad sibi mutuandū. Quæ singula verba Bar. refert, & sequitur: & multum commendat Inno.in cap.si cautio.extra de fid.instr. Tertiò principaliter motus est Angel.de
80 Aret. contra Bartol. † quia renuntiatio exceptionis non numeratæ dotis, vel non numeratæ pecuniæ facta statim in eodē instrumento, in quo fit confessio dotis, non valet, nec tenet: quia, vt etiam proximè suprà dixi, ea facilitate, qua inducitur quis ad confitendum id, quod nunquam accepit, ea facilitate inducitur incontinenti ad renuntiandum. Secus autem si ex interuallo renuntiaret: quia tunc bene valeret renūtiatio. Ista
d est theorica Bar. d* & communis doc.in l.si ex cautione.& ibi etiam sequitur Bal.C.de non nu.pec.Si ergo non valet renuntiatio exceptionis non numeratæ dotis facta in eodem instrumento.in quo erat facta confessio: quomodo ergo Bar.in d.l. assiduis. potuit in dote confessata facere fundamētum super renuntiatione, quæ non valet? argument. cap. non præstat.de regulis iur.in 6. Istud argumen. Angel. de Aret.& adhuc fortius stringeret, si teneremus opin.Salic.in d. l.si ex cautione, tenentis, ꝙ nullatenus possit renuntiari exceptioni non numeratæ pecuniæ.& ꝙ talis renuntiatio, etiam quæ esset ex interuallo facta, non valet: vt ibi plenissimè per eum. Communiter tamen tenetur contrarium, vt prædixi in d.l.si ex cautione.&
81 per Cano.in c.fin.extra de sol. In terminis nostris, † an possit renuntiari exceptioni non numeratæ dotis, videte gl.no.in l.j.in gl.fin.in ver.facit.& ibi Bar.C.de do.cau.non nu. & Bal. in l.j.col.3.C.de priui.do.& Bal.in l.assiduis. & in l.pecuniæ. C.de sol.& Ioan.de Imo.in l.si ita stipulalus.§.Chrysogonus. ff.de verb.obligat. Non obstant adducta per Bar.& potissimè de lapsu temporis exceptionis opponendæ: quia respondet Angel.de Aret.hic, quòd illud procedit quò ad præiudicium mariti, vel eius hæredis, vel alterius, qui vnà cum marito, vel pro marito esset obligatus: vt patet in text.Authen.quod locū. in ver. sibi & hæredi.C.de dote cau.nō num. & clarius in corpore, vnde d.Auth.sumitur.& in l.fin. C. de don. cau.nō num. iuxta eleganter tradita per Bal. in l.prima.C.de priui.do.versicul.vel pone quòd aliqua iudicia, &c. quæ verba multum cōferunt ad practicam capitulandi, & probandi confessionem dotis aduersus maritum, & eius hæredes. Quę verba in specie refert Ang.hic. Nō autem procederet quò ad præiudicium creditorum habentiū hypothecam in bonis mariti, sicut & mulier, qui tractant de damno uitando, quicquid senserit. Bal.in d.l.prima.C.de priuileg.dot.ver.vnde pone. sentiens quòd nō tantùm marito, sed eius creditoribus noceat. & benè, secundum Angelum de Aretio hic.
e e* Non obstat aliud fundamentum Bar.de renunt.exceptionis non num.dotis facta per maritum: quia respōdetur quòd nihil facit. Nam si renuntiatio exceptionis nihil valet, maximè si fiat incontinenti, certè nihil debet operari: argum.d.c. non præstat.de regu.iur.in 6. Et posito quòd renuntiatio valeret, uerum esset in præiudicium mariti, nō autem creditorum maximè causam onerosam habentium. Est uerum quod pro opin.Bartol.dixit Angel.hic, se adducere unam gl.ord.& fortè, secundum eum, singularem in l.j.in gl. fin. in ver.facit.quā Bartol.ibi multum not.C.de do.cau. non num. Nam dum ille tex.dicit, quòd ex sola confessione dotis non possit effectualiter dos repeti, nisi etiam probetur realis numeratio: dicit illa gloss.ergo secundum hoc omnes de Mundo errant: quia. instrumentum dotis fit de sola confessione. Respondet gloss. illa, quod in instrumentis hodiernis renuntiatur exception non numeratæ pecuniæ, aliàs confessio nihil valeret, nisi tem-

pus opponendæ exceptionis esset transactum. Ergo vult illa, quod si renuntiatum esset exceptioni non numeratæ dotis, vel esset transactum tempus opponędæ illius exceptionis, quod dos effectualiter peti posset. Ad hanc gl. nihil respondet Ang. de Are. Ego respondeo illam gl. verum dicere, dotem effectualiter peti posse quantùm ad maritum, qui renuntiauit exceptioni, vel ad eius præiudicium, tempus est transactum, sed non quantū ad creditores, vt suprà pluries est dictum. Vel respondeo quod renuntiatio non valeret, si fieret incontinenti: vt suprà conclusum est, secundum omnes. Vel si valeret illa renuntiatio, vel lapsus temporis non habeat præiudicare creditoribus mariti, quamuis marito sic. addo vltra Ang. quòd pro opinione Bart. faceret id, quod signanter voluit Bal. in l. pecuniæ. C. de solut. vbi voluit quod si non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vt quia illi sit renuntiatum, vel transactum sit tempus illius opponendæ, quod hoc casu per solam confessionem de recepto probatur actualis & realis numeratio, & vera & actualis. Respondeo tamen hoc dictum procedere quò ad ipsum confitentem: secus autem quò ad alium, puta creditores, per ea, quæ traduntur in l. non abstulit. C. de noua. & ea, quæ dicta sunt sup. vltra sup. scripta, pro istis sol. comprobandis adduco etiam quod voluit Bart. in l. per diuersas. in 2. colum. C. mand. vbi voluit, quod si in instrumento cessionis cedens confiteatur sibi solutum, & aliter non appareat de numeratione, illa confessio nihil valet, & præsumitur simulata, prout in superioribus latiùs dixi allegādo ad hoc alias cōcordantias. Istud est uerum, secundum Bar. & procedit quantùm ad primum dictum alterius tertij, contra quem fieret talis cessio: quia benè verum esset, quòd talis cessio non valeret ex sola confessione receptionis precij: sed quantùm ad ipsum cedentem benè nocet illa sola confessio. Et ita refert Bar. tenuisse complures Docto. antiquos: & ita refert etiam, se consuluisse unà cum multis alijs Doct. ibi per eum nominatis. Item vltra sup. adducta per Ang. de Aret. contra opin. Bar. in dict. l. assiduis. ego etiam

82 moueor. Vult Bar. † quod dos confessata habeat priuilegiū prælationis, f vt in ea mulier præferatur anterioribus creditoribus, sicut habet dos vera: & hoc quando alterum duorum interuenit, uel quòd maritus renuntiauit exceptioni non numeratæ dotis, uel quod lapsum sit tempus proponendæ talis exceptionis: ostendo quod in neutro mēbro possit doctrina Bar. procedere, & consequenter quod fundamentum Bar. in omni sua parte non valet.

Et in primis præsupposita validitate dictæ renuntiationis, quod non esset, nisi quando dicta renuntiatio esset facta ex interuallo, secundum quod in superioribus dictum est: vel quando dicta renuntiatio esset firmata iuramento: quo casu valeret, & opponi non posset, prout tenuit Bart. in l. fin. C. de non num. pec. secundum lecturas Bononienses, in quib. formaliter sic inquit: quod quando quis renuntiauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis, & iurauit, certè tunc uidetur, quòd non possit istam exceptionem opponere: quia veniret contra iuramentum suum. quamuis Angel. hic aliter referat Bar. & infideliter. Est bene verum, quòd secundum alias lecturas Bar. ibi nihil decidit, sed solùm quærit an si renuntiatum sit exceptioni non numeratæ pecuniæ, & interuenerit iuramētum, an talis exceptio poterit opponi. & simpliciter dicit dubito. Et quòd si dicta renuntiatio exceptionis non numeratæ dotis fiat cum iuramento, quòd teneat, & quòd amplius opponi non possit, firmauit etiam Ang. in l. prima. C. de do. cau. non nu. De quo etiam videatis Ioan. de Imol. in sua solenni repet. c. cùm contingat. in 38. charta. extra de iureiuran. & Pau. de Cast. in l. si ex cautione. C. de non. nu. pecun. Certè ostendo g* quòd ista renuntiatio, quamuis præiudicet marito, non tamen prædicat creditoribus, quin intra tempora legitima possint opponere exceptionem non num. dotis. & ad hoc adduco textum in l. pen. C. de non num. pecu. quem sic induco: ibi dicitur, quòd exceptio non num. pec. quæ competit principali debitori, competit etiam creditoribus, & fideiussoribus

83 suis: tūc si † exceptio seu beneficium, quod cœpit alicui competere etiam ex alterius persona, uel ex alterius facto, non potest ab eo tolli sine eius proprio facto, & alterius factum nihil sibi nocet. l. si. cum cōcordantibus. ff. de pact. & l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. ergo exceptio non num. pec. competens creditoribus, non poterat ab eis tolli propter factum principalis, scilicet mariti renuntiantis exceptionis non numeratæ dotis.

Item in alio membro Bar. quando elapsum est tempus opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, quod Bart. non benè dicat, vltra ea, quæ sup. latè adduxi, adhuc ostendo tali funda

84 mento: & istud bene nota in practica, † nam licet elapsa sint tempora opponendæ exceptionis non numeratę dotis contra maritum confessum dotem recepisse, tamen si creditores habuerunt iustam ignorantiam dictæ dotis confessatæ, prout est regulariter: cùm regulariter in facto alieno præsumatur iusta, & probabilis ignorantia. l. fin. ff. pro suo. cum similib. certè poterunt creditores petere restitutionem in integrum ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa esse videbitur: & sic opponere exceptionem non numeratæ dotis: tex. est in l. contractibus, in princ. & ibi gl. not. & signanda, in ver. petituris. C. de non num. pecun. iuxta gl. in l. sicut. in gl. paruula. super ver. nō militia. & ibi Bar. & alij Doctores. C. de præscript. trig. vel quadrag. ann. & iuncto eo, quod multùm signanter voluit Bar. in l. prima. §. si quis autem propter inundationem. per illum textum. ff. de itine. actuque priua. ubi uoluit Bar. quòd si contra aliquem cucurrit præscriptio triginta annorum, & erat ignorans ius sibi competere, quia fortè alteri successerat, iuxta l. qui in alterius. ff. de regul. iur. quòd restituetur in integrum ex dicta clausula generali aduersus præscriptionem. Quod dictum solent aduocati in practica aureum reputare. Et idem voluit Bar. in l. Aemilius. in secunda columna. ff. de minor. & in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. circa medium. ff. qui ex cau. ma. & in l. Arist. §. fin. ff. de donat. & Bald. in l. fin. ver. attende. C. de præscript. long. temp. Ioan. de Imol. in cap. fin. extra de præscript. in secund. char. & in l. Pannonius. ff. de acqui. hæred. & Abba. Panorm. in cap. uigilanti. extra de præscrip. & Ludo. Rom. in l. si uero. §. de uiro. ff. solu. matrimo. in 15. fallentia. & in l. qui uniuersas. §. fin. ff. de acquiren. posses. & idem etiam tenuit Spec. in tit. de præscript. §. primo. uer. pone colonus. & de hoc aureo dicto allegantur complures gloss. in dicta l. sicut. in gloss. paruula. in versic. militia. & gloss. in l. si partem. §. si per fundum. in uer. non utendo. & in l. si sic. in gloss. magn.

h in versic. seruitutis. ff. quemadmod. ser. ami. h & gloss. in l. prima. in gloss. prima. C. de pa. potesta. Et quòd in terminis nostris nedum non admittatur restitutio aduersus exceptionem non numeratæ dotis transactam, imò fortiùs quòd tempus opponendæ exceptionis nunquam currit creditoribus, seu fideiussoribus, propterea quòd principalis intra tempus debitum ea non sit usus: probat mihi apertè text. solennis ad hoc in illa l. penultim. C. de non numerat. pecun. in uersic. nec ea prohibeatur. quòd principalis debitor ea nunquam usus est. Circa quod cogitare, quia esset mirabile, & contra

i omnium i* opinionem. Concludo ergo ex prædictis clarissimè, quòd fundamentum Bar. in d. l. assiduis. in utroque membro nullatenus possit procedere.

85 Ante tamen, quàm ulterius procedam, unum non omitto, in quantum sup. dixi, † quòd si renuntiatum esset exceptioni non numeratæ pecuniæ, & super renuntiatione esset appositum iuramentum, quòd tunc ualeret renuntiatio, nec illa exceptio amplius posset opponi. Reperio in hoc dari duo singularia remedia, quibus ille, qui renuntiasset exceptioni, & iurasset, posset nihilominùs se tueri. Vnum ponit singul. Bartol. in d. l. fin. C. de non num. pecu. secūdum lectu. Bono. ubi dicit Bartol. quòd quando quis renuntiauit exceptioni non numeratæ pecunię, & iurauit se non contrauenturum, quòd quamuis non posset opponere istam exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia ueniret contra iuramentum suum, tamen dicit Bartol. se putare quòd si soluerit, poterit repetere: sicut dicimus in debitore, quia iurauit soluere usuras: nam tenetur illas soluere, sed postea solutas potest repetere cap. debitores. extra de iureiur. De capituli intellectu uide latè Bal. in l. non dubium. in 17. C. de legib. & plenè per Imo. in sua repet. cap. cum contingat. in 49. chart. extra de iureiurand. & ibi latissimè ponit de effectu dictorum uerborum Bartol.

86 † Aliud singularissimum remedium ponit Angel. in l. j. C. de do. cau. non nu. & illud nunquam exeat memoria pro actu practico,

practico,quòd quãdo renuntiatum est exceptioni non nume-
ratæ pecuniȩ,& est appositum iuramentũ , quo casu propter
iuramentum non potest amplius opponi exceptio non nume
ratæ pecuniæ,vt prædixi , tamen hoc casu poterit opponi ex-
ceptio de simulatione contractus : puta quòd in veritate talis
maritus intendebat donare tantam quantitatem tali suæ vxo-
ri:& tamen fictè,& simulatè fuit inter eos actum, quòd mari-
tus confiteretur se dictam quantitatem recepisse pro dote, cũ
in veritate nihil habuerit:hoc casu iuramentum nihil obsta-
87 bit exceptioni simulationis : † quia iuramentum interpositũ
super actu simulato non validat actum , nec ligat iurantem:
vt est gl.singul.in l.emptione.& est gl. vnica ad fin. & ibi Bal.
& omnes.C.plus va.quod agi.De cuius tamen gloss.veritate
videatis omninò Bal.in l.j.C.de ope.lib.& illud tenebat Bal.
88 quòd † quando interuenit iuramentum super contractu si-
t mulato,ꝙ illud iuramentum non obligat iurantem, & t ꝙ nõ
requiratur relaxatio,siue absolutio à iuramento. Et ibi etiam
ponit Bal.ad quem spectet declarare, quòd tale iuramentum
non valeat,an ad Episcopum tantùm, an verò etiam ad iudi-
cem secularem. Et scilicet quòd non requiratur relaxatio , si-
ue absolutio à tali iuramento,tenet etiam Bald.in l.nec patro
nus.C.de ope.lib.& in l.j.in vlt. quæst. C.de inoffi. don. & se-
quitur Pet.de Anch.in repet.cap.canonum statuta.in 8.chart.
de constit.& de suprà scripta singu.gloss. videatis etiam Bald.
in rub.ff.de iureiur.Bal.& Ang.in l.fin.ff.qui satisd. cog.& Bal.
in l.fin.ff.de iureiur.videatis etiam Ioann. de Imol. in l.nemo
potest.ff.de leg.j.& in repe.c.cùm contingat. in 46. chart.ex
tra de iureiuran. & Bald. in l.fin. circa princ.& ibidem Salic.
C.de nõ num.pec. Et hoc est quod voluit tenere Ang.de Are.
hic,quamuis alijs uerbis vtatur,qui dicit hoc esse singularis-
simum,quamuis de suprà scriptis nullam faciat mentionem,
sed de sola authoritate Bal.& Salic.in d.l.fin. C. de non num.
pec.& dicit se credere,quòd idem velit Bar.ibi:sed errat:quia
Bar.vult solum id,quod sup.formaliter retuli.
89 † Vnum etiam non omitto , in quantum in superioribus di
xi,ꝙ si apparet instrumentum confessionis de dote accepta,
quòd posset opponi exceptio non numeratæ dotis intra tem-
pora debita,nisi renuntiatum fuisset exceptioni non numera-
tæ dotis:istud singulare procedit , quando maritus confessus
fuisset , se dotem accepisse ab vxore sua , vel ab eius patre:se-
cus autem,si maritus confessus fuisset, se accepisse dotẽ à ter-
tio:quia tunc præsumitur semper fuisse actualiter numeratã,
hic non admittitur exceptio non num.dotis. Istud fuit singu-
larissimũ dictum Salic.in Authen. sed iam necesse.C.de don.
ante nupt.
90 † Reuertor ad principale dubium nostrum , in quo repro-
bat opi.Bar.restat,vt videamus quid sit tenendum.Ang.hic te
net vnam distinctionem Bal.in l.j.in versic. duplicata priuile-
gia habet dos.C.de priui.dot.ꝙ aut confessio dotis fuit facta
ante matrimonium contractum : & tunc siue sit renuntiatum
exceptioni nõ numeratæ dotis,siue non, siue transacta sint tẽ-
pora ad opponendam hanc exceptionem siue non , semper
præiudicatur omnibus creditoribus, & habetur pro vera nu-
meratione.Si autem confessio dotis fiat constante matrimo-
nio:tunc secus,vt latius hic per eum . Quæ distinctio mihi nõ
placet . Primò quia ante contractum matrimonium non po-
91 test renuntiari exceptioni nõ numeratæ dotis , cùm † ante cõ
tractum matrimonium non dicatur dos: quia vbi non est ma
u trimonium,non potest dici dos esse. u l.fin.C.de do.ante nup.
Nisi saluares,dicendo ꝙ intellexerunt de exceptione non nu-
me.pecun.Præterea & fortius , si ante contractum matrimo.
competebat exceptio non nu.pe.ipsi futuro marito:ergo etiã
competebat eius creditoribus.l.pe. C. de non num.pec. ergo
per factũ ipsius,& sic per eius renuntiationem nullatenus po-
tuit creditoribus prȩiudicare:prout latiùs induxi sup.hoc fun
damentum cõtra Bar.ad quod non video quid possit respõde
ri.Ego omissis his varietatib.indistinctè teneo cum illa singu
lari glo.in d.l.assiduis.in ver.datæ.ꝙ priuilegium prælationis
quod habet mulier in dote vera,nõ cõpetat in dote confessa-
ta.etiã si millies fuisset renuntiatum exceptioni nõ num.dotis
x à marito,vel esset transactũ legitimum tẽpus x* opponẽdi ta-
lem exceptionẽ.Et cũ illa gl.simpliciter tenet Io.de Pla.& sim
pliciter Nic.de Neap.hic in apostil.text.Addo Bal.idẽ expres-
sè tenentem in l. cum aliquis. C. de iure delib. vbi formaliter
inquit:ꝙ prȩdicta gl.in uer.de dote. est vera, eò quia priuile-
gium tacitæ hypothecæ datur actioni ex stipulatu:sed dos cõ
fessata non petitur actione ex stipulatu,sed per condictionem
ex lege,cui actioni non reperitur hoc priuilegium indultum.
Est verum ꝙ,iudicio meo,istud fundamentum Bal.est falsum:
quia quamuis priuilegium tacitè hypothecæ sit indultum ip-
si actioni,tamen priuilegium prælationis, de quo hic disputa
mus , est indultum ipsi mulieri , non actioni , vt latè conclusi
sup.in gloss.in uer.ei.& ibi etiam retuli ipsum Bald.ita tenere.
Limito tamen prædictam conclusionem,& dictam gloss.in
ver.datæ.vt indistinctè procedat , quando mulier concurreret
cum aliquibus creditoribus probantibus actualem,& veram
numerationem:tunc mulier,quæ non habet probationem ni-
si fictam , vel præsumptam ex renuntiatione exceptionis non
num.pecu.vel ex lapsu temporis ad probandum, iuxta tex. in
l.si ex cautione.C.de non num. pec. non est tunc præferenda
alijs creditorib.probantib.de vero & actuali numeratione,&
qui habent causam onerosam : & sic cum tractant de damno
euitando:ergo sunt præferendi ipsi mulieri: arg.l.fin.§.sin ve-
rò creditores.C.de iud.deliber.Secus autem esset, si alij credi
tores non etiam probarent veram, & actualem numerationẽ:
quia tunc mulier esset eis præferenda : quoniam hoc casu &
mulier,& alij creditores pariformiter nituntur tantummodò
ex sola confessione mariti:ergo præferenda est mulier,quȩ est
magis fauorabilis.Et in istis terminis potest saluari opin.Bar.
in d.l.assiduis . quam sup.reprobaui.Et in terminis tenet An-
gel.in l.prima.ff.solut.matrim.& ibi eũ sequuntur Io.de Imo.
Cum.& alij communiter Scribentes , & Bald. in d.l.assiduis.
vbi formaliter inquit:Si sunt creditores aliter , quàm ex con-
fessione,mulier non præfertur eis:aliàs sic: quamuis alleg.gl.
in contrarium,in l.j.C.de do.cau.non nu.& illi gl. non respon
det,vt sup.dixi.Et cum hac opi.tenet etiam Ang.hic:quamuis
dicat aliam,quam sup.retuli,& reprobaui , esse veriorẽ.Et cre
y do,ꝙ ista sit mera veritas: y* Et vltra suprà scripta pro verita-
te dictæ sing.gl.in d.l.assiduis.in ver.datæ. videatis Specul.in
tit.de confes.§.sequitur.ver.penul. & ibi Bal. in addi. & Spec.
in tit.de sol.& lib.§.j.versic.sed pone,contraxi. & Car.Floren.
in c.ex literis.extra de pign.Bald.in l.generaliter.versic.modò
venio ad quæstiones.C.de nõ num.pecun.in d.l. cum aliquis.
C.de iure delib. Fulg. in l.cui.C. de non num. pec. & in simili
gl.& ibi Bal.in l.neque.C.de competen.
92 † An autem confessio facta de dote recepta à marito , vi-
deatur facta animo donandi,& sic facta animo liberandi: an
verò sub spe futuræ numerationis , & sic animo consequendi
dotem à muliere. Vtilitas est euidens , quia si in dubio prȩsu-
93 mitur animo donandi , non valebit: † cum regulariter do-
natio sit prohibita inter uirum & vxorem : aliàs sic . In hoc
puncto variæ sunt Scribentium opinio. de quibus uideatis
latè per Angel.de Aret.hic , quasi omnes particulariter refe-
rentem . Verior mihi videtur illa opinio , quòd in dubio vi-
z deatur facta sub spe futuræ numerationis z , & sic animo cõ-
sequendæ dotis:quamuis Angel.hic contrarium concludat:&
dicit quòd in contrarium se habet communis opin.De quo ar
ticulo videatis Bartol. in l.Papinianus. ff. de donat. inter uirũ
& vxorem.& l.cum quis decedens.§.Titia honestissima.ff.de
legatis tertio. & in l.si diuortio. versicul.quæro quid si fiat.ff.
de uerborum. obligat. & quod tenent Bartol. & alij in l.Ti-
tia. uer. quid si ego confiteor. ff.de uerborum obligationib.
& quod tenent Bartol.& Bald.in leg.2.§.fin.in ultim.columm.
in uer. Et ista sunt utilia ad quȩstionem de facto.ff.si cert.pe-
tat.& dixi latè in §.sequens.sup.eod. extra gloss. in primo li-
bello in mutuo.Et ad terminos nostros uideatis Bald.in l.j.in
ultim.colum.uer. Item facit ad aliud. C.de inoff. donat. & in
terminis Bald.in l.j.in j.quæst.C.de donat. ante nupt.& ibi di
cit quòd de facto fuit seruatum in quodam suo uicino , quòd
in dubio præsumatur donatio , quando coniuges sunt pares:
aliàs secus,ut ibi per eum. Videas etiam Cyn.& omninò Salic.
in l.quod de suo.C.de dote cau.non nu.Ang. in consi.5.incip.
Andreas.Ioan.de Imol.in l.penul.§.mulier. ff.solut.matrimo.
Imol.& Ludo.in l.si diuortio.ff.de uerb.obliga. Ioan. And.in
addit.ad Specul.in tit.de donat. inter uir.& uxo. super rub.&
Cyn.in l.j.C.de sacrosanct.eccl.§.2.& ista sufficiant pro nunc

omninò Bal.in l.si absentis.in 3.colum.C.si cert. petat.& in l. ab Anastasio.ad fin.C.man.& Bar.in simili quæst.in l.pen.§.si vir.ff.solut.matri.

Gloss.in ver.cum ipsa.diuiditur in quinque partes principales.In prima declarat text.& tollit vnum tacitum contrariū pro modo fallentiæ.In secunda quærit,& soluit. In tertia tollit aliud tacitum contrarium. In quarta quærit & soluit cum vna fallentia,& circa solutionem multa ponit. In quinta format aliam quæstionem,in qua pr mò arguit ad partes:postea decidit.Secunda ibi:sed nunquid Procuratori.Tertia ibi:item quod hic dicit. Quarta ibi:sed quando mulier potest experiri.Quinta ibi:sed nunquid patri.

Et hanc gl.dicit singularem Bal. in l.vnica. §. & vt plenius. C.de rei vxo.act.in gl.ibi:vt C.qui pot.in pig.ha.l.fin.in fi.

94 † Hanc partem gl.dicit Angelus esse notandam,& mēti tenendam.Ex qua habes,quòd priuilegium prælationis, quod habet mulier agens pro dote, vt alijs creditoribus præferatur in bonis mariti,competit etiam filijs,& alijs descendentibus ipsius mulieris:non autem competit alijs etiam hæredibus ipsius mulieris.Idem etiam tenuit gl.in d.l. fin. in ver.exceptis. & in ver.eis.& gl.in d.l.prima.in gl.magn.2. princ. C.de priuileg.dotis. quæ etiam dixit istud priuilegium competere filijs,non iure hæreditario,sed iure filiationis: & consequenter quod istud priuilegium competeret filijs, etiamsi non essent hæredes matris.Et pro gl.nostra est casus in Authent, si quid. in versic.sed quælibet eius soboles, C. qui pot. in pign. ha.Et idem quod hic tenuit gl.in l.etiam.in princ.in gl.prima.ff.solut.matrimonio.Hanc tamen gl.intelligite veram, & procedere in filijs eiusdem matrimonij,secus si sint alterius matrimonij, quibus tunc hæc priuilegia non competerent: secundum Bartolum in l.assiduis.in secund.notab. per illum textum, in versic.exceptis.& latius Bar.ad fin.eiusdemmet legis, vbi dicitur ita tenere communiter doc.& ibi etiam tenent Cyn.Bal. & Bar.in l.etiam in prin.ff.sol.mat.& ibi Bal. Cuman.Ang.& Imo.& communiter alios,reprobata gl.j.ibi.in prin.quæ contrarium voluit,& malè,secundum communiter Doct.Facit et in simili gl.in l.si cum procuratore.in gl.fin.in versi. defensor. & ibi Bar.& Ang.& alii.ff.de re iudicata glo.vnica.in l. sciendum.in eodem tit.& glos.in l.si fideiussor.§.fin.in ver.hæred. eod.tit.& gl.in l.verum.§.primo.in versi.cæterorum. ff.pro socio,& gl.in §.fin.ver.itē si de dote.in uer.maritus,inf. eodem. Et ad tex.in dicta Authen.si quid.C.qui pot.in pign.ha.qui videtur aliqualiter obstare in versic. seu quælibet eius soboles. responde vt per Bar.in d.l.assiduis. in fin. & per alios in locis suprà scriptis,quòd intelligitur quælibet eius soboles,dūmodo ex eodem matrimonio descendat.

a 95 a † Nunquid autem ipsa mulier, postquam est nupta, & actualiter collocata in secundo matrimonio, habeat ista priuilegia,de quibus in hoc text.& maximè priuilegium prælationis,vt præferatur aliis cred toribus in bonis primi mariti? Prima fronte videtur quòd non:quia cùm sit nupta, cessat ratio priuilegiorum concedendorū mulieri.Conceduntur enim ei priuilegia propter eam facilius maritandam,iuxta l.1.cum ibi not.ff.soluto matrimonio.Quæ ratio cessat,cùm iam sit nupta.Et pro ista parte multùm bene faceret, quod in simili voluit Bal.post Guliel in l.obligamur.§. primo.ff.de actio.& obligatio.vbi uoluit quòd quamuis pater compellatur officio iudicis dotare filiam suam, vt ibi,& l.qui liberos.ff.de rit. nupt. l.fin.C.de dot.promis.tamen si filia est actualiter maritata, pater non tenetur ampliùs ad dotandum eam,quia cessat causa & ratio,propter quam pater tenebatur eā dotare. Et pro hoc etiam dicit Bartolus videri casum in §. si quis sub potestate constitutam.in Authentica,de nupt.& in l.fin.C. de repu.limitando tamen,vt ibi per eum,nisi filia,quæ se maritauit, etiam dotem promisisset,eò quia pater eam non maritabat,& maritus nolebat aliter eam accipere:tunc pater posset cogi soluere dotem,b vt ibi per eum.Cùm Bar.tenet Salicetus in Authentica,res,quæ.C.Communia de lega.& in l.qui liberos. ff.de ritu nupt.Matesilanus in notab.106.Panormitanus in cap.accedens.ad finem.de procurator. quamuis contrariū teneat Bal. in dict.Authent.res quæ.in principio.

96 † Istis tamen non obstantibus Bar.post Iacob. de Aret.in l. nuptam.in principio.ff.soluto matrimonio. determinat contrarium,scilicet,quod imò mulier actualiter collocata in secundo matrimon o habeat hæc priuilegia: quoniam dos est necessaria, nedum ad maritandam mulierem, sed etiam ad sustinenda onera matrimonii,iuxta l.pro oneribus. C. de iure dotium.Et pro hac parte dicit esse casum Bartoli in l.assiduis. versiculo, exceptis.C.qui pot.in pignor.hab. & in l. etiam.in principio.ff.soluto matrimonio.ubi filii prioris mariti habent hoc priuilegium prælationis:ergo multò magis mulier. Et cū hac opinio.tenent cōmuniter Doctores ibi.Salicetus,in l.vnica.§.primo.C.de rei vxoriæ actio. & Angelus de Aretio hic. Non obstant deducta in contrarium:& illud simile, quod quādo filia est actualiter maritata,quòd ampliùs non teneatur pa

97 ter eam dotare:quia illud simile est falsum: † quia imò pater

c tenetur dotare filiam, c quamuis sit actualiter nupta, prout cōtra Gulielm.& Bartolum, & suprà adductos tenuit in terminis gl.in dicta l.obligamur.§.lege. quæ multùm facit pro hac opinione,& in hac gloss. contra Bartolum tenuit Iacobus de Aretio.Baldus,Angelus,& Imola,in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebellianum.& illam glossam sequitur & reputat singular.Nicolaus de Neapol.in rubrica. ff. soluto matrimonio.& in dicto §.proponeretur. Eandem etiam tenet Baldus in l.fin.C.de dot.promis. & ibi videatis Salic. & eundem Angel.in dicta l.nupta.in princip.& in dicta l.obligamur.§.lege. & Pau.de Castr.in l.si socer. in fin. princip.ff. solut. matrimonio.& Raph.Cum.in l. prima.ff. solut. matrimo. Bene faceret quod voluit Bald.in l.si donaturus.in princip. ff.de condi. ob

98 cau.vbi voluit † quòd maritus potest expellere vxorē, ex quo pater non dedit dotem, quia maritus non debet habere vxorem sine dote.30.quæstio.quinta.cap.nullum, & allegat glos. quam dicit hoc innuere in Authent.de non eli.se.nub.col.prima.& est in §.final.in gloss. in versicul. onera. Ego alleg.text. in §.si quis sub potestate. in Authen. de nupt. & text.in l.final. in versicul.mulierem fieri.§.indotatam, & sic à viro fortè repelli.C.ad Velleian.& text.in cap.per vestras. extra de donat. inter vir.& vxor.Bald.in l.fin.C.de senten.quæ sine cert.quanti.& in l.quod in vxorem.C.de negot. gest. & in l.diui.ff.solu. matrimo.Accedat ad ista quod dicit Bald.in leg. fin. in fin. C. de do.promis.vbi voluit, quòd mulier inuito patre potest se

99 dotare de bonis patris. † maximè si faceret cum authoritate iudicis: & pater compelli poterit ad consentiendum: motus arg.illius l.fin.& l. profectitia. circa princip. ff. de iure dot. per quam dicit etiam Bartol. in leg.1. in 4. columna.ff. solut. matrimo. quòd si pater haberi non potest, iudex constituet dotem ipsi filiæ: & ad hoc reputat illam legem esse notab.

100 † Ad ista optimè facit, quia etiam, vbi filia haberet de suo proprio,tunc pater tenetur eam dotare de suo, & non de bonis filiæ. dict.l.fin.C.de do. promis. quam ad hoc not.ibi Bald.in 2.columnn.vbi formaliter sic inquit: Nota hic quòd licet filia sit diues ex proprio patrimonio, tamen pater tenetur eam dotare de suo.Et ita expressè tenuit ibi glo.not.in ver.intelligi.quamuis contrarium teneat sing. Bartol. in l. mulier.§. cum proponeretur.in 2.oppo.ff. ad Trebellian. vbi sic inquit

101 post Iac.de Aret. † quòd dos non est debita filiæ iure obliga

d tionis, sed magis officio iudicis d ex æquitate, quæ æquitas cessat,quando mulier habet aliunde unde se dotet.Sicut in simili dicimus alimentis quòd filius est alendus à patre officio iudicis ex quadam æquitate: Vnde si habet aliunde, vnde se alat,uel potest se alere ex operis suis, non est alendus à patre: quia tunc cessat æquitas. leg. si quis à liberis. §. si uel parens.& §.sed si filius.& ibidem Bartol. cum suis concor. ff.de lib.agno.

102 † Et an istud,quando filia habet aliunde, unde se dotet, nunquid pater teneatur eam dotare,videas Ang.in Auten.res, quæ.C.communia de lega.& in l.fin.C.de do.promis.& Bald. in d.Authen.res,quæ.in prin.2.col.versi.quæro,an ego tenear

103 dotare neptem ex filio meo,&c.ubi tenet † quod auus non tenetur dotare neptem suā,quando filius habet,ex quo possit filiā dotare.motus ex traditis in optimo simili per Bar.post Iacob. de Aret.in l. non quemadmodum.ff. de liber. agnosc.Et cum hoc dicto Bald.simpliciter tenet Lud.Rom.in l.j.ff. solut.mat. de quo etiam per Salic.in d.l.fina. C. de dot.promis. Videatis etiam quod vult Bald.in l.neque mater. C. de iur. do. circa intelle-

intellectum,quem dat ad l.vxorē.§.pater naturalis.ff.de lega. 3.nam voluit Bal.ꝗ illud,quod ibi dicitur in text.per gloss.&
104 Bartol.† ꝗ pater non tenetur dotare filiam naturalē tantùm de suo, procedit, & intelligitur de filia naturali tantùm,quæ non est inops, vel ex honesto artificio potest sibi dotem quærere:aliàs naturalis pater tenetur eam dotare.Videas etiam quod voluit Bald.in d.l.fin.in 2.col.in ver. sed nunquid
105 frater.C.de dot.promis.vbi tenuit,† ꝗ frater nō tenetur do
e tare sororem e ex eodem patre de suo proprio, quando soror habet proprium patrimonium: secus si non haberet proprium patrimonium.

f f* Videatis etiam quod in proposito nostro, & in terminis nostris voluit not.Angel.hic, in 17.col.vbi voluit quòd etiā si filia habet bona aduentitia,nihilominùs adhuc pater tenetur eam dotare de suo,non autem de bonis aduentitijs filiæ.motus per d.l.fin.C.de do.promis. Ideo subdit ipse singulariùs, ꝗ quamuis filia habeat bona aduentitia, tamen pater simpliciter dotando filiam,in dubio præsumitur eam dotasse de bonis proprijs patris,etiam si expresè dicat pater, ꝗ eam dotet de bonis proprijs filiæ,dummodo pater sit soluendo,cùm of
g ficium paternum sit,& ex necessitate,dotare filias, g d.l.qui liberos.ff.de rit.nup.& d.l.obligamur.§.lege. Secus si pater nō esset soluendo.Sed audite:licet Angel.de Aret.pro hoc suo dicto,quod est in practica clarissimū, & vtilissimū, nihil aliud
106 alleget, † ego adduco duo optima fundamenta ad istud firmandum,quòd pater dotando filiam habentem bona aduentitia,etiamsi expresè dicat, se eam dotare de bonis proprijs filiæ,tamen videtur dotare de suis bonis patris, quando ipse pater est soluendo.Nam ab his,ad quæ quis tenetur de necessitate,protestatio nihil releuat protestantem,nisi etiam interueniat consensus ipsius, contra quem fit protestatio: & hoc quando obligatio esset iam contracta, & sic esset de præterito:secus si de futuro.l.alimenta.& ibi gl.not.& ibidem Bar.& alij.C.de neg.gest. & est theorica Bartoli in l.non solum.§. morte.ff.de ope.noui nunt.in 7.col.ver.sed quæro,an etiā patris consensus requiratur.tex.est, & ibi Bar.in l.fin.§.itē si prædixerit.ff.nau.cau.stabu.& communiter Doctores & Bal.Ang. Salic.& alij nouissimi,in l.pacta nouissima. C. de pactis.Can. in cap.cum M.Farrarien.extra de constitu. & idem Baldus in l.non ideo minus.C.de libe.cau.ergo cum pater teneatur ad dotandum filiam de suo proprio,vt suprà vidimus, ergo protestatio ipsius patris,quæ contrarium contineret, nihil debet operari, & nihil patri proficere. Præterea,& secundò,in his, quæ certo modo disposita sunt,& determinata à lege,protestatio nihil operatur,nec releuat protestantem.Ita Bartolus in l.Nesennius Apollinaris Iulio Paulo. in primo notabili. & ibi Ang.ff.de negot.gest.& Bar.post glossam in l.alimenta.C.de negot.gest.& in d.l.non solum.§.morte. in septima colum.in versic.circa quintum.sed sic est ꝗ istud est determinatum à iure ꝗ pater teneatur dotare filiam de suo proprio: ergo protestatio patris nihil habebit operari.Et per hæc duo fundamenta infero nouiter vnum,quod non memini me alibi in terminis legisse,quod not.est,& benè signandum in practica, & ad textum nostrum,& ad suprà dicta in textualibus, in tertio no-
107 tabili,† ꝗ si maritus, cuius bona sunt tacitè hypothecata pro dote ex dispositione legis,accipiens dotem protestaretur, & diceret,quòd nolit bona sua esse hypothecata pro dote:talis protestatio nihil operaretur.

108 † Idem,& notabilius dico in socero, cuius bona etiā sunt tacitè hypothecata pro dote nurus,siue ipse dotem acceperit,siue alius de eius voluntate: secus si sine voluntate. Ita tenuit gl.in l.assiduis.in gl.mag.in versic.licet anterioris sint.ante finem.C.qui pot.in pign.hab.per l.si cum dotem.§.transgrediamur,ff.solut.mat.Certè si socer protestaretur, & diceret, se nolle quòd bona sua sint hypothecata, ista protestatio nihil operatur: qua non obstante, posset mulier agere hypothecaria ad bona ipsius soceri.

Istud omninò addite ad ea,quæ suprà dixi in textualibus,in secūdo notab.sed aduerte,si vis in terminis nostris tenere con
h tra Angelum h* ꝗ pater dotans filiā habentem bona aduentitia,si expresè dicat,se eam dotare de bonis proprijs filię, non videatur dotasse de bonis proprijs patris: istud facilè potest teneri:& facilè posset responderi ad illa duo fundamēta, quæ
109 suprà dixi.Et ad primum, † ꝗ ab his ad quæ quis tenetur de necessitate, protestatio non releuat protestantem:respondeo fatendo hoc esse verissimum:& dum dicebam ꝗ pater de necessitate tenetur dotare filiam de proprio patris: respondeo
110 † negando, quia imò pater nō tenetur de necessitate de suo proprio patrimonio dotare filiam, quando filia habet bona aduentitia,vel aliunde vnde se dotet:vt tenuit Bar.in dicto §. cum opponeretur.superius alleg.Et veritas huius puncti pendet ab illo.Eodem modo respondeo ad secundum dum dicebatur ꝗ in his,quæ certo modo disposita sunt à lege,protestatio nihil operatur:dico hoc verum. Et dū dicitur quòd istud est determinatum ex iure, ꝗ pater teneatur dotare filiam de suo proprio:Respondeo ꝗ est falsum, quando filia habet de suo proprio vnde se dotet, vt statim dixi, & contra Angelum alleg.Bar.in terminis contrarium tenentem in d.l.Nesennius,in quarto notab.ff.de negotijs gestis.vbi inquit, quòd licet pater,& frater,qui dotant filiam, videātur in dubio dotare de suo proprio,& non filię,vel sororis,per d.l.fin.C.de dot. promis.verum est,nisi esset negotiorū gestor filiæ, vel sororis: vt quia filia,vel soror haberent bona propria: quia tunc viderentur dotare de bonis proprijs filiæ,& sororis:motus per illum textum.& ita dicit sentire gl.in d.l.fin.& est in ver.paternum.C.de dot.promis. Et si bene aduertatur,vult adhuc fortius Bar.contra Angelum hic, quòd etiam sine expressa protestatione patris,vel fratris: tamen in dubio uidetur dotare de bonis proprijs filiæ,vel sororis. Est verum quòd gl.in d.l.fin.in versic.paternum.non bene allegatur per Bartolum:quia loquitur in extraneo,non autem in patre.

Dicit etiam Bart.in d. l.Nesennius. alind quod optimè facit
111 in similibus, † quòd quamuis pater expēsas, quas facit pro filio studente,videatur in dubio facere de suo.l. quæ pater.la secunda.ff.famil.erci scundæ.tamen hoc debet intelligi, nisi filius habuisset peculium castrēse,vel quasi, uel aduentitium, quod fuisset penes patrem.l.fin. ff.de petit. hæred. Est verum quòd inquantum Bar.loquitur de patre,auo, & alijs qui tenētur dotare,& vult ꝗ si gerant negotia filię, quòd in dubio videantur dotasse de bonis ipsius filiæ,quod contra Bar. tenuit Ludouicus Romanus in l.j. ff.soluto matrimonio. motus per dictam l.fin.C.de dot.promis. Si uis habere veritatem huius puncti,ultra superius alleg.videas glo.in.l. vxorem.§.pater naturalis.& ibidem latè Bar.& plenius,quàm alibi.ff. de legatis tertio.& Bar.in d.l.prima.ff.soluto matrimonio. & ibi Ioannes de Imol.in quarta columna.& Bal.in d. l. Nesennius Apolinaris Iulio Paulo salutem. ff. de negotijs gestis. & omnino Bald.in dicta l.final.in penultima columna.C. de dot.promis. & ibi latè per eum, quid de patre, quid in fratribus, quid in socijs omnium bonorum. & Bald. in consilio incipiente in Dei nomine, Amen. Pone quòd Petrus & Ioannes, &c. vbi consuluit in quotidiano casu:ecce Petrus & Ioannes erant fratres, & dotauerunt de communi filias Ioannis: an Petrus videatur dotare pro parte sua.Et consuluit Baldus,quòd non: quia Petrus videtur gessisse negotia Ioannis: quia eo sciente, & patiente fecit istud.Et idem dicit esse in quolibet extrāneo dotante vnà cum patre:secus si sine patre, per l.ex morte.C. de pactis conuent.& l.vnica.§.accedat.C.de rei vxoriæ actio. Vide quod in simili decidit Speculator in tit.de iudicijs.§. sequitur.versicu.quid si vnus ex fratribus, sequitur Bald.in l.finali. in penultima columna. C. de do. promis. & in addit.ad tractatum Bartol.de duobus fratribus. in 7. column. in uer. item dicit quòd si unus fratrum.Ioan. Pet.de Ferra. in practica sua Papien.in forma libelli, quo agitur pro hæred. vel re singulari. in 18.colum.in uersic. item quæritur de quotidiana quæstione.& in forma libelli in causa societatis. in penultima columna.

Antè,quàm ulterius procedam in gloss.quia sup. uidimus, quādo filia est maritata,an debet dotari à patre, & quid quādo habet,unde se dotet de suo:& quid in auo, an teneatur dotare neptem:& sumus in hac no.materia dotiū: utillam pin-
112 guiorem efficiamus,habetis notare † quòd pater non tenetur dotare filiam hæreticam, uel Iudęam.Text.est not.in l.cognouimus.in uerbo,cæteris liberis.C.de hæret.& gl. unica.in l.si uerò.ff.de in rem uerso. Et ita dicit quòd tenet Ludo.in l. prima.ff.solut.matrimo.& Bar.in Auth.res, quæ.in vlt.colum.

C.communia de legat.quamuis Bal.ibi videatur facere differentiam inter Iudæam & hæreticam. Accedat ꝙ dixit Bald.in
113 rub.C.de priui.do.in 2.col.vbi dixit † ꝙ mulier hęretica nō habet priuilegia dotis.quod multùm no.ad limitationē §.nostri.& idem dicunt Cyn.& Nicol.in l.j.ff.solut. matrim.esse in Iudæa,ꝙ mulier Iudæa nō habeat priuilegia dotis. quod etiā benè not.ad limitationem §.nostri.
114 † Aduerte tamen,ꝙ si filius vel filia sint effecti orthodoxæ religionis,& sic Christiani,ꝙ pater Iudæus, vel Hebræus, vel alterius sectæ,tenetur dictos filios alere,& filias.& donationē propter nuptias constituere, & dotem dare secundū vires patrimonij.Tex.est singul.in d.l.cognouimus.C.de heret.Quod etiam Ang.hic dicit multùm notandum: & dicit se habuisse de facto, non sunt multi dies: & nunc est de facto hæc quæstio in hac ciuitate Papiæ.Addo gl.amplius volentem in l.neque mater.C.de iure dotium:nam regulariter mater non co-
115 gitur dotare filiam, † quia officium maternum nō est filias dotare,ut ibi est tex.nisi mater esset diues, & pater inops, qui non habuerit ex quo dotaret filiam.Ita Bartolus & Baldus in dicta Authent.res,quæ.& Iacob.de Aret.& Pet.& Bal.& in d. l.neque mater.C.de iud.do.De quo etiam per Angel. in l.à filia.in princip.ff.ad Trebe.& in l.fin. C. de do. promis.& Lud. Rom.in l.j.ff.solut.matri.tamen dicit illa no.gl.in l.neque mater.ꝙ si mater esset hæretica, & filia Christiana,quòd mater tenetur eam dotare, quamuis aliàs non sit eius officium. Et idem dicit ibi Bal.esse in matre Iudæa, ꝙ si filia efficiatͬ Christiana,mater tenetur eam dotare, quamuis aliàs non sit eius officium.De quo videas omninò per Cyn.ibi: & in Auth. Gazaros.de hære.& Spe.in tit.qui filij sint legitimi. §.j.ver.quòd si pater.
116 Secundò notate, † ꝙ si pater est egenus, vel multis debitis inuolutus,ita ꝙ non sit sufficiens ad dotandam filiam,tūc non tenetur eam dotare.imò fortiùs,dato ꝙ constituit sibi dotem,constitutio erit nulla.Ita dixit,& tenuit Ludouic.Rom.in l.j.ff.solut.matrimo.motus per l.ait Prætor.§.fin. cùm mulier. & l.fin.& §.si à socero.ff.quæ in fraud.cred.Sed ante eum hoc fuit dictum Bal.in d.l.fin.in 3.colum.C.de do. promis.Et ratio est:nam cum dos debet constitui secundum qualitatē, & quātitatem facultatum patris. l.quæro. ff.de iur. do.& l.si filiæ. ff. leg.3.& l.cùm post.§.si gener.ff.de iur.dot.ergo vbi non sunt aliquæ facultates, ibi non potest cadere constitutio dotis: cùm non entis nullæ sint qualitates.l.eius,quib.§. penult.ff.si cert. petat.
117 † Tertiò not.ꝙ pater non tenetur dare dotem filiæ ingratę:quia ingratitudo tollit debitum naturæ.§.optimè. in Auth. de nupt.quamuis si dos esset iam data, non reuocaretur prætextu ingratitudinis. Hoc est quod no. voluit Bal.in l.fin.in 4. colum.C de dot.promis.& Bart.& Imo.in l. post dotem,in 7. col.ff.solut.mat.
118 † Nūquid aūt si filia accepit maritum vilē & indignū domo sua,pater tenebitur eā dotare?Lud.Rom. in rubr.ff.solut.
i matri.tenuit quòd non.Adde i* Bald.idem tenentem in l.j.in fin.3.col.ff.sol.mat.Alleg. tex.in l.3.§. si emancipatus filius. ff. de contra tab.& Bal.in l.qui liberos. in reportatis antiquis. ff. de rit.nupt.vide not.Bal.in l.fin.C.de sent.quæ sine cert.quāti.
119 † Quid autem si filia nupsit patre contradicente, an pater teneatur eā dotare:videas Panorm.in c.cùm causam.extra de rap.& doct.in c.accedens.extra de procu.& ibi Imol.in 3.colum.Et aduerte quòd cùm filiafamiliàs de iure Canon. possit nubere sine cōsensu patris,vt est gl.in l.Paulus.aliàs incip. eū, qui.ff de statu homi. certè si filia nubat digno viro, quamuis nupserit sine consensu patris,non dico contra voluntatem patris,tūc pater tenetur eam dotare.Ita gl.iuris Canon. in c.hoc sanctum.32.q.2.& gl.in c.de raptoribus.in uer. consenserint. 36.quæst. j.
120 † An aūt teneatur pater dotare filiā naturalē tantùm, vel etiā spuriā:videas Barto.in l.fin.in 2.col.ff.de his quibus vt in di.& Bar.post gl.in l.vxorem.§.pater naturalis.ff. de lega.3.& in l.Meuius.§.duobus.in 3.& 4.q.& ibi Imo.ff.de l.2.& Bar.in l.fin.§.si à socero.ff.de his,quæ in frau.cre. Bal. in l.fi.in 2.col. C.de do.promis.per illū tex.& in l.neq; mater. C.de iur.dot. & in Authen.res,quæ.in 2.col.C.communia de leg.& in l.eā, quam.in 16.col.C.de fideicom.Bal.& Imol. in l.j.ff.de leg.j.

121 † Quid autem si filia est meretrix, vel similis conditionis, an pater tenetur eam dotare:videas Bal.in d.l. qui liberos. in reportatis antiquis.ff.de rit.nupt.An autem filius teneatur dotare matrem volentem transire ad secundum matrimonium: videas Bal.determinantem sing.quòd non, in l.j.ad fin. C. de inof.do.Ang.in l.j.ff.sol.mat.Alb.in arg.l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de legat.3.

In ea.gl.ibi.l.minor.§.quoniam. ff.de procu. Hanc partem gl.omnes approbant in procuratore simplici,id est,in procuratore,qui agit ad vtilitatem mulieris.& vltra alleg.per gl.facit secundū Dyn.hic in vltima colum.& penul.q. etiam Ioan. Fab.quia persona domini reputatur, nec debet esse durior cōditio procuratoris,q̄ dn̄i, præterquā in satisdando. leg.sed & hæ.§.defendere.& d.l.minor.ff.de procur.& gl. in l.verùm.in §.j.ff.pro socio.facit etiam l.si cum procuratore.ff.de re iudica.& l.qui bona.§.penul.ff.de damno infecto.Et ita simpliciter Nicol.de Neapo.hic,in 4.q.gl.& subdit Ioan.Faber.ꝙ hic
122 non est dubium de procuratore simplici: † sed pulchrum est dubium quid de procuratore in rem suam,cui essent cessa iura à muliere:verbi gratia:Mulier cessit iura sua, quæ habet contra maritum,Titio,& sic actionem de dote: quo casu Titius cessionarius est procurator in rem suam,nunquid gaudebit hoc priuilegio prælationis,ita vt præferatur alijs creditoribus mariti, prout prælata fuisset ipsa mulier: Determinat
K Ioann. K Fab.hic,quod nō,per hunc tex.in prin.vbi dicit hoc videri expeditum in uersic.cùm ipsa mulier.Secundò priuilegium,quod non est transmissibile ad extraneos hæredes,non est etiā cessibile:vt est gl.in leg.ꝙ si minor. in princ.in uersic. procuratorē.ff.de mino.& est tex.in leg.ex pluribus. quem ad hoc ibi no.Bar.ff.de admi.tut.& in leg. si stipulatus fuerim.in princ.& quod ibi Bar.ff.de uerb.oblig.& per Bar.in l.pro hęrede.§.si quod tamen,post gl.ibi.ff.de acquir. hæred. Imol.in l.apud Iulianum.§.utrum.ff.ad Trebel.Sed sic est, quòd priuilegiū prælationis nō transmittitur ad extraneos hæredes:imò nec ad filios alterius matrimonij, prout de utroque uidimus in prin.huius gloss. ergo etiam non transibit ad cessionariū:
123 & id simpliciter tenet Nicol.de Neap. in apostil. text.† Vos autem in hoc puncto nunquid priuilegium prælationis,quod habet mulier in ista actione de dote, possit cedi: teneatis id, quod tenet Bart.in l.post dotem. in ultima colum. ff. sol.ma. ubi Bar.ēt facit mentionem de gl.nostra.hic, distinguendo ut ibi per eum:ꝙ aut cessio fit ex necessitate imminente ex utraque parte tam mulieris cedentis,q̄ eius in quem fit cessio:aut fit ex voluntate,ut ibi latius per eum. & ibi Bar. respondet ad leg.fin.C.de priui.fisci aliter,q̄ respōdet Ioann. Fab. hic.& cū illa distinctioue Bar.tenet Ang.hic,reiecta opin. Io.de Imo.in d.l.post dotem.simpliciter, & indistinctè tenentis quòd hoc priuilegium prælationis nunquam transeat in cessionarium, per tex.in Authen.ut exact.instān.dotis.circa.princ. alleg.ante eum per Bar.ibi ad quem tex.facillimè respondete ut hic ꝑ Ang.& de hoc arg.uideatis etiam per Cyn.& Pet. in l.j. C. de priuil.do.& ibi Bar.aliter tenentem q̄ in d.l.post dotem. & ibi plenè Bal.in 4.col.& latè per Ludo. Rom.in d.l.post dotem. ubi respondet distinctioni Bar.ibi quam ego suprà probaui. uideas etiam Ang.& Imo.in l.j.in 7.q.ff.solu.mat.
124 † An autem si actio de dote nouetur, in actione nouante intelligantur repetita priuilegia huius actionis de dote nouatæ?uide Bar.in l.aliam.& ibi Ang.& Imo.ff. de noua.& Bar.in leg.si Stichum.§.j.eod.tit.& quod no.Bar.in l.si quis cum aliter.uersic.quæro circa secundum.ff.de uerbo. oblig.Ang.in l. prima.C.de iudic.in lectu.& in repe.ubi respondit Bar.in d.l. aliam.Imo.in rub.ff.solu.mat.in 3.col.in uer. item aduerte.& omnino uideas Raph.Cuman.in l.diuortio.ff. de uerb. obligat.ubi tenet contra Bartol. in dict.leg.aliam.ut refert Angel. hic: & dicit quòd credit eam esse de iure ueriorem, quamuis dicat quòd opin. Bartol. sit communis, & quòd seruatur in practica.
125 † In eadem gl.ibi aliud est in donatione propter nuptias. Idem etiam tenuit gl.in d.l.fin.in fin.hic alleg.& est ibi glo.in uersi.suo tēpore.circa quod uidete quæ suprà in textualibus. in 2.notabi.ubi conclusi.ꝙ quamuis mulier non habeat hoc priuilegium prælationis in donatione propter nuptias,habet tamen priuilegium tacitæ hypothecę,per multa, quæ ibi dixi ad

ad quæ recurratis, iuxta hanc donationem propter nuptias.
126 †Subdit Angelus hic ad vnum aduertendum, q mulier quæ nihil soluit de dote promissa, nihil etiam lucratur de donatione propter nuptias: si soluit pro parte, pro eadem parte lucratur. Text. est in §. illud. vbi Bald. & Angel. in Auth. de non eliden. 2. nuben. & transsumptiuè in Authen. sed quæ nihil. C. de pact. conuen. & secundum eum, hoc est multum not. in ciuitatibus, in quibus essent statuta q muliere decedente in matrimonio, vir lucretur dotem: si autem maritus prior decedat, mulier lucretur donationem propter nuptias, vel partem aliquam donationis, vt dicit ipse esse statutũ in ciuitate sua Aretina. Mihi autem videtur q veritas huius puncti pendeat ab
127 illa not. quæstione, †an statutum loquens in dote lucranda à marito, habeat locũ in dote promissa marito tantùm, & non data. De qua quæstione, quia est multũ dubia & disputabilis:
l *l videas Barto. in l. iubemus. §. sanè. il 1. & ibi per alios. C. de sacrosanct. eccles. & Bart. in consi. incip. quæritur an statuta. & in alio consi. incipiẽ. statuto communis Sterzani cauetur. & in consil. incip. si statuto cauetur, quòd vir. & Bald. in l. fin. C. de dot. promis. & in l. si pater ignorans. ff. solut. matrimo. Angel. in l. prædictorum. in fin. ff. ad leg. Falcid. & in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrimo. Rayn. de Forli. in l. si marito. & ibi Raph. Cum. & Pau. de Cast. ff. solut. matrim. Matesi. in no. 184. Ange. in consi. 182. incip. præmitto ad euidentiam. & in Auth. præterea. C. unde vir & vxor. do. Alexand. in leg. si donaturus.
m m §. fin. ff. de condict. ob cau. cum alijs cõcord. ibi per eum al leg. Not. tamen singulariter quòd dictum statutum nõ habet locũ in dote promissa incerta, vt est quando mulier simpliciter nubit, intelligitur dare in dotem illud, quod primo dedit, iuxta gloss. in l. mulier bona. ff. de iud. do. Barto. in q. mulier habens amplum patrimonium. ita alleg. quòd vult Nic. de Neapol. in rubri. ff. solut. matrimo. Tu vide quod decidit Ludoui. Rom. in consi. 313. in casu propositæ consultationis in primis est considerandum.

In eadem gloss. ibi: respondeo solut. matrimo. ne prius. Pro eruenda veritate huius gloss. esset opus uidere, quando nascatur actio de dote: & postea intelligemus, quãdo ea posit mulier experiri. Et istud est valde diuersum ab eo, quod ponit gl. nostra: quia stat simul, quòd sit nata actio de dote, & tamen constante matrimonio nõ posit mulier illa actione effectua-
128 liter experiri. De hoc articulo † ergo quando nascatur hæc actio de dote, an a tempore cõtracti matrimonij, an demum soluto matrimonio, præterquàm in casibus, in quibus potest agi constante matrimonio, est quęstio antiqua, de qua videatis in l. in rebus. §. omnis autem. vbi per Barto. post gloss. C. de iur. dot. ibi etiam per Bald. & Salic. & videte latè per Bart. ad quem vos remitto, in l. si constante. §. j. solut. matrimo. vbi refert omnes gloss. tangentes de hoc articulo. & ibi etiam refert opin. antiquorum, & Dyn. & Iac. de Aret. & aliorum, dicite vt ibi per eum: & per nouissimos ibidem: & per glo. & Bart. in l. pater. ff. de do. pręle. & per Dyn. hic, in penulti. colum. & per Bald. hic, & Ioan. Fab. & plenius per Nicol. de Neapo. hic, in
129 j. q. extra gloss. Et in istis locis habetis etiam † quando incipit currere præscriptio contra mulierem. De quo in specie videas Bald. & ibi omninò Salic. in d. l. in rebus. §. omnis autem. C. de iur. dot. vbi dicit Salic. multùm sing. per illum tex. quòd cùm claruerit, maritum vergere ad inopiam, tunc incipit currere præscriptio contra mulierẽ tam in actione in rem, quàm in hypothecaria circa ea, quæ alienata fuerint per maritum, cùm tunc mulier habuerit facultatem agendi pro dote. Et ad hoc etiam reputat illum tex. in §. omnis autem. esse singularẽ Ang. hic. Videte etiam quod singularissimè voluit do. Ant. de But. in c. peruenit. extra de empt. & vendit. vbi voluit quod licet constante matrimonio, non pręscribatur rebus dotalibus. in dic. l. in rebus. §. omnis autem. tamen benè pręscribitur rebus donatis propter nuptias: motus, quia illarum rerum con stante matrimonio vxor est domina. Est tamen verum quòd Abb. Panormi. tenuit contrarium, motus per gloss. in Authen. vt immobil. ante nup. do. §. 1. in ver. in rem. & per glo. in Auth. de non eli. secun. nuben. §. illud. in ver. percipiat.

In eadem glo. ibi: qui tamen non fuit pactus de ea sibi reddenda, dicit Io. Fab. quòd debet intelligi gloss. pactus, id est, stipulatus per l. quoties. ff. solu. matrim. & l. auia. C. de iur. dot. & l. 1. C. de pact. conuen. Ego indubitanter teneo, q gl. nostra bene stat, pactus absq; expositione, id est, stipulatus, quia, vt
130 dixi latè sup. in gl. in versi. transtulimus. † quãuis pater dando dotem pro filia, sibi actionem non quærat, nisi sibi stipulatione prospiciat: tamen quilibet alius dando dotẽ sibi quærit actionem per solum pactum. Et in hoc termino defecit ingenium Ioan. Fab. Casus est in terminis in d. l. auia. & ibi Bar. & in d. l. quoties. §. fin. & ibi per omnes: quamuis Ioan. Fab. al leget, & non benè istas leges pro se. & dixi lat. us in glo. in ver. trãstulimus. & ibi assignaui rationem diuersitatis inter patrem & alios: dic vt ibi.
131 † In eadem gloss. ibi. §. accedit. Aduerte, quamuis alij non dicant hic, q illud, quod vult gl. nostra, quod si extraneus det dotem pro muliere, quod mulieri quæritur actio integra, nisi ille extraneus fuerit sibi stipulatus incontinenti, uel etiam solo pacto prospexerit, vt dixi statim; quia hoc est verum, si subsequatur matrimonium, & in istis terminis procedit d. §. accedit. aliàs secus. l. si ego. in princ. ff. de iur. dot. Barto. in l. si cùm dotem. in princip. ff. solut. matrimo. & in l. si donaturus. ff. de condi. ob cau.
132 † An autem extraneus, qui tempore promissionis dotis nihil dixerit de restitutione facienda sibi, posit postea præiudicari mulieri stipulando: uideas gloss. no. tenentem quòd nòn, in d. §. accedit. quam Barto. ibi not. & multùm conueniat, de quo videas etiam latius Barto. in l. quoties. ff. solut. matr. & in l. j. in princ. eod. titu.
133 † In eadem gl. ibi: quia agit, & filia semper consentire creditur. dicas esse verum in dote profectitia. d. l. 2. §. j. & ibi glo. Barto. & alij. ff. solu. matrim. Secus si esset dos aduentitia: quia tunc filia sola etiã existens in potestate patris ageret sine consensu patris. Auth. quòd locum. vbi doct. C. de colla. & gl. in d. l. 2. §. 1. in uer. profecta. & ibi per doct. omnes, & in l. fin. §. necessitate. in glo. mag. C. de bo. quę lib. & per Ioan. Fab. hic, in 7. col. & etiam per Angel.
134 † Quæ autem dicatur dos profectitia, habetis meliorem text. in l. profectitia. in princip. & per totam leg. ff. de iur. do. Et quæ faciant dotem profectitiam: videas Bald. & glo. in l. auia. C. de iur. dot.

In eadem gloss. ibi: & hanc dotem integram debet seruare. Istud quod vult gloss. patrem nõ posse diminuere dotem primi matrimonij, intelligit Angel. hoc esse verum in dote realiter data: sed dotem promissam tantum primo viro, bene pater potest minuere in secundo matrimonio. Et in terminis nostris
n est gl. not. in Auth. sed quamuis glo. j. in ver. diminuere. n *. C. de rei vxor. actio.
135 † In eadem gloss. ibi: tempestate, vel vi fuerit diminutum patrimonium. Nunquid autem si filia semel fuit a patre dotata, & dotem consumpserit, vel perdiderit, denuo tenetur eam
o dotare? o Ange. de Aret. hic refert quædam dicta Cyn. & Docto. in d. Auth. sed quamuis. Barto. Angel. & Imo. in l. post dotem. ff. solut. matrimo. quæ aliquid facerent ad hanc quæstionem. Sed ego allego in terminis Barto. formantem hanc quęstionem & distinguentem in l. si cum dotem. §. si post solutũ ff. sol. matrimo. & ibi omnes cum suis concordantijs. & Ludouic. Roma. in Authent. quod locum. C. de colla. quamuis contra Barto. videatur tenere Bald. in l. fi. in 3. col. versicu. nunquid eodem casu, quo tenetur dotare. C. de do. promiss. vbi tenet
136 † quòd eo casu, quo frater tenetur dotare sororem, de quo ibi per eum, & dixi in prima parte huius glo. si semel dotauit, & perit dos, etiam casu fortuito, amplius nõ tenetur eam dotare. Allegat inter cæteros vnum text. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. qui mihi nihil probat. Ad quem responde, prout respondet Bart. in d. §. si post. Est verum quòd Bald. non loquitur in patre, vt loquitur Barto. in d. §. si post. sed in patre. & ita potest saluari Bal. quamuis, iudicio meo, videatur q cum eadem sit ratio in vtroq; casu, tam in patre, quàm in fratre, cum præsupponamus quòd frater teneatur, certè debet esse idem ius. Et videatis in simili quęstionem, quam ponit Bald. in Au-
137 then. contra rogatus. C. ad Trebel. vbi ponit † quòd si pater assignauit filio partem suam, vnde viuere poterat, & filius illam consumpsit, an pater teneatur deinceps illam alimentare. De qua quęstione videas etiam Bar. in terminis in l. si cum dotem. §. si post solutum. ad fi. & ibi per eundem Bal. & alios omnes

omnes ff.solut.matrimo.& Bald.in l.sancimus. in princ.C.de inoffi.testam. & in Authen.si captiui.ad fin.C. de episc.& cle. & in l.1.ff.solut.matrimo.& in l.j.§. ius naturale. ff. de iusti.& iur.& Ange.in l.pater.ff.de euic. Ludouic.Roma. in Authent. quod locum.C.de colla.

138 † In eadem gloss.ad fin.Cum hac gloss.simpliciter transit hic in fin.vltim.quæst. & cum ea transeunt etiam alij & Ioan. Fab.Ange.de Aret.& Nico.de Neapo.in 4.q.glo. intelligentes tamen hanc gloss. habere locum quando filia esset viua tempore,quo pater agit.Si autem iam esset mortua, & pater ageret,non haberet hoc priuilegium prælationis, secundum Io. Fab.quia hoc non reperitur iure cautum : & quia iste §.faceret contra:& fortius facit secundum Nicol. de Neapo. hic,in 4.q.glo.quia mortua filia, cessat ratio glo.nostræ, quod ideo patri competat hoc priuilegium,quia filiæ hanc dotem reseruare cogatur:nam cùm filia iam sit mortua,cessat hæc ratio.Addo Bald.in l.vnica.§.& vt plenius.C. de rei vxor.actio.vbi dicit quòd hæc gloss. in hac parte est sin. & postea effectualiter tenet idem, quod doctor.hic,quamuis per alia verba, dicens hanc esse veritatem, quod si pater experiatur actione communi sibi & filię,& tunc habet hoc priuilegium : quia tunc est minister filiæ.Si autem experiatur proprio iure,tunc non habeat actionem priuilegiatam hoc priuilegio prælationis. De hoc puncto uidete latiùs Bar.in l.post dotem.in pen.col.vbi etiam alios.ff.sol.ma.& ibi in terminis nostris tenet etiam Bar.idem quod suprà retuli doc.hic tenere.

139 † Nunquid autem marito agenti in actione ex stipulatu ad dotem,competat hoc priuilegium prælationis:gloss.in d. l.vnica.§.& vt plenius.in versic. ex vtroq; latere.C.de rei vxo. act.firmauit expressè quod non.Et pro ea multum bene facit hic tex.vbi hoc uidetur esse expeditum.Et cum illa glo. tenet simpliciter Ioan.de Plat.in 2.col.hic: sed Nicol.in apostil.text.in ver.alijs simpliciter, dicit illam gloss.malè loqui, secundum Dyn.in l.prima.in addi. mag.ff.solut. matrimo. Ego credo quod illa gloss.verum dicat,vt habetis per Barto. in l.1.in fin.1.col. ff.solut.matrimo.

140 † Nunquid autem hoc priuilegium prælationis habeat locum in sponsa, & an habeat locum in matrimonio putatiuo: recurre ad remissiones quas suprà dedi in textualibus,in tertio notat.in illo articulo,nunquid priuilegium tacitæ hypothecæ competat sponsæ: & an habeat locum in matrimonio putatiuo? ubi etiam inuenies tactum quid de hoc priuilegio prælationis.

Extra gloss. pro complemento huius §. restat vltimo vt videamus

141 † qualiter formandus sit libellus in hac actione ex stipulatu, quę competit pro dote tam ex parte mulieris, quàm mariti.Huius libelli formam ponit Specu. in titul.de don.inter virum & uxo.§.formatis.uersi.porrò.& §.nunc de dote.& Rofre.in titu. de actio quæ datur marito pro petenda dote:& quæ datur vxori pro repetenda dote soluto matrimonio:secundum quod referunt hic Ioan. de Plat.& Nico. de Neap.in vlt.q.extra gloss. Et circa hoc vide quæ scripsi in §. actionum. in glo.in vlti. libello. quem ibi posui in petitione hæreditatis: vbi dixi quòd cum in actione de dote sit iudicium vniuersale,sicut & petitio hæreditatis,procedit libellus, si aliquis simpliciter petat condemnari ad restituendam dotem,non facta

142 specificatione alicuius rei dotalis:& † libellus generalis procedit in actione de dote.vbi videte. & ponit Barto.in l.fin.per

p illum tex.& ibidem Bald. p * & alij.C.de senten.quæ sine cer. quan.profer.& Bart.in l.1.in princ.vbi alij.ff.de eden.& Bart. in rubri.ff.solut.matrimo.in ultim. colum. cum alijs concor. quas ibi retuli,& signaui.Et quædam alia conferentia ad hũc libellum ponit Barto.in rubri.ff.solu.matrimo.in vlti. colum. quæ simpliciter referuntur per Ang. hic, qui corruptè allegat Bart.in l.1.ff.solu.matri. & est in rubri. illius titul. In hac materia libellus est diuersimodè formandus secundum diuersitatem casuum emergentium:quia aliquando agit maritus ad dotem sibi constituẽdã, & promissam actualiter dandam:aliquando agit ad repetendum dotem mulier contra maritum: vel aliquando agit pater qui dedit,& expressè pactus est eam sibi reddi: aliquando agitur ab ipsa muliere soluto matrimonio vel etiam constante in casibus præmissis.Aliquando agitur ab hæredibus mulieris;aliquando ab eius filijs,vel descendentibus;etiam non de hæredibus : prout de prædictis tribus uidimus suprà in gloss.in versicu. transfluimus.& in gl.mag. in versic.cum ipsa. Vnde secundum diuersitatem casuum diuersificandæ sunt etiam conclusiones. Formæ autem talium libellorum satis sunt planæ, & satis liquent ex his, quæ suprà vidimus. Pro nunc pono in duobus verbis vnam formam in

143 marito agente ad dotem.† Ago contra Titium socerũ meũ, & dico quòd de tali anno, & mense, contrax matrimonium cum Bertha eius filia, pro qua dictus Titius promisit mille pro dote:iam est annus,uel circa, & eam vsq; nunc distulit soluere,& etiã indebitè recusauit: quare cùm ego per tempus suprà scriptum sustinuerim onera matrimonij: & propterea cùm intersit mea in viginti dictam dotem tempore debito nõ fuisse mihi solutam:peto dictum Titium condemnandũ ad dandum mihi: & actualiter soluendum dicta mille integra promissa in dotem, item eum condemnari ad dicta viginti mihi soluenda pro meo interesse.

144 † Qualis autem sit forma libelli ex parte mulieris agẽtis ad repetitionem dotis soluto matrimonio,siue etiam constante,in certis casibus permissis: ponit vno verbo Io. Fab. & latius Ang.de Aret.sed plenissimè Io. de Pla. qui in hoc libello congerit omnem materiam huius §. quam ego suprà in suis locis posui.Libellus autem in hypothecaria pro dote,de qua etiam tractat hic §.esset adeò planus, quòd secundum Ioan. Fab.esset ridiculum eum ponere.

145 † Nunquid autem, quando mulier agit contra maritum, debet in libello necessariò concludere:Peto eum condemnari inquantum facere potest, cùm in plus non teneatur maritus de iure,iuxta l.sunt qui. cum l.seq. ff. de re iudi.& l.maritum.ff.solu.mat.cum simil.an verò sufficiat simpliciter petere eum condemnari? Videte Barto.& alios in d.l.maritus.vbi tenet quòd sufficit quòd dicat:Peto eum condemnari : absq; eo quòd dicat illud,Inquantum facere potest, &c.

SIT LAVS DEO OMNIPOTENTI PER IESVM CHRISTVM.

ADDITIONES.

a * Quem omnino videas,quia clarius, & melius distinguit, quàm cæteri faciant.Sardus.

b PRO CENTENARIO] Vide Franc. Are.in l.1.C.de sum.Trini. & do.Alexan.de Imo.in l.quis sit.de ædil.edict.& in consi.52.in 4.part.& Card.in clẽmen.1.per illum text.ff.de vsur.21.q.5.Petr.Phil.Cor.in consil.19.incip. videtur in litera π,in tertia parte.Et nunquid maritus aliquid petere possit,vel recipere ratione retardatæ solutionis, vide do.Barthol.Soci. in consil.176.incip.præsens.versicu.sextò addu.in 2.par.

c * Do.Alex.in dic.l.de diuisione. videtur magis inclinare in sententiam Petri, & Cyni, quam dicit magis æquam Bartol. opinione.Sardus.

d Vide bonum text.in l.aduersus. C.de vsur. Sard.

e NON PRAESCRIBITVR] Adde Paul. de Castr.in consi.297.incip.visis, & ponderatis. vbi etiam ponit, an præscriptio currat in actione personali contra absentem, impeditum,& ignorantem. & tenet quòd sic.

f Adde quòd in d.§.diuus.stat litera in meo libro, quò grauior apud eum esses,&c. & sic inueni in alijs tribus, vel quatuor libris:&,videri meo,est multùm nota.litera.finge quempiam mihi debere quotannis certas vsuras, quas si annuatim exegissem,facilis illi fuisset solutio: ego autem,vt eum grauarem,tacui per decennium puta,vel maius tempus, quia sciebam tantorum annorum vsuras simul coaceruatas eum difficulter posse soluere, vt per hanc viam illi grauior essem, & vrgerem illum ad aliquid immobile alienandum, vel ad aliquid turpe committendum:& lex ad huiusmodi malitias,seu calumnias uitandas denegat præteritarum vsurarum petitionem.Et iste videtur casus notab.in d.§.diuus. secundum literam,quam suprà retuli. Et quòd graue sit debitorib.vsuras coaceruare,est text. notab.in l.2.circa princi.C.de debit.ciui. libr.11. Et istud naturali ratione patet, & fundatur hæc decisio opti-

sio optima ratione,ne dolus, & malitia alicui patrocinentur. l.eum,qui.ff.quod cum eo.c.intelleximus.extra de iud.& etiã propter odium usurarum. Sed si ego cuius precib. deuictus illum moratus essem,vel,vt aliàs illi bene facerem,non debet mihi denegari petitio, ne detrimentum feram, ex quo præmium meruissem.c.2.extra de fideiussor.Et ex istis posset colligi concordia inter Bald. & contra eum sentientes, vt opin. Bald.procedat si vt grauior esset,tanto tempore non petijt. Si verò precibus debitoris,vel alia iusta causa motus ipsum moratus est,procedat opin.Ang. & sequacium.Cogitabitis,quia passus est dubius.Carcassona Sardus.

g INTRA ANNVM] Vide Ludo. Rom. in sing.ver.dicit. l.1.§.exactio.

h Aduerte quòd licet Ange. & Ias. simpliciter referant Bald. in d.Authenti.& qui iurat.attamen Bald. plus dicit,ꝙ si hęredes viri nolunt exhibere viduam, repręsentent dotem, & detrahãt in repræsentatione interusurium medij temporis,arg. l.si constante.§.quoties.ff.solu.matrim. quod est multum notabile, si esset verũ. Sed mihi nõ satis facit:nã hæredes mariti tenentur alere uiduam ex fructibus,seu commodo,quod consequuntur ex retentione dotis intra illum annum non debent igitur hęredes mariti retinere illud,vnde mulier est alenda:& nimium grauaretur mulier. Primũ grauaretur in deductione interusurij medij temporis.Secundò grauaretur quod ipsa ex dote sic diminuta seipsam aleret,vt sic quod leges in fauorem vxoris pauperis introduxerunt, retorqueretur in eius odium cõtra l.quod fauore.C.de legib.& l.nulla.ff.de legi. Sed quando repræsentarent dotem sine deductione,tunc quia nõ consequuntur fructus medij temporis, iustum est quod excusentur ab alimentis: & ideo voluit lex vt intra annum ab hęredibus, mariti exhiberetur ex interusurio medij temporis,vt transacto anno integrando dotem haberet mulier, quo facilius nubere possit,argumen.l.prim.ff.solut.matrimo.& l.tertij.ff.de priui.cred.Nec obst.text.in d.l.si constante.§.quoties. quia sumus in diuersis terminis:nam ibi maritus erat pauper & non inueniebat fideiussorem, nil mirum si permittitur ipsi detractio interusurij medij temporis:at in q.nostra præsupponimus mulierem nihil aliud habere,& hæredes viri esse idoneos.Nec me capias in verbis, dum dico maritum pauperem in d.§.quoties.quia non intelligo ꝙ esset tam pauper, vt esset locus priuilegio.l.maritus.ff.solu. matri. Et hæc opin.contra Bald.est magis æqua:ergo tenenda.l.in ambiguis. de reg.iur. Carcass.Sardus.

i CAMPSORE] Pro hoc facit quod singulariter habetur Per Franc.Aret.in l.si cum militi.de compensa.in fi. quod dilatio concessa alicui vt commodius soluat, locum non habet in solutione,quæ nõ exigit illam commoditatem.Vnde si debitor condemnatus habet pecuniam solutioni paratam,sicut præsumuntur habere campsores,non habet locum hoc tempus quadrimestre per illum tex.

k MVLIER] Adde idem tenentem do.Bart.Socin. in cõsi. 158.incip.viso processu versi.ex qua conclusione infero.in secunda parte.

l Adde quòd communis opin.est cum Barto.in d.l.1.ff.solu. matrimo. sed ego publicè Bononiæ disputando contrarium firmaui, & sustinui:& hanc partem contra communem in voce audiui domin.meum Maria. Soci. Iuniorem firmantem in d.l.j.in prin.Pro ista opin.videtur casus in §. fin. in Authen.vt immob.ante nup.don.vbi text.loquitur de omnibus priuilegijs doti datis,in quibus est etiam tacita hypothe. & tamen inquit,Alijs enim omnibus huiusmodi priuilegia nec ex antiquo dedimus,nec nunc damus. ergo ibi videtur casus quòd extraneis non competit.Et pro ista parte facit text. in princ.in Authent.vt exac.instan. do.secundæ col.7.ibi:non enim alijs, &c.iuncto ver.sed filij hypothecas,&c. Et quòd extranei siue hæredes sint,siue non,tacitas non habeant hypothecas,videtur apertè probari in l.vni.§.illud procul dubio, iuncto §.primum itaq;.& §.cumq;.C.de rei vxor.actio. vbi actio ex stipulatu transmittitur secundum propriam naturam, secundum quam non habet tacitam hypothecam:ergo ibi etiam est casus pro ista opinione.Probaui hanc sententiã iuribus:nunc ꝑbo rationibus.& primò sic:Vbi persona facit locũ priuileg o, cessante persona, cessat priuilegium.l.in omnibus.§. priuilegiatus.ff.de reg.iur.l.1.§.permittitur.ff. de aqua. quot.& æsti. Sed in casu nostro hoc priuilegium datur mulieribus, vt est tex.in §.quæ igitur.ver.notum enim omnibus.in Authenti.de priui.de hære.mulier.non dand.Ergo cessante causa mulieris vel ipsa muliere,cessabit priuilegium. Præterea cessante ratione legis,cessat eius dispositio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.c.cum cessante.extra de appo. & dispositio ampliatur,& restringitur ad limites rationis.Barto. in l.pater filium. §.fundum.ff.de lega.3.Bald.in l.suum hęredem.in fi.C.de iure deli.Sed rationes quibus motus fuit Imperator, de quibus in l.assiduis.C.qui potio.in pig.hab. cessant omnes in personis extraneorum:ergo cessabit priuilegium. Non obstat text. iste in §.nostro,nec tex.in §.& ut plenius.C.de rei vxo.actio. & quod per ista iura dicunt doct.quòd detur actioni:quia nego,imò datur mulieri,ut suprà dixi, & infrà probabo col.13. & respondebo ad ista iura. Vel possem respondere, si vellem dicere ꝙ daretur actioni quòd datur actioni,sed incõsequentiam, principaliter vero datur propter fauorem mulieris, vt ex rationibus in d.l.assiduis.expressis probatur. Nec ob.aduersatiua Autem,de qua in hoc §.quia dico quod satis operatur,quia uiua muliere soluto matrimonio. Si extraneus dotem sibi reddi stipulatus esset vel pactus vel ea viuente cederet actiones,secundum distinctionem tamẽ quam in colum. 24.subijciam,isti tales non habebunt tacitam hypothecam argum.eorum,quæ habentur in l.si ex pluribus.ff.de administra.tut.Nec obstat quod dicebat Barto. in d.l. post dotem.ff. solu.matrimo.quod hoc priuilegium statim, ꝙ dos est data viro,habet executionẽ a l.quia dico uerum esse respectu mulieris,sed non extraneorum, vt supra probaui. Vel dicam,ꝙ habet aptitudine,sed non in effectu donec mulier agat: quia tunc habet etiam in effectu.Simile videmus in pupillo,qui habet tacitam hypothecam in bonis tutoris, & tamen illã non transmittit Barto.per illum tex.in l.penul. §.si puellæ. ff.de ritu.nupt.& in d.l.si ex pluribus.de admi. tuto. Nec postremò obst.tex.in d.§.& vt plenius,ibi siue aliæ pro his personæ,&c. quam hic ponderat Ias.quia nihil facit.Nam uerum est,quòd si alius pro muliere dedit dotem,quæ ipsi mulieri sit restituenda,quod mulier habebit priuilegia,ac si ipsa dedisset. Et hoc est,quod dicit ille tex.Ant.Angel.Carcassona Sardus.

m Quòd mulieri cõpetat tacita hypotheca in bonis paraphernalibus, videtur casus in l.fi.C.de pact.conuen.quamuis glo. iuris Canonici in cap.ex literis.extra de pign.in gl.pen.teneat per dictam l.fi.suprà alleg.quòd non; nec etiam ad donationem propter nuptias.Mihi autem magis placet opin.affirmatiua. Sardus.

n Et ibi Bart. dat consilium,ꝙ dans dotem minori, accipiat expressam hypothecam cum iuramento, per Auth.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.Sardus.

CONCVRRERE] Adde Franc. Aret.in l.si rem. in vlt. col.de acquir.pos.& Felin.in c.at si clerici.in §.de adulterijs. in 2.col.de iudi.

p Mihi magis placet vltima ratio,quam ponit gl.quia ipsam expressè ponit tex.in d.l.auia.in fi. quia simplici conuentione non potest pręcedens actio nouari. Sardus.

q PRAESVMITVR] An dotẽ promissam per extraneum videatur animo donandi, vel repetẽdi, vel gerendi negotium patris,vel mulieris promisisse; & quid si administrasset bona mulieris:vide do.Bart.Soci.in consi.291.incipien.visis literis. versi.præterea dico.in 2.par.

r IN III. NOTA.] Vide ibidem nu.40. ad finem.

s DEBITORIS] Facit quod habetur ꝑ do.Barthol.Soci. in consi.293.incip.quibus pręmissis.versi.ex quibus in proposito ibi:confirmatur ista opi.cum versicu.sequen. vbi ponit ꝙ si statutum disponat ꝙ Potestas habeat decem pro executione, quæ fit contra condemnatum, an debeat habere decem de executione, quæ fit contra hæredem condemnari; ex quo licet sit hæres,tamen non est condemnatus.

t Aduerte,quia Ias.errat mirabiliter:& dicas quòd imò fuit necessaria actio ex stipulatu, vbi mulier sibi per stipulationẽ non prouiderat,nec,l.ad exactionem.C.de dot. promiss.facit ad propositum:quia loquitur,quãdo marito promissa est dos a muliere,vel ab alio,ut patet ex titu.in quo situata est; argu. l.Imperator.ff.de in diem addic.& l.unica.C.de rei vxor.act. loquitur

loquitur quãdo mulieri soluto matrimonio, vel aliàs est dos restituenda, & ita postmodum audiui do. meum Maria. Soci. Iuniorem hoc declarantem in l.j.in j.oppo. ff. de verb. oblig. Carcassona Sardus.

v FICTIO] Adde Bald. in l. ea vero. ff. pro soc. & in leg. non aliter. in fi. de adop. & Franc. Aret. in l. si procuratorem. §. si fideiussori. ff. manda.

x Adde quod semper fui istius opinionis ꝙ actioni nõ detur tacita hypotheca, sed mulieri. Et de hoc est casus apertus in §. quæ igitur. ibi: omnibus in pręsenti facimus manifestũ, &c. in Authen. de priuileg. do. hære. muli. non præst. col. 8. vbi ad literam dicitur, quòd tacita hypotheca datur mulieribus. Et pro hac opinione est etiam casus in cap. ex literis. circa finem extra de pign. vbi inquit tex. quod bona uiri sunt tacitè ꝓ dote mulieri obligata: ergo mulieri datur hypotheca, nõ actioni. Est etiam casus de hoc in l. in rebus. circa fin. ibi suas exercere hypothecas. si suas: ergo mulieris est hypotheca, non actionis. Et si consideres omnes rationes, de quibus in d. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habean. omnes concludunt, mulieri non actioni hypothecam datam. Et cum principaliter istud respiciat fauorem mulieris, ipsa est attendenda. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. Et facit quia illius dicitur esse hypotheca, qui habet bona obligata: vt toto titu. ff. & C. de pigno. sed iura dicunt, vt d. c. ex literis suprà alleg. & d. l. in reb. mulieri esse bona obligata: ergo ipsi competit, & datur hypotheca. Certè non videtur quadrare sensui ꝙ actio actioni detur. Non obst. tex. in §. & vt plenius. ibi: in huiusmodi actione, &c. quia dico quòd potius ille tex. probat contrarium dum dicit. In huiusmodi actione damus ex vtroq;, &c. subaudit. viro & vxori, ut statim subijcit tex. ibi: siue ex pte mariti, &c. Et huic actioni, dixisset Imperator, non. In huiusmodi actione, si hoc voluisset dicere ad quod allegatur. Et quòd ita sit ille text. intelligendus, patet ibi: cũ nos illis ignorantibus, &c. Non obst. tex. in hoc §. nostro, ibi: tacitam ei dedimus: quia expone, ei. s. doti: de qua proximè dixerat. nam alijs dicuntur priuilegia dotis generaliter omnia priuilegia, quæ mulieribus pro dote exigenda competunt: vt patet in Rub. C. de priuileg. dot. & in Rubr. in Auth. de priuile. dot. hęre. mu. &c. colum. 8. vt sit sensus ꝙ contractui dotis insit hypotheca; quę ipsis contrahentibus datur. nam dos ponitur etiam pro contractu dotis, vt per do. meum Maria. Soci. in Rubri. ff. solu. matrimo. in illa quæst. vtrùm dos a muliere exacta dicatur propriè dos. & probatur in d. §. & vt plenius. ibi: dotibus subueniamus. Non ob. text. in c. l. assiduis. ver. ad hęc omnia. quia etiam ille potest probare contrarium ibi: duas constitutiones fecimus pro dotibus mulieribus subueniẽtes. ergo mulieribus datur. Nec obstat quod subijcit ille tex. cuiq; etiam, &c. nam cũ hypotheca sit accessorium ad actionem personalem, vt per Barto. in l. j. ff. de Sal. interd. & non detur nisi ad quantitatem in actione personali comprehensam, vt latè vidimus in §. item Seruiana. colũ. 17. suprà eodem. isto respectu dicitur dari actioni, hoc est, ad id, quod in actione personali continetur. Et hęc solu. potest huic §. adapteri, vt sit sensus, ꝙ hypothecaria datur mulieribus ad id, quod in actione personali cõtinetur. Et ex istis & illis, quæ supra in 7. col. dixi, communis opinio redditur dubia. Carcassona Sardus.

y Adde, quia hęc disputatio vires excederet additionis, ideo putaui quid in hoc articulo sentiam conclusiuè ponere, videlicet quòd aut nos loquimur in rebus, quas vxor marito in dotẽ dedit, in quibus licet iuris subtilitate videatur maritus habere dominium, naturaliter tamen in dominio vxoris permãserunt: & in istis omnibus creditorib. quantumcunq; expressam anteriorem habentibus præferatur mulier, per l. in reb. cum sua ratione. C. de iure dot. Si verò res non sunt ab vxore datæ, sed sunt eius pecunia comparatæ, & hoc constat: & tũc etiã præferatur in ipsis mulier omnibus expressam anteriorem habentibus: argumẽ. l. si cùm dotem. §. fina. ff. solu. matri. Nec his duobus casib. habent creditores quid iustè conquerantur, si mulier in his, quæ ipsa dedit, quæue maritus sua pecunia uxoris, nõ aliàs acquisiturus, acquisiuit, præferatur. Aut verò loquimur in his, quæ maritus ante matrimonium habebat, vel postmodum non ex pecunijs vxoris acquisiuit: & in istis creditores anteriorem expressam habentes præferãtur. Ratio est, quæ ponitur in cap. ex tenore. extra de foro comp. & in cap. nuper. extra de dona. inter vir. & vxor. quod non est ita fauendum mulieribus, vt alterius ius lædatur. Et in his terminis procedat opi. glosl. Barto. & communi. in d. l. assiduis. hic alleg. & sapit hæc opinio hoc casu æquitatem, vt debitoribus præcludatur via fraudantis creditores suos quod facilè fieret, si mulier ipsis creditoribus præferretur in hoc casu. Est ergo huiusmodi fraudibus & malitijs obuiandum, c. j. §. fi. de iur. calum. in 6. & l in. fundo. ff. de rei ven. Aut verò loquimur in creditoribus expressam hypothecam, sed posteriorem habẽtibus: & istis mulier in sua tacita hypotheca anteriori præferatur. ut l. assiduis. ibi: oportebat enim. C. qui po. in pig. ha. Nec etiam isto casu possunt iustè conqueri isti creditores, ex quo sciebant, vel scire debebant, eũ habere, vel habuisse uxorem, & doti fore obnoxium: argum. l. qui cum alio contrahit. ff. de reg. iur. & ne de facili mulieres defraudentur dote sua. & hæc omnia latè examinaui in repetitione, quam feci, de l. prima. ff. soluto matrimonio. quam Deo fauente anno proximo venturo videbitis, vbi ad partes omnia hæc disputaui. Carcass. Sardus.

z Vide bon. tex. in l. contra. §. fi. ff. de pact. Sardus.

a DONATIO] Adde Felin. in c. si cautio. de fide instru. & omninò do. Alex. de Imol. post Bartol. in l. si quis pro eod. de fideiuss. & Pau. de Cast. in consi. 116. & do. Alexand. de Imo. in consi. 26. ad fi. in 2. par. vbi an talis confessio sit donatio inter viuos vel relictum causa mortis.

b AD RENVNTIANDVM] Adde Feli. in d. c. si cautio. de fide instru. vbi plenè.

c Vide bonum text. quem Bald. allegat in l. fin. ff. de constitu. pecu. Sardus.

d Vide eundem Bar. in Authen. si quis in aliquo. circa fi. C. de eden. Sardus.

e Aduerte, quia Ias. inuolutè loquitur, & eius intentio est dicere, ꝙ & si illa confessio adiuuetur aliquibus indicijs, nihilominus non præiudicat creditoribus, qui tractant de damno vitando: licet Bald. & malè secundum ipsum in d. l. j. C. de priui. dot. senserit contrarium. Sardus.

f PRIVILEGIVM PRAELATIONIS] Vide dom. Alex. de Imo. in l. si ita. §. Chrysogonus. in 2. charta. de verbo. obli. & Ang. in consi. inci. factum sic se habet, Titius & Seius. aliàs inci. punctus talis est.

g Adde quòd si quis vellet sustinere opi. Barto. ab impugnatione Ias. quàm facillimè posset: quia nos loquimur in renuntiatione facta ex interuallo: & tunc certum est, ꝙ renuntiatio non præiudicaret creditoribus, ꝑ d. l. fi. ff. de pact. sed si loquimur in renuntiatione incontinenti facta præsupposita validitate per iuramentum, secundum Bart. in d. l. fin. C. de non nu. pecu. & in istis terminis loquitur Bar. in d. l. assiduis. licet non loquatur de iuramento, prout ego ꝑsuppono: & tunc responde ad argum. Iacob. per inficiationem negando ꝙ ipsi debitori, vel eius creditoribus competat, nec cõpetierit: quia per renuntiationem incontinenti factam fuit impedita natiuitas exceptionis: & facilius quid impeditur a principio, quàm ex post facto tollatur. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iur. ca. quemadmodum. extra de iureiurand. & sic d. l. fin. non facit contra Barto. Ad secundum argum. Ias. respõde quòd Bart. satis est quòd mulier ex quo elapsa sunt tempora de iure communi sit potior, & illud ꝙ creditores possint restitui non consideratur. vt est casus in leg. 4. §. 1. ff. de fideicommis. liber. Carcass. Sardus.

h Videas tex. in l. vnus ex socijs. §. fin. cum l. seq. ff. de serui. rusti. præd. & vide eundem Ias. in §. rursus. colum. quinta. suprà eodem. Sardus.

i Adde quod fuit intellectus Roma. quem refert, & reprehendit domi. Alex. in l. prim. colum. 9. ff. solu. matrimo. uersic. ego autem sto. ubi omnino uideas: quia domi. Alexand. ponit ferè omnia hæc, quæ in hac colum. dicit Iaso. dic ut ibi per eum. Sardus.

x IVRANTEM] Adde idem tenentem do. Bartho. Soci. in consi. 68. incip. frustra. uersi. secundo principaliter. cum uersi. seq. in prim. parte. Adde quod secundum eum consi. 67. incip. circa primam quæstionem. uersicu. superest. ibi: quia tunc iuramentum eadem parte, contractus simulatus non habet ve-

ram

ram essentiam, seu substantiam contractus: sed dicitur figuratus, seu delictus. Extrinsecus enim apparet: intrinsecus nihil habet.

l ESSE] Facit quod habetur per do. Barthol. Soci. in cōsil. 170. incipiē. in præsenti, uersicu. confirmantur præmissa. in 2. part. quòd dotis causa non est valida, & sufficiens ad acquisitionem dominij per se, sed propter matrimonium; cùm dos sine matrimonio esse non possit: vt etiam dicit hic Ias. May. & ea, quæ oritur ex contractu matrimonij sufficit ꝙ sit promissa, licet non sit aliquo modo in esse deducta purè, vel sub conditione, sed tātùm promissa aut contracta sponsalia. Et ad id, quod dicit hic dom. Ias. May. quod dos sine matrimonio esse non potest: adde præfatum domi. Barthol. Socin. in consi. 64. incip. in causa vertenti. versic. capiendo etiam secundam. ibi: nam ex quo. in 1. part. & in consi. 121. incip. visa. circa fi. 3. col. in j. part. quod dos sine matrimonio esse non potest, scilicet præsenti vel præterito. de quo etiam vide per eum in consil. 167. incip. visa facti. versicu. sed de his non obstantibus. circa medium. eadem parte.

m * Adde prout suprà dixi, quòd quando transactum esset legitimum tempus, mulier iure communi tuta videtur, ex quo non potest ei opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vel dotis. l. in contractibus. §. in omni. C. de non numer. pecu. secundum dom. Alexand. in l. prima. ff. solu. matrimo. colum. nona. & considerate prout suprà iterum dixi, quod possint restitui, est de iure speciali, quod non consideratur ante effectualem restitutionem. dict. l. quarta. §. primo. ff. de fideicommiss. liber. Sardus.

n * Adde quòd idem videtur esse de mente do. Alex. in d. l. prima. colum. 9. ff. solu. matr. quamuis ego habeam quandam additionē in d. l. assiduis. super illa glossella in vers. datæ. quæ dicit Bart. opi. communiter seruari contra illam glo. cuius sit, nescio. mihi verò placet distinctio, quæ colligitur ex verbis domini Alex. in d. l. j. Sardus.

o NVMERATIONIS] Facit opi. Dy. in consi. inci. quæritur vtrùm instrumentū dotis. & Angel. in consi. incip. Andr. Ioan. & omnino vide do. Bartho. Soci. in consil. 62. incipien. in præsenti uersi. est præmittendum. circa med. in prima parte. & in consil. 68. incip. frustra. ver. sed præmissis. cum versi. sequenti. ea. parte.

p Et quòd ita sit illa litera intelligenda, probatur in Rubri. in corpore vt exac. Inst. do. pri. &c. vnde sumitur d. Auth. si quid, ibi: vel ex priori matrimonio filij, &c. Sardus.

q DOTEM] Adde Paul. de Cast. in consi. 105.

r FILIAM] Adde do. Maria. Socin. in consi. 9. incip. prosequendo. versi. ulterius etiam circa fi. 8. colum. in 1. part. & do. Bartho. Soci. in consi. 75. inc. circa præsentem uer. primo quia ultra. circa princ. eadem part. ubi ponit ꝙ licet pater teneatur toties quoties opus fuerit, dotare filiam, tamen si semel fuit dotata, & eam consumpsit, & sua culpa, amplius dotare non tenetur. & in consi. 291. incip. uisis literis, uersicu. præterea respondeo. circa fin. in 2. part. quòd pater tenetur dotare filiam obligatione legati.

s IVDICIS] Adde domi. Alexand. de Imol. in consi. 42. in quarta parte.

t SORОREM] Adde Abb. in consi. 32.

u Vide gl. in l. cum plures. §. cum tutor. in uersic. alio patre. ff. de admini. tut. Sardus.

x FILIAS] Adde Fran. Aret. in l. donatarius. C. de cond. ob caus. & quod ibidem ad eum dixi in apostil.

y * Adde quòd pro opi. Ange. uidetur casus irrefragibilis in d. l. fin. C. de dot. promis. Nec obst. quod uoluit Bart. in d. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebe. nec in l. Nesennius. ff. de neg. gest. quia respondeo quod Bartol. arguit de alimentis ad dotem: quod argumen. in terminis nostris non ualet, prout est de mente gl. in d. l. fin. in uerbo, intelligi. & istud argum. de alimentis ad dotem latè reprobat dom. Alex. in l. 1. colum. 5. uer. ex quo habes. ff. solu. matrimo. & isti doctores proculdubio disputant de casu deciso per d. l. fi. quæ clarius non posset hanc quæstionem decidere. Nec obstat, quod dicitur de filio, per l. qui pater. ff. fami. ercifcund. iuncta l. si. ff. de petitio. hære. quia dico quod illud est in filio, quia non reperitur ꝙ pr̄ pro filio studiorū cā peregrè degenti, alia bona habēte teneatur de suo expēsas facere, sed bene iure cautum reperitur quòd teneatur dotare filiam aduentitia habentem: ut dict. leg. fina. C. de dot. promisso, Et idem. quod in filio, dicerem in filia, nisi esset d. l. fin. Carcassona Sardus.

z Aduerte eum ꝙ ista non sit de causis expresis in di. §. causas, in Auth. ut cum de appell. cog. & sic propter huiusmodi causam non possit filia exhæredari, non uidetur quòd huiusmodi decisio ita de plano procedat: quia saltem pater uiuens tenebitur filiam alere, & sic dotare eam eo modo quo uiuere possit, cùm dos succedat loco alimentorum, arg. notatorum per Bal. in l. neque mater. C. de iur. dot. Post mortem verò patris non poterit filia huiusmodi prætextu legitima sua priuari, cùm, vt suprà dixi, non sit de causis positis in d. §. causas. & est gl. pro hoc in l. 3. §. si emancipatus. il 1. in uer. exhæredare. ff. de bon. poss. contr. tab. Carcass. Sardus.

a Adde quòd in hac quæstio. mihi aliter uidetur dicendum quàm Barto. & doctor. dicant, saluo semper meliori iudicio, cui in hoc & in omnibus me subijcio: nā, ut inquit Ioan Gerson, uenerandus profectò sacrarum literarum doctor, in suo Diuino opusculo de imitatione CHRISTI, libro primo, capit. quarto. grandis est insipientia pertinaciter proprijs hærere sensibus, aut opinionib. Dico igitur sic, quòd aut cessio sit commodo & periculo mulieris, taliter quod cessionario dotem non consequente mulier teneretur: ut l. si mandato, §. fin. ff. mand. & isto casu priuilegium prælationis transeat in cessionarium, nō habito discrimine, an agat directè nomine mulieris, uel utiliter nomine proprio. cùm isto casu in effectu prælationis priuilegium mulierem potius quàm cessionarium iuuet, ut mulier dotē suam in alijs suis bonis saluam habeat, quo facilius nubere possit, argument. l. 1. ff. solut. matri. & l. 2. §. fina. cum l. sequenti. ff. de priuileg. credi. & militant omnes rationes hoc casu, quę ante cessionem militabant: ergo idem ius. l. fina. C. ad legem Falc. c. inter corporalia. de translation. episcop. Exempli gratia, fingamus mulierem trecenta in actione dotis habere, & in alijs bonis ultra dotem alia trecenta, & quòd debeat trecenta Caio, cui mulier malit cedere dotis actionem, ut suo periculo cedentis agat, quàm soluere illa, quę extra dotem habet. Certè, ut dixi, mulierem iuuat hoc priuilegium prælationis, & non cessionarium. Vel finge secundò marito trecenta in dotem promisisse, eique cessisse actionem dotis: est penes me iuridicum quod iste habeat priuilegium prælationis argu. eorum, quæ traduntur per Barto. & doctor. communiter in l. nupta. in princi. ff. solu. matrimo. & uidimus suprà numer. 69. colum. 20. uersicu. nunquid autem. Aut verò cessio sit periculo, & commodo cessionarij: & tunc cessabit priuilegium prelationis: ut §. final. in Authen. ut immob. ante nupt. donat. colum. 5. & §. 1. Authent. ut exacti. instan. secund. do. colum. 7. & hoc casu cessant omnes rationes, de quibus suprà: quia non tractatur de fauore mulieris. Et pro ista dictione facit optimè §. iste, ibi: cuius solius prouidentia, &c. nam in primo membro distinctionis, mulieris respicit prouidentiam, ut probaui: in secundo secus. Et similem distinctionem in alio tamen casu, facit Barto. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Treb. Nec placet distinctio Bart. in l. post dotem. colum. final. ff. solu. matrimo. quam hic refert Ias. per suprà dicta, & quia uidetur contra casum l. ex plurib. ff. de admi. tut. ubi erat cessio ex causa necessaria, & tamen non trāsit priuilegium; ergo sua distin. non uidetur bona, & ad l. fin. C. de pri. fis. ultra responsiones datas per doctor. in legib. hic alleg. possemus dicere ꝙ non in omnib. æquiparantur mulier & fiscus, & in multis differunt. ut est gloss. in l. assiduis. in glo. mag. circa medium. C. qui pot. in pig. hab. Anton. Ange. Carcass. Sard.

Adde quòd ego infortioribus terminis publicè Bononię disputando sustinui quòd stāte statuto ꝙ maritus tertiam partem dotis datæ, uxore sine liberis præmoriente, lucretur, ꝙ etiam promissæ lucrabitur. Et primò moueor tali argumē. id dicitur a me abesse, pro quo sum obligatus, ut l. si quis mandato Titij. ff. de neg. gest. l. quod de bonis. §. ex donationibus. ff. ad leg. Falcid. & per contrarium dicitur in bonis illius esse, cui acquisita est obligatio. leg. bonorum. §. final. ff. de uerbor. sign. Cùm igitur dos promissa marito efficaciter per uxorem uel alium, dicatur esse in bonis mariti, maritus tertiam partē lucrabitur. Et in terminis nostris pro hoc argum. allego text. notab.

notab.in l.fi.ff.de collatio.do.vbi dos promissa dicitur abiecisse a bonis promittentis. Nec obstat si dicas ꝙ istud est per fictionem, & ꝙ statuta non habent locum in casu ficto.l.3.§. hæc verba.ff.de neg.gest. quia dico quòd d.l.fi. non loquitur per verba fictionem importantia, sed veritatem: nam inquit tex.abscessit enim a bonis patris. Vel secundò dico, & istud inficiari non potest, quòd obligatio, qua tenetur promittens marito, verè, & sine fictione dicitur in bonis mariti esse, & ad eum peruenisse.l.si possessor.§.bonæ fidei.ff.de pet. hære.d.l. bonorum.§.fina.de verb.sig.l.2.§.peruenisse.ff.de act.vel hæredi.vben. ergo pro tertia parte poterit lucrari ex ipsa obligatione, & exigere a promittente: & dotes possunt etiam in nominibus consistere.l.nuptura.ff.de iure dot. l.si donaturus. §.fin.ff.de condi.caus.dat. Secundò argum. sic: dispositio, vel statutum non debet contrarium effectum menti disponentis operari.l.fina.in fi.C.de fide instr.c.tuæ. extra de procu.sed si istud statutum non haberet locum in dote promissa, sicut in dote data, operaretur contrarium effectum menti statuentiũ: ergo debet habere locum. Minorem probo per rationem statuti: nam aut fuit ratio statuti condendi, vt maritus ab oneribus matrimonij releuaretur: tunc a fortiori habebit locum in dote promissa: nam maritus, cui dos duntaxat fuit promissa, sustinet onera omnia de suo: ille verò, cui actualiter fuit data dos, ex dote pro maiori parte sustinet onera: & sic ille, qui esset magis releuandus, non releuaretur contra mentem statuentium, si non haberet locum statutum in dote promissa. Aut verò fuit ratio statuti illa, de qua per dom.Bartho.Soci.in l.qui fuerit.in fi.ff.de cond.& demonstr. vt homines alliciantur ad contrahenda matrimonia, cum ex parte uiri sint onerosa: & ad hoc vt amplior sit via matrimonijs, cum hoc Reip. interfit, vt l.j.ff.solut.matrimo.l.hoc modo.ff.de condi.& demonstra. Et si ista sit ratio statuti, habeo etiam intentum. Nam si non haberet locum in dote promissa, restringeretur adeò via matrimonijs, vt nihil supra quia nemo esset, qui vellet ducere vxorem, nisi sibi incontinenti solueretur dos, nec vellent aliquo modo habere fidem de dote, ne interim dum ipse habet fidem de dote, decedat vxor, & priuetur statuti beneficio, & sic matrimonia procrastinarentur: quia pauci admodum sunt, qui incontinenti marito soluant dotem totam, & habeãt pecuniam solutioni paratam, & sæpius promittũtur ampliores dotes, propter commoditatem temporis, quàm habent ad soluendum dotem, vt vidi in ciuitate nostra Algherij. Ne igitur hoc sequatur contra mentem statuentium ꝙ via matrimonijs arctetur, dicamus ꝙ habeat locum in dote promissa. Nec inducta ad unum effectum debent alium operari.l.cum tale.§.falsam.ff.de condic.& demonstra.l. legata inutiliter.ff. de adimen.leg. Item argumen. sic: statuta debent interpretari secundum communem vsum loquendi. Bart. in l.Labeo.ff.de supel.leg.gloss.in c.nonnulli.in princ. extra de rescrip.docto. in rubr.ff.de noui ope.nun.sed communiter quando quis du cit vxorem, statim dicunt: Tantum habuit in dotem, tantum illi dederunt in dotem. ergo secundum communem vsum loquendi habebit locum in dote promissa, cum ratio diuersitatis, ut suprà dixi, reddi non possit. Postremò facit, quia contractus dotis est reciprocus, & bonæ fidei.glo.est in l.de diuisione.ff.solut.matri. & in istis contractib. reciprocis bonæ fidei statim quòd quis adimpleuit contractum ex parte sua, alter constituitur in mora legali.l. Iulianus. §. ex vendito.ff.de act.empt.sed maritus statim quòd duxit uxorem in domum, adimplet contractum ex parte sua, sustinenda onera matrim. ergo mulier re ipsa non soluendo dotem constituitur in mora legali. Ista est doctrina Bart.in l.de diuisione. ff.solu.matri. si ergo mulier est in mora, sumus in commu.opin.de qua per Doct.in l.si donaturus.§.fi.ff.de cond. cau.dat. quòd quando mulier est in mora, istud statutum habet locum in dote promissa. Nec debet esse melioris cõditionis ille qui statim promittẽtem ad solutionem præcipitauit, quàm ille, qui cum eo, maximè si pater uxoris esset, benignè se habuit: argu.l.si extraneus.ff.de iur. do. Non obst. verbum, Date. quia & si strictè loquendo sit aliqua differẽtia inter Datum, & Promissum, tamen in quæst.nostra, ex quo, vt suprà probaui, constat de mente statuentium, idem iudicandum est de vno, quod de alio, ex identitate rationis: argum.tex.in l.si possessor.§. redactæ.ff.de pet.hær.& facit pro hoc tex.in l.fi. C.ad l.Falc. Non obst.text. in §.pen.in Authen.de non elig.secundo nub.quia dico quòd ideo ibi non lucratur maritus partem dotis promissæ, quia matrimonium fuit morte viri solutum. quo casu pactum de dote lucranda non operatur, ne uxor remaneat indotata.l.2. & l.si pater.ff.de pact.dot. Et hanc partem, quam suprà firmaui, tenuit do.meus Maria.Soci.Iunior, me audiente in rubr.ff. solu.matri. Alia dici possent, quæ vt breuitati studeam, omitto. Carcassona Sardus.

c L. SI DONATVRVS] Vbi vide Franc. Aret.in §.j.& quod ibidem ad eum latè dixi in apost.quibus adde Felin.in cap.tertio loco.circa me.j. colum. de præsum.

d Adde quòd ego hanc differentiã inter dotẽ promissam, & datam, in terminis q. nostræ nõ admitto, nec ueram credo: & primò per §.quia uerò.in Authen.de æqual.do.col.7.ibi: tanquam si nec contigisset uiduatam: sed si uiduata non fuisset, utiq; primo uiro soluere cogeretur: ergo etiam secundo uiro dare tantundem debet. Et facit etiam tex.in dict.§.quia verò. ibi: quid enim egeret, &c. Præterea, & fortius, quæ est ratio ꝙ lex noluit patrem posse prioris dotis mensuram minuere, nisi vt filia faciliter æqueq; idoneo vel forsan ditiori nubat, vt colligitur ex d.§.quia uerò.ibi: & forsan propter hanc causã, &c. sed hæc eadem ratio militat in dote promissa, sicut in data: ergo idem ius l.si.C.de consti.pecu.l.nam ut ait.ff.de legib.item facit quia quò ad acquisitionem fiendam mulieri datio, & pmissio dotis æquiparantur.l.ex morte.in fi.C.de pac.conuen. l.vnica.§.accedit.C.de rei vxor.actio.item argumentor sic, & fortiter, iudicio meo, tex.in §.quia uerò sup. alleg. considerat quòd semel dos alienata est: sed ego habeo tex.not. qui dicit quòd dos promissa abscessit a bonis promittentis, & est l.fi. ff.de coll.dot. ergo idem erit in dote promissa. Et facit etiam l.in ambiguis.ff. de iure dot. & conferunt ad q. istam ea, quæ sup. in proxima addi. dixi. Nec uideo quod isti doctores aliquid relatu dignum illegent: & l. quoties. ff.solu.matri.quam allegat gl.in d.Auth.sed quamuis.mihi minus nihilo facit. Et cogitabã quòd pro gloss. forsan faceret tex. in l. si socius pro filia in fi.ff.pro soc.attamen nihil facit in ueritate, quia loquitur respectu bonorum communium habito respectu ad conuentionem in societate factam: nos loquimur in patre, qui tenetur illam iterum dotare.dic.§.quia uerò. Et sic ex prædictis stabit iuridica conclusio, ꝙ pater non poterit dotem primo uiro datã, uel promissam, in secundo matrimonio diminuere, nisi fortuita clade fuerit eius substantia diminuta, d.Auth. sed quamuis.C.de rei uxo.act. Ant.Ang. Car.Sar.

e DOTARE] Vide quæ dixi in apo.sup.eod.nu.97.

* Vtrùm in actione de dote admittatur libellus uniuersalis parte opponente, pendet ex illa difficili q. utrum dos sit ius uniuersale, & si comis opi.teneat quòd sic in d.rubr.ff.so.ma. tamen ibidem in voce audiui do.meum Mar. Soci.Iuniorem contrarium asserentem, & ego publicè hic Bononiæ disputando sustinui: & in specie sustinui quò d non procederet libellus generalis in dote parte opponente, & quia excederet uires additionis non pono, dic ut Deo fauente citò uidebis in repet.mea dictæ rubr.ff.solu.matrimo.ubi latè posui. Carcassona Sardus.

SVMMARIA. §. IN BOnæ fidei.

1 *Compensatio quando fiat, ipso iure, & quando non. 10.56. 78.80.*

2 *Effectus est maximus, an actio tollatur ipso iure, an ope exceptionis.*

3 *Iudicium quot modis capiatur.*

4 *Libera potestas restringitur ad ea, quæ sunt de bono & æquo.*

Procurator, cui data est libera potestas, si fraudem committeret, an nocet domino.

5 *Mandatum singularium personarum licet requirat istud verbum, Cum libera, aliàs nunquam subintelligitur: tamen in mandato vniuersitatis semper inesse videtur.*

6 Procu-

6 *Procurator cum libera, obligatorios facere non potest.*
7 *Potestas libera rectori, seu iudici concessa, restringitur ad bonum & æquum.*
8 *Habens liberum arbitrium tenetur de dolo commisso.*
10 *Exceptio compensationis quare contra actionem depositi non procedat.*
11 *Exceptio contra agentem depositi obijci non potest.*
12 *Compensatio non admittitur contra agentem interdicto recuperandæ.*
13 *Sacerdoti petenti decimas, compensatio opponi non potest.*
14 *Verba importantia meram & liberam voluntatem, & arbitrium non merum, sed regulare, quæ dicantur esse cum octo seq.*
23 *Iudex, si causa committatur per verba importãtia meram voluntatem, & liberum, vel plenum arbitrium, quid facere possit.*
17 *Compromissum si sit factum cum clausula, quòd arbiter ferre possit sententiam partibus præsentibus, vel absentibus, an si parte non citata laudum ferat, sit ipso iure nullum.*
28 *Compromissum si sit factum cũ clausula, quòd arbiter terminum compromissi prorogare possit partibus citatis & non citatis, an si proroget terminum partibus non citatis, talis prorogatio sit ipso iure nulla.*
40 *Arbitrium si alicui datur, quòd procedat secundum æquitatem, non attento iuris rigore, an per hæc verba poterit procedi summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij.*
41 *Causa si committatur quòd procedatur de bono & æquo, quid hæc verba important. 42.*
43 *Causa si committatur vt in ea procedatur purè & simpliciter, an per hoc tollatur ordo iuris & seq.*
47 *Iudex nũquid vigore arbitrij sibi dati, quòd in causa possit procedere de iure, & de facto, credere poterit testi reddenti nullam vel malam causam. et seq.*
50 *Arbitrium alicui datum vt iudicet secundum bonam fidem, quomodo intelligatur.*
51 *Iudex habens plenum arbitrium, an fulminare debeat.*
52 *Iudex an arbitrijs animum suum in mitiorem partem inclinare debet.*
53 *Clausula, quòd procedatur per simplicem querelam, quid importet. & sequenti.*
56 *Commissiones præter formam iuris princeps solus facere potest.*
57 *Verbum Reddere, uel Restituere, quid contineat.*
58 *Compensatio quare est necessaria. 61.*
62 *Compensatio de quantitate ad quantitatem, an admittatur & sequenti.*
65 *Compensatio si mutuaui famulo meo, ex quo mihi posteà certo tempore seruiuit, an admittatur.*
66 *Compensatio de specie ad speciem an admittatur. 70.*
Compensatio de specie ad quantitatem an admittatur. 67. 69.
68 *Compensatio, si debetur quantitas, ut species illius quantitatis, ad aliam quantitatem non admittitur.*
70 *Compensatio quando species est in genere debita hincinde, an admittatur.*
71 *Compensatio quid, & quare fuit introducta, & in quibus debitis habeat locum. 87.*
72 *Compensationem si quis opponat fisco, intra quantum tempus sibi debitum docere debeat.*
73 *Facti quæ sunt, an possint sub certa regula definiri, 75.*
74 *Compensationis oppositio intra quod tempus liquidari debeat.*
76 *Compensatio in quibus casibus admittatur.*
77 *Compensationem si iudex de debito hincinde liquidò non fecerit, sed primò condemnauerit me, & post quatuor menses condemnet te, an appellari possit.*
79 *Testamentum, filio in potestate præterito, est nullum ipso iure, si dicatur.*
81 *Compensatio in delictis, in quibus casibus admittatur. & numero sequenti.*
83 *Emphyteutica res non cadit in commissum per cessationem solutionis census, si dominus tantundem emphyteutæ debeat.*
84 *Compensatio quantum ad pœnæ commissionem euadẽdam admittitur ipso iure.*
85 *Periurus an dicatur, & sit, si quis promiserit soluere certam quantitatem intra Calendas May, et hoc iurabit, si posteà compensare uelit.*
86 *Iudicis officium, an sit actio.*

§. IN BONAE FIDEI.

ISTE §. est facilis, & facilem habet materiam, vtilem tamen, & communi diuisione scribentium hic: vt Nic. Io. de Pla. & Ang. de Aret. diuiditur vsque ad §. prætereà. in tres partes principales. In prima ponit differentiam quæ olim erat inter actiones stricti iuris circa compẽsationem. In secunda illam differentiam remouet, & corrigit. In tertia excipit vnum casum. Secunda ibi: nostra constitutio. Tertia ibi: excepta.

a a * Mihi autem videtur quòd iste §. congruentius possit diuidi in quinque partes principales. In prima declaratur in genere libera potestas, quam habet officium iudicis circa actiones bonæ fidei. In secunda declaratur in specie circa cõpensationem. In tertia ponit differentiam, quæ in hac cõpensatione olim erat inter actiones stricti iuris, & actiones bonæ fidei. In quarta tollitur illa differentia. In quinta excipitur vnus casus, & exceptionis ratio assignatur. Secũda ibi: in quo & illud cõtinetur. Tertia ibi: sed & in stricti iuris. Quarta ibi: sed nostra constitutio. Quinta, & vltima est ibi: excepta.

1 Iste §. hoc dicit in summa: † Olim in actionibus bonæ fidei inducebatur compensatio ipso iure: in actione verò stricti iuris demum opposita exceptione doli. Hodie verò hæc differẽtia est sublata: & in omnibus actionibus, tam in actione bonæ fibei quàm stricti iuris, tam in rem, quàm in personam fit usque ad concurrentem quantitatem compensatio ipso iure, excepta actione depositi, in qua exceptio compensationis nõ procedit. hoc dicit usq; ad §. prætereà quasdam.

Et pro introductione casus, & intelligentia literæ habent sibi iuuenes præmittere ad euidẽtiam vnum, quod olim erat causa differentiæ circa compensationem inter actiones bonæ fidei, & actiones stricti iuris: quia in actionibus bonæ fidei compensatio fiebat ipso iure vsq; ad concurrentem quantitatem: in actionibus stricti iuris non fiebat compensatio ipso iure, sed demum opposita exceptione doli, dolo facis, quia petis quod restituturus es.

2 † Et effectus est maximus, an actio tollatur ipso iure, an ope exceptionis: per ea, quæ traduntur in l. Marcellus. ff. de reg. iur. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. qa si ipso iure est sublata actio, iudex ex officio potest repellere agentem, & absoluere reum, etiam reo non petente: secus si actio non est sublata ipso iure, sed ope exceptionis: vt magistraliter inquit Barto. vbi hoc latissimè tangit in dic. l. si vnus, §. pactus. ff. de pact. in 3. & 5. co l. post gl. quam ad hoc multùm not. Barto. in leg. eum, qui ita. §. qui ita. ubi etiam Imol. ff. de uerborum oblig. & Bart. in l. lecta. ff. si cert. peta. & uidebitis latius infrà in glo. in verbo, ipso iure Hodie uerò per istum §. sublata est talis differentia, & per l. fi. C. de compensa. de qua est iste tex. tacitè mentionem facit. Et generaliter est dispositum, quòd in omnibus actionibus fiat compensatio ipso iure, excepta actione

actione depositi:vt hic habés in litera, & in d.l.fi.C.de compensa.Et istud sufficiat pro figuratione casus.

3 In textu ibi. iudicijs. exponit Dyn. id est, actionibus. † Et de multiplici significatione huius termini, Iudicium, recurre ad gloss.no.in §.præterea. suprà quib. non est permis. fa. test.

In text.ibi:iure aperto. exponit Dyn. id est, cùm debitum hincinde est liquidū:vt expressè dicit tex. vnde iste est assumptus,in l.fi.C.de compensa.Et ista expositio magis placet mihi, quam expositio gloss.hic in ver.iure aperto. quę exponit, id est,cùm hincinde debetur quantitas, quæ expositio est extranea ad hunc tex.quamuis in se sit vera. & secundum quod dicit Dyn.fortè quòd tex.voluit sic dicere. fortè non est verū: prout etiam fatetur Dy.ꝙ exponendo literam,prout dixi,iure aperto,id est,cùm debitum est liquidum, potest addi illud qđ dicit glos.j.cùm hincinde debetur quantitas.Tamen quia est alienum a tex.nostro,& ad l.fi. reseruo dicendum in gloss. in uer. iure aperto.

Not.ex text.in ver.libera potestas. secundum Ioan.Faber.
4 hic,cuius verba sibi adscribit Ioan. de Plat. † ꝙ libera potestas restringitur ad ea,quæ sunt de bono æquo:& ideo secundum eos,facit iste tex.ꝙ si procurator, cui data est libera potestas, fraudem committeret, vel aliquid faceret contra bonam æquitatem,puta dolo,vel fraude,quòd illud non noceat domino.Ad qđ etiam allegant magistraliter in terminis tex.in l.creditor.§.Lucius.qui est §.pen.ff.manda.& ibi bene reprobat tex.in uer.vtili.quem ibi expressè ita not. Bartol. in 1.not. Addo tex.optimum in l.in venditione.§.1. ver.de tempore.& ibi not.Bar.ff.de bo.autho.iudi.possi.& Bart.in l. procurator, cui gnaliter libera.in fi.ff.de pro.vbi per d.§.Lucius.dicit ꝙ ille,cui concessa est libera potestas, potest omnia facere, quæ potest dominus,dum tamen dolus malus absit. de quo infrà latiùs statim in specie dicetur.

5 Et ad suprà dicta vnum diligenter no.†quòd quamuis mādatum singularium personarum requirat istud verbum,Cum libera,aliàs nunquam subintelligitur: tamen mandato vniuersitatis semper videtur inesse.Ita voluit signanter multùm Bal. in l.præses.in princ.per illum tex. C. de transact.quod teneas perpetuò cordi.

b 6 b * † Not. etiam quòd procurator etiam cum libera, non tamen potest facere actus obligatorios.Ita not.Bald.in l.mandatum.in 3.colum.C.mand.motus per text.in l. quam Tuberonis.§.alia.ff.de pecu.

c c Item facit iste tex.secundum eosdem Io.Fab.& Ioan.de Pla.quòd si iudex delegatus iniustè vel iniquè procedat,quòd processus sit ipso iure nullus: quia nō videtur sibi mandatum quòd iniquè vel iniustè procedat: argu.l.si procurator.versic. ꝙ si indebitum, cum simi.ff. de cond.inde.& hoc dicit Ioan. Fab.tenere docto. iuris Canonici, non tamen dicit in quo loco: sed vos allegate Innoc.& communiter alios in c.cum dilecta.extra de rescrip.& in cap.venerabili.extra de off.deleg.

7 Item facit iste tex.secundum Ioan.de Pla.†ꝙ si Potestati,seu rectori,vel iudici sit concessa libera potestas, vel liberum arbitrium,ꝙ restringitur ad id, ꝙ est bonum & æquum.melius facit d.l.in venditione.§.1.ver.de tempore. vbi Bart.ff.de bo.
8 author.iudi.possi.ubi manifestè probatur † ꝙ quamuis quis habeat liberum arbitrium, tamen tenetur de dolo commisso,non de culpa.De qua materia vide tex.cùm Barto.in l.creditor.§.Lucius.ff.manda.Bald.in rubr.C.de pœ.iud.qui malè iudi.ver.quæro,nunquid iudex.Bar. in l. si societatem.§.arbitrorum.in 4.colum.ff.pro soc. & in l.3.C.de do. promis.& videas omninò Ioan.de Imol.in c.j.in antepen.colum.extra de constitu.Bald.in l.j.ff.de test. mili.& in l.si post tres.in 12.col. ff.si quis cau. & quæ plenè tradit Bart.& alij in l.filiusfami.ff. de do.& in extrauaga.ad reprimendum. in ver. videbitur. & Imol.in l.2.§.voluntate.ff. solu.matr.

9 Vltimò facit tex.noster secundum Angel.hic, † ꝙ quamuis iudici concedatur libera potestas, vel arbitrium,non tamen tollitur propter hoc, quin iudex debeat obseruare ius ciuile. Sed audite,iudicio meo, iste tex. parum uel nihil facit ad suprascripta omnia,ad quæ infertur per docto. hic:quia in hoc tex.libera potestas non profertur simpliciter, & absolutè, vt fit in prędictis casibus doctorum,sed profertur qualificatiuè, & modificatiuè, scilicet quòd iudex habeat liberam potestatem æstimandi ex bono, & æquo.

10 †Secundò no.principaliter ex hoc tex.& glo. quòd quamuis hodie omnis actio cuiuscunq; generis & qualitatis tollatur ipso iure per compensationem, usque ad concurrentem quantitatem:tamen in hoc reperitur speciale in actione depositi,ut contra eam exceptio compensationis non procedat:
d d & in hoc est priuilegiata hæc actio depositi.Concor.l.fin.C. de compensa.& l.penul.C.depo.& c.bona fides. extra de deposi.Sed operę pretium est inuestigare ad tex.nostrum, & ad istud notabile rationem specialitatis,& huius priuilegij:quia quòd contra actionem depositi non posset opponi ista exceptio compensationis, gloss.unica.in l.ob negotium.ff.de compen.dicit quòd istud est propter perfidiam depositarij.Ange. de Aretio dicit,quòd istud est propter exuberantiam fidei habitam in depositarium, propter quam habet hoc priuilegiū, quòd compensatione non tollatur.Ego reperio Bart.singulariter in l.cum his. §.j.ff. de condictione indebi. qui aliam rationem assignat, dicens quòd ideo in deposito non potest opponi exceptio compensationis,quia denegans depositum uidetur spoliare deponentem: unde cùm spoliatus:ante omnia sit restituendus.l.si quis ad se fundum.C. ad legem Iuliam de ui.& c.in literis.extra de resti.spo.& sibi nulla potest opponi exceptio:ergo per consequens non poterit obijci compensatio.Ego tamen multum dubito de hac ratione Barto.quia,ea attenta,sequeretur quòd idem esset in alijs contractibus,ut in eis non possit opponi exceptio compensationis:quia eodem modo in commodato:quia denegans restituere rem commodatam,videtur spoliare commodantem: quòd est falsum : ut hoc tex.argum.a speciali.

11 † Nunquid autem sicut contra contractum depositi non potest opponi exceptio compensationis, ut hic, ita etiam nō possint opponi aliæ exceptiones, veluti exceptio spoliationis?Bar. in l.pen.in 3.not.C.deposi.videtur tenere quòd non, dum generaliter no. ex illo textu quòd contra agentem depositi non possit exceptio obijci. Tamen contrarium uidetur tenere glo.ibi:in uersi.opponat. & alia gloss. in uersi.non concessa.quæ uidentur uelle quòd contra actionem depositi bene opponatur exceptio spoliationis:quamuis nō multū apertè se firment.& videas Bartolum & alios in l.si alienam.ff.solu.matrimo.& no.glossam in c.2.in uer.in modum exceptionis.extra de ordine cogni. & Cynum, Baldum, & Salicetum in d.l.penult.C. deposit.

Item ad hoc notabile,quòd contra actionem depositi non admittatur compensatio,adde alios casus not.in quibus etiā non admittitur compensatio : quos enumerat gloss. notab.in uersic.possessione.quæ est fin.in l.finali.in fi.C.de compensatione. quam Bar. ibi mandat notare secundum bonas lecturas. Ego allego glossam pleniorem, & magistra. quæ enumerat quàmplurimos casus in l.ob negotium.ff.de compensatione.ultra quos adde alium casum, quem d.gloss.sentit,si
12 bene inspiciatur. † Nam contra agentem interdicto recuperandæ, nunquam obijcitur compensatio:utconcludit glo.in cap.fi.in uersi.petentem. extra de ordine cogni. Et hoc etiam probatur in l.fina.in fin.C.de compensatione. & ibi expressè Bald.in 4.not.ad hoc notat illum tex.de cuius intellectu & ratione, quare in hoc quòd contra spoliatum agentem interdicto recuperandæ,nō admittatur exceptio compensationis:uideas omnino no.Barto.in l.cum his.in §.j.ff.de condi.inde.&
13 Bald.in l.cùm quis.in 8.colum.C.de iu.& fa.ign.† Item facere doti petenti decimas non potest opponi compensatio. Glos.
e est no.15.q.j.c.quàm sit e alleg. Ludo.in sing.suis.

Expeditis textualibus, antequam ueniam ad gl. quia tex. iste facit mentionem de libera potestate,& sæpenumero fiunt commissiones cum libera, uel cum plena potestate, uel cum arbitrio boni uiri,& similibus clausulis.Ang.hic multum impertinenter tractat de huiusmodi clausulis quid importent: uerùm quia hoc est satis extraneum a materia §.nostri. ideo remissiuè procedam dādo ueras, & oportunas remissiones, & magis plenas, quàm Angel.hic, ad quas,cùm expedierit, recurrite.

14 † Quærit ergo in primis Angel.hic,quę sint uerba importantia meram,& liberam uoluntatem. Item quæ sint verba importantia arbitrium non merum, sed regulatum a iure, & sic arbi-

sic arbitrium boni viri. Vtilitas est magna, & euidens: quia qñ fit commissio per verba importantia meram voluntatẽ, stabitur declarationi suæ siue iustè, siue iniustè proferat: siue dignè siue indignè. l. cũ quidam. la secũda. ff. de l. 2. ff. dũmodo dolus malus absit. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Secus aũt, si fiat commissio per verba importantia arbitriũ boni viri. Hũc effectum plenè tradit Barto. in extrauag. ad reprimendum. in versi. videbitur. & in l. si sic. & alij omnes in prin. de lega. j. in d. l. cùm quidam. de hoc ergo, † scilicet quæ verba importent liberam volũtatem, & quæ arbitrium boni viri, vide latè Bart. & plenius, quàm alibi, in d. versic. videtur. & d. l. cùm quidam. & in d. l. si sic. in princ. & ibi Ray. Bald. Ange. Imo. & alios, ubi inuenies etiã quid de uerbo, Volueris: vt si diceret princeps, Concedimus tibi vt in tali causa procedas quomodo volueris, an importet meram voluntatem, an arbitrium boni uiri.

16 In istis locis habes † quid de verbo, Libet: vel Libuerit: vel Placebit. Ibi etiã quid si addatur verbum, Plenum. vel, Liberum. vel, Merum. vt puta, Committimus cum pleno, & libero arbitrio. & etiam quid de verbo, Iudicio tuo. [f] vel, iudicio tertij, vt puta Committimus tibi vt procedas iudicio tuo. Et ibi etiam quid de verbo, Videbitur. vt Procedas vt tibi uidebitur.

Quid autem si sit dictum in commissione ꝙ possit facere ad sui voluntatem? Bart. in l. si filiusfamilias. in 1. col. ff. de dona. Bald. in l. si quando. in princip. C. de inoffi. testa. docto. in c. 12. extra de consti,

17 † Quid autem importaret, si illustrissimus princeps faceret commissionem hoc modo: Committimus tibi ꝙ possis omnia facere, quæ nos possemus: an dicatur concedi libera administratio. Et ponit Bar. in l. creditor. §. Lucius per illũ tex. ff. manda. & in l. procurator cui generaliter libera. ff. de proc. & vide tex. in c. fi. vbi do. Anto. de But. extra de dila.

18 † Quid autem de verbo, Damus licentiam. an importet liberam voluntatem, an verò arbitrium boni viri, ponit Innoc. in c. cùm ad monasterium. circa fin. in glos. in versi. licentiam. extra de sta. mona. & latius Bart. in d. l. alio. in 3. col. ver. procedo vlterius. ff. de ali. & cib. leg.

Quid autem de verbo, Potestatis: puta, damus tibi potestatem procedendi in tali causa. ponit Bartol. in d. l. alio. in 3. col. versi. quid si testator. vbi etiam ponit, quid si dicatur. Do liberam, vel plenam potestatem, vel licentiam de quibus etiam videatis omnino Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo, videbitur. Bal. in c. j. §. iudices. aliàs est in §. item sacramẽta. de pa. iur. firman. in vsi. feu. & in l. qui explicandi per illum tex. C. accu. & not. diligenter illam reg. quam ponit Bart. in d. l. alio. in 3. col. quæ confert ad multa: ꝙ si ista verba, Plenum & Liberum, adijciantur verbo, quod aliàs de sui natura importaret arbitrium boni viri, facerent ipsum significare liberam volũtatem. Ad quas videas etiam Bald. not. in l. & si post tres in 11. col. ff. si quis cau. Ad suprà scripta vide quod dixit no. Bal. in l. si quis maior. in 3. notab. C. de transact. vbi signanter voluit ꝙ quãuis iudex habeat ẽt liberũ arbitriũ absoluendi, & condẽnandi ex dispositione fortè alicuius statuti: tamẽ quia dictum statutum tendit ad præiudicium tertij, debet intelligi de ea libertate, quæ cõtineat in se æquitatem, & quòd non possit iniquum æquo præferri. quod bene not.

19 † Quid autem si in commissione dicatur ꝙ faciat secũdum suum velle: an ista verba important liberam volũtatem: adeò ꝙ nullus contradicere possit. Vide omninò Bart. tenentem ꝙ sic, in dicta extrauag. ad reprimendum. in versi. videbitur. Antonium de Butr. in c. j. extra de constitu. Dixit etiam iuxta prædicta domi. Abb. Panor. in ca. j. per illum textum. extra de his, quæ fiunt a maiori parte cap. ꝙ verbum, Facias ad volũtatem tuam, refertur ad absolutam uoluntatem, non autem ad arbitrium boni viri. Cuius contrarium tenuit Bal. in rub. C. de pœna iudicis qui malè iudica. versic. sed nunquid iudex. de quo vide Bartolum in d. ver. uidebitur in prin.

20 † Quid autem in verbo, conscientiæ: puta, Committimus quòd in tali causa procedas, & pronunties secundum tuam conscientiam. Vide gl. in ver. relinquatur. in ca. statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. & gloss. in uer. oneramus. in clemen. 1. de iure pat. & in terminis Bald. in fi. C. de iure domi. imper. circa finem. Accedant quę not. Angel. & Imol. in l. ab executione. in princ. post glo. ibi. ff. de appella. Io. And. in c. 1. de iur. calum. in Nouel. in c. 2. de confes. in 6.

Qui autem de illo quotidiano de uerbo, Discretioni tuæ cõmittimus: ponit in terminis Bald. in d. l. fi. C. de iure dominij [g] impe. [g] * † Quid autem de uerbo, Sensui tuo. ponunt Ant. de

21 But. & Abb. Panor. in c. j. extra de consti.

22 † Quid de uerbo, Prudentiæ tuæ, ponit Antonius de Butrio, & Abbas in capitu. ne innitaris. per illum textum. extra de constitution.

23 Secundò principaliter quærit Angel. de Aret. hic, † quando committitur alicui causa per uerba importantia meram voluntatem, & liberum, vel plenum arbitrium, quæ possit tunc iudex facere. Itẽ & quę teneatur iudex obseruare, in quo ego etiam remissiuè procedam. De hoc ergo vide Bartolum in d. l. filiusfamilias. in j. col. in uersi. extra glossam. iste text. est not. ff. de dona. vbi Imol. & alij: vbi etiam ponitur an uigore talis arbitrij possit iudex alterius ius lædere. & Barto. in d. uer. uidebitur. & Ioan. Andr. in addit. ad Specu. de cita. §. sequen. & [h] versicu. sed nunquid. & domin. Anto. de Butr. in cap. 1. [h] extra de constitutio. & hic per Ange. & ibi etiam ponitur, an uigore talis arbitrij poterit iudex omittere citationes, & tollere acta causę.

24 Et ultra eum, † an uigore talis arbitrij poterit iudex terminum prorogare: puta si potestas ex forma statuti habeat plenum arbitrium in condemnando, & puniendo malefactorẽ, an per hoc dicatur habere arbitrium in procedẽdo, ita vt possit terminum maleficij coarctare uel prorogare. Vide Bartolum not. dicentem quòd non. ubi ponit plenam doctrinam, quæ seruari debet in huiusmodi commissionibus: ut l. si in leg. in prin. ff. loca. Bald. & Ang. in l. 1. ff. de testam. mili. Bal. in l. nec quicquam. §. proficisci. in 11. q. ff. de offi. procons. & leg. Imo. & Paul. de Castr. in d. l. filiusfamilias. & omnino uideas Bald. in l. j. §. j. ff. de iur. delib. ubi tenet Bald. vnum notabile ꝙ iudex habens tale plenum arbitrium, tenetur tamen ferre sententiam intra tempus instantiæ. Et sequitur Petr. de Anc. in repet. c. canonum statuta. in uer. ad prædicta facit quæstio. extra de constitution.

25 † Quid autem si in commissione dicatur, uel ita disponatur ex forma statuti in aliquibus casibus, puta in maleficijs, ꝙ iudex, uel Potestas nullam iuris solennitatem teneatur obseruare: & sic vniuersaliter quid importent hæc uerba: & quę solennitates intelligantur per hæc verba esse sublata: ponit latè Bart. in d. l. filiusfamilias. cuius uerba ad literam sequitur Pet. de Anch. in cle. sæpe. extra de verbo. significationib. Bartol. in l. j. & l. neq;. §. deportari. in j. oppositione. ff. de testam. mili. & in l. milites. ubi Bald. Angel. Alex. & alij nouissimi. C. de testa. mili: Bald. in l. si procurator. in ulti. col. C. manda. Pan. in c. dilecti. in 2. col. de iudi.

26 † Et quid possit uigore tam ampli arbitrij, & tã amplæ potestatis. ultra prædicta videas Bald. in l. neganda. C. qui accus. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procon. & lega. Bal. & Ang. in d. l. j. ff. de testa. mili. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. Cano. in c. exhibita. extra de iudi. Et an tali casu possit recipere testes parte absente, & nõ citata? Bartolũ in d. l. filiusfa. Et Ang. in d. l. milites. C. de testa. mili. Circa qđ videatis omnino quòd signanter uoluit Bald. in l. si quando. C. [i] de inoffi. testa. in 3. col. [i] † ubi uult ꝙ partes possunt dare licẽtiam iudici ut recipiat testes parte nõ citata. Vide etiam illud dictum Spec. in titu. de arbi. §. sequitur. uer. sed pone. & ibi Io.

27 And. in addi. ubi singularissimè uoluit † ꝙ si factum sit compromissum cum clausula, quòd arbiter ferre possit sententiam partib. præsentibus, vel absentibus: tum isto casu, si arbiter ferat laudum, parte nõ citata, laudum est ipso iure nullum. Et sequitur Bald. in l. eos. §. apostolos. in j. colũ. uersicu. quæro nunquid iudex. C. de appel. & ibidem Bald. uult unum bene

28 signandum, † ꝙ b factum est compromissum cum clausula ꝙ arbiter possit prorogare terminum compromissi partibus citatis, & non citatis: certè si arbiter prorogaret terminum partibus non citatis, uel saltem partib. non intimaret prorogationem, talis prorogatio esset ipso iure nulla. & Bald. in Auth. ei, qui. C. de tempo. appel. & in l. diem proferre, in prin. per illum tex. ff. de arbi. Ang. in l. cũ non eo die. C. qñ prouoc. nõ est neces. et text. qui prima fronte apertè probat contrarium, nisi ad

nisi ad eum diligenter aduertatur, in dic. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbi. quem text. no. quia cōsueuit in cōsulendo per nonnullos docto. cauillari.

29 † An autē vigore arbitrij dati quòd iudex non teneatur seruare aliquam solennitatem iuris, poterit iudex recipere testes sine iuramento. Barto. in d. l. filiusfamilias. in 2. col. vbi tenet ꝙ potest: & idem in l. 1. ff. de test. mili. & Pet. de Anc. in d. cle. sæpe. extra de verb. signific. & vltra superius alleg. per Bart. bene faceret illud, quod no. per plura fundamēta deduxit Io. And. in reg. non est sine culpa. de regu. iur. in 6. in Mercu. vbi concludit ꝙ iuramentū in teste non est de substantia testis: quod patet, qui a potest remitti de voluntate ipsorum partiū. Gl. in l. 1. in prin. in gl. mag. circa med. in uer. sententia. ff. de fer. glo. & tex. in c. tuis. extra de testi. ꝙ non posset dici, si esset de substātia actus: quia ea, quæ sunt de substātia actus nō possunt de cōsensu remitti: iuxta no. in c. de causis. extra de offi. deleg. & not. per oēs post gl. in Auth. offerátur. C. de lit. cōtest. Pro Bart. etiā bene facit glo. in c. cū olim essemus. in uer. fratrū. extra de priuil. & gl. in c. nuper. extra de test. quæ voluit ꝙ testis non iuratus faciat præsumptionē. Accedat qđ voluit gl. ubi etiā Bal. in c. 1. §. si duo. de pace tenen. in vsib. feud. quæ vult ꝙ iudex potest accipere informationē ex teste non iurato, & data paritate probationū inter partes, præponderabit probatio producentis testē non iuratum. Cōtra Bartolū tamē in locis præalleg. magis cōiter tenent doct. & cōtrariū tenent Bal. & Ang. in l. milites. C. de testa. mil. Bald. in presbyteri. C. de episco. & cler. & Io. de Imo. & Lud. in d. l. filiusfamilias. & Ludo. Rom. in sua repetio. rub. ff. de arbi. in 17. q. moti potissimum per dictam cle. sæpe. in ver. non sit tamen. per quam plus dixit Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uer. uidebitur. & in uer. fine figura iudicij: quòd quando proceditur summariè, simpliciter, & de plano, non tamen creditur testi non iurato.

k k † Item an uigore dicti arbitrij poterit iudex admittere in

30 testes personas a iure ciuili, vel gentium prohibitas, puta inimicum capitalem. uel deportatū, uel infamē? Bar. ponit in d. l. filiusfa. in 2. col. vbi ēt Imol. & alij: & Pet. de Anc. in d. cle. sæpe. Et an poterit admittere mutū, uel surdū in testes, ponit Innoc. in c. sciscitatus. extra de rescrip.

31 † Et quid de furioso, ponit Ang. in l. cùm furiosus. ff. de iud. Et an vigore tam ampli arbitrij poterit iudex admittere in testem inimicum, qui sit reconciliatus: determinat Ioā. de Imo.

l sing. quòd non, in d. l. filiusfa. l * motus per no. Inno. in c. cùm I & A. extra de re iudicata. de quo vide etiam Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius, uel uti. pub.

Item an vigore dicti arbitrij amplissimi poterit iudex credere testi deponenti sine redditione causæ: vide Bald. loquentem & determinantem ꝙ non, in l. solam. ad fi. C. de testib. & in l. si non speciali. C. de testam.

32 † Item an vigore dicti arbitrij poterit iudex procedere diebus feriatis, & in honorem Dei: uide Bartolum & Ange. in d. l. 1. ff. de testamē. militis. & plenius Bartolum in l. filiusfa. in 2. col. Bald. in l. militis. C. de testa. mili. in 2. q. & Petr. de Anch. in d. clem. sæpe. & Io. de Imol. & Ludouicum Romanum in repetione rubri. ff. de arbitr. in 17. q. An autem vigore talis arbitrij posset iudex instantiam prorogare: & an sententia lata vltra tempus instantiæ ualeat necne? Bald. & Ang. in d. l. j. ff. de testamento militis: ubi referunt Bartolum quem uideas in l. sed si l. in princ. ff. de iure deliberandi. Petr. de Ancharan. in repetitione c. canonum statuta. uer. ad prædicta facit quæstio statuti. extra de constitu.

33 † An autem vigore talis statuti possit iudex decidere contra casus rigorosos: uide Innocentium in ca. j. extra de consti. Bar. in l. j. in j. col. uersi. ad istam lecturam oppo. extra gl. C. de legi. Bald. in l. j. & l. iustitia. ff. de iusti. & iur. Bald. in l. libertas. ff. de statu hominum.

34 † Item an vigore dicti arbitrij potuit iudex reijcere exceptionem præscriptionis, uel aliam exceptionem procedentē ex mero iuris rigore? Barto. in extrauag. ad reprimendum, in uer. uidebitur. in fi. determinat quòd nō, per rationem de qua ibi per eum. Imol. in l. si sic. in prin. ff. de leg. j. & ibidem Ange.

35 † Item uigore talis arbitrij iudex non tenetur obseruare aliquam solennitatem iuris, tamen non poterit iudex condemnare aliquem de crimine, nisi sibi ut iudici constet etiam si sibi constaret tanquam priuato. Item non poterit aliquem condemnare de crimine, nisi data copia defensionis. Ista duo sinponit Bald. in l. militis. circa fi. C. de testa. militis.

36 † An autem uigore dicti amplissimi arbitrij poterit iudex torquere aliquem sine indicijs, & sic ponere aliquem ad torturam, non præcedentibus indicijs. Bal. in c. j. uersi. item quæro an iudex. extra de officio ordina. ubi concludit quòd non. quod bene no. Hanc quæstionem licet ipse non dicat originaliter ante eum formauit Albe. de Gandino in tractatu suo maleficiorum, dum tractat de tormentis super rubr. uel in c. Inci. vtrum. Potestates, qui habent arbitrium. & idem tenuit Paul. de Eleaza. in commento. c. grauius. in ult. col. extra de deposi. quod bene nota.

37 † An autem uigore delicti arbitrij poterit iudex imponere pœnam perpetui carceris aliàs a iure cōmuni improbatam, iuxta l. aut damnum. §. solent. ff. de pœn. & l. fin. ff. de custo. re. & l. credibile. C. de pœnis. Vide Ange. tenentem quòd non, in l. milites. C. de testamē. mili. & in l. si a milite. §. edictum. ff. de testamen. mili. & Paul. & Lud. Rom. in d. l. filiusfa.

m m * † Vtrùm autem uigore prædicti arbitrij si sit consue-

38 tudo quòd pauperes captiui certo tempore, puta in festo Paschæ, sint excarcerandi, & relaxādi de carceribus, iuxta l. 3. C. de epi. audiē. an iudex uigore dicti arbitrij poterit facere gratiam tēporis, & eos citius relaxare de carceribus. Bald. in d. l. milites. in finalibus uerbis dixit se consuluisse quòd non.

n n † Item an uigore dicti arbitrij potest iudex statuere ius ini

39 quum: ponit etiam Bald. in d. l. milites. in ulti. col. uer. tertiò ponamus. vbi etiam determinat quòd non.

40 † Quid autem si alicui datur arbitrium ꝙ procedat secundum æquitatem, non attento iuris rigore: an per hæc verba poterit procedi summariè, & de plano, sine strepitu & figura iudicij? ponit Iac. But. in l. properandum. in prin. C. de iudi. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. & leg. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. eod. ubi uideas Bald. ponentem multa bona. uide Pan. in c. 2. in 3. no. de iur. cal.

41 † Quid autem si in commissione dicatur quòd procedatur de bono & æquo: quid hęc uerba importent, uide Barto. in l. si fideiussor. §. quædam. & in l. Quintus. ff. manda. & in l. si bona fides. & ibi Bart. in j. not. & ibidem Bal. & Salic. ff. depo. Bald. in l. fi. §. pro ea. in ult. col. C. manda. Ang. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. testa. Salicet. in l. placuit. C. de iudi. & hic hic per Ange. de Are.

42 † Quid autē si causa cōmittatur de ueritate, & iustitia, ponit Bal. in l. nemo. C. de sen. & interlo. omniū iudi. & in l. iusti.

o o ff. de iusti. & iur. & Ioan. And. & Anto. de Butr. in d. c. 2. extra de iuram. calum. & in c. dilecti, extra de iud. & do. de Rota in sua conclusi. 32.

43 † Quid autem si causa cōmittatur, ut in ea procedatur purè, & simpliciter: an per hoc uideatur tolli ordo iuris: doct. in c. dilecti. extra de iud. gl. & doct. in cle. sæpe. extra de uerb. signifi. & Barto. in extrauag. ad reprimendum. uer. simpliciter.

44 † Et quid si commitatur causa secundum rei veritatem cognoscenda: ponit Imo. in d. c. dilecti. extra de iudi.

45 † Quid autem si committatur causa sola facti veritate inspecta: vide do. de Rota in conclusione sua 33. & Bal. in l. prolatā. & in l. nemo. C. de sent. & Bal. in l. finali. in princip. C. de iure delib. & notabiliter Bal. in c. fin. in vltima colum. extra de no. for. fide. in vsib. feud. vbi inter cætera dicit, Princeps semper debet causam decidere sola facti veritate inspecta, etiam si iudiciarius ordo esset omissus. Et de hoc dicit esse tex. in c. ad petitionem. extra de accus. Et quòd dicta clausula, procedat sola facti veritate inspecta in titulo: cætera important, quòd sufficit habere ueritatem, & informationem ueritatis, sine aliqua iuris solennitate, aut forma iudiciaria: ut in prædictis locis habetur, & de hoc aliquid per Ange. de Are.

45 † Quid autem si in commissione dicatur, ꝙ in tali negotio procedatur de facto, vel sit statutum, quod ita dicat: videas Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uer. videtur. ad fi. & in consi. incip. punctus quæstionis vertentis inter Albericum Ioan. &c. & in consi. suo incip. in quæstione prædicta primò uidendus est tex. Ludo. in rubr. ff. de arb. in 17. q. & quod uoluit Bar. in l. præsenti. §. cùm autem. in 2. no. C. de his, qui ad ecclesconfu. ubi not. ex illo text. quòd ubicunque aliquid relinquitur arbi-

tur arbitrio iudicis,potest illud facere manū militari:puta facere res extrahi manu militari, vbicunq; sint positæ, & cogere alios ad iusiurandum, si aliquid habeant penes se de illis rebus. vbi singulariter per eum.

47 † Quid autē si iudici daretur arbitrium de iure & de facto simul,quòd in tali causa possit procedere, & cognoscere de iure,& de facto: an vigore talis arbitrij poterit credere testi reddenti nullā uel malācausam:ponit Bal. in l.si solam.ad finē.C.de testi.vbi determinat ꝙ nō:quia debet esse vir bonus, & non homo temerarius,non fundans se in ratione.Si tamen testis assignauit rationem non plenam,sed persuasiuam, potest tunc ex conscientia tāli testi credere: vt ibi per eum.

p p * † Item hoc arbitrium operatur,ut possit recipere testes

48 in die feriata,& iuris ordine prętermisso. Hoc enim,secundū operātur illa uerba,de iure,& de facto,vt redigatur ad instar arbitratoris a lege deputati:ut ibi per eum. Et hæc uerba Baldi refert Ang.hic,& simpliciter sequitur. Simili modo sequitur Lud.Rom.in l.j.in fi.pri.ff.de op.no.nū.& tetigi aliquid s.

49 † Nunquid etiam vigore dicti arbitrij, quo conceditur ut iudex possit procedere,& cognoscere de iure, & de facto:an poterit iudex inquirere contra occidentem bannitū, qui aliàs poterat ex forma statuti impunè offendi uel occidi?Vide Baldū in l.si quis maior.paulò post prin.C.de transact. & in l.decurionum.C.quib.ex cau.infa.irrog.& repeti.l.neganda.in 5. col.C.qui accus.non posse plenè in l.ubi pactum. ad fin.C.de transact.vbi etiam sing.ponit an habens tale arbitrium procedendi de iure,& de facto,possit procedere, quamuis accusa-

50 tor non sit idoneus.†Quid autem si alicui sit datum arbitriū, ut iudicet secundum bonam fidem: dic ꝙ intelligitur ſm ius naturale:ſm Bal.in l.2.C.de fideicommis. Et si alicui est commissum vt iudicet,uel consulat secundū ueritatē.Imo.in c.dilecti.de iudi.Alexā.in l.uideamus.§. deferre.ff.de in lit.iuran.

51 † Quid autem si in commissione dicatur Secūdū ueritatē, & æquitatem:uide Pan.in c.literas.circa prin.de iur.cal. Item adde ꝙ habens arbitrium plenum,non tamen debet fulminare:secundum Bal.in c.1.de pacenen.& ibi uide Bal. in prin.in 5.col.an ratione talis generalis arbitrij poterit iudex bona publicare: & an ratione talis generalis arbitrij credendum sit iudici,si dicat ꝙ necesse habuit illud facere: an uerò requiratur ꝙ probet:vide Geminianum in ca.2.in ulti.col.de iur.calum. in 6.Bald.in c.consuluit.in 3.col. de offi. deleg.

52 † Not.tamen ꝙ in commissis arbitrio iudicis præsumitur pro iudice.secundum Petr.de Ancha.in c.canonum statuta.in 8.chartā.de constit.Panor.in c.j.in 3.col.de dila.Item adde ꝙ in arbitrijs iudex debet inclinare animum suum in mitiorem

53 partem,secundum Bal.in l.quicunq;.C.de ser.fugi.†Item per liberum arbitrium alicui concessum nunquam intelligitur data potestas auferendi alicui priuilegium. secundum Bald.in l.

q miles ita.ff.de test.milit. q * Et de clausula ꝙ in talibus causis procedatur per simplicem querelam, quid importat, videte Bald.in l.1.fi.C.ut in poss.leg.

54 † Et an per clausulam,ꝙ in tali negotio,uel causa, iudex liberè ualeat procedere: intelligatur sublata appellatio, & an intelligatur sublatus ordo iuris:uide per Imo. in c.irrefragabili.in prin.de offi.ordi.Pan.in c.1.in pen.not.eod.tit.

55 † Et quid si alicui datur potestas cum clausula ꝙ non subsit legibus,quid īportat? vide Ang. in l. ex imperfecto.C.de test.

Vltimò circa supra scriptas clausulas,quæ aliquādo apponi consueuerunt in commissionibus,ſm Angel.vnum not. di-

56 ligenter, † ꝙ huiusmodi commissiones præter formam iuris non potest nisi princeps facere & non inferior ab eo:in tantum ꝙ etiā legatus de latere hoc non posset,nisi in specie hoc habuerit in mādatis.Alleg.ad hoc gl. quam dicit sin.in c.cùm secundum.de hære.in 6.sed allegat corruptè,& debuit allegare gl.solennem & sing.quæ hoc latè disputat in c.fi. in prin.in glo.mag.in ver.figura.de hęre.lib.6. Accedat glo.no.in cle.& si principalis.in glo.fi.super uer.obseruari. vbi inter alios latè Imo.extra de rescrip.

Capio gl.j.in uer.restitui. in ea.gl.ibi.l. uerbum Reddendi.

57 † An autem uerbum Reddere,uel Restituere,contineat Dare,

t ex propria significatione,an verò ex interpretatione,& sic impropriè:qđ est utile scire,maximè pro statutis, in q̄bus uerba propriè debent intelligi: iuxta.l.3.§. hæc uerba.ubi Bart.ff.de neg.ge.cū simi.gl.in l.uerbū Reddēdi.in uer.significationē.ff. de uer.sig.tenuit ꝙ ex iterpretatione,& sic nō propriè. Idē uī uelle gl.hic,dū dicit largè accipere. Vos aūt recurrite ad Bar. distinguentem,& hoc latè examinantē,ubi alij omnes in rub. ff.solu.ma.in 2.col.uersi.quartò opponitur. quem refert,& sequitur simpliciter Ang.hic,in fi.gl.benè dicit.

Capio glo.in uer.opposita.quam diuido in duas. In prima ponit rationem ad tex.In secunda per modum not.respondet tacitæ obiectioni.Secunda ibi: & ita not.

In glo.ibi:& ff.de excep.do.l.dolo.Docto.approbant hanc rationem ad text.nostrum,vt dicunt Io. Fab.& Ang.hic:& super hac ratione dicunt fundatam esse æquitatem cōpensationis.Melior tamen est rō,in qua fundatur ęquitas cōpensationis,quam ponit Iurisconſ. in l.3.ff.de cōpensa. ubi formaliter

58 inquit, † quòd ideo cōpēsatio necessaria est, quia interest nostra potius non soluere quàm solutū repetere. Et rō d.l.dolo, quam hic ponit gl. non esset generalis:quia solùm haberet locum,quando idem deberet restitui. sed in materia compensationis aliquando non restituitur idem, sed tantundem.

In fi.glo.Pro hac glo.faceret l.nihil interest.ff.de reg.iur.Et cum hac glo.transeunt Iac.& Petr.hic,dum concludunt ꝙ in effectu nulla sit differentia, sed solùm in modo excipiendi, & concludendi vt eos latè refert Ioā. Fab.hic.Sed,iudicio meo, gl.malè dicit,non esse differentiam quò ad text.in effectu, sed

59 quantum ad uerba.Sed†an cōpensatio competat ipso iure,an

r uerò ope exceptionis r doli? hoc est absurdū dicere, cùm leges non imponantur uerbis,sed rebus.l.2.in fin.C.communia de leg.& l.fi.C.de usur.In hoc puncto Io.Fab.& Nic. hic,in 2. q.glossæ referunt complures differētias traditas per antiquos doc.quas omnes reprobant:ut hic plenè per eos.Illa est uera, quā posui suprà in euidentia. Nā si actio tollatur ipso iure,iudex ex officio pōt repellere agentē,& absoluere reū, etiā reo non petente, & nihil excipiente: qđ non posset iudex facere, qn̄ actio non esset sublata ipso iure, sed ope exceptionis tantùm,per suprà dicta iura,maximè per gl.in l.si unus.§.pactus. & ibi latissimè Bar.in 5.col.ff.de pact.& Ang.& Ioan.de Pla. hic,& etiam sentit Ioā.Fab.& apertè sequitur,dum dicit magnum esse effectum ex his, quæ habentur in d.§. pactus.

s s * † Adde aliā & secundam effectualē, & no.differentiam:

60 quia in casibus,in quib.fit cōpensatio ipso iure, absq; alio facto hominis, prout olim erat & hodie in actionibus bonæ fidei, certè solutū repetitur ut indebitū: quia uerè hoc erat indebitū.De quo est tex.in l.quod dicitur. la j.§.pen. ff.de impē. in rebus dot.fa.Secus aūt in casibus, in quib.locus est cōpensationi facto hominis,non aūt ipso iure,prout olim erat in actionib.stricti iuris, quia tunc non est locus repetitioni: ut est tex.in l.qui id uicē.ubi gl.1.ff.de cond.inde.& ibi Bart.qui formaliter ponit hanc differentiā: & eā etiam simpliciter sequitur An.hic,& Nico.in apost.text.in uer.condēnari & etiam in 2.q.glo.& sequitur Io.Fab.hic.Ad l.qui exceptionē.ff.de cōd. inde.in cuius solutiōe dubitat Io. Fab. hic,uos rn̄dete Bart.in d.l.qui inuicē.Vel aliter,& notabilius,rn̄dete ut rn̄det Imo.& Bal.in l.si pater ignorās.ff.sol.ma.examinantes Bart.in d.l.qui inuicē.ꝙ illud, qđ dicit in l.qui exceptionē. quòd tutus exceptione fauorabili,qualis est hæc,repetit solutū.istud est uerū, qn̄ competit exceptio,quæ sui natiuitate impedit,seu elidit actionē,ut est exceptio cōpensationis, qn̄ compensatio fit ipso iure,ut in contractib.bonæ fidei,& olim & hodie: sed si esset, talis exceptio,quæ non elideret actionem in sui natiuitate,sed ita demum si opponatur,ut olim erat in exceptione compensationis in contractib.stricti iuris, ut hoc text.& tunc solutum non repetitur. Quam solu.multum not. pro singulari limitatione ad regu.positam in dict.l. qui exceptionem.

61 †Ex his omnib. habetis notabiliter inferre qđ cū hodie in oībus actionib. tā bonæ fidei,q̄ stricti iuris, fiat compensatio, ut hic,& l.fi.C.de cōpē.ꝙ hodie tutus exceptiōe cōpēsationis poterit solutū repetere tanquam indebitum, cum uerè sit indebitū,siue loquamur in actionib.bonæ fidei,siue stricti iuris: per d.l.quod dicitur.§.pen.ff.de impen.in re. do.fac.& in d.l. qui inuicem.ff.de condi.inde.iunctis suprà dictis.& ita etiam tenet & firmat Ioan. Fab.quamuis alij non tangent.

Capio gl.in uer. iure aperto. quam diuido in quatuor partes princip.In j.declarat tex. & declarationis rōnē assignat a

partib. sufficienter enumeratis. In secunda opponit contra id, quod proximè dixi,& soluit. In tertia quærit,& soluit. In quarta idem facit. Secunda ibi: non vt. Tertia ibi: item quid si hinc inde. Quarta ibi: item quid si ab vna parte. Et quamuis Ange. hic inculcet simul ea, quæ vult gloss. in prima parte: ego separatim tangam per diuersas conclusiones, vt materia dilucidius habeatur. Nam glo. in 1. parte vult quatuor conclusiones principales, quæ per se tangam, vnicuiq; accommodãdo suas limitationes, quas simul, & mistim Ange. hic miscet.

In ea. glo mag. ibi: hinc inde quantitas debetur: Habes pri-
62 mam conclusionem † ꝙ de quantitate ad quantitatem fit compensatio. Hanc primam gloss. conclusionem declarat Ioann. Fab. procedere in quantitatibus, quę inter se functionem recipiunt in genere suo, id est, ꝙ vna fungatur vice alterius, propter omnimodam similitudinem, quæ est inter eas: vt declarat Iurisconsultus in l. certum, in fi. ff. si cert. peta. & in l. 2. §. 1. in gl. 1. mag. ante med. ff. si cert. peta. quia tunc vna potest pro alia solui: vt d. l. 2. §. j. ergo compensari: cum compensatio vicem solutionis obtineat: vt l. vel permutauerit. ff. de libe. cau. & pulcher. tex. in l. si debitor. ff. qui pot. in pig. hab. & in l. amplius non peti. cum ibi not. per Bar. ff. rem rat. hab. Secus si essent tales quantitates, quæ inter se functionem non reciperēt: vt quia non essent æqualis bonitatis, seu alterius qualitatis: puta quia esset diuersitas in moneta, propter æris contaminationem: iuxta tradita per Bart. in l. Paul. ff. de solut. & alios in leg. cum quid. ff. si cer. peta. & est tex. in cap. quanto. vbi omnes, de iureiurand. & in l. si quis argentum. in prin. cum gl. 2. C. de donat. vel quia mihi deberes certam quantitatem tritici de certo in loco, cuius frumentum (eò quòd esset melius) plus valeret, quàm frumentum alterius territorij: iuxta l. triticum. cum ibi traditis. ff. de verb. oblig. vel quia deberes mihi decem brentas vini de certo territorio, in quo pretiosius nasceretur, quàm illud, in quo deberem tibi alias decē brentas, vt in vineis Bononien. in quibus nascitur optimum vinum, maximè versus,
v u* Galeriam glo. in l. j. in prin. ff. de rerum permu. certè istis casibus non admitteretur compensatio: quia cum compensatio sit altera solutio, vt suprà dictum est, aliud pro alio, quod functionem adinuicem non recipiat, solui non potest. d. l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. Et cum hac limitatione Io. Faber. tenet Ange. hic simpliciter. Ego vos remitto ad Bart. & alios, in d. l. diuortio, §. ob donationes. ff. solut. matrimo. vbi tenet Bartol. quòd vnum genus potest pro alio solui, quando sunt eiusdem materiæ: vt si debeo tibi vnam libram auri, possum tibi soluere in pecunia aurea, & econtrà: per l. j. & l. Titiæ amitæ. ff. de auro & argento lega. Sed si sunt diuersæ materiæ: vt quia ab vno debeatur pecunia, & ab alio frumentum, non fit compensatio, nisi aliud ex consuetudine induceretur. Nam vidimus ꝙ pro floreno aureo debito soluitur pecunia numerata argentea, & econuerso: quod ex consuetudine procedit dic. l. si quis argenteum. in prin. & ibi not. in glo. 2. C. de donat. Bart. in d. l. Paulus. ff. de solu. cum suis concord. Adde etiam ad ista in terminis Petrum, & Cyn. in l. fi. C. de compen. & ibid. Bal. in pen. col. in 4. q. vbi omnino videatis.

63 † Secundò prædicta conclusio glo. nostræ, quæ habet quòd quantitatis ad quantitatem admittitur compensatio, limitatur vt per Bal. hic, ut procedat, quãdo hincinde debetur quãtitas, & purè: secus si ille, cui opponitur compẽsatio, esset debitor sub alternatione quantitatis, uel speciei, & esset eius electio: quia tunc non admitteretur compensatio. Secus si esset electio aduersarij opponentis compensationem, qui declarasset se velle quantitatem. Et de istis est text. no. in l. si debeas. & ibi gl. Bald. & Sali. ff. de compen. & ita etiam simpliciter tenet Ang. hic. Ego addo gl. & ibi vide latè Bart. quem nemo hic alleg. in l. si seruus communis. §. idem dicendum. ff. de fur.

64 † Tertiò limitatur prædicta conclusio gl. nostræ, vt non habeat locum, quando debitor quantitatis, cui opponitur compensatio, esset debitor quantitatis, sed haberet facultatem se liberãdi per solutionē speciei: vt clarè liquet in debito ex causa noxali, in quo dominus tenetur ad quãtitatem damni illati a seruo suo, & tamen dãdo seruum pro noxa, & sic speciem, liberatur: iuxta l. miles. §. 1. cum simil. ff. de re iud. certè si eligeret soluere speciem, non posset opponi compēsatio. Ita limitat gloss. nostram Bald. hic, & eum sequitur simpliciter Angel. hic, allegantes pro hac limitatione l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. & quod ibi Bar. ff. de sol. Ego allego in terminis gloss. in l. qui iniuriæ. §. 1. ff. de fur. & in terminis nostris Bart. ad quem recurrite in d. l. si seruus communis. §. idem dicendum. ff. de furt. not. Bal. in l. cum fundus. in §. seruum tuum imprudens. ff. si cert. peta. & ita Io. de Pla. hic.

Vltimò circa prædictam conclusionem gl. nostræ ego formo notabilem dubitationem, & quotidianam, quam nemo
65 hic potuit, nec eam inuenietis in communibus locis: pone † ꝙ mutuaui famulo meo decem, qui mihi postea seruiuit certo tempore: an fiet compensatio? De qua quæstione habetis tex. not. quòd sic, in l. fi. uerb. vel opere quinquennij uicem referri beneficij. C. de cap. & postli. reuer. & ibi in terminis Bal. notat illum text. ad hoc quod seruitium personale extenuat quantitatem debitam. Ad idem habetis textum & meliorem in l. 1. C. de pigno. actio.

x x* In eadem gloss. ibi: vel speciei ad quantitatem. Teneatis
66 duas conclusiones. Prima est † ꝙ speciei ad speciem non admittitur compensatio. Et ad hanc nihil est addendum. Secunda est conclusio, quòd speciei ad quantitatem non fit cōpensatio. Hanc conclusionem limitat primò Ioan. Fab. hic, ut non procedat, quando species esset ad quãtitatem deducta, & sic quando quantitas successisset in locum speciei, quod aliquãdo contingit, vt quando species, quæ debetur, est aliena, & dominus non vult illam vendere, vel vult vendere nimis magno pretio: tunc in locum speciei succedit quantitas: vel quando subest alia iusta causa, iuxta tex. no. in l. si domus. §. qui confitetur. & ibi latè traditur. ff. de leg. 1. isto casu secundum Ioan Fab. admitteretur compensatio: quia tunc iudicandum esset
y sicut de quantitate. Alleg. in argumen. l. si conuenerit. y ff. de pig. act. & sequitur etiam Ange. hic, quod etiam ego puto verum, & habeo pro indubitato: nam cum in locum speciei suc
z cesserit quantitas, cui dubium z* quòd de illa quantitate ad aliam quantitatem fieret compensatio: vt in princ. glo. nostræ.

67 † Secundò ego limito hanc conclusionem gl. quæ habet ꝙ speciei ad quantitatem non fit compensatio. Et nullus tradit hic istam limitationem vt ista conclusio procedat, quando agitur de compensatione fienda in iudicio, uel per iudicem ex dispositione legis, alia parte inuita: secus est autem in compēsatione fienda ex expressa, uel etiam præsumpta mente disponentis, qui potuit disponere, prout uoluit, quia tunc habebit locum compensatio etiam de specie ad quantitatem. Ita dixit singu. Io. de Imo. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matr. motus arg. eorum, quę habentur in l. cùm quęstio. C. de leg. & in §. disponat testator. in Auth. de nup. Sed audite, quamuis ista limitatio sit peregrina, & singularis, & fortè sustentabilis in puncto iuris, ego tamen allego in terminis Bart. cuius nō fuit memor. pro tunc Ioan. de Imo. qui tenuit de directo contrarium in l. huiusmodi. §. cùm pater. ff. de lega. 1. motus per l. si pater pro filia. ff. de colla. do. & idem etiam contra Imo. tenet Bald. in l. quoniam in prioribus. in pen. colum. C. de inoff. test. & in l. si vxor. C. de bo. autho. iud. poss.

In ead. gloss. ibi: si est quantitas ut species. habetis quartam
68 conclusionem ex hac gl. † quòd si debetur quantitas ut spēs, ꝙ illius quantitatis ad aliam quantitatem non fit compensatio: puta si debeatur centū, quæ sunt in tali arca, uel quæ sunt in tali sacculo, quo casu cēsentur ut species, iuxta l. planè. §. j. uersi. sed hoc ita. & l. sed si certos. ff. de leg. 1. uel si debeantur certi nummi, qui sint peculiares, iuxta l. si creditor. §. j. hic alleg. in glo. in hoc puncto: quamuis gl. hic simpliciter teneat ꝙ in tali quantitate, quæ debetur ut species, non admittatur cōpensatio cum alia quãtitate. Ista est alta, & dubitabilis quæstio, & quia alij scribentes non tangunt hic, uel parū, sufficiãt opportunæ remissiones. Videte igitur gl. quæ refert opi. & finaliter tenet idem quòd hic, quòd non admittatur cōpensatio in l. cū fundus. §. seruum tuū imprudēs. in uer. uēdicare. ff. si cer. peta. Cōtra istas gloss. tenet ibi Barto. per multa fundamenta. quæ ibidem uide, secutus opinio. Vltramontan. tenentium contra glossam. Et eodem modo etiam tenet Bald.
a post a* Petrum de Bella Pertica in leg. fin. in quinta quæstio. C. de compensatio. ubi etiam subdit, quòd ubi illa quantitas, debebatur ut species, esset consumpta, quòd isto casu opi. ista Bart. & Vltramon. procederet sine dubio, quòd admitteretur compen-

compensatio alibi tamen ipsemet Bald. sibi contrarius secutus est glo. nostras in l. si seruus plurium. §. fi. cum l. seq. per illum tex. in ver. neque permutatione. ff. de leg. 1. De hoc etiam puncto vide Ludo. Roma. qui tenet cum Bart. & Vltramon. in l. quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. & nouissimos in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solu. matrimo. De hoc etiam videatis Nico. de Neap. in 2. oppo. glos. vbi in hoc puncto refert quandam nouam considerationem Rodul. de Auri. quam ipse reputat valde not. & in veritate non contemnendam, quamuis alij de ea non faciant mentionē, quòd iste, cui debetur quantitas ut species, poterit ipse compensare cum alia quantitate, quamuis sibi compensari non posset: motus subtiliter: nam illa demum possunt in compensationem deduci, quæ possunt solui inuito creditore: vt suprà pluries dictum est: sed ego possum soluere tibi illam quantitatem, quæ mihi debetur vt species, licet tu non posses pro illa mihi soluere aliam pecuniā: quia species censetur. d. l. planè. §. 1. ff. de leg. 1. & d. l. si creditor. §. j. ff. de pec. & sic ego potero compensare: tu non. De hoc etiam vide Petr. & Cyn. in l. fin. in 3. q. C. de compensa. & ibidem per Ray. de Forli.

69 † In ead. gloss. ibi: sed nonne statim. Hic subijcit gl. & vult opponere hoc modo, non contra tex. nostrum: sed contra id, quod proximè dixi, speciei ad quantitatem non fieri compensationem. contra de hoc tex. vbi dicitur actioni in rem obijci compensationem: & tamen actio in rem datur ad speciem. vt l. si in rem. & leg. uendicatio. ff. de rei uendica. responde vt in gloss. hic, cum qua alij simpliciter transeunt. Et clarius, & melius respondet gloss. in leg. fin. in gloss. 1. & ibi Barthol. in bonis lect. C. de compensa. & illud quod glo. simpliciter dicit de æstimatione, intellige, & declara, vt per glo. in d. l. fi. & Dyn. hic, & latius Nico. de Neapo. in 1. opp. gl.

70 In ead. gloss. ibi: l. vnum ex familia. §. sed si vno. habetis † quando species est in genere debita hincinde, quòd admittitur compensatio. Et hoc modo possetis limitare id, quod suprà tenuit glo. in princ. speciei ad speciem non admitti compensationem, vt illud non procedat, quando species esset hinc inde debita in genere. Et idem, quod hic, tenuit etiam gl. in d. l. fi. in gloss. j. C. de compen. & in glo. in l. qui non militabat. in prin. in ver. habet Titius. hic alleg. in glo. Sed aduertite secundum Dyn. in vlti. col. quem in hoc sequitur simpliciter Nico. hic in 3. q. glo. & dicit quòd d. l. vnum ex familia. §. sed si vno. alleg. per glo. nihil facit pro glo. quia ibi non loquitur in compensatione, de qua loquimur hic, sed in retentione debiti, vt ibi exponit, & fatetur glo. Et istud liquet, secundum Dyn. hic,

71 † nam compensatio est debiti, & crediti inter se inuicē contributio: vt l. j. ff. de compensatio. Et sic dicitur compensatio, quando vterq; est obligatus: sed in d. l. vnum ex familia. §. sed si vno. alter tantùm erat obligatus: & ideo ibi non est propriè compensatio, sed retentio. Et ita exponunt ibi glos. Ioan. Fab. quem sequitur Ange. hic, & dicit generalius, quòd omnes leges alle. per glo. non loquuntur de vera compensatione, sed potius de retentione debiti. Posito ergo pro firmo ꝙ leges in glo. hic alleg. non loquantur in compensatione, de qua nos loquimur: quid erit tenendum in puncto glos. Docto. hic magis communiter, vt Dyn. Bald. Ray. de Forli. Io. de Pla. & Nico. in 3. q. glo. tenent ꝙ quando debita in genere essent eiusdem generis, quia ego deberem ibi bouem in genere, & tu similiter deberes mihi bouem in genere: uel ego deberem tibi hominem in genere: & tu similiter mihi hominē in genere, & nunc uerum dicat glo. nostra quòd habeat locum compēsatio: quia genera hincinde debita sunt paris æstimationis: quia in quolibet debetur mediocre: ut l. legato generaliter. cum simi. ff. de leg. 1. sicut habet locum compensatio in quantitatibus, quando sunt paris æstimationis, & recipiunt adinuicem functionē: ut uidimus in princ. huius glo. si autem debita in genere non essent eiusdem, sed diuersi generis, & consequenter diuersæ æstimationis, vt quia ego deberem tibi bouē in genere, tu autē deberes mihi hoiem in genere: & tunc non habet locum cōpensatio, quia hæ res non recipiūt functionē adinuicem: ut l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. Io. Fab. hic insurgit contra hanc communē sententiā, & etiam cōtra opi. gl. uno potissimo ualde stringenti fundamento, quod etiā formatur per Nic. hic, in 3. q. gl. Nā in obligatione generis illa spēs, quæ soluitur, semper uidetur fuisse in obliga. l. cùm incertus. in 3. char. ff. de lega. j. & l. 3. ff. qui, & a qui. & l. quod in diem. & l. per iusiurandum. §. si is qui hominem. ff. de accepti. & l. Mæuius. §. duob. in fin. & ibi glo. ff. de lega. 2. & ibi plenè per Barto. in 4. oppo. 3. par. & no. Bar. & doct. in l. 2. §. 1. ff. de uerb. obli. sed constat ꝙ in obligatione speciei non admittitur compensatio, in l. si conuenerit. in prin. ff. de pig. acti. & uidimus in prin. huius gl. ergo nec in obligatione generis debet admitti compensatio, cùm species contineri uideatur. Et hoc est, secundum Io. Fab. quod uidetur velle Iuriscōsultus in d. l. Mæuius. §. duob. Dicit. n. ꝙ si mihi debetur hō in gn̄re, non potest mihi solui meus, uel ille qui post promissionē fuit meus. Rō est, quia ille, qui soluitur, uidetur fuisse in obligatione: & obligatio de re mea mihi danda non tenuit: ut l. si rem meam. cum simi. ff. de uer. obl. Et sic cōcluditur ꝙ obligatio generis refert se ad naturam obligationis speciei: quia sicut in re mea non sustineretur obligatio in specie, ita nec in genere. d. §. duob. Ista dicta adhuc fortiùs confirmantur per Io. Fab. & Nic. hoc modo: Cōpensatio obtinet vim solutionis, vt suprà millies dictū est. sed constat quòd si mihi deberes hominem in genere, & soluisses certum hominē, ꝙ ego illum eundem non possem tibi soluere, cui etiā essem debitor in gn̄re. Casus est in d. l. Mæuius. §. duob. ergo ēt non debeo posse cōpensare: quia quāuis cōpensare est perinde, ac si tu solueres mihi illū hominē, & ego tibi illū eundem. d. l. & per iusiurandū. §. si is qui hoīem. qđ non est possibile. per d. §. duob. Concludunt ergo per ista multū stringentia Io. Fab. & Nic. ꝙ de rigore iuris opi. doct. & gl. suprà relata nō procedit (quāuis, s̄m eos de æquitate posset procedere) qn̄ debita in gn̄ere sunt eiusdē gn̄ris p̄ text. in l. si quis duos. & in l. quidē. §. stichū aut Pamphylū. ff. de solu. & refert Nico. hic, quod ista fuit originalis opi. cuiusdam Io. de Felicitate, in d. l. Mæuius. §. duob. & ita ēt uidetur tenere. b Angel. hic, de
b quo etiam uide Bart. & alios in l. eum, qui ita. §. fi. de uer. obl.

In ea. glo. ad fi. hanc glo. dicunt procedere Io. Fab. & Nico. de Neap. in 3. q. gl. nisi debitum, quod negatur, posset de proximo liquidari. d. l. fi. C. de compen. Et ad hoc bene faciet illa limitatio do. Abb. Pan. in c. 2. extra deposi. quā infrà referam. Hinc sumpta occasione dubitatur per doc. hic, † quando de-
72 bitum dicatur de proximo liquidari, & quādo dicatur requirere altiorē indaginē: & sic quantum tempus dari debeat tali exceptioni cōpensationis. In fisco istud reperitur expeditum intra duos menses, ꝙ ille qui cōpensationē opponit fisco, intra duos menses debitū sibi docere debet dixit, Iuriscon. in l. aufertur. §. qui cōpensationē. ff. de iure fisci. & credo quod ille tex. sit unicus, & singularis in iure, quāuis hoc sit nimium arroganter dictū Dy. ad fi. in ult. q. qui tenet quòd idem sit in alijs, qđ in fisco, vt in oībus tp̄s liquidandæ cōpensationis sit duorū mensium. Et idem etiā dixit gl. s̄m vnam opi. in l. fin. in uer. indaginē. C. de cōpen. Idem etiā tenet Nic. hic, in 4. q. glo. motus multū fortiter, quia oīa iura statuta in fisco hn̄t locum in priuato, nisi lege dicatur qđ speciale sit in fisco. text. est de hoc no. in l. item ueniunt. §. in priuatorū. ff. de peti. hære. & ibi gl. j. ad hoc no. illū tex. cum alijs concor. & est etiam tex. no. in l. 1. & ibi glo. in uer. pertinet. C. de peti. hære. Cū ergo in fisco sit statutū tempus duorū mensiū. d. §. qui cōpen. nec ibi dicatur quod istud sit speciale in fisco: ergo idem erit in omnibus. In ueritate istud multùm benè concludit. Alij magis communiter tenent quod istud relinquatur arbitrio iudicis, cùm non reperiatur determinatum a iure: per reg. leg. primæ. §. fi. ff. de iur. deli. & leg. j. §. effractores, aliàs expilatores. ff. de effract. & expilat. Et ita tenuit gl. secundum aliam opi. in d. l. fin. in uer. indaginē, & idē tenuit Cy. in 10. q. idē ēt tenent Iacob. & Pet. hic, & ita videtur tenere Io. Fab. referēs hanc tenere doc. Citramon. in d. l. fi. Et idē, ꝙ relinquatur arbitrio iudicis, uidetur tenere Bal. in l. si ex falsis, in 3. col. C. de trāsact. & idē Bal. in Auth. & cōsequēter, aliàs s̄m nonnullos ita est in l. fi. in fin. in ver. extra gl. quæro nunquid liquidato negotio. C. de sen. & interlocu. oīum iudi. & idem Bald. in d. l. fin. in 2. opposi. C. de compensatio. Et quod istud committatur arbitrio iudicis, dicit Bald. patere in litera ibi: iudices obseruent. & ibi dicit si inuenerint eam maiorem, & ampliorem exposcere indaginem. per hæc enim uerba iudex instruitur, & eius officium
73 informatur. † Itē ea, q̄ sunt facti, non possunt sub certa regu-

la definiri: vt l. moræ. ff. de vsur. & leg. is. a quo. in princip. ff. vt in poss. leg. Et idem, quod suprà scilicet quod terminus iste sit arbitrarius, tenuit etiam Bal. in l. in ea, quæ. C. de compen. ubi formalius uoluit quòd etiam in fisco terminus iste iudiciarius sit arbitrarius, dummodo in fisco iudex non excedat duos menses, per d. l. aufertur. §. qui compēsationem. Et cum hac opinio. tenet etiam effectualiter Sali. in d. l. fi. in uer. oppono septimo ab extra. C. de compensa. ubi tenet quòd tale tempus ad probandam compensationem sit in arbitrio iudicis: ut etiam dixit gl. in d. l. fin. ita tamen quod non impediat sententiæ prolationem. Et quòd sit in arbitrio iudicis, dicit probare plura uerba, d. l. fi. & maximè in uersi. hoc itaq; iudices. Item, secundum eum, probatur ratione, quia hæc sunt facti: igitur sub certa regula non possunt definiri: ergo iudicis arbitrio relinquuntur. l. j. in fi. ff. de iure. delib. & ante eum ista fuerunt fundamenta Bald. in d. l. fi. ut suprà dixi. Ad l. aufertur. §. qui compensationem. respondet Sali. prout respondebat glo. in d. l. fin. in uer. indaginem. quod est in fisco, vt vltra duos mēses nō admittatur fauore fisci. Et hanc opi. dicit Ang. hic eē veriorem, & tenendam. & hęc uidetur magis communis opin. maximè cùm tot authoritatibus reperiatur esse suffulta: quāuis parum rationibus etiam & legibus suffulciatur: & ego infrà aliter tenebo. Bart. uero d. l. aufertur. §. qui compensationem. habuit aliam, & tertiam opi. quod cùm compensatio sit solutio, vt suprà dictum est, certè intra illud tempus, quod daretur debitori ad soluendum, intra illud tempus tenentur liquidare oppositionem compensationis: & ideo, secundum eum, quia ad soluendum fisco daretur debitoribus tempus duorum mensium: vt est tex. in leg. in fraudem. §. si fiscalibus. ff. de iur. fisci. & in l. debitoribus. ff. de re iudi. Ista fuit viua ratio, & proprius spiritus Iurisconsulti in d. l. aufertur. §. qui copensationem. quare debitoribus fiscalibus ad liquidandam oppositionem cōpensationis dātur duo mēses. Et, ꝑpterea infert Bart. quòd si reo ad soluendum nullum tempus daretur, quòd tunc nullo modo admitteretur compensatio, quæ requireret altiorem indaginem. Hinc signanter sequitur, quòd si statutum diceret, ꝙ statim viso instrumento sine aliqua dilatione reus ponatur ad districtum in carcere, donec satisfecerit, si talis debitor vellet opponere compensationem, & vellet sibi assignari tempus ad probandum, nō audiretur. Eandem opi. tenet ipsemet Bart. secundum bonas lecturas, non secundum lecturas Bononien. quæ, iudicio meo, defectiuæ sunt. Et ibi Bar. istam opi. latius, & melius, quàm alibi, explicat in d. l. fin. C. de compensa. vbi etiam per ista valde notabiliter infert quòd si aliquis haberet licentiam capiendi aliquem pro debito, & ille debitor vellet opponere compensationem, quæ requireret aliquam indaginem, & protestaretur quòd interim in causa nulla fiat nouitas contra eum, talis protestatio nihil releuat: quia si non daretur sibi dilatio ad soluendum, multo minus ad liquidandum debitum. Et ibi Bar. successiuè respōdet ad aliqua, quæ videntur obstare huic opinio. & maximè ad text. ibi: quia videtur hoc relinqui arbitrio iudicis. vide ibi per enm. Et cum hac opi. Barto. tenet etiam Bald. hic, vbi formaliter refert, & sequitur hanc theoricam Bar. Eam etiam sequitur Panor. in capitu. 2. extra de deposi. putat tamen eam limitandam, nisi de credito actoris constaret per solam confessionem rei compēsare volentis: quia isto casu deberet admitti compensatio, quamuis ita de facili liquidari non possit intra decem dies, quos de consuetudine habet confessus ad soluendum, iuxta glo. fin. in l. si debitori. ff. de iudi. & §. omnis stipulatio. in ver. confestim. suprà de verb. obli. & in §. fi. in gl. fin. in ver. possit. suprà de inutil. stipu. Mouetur per no. per Cy. in d. l. fi. & ibi per gl. & Bald. C. de compensatio. & argu. regulæ positæ in l. eum, qui. in princ. ff. de iureiur. Sed audite, istam limitationem ante eum ponit ipse Bart. in terminis in d. l. fin. secundum bonas lecturas, non secundum lecturas Bononienses, vbi formaliter inquit Bar. quòd quando debitum, contra quod opponitur compensatio, est liquidum per solam confessionem partis in iudicio factam, & tunc ei potest obijci compensatio de alio debito non liquido: & debet pars æquanimiter sustinere, donec liquidetur, cùm eum a probatione releuaueritvt d. l. eum, qui. Et hoc dicit multum not. velle glo. 2. paruam: ibi in d. l. fi. in ver. conuicta. & est gloss. in l. nemo ex his. in gl. j. mag. ff. de regul. iur. Hanc not. theoricam Barto. reprehendit Bald. in l. in ea, quæ. C. de compensatio. quamuis eam hic sequatur: motus, quia post terminum, qui datur iudicato, nulla datur dilatio ad soluendum: & tamen potest opponi, & probari compensatio, si probetur incontinenti arbitrio iudicis. Et de hoc dixit esse tex. in l. si militi. §. cum intra. ff. de compensa. Ergo apparet quòd fundamentum Bart. non est verum, quod compēsatio non possit opponi, nisi intra tempus, quod datur ad soluendum. Et hanc reprobationem refert, & sequitur simpliciter Ange. hic.

74 † In tanta varietate quid tenendum? Quòd istud sit tempus arbitrarium iudici, videtur velle etiam magis communis opinio. Sed mihi non placet, per ea, quæ statim dicam. opinio Barto. est sustentabilis. Et ad textum in l. si cum militi. §. j. ego multum clarè respōderi puto posse: quia textus ille nihil obstat: nam ibi debitum, quod opponebatur post terminum datum iudicatis, erat liquidum per aliam sententiam, in qua & ille, cui obijciebatur compensatio, fuerat condemnatus: vnde nil mirum si talis exceptio compēsationis admittitur etiā post terminum datum iudicatis: cum nulla probatio requiratur, cum liquidum sit debitum per sententiam: & sic ibi talis exceptio nullam indaginem exigebat: & ideo admittitur. Et sic ille textus nihil facit contra Bart. In puncto iuris mihi magis placet opinio prima, quam suprà retulit Dyn. & Nico. hic, & hanc teneo, ꝙ tempus opponendi compensationem nō sit arbitrarium iudici, sed sit duorum mensium. Nam istud tempus expressè cautum requiritur in fisco. dict. l. aufertur. §. qui compensationem. ergo idem erit in quocunq; priuato, cū ibi
c non dicatur hoc esse speciale in fisco: c * vt suprà latius deduxi. Et ad hoc non video quòd vllo modo responderi possit. Et per hoc fundamentum facillimè respondetur ad allegata in cōtrarium: & primo dum dicebatur quod cum istud tempus non sit determinatum a iure, quod standum arbitrio iudicis: quia respondeo negando: quia est tempus determinatū duo-
75 rum mensium, vt statim dixi. Per hoc etiam non† obstat dum dicebatur quod ea, quæ sunt facti, non possunt sub certa regula definiri: quia respondeo negando: quia imò habet certam regulam, & certum tempus per fundamentum suprà factum. Sed audite si vultis tenere sententiam Barto. quæ etiam mihi placet, ostendam quo modo poteritis subuertere hanc opinionem Dyn. & Nico. & eorum fundamentum, quod videtur prima fronte insolubile: quia ad illud clarissimè respondeo. Et dum dicebatur, ꝙ tempus opponendæ exceptionis in fisco est duorum mensium, fateor. d. §. qui cōpensationem. & dum dicebatur, ꝙ omnia iura, & statuta, quæ habēt locum in fisco, habent locum in priuato, nisi dicatur speciale in fisco: respondeo istud esse verum, quando eadem est ratio in priuato, quæ in fisco, sed hic diuersa est ratio. Nam ideo in fisco tempus opponendi compensationem est duorum mensium, quia etiam tempus soluendi est duorum mensiū: vt suprà deduxi, secundum Bart. ergo cùm compensatio sit solutio, nil mirum si in fisco tempus solutionis, & cōpensationis est idem. Quæ rō non habet locum in priuato: quia in priuato tempus soluēdi non est duorum mensium, sed est regulariter quadrimestre: vt l. 2. cum simil. C. de vsur. rei iudic. ergo cum diuersa sit ratio in fisco, & priuato, non erit isto casu licitum arguere ab vno ad reliquum. per ista habetis perfectè enucleatum hunc articulum. & audeo dicere quòd alibi non inuenietis ita plenè tactum, nec examinatum.

Glos. in ver. ipso iure. quam diuido in tres partes principales. In prima ad declarationem text. ponit opin. quorundam. In secunda illam reprobat tribus rationibus. In tertia ex prædictis format quæstionem ad text. nostrum, & respondet. Secunda ibi: sed certè imò est necessarium. Tertia ibi: sed secundum hanc opinionem.

In eadem glossa, ibi: adeo vt dixerint quidam. Ista fuit opinio Martini, secundum quod refert glossa in leg. si con-
76 stat. Cod. de compensatio. † In eadem gloss. ibi: leg. si quid. ibi vide glossa prima. magistra. enumerantem plures casus, in quibus quis compensat: etiam enumerat gloss. in leg. eius. & est glossa vnica. Cod. de compensatio. Item illud, quod glo. ista dicit fideiuss. posse compensare illud, quod reo principali debetur: intellige procedere secundum distinctionem gl. no. in l.

in l.verum.in gloss.pen.ff.de compensatio.Accedant quæ latè traduntur per Bald.in leg. tam mandatori. in tertia col.C.de non nume.pec.& simile per Bart. Ang. & Imol.in l.si prior.ff. solu.matri.In ea.glo.ibi:vt ff. quando dies vsufru.ce.l.1. Hæc secunda opin.fuit Io.quam vltra eum sequitur gl.nostra,scilicet hic,& in l.l.si constat.in gl.j.ff.de compen. & hanc sequitur Dyn.hic,in pen.col. & vltra tres rationes hic adductas in gl.addit Dy.tex.quem dicit multùm facere pro opi. gl. in l.1. in fin.ff.quæ sen.sine appel.rescin. vbi secundum eum,est tex.
77 † φ si de debito hincinde liquido iudex nõ fecerit compẽsationem, sed primò cõdemnauerit me, & posteà post quatuor menses condemnat te:dicitur ibi φ potest appellari. Vnde si compensatio fieret ipso iure, non posset appellari: quia frustatoria esset appellatio.Præterea si appellatur,ergo sententia valuit:ergo non fit compensatio mero iure.Pro hac opi.benè facit tex.in l.2.ff.de cõpe.in ver.si paratus est compensare.ergo cõpensatio non fit mero iure,sed requiritur factum hominis.Accedat etiam tex. in l.si autem. §.fi.& ibi gl.in ver.a iudice,& ibidẽ doct.ff.de neg. gest.& text.in l.qđ in diem §.si rõnem.ff.de compen. In quib.iuribus habetur, φ iudex potest non admittere cõpensationem:ergo compensatio non fit mero iure.Et hæc opi.cõmuniter tenetur,quamuis Io.Fab.hic,& Nico.in 3.q.glo.dicat φ opi. Mart.sit sustentabilis, & φ facilè sit respondere ad tres rationes glo.nostræ, & ad text.adductũ per Dy.vt habetis per eos.Effectualiter tamen tenent cũ prædicta communi:quã etiam tenet Ray.de Forli.in l.3.C.de cõpen.vt hic refert Nic.Et cum hac opi.glo. tenet etiam Bart.in l.si constat.C.de compen.s: φ requiratur factum hominis:sed statim cùm est opposita ab homine, ista compensatio tollit actionem ipso iure.Et idem,scilicet φ compẽsatio fiat,& tollatur debitum ipso iure,ita demum si opponatur ab homine, tenet etiam Barto.in l. verum.ff. de compensa. per text. in l.si quid.in uer.compensare malit. & per tex. in l. secund.in ver. si paratus est compensare.ff. de compen. & d.l.verum. Barto. singulariter subdit vnum magistrale verbum.Ex istis enim dicit se inferre,φ non est necesse ad extinguendum debitum ipso iure,quòd compensatio opponatur in iudicio: sed vbicũque notifico tibi quòd volo debitum cum credito compensare, ipso iure tollitur obligatio. Et hoc dicit colligi ex legibus suprà allegat.dum dicunt,Ipso iure:quasi non requiratur ministerium iudicis.Addite in materia bonum text.in l.rei iudicatæ.§.j.ff.solu.ma.qui tamen videtur velle quòd absq; oppositione debitum & obligatio tollantur. Sed illum tex.intelligite secundum prædicta.Et circa prædictam communem conclusionem vide latissimè Bal. examinantem hunc passum,& plenè distinguentem,cuius distinctionem formaliter sequitur ibi Sali.& eam totam ponit hic, & simpliciter sequitur Ange. de Are.Et cum prædicta communi in terminis nostris tenent Bald.& Salic.in illa distinctione.† Et pro hac communi,quòd
78 cõpensatio tollat ipso iure debitum, si opponatur ab homine,& non aliter,alleg.Bald. in l.si constat.simile in repletione legitimæ,quæ fit in ipso iure, si tamen petatur: vt l.scimus.C de inoffi.testam.

79 † Item testamẽtum filio in potestate præterito, est nullum ipso iure,si dicatur.l.filio præterito. & l. si filius,qui in potestate.ff.de iniu.rupt. traditur latè in l.posthumo. C.de cõtra tab. Istam communem opin. confirmat etiam ibi Bald. per plura alia fundamenta, de quibus ibi per eum.

80 † Aduertendum tamen est circa hanc communem opin. quæ habet quòd compensatio tollat ipso iure debitum,si opponatur,& non aliter.nam hæc communis conclusio fallit in quampluribus casibus, in quibus fit compensatio ipso iure, etiam absque eo quòd opponatur ab homine.Qui casus enumerantur per glossam magistra.in l.si constat.in gl.j.C.de cõpensa.& in l.Si quid.in gl.j.ff.de compensa. Et vltra casus positos per gl.istas,alios plures addunt Bald.& Sali.in d.l.si constat.quos omnes longum esset recensere. Ex his referam duos notabiliores,& quotidianos, quibus addam multa pulchra.

81 † Primus est casus in delictis, quando ab utraq; parte versatur delictum in odium delictorum. Vnde si circa vnum contractum vel quasi contractum ambo deliquerunt dolosè, vel culpabiliter,vel negligenter,habet locum d compensatio ipso iure,absque eo quòd opponatur ab homine, odio delictorum:vt l.si ambo.in principio. & §.quoties. ff. de compensatio.& l.si duo.ff.de dolo. De qua materia vide latè per Dyn. in reg.in pari.de regul.iur.in 6.in l.viro,atq; vxor.& ibi Bartolum & alios,& maximè Imol.ff.solu.matrimonio.& per Bartolum in l.cum mulier. & ibi omnino per Bald. & Imol.ff.solut.matrimo.& per Bald.no.in l.fin.in 5.oppo.C.de compensa.& in repeti.l.1.in 2.charta. & ibi etiam per Barto. in l.fi.C. vnde vi.per Imo.& alios in capitu.intelleximus. extra de iudi. Vide etiam in materia delictorum, compensandorum, quod singu. decidit Bartol. in l. ideo condemnatus. argu. illius legis. ff. de compensa. & singularem quæstionem, quam ponit Bald.in l.j.C.de compensa.Et quid si tu produxisti instrumentum debiti ex mutuo contra me,& falsum:ego produco contra te instrumentum solutionis, & falsum: an fiet compensatio istorum delictorum,an verò vterq; punietur? Ponit in terminis Bald.in rubr. C.de fide instrumentor. in col.8.versicu. incidenter etiam quæro.Titius produxit,&c. & ibi dicit quòd vterque erit puniendus criminaliter. Nam secundum eum, quamuis sit mihi licitum negare etiam verum, si tu haberes malam causam contra me,ne tu obtineas per mendacium,vt dicitur no.per glossam,in capi.cupientes.in principio.in uer. malignantium.de elect. in 6. addo aliam gloss. in c. dominus noster.in ver.ex insidijs.23.q.2.not.Cano.in c.j.de mu.pet.Et pro hoc soleo allegare solemnem textum de iure ciuili in l. cum pater.§.Titio.in fine.ff.de leg.2.ibi:nec videbitur dolo fecisse,cùm fraudem excluserit:quia secundum Bal.illud est verum,dũ tamen falsa probatio non immisceatur.Subdit etiam singulariter,& mirabiliter Bald.quòd in casu suprà dicto,si ex forma statuti committens falsum deberet perdere causam, quod etiam est de iure communi, iuxta l. in fraudem.§.quoties.& ibi glo.ff.de iure fisci. cum simili: tamen isto casu actor tantùm, qui egit ad debitum ex falso instrumento, deberet perdere causam:& non reus: quia in pari turpitudine melior est causa possidentis:quod est magnum & mirabile dictum.

82 † Secundus principalis casus est quantum ad vsuras: & sic quantum ad impediendum cursum usurarum.Item quantum ad impediendam moram,seu pœnam committendam ex mora,compensatio fit ipso iure absq; eo quòd opponatur ab homine:vt est text.in l.si constat. & ibi gloss.no. C.de compensa. Et facit ratio,quia non dicitur in mora,qui non cogitur iudicium cum effectu pati,cùm legitima exceptione tueri se possit.vt l.lecta.ver.fi.ff.si certum pet.de quo etiam vide Bart.in l. gerit.in 4.q. princip. in ver. pone quod debitor in diem. ff.de acqui.hæred.

83 † Et per hoc dicit simpliciter Io.Fab. hic, posse dici unum quotidianissimum,quod res emphyteutica non cadit in commissum per cessationem solutionis census, si dominus debet tantundem emphyteutæ.Ad quod etiã dicit facere quòd not. Specu.in titu.de oblig.& sol.in §.nunc dicendum.in uer.quid si sub.& plenius in tit.de loca.§.nunc aliqua.in uer.89.Et hoc dictum etiam ponit,& tenet Ioan.de Pla.hic, quamuis de Io. Fab.non faciat mentionem.Verùm quia dictum est quotidianum,de eo'do vobis cõplures cõcor.doc.ad quas cum expedierit recurrite.Alberi.de Rosa. in l. cùm alter.ff.de compen. ubi istud in terminis ponit, & tenet, quòd quando dominus est debitor emphyteutæ, quod emphyteuta non cadit a iure suo,si sit paratus compensare. Et Raph. Fulg.in l.si constat.C. de compen.& do.Abb. antiquus in c. bona fides.col.fi.uer.& nota ex hoc.extra de deposi. & ibi Ioan. de Imol. & ibidem do.Anto. de Butriga. in ulti. not. & Bald.in addi. ad Specu.in titu.deposi.& idem Bal.in reperto.super Inno.in uer.emphyteuta in 1.quæst.

84 † Item per secũdum principalem casum dixit multùm signanter Bald.in d.l.si constat.uer.secundo no.C.de compen. quòd istud, quod dictum est, quòd quantum ad euadendam pœnæ commissionem, ipso iure fit compẽsatio. Facit ad id, quod sæpe accidit,quod in eodem laudo uel instrumento laudi una pars condemnatur alteri, & altera alteri in quantitate pecuniæ. Nam ubiq; usque ad concurrentem quantitatem fit compensatio, licet non opponatur ab homine.

Vltimò circa prædictã conclusionem glossæ nostræ, & circa supra scripta format Io. Fab.hic notabilem, & solennem
85 qõnem:alij non tangũt.† Nunquid si aliquis promisit soluere certam

certam quantitatem intra Calendas Maij, & hoc iurauit, nũc vult compensare: an liberetur a periurio, an verò dicatur periurus. Determinat Ioan. Faber. ꝙ non est periurus, per suprà scripta: quia secundum eum, in omni casu, in quo defectus solutioni posset afferre præiudicium, seu damnum debitori, vel quantùm ad pœnam, vel vsuras, vel aliter in quocunq; effectu moræ, quo ad hoc fit ipso iure compensatio, vt suprà latius dixi. & secundum eum, est necesse dicere quòd nulla mora cadit, vbi nulla est petitio, vel est talis, quæ per exceptionem remoueri potest: vt l. nulla intelligitur. ff. de regu. iur. & l. lecta. ver. fin. ff. si cert. peta. & dixi suprà. Cum ergo compẽsatio repellat effectum petitionis vel ipso iure, vel per exceptionem, sequitur quòd etiam omnem effectum moræ, quocunq; modo mora contrahi possit. Ego addo in terminis Bar. qui idem tenet quod Io. Fab. in l. amplius non peti. in vlti. col. ff. rem ra. ha. motus, quia conditio debet impleri in forma specifica, sicut iuramentum: vt l. qui hæred. in prin. & l. Mæuius. ff. de cõdi. & demonstr. sed iussus dare, seu soluere, implet conditionem compensando: vt l. si peculium. §. pri. ff. de statu. lib. igitur, &c. Prætereà, secundum Barto. si ego impedior iusta causa facere quod promisi, non sum periurus: vt l. fin. qui satisda. cog. Sed si ego non soluo tibi, quando tu debes mihi tantundem, ego impedior a te: quia ideo tibi non soluo, propterea quod tu non soluis mihi: vnde quasi facto tuo impeditus, non debeo esse periurus. Hanc rationem dicit Bar. facere Iurisconsultum in l. 3. circa princ. in ver. inde quærit. ff. de statu libe. Et cum Bart. transeunt etiam ibi Ange. & Rapha. Cu. Et pro hac decisione facit etiam ille solẽnis tex. in l. si debitor. ff. qui pot. in pig. hab. in ver. nec enim interest, soluerit, an compensauerit. Pro hac etiam decisione, quòd ille qui compensat, non sit periurus, facit quia aduersarius suus facit quo minus soluere possit. tex. est vnicus reputatus in iure in l. Iulianus ait. la. 1. & ibi Bar. ff. de condi. & demonstr. sed concordat ei l. 3. ff. de sta. libe. in princ. Ista sunt formalia verba Bald. in c. ad nostram. extra de iureiu. Et cum suprà scripta decisione tenet etiã Bar. in d. l. Iulianus. in vltimis verbis. & ibi Ioan. de Imo. Sed certè contra hanc determinationem Bart. Io. Fab. & sequacium, est casus apertus, & clarus in c. ad nostram. extra de iureiu. & ibi Cano. omnes tenent contra hanc decisionem: Panor. in c. cum dilectus. in 11. col. de ordi. cog. quicquid teneat Matth. in no. 56. contra quam etiã facit quòd iuramentum compellit præcisè ad factum, ita quòd non euaditur periurium soluẽdo interesse: vt est glo. singu. in l. si pecuniam. in prin. in gl. paruula. in ver. & necesse habeas. ff. de condi. ob cau. de qua latè dixi, si memoria teneo, in §. item si quis postulante. in 2. colũ. in 7. effectu iuramenti. suprà eod.

In ead. glo. ad fi. glo. bene dicit: & cum ea simpliciter transit Nicol. in 6. q. glo. & finaliter etiam tenet Ioan. Fab. quamuis videretur velle eam impugnare. Et addite circa hũc effectum glo. quæ dixi suprà in euidentialibus.

Glos. in ver. aliàs, ibi: quæ actiones sunt, largissimè accepto
85 vocabulo. † Nota. hanc gloss. quòd propriè sumpto vocabulo officium iudicis non est actio, sed largissimè sic. De quo vide gl. suprà eod. in princ. in glo. ad fin. mag. in princip. & ibi latissimè dixi.

a ª In ea. gl. ad fi. no. ex gl. quòd etiam illud, quod debetur officio iudicis, potest cõpẽsari. Addite tex. in l. si ambo. §. in stipulationib. ff. de cõpensa. & tex. in l. etiam. & ibi Bal. & etiam Bar. ſm aliquas lectu. C. de cõpensa. Quod intelligite verũ de debito officio iudicis, ĩ quo nullũ ĩ medio est obstaculũ: alias secus. Ita litat sing. Bart. in l. fi. §. fi. in fi. ff. de condi. inde. Bal. in l. fi. C. de cõpẽsa. & refert, & seqt̃ simpliciter Ang. de Are. hic.
86 †Gloss. in ver. depositi. quam diuido in tres. In prima timore taciti contrarij limitat, & declarat text. In secundo tacitè quærit, an istud, quod hic dicitur in deposito, habeat locum in commodato. In tertia enumerat casus, in quibus cessat cõpensatio. Secunda ibi: item cessat aliàs compensatio.

In ea. gloss. ibi: vt ff. commod. l. 3. §. fi. Idem tenuit glo. in l. fi. ver. depositi. C. de compen. & vide per Nicol. de Neap. in 3. & 4. oppo. gloss.

In ea. glo. ibi: vt C. de compen. l. fi. in fi. intelligite vt ibi per gloss. in ver. possessionem.

In fin. gloss. vide gl. pleniorem, & magistra. quæ enumerat omnes casus, in quibus cessat compensatio, in dict. l. ob negotium. hic allegata in fin. gloss. & dixi suprà in textualibus, in vltim. notab.

Extra gl. circa hanc materiam compẽsationis formant hic Ioan. de Plat. & Ange. de Aret. aliquas quæstiones per eum ordinem, quem etiam ante eos obseruat Bald. in l. fin. C. de compensa. videlicet, quid sit compensatio: quare fuerit introducta compensatio: in quibus debitis habeat locum compensatio. Item an compensatio fiat ipso iure: an ita demum, si opponatur ab homine. Has omnes quęstiones expediui cum gl. suprà in suis locis opportunis: & ideo remanebit expeditus præsens §. Sequitur modò §. præterea quasdam.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a Est quęstio de lana caprina.

b Videas etiam Barto. in dict. leg. præses. circa fin. quid idem voluit.

c Aduerte quòd Ias. forsan non vidit Bald. nec etiam tex. in l. quam Tuberonis. §. alia. Nam inquit Bald. in d. l. mandatum. in fin. secundæ colum. quòd procurator generalis non potest prorumpere ad obligatorios actus sine libera: ergo cum libera potest. & hoc probatur in d. §. alia. Carcass. Sardus.

d NON PROCEDAT] Quod verum est etiam de deposito ab depositum, secundum Pau. de Cast. in consi. incip. viso puncto suprà scripto, &c. sed admittitur, secundum eum, reconuentio, in qua tamen non retardatur liquidum propter non liquidum: sed quod probare debet, reseruatur. l. si quis. & ibi Bald. C. depos.

e Non inuenio.

f IVDICIO TVO] Ad saturitatẽ de omnibus infrà scriptis clausulis vide omnino Feli. in d. c. j. in 17. col. cum seq. de confes. alleg. hic per do. Ias. May.

g Vbi inquit Bal. quòd si cõmittitur conscientiæ alicuius, intelligitur viro optimo committi: si discretioni, tunc committitur tanquam uiro optimo. Sardus.

h IN C. I.] Vbi omnino vide Felin. in 17. colum. versic. fallit octauò.

i Ego non inuenio Bald. ibi istud decidentem. Sardus.

k Videas etiam Fel. in c. constitutus. extra de rescrip. Sardus.

l Videas ibi do. Alex. in addi. ad Bart. qui videtur velle, quòd aut est de nouo reconciliatus, non admittatur: aliàs secus. Sardus.

m Aduerte, quia licet de iure ciuili pœna perpetui carceris improbetur. vt leg. mandatis. ff. de pœna. de iure tamen canonico non est prohibita. capitu. quamuis. de pœn. libro sexto. Sardus.

n Ias. non bene vidit Bald. in d. l. milites. quia imò Bald. consuluit quòd sic: quia pœnæ non irrogatæ indignatio solam duritiam continet. l. seruus. in fin. ff. de ser. expor. Carcasso. Sard.

o ET IN L. IVSTITIA] Vbi vide eundem do. Ias. May.

p Videas eundem Bald. in l. si non speciali. col. fin. C. de testa. Sardus.

q Vide Bart. in extrauag. ad reprimendum. in ver. videbitur. Sardus.

r EXCEPTIONIS] Vide do. Alex. de Imo. in consi. 148. in 2. colum. in 2. parte. Et an dicatur propriè exceptio, vide per eum in consil. 12. in pen. col. in 2. parte. Et an opponens exceptionem compensationis dicatur propriè agere: vide per eũ in consi. 13. in j. colum. cum seq. in 3. parte.

Adde quòd mihi videtur quòd ista differẽtia, quam approbat Iaso. post alios per eum relatos, in terminis nostris nõ possit procedere: quia etiam vbi compẽsatio fit ipso iure, semper requiritur oppositio partis. glo. est in leg. si constat. C. de compen. & gloss. in §. nostro. in ver. ipso iure. & ita communiter tenetur, vt infra videbimus. Ergo non est verum quod iudex reo nõn opponente, possit illum absoluere, cùm non possit fieri compensatio, quin à parte opponatur: & clarè suadetur. Diuinabit ne forsan iudex, vtrum actor aliquid debeat reo? Certè non. Est ergo necessaria oppositio partis. Et tradita in §. pactus ne peteret. non faciunt ad hoc propositum

nam procedunt, vbi iudici cōstat, vel constare potest, sine oppositione partis ipso iure actionem esse extinctam: sed in casu nostro non potest iudici constare sine oppositione partis, quę necessariò requiritur ad hoc vt ipso iure tollatur actio, vt suprà dixi: & iudex ignorat vtrùm reus velit vti compensatio nis remedio. Et sic teneo quo adhuc casum, quòd solùm sit differentia in medio concludendi in ipsa oppositione compensationis. Carcassona Sardus.

t Aduertas ad vnum dictum Bar. in d.l. qui inuicem, in fi. de condict. indebi. quòd sub dubio fortè ipse ponit, videlicet ꝙ si creditor meus esset mihi in aliquo obligatus naturaliter, & ego soluissem illi, non opposita compensatione, per errorem, quòd mihi competeret condictio indebiti per l. etiam. ff. de compen. iuncta l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. quod est perpetuò menti tenendum, quamuis penè sit dubium: qđ tamen pro nunc non discutio. Carcassona Sardus.

u Est gl. in versic. nomen suum habent. quæ imò dicit ꝙ versus Galeriam non nascitur bonum uinum. Sardus.

x Adde quòd ratio istius decisionis clarissima est: nam debitum consideratur respectu illius, cui obijcitur compēsatio, vt ex supradictis patet. Sed ego, cui famulus seruiuit, sum ipsi famulo debitor in quantitate pro mercede sui laboris: arg. eorum, quæ habentur in l. diē functo. ff. de offi. assessor. ergo hoc casu non fit compensatio de operis ad quantitatem, sed quantitatis ad quantitatē, vt suprà in prin. gl. & sic non videtur esse fallentia, sed potius videtur esse sub regula. imò non admitteretur de operis ad quantitatem compensatio. finge me tibi, cui certas operas debebam, mutuasse decem: quæ cùm ego peterem obijciebas mihi compensationem, volens operas, quas tibi debebam cum decem compensare: certe me inuito non fiet compensatio, cùm possim operando me liberare. Pro hoc allego bonum tex. in l. hæ operæ. §. fin. ff. de ope. libe. Carcassona Sardus.

y CONVENERIT] Vbi vide Fran. Are. & in l. in rebus. §. quod autem. ff. commo. & in l. seruum. ff. si cert. petat. & do. Pet. Philip. Corn. in consilio 223. incip. licet in litera i. quarta parte.

z Adde quòd dubium hoc casu poterat esse, nam cum speciei ad quantitatem non fiat compensatio. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebit. uidebatur quòd & si quantitas subrogetur in locum speciei, quòd non posset fieri compensatio, cùm subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locū subrogatur, vt vidimus suprà in §. fuerat, in textualibus. sed huic dicto patet solu. ex distinctione, quam facit Bal. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Carcassona Sardus.

a Adde quòd do. Alex. in d. §. seruum tuum. tanquam tutiorem sequitur opinionem Vltramontanorum, respondens ad l. sed si certos. ff. de legat. j. vt ibi per eum Et ad d. l. sed si certos. possumus respondere etiam alio modo, quòd ibi non fuit legata pecunia numerata, puta centum aureos, quos in sacculo habeo: quia dico, ꝙ isto casu reciperent permutationē, cum in nummis non cadat affectio. l. nummis. ff. de in. lit. iur. sed loquitur d. l. sed si certos. quādo testator legauit pecuniam, quā in arca habet, vel in sacculo, & sic non adiecto numero, nec quantitate: quo casu non posset fieri compensatio, cum non constet de certa quantitate, arg. l. fi. C. de compen. Et probatur iste intellectus in d. l. sed si certos. ibi: nummos, quos in arca habeo & ibi, non pecunia numerata. Et suadetur: nam d. l. sed si certos. venit aduersatiuè ad §. fin. l. pręcedentis, vbi numerus nummorum fuit legatus. & facit tex. in l. talis scriptura. versic. Item si legetur. ff. de legatis primo. & hoc casu procederet opinio glossæ nostrę. Nec obst. huic declarationi tex. ī l. planè. §. j. versi. sed hoc ita. ff. de legatis primo. Nam uerum est quòd etiam qn̄ adijcitur numerus, æquiparatur speciei quò ad hoc, ut legatū non multiplicetur: quia per hoc constat de voluntate testatoris: & est eadem ratio quæ est in specie. Secus quò ad quæstionem nostram, in qua est diuersa ratio, ut dixi, cum in nūmis nō cadat affectio, & poterit fieri permutatio. Nec obstat q. quam Bar. post Dyn. decidit in d. l. talis scriptura. testator mihi legauit centum, quæ habebat apud campsorē: & si illa hæres non daret, uineam quandam mihi legabat, hæres cētum, quæ penes campsorem erant, expendit, mihi uineam petenti; uult hæres alia centum dare, Determinatum fuit ꝙ non poterat: quia respondeo ideo esse (quamuis Bar. non decidat, motus per hanc rationem) quod hæres ideo non potest alia centum soluere, quia postquam fuit in mora soluendi illa centum, quæ penes campsorem erant, legatum fuit transfusum in legatum uineæ, nec amplius debebantur centum. Casus est in l. j, §. item si ita. ff. ad legem Falcidiam, nec potest legatario inuito aliud pro alio solui, l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petatur. Et hæc est uerissima solutio ad hoc contrarium. Vel secūdò dic quòd uinea erat legata sub conditione, si centum, quæ penes campsorem erant, non daret: quo casu dando alia centum nō implet conditionem; quia conditiones uoluntariæ sunt in forma specifica implendæ, l. qui hære. & l. Mæuius. ff. de condit. & demon. Vel tertiò dic ideo ita in quæst. Bar. esse, quia testatur in defectum illorum nummorum certam prouisionem fecerat, à cuius uolutate tanquam à lege, non est deuiandum: vulgato §. disponat. in Authen. de nupt. colum. 4. Et hæc opin. Vltramont. est communis, & verior, iudicio meo, quamuis Philip. Dec. in d. l. cum fundus. §. seruum tuum. nihil boni adducēdo, & more suo, studio potiùs contrariandi, contrarium asserat. Anto. Ange. Carcasso. Sardus.

b Adde quòd dicere quòd vna opinio procedit de rigore, alia de æquitate, nihil aliud est, quàm dicere quòd vna vera, & alia falsa, vt habetur per gl. & Bar. in l. cotem ferro. §. fin. de publi. & per eundem Bar. in l. ex hac scriptura. col. j. ff. de donat. Bal. in l. cùm res. C. si alie. pig. da. sit. Dic igitur quòd opinio gl. verissima est, attento etiam rigore; & (ni fallor) isti doctores allucinati fuerunt: quod probo sic: Illa possunt in compensationem deduci, quæ possunt inuito creditore solui. l. 2. §. j. ff. si cer. petat. arguendo de solutione ad compensationem. l. si debitor. ff. qui pot. in pign. habe. sed si debes mihi hominem in genere, & ego tibi, & tu mihi Stichum solueres, possem ego tibi eundem soluere: ergo & compensare. Et quòd possim eūdem soluere est casus in l. si quis duos. ff. de solut. vbi si debeo duos homines in genere, & dedi tibi Stichum, si eius Stichi iterum nanciscar dominium, possum eum tibi soluere. Ad idē est etiam bonus tex. in l. qui decem §. Stichum aut Pamphylū. ff. eod tit. de sol. vbi si promisi tibi hominē in genere, possum vnum ex his, qui stipulationis tempore tui erant, soluere. quæ iura hic allegantur, & timore contrarij recesserunt à decisione illarum legum. Et comprobatur, quia rem meam sub conditione, vel eo casu, quo mea esse desierit, possum stipulari. l. si rem meam. ff. de verb. obligat. Sed in stipulatione homines in genere omnes in solutione conditionaliter quodammodo continentur: vt d. l. 3. ff. qui, & à quib. ergo cum tempore, quo iste vult mihi soluere, seruus, quem ego dedi illi, non fit meus, poterit eundem mihi soluere. Non est verum ergo quod ipsi dicunt, quin possim eundem, qui tuus erat, tibi soluere. Nec obstat eorum primum argu. quia longa est differentia quòd debeam tibi certam & determinatam speciem, vel quòd debeam aliquid in genere. nam primo casu non possum tibi inuito aliud pro alio soluere. l. 2. §. j. ff. si cert. petat. sed quando debeo aliquid in genere, est quid incertum determinandum per solutionem, vt declarat Barto. in d. l. 2. §. j. in fin. ff. de verb. obliga. & possum quamcunque speciem mediocrem sub illo genere comprehensam tibi inuito soluere. l. legato generaliter. ff. de legat. primo. & sic eligere eum, quem mihi soluisti. Et licet à principio, si specialiter purè rem tuam tibi promitterem, non consisteret in ipsa obligatio, nec solutio; quando tamen promitterem in genere, habeo facultatem à l. soluendi id, quod tuum erat tempore promissionis, vt est casus in d. l. qui decem. §. Stichum aut Pamphylum. ff. de solu. Possum ergo compensare. Nec obstat tex. qui decepit doctores. in l. Mæuius. §. duobus. ff. de legat. 2. quia loquitur in longè diuersis terminis: nos enim loquimur, vbi inuicem est debitum creditum: vt l. j. & ff. de compen. & §. duobus. loquitur vbi eidem à duobus ex causa lucratiua, homo in genere debetur, vel bis ei ab vno eodemque debitore ex duabus causis lucratiuis homo in genere deberetur: quo casu hominem, quē mihi ex vna causa lucratiua debitor soluit, non poterit, si desinat esse meus ex alia causa lucratiua, soluere: quia in eodem homine & eadem re, quę potest ad oculum demonstrari, non possunt concurrere duæ causæ lucratiuæ. §. si res aliena. Instit. de leg. secus si nō ex causa lucratiua deberet: vt l. si quis duos ff. de so-

ff. de solu. & suprà dixi. Et hic est verus intellectus illius §. duobus. quando ex causa lucratiua debetur per legatum, vel stipulationem. Anto. Ang. Carcass. Sardus.

c Imò sustineri posset quòd sit speciale in fisco, prout glo. & Salic. dicunt in d. l. fin. C. de compen. Nec ob. quod in text. non dicatur: quia cùm ille tex. ponatur in tit. ff. de iure fisc. vbi cætera in fisco specialia ponuntur, satis ex natura tituli suadetur, arg. l. Imperator. ff. de in diem addicti. & eius, quod habetur in l. fi. in princ. ff. de condi. inde. licet hæc responsio sit satis læuius. Sardus.

d LOCVM] Vide Felin. in c. dilecti. in fin. 5. col. ver. ad illud, quod in criminali. de exceptionib.

e DIXI] Quem vide in nume. 53. 55. & 56.

SVMMARIA §.
Prætereà.

1 *Actio arbitraria quæ dicatur.*

2 *Actiones arbitrariæ, & actiones bonæ fidei in quibus differant.*

3 *Actiones arbitrariæ quare, & vnde dicantur. 21. 26.*

4 *Actiones arbitrariæ an sint nomen actionum, an adiectiones.*

5 *Actiones arbitrariæ quæ ex mero iudicis officio pendent, sunt tam in rem, quàm in personam. 7.*

6 *Dedo dedis, est antiqua Grammatica.*

8 *Iudex si nollet impendere id, quod debet ex mero officio, qualiter parti consuletur.*

9 *Iudex multa facere potest ad quæ tamen compelli non posset.*

10 *Participia futuri temporis necessitatem important.*

11 *Iudex negligens facere iusticiam, facit litem suam, sicut malè iudicando. 12.*

13 *Iudex si fuit negligens circa condemnationem expensarum, an faciat litem suam.*

14 *Iudex negligens criminaliter punitur, & toto salario priuari potest.*

15 *Iudex permittens labi instantiam de iure communi, an puniatur.*

16 *Iudex si negligat facere id, quod ab eo petitur, an teneatur, si illud idem ab alio æquè faciliter consequi posset.*

17 *Officium iudicis quòd veniat cum iure actionis, qualiter sit intelligendum.*

18 *Officium iudicis qualiter in arbitrarijs resideat in persona iudicis.*

19 *Actiones arbitrariæ an sint bonæ fidei. 21. 31. 38. 40.*

20 *Actiones bonæ fidei quare non dicantur arbitrariæ.*

22 *Actio realis præsupponit obligationem.*

23 *Actio ex iuramento in litem non oritur.*

24 *Actio omnis in qua res secundum præceptum iudicis non restituitur, arbitraria dicitur.*

25 *Actiones stricti iuris, quæ ad restitutionem competunt, sunt semper arbitrariæ.*

27 *Rubrica, quæ generaliter loquitur, non est restringenda propter nigrum.*

30 *Actiones arbitrariæ vt dicantur, an sit necessarium quòd duæ ferantur sententiæ. 34. 35. 36.*

31 *Actiones stricti iuris an aliquo respectu dici possint arbitrariæ.*

33 *Actio ex stipulatu pro dote arbitraria dici non potest.*

37 *Actio noxalis pro damno dato à seruo, an sit arbitraria.*

39 *Officium iudicis quotuplex sit.*

41 *Dictio Quasi, quid importet.*

42 *Actio ad exhibendum ad quid, cui, & contra quē competat. 44. 47. & agens hac actione quibus temporibus interesse debeat. 45. & qualiter prætendens aliquo modo sua interesse rem exhiberi, probare habeat tale interesse. 46. & qualiter in ea procedatur, & quales probationes requirantur. 52. 53. 54. & an in hoc iudicio summatim debeat procedi. 55. & an exceptiones quæ altiorem indaginem requirunt, admittantur. 57. et an si fuerit lis contestata super rei vendicatione vel super alio iudicio petitorio, amplius ad exhibendum agi possit. 60.*

43 *Exhibere est in publico facere potestatem.*

47 *Exhiberi res cuius sumptibus, & expensis debeat.*

49 *Exhibere an quis cogatur debitorem alicuius, qui fugit in domum suam. 51.*

50 *Exhibere an cogar mercatorem, qui decoxerit vel fuegerit, si eum in domum meam acceptem.*

56 *Causæ summariæ quæ dicantur.*

58 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem quæ sunt.*

59 *Actio ad exhibendum an cum alia actione in vno libello cumulari possit.*

61 *Libellus in actione ad exhibedum qualiter sit formandus. 62.*

63 *Actio noxalis quare locum non habeat in delictis filijsfamiliàs sicut seruorum. 64.*

65 *Actio noxalis in quibus delictis locum habeat.*

67 *Actione noxali agens contra dominum pro delicto serui qualiter petere debeat.*

68 *Libellus in actione noxali qualiter sit formandus.*

§. PRAETEREA.

ISTE §. habet subtilem materiam, & scabrosam, & malè cognitam.

Pro introductiōne materiæ, & generali euidentia infrà dicendorum, nec non tex. nostri præmitto ad euidentiam quædã necessariò scienda. Et quia iste §. principaliter tractat de actionibus arbitrarijs, in primis sciēdum est † quæ dicatur
1 actio arbitraria. Istud declarat magistraliter Bar. in l. vnica. C. vbi conueniantur qui cert. lo. dare promiserunt. Cuius verba formaliter ponit Angel. de Aret. hic, quamuis nullam de Bart. faciat mētionem. Dicit ergo Bar. aliter, & magis plenè, quàm ibi dixerit gloss. j. quòd actio est arbitraria, in qua exercetur officium iudicis mercenarium actioni deseruiens, propter aliquod extrinsecum accidens præter naturam actionis propositæ.

2 † Hoc dixi, vt per ista cognoscatis in quo differant actiones arbitrariæ ab actionibus bonæ fidei, in quibus etiam deseruit officium iudicis mercenarium, super quo per infinita verba multum dubitauit Ioan. Fabr. hic, qui ferè aliud non ponit in hoc §. subijciens quòd in hoc puncto potius ipse mallet discere, quàm docere: vt infrà latiùs in loco suo dicetur: nã in hoc est differentia. Nam quamuis in actionibus bonæ fidei deseruiat officium iudicis mercenarium, non tamen deseruit præter naturam actionis propositæ, imò secundum naturam. Nã ex natura actionis bonæ fidei veniunt vsuræ, venit interesse, iuratur in litem, & similia: sed in actionibus stricti iuris ista non possent fieri secundum naturam actionis propositæ: tamen quando æquitas suggerit, aliquando propter adiectionem loci, aliquando propter rem non exhibitam ad mandatum iudicis, iudex habet rationem ad interesse vtriusque partis accidentaliter, & extrinsecus, & præter naturam actionis. d. l. vnica. C. vbi conueni. qui cer. loco dare promi. Ideo propter istã actionem extrinsecus prouenientem actio dicitur arbitraria. Et idē in alijs pluribus modis, quos infrà videbimus. Et istud euidentiale ponit etiam idem Bar. in l. 2. circa prin. ff. de eo, qd cer. lo. Alias tamen differentias videbimus infrà in gl. fi. super ver. satisfieri.

Secundò præmitto quòd in istis arbitrarijs actionibus dependentibus ex officio iudicis pręter naturam actionis, accidentaliter, & extrinsecus, traduntur magistraliter per Bar. quatuor notabiles regulæ in l. hoc edicto. in princ. ff. de Publ. quare dica-

3 re dicantur arbitrariæ actiones. † Quandoque enim arbitra-
riæ actiones dicuntur propter officium iudicis, quod vertitur
in arbitrando interesse ratione loci: vt toto tit. ff. de eo, quod
cer. lo. vt hic in text. Quandoque dicuntur arbitrariæ propter
officium iudicis, quod versatur in taxando quantitatem, & in
deferendo iuramentũ in litem post taxatam quantitatem, iu-
xta l. in actionibus. & ibi per gl. & latius Bar. ff. de in litem iur.
& hic in tex. Quandoque, & tertiò dicũtur arbitrariæ propter
officium iudicis, quod vertitur in interrogando contra con-
uentum, quid præstare velit: vt in actionibus noxalibus, in qui
bus interrogatur an velit soluere æstimationem damni dati
per seruum, an verò malit dare seruum pro noxa: vt eo. ti. ff. de
noxa. & hic in text. & in l. miles. §. j. ff. de re iudi. Quandoque,
& quartò, & vltimò dicuntur arbitrariæ propter officium iu-
dicis, quod vertitur circa imponendam pœnam: vt in actione
quod metus causa: vt leg. si cùm exceptione. §. hæc autẽ actio.
ff. quod me. cau. & in actione de dolo. vt in l. arbitrio iudic. in
prin. ff. de dol. & hic in tex. Istæ sunt quatuor notabiles regulæ
Bart. quas etiam ponit. & simpliciter sequitur Ang. hic: & in
has quatuor regulas, iudicio meo, effectualiter reincidunt,
quamuis per diuersa verba, & magis minuta, tres regulæ, quæ
in istis arbitrarijs traduntur per Bal. hic, quod actionum arbi-
trariarum quædam sunt, in quibus officium iudicis versatur
circa quid, hoc est, in quid, seu in quo habeat iudex condem-
nare: ut in actione Quod metus causa, in actione, Ad exhiben
dum, & similibus. Quędam sunt, in quibus officium iudicis
versatur circa quantum, hoc est, in quantum habeat iudex cõ
demnare: vt est in actionibus, in quibus quis conuenitur ad in
teresse ratione loci, eò quia certo loco soluere promissum est.
Quædam sunt, in quibus officium iudicis versatur circa qua-
le, hoc est, qualiter iudex faciat condemnationẽ: vt est in actio
nibus noxalibus, in quibus iudex arbitrabitur qualiter debeat
dominum condemnare, vt vtrùm insolidum, an noxaliter, iu-
xta l. 2. in princ. & per discursum tit. ff. de noxalib. Item an cõ-
demnet dominum ad æstimationem damni dati per seruum,
an ad seruum dandum pro noxa. Si bene considerabis, vt præ
dixi, istæ regulæ Bal. quamuis per diuersa verba, effectualiter
reincidunt in idem cum regulis traditis suprà per Bar. quam-
uis, iudicio meo, illæ regulæ Bar. sint notabiliores, & magis ex
plicitæ: & quamuis Ang. hic inaduertenter, vt puto, posuerit
has regulas Bar. & Bal. distinctè, & separatim, tanquam essent
omnino diuersæ.

Tertiò principaliter præmitto ꝙ actiones arbitrariæ non sic
4 nuncupantur, eò, ꝙ sint proprium nomen actionis: † quia ar-
bitrariæ non sunt propriè nomen actionum, sed sunt adiectio
nes, siue qualitates actionum. Dicimus enim actionem ex te-
stamento esse arbitrariam, actionem ad exhibendum, & idem
in similibus hic in text. positis: & sic cum ista adiectione seu
qualitate arbitraria. Ita dixit gl. no. in l. in bonæ fidei. in verb.
condicturum. & ibi etiam sequitur Bar. ff. de eo, quod cer. lo. &
gl. in l. 2. §. hæc autem actio. in gl. j. eo. tit. Similiter, vt dixi, vi-
des esse in actione de peculio, de in rem verso, quod iussu, in-
stitoria, exercitoria, & tributoria: & quòd ista non sint propria
nomina actionum, sed quædam adiectiones, & qualitates, ita
dixi in §. actiones autem de peculio. suprà eo. titul.

Quartò, & vltimò præmitto propius ad text. secundum Io.
Fab. quod in hoc §. nõ ponitur aliqua principalis diuisio actio
num. Et hoc patet, quia non enumeratur pro principali diui-
sione per gl. magi. in §. sunt prætereà. in gl. j. infrà eod. tit. quã-
uis prima fronte visum fuisset dicendum esse contrariũ, quod
hic ponitur vna diuisio actionum, quæ sit quòd quædã sunt
arbitrariæ, quædã non. Vnde secundũ Io. Fabr. occasione eo-
rũ, quæ dixerat in §. proximè præce. quod in actionibus bonæ
fidei, libera potestas est iudici ex bono, & æquo, &c. ponit hic
de his arbitrarijs, quæ ex officio iudicis pendent.

a a Ego credo quod iste §. melius, & fundamentalius ex his
quæ dixi in euidentialib. possit continuari ad §. proximè prę-
ce. secundũ quod eũ cõtinuat Io. de Plat. hic. nam suprà in prę
ce. §. tractauit Imperator de actionibus bonæ fidei, quæ sunt
arbitrariæ ex earũ natura: quia iudex non accidentaliter, nec
extrinsecus, sed ex earum natura propria æstimat ex bono &
æquo quantum actori pręstari debeat: vt in §. præce. & ex na-
tura earum venit restitutio fructuum, venit interesse, & simi-
lia: vt vidimus in §. actionum. in gl. j. mag. suprà eo. & istæ re-
manserunt in suo proprio nomine, vt vocentur actiones bonę
fidei, nõ autem arbitrariæ. Verum quia sunt alię actiones, quæ
sunt arbitrariæ, sed non ex earũ natura procedentes, sed præ-
ter naturam, & ex mero iudicis officio, vt declaraui suprà in
euiden. & sunt stricti iuris. & istæ appellatæ sunt propriè arbi-
trariæ: hinc sumpta occasione continuauit hic Imperator de
actionibus arbitrarijs, & multum congruenter. Verùm quia
concurrunt multa incerta, & potissimum in istis arbitrarijs,
& iudex debet curare, quantũ possibile sit, ne incertam sentẽ-
tiam ferat, idcirco successiuè positus est §. curare. & ille §. cu-
rare. secundũ quod etiam dicebant Dyn. & Ioann. Fab. hic, est
cõmunis ad oẽs actiones huius tituli tàm arbitrarias, q̃ nõ ar-
bitrarias: & propterea non simpliciter est ad hunc §. referen-
dus, sed fuit occasione prædicta sic continuatiuè positus.

Hinc infero non bene dixisse Io. Fab. hic, dum dicit quod
§. noster durat vsque ad §. si quis agens. & quòd totus simul es-
set legendus cum §. curare. quamuis dicat quòd ipse in §. cu-
rare. ideo facit, vt minùs grauet dominos auditores: quia, vt
dixi in §. curare. necessariò fiendus est.

Iste ergo §. vsque ad §. curare. communi omnium diuisione
Dyn. Io. Fab. Io. de Plat. & Ang. de Aretio, diuiditur in tres par
tes principales. In prima ponit quare dicantur actiones arbi-
trariæ. In secunda declarat an istæ arbitrariæ sint in rem, vel in
personam. In tertia ponit ꝙ sit in eis officium iudicis. Secũda
ibi: sed istę actiones. Tertia ibi: in his enim actionibus.

5 † Actiones enim arbitrariæ, quæ ex mero iudicis officio pẽ-
dent, sunt tam in rem, quàm in personam. hoc dicit primo. &
in eis permittitur iudici condemnare prout ęstimauerit, nego
tio, de quo agitur, cõuenire. hoc dicit vsque ad §. curare. & iste
§. non legitur per Nicol. de Neapo. hic, nescio an procedat ex
defectu l. quod est magis credendum. In tex. ibi seruũ dedat.
aliqui libri habent, dedit, & malè: quia esset præteriti tempo-
ris, quod stare non posset, vt ex verbis præcedentibus appa-
ret. Prætereà si esset verbum. Dedit, præteriti temporis, quod
præsupponet factam solutionem, non posset stare textus, qui
vult procedere arbitrariam actionem, quæ cessat, quando sa-
tisfactum est. debet ergo necessariò esse in litera Dedat. Et se-
6 cundum † quod etiam hic dicunt Io. Fab. & Io. de Plat. iste est
antiqua Grammatica: Dedo, dedis. Ex isto tex. potestis collige
re quædam notabilia ad corticem literę. vt hic facit Angel. de
Aret. sed nullius esset artificij: ideo omitto.

7 † Vnum notate ex tex. ꝙ in arbitrarijs actionibus permitti-
tur iudici condemnare ex bono & æquo secundum naturam
cuiusque negotij, aliquando in quidditate, aliquando in qua-
litate, aliquando in quantitate, vt suprà dixi in euidentialibus.
Iuxta ergo hunc text. & istud notabile opportunè cadit illud
probabile dubium, quod hic ponit solus Io. de Plat. alij non
8 tangunt. † Quid si iudex nollet impendere, id, quid impende
re ex mero tamen eius officio non procedẽte ex natura actio-
nis, sed præter, & extrinsecus, puta nollet condemnare ad inte
resse, nollet deferre iuramentũ in litẽ: qualiter consuletur par-
ti? Prima fronte videbitur ꝙ nullo remedio prouideatur, cùm
istud pendeat in mero arbitrio iudicis & istud sibi permitta-
tur, si vult: vt hic in litera. Io. de Plat. decidit ꝙ imò adest opti-
mum remedium, quod recurratur ad episcopum, vel quod re
clametur ad superiorem, qui iudicẽ cogat: itẽ vt eũ puniat iu-
xta negotij qualitatem. Allegat §. j. in Aut. vt differentes iud. &
Aut. si vero. C. ad legem Iuli. de adul. & Bar. in l. à diuo Pio, in
9 §. sententiã Romę dictã. ff. de re iu. † Subdit tamen multa esse,
quæ iudex facere potest, ad quæ tamen compelli non posset:
vt l. non quicquid. ff. de iud. & l. j. C. qũo & qñ iudex. & c. con-
suluit. extra de offi. dele. Sed audite, quãdo istæ arbitrariæ, de
quibus agitur in hoc §. starent in solo permissu, & nuda pote-
state iudicis, ita ꝙ possit, si velit, & si nõ vellet, nõ arctaret, tũc
essemus in dicta regula d. l. nõ quicquid. ff. de iud. ꝙ cõpelli nõ
possit. Et ita uidetur prima fronte uelle litera hic uersus finẽ,
super uer. permittitur. & hoc apertè firmat gl. hic super uer. sa
tis. si. circa fi. dum dicit, Vt quasi liberum sit ei hoc facere. Tñ
alibi habemus textus apertos, ꝙ imò in istis actionibus arbi-
trarijs ista arbitraria non pendet à mera potestate, an uelit fa
cere, uel ne, imò tenet, & arctat: ut est tex. hic post prin. in uer.
condemnari debeãt. ꝙ uerbũ necessitatẽ importat. Ad idem
est tex.

est tex.in leg.qui restituere.ff.de rei vendic.in versi.compellen
10 dus. quod est participium futuri temporis. † Participia auté futuri temporis necessitatem important vt est glo.sing.& ibi Bal.& nouissimi in rub.ff.de lib.& post.Bene verum est,quod in istis arbitrarijs pendet à mera potestate,qualiter,& in quo, & in quantum condemnet: vt suprà vidimus in 2.euiden.sed non an condemnet.& ita etiam per quædam alia firmat hoc. Ioan.Fab.in 3.col.Vnde cùm in terminis nostris in istis arbitrarijs iudicis officium arctetur facere,& sit cōdemnare: ego credo ꝙ sit vera determinatio Ioann. de Plat. suprà relata,ꝙ eo casu,quo iudex negligeret, vel recusaret facere,ꝙ reclamādum esset ad superiorem: & idem,scilicet quòd iudex negligens possit compelli per superiorem imposita ei pœna,tenet etiam Bar.in d.l.j. C. quomodo & quando iu. & de hoc dicit esse rubricam specialem in d.Authen.vt differentes iud.& ibi text.in §.j.in prin.Idem etiam tenet Bar.in l.fi. ff.de var.& ex-
11 traord.cog.& ibi etiam vult Bar. † quòd isto casu contra iudicem negligentem administrare iustitiam, detur parti actio in factum ad interesse.Et idem voluit Bar.in l.à diuo Pio.§.senténtiam Romæ dictam.ff.de re iudicata.in 2.col.versi. sed quæro quid si iudex,qui tulit. & in l.quod iussit.col. fin.eod. tit.& in l.4.§.in eum.ff.de dam.infec.& ibi omnino videatis latissimè Ang.& Ioan.de Imo.& Bar.in l.mancipia.& ibi Bal.& melius Ang.C.de seruis fug.& Bar.in l.non quicquid.ff.de iud. & qđ no.Bar.post gl.in l.argentarius.§.cùm autem.& ibi per Bar.& Ang.& alios.ff.de eden.& per doc.in l.si quando.per illū text. C.de testi.& videte bo.glo.in c.hoc etiam.2.q.6.vbi glo. vide-
12 tur velle † ꝙ iudex negligens ad ministrare iustitiam, etiā faciat litē suam.Et istud apertè,& in terminis, scilicet quòd iudex negligendo,ita facit litē suā, sicut faciēdo & sic malè iu-
b dicādo,b firmat singulariter Ang.in Aut.scenicas nō solū,&c. col.5. de quo etiam videatis Spec.in tit.de alle. & dispo.§.fi.
13 † Et an si iudex fuit negligens circa condemnationem expensarum,quia non condemnauit victum temerè litigantem, prout ex suo officio tenebatur,iuxta l.properandum. §.siue autem alterutra.C.de iud.& l.eum,quem temerè.ff.eodem.an faciat litem suam,vide Inno.in c.grauis.extra de resti.spo.& gl. no.& in communi reputatam singularem in verbo, confireatur.in l.fi.& ibi Bal.C.quando prouo.non est neces.& Bald.in d.l.properandum.§.siue autem alterutra.
c c* † Dicit etiam circa prædicta alibi singulariter Ang.in re-
14 pe.l.si vacātia.in 5.cha.C.de bo.vacan.li.10.quod iudex negligēs criminaliter punit,imò etiam potest priuari toto salario.

An autem iudex ecclesiasticus negligens facere iustitiā incurrat in canonē.c.cùm æterni.de reg. iu.in 6.videte ibi Ioan. And.& alios,& eundem Io.And.in cap.dilecti.extra de priui.
15 † Et an iudex permittens labi instantiam de iure communi puniatur:ponit Bal.in l.non dubium.in 6.col. C. de legib.& ad suprà scripta in terminis nostris videte quæ dicam statim infrà in gl.j. Ex his habetis signanter reportare quæ, & quot peti possunt à iudice recusante,vel negligente administrare iustitiam parti; quæ omnia diligenter notate, quia quotidiana
16 sunt. † Quid autem si iudex negligat administrare, vel facere id,quod ab eo petitur,an teneatur, si illud idem ab alio æquè faciliter consequi potest: vide Bar.in l.4. §.si tam vicinum. in prin.ff.de dāno infec.& ibi Ang.& Imo.qui contra dicūt Bar.

Glo.in versic.actiones arbitrarias.quam diuido in quatuor partes principales.In prima ponit quæsitum. In secūda ponit responsionem quorūdam,quam reprobat. In tertia ponit aliā solutionem aliorum,quam etiam reprobat.In quarta ponit solutionem aliorum & veram quam approbat. Secunda ibi:respondebant quidam & dicunt. Tertia ibi:alij dicunt. Quarta ibi:alij dicunt,quod verius est.

17 † In ea.gl.ibi: venit,est iure actionis.debetis intelligere glo. secundum Ioann.Fab.hic, quòd voluerit dicere quòd officiū iudicis in bonæ fidei actionibus venit cum iure actionis:intelligite,in hærendo scilicet ipsi actioni, aliàs gl.simpliciter intellecta diceret falsum:quia officiū iudicis non præsupponit obligationem,nec actionem.l.qui per collusionē. §.primo. ibi no. Bar.ff.de act.empt.& l.Quintus.& ibi Bar.ff.de annu.l.nisi largo modo,secundū Bartolum in l.fi.ff.de iniur.& hoc est quod etiam voluit dicere Angel.de Aret.hic, quamuis se ipsum non bene declarauerit.

In eadem gl.ibi:& in iudice tantùm,hāc gl. multū no.Ang.
18 de Aret.hic, † quod officium iudicis in arbitrarijs residet tantùm in persona iudicis.Et per hoc infert quod cùm tantùmodò resideat in pectore iudicis,concedere, vel non concedere ista arbitria,puta interesse propter locum,quod videretur dicendum quòd iudex non concedendo,non propterea teneretur in syndicatu parti,per id, quod singulariter dixit Inno.in cap.fin.extra de ferijs. vbi voluit quòd quando aliquid residet in mero arbitrio iudicis,quòd si vult, potest illud denegare:& denegando nō dicitur grauare partem:& per consequēs non debet teneri in syndicatu.Pro quo dicto excellentissimus inter modernos Paul.de Castr.in l.videamus.§. penultimo. ff. de in litem iur.ponderat text.ibi.facere,in leg.non quicquid. ff.de iudic.& de hoc singul.dicto Innocentij dixi latissimè suprà eodem titulo.in principio.illuc recurrite.Facit quod dicit ibi Bal.in l.quicunque. in quarta columna. in versic. quarto casu.C. de serui fugi. Vos autem in terminis nostris audacter tenete contra Angel.de Aret.hic,quia non est verum præsuppositum suum, quòd in istis action bus arbitrarijs ista arbitria resideant in mero arbitrio iudicis,an illa faciat: imò arctatur facere,prout suprà latè firmaui in textualibus:sed benè resident in mero arbitrio iudicis qualiter, & inquantum faciat,vt ibi dixi.

In ead.gl.ibi.l.in bonæ fidei.gl.bene dicit,& eam intelligite,& declarare vt suprà in euidentialibus. in j. euidentiali.

In ead.gloss.ibi:est perfecta,& immediata: hæc reprobatio est vera:quia,vt vult glo.& etiam ponunt Ioann.Fabr.& Ang. hic,aliàs sequeretur quòd diuisio actionum posita in §.actionum.suprà eo.non esset sufficiens,& perfecta: quod esset absurdum dicere.

19 † In fin.glo.hæc vltima vera est,scilicet ꝙ actiones arbitrariæ non sint bonæ fidei,sed stricti iuris: quia non reperiuntur enumeratæ in §.actionum.suprà eod.Et hanc approbant,& sequuntur communiter hic: vt Pet.Ioan.Fab.& Ang.de Aret.& idem tenuit gl.plenior in l.in actionibus.in ver.planè.in prin. ff.de in lit.iur.& ibi gl. respondet ad l.in actionibus. §.planè. quā gloss.hic allegat, & non respondet: & eius solutionē ibi sequitur Bar.Addo ꝙ idem etiam quod hic tenuit gloss.in l.si filiosa.§.j.in versi.iurauerit.& ibi traditur per scribentes.ff.solu.mat.& Bar.in d.l.in actionibus.in j.col.in fin.& dicit Bald. aliàs Ioann.Fab.hic, ꝙ hæc opin.gl.in tantùm est vera,quòd est sine dubio,quod actiones arbitrariæ sunt stricti iuris: motus est ineuitabiliter:quia nulla actio bonæ fidei est arbitraria imò distinguūtur per oppositum.vt leg.in bonæ fidei.ff.de eo, quod cer.lo. ergo impossibile est dicere quod arbitrariæ sint bonę fidei:& propterea secundum Ioan.Fab.hęc quæstio processit ex non intellectu.& pro Ioann.Fab.bene facit glo.præalle.in d.l.si filiosa.§.j.ver.iurauerit.ff.sol.ma. quę dicit quòd omnia arbitraria iudicia sunt stricti iuris. & idem tenet Ioan. de Plat.hìc,& dixi suprà in vlt.euiden.

20 † Et vltra Ioann.Fabr.& prædictam rationem quare actiones bonæ fidei nō dicātur arbitrariæ, assignat Bar. in d.l.in bonæ fidei.ff.de eo,qđ cer.lo.Sed ego pleniùs, & clariùs loquar, ꝗ ipse dixit:quia in actionibus bonæ fidei iudicis,officiū multum potest ex natura earum, prout suprà latè dixi in j.no.vnde non egent illa actione,seu adiectione Arbitraria:& sic non egent alio adminiculo extrinsecus arbitrario. Hinc est quod statim quod debitor est in mora in actionibus bonæ fidei ęquitas,quæ mouet iudicis officium,est iam in lucem formata ab ipsa actione: hinc est quod actiones bonæ fidei non denominantur ab arbitrio,sed à se ipsis:cùm à se ipsis,& non à iudice procedat arbitrium:& propterea remanserunt in proprio nomine,vt nominarentur bonæ fidei simpliciter, & non reciperent hanc adiectionem Arbitrariæ:sed in actionibus stricti iuris arbitria veniunt accidentaliter,& extrinsecus,& præter naturam ipsarum actionum,vt suprà dixi in j.euidentiali: & propterea denominantur arbitrariæ ab arbitrio iudicis,quod per se ipsum venit ex sola æquitate, prout iudex viderit expedire
21 ex natura negotij. † Et si quis diceret: quæ potest esse vtilitas, aut effectus diuersitatis suprà scriptæ sol. Dicebat multum singulariter Paul.de Cast.in l.centum Capuæ ad fin.j.colum. quod vtilitas est magna, præsertim propter id, quod habetur in l.fin.ff.de eo.quod cer.lo.Nam fideiussor acceptus in actionibus

nibus stricti iuris arbitrarijs, non tenetur ad interesse ratione
d loci, siue intercesserit ante morā d* rei, vt l. centum Capuæ. ff. de eo, quod cer. lo. siue intercesserit post moram rei d. l. fi. quia æquitas, quæ mouet iudicem propter locum, non est adhuc in lucem formata, donec, & quousque perueniatur ad iudicium in alio loco: sed si accipitur fideiussor in actionibus bonæ fidei, in quibus sit actum de soluendo certo loco, bene tunc fideiussor teneretur ad interesse ratione loci: licet hoc etiam ueniat officio iudicis: quia tunc etiā venit ex natura ipsius actionis: vt est text. in leg. quero. in princ. & ibi gl. solennis mag. super ver. præstabis. ff. loca. Et ista etiam simpliciter refert Ang. de Are. hic, & monet, & meritò, ea bene notari, Vos tamē pro eorum veritate uidete omnino Bart. in d. l. centum Capuæ. in 2. col. in ver. venio. ad secundam partem, & opponitur quod ex mora rei, &c.

Gl. in ver. ex arbitrio. ibi: quod promptè dices in actionibus in rem, addite, in quibus clarum non inesse obligationem:
22 † quia actio realis non præsupponit obligationē ut §. j. & ibi abundè dixi supra eo. titu.

In fin. glo. hanc glo. mandauit multùm notari, & assignari Ioan. Fab. & Ang. de Aret. quia ista gl. melius sentit verum intellectum huius §. quàm aliqua alia glo. & declaraui suprà in j. euidentia.

Glo. in ver. restituat. in fi. &c. Tu vltra Scribentes no. glo. sin-
23 gularem hic, quæ vult † quod ex iuramento in litem non oriatur actio. quam sequuntur, & ad hoc reputant singularem Ange. & Lud. Ro. in l. 2. ff. de iureiuran. Ang. in l. is, cui leg. bonis. ff. de testa. Eam autem sequitur Bal. in Auth. post iusiurandum. C. de iudic. Bal. & Ang. in l. Nam & posteà. §. finali. ff. de iureiur. Innoc. & alij, in c. super eod. quod met. cau. Idē tenet Bar. in leg. in actionibus. ad fi. ff. de in li. iur. Pro declaratione istius gl. & totius materiæ aduertite ad notabilem, & generalem regulam, quam ponit Bar. in l. actionibus. ff. de in litem iu. in 3.
24 col. in ver. tertiò habet locum in arbitrarijs. † q̄ omnis actio de Mundo, in qua res non restituitur secundum præceptū iudicis, dicitur arbitraria, ut iudex habeat potestatem deferendi iuramentum in litem, & secundum illud condemnandi, siue sit actio stricti iuris personalis, siue in rem, siue quæcunque alia actio. Et de hoc dicit esse tex. in l. qui restituere. in fin. ff. de rei vendi. & ibi idem etiam vult Bar. in l. si cùm dot. §. primo. ff. rerū amot. & sequitur Imol. in l. Nesennius. §. primo. in vltima col. ff. de re iudicata, & sequitur etiam Angelus de Aret. & Io. Fab. hic, & glo. in l. 3. §. sed & si quis. in versi. condemnabitur. ff. fin. regund. Hanc etiam regulā ponit Io. Fabr. in octaua col. versi. quæro nunquid omnes actiones, &c. q̄ omnes actiones stricti iuris, in quibus fit condemnatio ad restituendum, sunt arbitrariæ, si reus non restituat rem. Et ab hac regula dicit se nullam actionem excipere, nullū interdictum. Et huius regulæ dicit se habere patronum Vlpianum Iuriscōsultum in dicta l. qui restituere. in fine. in versic. hæc sententia generalis est. & secūdum eum hic, plenius dicit, quàm ipse dicat se posse scribere. Et hoc modo, secundum Io. de Pla. hic, omnes illæ actiones quæ enumerantur hic per glossam in verbo, similibus. possunt dici arbitrariæ. Et ita etiam tenet Ang. de Are. ibi, in dicta glossa. super versic. similibus. & ibi ego dicam. Et si di-
25 ceretis (primò attenta illa generali regula) Sequitur † q̄ omnes actiones stricti iuris, quæ ad restitutionem cōpetunt, sunt semper arbitrariæ: quod videtur contra hunc tex. ante fin. ibi: in his enim actionibus, & cæteris similibus. vbi innuit quod non in omnibus. Solu. Respondet Io. Fab. fatendo verum esse, quòd omnes actiones stricti iuris, quæ ad restitutionem competūt, sunt arbitrariæ, scilicet aptitudine, sed nō semper actu: Nam ita demum sunt arbitrariæ, si condemnatio fuerit facta ad restitutionem, & restitutio non fiat, vt hic dicitur in textu. Vnde si restitutio fieret, actio nunquàm diceretur arbitraria. Eodem modo si reus habeat rem, vel facultatem rei restituendæ, & actor eligat q̄ ei auferatur res per manū militarē: isto casu actio non esset arbitraria: vt d. l. qui restituere. Eodem modo si in processu constet quòd res non extat, & fiet condemnatio in interesse tātùm, cessat arbitrium. Et istud tertium est, q̄d expressè dicit Paulus Iurisconsultus in d. l. arbitrio. §. primo. versic. non tamen. ff. de dolo. qui tex. secundum. Io. Fab rectè glossat hunc §. nostrum. Ego addo ad ista q̄ suprà scriptam regulam generalem communiter ab omnibus approbatam declarat, & limitat multum signanter excellentissimus inter modernos Paul. de Cast. in d. l. in actionibus. vt procedat sine dubio in actionibus in rem. Eodem modo in actionibus personalibus, in quibus veniat rē restitui: & ita propriè loquitur text. in d. l. qui restituere. in fine. si bene inspicitur, qui de restitutione tantùm mentionem facit. Et in istis terminis propriè posita est suprà scripta regula per docto. Idem tamen, secundum eum, posset dici, quando veniret rem tradi, quia habet similitudinem cum rem restitui. Et idem si veniat rem præstari: ut l. si rem tradi. & l. si fundum certa die præstari. & l. stipulationes non diuiduntur. in princ. & ibi latissimè Bar. ff. de verborum obliga. Si autem veniat rem dari, tunc secundum eum, licet quis sit à iudice iussus dare, & non dederit, propter hoc nō defertur iuramentum in litem. Et ratio est, secundū eum, quia quando non datur, & sic dominium non transfertur, quod dari debuit, non dicitur committi tanta perfidia, quanta cōmittitur, quando non restituitur, quod restitui debet. Facit l. 2. §. j. ff. de in litem iu. iuncta l. si is apud quem. ff. deposi. Et cum hac notabili limitatione transit etiam simpliciter Ange. hic, in antep. colum.

Gloss. in ver. tam in rem. in fin. glo. Gloss. malè dicit, prout eam reprobat Io. Fab. & Ang. hic: quia etiam in illis quatuor casibus vna & eadem actio non est in rem, & in personam simul, & semel: quia hoc est impossibile, ut latissimè dixi in §. quædam, suprà eo.

Gl. in ver. promissum, diuido in duas partes principales. In prima restringit text. vt tantùm in tribus casibus procedat. In secunda declarat tex. secunda ibi: & quod hic dicit petitur.

26 † In eadem gl. ibi & non aliter. teneatis quòd actio dicitur arbitraria propter locum solùm in tribus casibus hic in glos. positis, & non in alijs. Idem tenuit gl. in l. j. C. vbi conuenitur, qui cer. lo. & gl. vnica in l. aut si mutua. ff. de eo, quod cer. lo. & ibi gloss. addit quartum casum in constituto. pro quo allegat
e Ioan.[e] Fab. hic l. si duo. §. j. ff. de consti. pec. Et cum istis gl. tenet simpliciter. Io. Fab. hic, in 2. col. super. glos. & latius in 10. col. & latius Io. de Pla. hic, in 3. col. Sed Bar. Bal. & Salic. & cōmuniter alij scribentes in d. l. si hæres. ff. de eo, quod cer. lo. reprobant istas gl. tenentes post Nic. de Mata. in quædam sua disputatione, q̄ omnis actio stricti iuris propter adiectionem loci potest esse arbitraria, moti primò ex rubrica de eo, quod cer. loco. ff. & C. eo. quæ rubricæ generaliter loquuntur, nec se restringunt ad certos casus. Vnde quamuis posteà leges illorū titulorum loquerentur in certis casibus, succederet tamen re-
27 gula, quæ habet, † q̄ rubrica, quæ generaliter loquitur, nō est restringenda propter nigrum, quod in casibus specialibus lo-
f quatur: prout latè dixi vobis suprà in rubr. huius tit. [f] Mouentur etiam per l. qui loco certo. ff. condi. inde. & leg. eum, qui. ff. de iudi. & l. si duo. §. j. ff. de constitu. pec. Facit etiam text. noster in generalitate sui qui simpliciter, & indistinctè loquitur. Item non posset reddi. ratio diuersitatis, quare magis in istis quatuor casibus actio dicatur arbitraria propter locum, q̄ in alijs: imò ratio, quæ ponitur in leg. j. ff. de eo, quod cer. lo. videtur militare in aliis casibus, sicut in istis quatuor.

28 † Et per ista ego infero, inanem esse dubitationem Io. Fab. hic, in 10. col. dum dubitat, an vltra quatuor casus supra positos per glo. nostram cum aliis glos. supra allegatis, possit addi quintus casus, scilicet in obligatione literarum, seu actione ex ea resultante: puta si per chirographum aliquis confessus fuisset se recepisse motuo cētum, quæ obligasset se certo loco soluere. Et determinat quòd sit, cum sit eadem ratio, quæ in aliis quatuor casibus. Et dicit q̄ iste casus non fuit nominatus in libro Digestorum, vbi plus agitur de ista materia, q̄ alibi; quia contractus iste literarum erat illo iure Digestorum incognitus: vt l. 1. §. 1. & ibi gl. in uerb. consensu. ff. de action. & oblig. Nam per suprà scripta habemus in promptu dicere absq; istis allegatis per Io. Fab. q̄ idē sit in isto quinto casu quod in aliis actionibus stricti iuris; ut suprà dixi.

29 † In eadem gl, ibi: quam ubi fuerat promissum dari. Addite q̄ si in loco, quo debuit solui, peteretur, actio non esset arbitraria: ut l. quod si Ephesi. in prin. ff. de eo, quod cer. lo.

In fin. gloss, bene dicit. & addite etiam l. 2. in prin. ff. de eo, quod cer. lo.

Glo

Glo.in ver.similibus.diuido in duas partes principales. In prima declarat tex.vno modo.In secunda declarat alio, enumerando plures alias actiones arbitrarias,quæ hic non ponũtur in text.Secunda ibi:vel dic quòd & aliæ. Illa secunda potest subdiuidi in sex particulas prout enumerantur sex aliæ actiones arbitrariæ,aliquibus tamen reprobatis. Partes de se patent.Et hæc gl.non legitur per Ioan.Fab.per alios etiam parum,vel nihil additur ad eam.

In eadem gl.ibi:quia ibi non feruntur sententiæ duæ, hanc rationem etiã posuit gl.idem volens quod hic,in d.l.j.in prin. in ver.iudicium.ff.nau.cap.sta.

30 † An autem ad hoc ꝙ actiones dicantur arbitrariæ, sit hoc necessarium,quòd duæ ferantur sententiæ.videte per glo. sequentem.in ver.naturam.

In eadem gloss.in l.j.ff.de pub.addo quod gl. in l. hoc edicto.in prin.in versic.absoluendus. ff.de pub. tenuit contrariũ ꝙ ista actio in factum,quę datur contra publicanum, non sit arbitraria: quia in ea non feruntur duæ sententiæ diffinitiuæ. Et illam gl.sequitur ibi Bar.post Dyn. reprobata glos. nostra hic:quia cùm in arbitrarijs actionibus habeamus quatuor notabiles regulas,quas posui suprà in 2.euidentiali, nulla earũ huic actioni congruit:ergo non dicitur arbitraria: nisi tu dicas sustinendo gl.nostram, ꝙ imò etiam ista possit dici arbitraria illo generali respectu illius generalis regulæ, quam latè posui suprà in gl.in ver.arbitrarias.& statim inf. subijciam ad fi.huius gloss.

In ea.gl.ibi.l.redhibitoria.& idem tenuit ibi gloss.

In ea.gl.ibi:sed quia bonæ fidei.vt suprà eo.§. fuerat.idem & apertius tenuit gl.in d.l.si filiosa.§.maritũ,super ver.iuraue

31 rit.Et vos idem tenete, † quòd actio ex stipulatu pro dote nullo modo,vel respectu potest dici arbitraria: nam cùm sit bonæ fidei,vt §.fuerat.suprà eod.certè nulla actio bonæ fidei,est arbitraria:vt latè dixi suprà in glo.j.super verb.actiones arbitrarias.ad finem.

In ead.gl.ad fi.Ang.de Are. qui nihil aliud addit ad istã gl.

32 dicit † quòd omnes istæ actiones hic in glos.enumeratæ,imò generalius omnes actiones stricti iuris de Mundo possunt dici arbitrariæ vno respectu, si ponamus iudicem in aliquo ex casibus hic in gl. positis condemnasse ad rem restituendam: quo casu si condemnatus non restituat rem secundum præceptum iudicis,certè in contumaciam partis nõ restituentis dicitur actio arbitraria,vt iudex habeat arbitrium deferendi iuramentũ in litem:& iuxta illud cõdemnamus, iuxta regulam generalem,quam latissimè posui ex mente Bar.& aliorum.suprà in gl.in ver.restituat.& ibi idem tenui, faciens mentionẽ de prima gl.& idem etiã tenuit Io.de Plat.hic in 5.col.Sed certè.Ang.de Are.hic, & Io.de Plat.hic nimis generaliter locuti

33 sunt istud tenẽtes in oĩbus actionibus in j.gl.enumeratis † q̃ imò,vt etiam proximè dixi, actio ex stipulatu pro dote nullo modo potest dici arbitraria: nam cùm sit bonæ fidei, nulla actio bonæ fidei est arbitraria,vt suprà dixi in gloss.j.in verbo, actiones arbitrarias.ad finem.

Glo.in ver.naturam.diuido in tres partes prin.In prima declarat textum vno modo.In secũda declarat alio.In tertia occasione illius secũdæ declarationis ponit tres modos cõdemnandi in istis actionib.arbitrarijs.Secunda ibi:vel melius.Tertia ibi:nam triplex modus. Illa tertia potest subdiuidi in tres particulas, prout tres ponuntur modi condemnandi in arbitrarijs.Partes de se patent.

In eadem gl.ibi:& actione ad exhibendum, & similibus.te

34 net quòd † in actionib.arbitrarijs ratione contemptus iudicis duæ feruntur sententiæ:vna, de restituendo rem,vel exhibendo:alia,cõdẽnationis ad pœnã, vel interesse per delationẽ iuramẽti in litem,in casu,quo rẽ non restituã,vel exhibeã.

35 † Nunquid autem istæ duæ sententiæ sint ambæ diffinitiuæ, vel non,gl.nostrę variarunt. Videte gl.in l.qui restituere.in gl. fin.in ver.restituitur.& ibi Bar. ff.de rei vendic. & gl.in l.si cũ exceptione.§.hæc aũt actio.& ibi latè Bar.ff. quod met.cau.& gl.in l.creditor.§.iussus.in gl.j.& ibi Bar. ff.de app. & gl.in.§. oẽs.in ver.quadrupli.in gl.fin.in versic. restituat. supra eod.& ibi ego dixi in 6.col.non repeto amplius,& habes hic per Io. Fab.in pe.col.& latius per Ang.hic,in pe. col. reducentes dictas gl.ad cõcordantiã per unã distinctionem ut hic per eos.

36 † An autẽ fient duæ instãtiæ,& an erit necesse offerre duos libellos, vnum in prima, aliũ in secunda, & an ferantur duæ sententiæ.de istis omnibus uidete Spe.in ti.de iureiur.§.j.uers. sed nunquid per Io.Fab.hic,in pe.col.

37 † In ea gl.ad fin.Io. Fab. hic in antepe.col. reprobat istã gl. quæ uult ꝙ actio noxalis pro damno dato à seruo sit arbitraria,quia arbitrium iudicis in ea uersetur circa qualitatem soluendi: quia iudex arbitrabitur an dominus teneatur noxaliter,& sic liberetur dando pro noxa:quod est, quando domino ignorante,uel prohibere non ualente,seruus delinquit.An uerò teneatur in solidũ: quia secundũ Io. Fab.hoc est contra tex.nostrũ,qui dicit ꝙ ideo actio noxalis est arbitraria,quia nisi ex noxali causa seruum dedat, condemnari debet arbitrio iudicis:unde istæ rationes non uidentur adinuicem compassibiles:quia causa,seu ratio,quam glossa nostra assignat,nõ cõuenit cum illa tex.nostri,& illud,quod gl.nostra dicit,nõ esset nisi arguere tex.de insufficienti causa,uel ad textum supplere. quod est absurdum.Præterea,sm Io.Fab.gl.nostra non defendit tex.nostrum ab uno,quod multũ uidetur obstare:nam tex. noster non uř ullo modo posse procedere: dicit enim,quòd si is,cũ quo agitur ex noxali causa,seruum non dedat, debet cõdamnari, &c.ergo præsupponit tex.quòd prima condẽnatio fuerit quòd daret seruum pro noxa. & tamen istud est falsum: quia noxæ deditio non est in condẽnatione,sed in soluendi facultate,l.miles.§.j.ff.de re iudi.His difficultatibus Io.Fab.hic respondet duobus modis,sed in ænigmate,& multùm in obscuro.Ego coniectura assecutus sum mẽtẽ Io.Fab.& apertius, q̃ ipse respondeo ex his quæ dixi suprà in secundo euidentiali,in tertia regula arbitrariarũ actionũ, dum dixi quòd arbitrariæ aliqñ dicuntur propter officiũ iudicis, quod uertitur in interrogando reum quid præstare uelit, ut in istis actionibus noxalibus,in quibus interrogatur an uelit soluere æstimationem damni dati per seruuũ,an uerò malit dare seruũ pro noxa:quo casu si dñs interrogatus ante sententiã à iudice an uelit dare seruum pro noxa,respondeat quòd sic, & iudex secutus eius electionem sibi præcipiat quod seruum dedat pro noxa:certè si non dedat,potest eum condemnare, &c.nec dicet sibi abstulisse facultatẽ dãdi seruũ pro noxa.Et hoc modo ista

g actio noxalis est arbitraria. g* Et hoc est quod propriè uoluit dicere tex.Vel ex noxali causa eum dedat. Et iste est uerus intellectus ad hunc tex.qui hoc modo necessariò debet intelligi reiecto eo qđ dicit gl.nostra,quã suprà reprobaui, & hoc ẽ qđ ad hũc tex. uoluit dicere Io.Fab.hic, in 6.col.& ista est mera ueritas:quamuis Ang. hic ne minimũ quidẽ uerbum fecerit.

Gl.fin.in uerbo,satisfieri.diuido in tres partes. In prima timore taciti quæsiti fortiter opponit ɔ̃.textũ. In secũda respondet uno mõ enumerãdo triplex officium iudicis.In tertia alio mõ rñdet.Scđa ibi:rñdeo,dic ꝙ triplex est officiũ iudicis.Tertia ibi: item in actionibus bonæ fidei vna fertur sententia.

38 † Et pro expeditione huius gl.& eius introitu gloss.per modum taciti quæsiti intendit tacitè opponere cõtra tex. hoc modo:dicitur in tex.ꝙ illæ dicuntur arbitrariæ, in quibus iudici permittitur ex bono & æquo ęstimare quõ satisfieri oporteat: sed sic est ꝙ in actionib.bonæ fidei idẽ permittitur iudici, vt suprà proximo §.in prin.ergo sequitur ꝙ omnes actiones bonæ fidei sunt arbitrariæ. quod tñ est falsum: quia nulla actio bonæ fidei est arbitraria:imò distinguuntur per opposita: vt l. in bonę fidei.ff.de eo,ꝙ cer lo.& dixi latè suprà in gl.in verbo actiones arbitrarias. circa fin.Ita tacitè voluit opponere hæc gl.& vltra gl.super hac oppositione, quam aliquibus mediis fortificat Io.Fab. hic, & multùm laborat per sex col.Io.Fab. hic,& multum dubitat,& nihil clari habet,dicens ipse ꝙ angusta est porta, per quã in hac difficultate progreditur, & ꝙ in ea mallet discere,q̃ docere.Sed ego statim hanc difficultatẽ vno verbo absoluã omissa tã lõga serie verborũ.Io.Fab.hic.

39 † In ea.glos.ibi:rñdeo,dic ꝙ triplex est officiũ.Idẽ ẽt,ꝙ hic formaliter dixit gl.de isto triplici officio iudicis in l.4.in gl.fi. in verbo,exceptione.C.depo.Vos tamen aliter melius, & planius dicite vt per Bart.ad quem vos remitto.in l.j. in 3. col.& ibi per alios.ff.de iurisdi.om.iudi.& ibi Bar.mentionem facit de hac gl.& per eundẽ Bar.in l.4.C.depo.& Bal.in l.j.ff.de iudi.Imo.in l.si finita.§.si plures.in 18. col.ff.de dam. infect. & plenissimè vsque ad saturitatem in tit.de offi.iudi.

† In

40 † In ea.gl.ibi:vt quasi liberum sit: i hoc facere.gl. soluit oppositionẽ suprà formatam hoc modo:quia in actionibus bonæ fidei iudex adstringitur, & necessitatur ad faciendũ id qđ officio eius incumbit,sed non in arbitrarijs,imò in eis est libe rum facere vel non.Hanc rationem reprehendit Io.Fab.in 3. col.quia imò etiam in istis arbitrarijs iudex necessitatur,& arctatur facere : & sic non est in eius arbitrio an condemnatio fiat,sed bene qualis,aut in quantum fiat condemnatio.Et hoc per multa probat Io.Fab.& bene:& idem ego tenui, & cõclusi suprà in ultima no.Sed audite,iudicio meo, gl.nostra potest optimè saluari:quia non est ita absolutè locuta,prout etiã prę supponit dicere Ioannes Fab.sed est locuta cũ dictione,Quasi.dixit enim,vt quasi sit liberum ei hoc facere.Imò plus dico quòd gl.idẽ dixit, quod Ioan.Fab.si ponderemus dictionem

41 h † Quasi,qua vtitur glo.quæ regulariter solet esse nota improprietatis: h vt per gl.in leg.iubemus.§.sanè il.j.in versic.sacrilega.Cod.de sac.sanct.eccles.& in l.si cum dotem.§.fin. ff.sol. matrim.& in l.cùm miles.in prin.in gl.mag.ff.ex quibus cau. cum sim.& est tex.in leg.quasi.Cod.de non nume.pec. & erit sensus gl.dicere,quòd in actionibus bonæ fidei iudex omnino adstringitur,sed in arbitrarijs non , cùm ex solo motu iudicis descendant:hoc est dicere non ex natura actionis,imò extrinsecus,vt suprà dictum est,quasi liberum sit ei hoc facere. Non voluit dicere gl.quod hic esset liberum ei hoc facere: sed quasi,id est,non ita arctatur ad faciendum,sicut in actionibus bonæ fidei.Ita potestis hanc gl.palliare,vt saluetis eam ab impugnatione Io.Fab.Ego tamen aliter,& apertius soluam.

In fi.gl.hæc secunda solutio omninò reprehenditur per Io. Fab.hic,in 4.col.in princ.dicentem quòd hæc solutio non habet saporem,quia quòd in arbitrarijs plerunque duæ ferantur sententiæ,potest etiam euenire in actionibus bonæ fidei,quãuis hæc glo.neget:puta in actione depositi,cõmodati, ex empto:videlicet vt primò feratur sententia,in qua venditor condemnetur ad tradendum:secundò feratur sententia,in qua cõdemnetur ad interesse:iuxta gl.magistra.in leg.prima,in glos. mag.ff.de act.emp.& quæ latissimè vidimus in §.actionũ. suprà eod.extra glo.in libello , in actione ex empto.Prætereà,& fortius,hæc sol.glo.nostræ non esset generaliter vera, quia nõ se extendit ad omnes arbitrarias,prout gloss. met fatetur , dũ dicit plerunque quod dicemus omissa tam longa phylacteria verborum Io.Fab.hic.Pro solutione dictæ oppo. dico paucis hanc esse meram veritatem,quod in actionibus bonæ fidei officium iudicis ei deseruiens prouenit ex natura ipsarum actionum:statim enim quod debitor est in mora in actionibus bonæ fidei succedit officium iudicis ex natura ipsarum actionũ, per quod debitor est condemnandus ad vsuras , vel interesse: sed in actionibus arbitrarijs,iudicis officium non prouenit ex natura ipsarum actionum,imò præter, & extrinsecus per aliquod accidens , puta quia non prętatur res, in qua fuit facta condemnatio:& propter hoc per accidens deuenitur ad interesse:& propterea istæ appellatæ sunt arbitrariæ , prout supra latè declaraui ex mente Bar.& aliorum in primo euiden.& latiùs in gl.in versic.actiones arbitrarias.ad fin.& ibi posui esse ctum,qui resultat ex prædicta diuersitate,an actio sit arbitraria:vel non:super quo multum etiam dubitauit Ioann.Fab.in prima columna,& aliter respondet, q̃ supra respõdeat.Et ista paucis est mera veritas.Et hoc idem credo voluisse dicere gl. nostram hic, dum dicit quod arbitrariæ ex solo motu iudicis descendunt : & hoc est dicere , non ex natura ipsarum actionum,sed extrinsecus,& hoc clarè voluit gl.supra in verbo,arbitrio.quam ibi commendaui secundum Io. Fab.& Angel.de Areti. quod melius senserit veritatem huius rei , quàm alia gloss. aliqua .

Extra gl.restat ad complementum præsentis §. vt pro more videamus formam libellorum in aliquibus actionibus in hoc §.nominatis,de quibus in superioribus §§. non fuit habitus libellus.& iuxta ordinẽ literæ videamus in actione ad exhibendum . Antequam accedamus ad libellum , pro introitu materiæ præmittenda sunt aliqua fundaměta breuiter , & per veras conclusiones , ex quibus dabitur facilior intellectus ad formam libelli.

42 Hæc † actio ad exhibendum est præparatoria aliarum actionum realium,quib.agere quis intendit,& potissimum rei uendicationis.l.j.& l.3.§.est autem personalis hæc actio.ff.ad exhi.vnde si intendo agere aliqua actione reali, possum in rẽ interim agere hac actione ad exhibendum,vt aduersarius com

43 pellatur rem exhibere. † Exhibere autem,vt inquit Iurisconsultus in l.2.ad exhiben. est in publico facere potestatem , vt ei,qui agat,experiendi sit copia , declarando vt ibi habetis in glo.Antequam tamen quis cogitur exhibere rem,debet actor dicere signa rei,quam petit exhiberi.l.3.in prin.ff.ad exhi.si tamẽ ea verisimiliter scire potuit:aliàs,nõ d.l.3.§.si quis noxali.

44 † Cui autem competat hęc actio ad exhibendum,promptũ est respondere,ꝙ non tantùm domino,vel quasi,sed etiã olim possessori:imò etiam cuilibet, qui prætendit aliquo modo sua interesse rem exhiberi,etiam si non sit dominus, vel quasi : & hoc debet summatim iudex cognoscere, an agentis intersit rẽ exhiberi,necne.De istis est casus in l.3.§.j.& §.est autem personalis hæc actio.cum §.seq.& §.sciendum.ff. ad exhib.Intelligite tamen sanè dummodo quis prætendat interesse pecuniarium:aliàs autem aliud interesse non sufficeret: vt l.si liber homo.ff.ad exhib.& glo.in l.2.in ver.postulatur.C. ad exhib. & gl.in l.2.§.item diui fratres.in ver.agatur. & ibi Bar.ff.de iure fisc. Accedat tex.ille notabilis in l.2.ff.ad exhib. Accedant quæ traduntur per Bar.& alios in l.quædã. in prin. ff.de eden-

45 do.Et vos addite aliud, † quòd agẽtis hac actione debet duobus temporibus interesse,scilicet tempore litis contestationis & tempore sententiæ ferendæ.l.tigni.§.fi.ff.ad exhi.licet aliàs sufficiat semel interfuisse:quamuis ex post facto desinat interesse.l.dui.§.fin.& ibi gl.in ver.no.actio.ff.de seruo corrupto. De quo,an,& quando,& quomodo procedat,uidete glos.in l. qui autem.§.j.in glo.fi.in verbo,interesse. & ibi latissimè per Bar.& alios,ad quos vos remitto.ff.si quis cautio.& plenè per Cy.Bal.& Sali.in l.ad comparandas.C.manda.

46 † Qualiter autem probetur hoc interesse,tenent Ioan.Fab. aliàs Io.de Pla. & Ang.quòd sufficiat iuramentum, per l.thesaurus.ff.ad exhib.

Ego addo Bar.in terminis in l.j.in prin. ff.quemadmodum. testa.ape.& in l.si is,a quo.uersus fi.prin.ff.vt in poss.leg.De intellectu tamen illius l.thesaurus.statim infra dicetur.

47 † Contra quem autem competat ista actio ad exhibendũ, promptũ est respondere ꝙ contra possidentẽ, siue possideat naturaliter,& ciuiliter simul siue naturaliter tantũ siue etiam ciuiliter tantùm,quinimò & si esset nudus detẽtor,vel nudus custos. De istis omnib.est casus in l.3. §.fi.& l.seq. & l.Celsus scribit.in prin.& §.j.ff.ad exhi.ad similitudinẽ rei vendicationis & Publicianæ.l.officium. ff.de rei ven. & dixi latissimè in §.omniũ.s.eo.extra gl.in materia rei uendicationis.Intelligite tñ ista sanè,dũmodo possidẽs,puta ciuiliter tãtùm,habeat facultatẽ rei exhibẽdæ:aliàs sufficit sola cautio de exhibenda re,cũ in eius potestatem res deuenerit.d.l.Celsus scribit. §.fi.

48 † Cuius autem sumptibus , & expẽsis debeat res exhiberi, puta si sit exhibẽdus vnus equus,cuius expẽsis debet ali: item & in quo loco debeat res exhiberi.De istis omnib.habetis textum valde no.in l.sed si hæreditas. §.j.ff.ad exhi. & similiter in l.si res mobiles.in fi. cum duabus legib. seq. ff.de rei vend.

49 † Nunquid aũt cogar exhibere debitorem alicuius , qui fugit in domum meam,saltem per interdictum de libero homine exhibendo;habetis tex.solennem & sing.ꝙ non, in l.fin.§. fin.ff.de lib.homi.exhi.per quem tex.infert hic multũ signan-

50 ter Io.de Pla. † quòd licẽt ego acceptem in domũ meã mercatorem,qui decoxerit,vel,vt uulgò dicimus,fregerit: non tamen possum conueniri , vt eum exhibeã, aliàs tenear ad interesse.quod diligentissimè notate:quia quotidianissimum : & fortè non inuenietis in terminis alibi hoc dictum . Accedant vltra eum ad hoc,quæ traduntur singulariter per Innoc.in c. dilecti.extra de iudi.& refert apud Legistas Bal. in c.in generali.si de feu.fue.cõtro.inter dñm & agna.dum quærit Inn.de solenni & quotidiana quæstion. multũ cõferente ad proximũ

i dictũ i* † An si aliquis detineat debitorem meum, & per hoc

51 non potest mihi in aliquo satisfacere,quia de operib.suis posset acquirere,& mihi satisfacere , & nihil acquirit: an possim repetere ab eo hunc debitorem;determinat mirabiliter Inno. quòd non : & eum refert , & sequitur Bald.vbi infra.nisi habeam ius reale in eo,vt in vasallo, & adscriptitio, & in similibus personis,

† In hac

52 † In hac autem actione ad exhibendum qualiter procedatur,& quales probationes requirantur, videte abundè Spec. in tit.de ſuſpe.cognitione.§.poſtremo.verſi.6.quęrendum. & Bal.in l.j.C.ad exhi,quod in iſta actione ad exhibendum ſufficit ſummaria probatio, quæ animum iudicis ad præſumendum inducat: vt d.l.theſaurus.dicit Bart.ꝙ in iſtis ſummarijs cognitionibus iuramentum ad cognitionem ſufficit: & dicit ſe putare ꝙ illa lex loquatur in iuramento ad probationem non ad totius cauſæ cognitionem.Et ibi etiam idem tenet Bal. quamuis gl.ibi in verbo,iuranti.communiter reprobata aliter intelligat, ſcilicet ꝙ ille text.loquatur de iuramento calũniæ tantùm.De quo etiam uidete Bar.in l.j.in prin.ff.quemadmodum teſt.ape.& in l.ſi is,à quo.verſi.fi.ff.vt poſſ.leg.Ang.in l.ſi quis ex argentarijs.§.exigit.ff.de eden. & gl.in l.3. §.ſciendũ. in verſi ſummatim.ff.ad exhi.

53 † Limitat tamen prædictam concluſionem Bar.& communem Bal.in d.l.theſaurus.vt procedat duobus concurrentibus ſcilicet ꝙ cauſa ſit ſummaria:item ꝙ ſit parui præiudicij:aliàs non defertur hoc iuramentũ,niſi adminiculo ſemiplenæ probationis adiuuaretur:iuxta materiam l.admonendi.& ibi latè per gl.& Bar.ff.de iureiur.& l.in bonæ fidei.& ibi latè gl.& latius per Cy.Bal.& Salic.ſuprà de reb.cre.& iureiu.Et cũ hac limitatione tranſeunt Io.de Pla. & latius Ang. hic. & propterea dixit Bar.vnum,quod multũ confert ad hanc limitationẽ, in extrauagan.ad reprimendum.in verſic.ſummariè.in verſic. circa modũ probandi in hac ſummaria cauſa. videlicet quod vbi in iſta ſummaria actione ad exhibendum veniret etiã poſſeſsionis tranſlatio.iuxta l.Celſus.§.Iulianus.ff. ad exhi.vel aliter ſi per hanc actionem ad exhibendum damnaretur reus, tunc non ſufficeret ſemiplena probatio per iuramentum, ſed requireretur plena probatio, ſicut in alijs poſſeſſorijs: vt no. gl.& doc.in l.j.gl.2.C.quorum bonorum.

54 † Secũdò ego limito multum ſingulariter vltra alios dictam concluſionem communem, vt nõ procedat quò ad legitimationis perſonæ probationem: quia in omni iudicio quãtumcunque ſummario, perſona,cum qua litigatur, debet plenè legitimari, licet cauſa ipſa requirat ſummariam cognitionem: & ſic hoc caſu non ſufficeret ſemiplena probatio,ſed requireretur plena probatio,quamuis cauſa eſſet ſummaria.Iſtud eſt quod in terminis multũ ſignanter voluit Bart. in l.2.ad fi.C.de edi.diui Adria.tol.quod reputat ipſe multum tenendum menti.Et hoc dictum etiam reaſſumit pro valde notando idẽ Bar. in extraua.ad reprimendũ.in ver. ſine figura. & ſequitur Bal. in l.3.§.ibidem.ff.ad exhi.& in l.ne quicquam. §.de plano.in ultim.q.ff.de off.procon.&in l. et leg.fi.in 13.col.in 5. q.in verſic.8.ſtudeat.C. de edi.Adri.tol.

55 † In hoc autem iudicio actionis ad exhibendũ cùm ſit ſummarium.d.l.3.§.ſciẽdum.cum gl. magiſtra. in verbo,ſummatim.debet iudex ſummatim procedere, cùm hoc iudiciũ ſummarium ſit pręparatorium alterius ordinarij, & ſic modici præiudicij.d.§.ſciendum.

56 † Quę autẽ dicantur cauſæ ſummariæ, & in quibus debeat ſummatim procedi,& quomodo iſtud intelligatur:vide gl.ſolennem,& magiſtra.enumerantem plurimos caſus, in quibus ſummatim procedi debet,in d.l.3.§.ſciendum.in verbo, ſummatim.& vide latè Bar.in l.j.in §.fin. in vltim.col.ff.de præto. ſtip.& latiùs in extrauag.ad reprimẽdum. in verſi.ſummariè. & in verſi.& ſi quæratur quæ ſint cauſæ ſummariæ, &c.Bar.& Raph.Cu.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudi. & omnino Bar.in l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his. ff. de lib.agno.& Bal.in leg.ne quicquam.§.de plano.ff.de offi. procon. & lega. & in c.j.§.inſuper de prohi. alie.feud. per Feder. in l.j.C.vt in poſſeſ.leg.& latiſsimè vſque ad ſaturitatem Spe. in tit. de offi. iudic.§.poſtremò.verſi.5.& verſic.6.& ſeq.& quaſi per totum illum §.& videte omnino Bald.in d.l.3.§.ſciendũ.& ibi ponit quot modis cauſa poſsit dici ſummaria.Cuius verba formaliter refert Ang.hic.& ibidẽ ponit Bal.quid ſi in ſtatuto ſit mẽtio ꝙ cauſa cognoſcatur ſummariè,quæ probatio tunc requiratur:videte ibi per eũ. Et ad illud,quod proximè dixi, an ſit ſemper verum quod vbi vnum iudicium eſt præparatorium alterius,ꝙ tunc in eo ſufficiat ſummaria probatio. Vide Bart. in l.quod tempore.in vlti.col.C.de reſti. mili. & quod not.idẽ Bal.in l.2.in vlt.col.C.quando fiſcus,vel priua.

57 † In iſto ergo iudicio actionis ad exhibendum non admittuntur exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, ſed
κ reſeruantur in cauſis principalibus κ & ultimarijs iudicijs:vt l.3.§.ibidem.cum gl.in uer.ſi obſcurior.quam Ang.hic reputat ſingularem.ff.ad exhi.& ibi Bal.

58 † Quæ autem exceptiones dicantur requirere altiorem indaginem,& quæ non:videte Bartol.in l.ſi is, à quo.in princ.ff. vt in poſſeſ.lega.& in extrauaga.ad reprimendũ.in verſi.ſummariè.in j.col.& Bal.in d.l.3.§.ibidem. & in l.ſi ex falſis.in fi. col.C.de tranſac.& in l.2.C.de edi.diui. Adria. tol.& in l.j.C. vt in poſ.leg.Ang.in l.ille,à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Treb. & Ang.de Aret.in §.in bonæ fidei.in vlt.col.ſuprà eo. Et circa id quod proximè dixi de reſeruatione exceptionum requirentium altiorem indaginem,vnum ſing.notate ad practicam, ꝙ talis reſeruatio exceptionũ,quam iudex faceret per hunc modum:Interloquor eſſe ad vlteriora procedendum, ſaluis exceptionibus.quòd iſta uerba ſunt tantæ importantiæ, ꝙ ſi appareat,exceptiones eſſe veras, & iuridicas, & quod verè obſtabunt,proceſſus redditur vſq; retro nullus,& quicquid eſt poſtea factum,habetur pro non facto.Glo.eſt ſing. in c.cùm contingat.& ibi do.Ant.de But.extra de offic.deleg.Et in terminis dixit eleganter Bar.in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento. verſi.fin. ff.ad Treb.quod dictum multum notate ad practicam. quod dictum etiam refert,& multum commendat Ang.hic.

59 † Nunquid autem actio ad exhibendum poſsit in uno eodemque libello cumulari cum rei uendicatione, vel alia actione:ſeu iudicio petitorio, dicite ꝙ ſic,vt eſt gl.in l.1.in prin.in gl.2.in uerſi.inſtituitur.ff.de interrog.act.gl.in l.qui de inofficioſo.§.1.in gloſſ.mag.in uer.exercere.in ultimis uerbis.& ibi Bar.ff.de inoff.teſt.& eſt tex.in l.fi.& ibi glo.fi.in uer.reddi.C. ad exhi.& ibidem Bal.no.illum tex.ad hoc. & idẽ tenuit Flo. de ſancto Petro in uera regulari actione ad exhibendum. in l. 1.ff.ad exhib.& ibi uidete eum: quia hic magiſtraliter loquitur:cuius uerba formaliter refert Angel.de Aret.hic,quamuis contrarium tenuerit, & male.gl.in l.3.§.eſt autem perſonalis hæc actio.in gl.2.in uerſi.acturus.ad exhib.De quo etiã uidete Spec.in tit.de actio.& peti.§.ſequitur.ver.& nota quod dicitur.& in tit.de iud.§.ulti.uidendum.& punctus ſtat in hoc,an quando una actio eſt præparatoria ad aliam, poſsint ſimul in eodẽ libello proponi. De quo per Cy.in l.ordinarii.in 2.q.C. de rei uen.& per Bal.in l.qui de inofficioſo.§.1.ad finem.ff.de inoff.teſta traditur per omnes in l.edita in materia cumulationis.C.de edendo.

60 † Ad unum tamen perpetuò diligentiſsimè aduertite,quòd poſtquam facta fuerit litis conteſtatio ſuper rei uendicatione uel ſuper alio iudicio petitorio, nõ poterit amplius agi ad exhibendũ.Iſtud eſt,qđ in terminis uoluit gl. mihi ſingularis in l.fi.in gl.1.in uerbo, pendet.ff.de tabu.exhibendis.quã ſimpliciter ſequitꝰ Io.de Pla.hic.Vos aũt ſuper eius ueritate cogitate.

61 † His pro introductione materiæ ꝑmiſsis clariſsimè liquet, qualis debeat eſſe forma libelli ib hac actione ad exhibendũ, et eius libelli formam ponit Spe.in tit.de iud.§.fi.et Roſ.in tit. de actio.ad exhiben.ſecundũ quod eum refert hic Io. de Pla. & ex mente ipſius Io.de Pla.et Ange.de Aret.poteſtis pro forma uno uerbo ita formare libellum: Ago contra Titium,et dico quòd ipſe poſsidet: talem librum iuris ciuilis coopertũ taliter, et taliter ſignatum, quem librum mea intereſt in iudicio exhiberi,ut habeam facultatem eum reuiſendi, et cognoſcendi, et ut poſsit per teſtes meos,quos intendo producere, cognoſci, et maximè quia intendo illum librũ uẽdicare, et probare me dominũ illius libri.Quare peto per ueſtrã ſentẽtiam dictum Titium condẽnari,cogi,et cõpelli,ut dictũ librũ in publico,et in iudicio coram uobis exhibeat et copiã eius uidendi,et introſpiciendi faciat:et ſi, et in quantum dictum librum exhibere non uult,peto eum condemnari ad intereſſe,&c.

62 † Si aũt ſimul cũ actione ad exhibendũ uelles intẽtare aliquod iudiciũ petitoriũ,puta rei uendicationem, quod poſſes, ut s̃.dixi:et deberes addere s̃.ſcriptis uerbis libelli,Quẽ librũ ſic exhibitũ,cũ ad me ſpectet iure dominii,uel quaſi:peto per ueſtrã ſñiam declarari eũ ad me ſpectare:et poſt dictã declarationẽ dictũ Titiũ condemnari,ut dictũ librũ mihi reſtituat. Artificia huius libelli,ſi quæ ſunt ſatis, patẽt ex ſuprà ſcriptis.

Succeſsiuè iuxta ordinem literæ huius text. habemus uidere

dere libellum in actione noxali: Pro introductione materiæ
aliqua essent præmittenda tamen qa ista materia non est mul
l tum frequens, & parum versatur in vsu. l* & propterea non
multũ vtilis. habemus præterea titulum de noxalibus specia-
lem. infrà de noxa. vbi plenè colligitur materia, ideo illam
omitto, non tamen omninò. Nec alius quisquam est, qui eam
hic tractet, excepto Ang. de Are. Et ꝙ ista materia parum ha-
63 beat vtilitatis maximè apud nos, ostenditur. † quia ista actio
habet tantùm locũ in delictis seruorum, non autem in deli-
ctis cõmissis per liberas personas, puta filiosfami. vel per a-
lias liberas personas à nobis bona fide possessas: vt est tex. no.
in §. fi. & ibi pulchra. gl. infrà de noxa. & in l. confessionibus.
§. fi. cum l. seq. in prin. ff. de interro. act iuncta l. j. ff. de noxa.
64 † Et duplicẽ rationẽ quare istæ actiones noxales nõ habẽt
locum pro filijsfa. ponit tex. in §. fi. inf. de noxa. Prima propter
asperitatẽ. Quis enim patiatur filiũ suum, & maximè filiã in
noxiã alij dari: vt penè per filij corpus pater magis, quàm fi-
lius, periclitetur? Secunda quia filijfamilias pro suis delictis
possit cõueniri. Quamuis ergo regulariter dicta in seruis ha-
beãt locũ in filijsfa. vt l. serui, & filij. in prin. ff. de fur. & l. vt tã
tũ. §. j. ff. de seruo corrupto. illud tamen nõ habet locũ qñ est
diuersa ratio, vt in terminis nostris patet per suprà scripta. Si
tamen vultis habere fundamẽta huius materiæ, recurratis ad
Azo. in Sũma tit. de noxa. Er Flo. in rub. ff. de noxa. & Ang. hic.
65 † Tria tamen notabitis præcipua in hac materia: Primò ꝙ
actio ista noxalis, per quã dominus cõuenitur ex delictis ser-
ui, habet locũ in delictis non capitalib. In criminib. aũt publi
cis, quæ habent publicã executionem, & coercionẽ capitalẽ
non hẽt locum hæc actio noxalis, nec in eis conuenitur dñs
pro seruis. Alleg. ad hoc Ang. hic, & minus bene. l. hos accusa
re. §. omnib. & ibi Bar. qui nihil dicit. ff. de accu. Sed ego alle-
go tex. ad literam in l. hæc stipulatio. & ibi Barto. in terminis.
ff. de ver. sig. Et huius rationẽ ponit Bal. in l. si prædiũ. in penu.
col. in ver. q̃ro igit̃, cũ ex publicis criminibus. C. de edi. actio.
66 † Secundò aduertite, quòd dominus tenetur noxaliter tan-
tùm pro delicto serui, quando fuit ignorãs seruum delinque
re, vel damnũ inferre: si autem fuerit sciens, & potuerit prohi
bere, & non prohibuit, tunc dominus tenetur insolidum ad
emendationem damni, nec liberaretur dãdo seruum pro no
xa: vt l. 2. in princ. & per totam l. ff. de noxali. & ibi videte Flo.
& ad intellectum illius legis videte omninò quod no. Bartol.
& doct. in l. in illa stipulatione. la 2. ff. de verb. oblig.
67 † Tertiò, & vltimò pro nunc aduertite, quòd agens actio-
ne noxali contra dominum pro damno, vel delicto serui, dẽt
simpliciter petere emendationem damni, non autem alterna
tiuè, vel seruum pro noxa: quia seruus non est in obligatione,
sed facultatem dandi seruum pro noxa consequitur dominus
condemnatus à lege: vt l. miles. §. j. & ibi glo. & Barto. ff. de re
iudi. Et vsque ad quantum tempus detur ista facultas domi-
no præstandi seruum pro noxa: dicit quòd vsque ad litem cõ
testatam super actione iudicati: ut est tex. in l. item veniunt. §.
idem rectè. & ibi glo. in verb. conueniatur. & ibi Bar. & alij. ff.
de pet. hær. Quod qualiter intelligatur, videte Bar. in l. si stipu
latus fuero decem in mille. ff. de sol. & in l. si quis maior. C. de
transact. & Sali. in l. si pacto. quo pœnam. C. de pact. & Ange.
in l. si insulam. ff. de verb. oblig. & ibi Io. de Imo. in fi. char.
Ex his satis liquet pro eo, quod expedit, qualis debeat esse
forma libelli in hac actione noxali. & ꝓ forma dicite ex mẽ-
68 te Ang. hic, posse ita formari libellum: † Ago contra Titium,
& dico quòd Stichus eius seruus mihi damnum intulit in de
cem vulnerando Caium seruum meũ, vel mihi damnum de-
dit, surripiẽdo mihi fortè talem rem. Quare peto dictum Ti
tium condemnari ad emendationem dicti damni mei, quòd
est in decem. Prædictus libellus procedit in noxalibus, quan-
do dominus non fuit in culpa. Si autem fuisset sciens, & ser-
uum potuisset prohibere, tunc illud esset in libello exprimen
dum: quia eo probato dominus perdit facultatem dandi ser-
uum pro noxa. vt patet ex prædictis.
Superesset vltimò, vt iuxta ordinem tex. accederemus ad li
bellum in actione arbitraria propter locum, & aliqua tange-
rem in materia, prout copiosè faciunt Ioan. de Plat. & Angel.
hic. Sed quia hunc libellum in specie ponit gloss. nostra in §. si
m quis agens. m in versi. loco. in verbo, commemorate. infrà eo.
visum est mihi congruentius ibi reseruare: & ibi ponam. Et ibi etiam dicam ea, quæ in materia tanguntur per Ioã. de Pla. & Ang. hic: & vltra eos, si aliqua occurrent, quæ mihi videantur notatu digna, illa non omittam. Et per ista remanebit expeditus præsens §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a Hæc continuatio effectualiter non discrepat, videri meo, à continuatione Ioan. Fab. nisi quòd Ias. latius, & per alia verba eam explicat. Sardus.

b IVDICANDO] Adde Franc. Are. in l. mancipia. C. de ser. fug. & Par. de Puteo in trac. syndi. in versi. negligentia.

c Vide Barto. in l. 4. §. hoc autem iudicium. in vlti. q. primæ part. ff. de damno infec. Sard.

d Hæc decisio Pauli Castr. facit pro fideiussoribus literarũ cambij: quòd si reus sit in mora, non teneantur ad interesse recambij. Sardus.

e Ante eũ illũ text. allegat glo. in d. leg. aut si mutua. Sardus.

f HVIVS TITVLI] Vbi vide in nu. 17. 18. & 20.

g Adde ꝙ mihi verior videtur opinio glo. & intellectus Io. Fab. & Ias. non videtur verus: nam actiones ideo dicuntur arbitrariæ, propter arbitrium, quod iudici datur: vt in §. nostro. Sed respectu solutionis vel noxæ deditionis nullum est iudicis arbitriũ: quia certa forma à lege traditur: vt d. l. miles. §. 1. ff. de re. iudi. ergo hoc prætextu actio noxalis non est dicenda arbitraria. Item scrupulo diuinationis non caret, ꝙ in §. isto iudex partis electionem secutus reum ad noxæ deditionẽ cõdemnauerit. Præterea contra eorum intellectum facit: circuitus inutiles sunt euitandi. l. dominus testamento. ff. de condi. inde. cle. auditor de rescrip. Bar. & alij. in l. j. ff. de leg. j. Sed si eorum sententia veridica esset, non esset fine maximo, & inutiliter circuitu: ergo non videtur bona. Nam attenta eorum declaratione essent ferendæ duæ sententiæ: vna secũdum rei electionem, ad dandũ seruum pro noxa: alia post contumaciam rei, ad litis æstimationem. At secundum formam l. miles §. j. vtrumque vna sententia complectitur: ergo deuiat eorum intellectus. Item fieri non debet, quod factum non releuat. l. non cogendum. §. fin. ff. de procu. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. caue. Sed hæc interrogatio nihil releuat: nam secundum eorum intelligentiam præsupponitur, reum post interrogationem, in qua respondit se velle dare seruum pro noxa, si debitoris eum pœniteat, posse litis æstimationem soluere: ergo interrogationem non releuat, nec per consequens fieri debet, cùm attenta forma d. l. miles. §. j. interrogatio ista penitus sit frustratoria. dicamus ergo nos interrogationem fieri debere, vtrum reus seruum, cuius nomine conuenitur, possideat, iuxta l. quoties. §. prætor ait. ff. de noxal. Erit etiam arbitrium iudicis indagare, vtrũ potuerit dñs prohibere, vel non sciuerit, vel non: vt legibus in glo. alleg. Et ex hoc arbitrio apparebit num condemnatio tacitè à lege habeat noxę deditionem: ut d. l. miles. §. j. vel propter suprà dictas qualitates noxæ deditio sit deneganda, vt d. l. 2. alleg. in glo. Et hoc vult dicere tex. noster ibi: vel ex noxali causa seruum dedat, &c. s. nũquid condemnatio tacitè noxæ deditionem contineat, vel non. Anto. Ang. Carcassona Sardus.

h IMPROPRIETATIS] Adde Fran. Are. in l. qui liberis. de vulg. & pupil. & in l. j. de acqui. pos. vbi ẽt per eundem do. Ias. May. & Franc. Are. in l. si id, quod §. quod aũt. eo. tit. & in l. si quis. nõ. de acqui. hære. & in l. cum antiquis. C. de inoff. test. & in l. creditor. in fi. si cer. pet. & Dy. in consi. 41. & do. Pe. Phil. Cor. in cõs. 158. in litera G. in 2. parte. & in consi. 224. in 4. parte. in litera G. & Fel. in c. gratũ. de off. deleg. in fi. vlt. col.

i Vide quæ dixi in §. pœnales. col. 18. suprà eodem. vbi de remedio creditori prouidetur. Sardus.

k PRINCIPALIBVS] Vide plenè per Card. in cle. sæpe. 8. oppo. ff. de verb. sign.

l Adde quòd hæc materia noxalium actionum in pluribus ciuitatibus Hispaniæ, & in regno nostro Sardiniæ, Siciliæ, Gẽnuæ: & alijs locis quãplurimis vbi copia seruorum habetur, frequens, & vtilis est. Carcassona Sardus.

SVMMARIA §. CVRARE.

1 *Iudex certam ferre debet sententiam, etiam si de incerta quantitate actum sit. 2. 5. 6. 7.*
3 *Verbum Debet, quid importet.*
4 *Dictio Omnimodo, quid importet.*
8 *Petitio incerta an debeat admitti, vsque ad nu. 18.*
19 *Libellus, Peto castrum cum suis iuribus & pertinentijs, an procedat.*
20 *Libellus, Peto talem villam, vel quod possides in tali villa, an procedat.*
21 *Libellus, Peto quicquid tibi obuenit ex hæreditatẽ talis, vel, Peto bona, quæ tibi obuenerunt à tali. non facta alia speciali mentione, an procedat.*
22 *Libellus, Peto quicquid Perusii possides, an valeat.*
23 *Libellus in hypothecaria, Peto te condemnari ad relaxandum mihi omnia bona tua, quæ mihi iure pignoris obligasti, sine alia expressione, an procedat.*
24 *Libellus, Peto castrum mihi restitui cum restitutionẽ omnium damnorum mihi illatorum, non facta alia specificatione damnorum, an procedat.*
25 *Libellus, Peto declarari subiectionem mihi deberi ab hominibus talis villæ, et eos mihi condemnari ad præstandũ ea quæ subditi præstare debent domino suo: an procedat.*
26 *Libellus an valeat, si quis simpliciter petat damna sibi illata resarciri.*
27 *Sententia quòd libello conformis esse debeat, an procedat & nume. seq.*
35 *Sententia, licet in libello non sit certitudo rei, an valeat.*
36 *Sententia referens se ad acta, an valeat.*
37 *Sententia si iudex dicat, Pronuntio in omnibus, & per omnia vt pronuntiauit talis iudex in tali causa, an valeat.*
38 *Sententia si iudex se expressè retulerit ad quoddam instrumentum, quod in causa non fuerit productum, an valeat.*
39 *Sententia si iudex dicat, Condemno si est probatum, aliàs absoluo, an valeat. 40.*
41 *Iudex si vrgeatur pronuntiare propter tempus instantiæ, seu tempus statuti, seu legis municipalis, qualiter pronuntiare possit. cum 4. seq.*
45 *Sententia, Condemno te ad restituendas res, quæ tibi obuenerunt, an valeat.*
46 *Sententia, an per incertitudinem temporis vitietur.*
47 *Sententia, Condemno te ad centum, quæ si non solueris intra tempus. mando quòd patiaris talẽ pœnã, an valeat.*
48 *Sententia si arbiter ad soluendum centum intra decem dies aliquem condemnauit, & si non soluerit, eum ad trecenta condemnauit, an valeat.*
49 *Sententia, Condemno Titium in centum, saluo eo quod infrà dicam, an valeat.*
50 *Sentẽtia, quid si in fine apponatur clausula, Saluo semper, & reseruato, quòd si præsens sententia esset in plus, vel minus, quàm requireretur ex forma statutorum, hanc sententiam nostram ad formam statutorum redigimus. an talis clausula aliquid operetur.*
51 *Sententia, pronuntio si, saluo eo, quod infrà dicetur, an valea t. 52.*
53 *Sententia, condemno te in centum, nisi intra centum dies probaueris te soluisse, an valeat.*
54 *Sentẽtiæ super accessorijs quando incertæ proferri possint, an valeant.*
55 *Sententia, Talem reum absoluimus, & victum victori in expensis (omisso verbo, Condemnamus) an sit nulla.*
56 *Sententia, Condemno in expensis, quas iurabit actor, an valeat.*
57 *Interesse in libello an incertum peti possit.*
58 *Interesse an dicatur certum, vel incertum: & qua actione petatur, & qualiter in iudicium deducatur.*
59 *Interesse qualiter probetur.*
60 *Sententia quibus casibus sine scriptis proferri possit.*

§. CVRARE.

ISTE §. ponit practicam, & instruit iudices qualiter debeant ferre sententias. & est cõis ad omnes actiones, non tantùm ad arbitrarias, de quibus loquitur §. proximè præcedens, sed etiam ad non arbitrarias, secũdũ Dy. Io. Fab. & Io. de Plat. hic, & dixi in princ. §. pręceden. & ibi cõtinuaui hunc §. & dixi quare situatus est hic præsens §. Et diuidit̃ in duas partes principales. In prima ponit dictum. In scd̃a dicti extẽsionẽ. Sd̃a ibi: ẽt si de incerta.

1 † Iudex, si potest, debet semper certam ferre sententiam, ẽt si de incerta quantitate actum sit. hoc dicit vsque ad §. si quis
a agens. a Vel sic, secundũ Ang. de Are. & declarationem gl. nostræ primò Iudex debet ferre sententiam certam, etiam super incerta petitione, si modò certitudo sit in eius potestate. hoc dicit usque ad §. si quis agens. & iste §. erit totus solennis.

2 †Notate primò ex hoc tex. ad corticẽ literæ, quòd iudex debet omnino, si potest certam ferre sententiã Concor. l. j. & ff.
3 C. de sen. quæ sine cert. quan. cum multis similib. Circa† quod habetis ponderare tex. hic in uer. debet. quod regulariter im-
b. portat necessitatẽ: b vt per gl. l. sæpe audiui Cæsarẽ, & ibi Bar. & alios. ff. de offi. præsi. & plenissimè per Bar. in repe. l. creditores. in j. col. C. de pig. & Bal. in c. j. apud quẽ, uel quos cõtrouer. feu. determinari dẽt. & gl. ĩ cle. 2. in verbo, debeãt. de sta. mo. legit̃ & no. ĩ c. j. d̃ despõ. impu. & 25. q. j. c. cõfidim⁹. ĩ gl. j.
4 † Item habetis ponderare dictionem Omnimodo, hic in tex. positam, de cuius natura est importare generalitatem, ut omnem casum comprehendat: vt est gl. in l. si cum exceptione. §. quatenus. in uer. omnimodo. & ibi Barto. in 2. colũ. in 1.
5 notab. eã notat ad hoc. ff. quod metus cau. Et sic habetis †. ꝙ iudex adstringitur ferre sententiã certam in omni casu, si potest. Et sentẽtia dicetur certa, siue certa sit per se, siue per relationẽ ad aliud: ut l. ait prætor. §. j. & l. in summa. in princ. ff. de re iudi. & l. 3. C. de senten. quæ sine cer. quan. & ponit hic gl. 2. in uerb. rei. & ibi reseruo opportunius dicendum.
6 † Secundò notate ex hoc tex. ibi: quantum ei possibile est. ꝙ iudex debet certam ferre sententiam, si potest. Ergo à contrario sensu, secundum Ioan. Fab. hic, in 1. col. innuit iste text. quòd si non sit possibile ferre sententiam certam, quòd iudex ferat incertam: & quod valebit talis sent entia incerta: vt l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quant. de hoc uidebimus in glo. nostris, in quibus hoc melius cadit.
7 † Tertiò notate ex vltimis verbis tex. ibi etiam si de incerta quantitate apud eum actum est, hic videri tex. & esse, secũdum Ioan. Fab. hic, in j. col. quòd petitio incerta admittitur. Sed tunc dicetis, nonne in contrarium sunt tex. aperti in l. si in rem. ff. de rei ven. in l. j. §. si quis argentum. ff. deposi. & tex. no. in l. prætor edixit. in prin. & §. quod autem prætor ait. ff. de in iur. & l. in actione. ff. de fur. & cap. 1. 2. & 3. extra de lib. oblat. Præterea ubi petitio esset incerta, non posset reus deliberare an vellet cedere, vel contendere: ergo non admittenda. l. j. in prin. ff. de edendo. Præterea quando petitio est incerta, nulla potest sequi condemnatio: ut l. Pomponius scribit, si frumentum. §. fi. ff. de rei vend. & in l. duo sunt Titij. cum concor. ibi signatis in glo. ff. de testamẽtaria tutela. Ex aduerso quòd imò petitio incerta admittatur, est textus hic, vt prædixi, & in leg. quæ de tota. §. fi. & quod ibi per glo. & doct. ff. de rei vend. & in leg. fin. C. de anna. excep. Pro clara ergo intelligentia huius no. & pro solutione horum contrariorum videamus, an, & qñ petitio incerta admittatur: & hoc multum confert ad intellectum tex. nostri. Ioann. Fab. hic distinguit, & eius distinctionem ponit, & simpliciter sequitur Angelus, quòd interdum obligatio contrahitur ad incertum, interdum ad certum, iuxta l. 2. in princi. & per discursum illius legis totius & l. seq.

l. vbi

l.ubi autem non apparet.& per totam legem.ff.de verb.obli. Primo casu, si sit talis incertitudo, quæ non vitiet obligationem, admittitur petitio incerta iuxta naturam obligationis: vt si promisisti mihi hominem in genere, uel duo alternatiuè uel constituisti mihi vsum in tuo nemore ad omnes meas necessitates: & in multis alijs exemplis per totam dictam leg. ubi autem non apparet.& per glo.hic. & nisi tunc actor ageret secundum naturam obligationis, succumberet:ut infra, proximo.§.versi.huic autem.Sed ubi obligatio continet certum uel res, pro qua agitur, est certa, tunc benè oportet q petitio sit certa.dicta leg.si in rem.cum alijs suprà alleg. Vno tñ casu petitio incerta admittitur, quando certificari nõ potest, l.quæ de tota.§.fin.& quod ibi per gl.& doct.ff.de rei uend. & l. in actione.ff.de fur. hæc procedunt in singularibus actionibus: In uniuersalibus autem, & generalibus res non specificantur. Et hoc vult glo.hic, & fi.& latius in l.j.in prin.ff.de eden.

Hæc est doctrina Ioan.Fab.hic approbata, ut dixi per Ange.de Are.hæc doctrina est uera in se, sed, iudicio meo, nõ est perfecta, sed in multis casib. deficit: vt clarissimè patebit ex fallentijs, quas infrà subijciam. Alia ergo fuit doctrina Bart. quam alij non referunt hic, in l.2.C.de sen.quæ sine cer. quantitate.vbi Barto.post glo.distinguit, quòd quandoque proponitur actio vniuersalis, vt petitio hæreditatis, & actio pro dote. Quandoque proponitur actio generalis, ut tutelæ, pro socio, negotiorum gestorũ: & in istis casibus procedit petitio incerta, & etiam incerta sententia: ut ibi in gl. & latius per glo. in prin.in glo.magn.& ibi Bart.& omnes. ff.de eden.& hic in gl.j.ad finem.& dixi in §.actionum.supra eo.extra glo.in vltimo libello petitionis hæreditatis. Quandoque proponitũ actio singularis.& tunc obligatio aut erat alternatiua, aut simplex Si est alternatiua procedit libellus, & petitio alternatiua, & incerta: ut hoc §.& l.eum qui certarum.in fi.ff.de uerb.oblig. Quod intellige, quãdo electio erat debitoris. Si enim electio esset creditoris: tunc, cùm sit in eius potestate dare libellũ certum, non admitteretur petitio incerta.l.ubi autem non apparet.§.qui illud, aut illud.ff.de verb.oblig. Quandoque obligatio est simplex.& hic est aduertendum, secundum Barto. quia aliquando in libello non potest declarari certa quantitas, sed potest declarari in sententia, ut quãdo petitur interesse: quod stat in æstimatione iudicis: ut l.unica.C.de sen.quæ pro eo, qđ inter.& tunc procedit libellus incertus, vt clarè uidebimus infra in gl.2.in uerbo, rei. & multò magis procederet libellus incertus, quando non posset fieri declaratio nec in petitione, nec etiam in sententia: ut in casu dictæ l.2. C. de sent. quæ sine certa quan.videlicet quando aliquis promisit indemnitatem, quæ cùm pẽdeat ex futuro, nullo modo certificari potest. Ista fuit doctrina Bar.in d.l.2.ad quã, si benè aduertatis, non multum discrepat in effectu à theorica Io.Fab.suprà relata, quãuis sit per alia uerba, & alio ordine. Sed ista theorica Bar. etiã iudicio meo, non est perfecta, & non supplet ad omnes casus, de quibus ego infra dicam in fallentis.

8 † In hoc ergo puncto, an, & quando petitio incerta admittatur: ego sequar ordinẽ Ioã.de Pla.scilicet per regulas, & fallentias, dando uobis plures fallentias: & quamuis ipse simul misceat de libello, & de sententia, an petitio, & sentẽtia incerta ualeãt: ego ponam hic de petitione tantùm: de sentẽtia autẽ posteà de per se ponã inf.in gl.j.ubi melius cadet.circa ergo petitionem, regula est quòd regulariter petitio debet esse certa, & libellus debet esse certus. Hanc regulam fundate ex multis, quæ dixi in princi.huius notabilis.

9 † Hæc regula primò fallit in uniuersalib.actionibus, ut petitione hæreditatis, & actiõe pro dote. Itẽ & in actionibus generalibus, ut negotiorum gestorũ, tutela pro socio, & similibus: quia ĩ istis admittiť petitio generalis, & incerta, nõ facta aliqua rerũ specificatione: ut s.latius dixi: & vult gl.j.hic in fi.

10 † Secundò fallit prædicta regula, vbicũque incertitudo proueniret ex facto aduersarij, ut in obligatione alternatiua, cuius electio spectat ad debitorẽ, iuxta leg.vbi autem non apparet.§.qui illud, aut illud.ff.de uer. obl.& §.si quis agens.uersi.huic aũt. infrà eo.vel qñ esset debitũ in genere, ut hominis, & nondum facta esset declaratio per debitorem, iuxta d.§. si quis agens.in uersi.prætereà si quis generaliter.inf.eo. vel quando reus posset soluere rẽ uel interesse, ut est regulariter in obligationibus rẽ tradi, iuxta l.j.in prin.cũ gl.magna magistra.in uerbo, agitur.ff.de act.emp.& l.stipulationes nõ diuidũtur. in prin.ff.de uerb.oblig.& l.si quis ab alio.§.fin.ff.de re iud. uel qñ esset dubiũ an res extaret, quo casu petitur res, si extat: uel si non extat, petitur eius æstimatio secundũ tamen l. seruũ. §. fin.& ibi Barto.& alios.ff.de uerb.oblig. In istis enim casibus & similibus, ubicunque incertitudo prouenit ex facto aduersarij, semper admittitur petitio in certa.tex.est in leg.j.§.quia c autem.ff.quorum leg.c* & ibi Barto.qui eum multum no. ad hoc.& Barto.in d.l.ubi autem non apparet.§.qui illud, aut illud.& in l.certi condictio.in prin.in 5.col.ff.si cert.pet. & in l.edita in 5.col.uer.secundum genus cumulationis.C.de eden. & in l.stipulationes non diuidunť.in prin.in vlt.q. & ibi Imo. in ult.col.ff.de uerb obli.& multũ notabiliter Bal.in l. 1. in 3. oppo.C.de fur. Accedat tex.in c.cùm cãm.extra de emp.& uẽdi.Imò fortius, & adhuc generalius dixit Inno. & ibi sequuntur doct.in c.2.extra de lib. ob. q gñaliter ex quacunq; causa actor probabiliter dubitat, admittiť libellus incertus: de quo ẽt uidete Inn.& alios in c.ex literis.extra de pig.& propterea dixit ẽt alibi Inn.in c.cõstitutus.extra de in inte. rest.scdm qđ eũ refert hic Ang.q quotiescunque quis probabiliter dubitat siue ex facto alieno, siue ex facto ẽt proprio, qđ plus est, põt eodem libello plures actiones proponere, nec cogitur ex eis vnã eligere, ẽtsi se non cõpatiantur adinuicem: ut in d.c. cõstitutus.extra de in integ.resti.& in c.auditis.extra de pscri. Sin autẽ error eius non sit probabilis, tunc cogitur unã actionem eligere, iuxta l.qđ in hæredẽ.§.eligere.ff.de trib. Et pro hoc ẽt dicit hic Ange.esse bonum tex.in simili in c.j. ver. nisi quando probabiliter.extra de postu.præla.& est in hac materia bona glo.in c.ut quis duas.de elect.in 6.

d d* † Tertiò fallit dicta regula ratione incertitudinis in re
11 petita consistentis, ut quando ageretur ad factum, cum facta sint incerta.d.l.j.vbi autem non apparet.§.qui id quod.de verbo.obliga.& plenè per Bar.in d.l. stipulationes non diuiduntur.in prin.in 8.q.& in d.l.j.in prin.ff.de act.emp. Similiter qñ ageretur vt quis conseruetur idemnis: ut est tex.in d.l.2.& ibi Barto.C.de sent.quæ sine cert.quan.& l.cum eorum.C.de sen. & interlo.om.iudi.& dixi suprà in distinctione Bar.uel quando ageretur ad interesse, ut uidebitis infrà in glo.2.in uer. rei Eodem modo, quando legatarius dubitat in quãtum minuatur legatum suum per Falcidiam: potest enim petere in incerto, quantum sibi licet capere: ut leg.quæ dotata.§.fin.& quod ibi glo.Barto.ff.de rei uend. & ad hanc fallentiam benè facit id, quod dixi in fallentia proximè præcedenti.

12 † Quartò prædicta regula fallit, vbicunque aliquid accessoriẽ petitur: ut quando petuntur fructus vel expẽsæ: nã in eis, procedit talis libellus incertus: Peto talem fundum cum fructi-
e bus pceptis, & percipiẽdis: non specificatis fructibus, e uel eorũ quantitate: eodem modo pro expensis factis, vel fiendis: ut est tex.no.in §.j.inf.de offic.iudic.& in l.cum propria.C.si quis alteri uel sibi. Hoc tamen non est sine scrupulo, & nõ trã sit sine dubitatione. Tetigi in §.omnium.in fi.col. suprà eo. iõ hic non tango.ibi uidete, & ultra remissiones ibi tradtas, uidete Bal.in l.filium, quem habentem.in 17.col. in uersi. ulterius quæriť.C.fa.erc.& in l.3.in 3.col.C.de re iudi. & in l.terminato.C.de fruc.& lit.expen.Inno.in c.fi.in gl.in ver.omnes extra de exces.pla.& in c.significantibus.& ibi per alios.extra de libel.obla.& habetis latẽ per Ioan.Fab.hic: & aliquid etiã per Ioã.de Pla. Et ad hanc fallentiam uidete quæ dicã infrà in illa qõne, an procedat talis petitio: Peto tale castrũ, uel talem villam cum suis iuribus, & pertinentijs, non facta specificatione illorum iurium.

13 † Quintò ego limito prædictã regulã ut non procedat, qñ esset incertitudo, quæ tñ nõ referret: ut quia de ea possit cõstare iudici. Hãc limitationẽ ego colligo ex eo quod uoluit not. Bar.in l.Gallus.in §.si eius.ad fi.ff.de lib.& posth.per illũ tex. q si reperiať casus, in quo certũ sit actionẽ cõpetere, sed dubitatur quæ actio certè eo casu non cogiť actor exprimere actionem, aut unam actionem eligere: sufficit enim liquere iudici quòd ei competat, quod notate, & ibi uidete latius per eum.

14 † Sextò prædicta regula fallit quantum ad interrumpendam præscriptionem: quia admittitur libellus generalis, & incertus quantum ad interrumpendam omnem præscriptionem:

nem,quæ posset sub illa generalitate comprehēdi.tex.est quē dicit Bar.singularem,in l.fina.C.de annali excep. circa quam legem videte ea quæ traduntur in l.edita.C.de eden.& in c.2. extra de libel.obla.

15 † Septimò prædicta regula fallit,& multum signāter, quādo probationes sunt certæ,&specificæ; quia tunc libellus incertus,& generalis concludit ipsi iudici. Istud est quod in terminis,& in specie voluit singulariter Bal.in repe.leg. edita.in repe.Paduana.in 14.col.quod no.Veritas tamen huius notabilis dicti multum pendet ab illa quæstione , an libellus ineptus sustineatur ex apertis probationibus:de quo videte Bal. in d.l.edita.in repe.Padua.in 12.col.post Inn.in c.examinata. extra de iud.& no.Bar.in l.j.versi.fin.C.de pig.act.& in l. j. ff. si mensor fal.mo.dixe.quamuis pauci eam habeant in illo ti. & in l.j.ff.de iurisd.om.iud.& in l.pe.ff.de iusti.& iu.Canonistæ,ut Inno.in d.c.examinata.

f 16 f * † Vltimò prædicta regula declaratur procedere (& notate, quia istud est maximum fundamentum in præsenti materia)vt libellus incertus,& obscurus,& generalis non procedat:uerum est , si opponatur à parte:si autem nō opponatur à à parte,multū bene procederet libellus.Et sic illud, quod dicitur,incerta non deberet admitti:verum est,parte opponente.Ea ergo non opponente non uitiatur processus,si admittatur.leg.fin.& ibi no.glo.j.mag.ad fi.C.de anna. excep.& glo. in l.j.in prin.in glo.mag.ff.de edendo. Et illud ibi firmat Bar. in vlti.col.& ibi dicit esse tex.de hoc in d.l.fin.C.de anna.excep.& expressiorem in d.c.Abbate sanè.de re iudi. in 6.Et est bene verum secundum Ioan.Fab.& Ioan.de Pla.hic,ꝙ quamuis petitio incerta parte non opponente,procedat,tamen debet postea declarari,in quacunque parte iudicij petitum fuerit.d.l.fin.aliàs,secundum eos,non debet iudex pronuntiare: vt in c.cùm Bertoldus.extra de sen.& re iud.& in c. cum dilecta.extra de rescrip.& cap.cum dilectus.extra de ordi.cog.& in cap.dilectus.extra de capel.mona.& per doct. vt Innoc.in cap.certificari.extra de sepul.Addo Bart.in l.si in rem. la j.ad finē.ff.de rei vendi. & vsque ad quantum tempus possit opponi talis exceptio incertitudinis libelli vel obscuritatis, dixi in §.omnium.colum.19.suprà eo.extra glo.in materia libellorū & ibi etiam posui cautelam , qua vti debet reus in opponēda exceptione,vt simpliciter dicat quòd libellus nō procedit,eo quia generalis,& obscurus: non autem debet petere declarari libellum:quia hoc modo instrueret actorem:vt ibi latius dixi : ibi videatis.

17 † Ad vnum tamen singulariter aduertite, quod ibi non tetigi quòd illud quod statim dixi, libellum incertum generalē, & obscurum procedere reo non opponente : illud est verum in causis ciuilibus:secus tñ in criminalibus.Vnde si dicerem, Accuso Titium de omnibus maleficijs,quæ commisit:nō procederet accusatio,etiam parte nō opponente, per l.libellorū. in prin.iuncto ver. quod si libelli.& quod ibi Bar.de accu. Ita dixit multum signanter Bal.in l.j.in 13.col.C.de confessis.De quo etiam per eundem Bal.in addi.ad Specu.in titu.de sentē. in 20.col.& per Ang.in repetitione.l.si vacantia.in 5. char. C. de bonis vacan.lib.10.

18 † Vltra suprà scriptas octo fallentias,si vultis plura alia videre circa hoc quomodo isti libelli incerti,& generales procedant g,videte multa per Inno.& alios in c. certificari. extra de sepul.& in c.cum dilectus.extra de ordi.cogni.& in c. con querente.extra de offi.ordi.& in c.cum ad sedem. extra de resti.spol.& in cap.2.extra de libel. obl. & ibi plenè per dominum Ant.de But.per Bart.in l.rei appellatione.ff. de uerb.sig. & in l.j.in princ.ff.de edendo.& in rub.ff.sol.mat.in fin. & in alijs locis,quos inf.statim allegabo,& per Bal.& Ang. in leg. edita.C.de edendo.& maximè ibi Bal. in repetitione Paduana,in 20.21.& 22.col.& per Ang.in l.fi.C.de annali excep.

g

Vltra ista volo omnino tangere aliquas utiles quæstiunculas,quæ hic ponunt per doctores,maximè per Io.Fab. & Ioā. de Pla.in quib.ut plurimū procedam per conclusiones,& ve-
19 ras remissiones.In primis ergo dubitat Io.Fab. hic, † quid si aliquis petat castrū cū suis iurib.& pertinentijs: nūquid procedat talis libellus absque aliqua specificatione , an vero debeat illa iura,& alias pertinentias specificare. Ista est antiqua quæstio , in qua determinat Ioann. Fab. quòd non requiratur alia specificatio : quia ista petuntur tanquam accessoria non debent necessario in libello specificari : ut capitul. cum uenerabilis.extra de exce.& in c.cum ad sedē. extra de resti. spolia.& dixi suprà in 4.fallen. Et ita etiā simpliciter tenet Io. de Pla.hic,in 2.col.referens idē tenere Inn.in d.c.cū ad sedē. Et pro hac decisione vltra eos ēt bene faceret:quia in istis uniuersalib.procedit libellus incertus absque specificatione , ut dixi suprà in j.fallen.Hanc decisionē reprehendit Ang.hic,& dicit ꝙ videtur sibi contra tex.in l.3.§.armamenta.ff.de rei vēdi.ubi dicitur ꝙ scapha,quæ est accessoriū ad nauē separatim venit uendicanda,& de per se , & etiā singulariter armamēta nauis:& non in uniuerso sunt uendicandi . Et per illum text. no.dicit tibi Bar.ꝙ non procedit libellus, Peto domum cum singulis massaritijs:sed debent specialiter exprimi , ut ibi . Et cum Barto.simpliciter ibi transit Ange.& Lud. Ro.in leg. j.in princ.ff.de edendo.Quid tenendū?Ego teneo cū decisione Io. Fab.& aliorū supra relata cōtra Ang.hic,& ultra supra adducta addo Bal.idē tenentē in d.l.edita.in repe. Perusina. in 18. col.ubi formaliter dicit.Nota pro libello,ꝙ ea,quæ generaliter ueniunt pro actione,vel accessoriè,sufficit generaliter peti in libello:vt,Peto rē cū pertinētijs:ſm Inno.in d.c.cū ad sedem.& gl.in l.rei appellatio.ff.de uerb.sig. & idē ēt tenet idē Bal.in d.l.edita.in repeti.Paduana in 20. col. ibi tñ videtur limitare,vt procedat iste libellus,Peto castrū cū pertinētijs: qñ pertinentiæ sunt notoriæ,per l.cum pater.§.uicos.ff. de legatis secundo.Aliter secundum eundem, circa pertinentias debet declarari iuxta no.in l.forma.ff.de censi.& Inno.in d.c.cū ad sedē.Et ꝙ in his,quæ petuntur per quandā cōsequentiam, vel incidēter,nō requirat specificatio,tenet ēt Bar.in l.in prin. in 2.col.ad fin.ff.de eden.Non obstat modò tex. in d.§.armamenta.ubi secundū Ang.scapha quæ est accessoria ad nauē,separatim tñ est uendicāda,quia errat Ang.de Are.ꝙ scapha sit accessoria ad nauē:vt est tex.in l.fi.de fundo instruct.ubi legata naui,nō uenit scapha,quæ ueniret, si accessoria esset . Non obstat illud,qđ dicitur de armamentis nauis:quia possum respondere prout respondet Io.Fab.hic,in 4.col. quòd res, quæ per se principaliter repetitur,est specialiter designāda , prout erāt ibi armamenta nauis,quæ ꝑ se principaliter petebantur: quāuis Bar.ibi in suo summario velit contrariū.Secus aūt si aliquid uenit accessoriè,ut in terminis nostris & maximè quan-
h do sunt accessoria vniuersalis petitionis. h Non obstat decisio Bar.in d.§.armamēta.quia illa est ambigua,& multi tenēt contrariū:ut per Imo.& Pau.de Cast.in l.summa.in prin.ff.de re iud.& Ang.in l.si rē.ad fi.ff.de re.uen.& Pau. de Cast.in l.đ pup.§.qui nuntiat.ff.de ope.noui nūtia.& ꝑ docto.in c. 2.post gl.ibi:extra de libel.obla.Ad ista etiā uidete quæ decidit Bar. in l.Titia cum test.§.j.per illum tex.ff.de legatis secundo.

20 † An procedat libellus,Peto talem uillā,& an procedat libellus si dicam:Peto quod possides in tali uilla:, nō facta alia
i specificatione.De quo etiam per Ang.i in l.prima.in princi.ff. de eden.per do.Ant.de But.& Ioan.de Imo.in dicto cap.secū do.extra de lib.oblatio.Specu.in tit.de actio. & petitio. §.sequitur.versic.quid si peto.in titulo de libel.concep.§.nunc dicendum.uer.iuxta.Et habetis etiam per Ioan.Fab.hic,in 4.co
21 lum.& Ioan.de Pla.in 7.col.& hic etiam per eos.† an procedat talis libellus : Peto quicquid id ibi obuenit ex hæreditate talis.Vel,peto bona quę tibi obuenerunt à tali: non facta alia speciali mentione.De quo etiam per Inno.in c.significātibus. extra de libel.oblatio.

22 † Et an ualeat talis libellus:Peto quicquid Purusij possides ponit Bal.in repe.Paduana in 20.col.in d.l.edita.& Bar. ī l.rei
23 appellatione.ff.de uerb.sig.† Et an procedat libellus in hypothecaria:Peto te cōdēnari ad relaxādū mihi oīa bona tua , q̄ mihi iure pignoris obligasti, sine alia expressione:habes hic per Ioann.Fab.in 5.colum.& Ioan.de Plat.in 7.colum. tenentes quòd sic: potissimum per tex.in leg.j.C.communia.de lega.ubi pro uniuersali fideicommisso procedit libellus.

24 † An autē ꝓcedat talis libellus, Peto castrū mihi restitui cū restitutiōe oīum dānorū mihi illatorū: nō facta alia specificatione dānorū:dicite ꝙ sic ſcđm gl.in uer.ī modū exceptionis. & doc.ī c.2.extra đ ord.cog.& Spe.ī ti.de libel.cōce.§.nūc dicēdū.uersi.itē peto mihi iustitiā fieri.& Io.de Pla.hic in 6.col.

25 † An autem procedat libellus talis : Peto declarari subiectio-

ctionem & obedientiam mihi deberi ab hominibus talis villæ vel talis castri:& eos mihi condemnari ad præstãdum ea, quæ subditi præstare debent dño suo, absque alia specifica declaratione: ponit hic Ioan.Fab.in 2.column.in ver. sed si quis petat subiectionem.& in 5.colum.in versi.sed si quis petat obedientiam. De quo etiam per Bal.in repeti.Paduana in 20.columna, vbi ponit, si dico aliquem mihi subiectum, an teneat specificare capitula subiectionis. Et an executio instrumenti generaliter petita in libello, procedat: videte Bald.in l.age.C.
26 de transact.& in l.fi. C. de annal. excep. † Et an valeat libellus, si quis simpliciter petat damna sibi illata resarciri: ponit Bal.in l.j.in 2.col.C.de sen.quæ pro eo, quod interest, proferũtur.& dixi statim suprà. Et an valeat libellus hoc modo simpliciter formatus: Peto mihi dari legitimam meam: non facta declaratione quãta sit: ponit Bal.in l. si quis in suo princi. in 3.no.per illũ tex.C.de inofficio.testamen.Et ista sufficiant.
27 † Quartò principaliter, & ultimò notate ex hoc text.in fin. quòd quamuis sit actum coram iudice de incerta quantitate: quòd tamen iudex debet certam ferre sentẽtiam. Et sic no. ex hoc Ange.hic, quòd erit casus, in quo sententia non erit conformis libello contra omnia iura, quæ clamant sententiã debere esse cõformem libello: vt l.ut fundus.ff.communi diuid.& l.fin.C.de fideic.lib.Sed audite, iudicio meo, non est uerũ id quod dicit Ang.de Are.quod hic in tex.nostro sententia nõ sit conofrmis libello: quamuis enim actum sit ad incertã quãtitatem, & iudex certã declaret, per hoc sententia nõ dicitur esse difformis libello. Nam si actor petat simpliciter interesse, & sic agat ad incertam quantitatem, & iudex declaret certã quantitatem, per hoc sententia non erit difformis libello, sed cõformis: quoniam (vt vulgò dicimus) qui declarat, nihil dat, iuxta l.hæredes palam.§.si quid post.ff.de testa.Bene sententia diceretur difformis, quando iudex condẽnaret in aliquo, quod esset diuersum à petitione: sed hic condemnaret in eadẽ, istud declarando: ergo liquet ꝙ sentẽtia nõ est difformis.

Pro clariori tamen intelligentia huius notabilis & suprà di-
28 ctorum, reassumo in dubium, † an sententia debeat esse conformis libello: k in hoc procedam per regulam, & fallentias. Facite ergo regulam, quod regulariter sententia debeat esse conformis libello.d.l.vt fundus.ff.communi diui.& d. l. fi.C. de fideicom.lib.ubi dicit tex.quòd stultus est iudex, qui in aliud condemnat, quàm fuerit ab eo petitum.
29 † Ista regula secundum Ange. l * hic procedit in inferioribus à Papa, vel principe: secus autem esset in illis, videlicet Papa, & principe: quia illi bene possunt ferre sententiam non cõformem libello. Allegat Arch.in c.2.de restitu.spol. in 6. Ego addo singulariter Barto. qui istud idem in terminis tenet in l. Aemilius.in princ.in vlt.col.ff.de mino.
30 † Secundò secundum Ange. hic, ista regula procedit in ciuilibus, in quibus fit cõclusio contra partem. Secus est in causis criminalibus: quia in eis non fit necessaria conclusio; pro ut latè dixi in §.omniũ.suprà eo.extra glo.in materia libellorũ, quinimo licet concluderetur in criminali, tamen nõ obstãte tali conclusione, iudici datur liberũ arbitrium plus & minus condemnandi, cognita qualitate delicti, & personarũ. Ita dixit Bart.in l.quid ergo.in §.pœna grauior.in 3. col. ver.venio ad tertiam gl.ff.de his, qui no.infa.& expressius, & notabilius Bald.vbi latè videte in l.& si seuerior.in 3.col.in 3. & 4. oppo.C.de his, qui no.infa.& sic ualebit sententia, licet non sit conformis libello accusatorio. De quo etiam videte Flor. in d.l.vt fundus.ff.communi diui. sed iudicio meo, licet ista fallentia sit vera in se, tamen non est propriè fallentia ad regulam suprà scriptam, vt aliud sit in criminalibus, quàm in ciuilibus: in hoc, imò ẽt in ciuilibus, iudex põt aliter cõdẽnare, q̃ petitum fuerit, ut infrà dicã in 4.fallen.Plus enim quàm ridiculum foret, dicere quòd in ciuilib. causis iudex semper deberet condemnare prout petitum est in conclusione: quia sic semp bonũ esset petere magnas summas: qđ est fatuũ dicere.
31 † Tertiò, secundum Ang.de Are. prædicta regula limitatur vt procedat in sententia diffinitiua, & condemnatoria: secus autem est in sententia interlocutoria, quæ fertur super emergentibus. Item & in condemnando iudex potest modificare libellum. Tex.est in l.cum is, qui legatum.ff.de petitio.hæred. Ita formaliter dicit Bal.in l.fin.in 1.colum.in 2.oppo.C.de fideicom.libe.Et ꝙ super incidenti, vel emergenti valeat sentẽtia non conformis libello, tenuit idẽ Bal.in l. & si seuerior. C. de his, qui no.infa.facit l.ædiles.§.itẽ sciendũ.ff.de edil.edict.
32 † Quartò prædictam regulam declarat Bald.in d.l.fi.j. col. C.de fideicom.lib.vt illud, quod dicitur, sententiam debere esse conformem libello, procedat quãtum ad causas petitas, & res adductas, non autem quantum ad conclusionem. Nam & contra & præter conclusionem libelli iudex debet sequi acta, & probata, in quibus stat substantia decisionis causæ, vt l.per hanc.C.de appel.& l.scio.ff. de appel.Et hoc liquet: quia in libello concluditur ad condemnationem, & plerunque fertùr absolutoria.Et hoc idem voluit Bald.in leg. 2. circa princip.C.de senten.ex peric.reci.Et ex istis verbis Bal.habetis diligenter notare, super qua parte libelli sententia debeat esse conformis libello. Circa quod videte omnino eundem Bald. in l.j.in 2.colum.C.si plures una sententia, vbi dicit quòd sententia debet esse conformis libello in tribus, in re, in causa, & in actione: vt ibi per eum. Vbi etiam ponit an sentẽtia debeat esse conformis libello in concomitantijs, ut puta loco, & tempore: eum videte ibi.
33 † Quinto ego limito notabiliter prædictam regulam ex eo quod notabiliter Bal.in l.penul.C.de sent.quæ sine cer. quan. ubi voluit quòd licèt sententia feratur super non petitis, si tñ sunt de natura petitorum, vel correlatiua, uel correspondentia, & ex eodem fonte, quòd sufficit.
34 † Plerasq; alias limitationes ad prædictam regulam potestis colligere ex uerbis Bal.in d.l.fin.C.de fideicom. lib. & ex verbis Bal.in d.l.& si seuerior.in 3.col.& 4.oppo. vsque ad fi. illarum duarum oppo.C.de his, qui no. infam. Et per ista remaneant expedita textualia.

Glo.in uerbo possibile. diuiditur in duas partes principales. In prima declarat tex.in genere. In secunda in specie. Secũda ibi: quid enim si homo in genere promissus. Illa secunda potest subdiuidi in tot particulas, quot exempla in specie ponuntur ad hunc text. Partes patent.

In eadem glos.ibi: aut damnum emendari uel seruum pro noxa dari. Istud exemplum reprehenditur per omnes hic: vt Ioan.Fab.in 6.col.& Ioan.de Pla.in pe.col.& Nic. in apostil. tex.& etiam in j.opp.glo.Et contrarium tenuit, & melius gl. inf.de offi.iud.in prin.in gl.fi.super uerbo, aut noxã.quia imò in causa noxali nedum iudex potest imò debet certam sentẽtiam ferre: quia debet solum condemnare ad emẽdationem damni, cùm solum damnum sit in obligatione, & illud solũ peti debeat, vt dixi in §.proximè præcedenti extra glo.in vltimo libello in actione noxali. Datio autem serui pro noxa non est in obligatione: per consequens etiam esse non debet in iudicis condemnatione: sed est in soluendi facultate quantumcunque iudicati conueniatur: ut l.miles.§.j.ff.de re iudi. & sic sola damni dati emendatio peti debet, non autem alternatiuè: vt dicit glos.nostra & malè, emendatio damni, aut seruus pro noxa: & consequenter etiam certa sententia super sola damni emendatione ferre debebit.

In fi.glo.notate glo.quæ ponit formam libelli, & sentẽtiæ in petitione hæreditatis, de quo latissimè dixi in §. actionum suprà eod.extra glo. in vltimo libello petitionis hæreditatis, quamuis ibi non fecerim mentionem de hac glo.

Gl.in uerbo, vel rei, diuiditur in tres partes princ. In prima declarat tex.In secũda illum limitat vno modo.In tertia alio. Secunda ibi: & hoc si certum petitum est. Tertia ibi: sinautem incertum, & certificari po.
35 † In ead.gl.ibi: vt.C.de sen.q̃ sine cert.quan.profe.l.hęc sententia. habetis ex hac gl.multũ signãter notare, ꝙ quãuis in libello nõ sit certitudo rei, uel quãtitatis petitæ, eodẽ mõ nec ĩ sñia. Si tñ ex al qua parte actorum certitudo apparet, illud sufficit ad hoc ut sñia valeat, ẽt (qđ est mirabilius) si ad illa acta nõ sit facta relatio. Ita sẽtit gl. hic, si inspiciat. Et ex hoc potestis corollariè notare ꝙ in dubio sentẽtia refertur ad acta.
36 † Pro clara tamẽ intelligẽtia, & ueritate huius gl. faciamus aliquos casus per uiã distinctionis. Aliqñ enim iudex in sentẽtia se refert expressè ad aliqua acta, & in illis actis, ad quæ refertur sñia, reperitur certa quantitas: & iste casus est indubitatus, ꝙ sententia valet non habita distinctione, ad quæ acta sit facta relatio. Aliquãdo iudex se refert ad acta, ĩ quib. nõ re

petitur certa quantitas:& iste casus est etiam indubitabilis ꝙ
sententia non valet.d.l. hæc sentẽtia.Et est ratio in promptu:
qa qñ non apparet de certa quantitate,nec in sentẽtia, nec in
actis,ad quæ refertur sententia.tunc iudex dicitur pronuntia-
re de eo,quod sibi non liquet,& sic sine cognitione: ergo per
consequens nõ valet sententia.l.prolatam.& quod ibi Bart.&
doct.C.de sen.interlo.om.iud.Aliquãdo,& tertiò, iudex sim-
pliciter fert sententiã,& non refert se ad acta: vt quia simpli-
citer dicit:Condemno te ad id,quod debes: & tunc est ma-
gnum dubium an valeat talis sententia. Et in in hoc puncto
gl.variarunt. Gl.in l.hæc sententia.la j.in ver.solue.C.de sent.
quæ sine cer.quan.tenuit quòd talis sententia non valeat, etiã
si in actis certa quantitas contineatur:per l. quid tamen.§.Põ
ponius.ff.de arbi.Et pro hac opi. potest adduci fundamentũ,
quod facit Ioan.Fab.hic,in 6.col.Nã acta, & attestationes vt
plurimũ sunt dubiæ:& ratione incertitudinis debet sententia
vitiari.Contrariam sententiã,ꝙ imò talis sententia,valeat te-
nuit gl.in d.§.Põponius.& idem ẽt tenuit gl.nostra hìc.Et pro
hac parte bene facit tex.in c. cùm venerabilis. extra de exce.
& ibi Inno.tenet hanc partem, secundũ quod refertur per Io.
Fab.& Io.de Pla.hic,Bar.autem in l.ait prætor.§.i.ff. de re iu-
di.& in d.l.3.C.de sen.quæ sine cer.quan.concor.has gl.no.di
stinguendo,quòd aut certa quantitas reperitur in actis proba
torijs,& fidem facientibus,vt in instrumentis,in confessioni-
bus,in dictis testiũ:& tũc sentẽtia valeat,& videatur condem
natus in his quæ continentur in illis actis. Et ita procedat gl.
in d.§.Pomponius.& gl.nost.hic. Si verò non cõtineretur cer
tà quantitas in actis probatorijs, sed assessorijs, vt in libello
vel positionibus:& tunc sententia esset nulla: quia non appa-
ret certa quantitas.Et ita loquitur glo.in d.l.3. Et quod gl.no-
stra loquatur in terminis primi membri Bar.apparet: quia ꝓ-
supponit ꝙ incertitudo erat in petitione.& etiam in sentẽtia:
sed in alia parte actorum certitudo apparebat.ergo gl.nostra
propriè loquitur in terminis Bar.quando certa quantitas cõ-
tinebatur non in actis assertorijs, vt in petitione, sed in alijs
actis.Et in istis terminis,quando fit relatio ad actus probato-
rios,cessat fundamentum Ioan.Fab.suprà relatum:quia tunc
benè fit relatio ad id,quod est certum. Et cum ista distinctio-
ne tenet etiam Bald.& Imo.in dict.l.ait prætor.§.j.& Bal. An-
ge.Salic.& Floria.in dicta l.3.C.de senten.quæ sine cer.quan.
Et ista est mera veritas:quamuis Raph.Cuma.in dicta leg.ait
prætor.§.j.studio potius contradicendi, quàm ꝙ aliter se ha-
bere veritatem cognosceret,contradicat Bar.& eius opin.di-
cit hic Ang.veriorem,quamuis postea subijciat ꝙ in practica
seruaretur opi.Bar.& etiam tenet do.Anto.de Butri. in c.cùm
venerabilis.extra de exce.de quò etiam videte Ioan.de Imol.
in l.in summa.in j.colum.ff.de re iudic.& in capi. illa. in fine.
ex tra de accu.

Iuxta suprà dicta Ange.hic format aliquas succedaneas q̃-
stiones,in quibus ego procedam conclusiuè,& per remissio-
37 nes:quia satis erit.Quærit ergo in primis:† quid si iudex dixit
in sententia,Pronuntio in omnibus, & per omnia vt pronun
tiauit talis iudex in tali causa:an valebit talis sententia? Com
munis opi.se habet quòd non:quia hic non fit certificatio per
relationem ad acta eiusdem instantiæ.Et ita tenuit Spec. in ti.
de sen.§.qualiter.versi.sed si iudex. & ibi etiam sequitur Ioã.
And.in addi.& sequuntur Ange.& Imo.in l. si conuenerit. ff.
de re iudic.& Ange.hic.

38 † Quid autem si iudex in sententia se expresè retulerit ad
quoddam instrumentum,quod non fuerit in causa productũ:
an sententia valeat,vide Bald.& Salic.tenentes quòd sic,in di
cta leg.3.C.de sent.quæ sine cert.quan. quos reprehendit An-
m ge. m hic:& vltra eum uidete omnino Ioann.Andr. in addi.
Specu.in tit.de senten.prola.§.qualiter.versi.quid si iudex.do
minum Anto.de Butri.in c.cùm venerabilis.extra de reli. do-
mi.& per eundem in c.cum venerabilis.extra de excep.& per
Inno.ibi:& Bal.in l.j.in fin.C.de senten.experi.rec.

39 Quærit successiuè Angelus de Are.hic,† quid si dixit in sen
tentia,Condemno,si est probatum:aliàs absoluo:an valeat ta
lis sententia? Cõmuniter tenetur ꝙ sic, dũmodo adijciatur a-
liàs absoluo.secus simpliciter esset dictum, Si est probatum:
quia cùm exponatur.Si, id est,quatenus est probatum,vt l.Sti
chũ qui meus erit. in prin.& quod ibi Bar.& alij.ff.de leg.pri
mo sequeretur quòd si esset pro parte probatum,& pro parte
non,quòd esset condemnatus in partem tãtùm, & in alia par
te nihil esset iudicatum:vnde non valeret sentẽtia:vt l. in hoc
iudicio.ff.fami.erciscun.latè Bal.in l.j.C.si aduer.rem iudi. Et
ita latè per multa tenet Bart.in d.l.ait prætor.§.j.& doctor. in
d.l.3.C.de senten.quæ sine cer.quanti.& Ange.hic.

Et circa hoc uidete in simili Barto.& Bald.in l.cum iudex.
40 C.de senten.& interlo.om.iudi. vbi quærunt,† an valeat talis
sententia,si iudex dicat hoc modo: Condemno reum actori,
si probauerit intentionem suam: & sic per verbũ futuri tem-
poris probauerit.De quo etiam videte Spec.in titu.de senten.
§.j.versi.quid etiam Ange.& Imo.in l.qui Romæ.§.Augerius.
& Pau.de Cast.in l.continuus.in prin.ff.de uerborum obliga-
tionib.& dicit Barto.in dicta l.ait prætor.§.j. quod huiusmo-
di sententijs,& hac cautela taliter pronuntiandi,solent vti iu-
dices, quando vident quod tempus instantiæ eis labitur, vel
quando sunt iudices imperiti,& crassi, & non intelligunt,an
sit probatum,& nesciunt quomodo debeant ferre sentẽtiam,
Bald.alibi in l.cùm iudex.C.de senten.& interlocu.omniũ iu-
41 dic.dicit quod † quando iudex nõ potuit examinare acta cau
sæ propter temporis breuitatem,cautela est quod pronuntiet
hoc modo:Absoluo reum si apparet ex probationibus factis,
eum esse absoluendum:& condemno si apparet condemnan
dum, & ualebit talis sententia. Et eodem modo dicit Bald.
42 † quod si iudex ex forma statuti adstringitur ad pronuntian
dum certa die secundum consilium sapientis,& sapiens non-
dum tradiderit consilium, poterit pronuntiare hoc modo:
Pronuntio secundum consilium ferendum.

n n Subdit etiam no.Bal.quod in perplexis excusatur iudex,si
non pronũtiat clarè,sed dimittit sub dubio actorũ. Alibi di-
cit Bald.in l.peremptorias.in 4.col.ver.quæro iudex tulit sen-
43 tentiam. C. de senten. rescin. non poss. † quod si vrgeatur iu-
dex pronuntiare propter tempus instantiæ,seu tempus statuti
seu legis municipalis, Condemno in centum, reseruata tibi
exceptione solutionis.De quo videte ibi latius per eum.& eũ
dem de materia in l.idem Pomponius scribit,si de meis.§.j.ff.
de arbi.& in addi.ad Specul.in titu.de senten.in 4.colum. &
etiam in 7.colum.

44 † Aliam notabilem cautelam dat Inno.in c.j. de confirma.
vtil. vel inutil.quã refert,& sequitur Ang.in d.l. ait prætor.§.
ꝙ iudex absoluat partes ab obseruatione iudicii. & adiiciat
in sententia causam:quia sibi de causa non liquet.leg. prope-
randũ.§.& si quidã.C.de iud.Et ista cautela est magis in com
muni obseruatione.Ad ista videte no.Bal.in l.j.in pen. col.se-
cundũ bonas lec.C.qui accusa.non pos.vbi notabiliter ponit,
qñ opponitur exceptio falsi contra testes, & iudex non habet
plus de termino,quòd dẽt pronũtiare:saluo,&c.vt ibi per eũ.
Ad ista etiam videte Bal.in l.ab eo.in pen.col. C.quomodo &
quando iudex. ubi ponit de iudice dubitante propter varias
probationes hincinde, & statutum municipale cogit eũ pro
nunciare:quid debeat tũc iudex facere. Et videte etiam Bald.
in Auth.sed si quis.C.de secun.nup.& omnino Ang.in l.iudex
posteaquam.ff.de re iud.Videatis etiam Bal. in l. si ideo iuxta
princ.per illum tex.C.de his quib.vt indig.ubi ponit, an excu
sent iudices, qui nõ potuerũt ferre sñiam intra tẽpus statuti.

45 † Nunquid autem valeat ista sententia:Condemno te ad re
stituendas res,quæ tibi obuenerunt:tenuit quòd non.in ca.si-
gnificantibus.de libel.obla.& sequuntur Bald.& Ang.in l.fin.
in penul.col.C.de anna exceptio.

46 † Et an incertitudo temporis uitiet sententiam:o puta si iu-
o dex dicit:Relego te ad tempus: & non dixit ad quantum,tex.
est no.quod non vitiatur sententia,in l. sine præfinito tempo-
re.ff.de pœnis.& ibi est tex. sing. & mirabilis, quòd dicendo
simpliciter,ad tempus,intelligitur eum relegasse ad decẽniũ.
Et dicit ibi Bar.quod illa est notabilis, & singularis lex, & ꝙ
fortè non reperietis sibi concordantem. Et quod ille tex. non
sit alibi,tenet etiam Bal.in l.j.C.de postul.

47 † Quid autem sit in sententijs criminalibus,quando pœna
personalis ponitur in conditione,si fuerit soluta pœna pecu-
niaria:ut quia iudex dicat,Cõdemno te ad centum, quæ si nõ
solueris intra tantum tempus,mando quod patiaris talẽ pœ
nã:an valeat talis sñia? Bal. tenet qđ sic:dicẽs ꝙ ita practicat.
ĩ l.cũ iudex.ad fi.p gl.no.ibi.C.de senten.& interlo. om. iudi.
& idem

& idem tenet Bal.in l.3.in penul.col.C.de insa.De quo etiam per Ang.& ibi latè Imo.in l.2.C.de publ.iudi.quãuis in contrarium faciat,quod uolunt Barto.& Bald.in leg.prima.C.de fisca.vsur.lib.10.argument.illius legis, cum gl. ubi dicunt illum tex.facere contra rectores ciuitatum, qui in eorũ sententijs condemnatoris iubent solui intra decem dies ad pœnam quadrupli,ut talis adiectio pœnæ non valeat. Vide tamen qđ posteà ibi subdit Bar.& Ange.in l.nemo carcerem.circa prin. C.de exact.trib.lib.10.Videte etiam quod dixit no. Bart. in l. quid tamen.§.item si arbiter.per illum tex.ff.de arb.ubi dicit

48 se aliàs dixisse in quæstione de facto, † ꝙ si arbiter condemnauit aliquem ad soluendum centum intra decem dies, & si intra decem dies non solueret, eum condẽnauit ad trecenta: ꝙ talis sñia nõ ualet,quò ad illa trecenta.Eodẽ modo,ſm Barto.si dicat:Si nõ dederit hinc ad mẽsem, quòd soluat tantum nomine alimentorum,quod etiam non ualet.

49 † Quærit etiam Ang.de Are.hic, quid si iudex dicat: Condemno Titium in centum,saluo eo, ꝙ infrà dicam: nunquid talis sententia valeat?Et refert Bar.in dicta l.iudex posteaquã ff.de re iudic. videri uelle ꝙ nihil ualeat talis reseruatio facta post verbum,Condemno:quoniam dicendo,Cõdemnamus, vel absoluimus,statim est functus officio suo.d.l.iudex postea quàm.ideo non potest postea aliquam reseruationem sibi facere:quia illam sibi faceret ut priuatus, non ut iudex. Ex quo infert Bart.contra id,quod communiter faciũt assessores, qui in eorum sententijs dicunt in fine: Saluo semper, & reseruato

50 † ꝙ si præsens sententia esset in plus,uel minus, quàm requireretur ex forma statutorum, & hanc sententiam nostrã ad formam statutorum redigimus,quòd talis clausula nihil operatur.Est uerum quòd Aug. hic tenet contra Bar. quòd imò talis reseruatio aliquid operetur,& valeat. Allegat ad hoc in terminis glo.valde no.in l.item Labeo.§.primo.in glo.parua. in

51 ver.purè.ff.fami.erc.† quæ vult sententiam tenere, si iudex dicat,Pronuntio sic saluo tamen eo,quod infrà dicetur.De hoc puncto videte Imo.latissimè distinguentem in d.l.iudex postea quàm.ad cuius distinctionem me remitto:& eam formaliter refert,& sequitur Ang.de Are.hic, de quo videte per Bar. in l.moris.§.fin.ff.de pœn.& Bal.in leg.3.in penult.col. C. de infa.& in l.si quis filio exhæredato.§.fin.de iniust.rup.& in l. non dubium.C.de legi.& no.in l.terminato.in j.columna. C. de fruct.& lit.expen.& in l.certa.in fin.C.quando prouo.non est necess.& in l.quid ergo.§.pœna grauior. in penul. colum. ff.de infa.& Sali.in l.ea quidem.in 3. col. ubi tenet cum Bart. C.de accus.Ad ista etiam videte quod no.Bal.in Authen.inter

52 dicimus.in fin.C.de epis.& cle. vbi ponit † si iudex aliquem condemnauit ad certam pœnam ratione certi delicti, an possit reseruare potestatem minuendi illam in pœnam suo arbitrio.Accedant etiam quæ traduntur per Bar.& alios post glo. ibi in l.terminato.C.de fruct.& lit.expen.de reseruatione petitionis expensarum:item de earum texatione (de quo etiam per ipsum Barto.in l.Paulus.la j.ff.de re iud.& Bald. in Auth. generaliter.in 6.colum.C.de epis.& cle.) Et an condemnationem reseruationis fructuum possit iudex facere, ponit Bald. in l.terminato.in j.col.C.de fruct.& lit.expen.

53 † Vltimò pro nunc dubitatur, nunquid ualeat talis sententia, Condemno te in centum, nisi intra centum dies probaueris te soluisse. Specul.& Ioann.An.in titul.de senten.§.species. uer. quid si iudex præcepit. tenet singulariter quòd sic: quamuis, secundum eos, tutius sit illud tempus expectare: per c.suborta.extra de re iudi.

Supra dicta omnia procedunt in sententijs ferendis super

54 principali.† Quid autem in sententijs ferendis super accessorio,an possint incertæ proferri?Ioan.Fab.in penul. col. refert doct. iuris Canonici tenere quòd valeat sententia incerta super accessorijs,reseruata sibi taxatione,& declaratione.Et di-

p cit quòd istud sequuntur,& obseruant omnes curiæ.p * & præterea,secundum eum,iudex potest cõdemnare in fructibus, & expensis,reseruata taxatione, & eodem modo in damnis, & interesse:& in quibuscunque casibus, ubi aliqua accessoriè petuntur. Et hoc dicunt esse expressum in cap. inter dilectos. extra de dona.& in capi.ex insinuatione.extra de procu. & in l.cum propria.in fin.C.si quis alte.vel sibi. quamuis, secundũ eum,securius esset condemnare in certa summa,uel quantitate,negotio prius examinato, sicut & leges ciuiles uidenť velle in expensis,quæ primò debent taxari, & postea iurari,& postea condemnari.§.oportet.in Authentica.de iudi. Ego addo Bart.in l.terminato.ver.venio ad quæstiones.C.de fruct.& lit. expen. ubi singul. & fortius voluit valere sententiam condemnationis expensarum incertam, etiam sine reseruationis taxationis,quamuis dicat communem esse practicam quòd reseruet sibi taxationem.& ibidem sequitur Bald.qui vult hoc esse uerum in omnibus accessorjs.De quo etiam videte Imo.in c. finem litibus,extra de dol.& contu.Et Bal.in addi.Spec.in tit. de senten.prola.in 13.col.& Ang.in l.si homo.ff.de iud.

55 † Vltimò,ut nihil omittatur,tangit hic Angel. quid si iudex dicat in sententia hoc modo:Talem reum absoluimus, & uictum uictori in expensis, (omisso uerbo, Condemnamus) an talis sententia sit nulla?Barto.in l.præses.C.de senten. & inter loc.omni.iud.tenuit quòd sit nulla, nec suppleatur uerbum, Cõdemnamus,omissum:motus per aliqua, de quibus ibi per eum.Et idem tenent Bal.& Ange.in leg. j.§.fin autem.per illũ text.ff.de hæredi.insti.Lud.Rom.in l.j.ff.de re iud. & Inno. in c.quoniam contra falsam. extra de prob. Contrarium tenuit Bald.sibimet contrarius in l.errore.C.de testa. quem sequitur ibi Paul.de Cast.alleg.etiam Barto.sibi contrarium in d.l.j. §. sinautem.ff. de hære. insti. Sed certè prout etiam dicebat hic Ange.de Are.& benè,Barto. potest multum benè à contrarietate saluari quoniam Barto.in d.l.j.§.finautẽ.posuit plura uerba,& alia,quæ non posuit in d.l.præses.per quę potest suppleri uerbum,Condemnamus: nam in d.l.j.§.finautem. præsupponit Barto.iudicem sic formaliter dixisse:Reum absoluimus & uictum victori in expensis legitimis taxatione nobis & successoribus nostris reseruata.Sed in d.l.præses.Bartol. non posuit illa uerba,Taxatione nobis,& successoribus nostris reseruata,sed tantũ modo dixit,Reum absoluimus,& uictũ uictori in expensis.Vñ in primo casu per illa verba,Taxatione nobis, & successoribus nostris reseruata,suppletur verbũ,Cõdemnamus,cũ aliàs nõ posset fieri cõdemnationis reseruatio: quod verbũ põt suppleri per alia uerba Bar.quãuis potest adaptari verbũ,Absoluimus,sicut uerbũ,Condẽnamus.& ideo sententia nulla.& hoc videtur mihi mera ueritas,quantùm ad saluãdũ Bar.à contrarietate.Quid aũt tenendũ sit in principali pũcto j.uidebimus.Ioan.uero de Imo.in d.l.j.finaũt.dixit quod utraque pars potest sustineri,& quòd talis sententia ualeat,& quòd non ualeat.Ipse uerò Ioãnes de Imo.in dicta l.iudex posteaquàm.in 4.colum.ver.item potest dubitari quid si iudex. ff.de re iudi.arguit ad partes: postea subdit quod quãuis opi. Bar.in d.l.præses.sit de iure verior, & quod fortius de iure seruaretur in practica,quò d tamen alia opi.Bartol.est æquior,& de iure sustentabilis, attenta uero simili mente sententiantis. Item quia quia sententia expensarum sui natura est interlocutoria.Allegat no.in l.Paulus.ff.de re iud.& est gl. in l. quod iussit.in princ.in eod.titu.& sic in eius prolatione non requiritur tanta solennitas quanta in diffinitiua, cùm possit proferri uerbo,dummodo ad scripturam redigatur:ut no. glo. & doctо.in l.2.ff.de app.& dicam infra in ultima glo. Et sic in casu prædicto præsumitur plus dictum,& minus scriptũ.Itẽ & fauere debemus,ut res potius ualeat,quàm pereat: vt leg. quoties.ff.de regul.iur.Hanc ultimam secutus est etiam Raph.Cuma.in d.j. §. finautem. & ipsam comprobat ex no. doctrina Bald.post Nico.de Mata.in l.erro. C. de testa.ubi no.uoluit ꝙ etiam ubi scriptura est de solennitate actus, sufficit quòd in scriptis tale uerbum exprimatur,per quod aliud subintelligatur ex mente disponentis:arg.d.l.j.§.finautem. Et in casu nostro satis de mente iudicis cõstat,quòd debet suppleri uerbũ, Condemnamus,cum dixerit uictum uictori in expensis.

Mihi autem in hoc puncto placet concordia ad Bar. supra data:ex qua teneo contra istos nouissimos Imol.& Cu. quod ubi iudex solum diceret,Reum actori condemnamus, & uictum uictori in expensis.nec plus diceret:quòd sententia esset

q ipso iure nulla.q Nec obstat fundamentum Imo.quia sententia expensarum sui natura est interlocutoria:quia fateor dum dicebat quod interlocutoria in sui prolatione nõ requirit necessariò quod proferat in scriptis:rñdeo illud eẽ uerũ,qñ eẽt lata de p se:sed hic erat lata simul cũ principali diffinitiua necessario reqrẽte scripturã.Vñ qũo possimꝰ dicere ꝙ istã inter

locutoria simul lata non requireret scriptura, quicquid ipse dixerit, qui ad hoc conatur respondere. Non obstat fundamentũ Cuma. contra Bar. suprà, aut Bal. ꝙ ubi scriptura est de solennitate actus, sufficiat tale verbum in scripturis exprimi, per quod aliud subintelligatur ex mente disponentis: quia respondeo, illud esse verum, quando ex uerbis expressis aliud necessariò subintelligeretur. prout est in terminis Bart. in d. l. j. §. si autem. nec fuit dictum, Taxatione nobis, & nostris successoribus reseruata: ex qbus verbis expressis necessariò subintelligitur tacitum verbum, Condemnamus. Secus est autẽ qñ ex verbis expressis aliud necessariò nõ intelligeretur: prout est in terminis Bar. in d. l. præses. quando dictum est, Victũ victori in expensis: quia per hæc verba necessariò non subintelligitur verbum, Condemnamus, cùm etiam ita possit intelligi verbum, Absoluimus. Et sic hoc fundamentum Cuma, ita declaratum multum bene facit pro concordia Bart. quam

56 suprà feci. Et credo ꝙ ista sit pura veritas.† Nunquid autem si iudex dixerit, Condemno in expensis, quas iurabit actor: an valeat talis sententia: habetis glo. no. ꝙ sic, in l. cum iudex. C. de sen. & interlo. om. iud. & vide Bal. in l. terminato. ad fin. C. de fruct. & lit. expen. & ibi ponit, an tunc actor teneatur statim iurare.

57 † In ea. glo. ibi: vt si peto interesse. habetis quòd interesse, etiã incertum peti potest in libello: & consequenter quòd vbi agitur ad interesse, quantitas non debet certificari, aut declarari in libello. Et idem tenuit glo. secundũ quod ibi ponderat Bar. in l. certi condictio. in prin. in glo. super ver. ex certo. ff. si certũ pet. Vltramon. vt Io. & Pet. hìc. & in l. vnica. C. de sen. q̃ pro eo, quod interest, profe. & ibidẽ Cyn. tenuerunt cõtrariũ. & maximè qñ interesse principaliter petitur, & est de præterito: quo casu dicitur esse certũ, cùm illa sint certa, quæ per rerum naturam certa sunt, quãuis penes agentes sint incerta. l. respiciendum. & l. cũ ad præsens. ff. si cer. pe. & §. conditiones suprà de verbo. obli. Item interesse præteritũ est certũ penes testes, qui de illo habẽt deponere: aliàs non posset probari. Et hãc eorũ opi. fundãt per multas leges, & rationes, quas adducit Ioan. Fab. hic, in 3. columna, & Nic. de Neap. in 2. oppo. gl. Sed Bar. & communiter docto. saltẽ Citramon. in dict. leg. certi condictio. in prin. in penul. col. & plenius in l. stipulationes nõ diuiduntur. in princ. in 10. & vlti. quæst. ubi latissimè. ff. de verb. obli. & cõiter doct. in dict. leg. vnica. C. de sentẽ. quæ pro eo, quod interest. tenent opi. glo. nostræ potissimum per text. apertum in l. 3. in fin. C. de inuti. stipul. Item ratione inuincibili: quia quotiescunque declaratio alicuius incertitudinis non est in potestate actoris, admittitur libellus incertus: prout latè dixi suprà in 2. no. in 2. fal. sed sic est ꝙ declaratio interesse non est in potestate actoris, sed iudicis: vt d. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. & hic in glo. ergo nõ cogitur actor illud limitatum ponere in libello. Ad fundamentũ Vltramon. & eorũ leges, & rationes, respondete, prout respondet formaliter Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in 10. & vlti. q. Et

58 vltra ista,† si vultis videre, an interesse dicatur certũ, vel incertum, & qua actione petatur, & qualiter in iudiciũ deducatur, & qualiter formet in eo sententia: videte Spec. in tit. de fruct. & interess. §. viso in ver. qualiter. in ver. sed quõ. & in ver. seq. in titu. de senten. §. qualiter. versi. item debet. & uer. sequen. Et hoc refert Nicol. de Neap. in j. quæst. extra glo.

r r † Qualiter autem probetur interesse: s quia gloss. hic dicit

59 ꝙ debet interesse coram iudice probari: vidETE Bartolum in

s dicta leg. vnica. in penultima col. in quinta quæstione prin. in versic. modò restat videre de quinta & ultima quæstione, &c. vsque in fin. & ibidem Baldum in quinta columna. versi. quæro quomodo probetur interesse. cum versi. sequenti. Et illud perpetuò notate, quòd quamuis interesse sit probatum per vnum testem, non tamen poterit deferri iuramentum in supplementum probationis. Ita voluit singulariter Bal. in d. l. unica. ad finẽ motus, quia in isto genere probationis ratio testis procedit per viam industriæ, non per uiam sensus corporalis: & ideo non est ita liquida probatio: quamuis contrarium ui-

t deatur voluisse ipsemet Baldus t* in eadem l. in 8. colum. in 15. oppositione quæ incipit, Modò cõtra hoc oppono. de quo etiam ibi per Salic. in ultima col.

In fin. glo. bene dicit.

60 † Glo. in uersi. sententiam quæ est fin. habetis quòd quamuis regula sit quòd regulariter sentẽtia debeat in scriptis proferri, & sic de scripti recitatione: fallit tamen in quatuor casibus, de quibus hic per gl. Nonnullos alios casus fallẽtiales uidete per gl. in c. fin. de re iudic. in 6. & in cap. Albericus. extra de testib. & quosdam alios ponit do. Abb. Panor. in c. primo, extra de libel. obla. vltra quos ego addo illum notabilẽ & singularem casum. quem habetis in l. fin. circa fin. & ibi glo. fin. C. de priui. schola. lib. 12. ubi tenet sing. Barto. post glo. no. ibi, quòd de consensu partium sententia potest ferri sine scriptis, & sic quòd illa solennitas sententiæ ferendæ in scriptis potest remitti consensu partium. Item addo alium singularem casum, scilicet in sententia quæ profertur in pręsentia principis: quia in illa non requiritur quòd sententia feratur de scripti recitatione. Ita dixit sing. Spec. in tit. de sen. prola. §. iuxta. ver. non ualet. etiam si est lata. De quo videte etiam per Ioã. Andr. in c. in causis extra de re iudi. & Bal. in l. fin. C. de legi. & in c. j. de no. for. fideli. in vsib. feud. Item fallit in sententia lata in causa matrimoniali, in qua nõ requiritur scriptura, sed testes sufficiunt, secundum Inno. in d. c. Albericus. extra de testi.

Vltimò pro nunc fallit in interlocutoria, in qua in sui pro-

u latione nõ requiritur de necessitate scriptura. u ut est glo. no. in l. 2. & ibi doc. ff. de appel. Bar. in l. 2. ad fin. C. de sen. experi. recitan. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in j. col. ad fi. ff. de offi. procon. & leg. & Bal. in l. fin. C. de sen. experi. reci. Imo. in l. j. §. libelli. ff. de appel. & circa hoc vide in specie Bald. & Ange. & Imo. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pup. ubi in specie dicunt quod condemnatoria expensarum, cum sit interlocutoria, non requirit scripturam. Idem tenet Bald. in l. 3. in 3. colum. C. de fruct. & lit. expen. & uidete glo. sing. in c. fina. super

x uerb. x* Ioan. de elec. in 6. Eodem modo dicit Bar. in l. Titia. ff. de accu. quòd sententia lata ab obseruatione iudicij nõ requirit scripturam, quia est interlocutoria. Eodem modo sentẽtia lata super incidenti, uel emergenti, non requirit scripturã, se-

y cundum Bal. in l. si defendere. y* ff. de admit. tut. & idẽ in præcepto, qđ fit in confessum ante lit. cont. iuxta l. si debitori. cum glo. ff. de iud. Ita singu. Domini. de san. Gemi. in d. cap. fi. de re iud. lib. 6. & Ioan. de Imo. in d. l. patris, & filij. ff. de vulg. & pupilla. Et per ista remaneat expeditus præsens §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a IN §. SI QVIS AGENS] Et ibi uide in nu. 14.

b NECESSITATEM] Adde Felin. in c. inter cæteras. in fin. 6. col. de rescrip.

c * Vide pro intelligentia d. §. quia autem Ias. in §. sed iste num. 71. cum seq. infrà eo. Sardus.

d * Tu uide tex. optimum in l. j. §. fi. ff. si pars hær. pet. & dictũ Inno. in d. c. constitutus. approbat latè Iason. suprà in d. §. sed istæ. nume. 72. quem omnino uide. Sardus.

e FRVCTIBVS] Adde Feli. in d. c. significantibus. in 6. & 7. col. de lib. obl. alleg. hic per dominum Iason.

f * Aduerte, qa Iaso. inculcat in hac fallentia de libello generali & de libello inepto. quia libellus general. procederet parte nõ opponente, & etiã incertus dũmodo ex probatione. certificaretur. c. Abbate sanè. de re iud. in 6. & d. l. fina. C. de ann. exce. libellus uerò ineptus non sustineretur, ut uidetur casus in cap. examinata. extra de iudic. & clarior tex. in d. l. j. §. j. ff. si men. fal. mo. dixe. & sic decisio Bal. procedit in libello generali & incerto, prout loquitur: secus in libello inepto. Et aduerte, quia Iason allegat Bar. in l. j. C. de pign. act. qui nihil dicit, nec etiam Bar. in alijs legibus hic alleg. præterquam in l. j. §. j. ff. si men. fal. mo. dixe. aliquid scribit quod multum huic quæst. conferat Carcassona Sardus.

g PROCEDANT] Vide Pau. de Cast. in cõsi. 145. & domi. Alex. de Imo. planè in l. inter stipulãtem. §. j. de uerb. obli. & in consi. 181. in secunda parte.

h * Adde eundem Ias. in §. omnium. in 18. col. suprà eo tenẽtem quòd talis libellus procedat. & vide quæ ibi dixi. Sardus.

i IN LEG. I.] Et ibidem vide Paul. de Castr. & do. Alex. de Imol. in l. 2. §. armamenta, de rei uendi. et in consi. 197. in j. col.

in j.col.in secunda parte. ubi ponit etiam de libello generali quando procedit, & quomodo debeat ferri sententia in his, & in vniuersalibus.

k LIBELLO] Vide Feli.in c.licet Heli.in medio in 5. colum.de simo. & Fran.Are.in l.uinum.ff.si cer.peta.

l * Adde quod pro ista fall.bene facit quòd licèt aliàs requiratur regulariter cõclusio in libello:vt per Bar.in l.si prius in 5.opp. 2.par.ff.de noui ope.nun.cum similibus. ut latè vidimus suprà in §.omnium.tamen si principi offeratur libellus sine conclusione,non uitiatur.ita notab.voluit Innocen.in cap.j.extra de lit.contest.& eum refert,& sequitur Ange.in l.omnium.C. de testa.& idem Iason.in §.omnium.col.20.versic. tertiò limitate,&c.suprà eo.Carcassona Sardus.

m * Adde quòd declarando conclusionem Bal. prout eam in d.l.3.Sali.declarat,mihi eius opi.veridica videtur per text. in l.ait prætor.§.j. ff. de re iud. Nã ex quo in actis mentio habetũ de illo instrumento,puta si dixerim,Peto centum, quæ Titius mihi in suo testamento reliquit:vel quid simile:& iudex pronuntiauerit mihi soluenda esse, quæ Titius in suo testamento reliquit,satis dicitur certa sententia:ut d.l.ait prætor.§.j.& dicitur implicite in actis illud instrumentum contineri (quamuis Ange.hic in 3.col.istud neget) & si aliter in processu testamentum no.sit insertum,& potest fieri quòd iudici de illo fuerit facta dies,& ostensio sine insertione,prout vidi sæpius practicari in curia illustrissimi Pro regis regni Sardiniæ: & sic dicetur iudici tanquam iudici constare.Et non obstabit l.illicitas.§.veritas.ff. de offi. pres. & in dubio interpretamur vt res potius valeat quàm pereat.l.quoties.ff.de uerbo.obliga.Carcassona Sardus.

n FERENDVM] Vide do.Alex.in consi.187.in ulti.col. in ult.dubio principali,in secũda parte.ubi etiam ponit quid si dicatur in sententia Pronuntio,prout talis pronuntiauit.

o SENTENTIAM] Quomodo & quando incertitudo uitiet sententiam,uide do.Alex.de Imo.in consil.100. in pen. col.in quarta parte.vbi ponit de incertitudine resultante propter alternatiuam positam in ea.

p * Adde quòd ita in facto meo proprio fuit obseruatum in curia serenissimi regis Aragonum Caroli nunc V. Imperatoris.Et ratio est in promptu:quia si libellus admittitur incertus in huiusmodi accessorijs:ut §.j.Insti.de offi.iudi. & suprà vidimus in 3.col.ergo & sententia,quæ debet esse conformis libello.l.fi.C.de fideicom.liber.cle.sepe de verbo.signific.Carcassona Sardus.

q * Aduerte quod forsan fuit error impressoris: quia hæc uerba sententiæ ita formata,prout ponit Ias. perfectum sensum demonstrant:uidelicet reum actori condemnamus. & uictũ uictori in expensis.nec egent subauditione:ut est bonus text. in l.j.in princ.ff.de publi. ibi quodue familia publicanorũ, &c. Et in istis terminis quòd ualeat talis sentẽtia, expresè firmat Bart.ad fi.d.l. præses. C. de sent. ideo concipe uerba vt suprà in penul.q.fuerunt concepta.Carcassona Sardus.

r * Vide eundẽ Ias.in d.l.certi cõdictio.col. pe.tenentem interesse fore petendum per incerti condictionem, & in col. fi. tenet libellum incertum etiam debere admitti per rationes, de quibus hic per docto.& ibi Carcass.Sardus.

s INTERESSE] Vide etiam quæ ad hoc habentur per Feli.in c.sacro ad finem de senten.excom.

t * Et contra dictum Bal.facit decisio Bart.in d.l.vnica.in finalibus verbis. Sardus.

u Scriptura apud Rotam 413.alias 436.decisio.

x * Hæc glo.nihil facit:ideo uide bonam glo.in c.final.in uer. definitiua.de re iudic.in 6.

y * Non est in rerum natura.

SVMMARIA §.
Si quis agens.

2 *Plus petens in libello qua pœna olim puniebatur. 2. 3.*

4 *Minori an restitutio detur aduersus plus petitionem in libello suo positam.*

5 *Error facti quòd iustus esse dicatur,qualiter intelligatur.*

6 *Ignorantia in facto alieno, quibus casibus non toleratur cum tribus seq.*

10 *Petens ante tempus qua pœna puniatur, & nume. sequen.*

12 *Restitutionis in integrum concessio an cognitionem causæ requirat,& an sit delegabilis.*

§. SI QVIS AGENS.

HVNC §.continuat ad præcedentes,& satis ineptè Ioan.de Pla.hoc modo:Dictũ est s.in §. tripli. quòd plus petens punitũ in triplũ; nunc autem in hoc §. declarat Imperator quot modis dicatur quis petere plus.Melius est ita continuare, secũdum Nic.de Neap.hic:Dictum est s. eo. toto isto tit.de act. qualiter quis intẽtet: verum quia eas aliquando intentat ultra quàm sibi debeatur.idcirco ut uideremus qua pœna puniatur ille,q plus debito petit, & quot modis quis plus petere dicatur, positus fuit iste §.per quem ista declarantur vsque ad §.si minus.Et diuiditur in tres partes vsque ad §.si minus. Primò ponitur qualiter plus petens olim puniebatur. In secunda declarat quot modis dicatur quis plus petere, & vnumquenque modũ declarat.In tertia ponit pœnam iuris noui, quæ imponitur plus petenti.Secunda ibi:plus autem quatuor modis. Tertia & ultima ibi prope fi.& hæc quidem antea in usu fuerant. & hoc dicit generaliter vsque ad §.si minus.

1 † Plus petens in libello olim cadebat à causa. hoc primò. Et plus dicitur quatuor modis,vt hic declaratur ĩ specie.hoc secũdò.Hodiè verò plus petens tempore punitur hoc modo, quia induciæ duplicantur, & actor ad omne damnum litis tenetur:plus uerò petens alijs modis in triplum sumptus punitur,quem reus sustinuit litis nomine.hoc dicit tertiò, & vltimò vsque ad §.si minus.generaliter summando. Verum quia iste §.est nimium prolixus,idcirco propter eius prolixitatem legã eũ per uersiculos.Et istud princip. vsque ad uer. plus autem.potest subdiuidi in tres partes.In prima ponit dictũ, qualiter plus petens olim puniebatur,& dixi extensionem. In secunda,fallentiam ad illam extensionẽ in minore.In tertia fallentiam in maiore ex magna causa iusti erroris.Secunda ibi: nisi minor erat 25.anno.Tertia ibi sanè si tam magna causa.& hoc dicit in specie istud princip.vsque ad uers.plus ante.

2 † Plus petẽs in libello.quàm sibi debeatur, olim cadebat à causa,nec posteà restitutio concedebatur, nisi ratione minoris ætatis,& ratione iusti erroris. hoc dicit vsque ad uer. plus autem. hoc principium est planum,& facile & glo. claras habet.Notate primò ex hoc textu quòd olim plus petens cadebat à causa,siue scienter,siue ignoranter, dummodo ignorantia fuisset crassa:ut patet ex uersi.constantissimus.in tãtum ut dixerit Ioan.Fab.& sequitur Ioan.de Pla. hic, quòd si procuratori fuisset in parte satisfactum domino ignorante, & dominus peteret,incideret in hanc pœnam, per hunc textũ.per ver.constantissimus.Et hoc dicit, si dominus petijsset à debitore,aliàs non.per ista patet quod differat iste §. à l.unica. C. de plus peti.c.j.extra eodem tit.[a] quia illa lex unica loquitur, vbi per dolum quis petit plus debito, & pluris cautionem per dolum exigit:ut ibi declarant Bart. & doctores & glossa & doctores in dict.cap. j. extra de plus pet. Et per hoc singulariter

3 infero quòd cum pœna illius legis vnicæ,euitetur,† vt locum non habeat,si in libello esset adiecta illa clausula, Saluo iure superflui:prout singulariter tenuit do.Anto.de Butrig. in c.2. in penul.col.extra de libel.obla.referens ita tenere Specul.ut ibi per eum. qnòd multò magis euitaretur pœna huius §. & totius istius materiæ,quando in libello, in quo quid peteres plus debito, dicerem illam clausulam, Saluo iure superflui. Quod notate diligentissimè in practica pro limitatione huius §.& eius materiæ. Et miror quod hac dicta clausula non vtanũ libellantes.Item aduertite quòd quãuis iste tex.in uerb. Pertinet,quod uerbũ sonat realitatẽ, uideatur innuere quod hæc pœna solũ habeat locum,quando agitur actione reali:vos tamen dicite quòd generaliter procedit, siue agatur reali, siue personali:ut patet per exempla,q ponunũ in uer. plus. & uer. sequen.

sequen.infrà eod.secundum Ioan.Fab.& Ioan.de Platea hic.
4 † Secundò notate ex hoc textu in uersic. nisi minor erat. ꝙ
minori datur restitutio aduersus plus petitionẽ in libello suo
positam: quod habet locum, ut inquit hic textus quando suis
facilitate hoc processisset:secus autem si dolosè petijsset, qa
tunc puniretur,sicut & maior,in triplo expensarum, iuxta §.
omnes.ver.tripli.suprà eodẽ.& multo magis puniretur, si mi
nor dolo plus petijsset, & etiam dolosè exegisset cautionem
pluris:quia tunc caderet à toto debito, iuxta legem vnicã. C.
de plus peti.nec istis casibus daretur sibi restitutio in integrũ:
quia minori non datur restitutio aduersus dolum uerum:ut l.
j.C.si aduer.deli.& l.si ex causa.§.nunc videndum. in §. si in
commissum,& l.auxilium.ff.de minoribus. quãuis aduersus
dolum præsumptum, & de præterito benè subueniretur mi-
nori,ut est glossa quam Ioannes de Platea & Ange. hic repu-
tant sing.in l.vbi exigitur.in prin.in glossa secunda. super ver.
proximam.ff.de eden.quam Bartolus, & Baldus, Angelus &
alij ibi sequuntur, & multum eam notant ad hoc. Secus au-
tem, si esset dolus etiam præsumptus,sed de futuro:vt l. auxi-
lium.in princ.in versi.sed & sexaginta.ff.de minoribus. ne de
tur materia delinquendi.Et ita limitat Barto.in l.vbi exigitur.
in princip.ff.de eden.& in l.minor 25. annorum omissam. ff.
de minoribus. Et ibi per hoc infert ad quæstionem notabilẽ,
de qua ibi per eum,& latiùs per eundem in l.j.§.nuntiatio.in
antepenultima & penu.colum.& ibidem per alios.ff.de ope.
noui nuntia.& per Ioannem Andream & alios in cap.auditis
extra de in integrum restitutione.per Baldum in dicta leg.au
xilium.in princi.& in dicta l.minor vigintiquinque annorum
omissam.& in dicta l.vbi exigitur. & ibi etiam per Angelum
& alios post Guliel.de Cu.
5 † Vltimò notate ex hoc textu.in uersi. sanè si tam magna.
quòd error facti dicitur esse iustus:& propterea dicimus vul-
gò,quòd prudentissimos fallit:vt inquit Iurisconsultus in l.2.
ff.de iur.& fac.igno.& gl.hic in ver.cõstãtissimus. super quo
verbo hoc probatur in text. nostrò. Quod intellige verum in
b facto alieno.b Et in istis terminis loquitur tex.noster.Secus au
tem in facto proprio,in quo ignorantia facti proprij non est
tollerabilis:vt l.quanquam.ff.ad Velleia.& l.plurimum. ff. de
iu.& fa.igno.iuncta l.fin.ff.pro suo.& glo.in l. si quis delega-
uerit.in glo.in versic.suum.ff.de noua.
Ego in hoc puncto omissa longa serie verborum Ioã. Fab. Ioan. de Pla. hic: succinctè concludo cum Angel. de Aret. hic. Quòd aut in alternatiua rerum, summarum, vel locorum est electio creditoris: & tunc alterum tantummodò ex alternatiuis petendo non incidit in pœnam huius ver. nec est necesse ꝙ alterum petat: imò necessariò debet ad vnum tantùm concludere. l. vbi autem nõ apparet. §. qui illud, aut illud. & quod ibi Barto. ff. de verborum obligatio. & l. si quis stipulatus est Stichum, aut Pamphilum. in princip. ff. de verbor. obligati. & vnum simpliciter petendo, istud videtur eligere: vt l. si is, cui. ff. de legatis 2. Si autem electio est debitoris, tunc debet libellus alternatiuè concipi, secundum hunc tex. aliàs incideret in pœnam versi. sed hæc quidem infrà eodem. Si autem est alternatiua personarum, quia stipulatus sum mihi, aut Titio: & tũc semper cessat pœna huius §. si simpliciter petatur, non facta mentione illius Titij, siue ille Titius sit adiectus solutioni tantum, quo casu, licet ei solui possit inuito principali. §. planè. supra de inuti. stipula. & l. vero procuratori. in princip. ff. de solu. tamen hoc non potest facta litis contestatione è principali, quia tunc solum principali soluere potest: vt l. si stipulatus fuero decem in melle. in princip. ff. de sol. siue ambo sint principales, vt quia sint duo rei credendi siue ex contractu, siue ex vltima voluntate: & tunc simpliciter cessat pœna huius §. cũ vterque reorum credendi possit ad solidum agere de per se: vt leg. si Titio aut Seio, la 2. ff. de leg. 2. facit leg. si ex toto. §. 1. de lega. j. In alijs autem speciebus alternatiuarum semper dic quòd si electio est debitoris, habet locum §. noster: alias secꝰ. Ista sunt expedita per multa verba, quæ summatim voluit Io. Fab. & Ioan. de Pla. hic. Quando autem in alternatiuis sit electio debitoris, & quando creditoris, dicam vnum verbum in sequenti notabili.

6 † Tertiò not. ex hoc tex. ꝙ in contractibus alternatiuis ele

b ctio est debitoris b Concordat l. plerunque. §. fin. ff. de iure dotium. & l. si in emptione. §. penulti. ff. de contrahend. emptio. De hac tamen materia, quia est semibrocardica in dubio, in alternatiuis cuius sit electio, siue loquamur in contractibus, siue in ultimis voluntatibus: recurrite ad glo. no. & magistra. in l. Lucio. in glo. j. ff. de leg. 2. & ibi videte Barto. no. distinguentem. & plene Dyn. in reg. in alternatiuis. de reg. iu. in 6. & Bal. in l. qui duos. ff. de legatis secundo. & Io. de Imol. in l. planè. §. penulti. in eod. titu.

7 † Quid autem in beneficijs, vel gratijs, cuius sit in dubio electio, quia hic per Ang. de Are. tangitur aliquid, videte Bal. in dicta l. Lucio. Bal. & Imo. in dicta leg. qui duos. & ibi allegat mirabilem text. in leg. 2. C. de castren. & ministerian. l. 12. qui tex. fecit mihi semel maximum honorem in examine publico, cui nemo sciuit respondere perfectè. & Bal. & Ang. in l. beneficium. ff. de consti. princip. & Bal. in l. fin. aliàs penul. ver. quæro quid in mandato principis. C. de ver. sig. & Imo. in leg. cùm res. §. sed si. ff. de leg. j & tex. in c. gratia de rescrip. in 6.

8 † In alternatiuis autem quid sit in obligatione, videte glos. & Bar. in l. si duo. ff. de verb. obli. & per doct. aliquid in l. cùm quidam. de verborum significationi. & in l. si stipulatus fuero decem aut quindecim. ff. de verbo. obliga. & per docto. hic, vt per Ioan. Fab. Ioan. de Plat. & Ang. de Are.

9 † Et vsque ad quãtum tempus debitor, cuius est electio, habeat hanc facultatem eligendi: dicite quod quãdoque etiam post sententiam, & in executione: nisi antè statutus fuisset sibi terminus, intra quem eligeret. vt l. eum, qui certarum. §. j. & ibi per glo. & Bar. ff. de verb. obli.

Vnum non omitto, quod est diligentissimè notandum ad limitationem tex. nostri: & non traditur per alios Scribentes hic, nec in communibus locis, quòd illud quod dicitur in tex.

10 nostro, & similibus, † ꝙ in dubio in contractibus in alternatiuis electio est debitoris: fallit, nisi alternatiua esset adiecta in fauorem creditoris. Istud est, quod sing. voluit Bart. post Gul. de Cu. in l. quamuis. in prin. per illum tex. ff. de pig. act. Et propterea infert ibi sing. Bart. quòd si tu promisisti mihi soluere centum in Paschate, vel dare sufficiens pignus, quòd ego possum præcisè te cogere ad solueudũ: quia illud de dãdis pignoribus fuit adiectum in fauorem mei creditoris, vnde electio non debet esse debitoris: quia aliàs illud, quod esset appositũ in meum fauorem, redundaret in meam læsionem, contra illam l. quamuis. & l. quod fauore. C. de leg. Quod singularissime notate. & sequitur Pau. de Cast. in l. 4. §. si ex conuentione. per illum tex. in uer. quippe. ff. de re iud. & per tex. not. & quasi de hoc expressum in l. causam. §. puellam. ff. de manumis. tesil. generali. Et idem tenet Pau. de Cast. in l. cùm proponas ab ea. C. de transac. Et ex hac doctrina Bart. ego puto ꝙ possit in terminis decidi amœna, & quotidiana q̃stio, quã format Nic. de Neapol. hic, in 8. q. extra glo. & in ea nihil clare decidit. Po

11 ne, † promisisti mihi qđ possum accipere vnum vel duo plaustra lignorum de nemore tuo: volo accipere duo: nunquid possum? Videretur secundum eum, ꝙ non: quia in alternatiua electio est debitoris: vt in hoc tex. Verisimile est ergo ꝙ promissor velit soluere vnum tantùm cùm nemo præsumatur velle iactare suum. l. cùm de indebito. §. j. ff. de proba. Præterea semper in obligatione quod minus est, sequimur: vt l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Contrarium refert decidere Iaco. de Rauen. & Rodul. de Auri. hic arguendo de cõtractibus

12 ad vltimas voluntates. † ꝙ arg. est validum: vt leg. seruum filij. §. eum, qui chirographum. & l. quæ de lega. ff. de leg. j. Sed in vltimis voluntatibus, si verba testatoris dirigantur ad legatarium de percipiendo talem aut talem rem, electio est legatarij. vt leg. plane. la j. §. penul. ff. de lega. primo. & gloss. magistra. in leg. Lucio. ff. de leg. 2. Ergo cum in quæstione proposita verba sint in stipulatorem directa, etiam quo ad executionem, certè stipulatoris erit electio. Et per hoc patet responsum ad contraria. Et cum istis concordat Pet. de Bella Pertic. in leg. cùm quidam. C. de verbor. significatio. motus arg. leg. si sic stipulatus. la 1. & l. 2. §. j. ff. de verbo. obliga. & l. cum is. in princip. ff. de condi. indeb. Nico. verò de Neapo. hic simpliciter dicit contra hoc videri. tex. in c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. & nihil vltra dicit, & nihil firmat. Ego puto quòd fundamẽtũ adductũ per istos in suprà quæst. nihil penitus faciat ad propositum, dum dicunt quòd si uerba dirigantur ad stipulatorẽ, ꝙ electio est stipulatoris, quia dico hoc esse uerissimũ: sed

sed in proposito nostro verba non sunt directa, nec ad stipulatorem, nec ad promissorem, sed sumus in casu dubio, & in dubio electio est debitoris, iuxta theoricam gloss. magistra. & Bar. in d.l. Lucio. Nisi Sustinendo eorum fundamentum dixeritis ꝙ uerba satis diriguntur ad stipulatorem, dum dicitur quòd posit accipere vnū vel duo plaustra. Quicquid sit, ego credo quòd opi. eorum sit verissima, & apertè decidatur ex singulari doctrina Bar. suprà relata, quòd quando alternatiua est apposita in fauorem creditoris, prout est in terminis nostris, quòd nunquam electio est debitoris. & ista est veritas.

c c* † Quartò no. in versi. qua de causa. secundum Io. de Pla.
13 & Ang. de Aret. hic generalem regulam in medio concludendi in vtroque libello, vt semper ipsa petitio, seu conclusio sit conforms naturæ, & qualitati ipsius obligationis: vt si pura sit obligatio, purè, & præcisè petatur condemnari. Si obligatio est in genere, concludatur in genere. Si autem est alternatiua, eodem modo conclusio, seu petitio alternatiuè concipiatur: aliàs incideret in pœnam huius ver. iuncto ver. sed hæc quidē infrà eo. Et ad hoc faciunt quæ vidimus in §. curare suprà. eo. Et de libello isto alternatiuo habetis etiam. per Spec. in tit. de plus peti. §. sinautem.

Quintò no. ex hoc tex. in versi. præterea quòd in obligatione generis electio regulariter est debitoris.

14 † Quid autem sit in vltimis voluntatibus, puta in legatis genere relictis, cuius sit electio, recurrite ad gl. magistram in §. si generaliter. in verb. legatarij. supra de legatis. & in l. legato generaliter. in prin. in gl. mag. in ver. pessimus. ff. de legat. j. & ibi plenè per doct. & gl. in l. si hæredes. §. si incerto. in gl. j. ff. famil. ercis. Quid autem sit in obligatione in re, puta in homine promisso in genere: dic quod nullus ante solutionē, sed facta solutione ille qui soluetur, dicetur fuisse in obligatione vt l. Meuius §. duobus. & ibi per gl. & latissimè Bar. ff. de legatis 2. & l. cùm incertus. in j. charta. ff. de lega. j. & dixi in §. in bonæ fidei. in gl. in ver. iure aperto. suprà eo.

15 † Vltimò nota ex hoc textu in versi. quinetiam. quod in obligatione generis petendo etiam vilissimum, dicitur plus petere, & ideo est in text. quia sæpenumero faciliùs est soluere id, quod est carius, quàm id, quod est vilius. Et quamuis gl. hic in ver. pretij. alleget ad hoc multas leges, nihil tamē faciunt, pręter l. fin. ff. de vsu. & hab.

Gl. in ver. electio. diuido in tres partes. In prima ponit vnā fallentiam ad hunc tex. in secunda allegat concordantem. In tertia quærit, & soluit. Secunda ibi: & facit ad hunc §. Tertia ibi: quare si promissor. Et aduerte ad illam tertiam partē, quæ incip. ibi: quare si promissor. & finit ibi. ff. de solu. l. Stichum. circa prin. quam multi libri non habent. & secundum Ioannem. Fab. hic in princ. est vna additio: & secundum eam, qui eum non habet, illam scribere debet.

16 † In fin. gl. de hoc an, & quando perempto vno ex alternatiuè debitis, alterum tantùm præstandū sit. Et an & quando præstanda sit æstimatio mortui, quia gl. nostra in vtroque minus perfectè locuta est, nec etiam de hoc perfectam theoricā posuit Io. Fab. hic. in 2. col. videte Bar. plenè distinguentem in d.l. Stichum aut Pamphylum. in princ. in 2. aliàs vltima col. in versiculo reassume ergo. ff. de solu. cuius distinctionem formaliter refert, & sequitur Ang. hic. vos eam habete pro hic expressa, ne frustrà membranæ denigrentur.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a ALTERNATIVARVM] Circa hanc materiam vide latissimè Felin. in c. inter cæteras. in j. col. cum Seq. de re scrip.

b DEBITORIS] Vide Felin. in supra alleg. c. inter cæteras circa fin. j. col. de rescrip.

c * Adde quod quamuis Ias. dicat istam esse veritatem, mihi hæc decisio non videtur tuta, nec verum videtur ꝙ verba illa dicantur taliter fauorem stipulātis respicere, quòd ei tribuāt electionem. Et videtur hæc decisio contra tex. in l. si stipulatus fuero decem, aut quindecim. ff. de verbo. obli. primò est contra rationē illius legis. Secundò cui dubiū est quòd illa adiectio de quindecim, & sic maioris quantitatis respiciebat fauorem stipulantis? nec per hoc illi datur electio: ergo nec etiam in casu q. nostræ. Non obs. doctrina Bart. in d.l. quamuis. ff. de pig. act. qui Bar. loquitur non in mera alternatiua, vbi vtrunque est in obligatione, licet aliud tantùm in solutione. §. si duo. ff. de verb. obli. l. illud aut illud. ff. de consti. pec. sed loquitur vbi vnum est in obligatione, & illud idem in solutione. Et istud est quod ponderat ibi Bar. & constitutio pignoris fit, vt cautior sit creditor, non vt duplum consequatur, vt in q. nostra: Difficultas est respondere ad l. si sic stipulatus. la j. ff. de verb. oblig. cui primò possum respondere quod ibi expresse reseruauit sibi stipulator electionem secūdum gl. j. ibi. quę exponit, Sumā id est Eligam. Vel aliter, & secundò, respondeo quod in d.l. si sic stipulatus, non agebatur de multiplicando debito, seu duplicando ex electione, nimirum si habet electionem: secus est in casu nostro, vbi agitur de duplicando debito, nec vero simile, videtur debitorem in q. nostra ita promisisse vt creditor haberet electionem, cùm ad sensum pateat quòd stipulator semper duo plaustra acciperet, non unum. In dubijs ergo stipulationibus quod minimum est, sequamur d.l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. Et hæc opi. maiorem sapit æquitatē. Cogitabis tamen interim. Carcass. Sardus.

SVM. VERSIC. SED HAEC quidem.

1 *Plus petens tpe, re, loco, vel causa, qualiter puniatur. 11.*
2 *Clausula, Saluo iure superflui, in libello apposita quid operetur.*
3 *Pœna de duplicandis inducijs, an locum habeat in vera conditione.*
4 *Duplicandum quid sit quando ante conditionem petatur, cùm sit incertū quantū ante tēpus petatur. & num. seq.*
8 *Fiscus agens ob necessitatem fiscalem contra debitorem suum, non tenetur aliqua pœna, licet plus petat.*
9 *Gabellarum emptores an ante tempus exigi possint.*
10 *Debitor fugitiuus ante tempus, vel ante diem capi potest.*
12 *Pœna petentis debitum iam solutum quæ sit.*
14 *Plus petitum simpliciter negari potest.*

VERSIC. SED HAEC QVIdem.

ISTE uer. negligitur per alios Scribentes, qui nihil, aut parum addēdum super eo dicūt. Ego autem reddam eū valde singularem. Iste uersi. summatus fuit in genere in prin. huius §. si tamē uultis summariū in specie, hoc dicit usque ad §. si minus.
1 † Hodie plus petens tempore, punitur in duplicatione induciarum. Plus autem petens loco, uel causa, punitur in triplum expensarum in sportulis erogatarum. hoc dicit usque ad §. si minus.

Diuidit in duas partes principales. In prima ponit qualiter hodie puniatur petens plus tempore. In secunda ponit qualiter puniatur petens plus alijs tribus modis. Secunda ibi: sinautem quantitate. Et ad hunc uer. addite quæ traduntur per gl. Inno. & alios in c. j. extra de plus petitio. & Io. Fab. & alios in §. temporales. infra de excep. Et memento te ut euadatis has
2 pœnas, † ꝙ in libello semper adijciatis illam salutarem clausulā, Saluo iure superflui, secundū quod dixi in principio huius §. si quis agens. & ibi uidistis. Hodie tamen punitur tātùm in duplicatione induciarū, secūdum formā §. tēporales. uer. hodie. infra de exce. & iste tex. siue ista pœna pcedit siue dies sit apposita ab hoīe, siue dies insit ex natura rei, siue dies insit a lege, prout dixi, & declaraui in uer. plus autē. in 2. not. §. eo.

An aūt iste tex. & eius pœna de duplicādis inducijs habeat locū in die incerta, & sic in eo: q. petit ante diē incertā: dixi latè in prin. huius §. si qs agens. in glos. in uer. plus complexus.
3 † An autem hic tex. & hæc pœna de duplicandis inducijs, habeat locū in uera cōditione. & sic in eo, qui petit ante euētū conditio-

conditionis, dicite quòd sic: prout tenet Bart. contra Gul. de Cun. in l. pecuniam. si certum peta. per text. apertum in c. j. in fi. extra de plus pe. vbi tex. dicit quòd tempore plus petere dicitur, qui ante diem vel conditionem egerit. & ita tenet Bart. in l. si ita stipulatus. magna in 14. col. ff. de verborum obligatio. & Bal. in l. prima. in vlti. col. C. de fideicom. & Ang. Are. in prin. huius §. si quis agens. in gl. in uersi. plus complexus.

4 † Quid autem duplicandum sit, quando petitur ante conditionem, cùm sit incertum quantum ante tempus petatur? Dicebat Barto. in l. pecuniam. ꝙ incertum simpliciter nō posset duplicari: sed ista incertitudo temporis in conditionibus uenit certificanda ex futuro euentu. Et per ista simpliciter transit Ange. in princ. huius §. si quis agens. in versic. plus complexus. & Angel. de Aret. in ver. plus autem. suprà eod. §. & sic vult Bar. ꝙ in duplicatione induciarum facienda petenti ante conditionem sit expectandus conditionis euentus, qui habeat certificare quantum duplicandum sit: quod, iudicio meo, absurdū est dicere, cùm posset adeò differri euentus conditionis, quòd vix aut nunquam sciremus quid esset duplicandum. Vnde credo ꝙ melius sit dicere, secundum Iac. de Rauen. & Nicol. de Neap. in versi. plus autem. in j. q. extra gl. & Io. Fab. in versi. tēpore. suprà eo. ꝙ ad imponendam hanc pœnam duplicationis petenti ante conditionis euentum nō sit expectandus euētus conditionis, sed erit videndum quantum tempus fuerit à tempore celebrati contractus conditionalis vsque ad tempus petitionis, & illud erit duplicandū. Et credo ꝙ ista sit veritas.

a a* † Et successiuè iuxta prædicta & iuxta hūc tex. in quo ha

5 bemus ꝙ hodie pœna petentis ante tempus, est duplicatio induciarum, pulchrum est inuestigare, nunquid solum duplicabitur istud modicum, quod restat de dilatione à tempore petitionis, an verò duplicabitur totum tempus totius integræ dilationis vsque ab initio. Bar. in l. iustas. C. de iur. fisc. lib. 10. tenet ꝙ fiat duplicatio solùm de tēpore: quod superest, per tex. in l. aut damnum. §. quisquis. ff. de pœn. & ibi hoc idem tenet Bar. & cum Bar. simpliciter tenet Io. de Platea in versi. plus autem. in j. col. suprà. eod. Contrariam opi. ꝙ imò tota dilatio debeat duplicari, & non tantùm illud, quod superest, tenet Nic. de Neap. hic in apostil. tex. in ver. loquitur constitutio. Idem etiam tenet Io. Fab. in §. temporales. Infrà de excep. & Ang. de Aret. in prin. huius §. si quis agens. in gl. in versi. amittebāt. Idē etiam tenent communiter doct. Cano. vt Io. And. & do. Ant. de But. in c. j. extra de plus peti. & ita se habet magis communis opi. per tex. apertū in d. §. tēporales. ver. hodie. inf. de exce. nisi illum tex. intellexeris ꝙ ibi à principio dilationis petierit, ꝙ esset nimium diuinare. Nec obst. l. aut damnum. §. quisquis. alleg. suprà per Bar. quia respondet Nic. de Neap. hic, quòd ille tex. loquitur in pœna corporali: nos autem loquimur in pœna pecuniaria. quare secus, arg. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. iuncta l. interpretat. ff. de pœnis. Aduertite tamen diligenter pro maxima declaratione text. nostri ad id, quod signanter dixit Spec. in tit. de fru. & lit. expen. §. si. ver.

6 vt hic articulus. vbi sing. dicit † ꝙ si agitur ante tempus, & nō opponitur per partem, ꝙ valet processus. Dicit tamen quòd si bi debet imponi pœna, quæ imponitur plus petenti tempore:

7 vt in hoc tex. † Et no. diligenter quòd talis exceptio debet opponi ante litem contest. non autem post, secundum Bal. in l. si extraneus. in prin. ff. de cōdi. ob cau. vbi etiam ponit quæ sunt partes iudicis in condemnatione, si petatur ante tempus.

An autē, & quando admittatur pœnitentia ad hoc, vt actor euitet has pœnas, videte gl. in c. j. extra de lus pet. quæ tenuit quod ad litem contestatam admittatur pœnitentia, per l. vnicam. C. de plus pet. iuncta l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. & dicit Ang. in prin. huius §. si quis agens. in gl. in versi. cade-

b bat. ꝙ istud probatur in l. nō solum. la j. §. si. ff. de lib. l. b quod est verum, secundum do. Ant. de But. in d. c. j. nisi reus interim etiam ante litem contest. fecisset aliquas expensas: quia in illis reficiēdis actor veniret condēnandus, cùm non sit iustū quòd iniustè vexatus fuerit, & in expensis læsus, secundum Hostien. facit l. eum, quem temerè. cum ibi no. ff. de iud.

8 † Vltimò diligentissimè aduertite pro maxima limitatione suprà scriptorum, & tex. nostri, quod suprà scripta text. nostri fallunt in fisco agente ob necessitatem fiscalem contra debitorem suum, vel debitorem debitoris sui ante diem, quia potest agere ante diem, etiam, quod est fortius, si opponatur, nec incidit in pœnam huius textus, & hoc est speciale in fisco. Casus est de hoc valde sing. in l. j. C. de condi. ex lege. Et ita ibi Bart. dicit, quòd ille casus est sing. Et quòd hoc casu non duplicentur induciæ, & consequenter non habeat locum pœna huius ver. tenet ibi expressè Bald. in prima oppositione dicens hoc esse speciale in fisco propter publicam necessitatem, quæ semper videtur fiscum urgere, quia semper est in sumptu.

9 † Dicit ēt ibi Bal. quòd illa lex sit valde not. contra emptores gabellarum, vt pro necessitate Reipublicæ possint exigi

c ante tempus, c* & tota die propter repentinas necessitates publicas hoc fieri videmus, & nō est iniustū, secundum eū, qd

10 reputat multū notandū. † Dicit etiā in vltimis verbis ibi Bal. quòd omnis debitor fugitiuus potest etiam capi ante tempus vel ante tempus, vel ante diem, per tex. in d. l. quæsitū. ff. de pigno. quam legem dicit esse notabilem ad hoc, vbi est tex. ꝙ si debitor est suspectus, ante diem vel conditionē cōpetit persecutio pignoris. quem tex. in proposito text. nostri singulariter not. pro secunda singulari limitatione ad hunc tex. vt nō procedat in agente ante tempus contra debitorem suspectum.

11 † Secundò principaliter not. ex isto textu quod hodiè pœna plus petentis re, loco vel causa, est triplū expensarū in sportulis factarum: vt isto §. & §. omnes. ver. tripli. suprà eo. & petitur triplicatio expensarū per condictionem ex lege: vt hic, cū glossella in versi. punitur. & gl. in dict. versic. tripli. in verbo consequitur. Pro alijs autem expensis condemnabitur in simplum reo, secundū Io. de Plat. Est tamen casus, in quo etiā hodie plus petens cadit à causa, & sic causam perdit, qñ duo copulatiuè interueniunt, quod dolosè plus debito petat, & etiā dolosè de pluri exigat cautionem. vt est tex. in d. l. vnica. & ita ibi declarat Bar. C. de plus peti. Si autem petijsset plus debito dolosè, non haberet locum illa lex vnica, sed solùm condemnaref i triplo expensarū, iuxta d. uersi tripli. & hūc tex. nostrū. Et hoc notate pro declaratione, & limitatione ad text. nostrū.

12 † Quæ autē sit pœna petentis debitum iam solutū, videte tex. notabilem, quem ego reputo singularem in iure. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mandat. ubi est tex. quod ille, qui petit debitū solutum, uel semel solutum, iterum recipit, committit crimen stellionatus. Et ita no. ibi Bart. in j. notabili.

13 † Quid aūt ad tex. nostrum dicemus si actor plus debito petijt, & reus cōuentus ēt eodē modo plus debito negauit, quid erit hoc casu? Dicūt quidā quòd fiat cōpensatio adinuicē: arg. l. si duo. ff. de dolo. Sed Io. de Lig. in c. j. extra de plus peti. dixit

14 † ꝙ reus nullā pœnā petit: & quod pp plus petitū pōt simpliciter negare: arg. notatorū in c. j. extra de litis contesta. & cū eo tenet Ang. de Are. in prin. huius §. si quis agens. in gl. in ver. cadebat. uidete tñ do. Ant. de But. in d. c. j. extra de plus peti. ut saltem quò ad expensas fiat adinuicem cōpensatio: quātùm uerò ad alias pœnas uerum dicat. Ioan. de Lig.

Gl. huius uer. sunt interlineales, & claræ: & ideo remanebit expeditus iste uersiculus, & per consequens iste §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a Sed aduerte, quia opi. Bar. uerior uidetur. Primò quia absurdum esset quòd agens puniretur respectu temporis elapsi ante petitionem, cuius respectu non uidetur deliquisse, sed parum, aut nihil, & respectu temporis futuri post petitionem ante existentiam conditionis, cuius respectu plus petijt, immunis esset. cùm regula iuris sit in eo, quem esse puniendum, in quo deliquit. c. literas. extra de tempo. ordi. c. pastoralis. extra de iure patr. cum alijs similib. Ergo etiam tempus post petitionē usque ad existentiam conditionis, erit duplicandum. Præterea & secundò, arguo sic: Vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter debet illa determinare. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pup. l. quamuis. C. de imp. & alijs subst. sed in §. hodie. infra de exce. & in c. j. extra de plus pet. pariformiter & una determinatione cumprehenditur petens ante tempus certum, sicut petens ante conditionem. Sicut ergo in plus petente tempore certo duplicatur tempus post petitionem currens.

currens.(siue Bar.siue communem sequar opi. de qua statim ponit Ias.Ita etiam in petente ante conditionis purificarioné. Tertiò contractus conditionalis continet totum illud tẽpus, quod est ante, & post petitionem vsque ad existentiam conditionis,vt ad sensum patet.Ergo totum est duplicandum, vt uidetur casus apertus in §.hodie.infrà de exce.ibi: uel quas natura actionis continet,&c.& communiter in seq.q.doctor. ita intelligunt illum tex.Nec obst.fragile aduersantium argumẽtum,quia si constat de tempore celebrati contractus, & de tẽpore existentis conditionis,vtique cuicunque quamuis imperito Arithmetico facilis erit temporis intermedij computatio:nec si difficilis esset,à proposito discederem:quia difficultas præstationis non reddit inutilem dispositionem.l.2.§.ex his igitur, in fin.ff.de verb.oblig.& sic iste condemnabitur ad inducias duplicandas,quæ(vt inquit Bar. & d.l. pecuniam)ex euentu conditionis certificabantur.Et pro hoc allego optimũ tex.in argu.in l.in lege Aquilia si deletum. ff.ad legem Aquili. Et hoc mihi verissimum videtur:, quicquid Ias. & alij dicant reffellendo.Ant.Ang.Carcass.Sardus.

b Sed ille tex.mihi parum probat,& in contrarium uidetur casus in l.non solùm la 2.§.tale:ff.eod.tit.l. leg. ibi exigere debitum tentauit,&c.Cogitabis.Sard.

c Remisso tamen eis medij temporis interusurio, secũdum Bald.ibidem post glo.Sardus.

SVMMARIA §. SI MInus.

1 *Petens aliud pro alio per errorem, an in eodem iudicio errorem suum corrigere possit.*

2 *Creditor petens certam quantitatem, an per hoc confiteri videatur se in maiore quantitate non esse creditorem.*

3 *Creditor si debitor ei dicat, Ecce centum quæ tantùm tibi debeo:& simpliciter accipiat,& nihil dicat, an sibi præiudicet: an fundata sit intentio rei.*

4 *Libellanti an eius assertio noceat. cum tribus seq.*

8 *Donatio præsumpta an traditionem requirat.10.*

9 *Libellum emendare quando propriè quis dicatur.*

11 *Libellum mutare quando quis dicatur.*

12 *Cumulatio,quid:& de materia cumulationis.26.*

13 *Libelli emendatio vsque ad quantum tempus permissa sit. 14.22.25.& sequen.*

15 *Iudex an secundum conscientiam,an verò secundum allegata,& probata iudicare debeat.*

16 *Executor sententiæ si conscientiam suam habeat contra sententiam,quam exequi debeat: an nihilominus eam executioni mandare teneatur.*

18 *Iudex videns Titium occidere Sempronium coram multis,an absque alia probatione eum de homicidio condemnare possit.*

Potestas vel capitaneus à fenestra videns aliquos rixantes, aneos,ex hoc absque alia probatione punire possit.20.

21 *Potestas si filium rixosum habeat,& non prouideat,an licitè de officio suo expelli possit.*

25 *Dilationes qua causæ cognitione concedantur.*

§. SI MINVS.

ISTE §. multùm bene continuatiuè procedit, secundum Dyn.Io. Fab.Nicol. de Neap.& Io.de Plat. Nam suprà proximè loquuntus est Imperator quãdo petitur plus, quàm debeatur, qualitet actor puniendus sit: & sic qualiter prouideatur reo contra actorem plus debito petenté: hic verò loquitur in casu contrario,quando petitur minus, quàm debeatur, qualiter subueniatur huic minus petenti.Posteà in ver.seq. ponitur quando petitur aliud pro alio per errorem,an liceat errorem suum corrigere.

Iste §.vsque ad §.fi.sunt præterea.cõmuni diuisione,vt Nic. de Neapo.& Angel.de Aret.diuiditur in duas partes principales.In prima loquitur in eo,qui minus petit, quàm sibi debeotur.In secunda loquitur in eo,qui petit aliud pro alio per errarem.Secunda ibi:si quis aliud. Vel si vultis elegantiùs & fundamentalius diuidere ex his quę dicturus sum. infrà in glo.2. mag.in ver.iudicio.in prin. diuidite in duas partes principales.In prima loquitur de emendatione libelli. In secunda loquitur de mutatione libelli.Partes non mutantur. Hanc diuisionem optimè intelligetis ex his,quæ tradam in gl.prædicta. hoc dicit in summa vsque ad §.fi. sunt pręterea. Quãuis actor minus petat,quàm sibi debeatur,tamen iudex in iudicio debet aduersarium in reliquo condemnare. hoc dicit primò.
1 †Item petens aliud pro alio per errorem, potest in eodem iudicio errorem suum corrigere.hoc dicit secundò,& vltimò literaliter,& ad corticem vsque ad d.§.fi.Et dicit Io.Fab.hic,in 3.col.quòd iste §.in princi.& in ver.si quis aliud.est gl.& declaratio l.edita.C.de eden.& quamuis aliqui hic,vt Angel.de Are.congregent hic quasi omnem materiam, quæ ponitur in l.edita.videlicet de emendatione libelli,an,& quando sit permissa.Item & de mutatione libelli,necnon & de cumulatione ego tamẽ non attingam nisi ea, quæ necessaria sunt ad text.& gl.tum quia ista est propria,& ordinaria materia d.l. edita.tũ etiam quia angustia temporis me vrget,& proximę generales vocationes a tergo instant,& premunt.

2 †No.in primis Ang.de Are.hic unum,ad quod reputat hũc tex.multum menti tenendum:quia licet quis petat certã quãtitatem, non tamen per hoc videtur cõfiteri se in maiore quãtitate non esse creditorem, siue ignoranter petierit,siue scienter.Facit l.si quidem.C.de transact. & hoc nisi apposuerit dictionem taxatiuam Tantùm,vel Solum modo, secundum Bar. & alios in d.l.si quidem.per gl.no.in l.rationes.in gl.fi. in ver. quantitatem.& etiam per Bart.& alios.C.de proba.& per l.3. §.cum Titio.ff.de adimen.leg.Adde Bart. eadem dicentem in l.si cùm duos.in prin.ff.de rerum amo.& ibi etiam ponit Car.

3 † quid si debitor dixit creditori:Ecce centum, quę tantum tibi debeo:& creditor simpliciter accepit, & nihil dixit:an sibi præiudicet, & per hoc sit fundata intentio rei? Determinat Bartolus quòd non præiudicat:& de hoc dicit esse casum no. in d.l.si quidem.

4 † Secundò,& vltimò notate in ver.si quis aliud.quod quamuis vulgò dici soleat,quòd assertio libellantis noceat libellanti,vt l.cùm precum,cum gl.j.& 2.& ibi Bal.C.de libe.cau.& l. 2.& ibi no.Bal.ex illo tex.C.de insti.& substi. sub condi.fac.in tantum quòd per ista iura dicit Barto.in l.certum.§.si quis absente.ver.item quòd dixi.quod valet confessio parte absente intelligendo,&c.ff.de confessis,quod confessio facta in libello, etiam absente parte, probat.De quo etiam per Bartol.in l. 3.in vltimis verbis. ff. de iure fisci.& Bald.in l.vnica.in penul. col.C.de confessis.& do.Anto.de But.in c.fi.extra de cõfessis.

5 † Tamen illa regula limitatur primò per hunc tex.nisi interuenisset error quia errore interueniente talis assertio non noceret libellanti:imò potest talis error reuocari: vt hoc tex. Addo tex.in l.rura.& ibi Bar.in fi.illũ no.ad hoc.C.de omni agro desert.lib.11.Intelligite tamen,dummodo lis nondum sit cõtestata,secundum gl.no.in l.qui familiæ.in gl.vnica.in fi.ff.fami.erci.& hic,in gl.2.mag.in verb.iudicio.

6 † Secundò præd.ctam regulam, quæ habet quod assertio
a facta in libello nocet libellanti, [a] limitat Angel.de Are.hic in 20.col.in glo.in ver.corrigere, vt procedat quando confessio facta in libello esset assertiua: Secus autem si esset narratiua, seu nuntiatiua:vt si dicerem in libello me mutuasse decem Titio hæredi Seij.Nam per hoc non videret confiteri illum hæredem Seij.Allegat Bal.in d.l.qui familiæ. qui secũdum eum, ita intelligit illam legem.Vos aũt pro veritate huius limitationis videte in terminis Bar.in l.ex hac scriptura.ad fi.in vlt.q.& ibi omninò Io.de Imo.ff.de dona.Bal.in d. l. cum precum. C. de lib.cau.& in l.ex his verbis.in ult.col.C. de restitu. mili. & in l.j.in pen.& ultima col.C.de fal.cau. adie.lega. & in l.unica.in 19.col.C.de confes.& in l.error.in 6.col.C.de iur.& fac. igno.do.Ant.de But.in c.fi.in antepe.col.extra de confessis.

7 † Tertiò ultra Ang.de Aret.ego reperio quòd suprà scripta regula,

regula, quod assertio facta in libello noceat libellanti, limitatur singularissimè per Io. de Imo. in c. si cautio. ante medium extra de fide instru. Et si hęc limitatio esset uera, esset scribēda literis aureis, quòd ita demū libellus probet & præiudicet libellanti, si est scriptus manu propria ipsius libellantis: secus si manu notarij, vel alterius tertij. Et ita dicit sentire Bart. in l. nuda ratio. in 2. col. ff. de dona. Sed certè Bar. ibi non loquitur in libello, sed loquitur in libro rationum: & dicit, quòd liber rationum facit fidem, quamuis scriptus parte absente, quando est scriptus manu propria: secus si manu alterius. Quinimò
b Bart. in dicta l. nuda ratio. b communiter reprobatur in hoc per doct. ibi: & contra eum tenet etiam Io. And. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. §. restat. Et contra hanc limitationē Imol. ego allego tex. solennem in l. diuus Claudius. §. item Senatus. ff. ad legem Corne. de fal. vbi est tex. quod non refert, an aliquid sit scriptum manu propria alicuius, an manu alterius de eius voluntate: &, vt formaliter inquit Iuriscōsultus, videri enim hæc ipsis manu scripta, cuius voluntate scripta sunt.

Gl. j. in versi. intentione. quæ est singularis gl. ibi: intentione scilicet libello intentionis: & sic ponitur contentum pro continente: prout etiam vidistis tex. in §. si quis agens. in princ. & ibi dixi in apostillatione tex. suprà eodem.

In fin. gl. notate perpetuò hanc gl. quæ est vnica & singul. in
8 iure, † quod nunquam præsumitur donatio, nisi quando traditio interuenit. Et si est vera, est magna limitatio ad l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. Et sic habetis singulariter colligere, ꝙ præsumpta donatio requirit traditionem. Vos autem dicite ꝙ gl. verum dicit in se, & ad tex. nostrum: sed non in eo, in quantum dicit non præsumit donationem, nisi quando traditio interuenit. In hoc reprehenditur per do. Ia. Fab. & Ang. de Are. hic, quoniam imò præsumitur donatio per solam simplicem promissionem sciēter factam: vt l. Campanius. ff. de ope. libe. Accedant quod vulgò dicimus paria esse promittere, & soluere. l. fin. C. ad l. Fal. & l. si patronus. §. j. ff. de dona. Sustinēdo gl. inquantum ad tex. nostrum, vt ex petitione in minus, quàm debeatur, facta à sciente, non præsumatur donatio in residuo. dicunt suprà scripti docto. ꝙ præallegata non faciunt ad propositum §. nostri: quia prædicta loquuntur vel quando traditio fuit facta à sciente se non teneri: quo casu procedit d. l. cuius per errorem. Vel quando interuenit promissio à sciente se nō teneri: quo casu procedit d. l. Campanus. & regula, quòd paria sunt promittere, & soluere. Et sic qua ratione soluendo ex certa scientia sciens me non teneri, videor donare. eodem modo promittens ex certa scientia sciens me non teneri, similiter videor donare, sed in casu §. nostri non interuenit traditio, nec promissio, nec aliquid, quod inducat donationem, & consequenter hic non agitur de traditione, vel promissione simpliciter facta, sed de quadā abstinentia, prout dicit glo. nostra. de qua nunquàm auditum, & nunquam relatum extitit, quòd in-
c duceret donationem. vel remissionnem. c* Et cū ista opinione, seu defensione, quæ fuit originaliter Dy. vt prædixi, imò verius gl. nostræ, transit Nic. de Neap. hic in prima opp. glo. & cū ista gl. sic declarata adducit ipse quòd non est tanta præsumptio in patiente, quanta est in tradente: quia grauius est tradere, q̄ pati. Et si diceres quòd paria sunt aliquid tradi alicui, vel quòd res sit apud eum: vt §. interdū suprà de rer. diui. & l. qua ratione. §. interdum. ff. de acqui. rerum. do. Respondebat. Nic. de Neap. hic, quòd illud habet locum in eo, qui est ad traditionem obligatus: aliàs secus, vt in terminis nostris: quia tunc nō sunt paria, tradere, & pati.

9 † Ego vltra doct. & præallegata cōtra gl. hic, quòd imò præsumatur donatio, etiam non interueniente traditione, allego gl. contrarium tenentem in l. vnica. C. de plus. peti. in gl. fin. in versi. transactionibus. circa medium. vbi dicit illa gl. & quamuis contra plus debito petentem per dolum, & dolosè exigentem cautionem super plus debito succurratur per remedium illius leg. vnicæ: quia cadit à causa. tamen, si postea ille, à quo fuit exacta illa cautio, sponte, & scienter confiteatur in tanta quantitate, in quanta fuit exacta cautio, ꝙ sibi tunc non succurritur, quia videtur donare, per dictam l. cuius per errorem & sic illa præsumpta donatio nō requirit traditionē. Sed dicite prout dixi secundum doc. hic, quod gl. in d. l. vnica. loquitur quando interuenit promissio, seu confessio quæ benè induceret præsumptam donationem. Nostram autem gl. & §. noster loquuntur, quando non interuenit traditio, nec promissio nec etiam confessio, sed solum quædam abstinentia, vt prædixi.

Gloss. magna in ver. in iudicio. diuiditur in quatuor partes principales. In prima declarando tex. ponit opi. quorundā, vt Martini. In secunda ponit aliā opin. Ioan. quam approbat. In tertia respondet tribus fundamētis adductis. per Martinū. In quarta quærit, & soluit. Secunda ibi: sed certè secundum Ioannem propositum est falsum. Tertia ibi: nec obstat quod hic dicitur. Quarta ibi: quia potest emendare libellum quandocunquè. Hæc gloss. inaduertenter promiscuè vtitur istis terminis, Emendare, & Mutare. Nam quod hic in prin. gl. dicit emendare. infrà dum refert opinio. Io. dicit mutare: & sic videtur velle gl. ꝙ non sit differentia inter Emendare & Mutare. & tamen quòd sit differentia, præsupponit apertè tex. in l. edita. C. de eden. dum dicit, emendari, vel mutari. & sic ponit alternatiuā inter hæc duo verba, quasi sit diuersitas. & ibi glos. magna in ver. emendari. & ibi doc. constituunt magnam differētiam inter emendare, & mutare.

Pro clara ergo intelligentia horum terminorum, & eorum, quæ infrà dicentur, dicite quod in materia ista reperiuntur in iure tres termini, emendare, mutare, & cumulare: qui tres termini inter se valde differunt, vt declarant Io. Fab. Ang. de Are.
10 Io. de Plat. hic, & clariùs Bar. in d. l. edita. C. de edēdo. † Emēdare ergo libellū quis propriè dicitur, secundū Io. Fab. & Angel. hic, quando aliquid corrigit in eo absque mutatione substantiæ materialis. Bartol. verò in d. l. edita. in j. colum. versic. pro declaratione. latiùs q̄ Io. Fab. hic, & latius q̄ glos. ibi dixit quid sit emendare, declarat per textum. C. de emendatione Iustiniani Codicis. per totum. & §. quibus in prima constitutione. Codicis. & C. de emenda. propin. & seruorum. per totum: ex quibus colligitur quod emendare libellum, est ipsum corrigere, superflua resecare, mutare verba: (sententia tamen permanente) addere, vel detrahere, vel declarare obscura. Intelligite tamen semper substantia materiali salua permanēte. Tolite vnum exemplum, & sufficiat. Egi contra te in libello actione ex mutuo ad centum: volo posteà addere libello quantitatem, & petere ducēta, eadēmet actione: ista propriè est emendatio libelli: quia remanet salua substantia materialis, eademmet actio, idemmet contractus, eademmet obligatio. Et de hac emendatione propriè loquitur tex. noster. in prima parte. & l. accusaturus. ff. ad legem Iuliam de adulter. bonus textus in l. actorum uerba. ff. de re iudicata.

11 † Mutare uerò libellum, est alterare substantiam ipsius libelli, ut satis patet in d. l. actorum uerba. cum gl. iūcta l. iudex posteaquam. & iunctis utrobique notatis. ff. de re iudicata. Vel medius, & clarius secundum Ioannem de Platea hic, mutare libellum, est ueteri actione relicta, nouam allegare: uel relicta prima repetita aliam petere. Exemplum: egi contra te in libello actione ex testamento ad centum, uolo nunc agere actione ex stipulatu, & sic alterare libellum. Ista propriè est mutatio: quia substantia materialis ipsius libelli alteratur. De hac mutatione propriè loquitur tex. noster in secunda parte principali in uer. si quis aliud. & leg. cùm fundum. §. finali. ff. de ui & ui armata.

12 † Cumulare d verò, siue, cumulatio, secundum quod definit
d Bar. in d. l. edita. in 4. col. est vnius actionis cum alia coaceruatio. Nam cumulare, idem est, quod coaceruare plures actiones in eodem libello contra eundē: Exemplum, egi contra te actione depositi, posteà dubitans non posse probare depositum, volo aliam actionem cumulare in libello: & sic volo plures actiones ad idem, ex diuersis causis competentes. Coaceruatio ista est cumulatio. Et de ista cumulatione nihil loquitur text. noster: sed hanc materiam cumulationis ponit Cy. Bart. Bald. Angel. & Sali. & alij scribentes in d. l. edita. & amplissimè per Cy. in regula, nullus pluribus. de regu. iur. lib. 6. & aliquid per Ioann. Fab. & Ioann. de Plat. & Angel. de Aret. in antepen. & ultim. char.

e e An autem, & quib. casibus, & usque ad quantum tempus permissa sit ista emendatio, uel mutatio libelli: de quibus duabus loquitur text. noster, ut prædixi, dicam aliquid statim in fi. huius gloss.

In

In ead.gl.ibi:vt in Auth.de litig.§.omnem.dicite, & transsumptiuè in Auth.qui semel.C.quo & quando iudex. Teneatis ergo extra gl. † ꝙ hodiè de iure Authenticorum non est licitum emendare libellum b etiam vsque ad litem contestatam,& ex hoc sequitur glossellam velle, ꝙ §.noster, & l.edita. C.de eden.quæ leges permittunt emendationem libelli vsque ad litis contestationem,vt statim infrà dicetur, sint hodiè correctę.Et hoc aperta fronte firmauit Petr. de Bella Pert.in d.l. edita,in 8.q.& Spe.in tit.de libel.concept.§.nũc ostendamus. circa prin.In hoc puncto Nicol.de Neapol.in prima quæstio. refert plures & varias opiniones antiquorum:de quibus,quia non expedit,non curo facere mentionem . Ego indistinctè teneo contra hanc gl.ꝙ tex.noster,& l.edita, non sint vllo modo correcti:& consequenter quòd etiã hodie quis potest emẽdare libellum vsque ad litis contestationem : secundum tamẽ quod infrà dicam.Et etiã tenent Ioan.de Plat.& Ang.de Aret. hic.& Iacob.de Belui.in dict.§.omnem. in Auth. de litig. Nec obstat d.§. omnem. & transsumptiuè dicta Auth. qui semel. quia respondet Ang.quòd verum est,quòd actor debet persistere in libello vsque ad finem iudicij, supple secundum eũ, nisi vsque ad litem contestatam lege permittente mutauerit libellum:vt hoc tex.Vos autem absque vlla suppletione melius respondete,secundum Io.Fab.hic, cuius solutionem etiã sequitur Io.de Pla.quòd ille §.omnem : & Authen.qui semel, nihil habẽt commune cum §.nostro, & l.edita.quia illæ leges loquuntur in casu, quando actor non vult prosequi causam: quo casu per dictas leges cogitur prosequi, & persistere in libello dato:hic autem §.noster, & l.edita.loquunť in casu valde diuerso:imò contrario,quando actor instat,& prosequitur causam , veruntamen vult aliquid emendare de propositis in libello:& sic illæ leges occurrunt calumnijs non prosequẽtiũ causam:istæ autem leges subueniunt vigilantię prosequentiũ. Et sic luculenter apparet quò d hæ materiæ nihil habent commune ad inuicem : & consequenter quod iste §.& l.edita.non sunt hodiè correcti, cùm loquantur in materia prorsus extranea .

In ead.gl.ibi:tamen dicitur iudicium idem:vt infrà proximo §.An hæc solutio sit bona,dicam infrà latè.

24 † In ead.glo.ibi:vt infrà de noxa.in prin. ver.in summa.voluit dicere gl.quod in d.§.si detracta. solùm fiebat emendatio circa qualitatem nõ contingentem actionem , vel causam agẽdi : & consequenter fiebat emendatio in qualitate, super qua non fundabatur iudiciũ,sed rei conueni beneficium: & ideo fieri potest etiam post litem contestatam:vt in d.§.si detracta. Et ita ibi declarat Flo.Et de intellectu illius §.si detracta.si vultis latiùs videre,videte Inno.in c.j. extra de libel.obla.& omninò Io.de Imo.in l.j.§.j.ff.de publi.Ioan.And.in addi. Spe.in rub.de accu.in quarta parte.& Bal.in repet.Perusina.l.edita.in 20.& 29.colum.

In ead.gl.ibi: nisi habeat conscientiam vt iudex . Teneatis 25 ergo quod cùm quæritur † an iudex debeat iudicare secundũ g conscientiam suam,an verò secundũ allegata & probata , g ꝙ sic est distinguendnm.Aut id , quod habet in cõscientia,est notum sibi ut iudici:& tunc debet iudicare secundum conscientiam suam.Et dicitur constare iudici vt iudici, quando sibi cõstat ex actis coram eo factis . Et ita loquitur l.si irruptione.§. ad officium.ff.finium regun. Aut verò id,quod iudex habet in conscientia sua , est sibi notum tanquam priuatæ personæ :& tunc debet iudicare secundũ allegata & probata. & ita loquitur l.illicitas.§.ueritas.ff.de officio præsidis. non autem debet iudicare secundum conscientiam suam . Nec dicitur isto casu peccare , aut conscientiam facere:vt no.in c.j.extra de officio ordina.vbi si iudex iudicat secundum legem, non peccat,quãuis contrarium cognoscat:exemplo Saluatoris nostri, qui quãuis nosceret omnia secreta nostra , tamen noluit iudicare secundum suam conscientiam , sed secundum probationes : vt 2.quæst.1.c.Deus omnipotens.Et theoricam gl.nostrę formaliter sequitur Bar.post antiquos in d.l.illicitas.§.veritas . Quid autem sit conscientia , & infinita singularia dicta in materia h conscientiæ,dixi uobis in §.sed istæ. h in gl.magna.in verb.dicit.suprà eo.De puncto autem gl.nostræ,an iudicandum sit ex allegatis & probatis, an verò secundum conscientiam, videte plures gl.ut in §.sit tibi quoq; tertiũ studium.in Auth.de man. prin.& gl.suprà quibus mo.tu.fini.in prin.super uer.ex habit. & in 2.l.in gl.fi.super uerbo , quanti in litem.ff.de in litem iuran.& in d.l.si irruptione.§.fi.in gl.fi.in uer.subiectis.& gl.no. in l.j.in gl.j.C.qui & aduersus quos.& in l.lex, quæ tutores. in uers.testificatione.C.de admi.tuto.& in l.2.in gl.penul.in uer. atrox. & ibi Ang.ff.de fer.& ibi etiam glo.no.declarat quãdo aliquid dicatur esse notum iudici ut iudici:.quia est,quando si bi constat ex actis,quia illud est in actis productum:ut quia est sibi probatum per testes uel instrumẽta coram eo producta. Et fertur ita Azo.respondisse Potestati Bononiæ. Ad ista etiam uidete gl.in l. bonorum.in uer.sciens.C.qui admi. per gl.notabilem.quæ latè disputat,& examinat in c.j.in gl.magna.in uer si.cautiones.circa mediũ.extra de offi.ordi. & in c.pastoralis. §.quia uerò.in uer.eandem.extra de offi.deleg.& in c.iudicet. in gl.in uer.audit.3.q.7.Verùm quia iste passus est multùm dubitabilis apud Theologos & Canon stas,nec transit cum tam modica distinctione,an si iudex habeat conscientiam in dubitatam,& ex conscientia sua indubitãter sciat, puta quia uidit aliter esse,ꝗ̃ sit probatum,an debeat iudicare secundum conscientiam suam , & maximè in criminalibus,in quibus ueniret imponẽda pœna corporalis, cùm damnum non sit posteà reparabile : ut puta si indubitanter scit iudex ꝙ Sempronius occidit Caium,quia ipse infallenter uidit,& probatur plenissime per testes ꝙ fuit Titius,qui eũ occidit, an cogatur ex probationibus coram eo factis condemnare Titium innocẽtem. Varij uaria dixerunt:ideo uidete Spec.in tit,de senten. §.generaliter.uer.item debet.& in tit.de notorio cri.§.fi.in uer.quia. & in tit.de allega.& dispu.§.satis clarè. uer. ut autem.& uer. item ad eius.& uer.item si.& ibi Io.And. in addi. & latissimè do.Abb.Panor.& Imo.post do.Ant.de But.& alios in d.c.j.extra de offi.ord.& in d.c.pastoralis.§.quia uerò. extra de offię. delega.per doct.in c.j.ubi pulcher tex.de re iudi. in 6.& in c. 2.quod incipit, si sacerdos.per tex.& gl.ibi:in uerbo,sciat pro certo.extra de offi.ordi.per Innoc.in cap. uenientes. exrra de iureiu.& latissimè per do.Ant.de But.in repetitione.c. uestra. in vltima charta.extra de coha.cleri.& mul. Pet.de Ancha.in repetitio.cap.canonum statuta.circa quartam chartam, extra de constitut.per eundem in regula possessor.in 26.col. versic. sextò circa istud.de regulis iuris in 6.& latè per Bal. in d.l.si irruptione.§.fin.& ibidem per Flo.& Bal.in l.j.C. de ind.vidui. tol.per Ang.& Imol.in l.à diuo Pio.in princ.ff.de re iudi. & latè per Ang.hic super j.gl.in 7.in 8.& 9.col.In prædicta tamen difficultate consilium est,& cautela,quod iudex,quãtũ ei possibile est,se exoneret ab onere sententiandi,& , si potest,deleget alij causam,vel instet apud superiorem, vt eum remoueat vel saltem à dicta causa exoneret, vel maximè etiam in causa capitali instet cum parte ꝙ ipsum recuset,allegata hac causa quod intendit ipsa pars ipsum iudicem in testem producere: & ista est iusta causa remotionis:vt in c.dilecto.de testi.Et hęc consilia inuenietis tradita in locis præallegatis . De quibus et consilijs videte etiam Ang.hic ponentem etiam aliud consilium,ꝙ iudex istas probationes,tanquam falsas reijciat, cùm ipse sciat falsas:tamen,vt etiam ipse dicit,hoc consilium posset esse nociuum iudici in syndicatu.

Duo tamen peregrina dicit in hac materia.notate. Primũ, ꝙ iudex, qui est suprà legẽ,vt Papa,Imperator, vel Princeps, cuius dictũ habetur pro lege,debet semper secundum suã cõscientiam iudicare,qualitercunque habeat illam conscientiã, i siue ex actis,siue nõ,aliàs peccaret. i Istud est, quod dixit singulariter Bar.in l.vnica.ad fi.Cod.vt quæ desunt aduo.referẽs sic dicere,& tenere Theologos, referens etiã notata per Cyn. & Bal.in leg.rescripta.Cod.de preci.Imper.offer.& quod notat Inno.in cap.cum inter.in vltima gl.extra de elect.

16 † Secundò aduertite, ꝙ licet executor habeat conscientiã suam contra sententiam, quam debet exequi,.& illam videat iniquam,tenetur tamen eam executioni mandare:Quod notate:quia millies contingit.cap.præterea. & c.pastoralis. §.quia verò.& ibi do.Ant.de But.extra de off.deleg.Et illud ideo est, secundum do.Anto.ibi,quia qui non habet cognitionem aliquam.non potest retardare executionem,licet habeat cõsciẽtiam in contrarium.Cùm ergo merus executor regulariter nõ habeat cognitionem l.si vt proponis.& l.executorem.& quod ibi per glos.& Bald. C.de execu. rei iud. Quod intelligite in

cauſa ciuili:ſecus autem in cauſa criminali,& corporali, quia tunc iudex non debet exequi conſcientiam ſuam:arg.l.j.in fi.& quod ibi not.per Bar.ff.de quæſtionibus.& notat in terminis Inno.& doct.in d.c.paſtoralis.§.quia verò.Et hoc ideo eſt, quia damnũ talis executionis eſt irreparabile, ergo nõ debet ex abrupto executioni mãdare: arg.l.ſi quis prouocatione.cũ gl.C.de appel.notant Paul.de Eleaza.& Pet.de Ancharano in cle.j.extra de re iudi.& Bal.in l.auditor.C.de epi.audi.& hoc per Ang.de Are.Accedat illud Satyrici:Nulla vnquam de morte hominis contentio longa eſt. & iſta bene notate quia quotidiana ſunt.

17 † Nunquid autem licitum eſſet iudici mandare executioni
ſententiam capitalem contra aliquem, quã videt eſſe iniquã,
ſi hoc faceret fauore tyranni, qui hoc ſibi pręcepiſſet, ita ꝙ
per hoc excuſaretur apud Deum:non audeo decidere: cõſuli
x te Theologos. x Reperio tamen apud Legiſtas ꝙ occidens aliquem etiam non culpabilem, & ſcienter pro conſeruatione vitæ ſuæ,non dicitur in aliquo delinquere,puta ſi tyrannus habeat duos in carceratos,& dicat vni,niſi ſuſpendas conſociũ, ego faciam te trucidari, Iſta eſt iuſtiſsima cauſa occidendi ẽt innocentem,vt ſe liberet ab inſtanti periculo,nec per hoc dicitur in aliquo delinquere. Iſtud eſt, quod in terminis tenuit gl.ſingul.& aurea in l.ſi familia.in ver.agi poterit ad fi.ff.ſi fami.fur.fe.dica.

18 † Nunquid autem iudex videns occidere Sempronium, coram multis,poſsit abſque alia probatione Titium condemnare de homicidio:videte gl.no.2.q.j.§.quando autem.& altius omnibus tetigit do.Anto.de Butr. in repetitione cap.veſtra.in vltima char.extra de cohabi.cle. & mulie.& ibi omninò videte per eum.

19 † Et an capitaneus vel poteſtas videns à feneſtra aliquos rixantes poſsit eos ex hoc punire abſque alia probatione.videte Gul.de Cu.in l.vnica.C.vt quæ deſunt aduoca.& Bald.in l.nullus.C.de ſumma Trinitate,& fide catholica.& Bal.in l.j.§.qui eſt.ff.de offic.præfect.vrb.

20 † Et in iſtis locis ponit etiam Bald.an hoc caſu, ſi Poteſtas,
vel capitaneus uidens rixantes per feneſtram,ſi non mittat fa-
miliam ſuam, ſit priuandus officio ſuo, ita quòd iſta ſit iuſta
cauſa priuationis:& determinat ꝙ ſic, per dictum illud ſingu
21 lare Cy.in l.ſi ſeruus.C.de nox.vbi uoluit ſingulariter † quòd
ſi Poteſtas habeat filium rixoſum,& non prouideat,licitè po-
teſt expelli de officio ſuo. Quæ omnia perpetuò notate: quia
quotidiana ſunt, & non habentur per alios hic, nec etiam in
communibus locis.

In ea.glo.ibi:& hoc in ſingularibus iudicijs. Teneatis ergo
ex hac glo.quòd emendatio libelli,de qua emendatione pro-
priè loquitur principium §.noſtri.& intelligi debet hæc gl.ut
22 declaraui in princ.huius gl. † poteſt fieri uſque ad litis conte
ſtationem & non ultrà,reprobata opinione Mar. qui nũquàm dixit uerum,& quorundã aſſerentium quòd poterat fieri quãdocunque ante ſententiam, nec requirebatur noua litis conteſtatio:quinimò etiam ſi actor non emẽdaret ꝙ iudex hoc ſciebat,debet ex eius conſcientia condemnare. & cum gl. noſtra in terminis,in quibus loquitur,uidelicet quando fit emendatio circa rem petitam,ut in prin.§.noſtri,tranſeunt Bar. & cõmuniter doct.in d.l.edita.poſt gl.ibi:& ita tenẽt ubique gl. & communiter doct.Et de hac materia,uidelicet an,& quando, & uſque ad quantum tempus ſit licita emendatio libelli, ſi loquamur circa ſubſtantialia ipſius libelli, & quando circa aliquam qualitatem,& quando circa aliqua uerba obſcura libelli,& quando circa acceſſoria,ut puta fructus.Videte ſingulariter per omnes in d.l.edita. de quibus omnibus habetis etiã hic per Io.de Pla.& latiùs per Ang.de Are. & aliquid etiã per Io.Fab.Sed certè quia iſta conferunt ad intellectũ textus noſtri,& gl.ideo conſultò omitto,maximè cum hæc omnia ordinariè habeantur in d.l.edita.C.de eden.

23 † Vnum tamen non omitto,quamuis communis opi.ut prædixi,ſe habeat cum gl.noſtra,ꝙ emendatio circa rem petitam poſsit fieri uſque ad litem cõteſtatam, in quib.terminis loquitur principium §.noſtri,non autem poſt litem conteſtatam,niſi fiat nouum iudicium,& noua inſtantia: Contra hanc cõcluſionem multũ vrget textus noſter in uer.in eodem iudicio.ergo in eadem inſtantia.Nec obſtat expoſitio gl.noſtræ exponentis in eodem iudicio,id eſt, coram eodem iudice:quia hæc expoſitio multum uiolat hanc literam. Prætereà non poteſt dici idem iudicium,vbi mutatur inſtantia iudicij:ſed tunc, quãdo vna agitaṫ:prout textualiter habetis in d.l.in delictis.§.ſi detracta.verſi.donec autem.& ver.ſeq.ff.de noxa.& in l.cũ apud ff.iudi.ſol. Prætereà iudicium non dicitur eſſe idem, vbi res, vel actio mutaṫ.vt l.cum quærebatur.§.fin.ff.iudi.ſol.Cum ergo hic tex.dicat in eodẽ iudicio, oportet quòd neceſſariò intelligatur,id eſt,in eadem inſtantia:aliàs non dicereṫ idẽ iudiciũ mutare,vel actionem:quamuis perſonæ iudicis,vel partiũ eſſent eædem, per iura præallegata.Fortificat iſta,& vrgẽtius Ang.de Aret.infr.in gl.ſequenti.in ver.iudicio.poſt Raph.Ful.in d.l.edita.quia ſi textus noſter exponeretur, in eodẽ iudicio id eſt,coram eodem iudice: prout gl.noſtra exponit,& ſequũtur cõiter doct.ſequeretur quòd iſte tex.eſſet ſuperfluus,& bis idem diceret,cũ ſtatim dixerit tex. de iudice quòd nihilominus debet iudex,&c.Prætereà & fortiùs intelligeremus hunc tex.in hunc fatuũ ſenſum, quòd vellet dicere quòd nihilominus aduerſariũ iudex condemnet corã eodẽ iudice.quo nihil abſurdius.Prætereà per iſta,quæ in veritate multum vrgẽt,Io.Fab.hic receſsit à prædicto cõi intellectu gloſſarum, & doct.ad hũc tex.noſtrũ, & habuit alium intellectũ ad hũc tex.profectò non contemnendum.Dicit enim ſe putare quòd iſte textus ſit planè,& ſimpliciter intelligẽdus, prout literaliter iacet:ꝙ ſi minus petij,poſſum in eodem iudicio, & in eadem inſtantia petere plus ſi debeatur ex eadem cauſa,& eadẽ actione nouo libello,& ſine nouo proceſſu:quia hoc caſu nec cauſa agendi,nec actio mutanṫ,nec prima petitio deſeriṫ. Et hoc expreſsè,ſcd̃m eũ,dicit etiam tex.in d.§.ſi detracta.vbi durante eadẽ inſtãtia augetur,& diminuitur petitio: quia nec cauſa radicalis agendi,nec actio mutantur,quãuis condẽnatio poſſit eſſe minor,vel maior.Et hoc etiam expreſsè probatur, ſecũdum eum,per tex.expreſſum in l.Apud Celſum.§. item quæritur.il j.ff.de excep.doli.Super quo text.multum dubitauit hic Dyn.& poſt eum Nicol.de Neapol.in prima opp.extra gl.Apparet ergo,ſcd̃m Io.Fab.hunc §. ſimpliciter procedere, ut in eadem inſtantia ſine alio libello poſsit fieri condemnatio de adiũcto,cũ ſit modica mutatio,cũ ſit eadẽ res,cauſa,& actio.Et pro hoc intellectu facit,ſcd̃m eum,l.ampliorem.§.fin.Cod.de app.quæ lex non eſt reſtringenda ad vniuerſalem actionẽ:vt l.Aufidius.in fin.ff.de l.3.quamuis gl.noſtra hic in fi.reſtringere videatur.Si autẽ mutaretur vel res, vel actio,ut in hoc §.verſic.ſi quis autẽ.tunc ratione erroris interuenientis eſt idẽ, ſcilicet vt in eadem inſtantia ſimiliter poſsit fieri cõdẽnatio, probato errore, qui poteſt reuocati,& corrigi vſque ad ſentẽtiam:ut l.de ætate.§.qui iuſto.ff.de interrog.act.& l.error cum ſua materia.C.de iur.& fact.ignor. Et iſte ſit proprius intellectus ad hũc uer.ſi quis aliud.Aliàs aũt non probato errore,iſte uerſi.non obtineret,per ſuprà ſcripta.Et in ueritate iſte intellectus multũm amicatur literę tex.noſtri,& credo quòd nũquã uoluerit tex.aliud dicere.Et ſuſtinendo hunc intellectum, qui eſt peregrinus,poteſtis ultra eũ rñdere ad tex.in l.non poteſt.ff.de iudi:hic allegatum in gl.ſuper quo tex.tanquam ſub cardine fundatur cõis opi.quòd illa lex habet locum in iure, qd̃ non habet exordiũ ante litẽ conteſtatã,ſi aũt prius cõpetebat, & ſic habebat exordiũ, & conſequenter ius iam erat quæſitũ actori ante litem conteſtatam, ut in terminis tex.noſtri.tũc ẽt illud,quod uenit poſt litis conteſtationem,poteſt in eodem iudicio,& in eadem inſtantia deduci:ut l.ſi rem alienam.§.fin.cum ibi no.ff.de pig.act.Et ita etiam reſpondet Ang.hic. Et de intellectu d.l.non poteſt.dixi latè ſuprà eod.tit.in princ.in gl.ſi.magna.in uer.debetur.Io.de Pla.hic,dicit quòd quãuis prædicta fundamenta Ioã. Fab.ſint ſubtilia, quod tamen do. noſtri Bar.Bal.Sali.& communiter alij in d.l.edita.ſequũtur opi.glo.noſtræ,à qua dicit ipſe non eſſe diſcedendum, & quod ad argumenta Io.Fab.ſtudioſus indagator faciliter poteſt reſpõdere. Ipſe tamen nihil reſpondet.Ang.uerò de Aret.adſcribit hãc opi.Raph. Fulg.in d.l.edita.nullam faciens mentionẽ de Io.Fab.& Dyn.& dicit,ꝙ quamuis iſta opi.multum comprobetur per hunc tex.tamen communis ſententia gloſſarum,& doct.tenet oppoſitum, & quòd iſta communis opi. ſeruatur in practica.Mihi autem in puncto iuris multum placet conſideratio Io.Fab.ad hunc text.

† In

24 † In eadem gl. ad fin. idem tenuit gl. in d.l.edita. in prin.gl. magnæ. Et ratio est propter naturã iudicij vniuersalis, in quo vniuersalis petitio & generalis admittitur: quod sufficit, quòd quis simpliciter petat se declarari hæredem. Bonorum autem ristitutio venit officio iudicis: vt per gl. in §. curare. in glo.j. in ver. posibile. supra eo. & dixi latiùs in §. actionum. extra glo. in vltimo libello petitionis hæreditatis supra eo. Et ad hãc gl. erit ratio, secundũ Bal. in d.l.edita. relatũ hic per Ang. de Are. quia in vniuersali iudicio sufficit reũ posidere tempore executionis, etiam si non posideat tempore sententiæ propter ipsius iudicij vniuersalis naturam: vt patet in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. vel secundũ Ioan. Fabr. in ultimis verbis istius §. in vniuersalibus, vel generalibus actionibus, non sit aliqua mutatio, sed illæ sui natura etiam cõprehendũt quæ sint in hæreditate: & ideò si aliqua superueniant, non censetur augmentum in vniuersalibus & generalibus, sed est quædam declaratio, seu specificatio, secundum eum. Et hãc gl. nostram ego teneo cum ista limitatione, quam nunc subijcio, vt procedat, quando esset generaliter actum vniuersali iudicio: puta, peto à te quicquid de hereditate Titij posides. & ita loquitur l. quarta. & l. ampliorem. hic allegata in gl. Si autẽ actũ esset specialiter, vt quia egisset petitione hæreditatis contra te ad certum fundum, quem posides, qui fuit Titij, cuius ego sum hæres: certè tunc in vniuersali iudicio non posset fieri additio post litem contestatam, sicut non potest fieri in singulari iudicio. l. nõ potest. ff. de iud. quia tunc eadem est ratio, quæ est in singulari iudicio. Vnde si tu conuentus petitione hæreditatis ad certum fundum, & sic in specie, inciperes postea post litem contestatam posidere alias res, ergò non posset postea post litem contestatam addere prædicto libello, & petere iure prædictæ actionis intentatæ aliam rem hæreditariam. Et in istis terminis loquitur & procedit. opin. Bar. & communis in d.l. edita. per quem dicebat Angelus de Aret. hic reprehendi glossam nostram: quia imò glossa nostra potest optimè saluari, cùm Bar. & doct. loquantur in diuersis terminis à glo. nostra. Et ita cum ista distinctione, & saluatione tenet [1*] etiam Nic. hic in secunda quæstione gl. De quo etiam videte Spec. in tit. de lib. concep. §. nunc ostendamus. circa princ. & Salicetũ in d.l. edita. ver. quæro modò vsque ad quod tempus, &c.

Gloss. 3. in ver. iudicio. diuido in tres partes principales. In prima declarat, & exponit tex. In secunda quærit, & soluit. In tertia idem facit. Secunda ibi: sed nunquid nouæ dilationis. Tertia ibi: item nunquid iterum de calumnia iurabitur.

In eadem gl. in princ. ibi, id est, apud eundem iudicem. De hac disputatione dicite vt in gl. præcedenti circa finem. & ibi videte alium intellectum ad hunc ver. secundum Io. Fab. hic.

In eadem gl. ibi, tamen verè aliud est. Notate ex gl. quod quñ est identitas personarum, sed est diuersa instantia, quòd verè, & propriè non est idem iudicium, sed impropriè. Et idem ẽt notat gl. in rub. C. ne liceat in vna, eademque causa tertiò prouocare. Quod notate ad statuta, in quibus propriè uerba sunt intelligenda, vulgata l. 3. & ibi Bar. ff. de nego. gest. cum sim.

In ead. gl. ibi: nouæ dilationes dandę sunt. Hanc partem sequitur Nico. hic, in 3. quæst. gl. referens Spec. in tit. de lib. concep. §. nunc ostendamus. versi. item libellus. & ver. seq. De quo videte etiã per glo. in l. fi. vbi etiam doct. ff. de ferijs. vbi amplè de materia. & in l. j. C. de dila. 25 † & quæ causæ cognitio requiratur in dilationibus cõcedendis, quia Angelus de Aretio hic tangit: videte per gloss. in d. l. finali. & ibi latè per Bartolum & alios. ff. de ferijs. & Bartolus in consilio suo incipiente, ex facto proponitur ꝙ ex causa pecuniaria, & do. Anto. de Butrig. in cap. vltra tertiam. extra de testib. & Bal. notabiliter in l. penul. in princ. C. de tempo. in integrum restitu. peten. & ea, quæ traduntur latisimè per Bar. Bal. & alios in d. leg. fi. ff. de ferijs. quæ in materia dilationũ reassumit, & impertinẽter Ang. hic.

In ead. gloss. ad finem hanc partem gl. simpliciter sequitur Nicol. de Neapol. hic, in 4. quæstio. gloss. referens idem tenere Spec. in tit. de iura. calum. §. sequitur. versic. item quæritur. De quo etiam videte glo. in d.l. edita. in gl. magna post medium. & ibidem doct. C. de eden.

Gloss. fin. in versic. corrigere. diuido in quatuor partes principales. In prima querit, & soluit. In secunda, ponit vnum dictum. In tertia ponit fallentiam ab illo dicto. In quarta ponit aliam fallentiam. Secunda ibi: & ita intentabit veterem. Tertia ibi: nisi ex ueteri. Quarta ibi: nisi actio prima.

In ea. gl. ibi: sed hodiè contra, in Authen. de litigio. §. omnem. dicite transsumptiuè in Authen. qui semel. C. quomodo, & quando iudex. & sic uult gloss. ꝙ hodiè iste §. sit correctus: quod reprobaui supra in gloss. 2. magna. in uer. iudicio. dicite vt ibi dixi.

26 † Ad fin. huius glo. subintrat materiam cumulationis, quando cumulatio, siue coaceruatio plurium actionum ad idem ex diuersis causis tendentium fit in eodem libello permissa: & vult quòd regulariter sit permissa, nisi in duobus casibus, de quibus hic per eam. Hæc materia egeret una repetitione de per se. Non expedit eam hic ponere, cùm illam ordinatè habeatis per gl. Cyn. Bar. Bal. & Salic. in d.l. edita. & amplissimè per Dyn. in regula, nullus pluribus. de regu. iur. in 6. & dicit etiam Ioan. Fab. hic, quòd non posset in hac materia melius scribere, q̃ ipsi ibidem fecerint. Ponunt etiam hanc materiam Io. de Platea. Et Ang. hic, ad quos, si vultis, recurrite. Et per ista remaneat expeditus iste §.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a LIBELLANTI] Vide Fran. Aret. in l. cùm te. C. de trãsact. & in l. 2. C. de instit. & substi. in fi. & quod dixi in apostil. in d.l. cùm te. ad Franc. Aret.

b Videas do. Alex. in d.l. nuda. in addi. ad Bartol. qui allegat text. in d.l. diuus. §. senatus. ff. de fal. quem hic allegat Iaso. & ibidem refert Imol. reprobantem Bar. Sardus.

c Adde quòd sola abstinentia decennij à petendis vsuris inducit remissionem præteritarum vsurarum. Casus est notab. in l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur. intelligendo illũ text. simpliciter, secundum quod in litera est gratior: vel etiam secũdũ aliam literam, quæ dicit grauior. & ibi illud est speciale: & potest adduci pro limitatione istius gloss. de cuius legis intellectu uide quæ dixi supra. in §. fuerat. col. 3. in addi. Carcassona Sardus.

d CVMVLARE] Pro qua materia uide Felin. in c. significantibus. 12. col. versic. circa materiã. de lib. ob. & quod ibidem ad eum dixi in Apo. Quibus adde duo verba per Franc. Aret. in l. ex duobus. de duo. rei. in fin. 5. col. & in l. j. C. de fur.

e Vide Bart. & alios in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos. Sardus.

f LIBELLVM] An, & quando libellus emendari posit, & quando non, & quid in ciuili, & quid in criminali, Vide Felin. in c. significantibus. in j. colum. ver. ad illam materiam. de lib. ob. & ibidem. in 11. col. in ver. circa mutationem habes. an & quando mutari posit. Et quid sit mutatio, & an qui addit, vel detrahit libello, dicatur mutare. de quo etiam ibidem in 12. col. ver. vnum vltra. Et quid de expensis factis, an in casu licitæ emendationis vel mutationis reficiantur reo. Et dicit quòd sic, quò ad expensas secundo loco factas: quia in illis grauatur. quod nota, & tene menti, cum ista quæstio esset de facto in ciuitate fori Sempronij, fuit per quendam doct. aliter iudicatum, reus grauatus fuit quò ad expensas primo loco factas. quod contrarium semper tenuit, sed obstinatio cum ignorantia sæpè malum iudicium producit, & iniustitiam. Et adde quòd iudex emendationem libelli non admittet, nisi primo actu dentur expensæ, secũdo loco factæ reficiantur: vt per Felin. habes loco allegato. vbi etiam vide remisiones, quas ibi dedi ad eum in Apo. Et quid de rustico, uide dom. Alexan. de Imol. in l. edita. C. de eden. in ultim. colum. & Ful. & omninò eũdem in ult. col. hodie. defendẽtẽ opi. Bar. & sequaciũ.

g ET PROBATA] Vide latè Felin. in c. pastoralis. §. quia uerò in 2. col. glo. in uer. tenetur. de offic. deleg. ubi ponit nonnullas not. limitationes.

h SED ISTE] Quem vide in num. 9. cum pluribus seq.

i PECCARET] Et hoc idem dixit idem dom. Ias. suprà in §. sed iste. num. 185.

k THEOLOGOS] Vide tu Fel. in c. eccl. in 21. col. i uer. quinta cõclusio. de cõstit. ubi ponit de principe mandante alicui sine alia causæ cognitione, quòd aliquẽ in furca suspẽdat, an

an ille sine peccato exequi possit:&ibi dicit ꝙ sic : quia pro principe præsumitur, quòd iustè procedat. Et ad hoc allegat q̃ plurimas remissiones, quas ibi vide per eum. & latè in c. consanguinei. l. j. in j. col. ver. ad vltimũ. quod tangit de re iudi. & in c. pastoralis. §. quia verò. de offic. de lega. vbi dat remedia Theologorum maximè Girardi de Odone in secũdo Ethicorum, vbi uult inter alia quòd potiùs cedat officio, quàm exequatur. Tamen non omittas omninò videre eum in locis supra allegatis.

1 Adde quòd gl. nostra indistinctè sine hac declaratione, seu limitatione, quam ponit Ias. post alios, verum dicit: quia si egi petitione hæreditatis ratione fundi, quem possidebas, & post modum lite pendente alias res cœpisti possidere, illas eodẽ iudicio consequar: nònne de hoc est casus l. 4. de peti. hæredi. alleg. in gl. ibi: de qua sola controuersia erat? & aliter dicere, nihil aliud est, quàm violare illũ text. Præterea dicere ꝙ agam actione vniuersali specialiter ad certam rem, videtur in se cõtinere repugnantiam, cùm in ipsa peto principaliter me declarari hæredem. l. licet minimam. & ibi Bar. & in l. 2. ff. de pet. hæredi. & restitutio fit iudicis officio. Nec dicitur hoc casu adde re aliquid, sed potius declarare, quæ ab ipso reo restituenda veniunt. Non obstat l. non potest. ff. de iudi. & doctrina Bar. in d. l. edita. quia loquuntur in particularibus, non autem in vniuersalibus iudicijs, prout est quæstio nostra. & parum quippe reo prodesset, aut nihil, ꝙ non comprehenderentur, cũ mox alio iudicio accepto veniret cõdemnandus. c. abbate sanè. de re iud. lib. 6. Item pro gl. nostra facit, quia istud quod post litẽ contest. cœpisti possidere, debetur mihi ex causa de præterito, & est habile comprehendi in actione proposita: ergo hoc iudicio continebitur. l. si rem alienam. la j. §. fin. & ibi Bar. ff. de pign. act. & vide bonam gl. in l. quod si in diem: in princ. in gl. j. ff. de pet. hæredi. & per hoc argum. & per tex. in l. 2. §. si duo. ff. de secun. tab. & per l. Ateius. §. fi. cũ l. seq. ff. de aq. plu. arcen. tenui in l. edita. C. de eden. quòd si egi petitione hæreditatis pro parte dimidia, ex qua hæres institutus eram, & lite pendẽte altera mihi accreuerit, non egeo noua instantia pro portione accrescente: contra do. Alex. in d. l. edita. Et ita publicè disputando Bononiæ sustinui respondendo ad contraria, ut ibi dixi. Carcassona Sardus.

CVMVLATIONIS] Vide suprà eod. §. numero 12.

SVMMARIA §. SVNT PRAETEREA.

1 *Insolidum an pater & dominus teneantur pro filio, & seruo?*

2 *Insolidum an pater & dominus in actione de peculio condemnentur. 3.*

§. SVNT PRAETEREA.

ISTE §. quamuis uideatur extraneus, & impertinens a præcedentibus §§. tamen potest ita continuatiuè ordinari ad præcedentem ex mente Nico. de Neapo. hic. Visum est in præcedenti §. de eo, qui minus petijt in libello, quàm sibi debebat, qualiter sibi consulatur: uerùm quia sunt quædam actiones, quibus aliquãdo quis consequitur minus q̃ sibi debeatur, ideo congruenti ordine post §. præcedentem situatus est iste §. in quo ponitur alia diuisio actionum, quæ est ultima huius tituli.

Iste §. usque ad finem tituli communi diuisione, ut Nico. de Neapol. & Ang. de Aretio, diuiditur in duas partes principales: sed aliter, & alio modo. Vos dicite quòd in prima ponitur quædam diuisio actionũ. In secunda illam diuisionem in specie per exempla declarat. Secunda ibi: ut ecce si in peculium. Illa secũda principalis subdiuiditur in septem particulas, prout in hoc textu septem ponuntur exempla. partes de se patet. Hoc dicit in summa, & in genere vsque ad finem tituli.

Quædam sunt actiones, per quas aliquando solidum, quod nobis debetur, consequimur: aliquãdo uerò minus, q̃ debeatur: ut in septem exemplis positis in hoc textu. hoc dicit.

1 † Et aduertite pro intellectu, & maximo fundamento istius textus, quòd in septẽ exẽplis positis in hoc textu, in primo exẽplo pater & dñs non tenentur in solidum: quia nec in solidũ obligati sunt pro filio, & seruo: quãuis alij oẽs, de quibus hic dicit, in solidum teneantur. text. est no. in l. quoties. §. si semel. & ibi gl. in uersi. uniuersum. ff. de peculio. Et hoc reputat. Nic. de Neap. hic in apostillatione text. esse multũ tenendũ menti. Et ex hoc sequit notabilis effectus, quod in hoc exẽplo primo huius tex. nedum non consequimur solidũ à patre, uel domino, quando solidum nõ est in peculio, imò necessariò ad solidum agere non possumus: cum nec ad solidum sint obligati, ut prædixi. quòd secus est in alijs sex exemplis tex. nostri: quia in eis quamuis aliquando solidum non consequamur, ad solidum tamen agere possumus, cum ad solidum teneantur.

Iste §. secundum communẽ stylum Scribentium hic, ut Ioãnis Fab. Ioann. de Platea, & Ang. de Aret. legitur per uersiculos: & ita ego obseruabo. Et istud principium usque ad uersic. item si de dote. quamuis suprà fuerit summatus in genere, tamen in specie potest sic summari: 2 † In actione de peculio pater uel dominus pro filio, uel seruo condemnantur in solidũ, quando tantum est in peculio, quantum est id, quod debetur: aliàs condemnantur eatenus, quatenus est in peculio, quãuis minus sit debito. hoc dicit usque ad uer. item si de dote.

Et circa id, quòd statim dixi secundum Nicol. de Neap. cogitate: quia non est semper uerum quòd in omnibus alijs sex exẽplis preter primũ solidũ debeat mero iure: ut patet in uersic. pp retentionẽ. infra eod. Benè uerũ est, quod ex septẽ exemplis hic in tex. positis aliqua sunt, in quibus solidũ nõ debetur mero iure: ut in hoc princ. per d. l. quoties. §. si semel. Quando uerò solidũ debetur iure, sed conuentis competit hoc beneficium ne cõueniantur, nisi in quantum facere possunt: ut in marito, socio, & similibus personis: quamuis Ang. de Are. hic simpliciter & inaduertẽter, ut puto dixerit, in omnibus istis, q̃ quibus in hoc textu, posse fieri petitionẽ etiã in solidũ: licèt executio debeat fieri in quantum possunt: quod est notoriè falsum saltem in primo exẽplo huius tex. per d. l. quoties. §. si semel.

3 Notate ex hoc textu † quòd quando peculium filij vel serui non est tantum quantum ascendit eorum debitum, pater vel dominus non condemnantur in solidum: sed eatenus quatenus est peculium: facit §. præterea. infrà tit. j. Limitate tamẽ hunc textum non procedere quando pater vel dominus fuissent in dolo: quia tunc non solum de peculio, sed insolidũ tenerentur, l. in bonæ fidei. ff. de peculio. facit in simili l. 4. §. interdum. & §. quanquam. & l. eum, qui. ff. quod cum eo, & l. si rerum. ff. de re iudic. & idẽ in marito, qui dolo facit, quo minus posset: vt l. etiam. §. j. ff. sol. mat. & per gl. 2. infra in uer. seq. Materiam autem istius actionis de peculio dixi plenè in §. actiones autem de peculio. supra eo. tit.

Glos. in uer. actiones. ibi: & non est ista de duodecim diuisionibus. Pet. de Bella Pertica relatus hic per Ioan. Fab. dicit, hanc gl. vehementer errare, dum dicit, hanc diuisionẽ in text. positam esse extrauagantem: cum tex. ponat hic eam ut principalem. Vos autem saluate glo. quòd ista nõn est de duodecim diuisionibus. Intelligite de illis duodecim diuisionibus, quas posuit Io. Cremo. in arbore sua actionum, ad quam arborẽ se refert hic gl. nostra, vt infrà dicam.

In ead. gl. ibi: tertia fuit supra eo. §. sequens. vos dicite posse teneri, quòd imò tertia diuisio fuerit in §. præiudiciales. supra eod. ut ibi dixi in glo. j. mag. in princ. & hoc modo illa diuisio §. sequens. esset quarta.

In ea. gl. ibi: no. quòd aliæ sunt directæ, aliæ utiles: & sic glo. sentit secundum Nicol. de Neap. hic, quòd directa, & utilis differat in substantia: de quo vos uidete latè per Bar. in repe. l. 2. quam aliquæ lecturæ habent. C. de act. & obli.

In fin. glo. hanc gl. per omnia secutus est Dyn. in rub. huius tit. Pet. uerò de Bella Pert. secundum quod hic refert Io. Fab. dicit, se nescire quid gloss. ista uoluerit dicere hic, quæ tantum ponit duodecim diuisiones actionum: quia imò sunt quindecim: nam duodecim sunt hic in gloss. enumeratæ. Et est alia diuisio ꝙ quædam sunt persecutoriæ solidi, quædam non. quã gloss. suprà in prin. huius titu. dicit, non esse de duodecim diuisionib.

uisionib. Item est alia, quædam sunt datiuæ, quædam natiuæ: prout dixi in §. rursus. suprà eo. Item alia, quia quædam sunt arbitrariæ, quædam non. §. præterea suprà eod. Item alia, quia quædam actiones sunt ex contractu, quædam ex facto, quædam in factū. d. l. quoties. §. fi. & l. obligamur. ff. de act. & obli. Vnde gl. secundum eum videtur errare, cùm ponat solū duodecim diuisiones, cùm sint sexdecim. Io. Faber hic dicit, & benè, sustinendo gl. nostram, ꝙ gl. nostra intendit loqui de diuisionibus duodecim, quæ sunt in arbore Ioā. & ad illam se refert, non autē ad diuisiones huius tituli, vel quæ alibi habentur. Petrus verò nō retulit se ad diuisiones huius tit. nec etiam ad diuisiones, quæ ponūtur in arbore Ioannis: sed ad omnes, quæ largo modo possunt dici diuisiones, id est, differentiæ, quia pro vero non sunt diuisiones.

a Vos autem istis posthabitis tam diuisionibus glos. nostræ, quàm Petr. a *de Bella Pertica dicite, & melius, quàm hic declarat Ioan. Fab. ex mente Ang. de Are. suprà eo. titu. in princ. in j. col. quòd in toto isto titulo ponūtur sex diuisiones actionum, quæ sunt principales. Prima diuisio est, quæ respicit causam materialem, ꝙ quædam sunt reales, quædam personales: vt §. j. vsq; ad §. sed istæ. suprà eo. Secunda diuisio respicit causam efficientem ꝙ quædam sunt ciuiles, quædam prætoriæ; vt §. sed istæ. vsq; ad §. sequens. suprà eod. titu. Tertia respicit causam finalem, ꝙ quædam sunt rei persecutoriæ, quædā pœnales, quædam mistæ: vt §. sequens. vsq; ad §. omnes. suprà eo. Quartam respicit causam formalē, quòd quædam dantur ad simplum, quædam ad duplum, quædam ad triplum, quædam ad quadruplum, vt §. omnes. vsq; ad §. actionum. s. eod. Quinta respicit causam substantificam, ꝙ quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris: vt §. actionum. vsq; ad istum §. finalem, suprà eo. Sexta, & vltima respicit prosecutionis effectum, ꝙ quædam sunt persecutoriæ solidi, quædam non: vt hoc §. vsq; ad finem tituli. Et ista est mera veritas, quicquid alij dixerint, quorum plerasq; opi. refert Nico. de Neapo. hic, in §. omnes. in prin. suprà eo. & maximè eorum, qui tenuerunt in hoc titu. poni tantū tres diuisiones actionum. Prima in §. 1. quòd aliæ sunt reales & aliæ personales. Secunda in §. sequens. suprà eod. quòd aliæ sunt rei persecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ mistæ. Tertia in §. actionum. quod aliȩ sunt bonȩ fidei, aliȩ stricti iuris. Teneatis quòd proximè dixi.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a Teneas opin. quam volueris: quia huiusmodi disceptatio non est de pane quærendo. Sardus.

SVM. VERS. SI DE DOTE.

1 *Maritus in actione de dote repetenda condēnatur in quantum facere potest.*
2 *Maritus an semper hoc priuilegio gaudeat, quacūq; actione conueniatur. 3.*
4 *Socer habetur loco parentis.*
5 *Maritus an habeat tale priuilegium etiam si alius extraneus agat.*
6 *Renuntiari huic beneficio an possit per pactum factum soluto matrimonio. 7.*
8 *Rustici vti non debent pane albo, vel pullis, aut alijs delicatis cibarijs.*
9 *Maritus si fuerit in lata culpa, an gaudeat priuilegio. 10. 11. 12.*

VERS. ITEM SI DE DOTE.

1 ISTE versi. fuit suprà summatus in genere: tamen in specie hoc dicit: † In actione de dote repetenda condemnatur maritus in quantum facere potest. a hoc dicit vsque ad uersicul. propter retentionem.
a
Notate ex hoc text. quòd maritus, quando conuenitur a muliere ad dotem, habet priuilegium vt non condemnetur, nisi in quantum facere potest. † An autem maritus semper gaudeat hoc priuilegio, quacunq; actione conueniatur, siue personali, siue reali, siue etiam actione descendente ex delicto. videte hic per Dy. Ioan. Fab. & Ioan. de Pla. & per Bart. latius, & plenius distinguentem in l. maritum. ff. solu. matri. Cuius distinctionem refert, & sequitur Angel. hic. Videte etiam per Ang. in l. non tantum. ff. de re iud. & Nic. de Neapo. hic, in 2. oppo. extra gl. 2

3 † An autem hoc priuilegium competens marito vt non cōdemnetur, nisi in quantum facere possit, competat etiam socero, & sic patri mariti? Ioā. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. hic, tenent ꝙ sic, per l. rei iudicatæ. §. fi. cum l. seq. ff. solu. matrim. Et
4 ratio est, secundum eos, † quia socer loco parentis habetur, vt dictis legibus dicitur: sed parens non condemnatur, nisi in quantum facere potest, in versi. sed si quis cum parente. infrà eod. igitur, &c. Vos autem in hoc, quia solet distingui inter socerum mariti, & socerum uxoris: item an conueniatur constante matrimonio, an verò eo soluto, uidete text. in l. sicut. cū seq. & ibi per glo. & Bar. ff. de re iudi. & text. in l. pen. ff. de iur. do. & tex. notabilem in l. verum §. tempus. ver. quod in cæteris. ff. pro socio. & latè per Imo. in d. l. rei iudicatæ. §. fin.

5 † Nunquid autem maritus habeat hoc priuilegium, nedū si mulier agat ad repetitionem dotis, sed etiam si alius tertius extraneus, iuxta l. vnicam. §. accedit. C. de rei vxo. actio. Videte tex. in l. si prior. & ibi per gl. Bart. & alios. ff. solu. matr. &
6 tex. in leg. Nesennius. ff. de iur. do. † An autem huic beneficio possit renuntiari per pactum factum soluto matrimonio: uidete Barto. post Gul. de Cuma. & Dyn. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matri.

Glo. in uer. maritum. in fi. addite glo. in l. sciendū. ff. de re iudi. & addite omnino quæ dixi in §. fuerat. post glo. mag. ibi in ver. cum ipsis. suprà eo.

Gl. in uersi. facultates. diuido in duas partes principales. In prima subaudiendo ad tex. remouet tacitum cōtrariū ad tex. In secunda per uiam fallentiæ tollit etiam aliud contrarium ad tex. Secunda ibi: & hoc nisi dolo facit maritus.

7 † In ea. gl. ibi: l. in condemnatione personarum. habetis ꝙ in condemnatione mariti conuenti ad dotem inquantū facere potest, debet etiam deduci ne egeat. Et dicit magistraliter Ioan. Faber. hic, ꝙ in deducendo ne egeat, erit attendendus modus circa duo, scilicet circa quantitatē rei, & temporis. In quantitate enim rei inspiciuntur facultates, & conditio personæ. Nā si est persona, quæ possit operari, vel quæ habeat officiū, seu artificiū, debet sibi cōputari, & sic fiet deductio istarū operarū: ut est gl. fin. in l. si maritus in id. ff. sol. ma. facit l. si quis à liberis. §. sed si filius. cū gl. fi. ff. de lib. agno. & l. si quis argētū. §. sed si q̄s. & ibi gl. sup ver. donauit. C. de don. facit l. cū alimen. ff. de ali. l. interdū. ff. de ope. li. Itē si est doctor, vel
8 miles, uel nobilis, plus habebit expendere, q̄ rusticus. † Nam rustici non debent vti pane albo, vel pullis, aut alijs delicatis cibarijs, sed debent uti pane grosso, caseo, cæpis, & fabis. Ita inquit glo. in l. seruis vrbanis. in princ. ff. de leg. 3. Accedat l. tutor secundum dignitatem. in princ. ff. de admi. tut. & l. j. §. mulier. ff. de uentre inspi. de quo vltimò, quia non est sine dubio apud doct. videte Iac. de Are. Albe. Bal. Imo. & Cu. in d. l. maritus in id. & Ang. de Are. hic. Item in hac deductione debet attendi quantitas temporis: nō enim sufficeret fieri deductionem pro uno anno, sed debet attendi cuius quantitatis annorum sit maritus, facta computatione secundum formam l. hæreditatū. in prin. ff. ad legem Fal. & secundum illam debet iudicari, secundum Dy. Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. de Aret. hic, & ita etiam ante eos dixit gl. in l. maritū. in gl. j. ff. sol. ma.

In ead. glo. ibi: & hoc nisi dolo fecit maritus. videte multa
9 similia, quæ dixi in prin. huius §. in j. notabili. † Quid autē iuris sit, si maritus fuerit in lata culpa: videte tex in l. etiam. §. licet. & ibi glo. in ver. culpa. & ibidem per Bar. & alios. ff. solut. ma. & gl. in l. uerum. §. tempus. in ver. nō debere. ff. pro socio. & idem dicimus in socero, qui propter dolū suū perdit hoc priuilegium. l. pe. ff. de iur. dot. Et sic habetis ex glo. nostra vnam limitationem ad text. nostrum uolentem quòd maritus non sit condemnandus, nisi in quantum facere possit, ut non procedat, quando hoc processit dolo mariti.

b b *† Secundò ultra glos. limitatur iste tex. ut non procedat quando

10 quando mulier esset ita pauper, & non haberet nisi illam dotem, quæ tota esset necessaria ad solius mulieris victum durum enim esset mulierem mendicare fame, & aliū de sua popria dote nutriri.l.si quis a liberis.§.de alimentis.qui est §.penul.& ibi gl.ff.de lib.agn. Esset prçtereà contra ordinem charitatis cum omnis ordinata charitas a propria persona incipiat:uulgata l.prçses.C.de ser. & aqua.& proptereà dicit glo. Ille perit meritò, qui se plus diliget ullum. Proptereà ab vno non debet auferri vt alteri detur: quia sic esset discooperire vnum altare, vt aliud cooperiatur.contra l.assiduis. ver.exceptis.C.qui pot.in pign.hab.& l.verum.§.penul.ff.de mino.Et ita tenent docto.hic,Ioan.Fab.Ioan.de Plat. & Ange.de Aret. Idem etiam tenuit Barto. post Iacob. de Aret.in d.l.maritum. ff.solu.matrimo.

11 †Tertiò limitatur no.iste text.vt procedat quādo res dotalis non extat. Si autem res dotalis extaret, & ad eam conueniretur maritus, non haberet beneficium huius text. imò deberet ad solidum condemnari. Et ratio est in promptu, secundum Io.Fab.Io.de Pla.& Ang.de Are. nam maritus diceretur esse in dolo, eo ipso ꝙ maritus rem habet, & eam restituere non vult:vt l. in bonæ fidei.ff.de pecu. sed maritus perdit hoc beneficium propter dolum, vt hac gl. igitur, &c. Et ita dicunt præfati doc.esse, quando non extaret data in dotem, sed extaret alia res acquisita ex re dotali. Nam hoc casu maritus in re dotali non habet priuilegium huius text. per l.vxor marito.ff.de dona.inter vi.& vxo.& si cum dotem.§.fi.solu.matr. Benè facit in simili leg.Imperator.§. fin.leg. sequen.cum ibi not.ff.de leg.2. Accedat aperta ratio. Nam dos quid vniuersale censetur.l.dicitur.ff.de impen.in reb.dotal.factis. & colligitur ex l. si ex lapidicinis.ff.de iur.dot.per Bart.& alios in rubr. ff.solu. matri. Sed in vniuersalibus pretium succedit loco rei, & econuerso:vt l.si rem & pretium. & ibi traditur.ff. de petiti.hçred. cum simi.

12 † Vltimò limitatur iste tex.vt procedat, quādo maritus conueniatur de dote. Quid autem si alia actione conueniatur, puta hypothecaria: Recurrite ad notabilem distinctionem Bar. in d.l.maritum. Et dixi remissiuè suprà in notabilibus.

In fin.gloss.benè dicit. Et per ista remanebit expeditus iste versic. Sequitur ver.propter.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a POTEST] Vide Firmianum in suo aureo repertorio in versi.maritus conuenitur.versic.8.vbi plenè habes hanc materiam.

b Non puto extra propositū esse si hic quæratur quid iuris in marito putatiuo, nūquid habeat priuilegiū, de quo in §.isto, do.Alex.in l.maritum.ff.sol. matr.in 7.fal.limitat regulā illius l.& istius §.cum similibus, non habere locum in marito putatiuo, per tex.in cap.j.extra de don.inter vir.& vxo.& cum do. Alex.est communis scribentium sententia Raph.Cuma.quem refert Alex.in d.l.maritum in l.si cum dotem.§.fin. ff.sol.mat. fuit in cōtraria opi.quod imò maritus putatiuus habeat istud priuilegium:quē, vt in uoce audiui, secutus fuit do.& præceptor meus Marian.Soci.Iunior in Rubri.ff. solut. matrimo. Et hanc opin.ego Bononiæ disputando sustinui publicè, & fuit mihi a magnifico tunc uniuersitatis & collegij Hispanorū rectori, ac a quodam doctissimo scholare Romano argumentatum:perstringam quantum potero, & duntaxat quæ videbuntur vrgētiora adducam. Et pro primis contra communem opi. arguitur sic:filij nati ex isto putatiuo matrimonio sunt legitimi.Bart.& post eum Ias.in l.auunculo.ff. de condi.sine ca. Cyn.post gl.in l.qui contra.C. de incest. nupt.si sunt legitimi hñt priuilegium, de quo in §.nostro, vt est tex.in l.etiā in prin. ff.solu.matr.si igitur isti filij qui tanquā filij & hæredes patris repræsentante ius personam.l.fin.C.de impub.§.j. in Auth.de iureiurand.a mor.præs.habent istud priuilegium, ergo & eorū, pater cuius occasione ipsi conueniuntur, & eius iure vtuntur, cap.is, qui in ius.de reg.iur.lib.6. Huic fundamento, quāuis prima facie colorato, facilis est solutio:quia non est bona consequentia:filij habent, ergo ex persona patris. Nam proprio iure habēt.quod patet, quia non transit ad filios alterius matrimonij & hæredes patris, vt communiter tenent doct.in d.l.etiam in princ.suprà alleg.cum multis similibus, vt ibi per do.Alex. Nec ratio, quæ militat in filijs, militat in patre. Nam in filijs ideo est, ne cogantur mēdicare ad petitionem matris, quos ipsa ob naturale vinculum alere teneretur. l. si quis a liberis.§.1.in ver.ergo & matrem cogemus.ff.de li.agn.quæ ratio cessat in patre eorum, & potius dicūtur istud priuilegium ex persona matris habere, quàm patris:quia si non sint eiusdē mulieris filij, non gaudent hoc priuilegio:vt d.l. etiā.in princ. patet ergo quod primū argumentum non obs. Secundò contra com.opi.arguitur sic, & in hoc arg. stat fundamentum potissimum istius partis, vbi militat eadem ratio. Idem ius est in vera dote, quod in putatiua.l.si cùm dotem.§.fi.ff.sol.ma. Sed in marito putatiuo est eadem ratio, quæ est in marito uero, ergo idem ius:iuribus vulgaribus. Minor probatur: nam ratio concedendi istud priuilegium vero marito, est honor benè transacti matrimonij, & ob reuerentiam maritalem. l.vnic.§. cum autem.C.de rei vxo.act.quæ ratio militat etiam in marito putatiuo in honorem benè transactæ societatis, argumē.l. uerum.ff.pro soc. & correlatiuorum. vbi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio.leg. fin. C.de indic.vid.tollen. Sed mulier putatiua habet priuilegia dotis, dict.l.si cum dotem.§.fi. ergo etiam maritus putatiuus debet habere priuilegia veri mariti. Ad primum respondeo per inficiationem, negando ꝙ sit eadem ratio reuerentiæ & honoris in putatiuo, quę est in vero marito:nam actio famosa nō datur contra uerum maritum ob honorem matrimonij.leg.2.ff.re amo.datur tamen contra maritum putatiuum: vt l.si concubina in prin. ff.eod.tit. Et sic patet, ꝙ marito putatiuo non debetur illa reuerentia, q̄ debetur marito uero. Nec obst.sol. do. mei ad illā l.ꝙ ad hoc vt competat rerum amotarum actio, requiritur ꝙ sit diuortium, & etiam consideratur honor matrimonij. & cū utrūq; requiratur copulatiuè, licet militet ratio honoris, eò quia cessat diuortium, non competit rerum amotarum iudicium: quia ad veritatem copulatiuæ debet utrumq; uerificari.l.si hæredi plures.ff.de condi. insti. quia fateor quod diuortium requiritur.sed nego ꝙ militet ratio honoris:nam de hoc disputamus:quia vbi non est diuortium verè, non fuit a principio matrimonium:vbi non est matrimonium, cessat reuerētia maritalis, & sic cessat rerum amotarum actio, & finis effectus denegationis illius iudicij est, quia cessat honor, & reuerentia maritalis, ob quas causas fuit inuēta rerum amotarum actio.d.l.2.§.alleg. Non obst.aliud de correlatiuis, quia etiam nego esse identitatem rationis. Nam in muliere est ratio ut facilius nubat.l.3.ff.de priuileg.creditorum: quæ ratio cessat in marito, vt dicunt doctores in d.l.si cum dotem.§.fi. Multa alia contra commu.opin.adducebam, quæ, vt breuitati studeam, omitto quia in effectu ad hoc omnia tendunt ad rationis similitudinem:qua sublata, omnia corruunt. Et pro commu.opin. facit, quia ſm eundem do. meum in priuilegijs de persona ad personā, nec etiam ex maioritate rōnis valeat arg. prout ipse dicebat in l.j.ff.de le.1.nec etiam in casu nostro nisi quatenus in iure expressum est, & pro commu.opin. facit optimè text. quem nescio ad hoc aliquo allegatum, in l.si vxor.§.sed si.ea. ff.ad leg.Iul.de adult. & quia articulus est ualde diffusus. cætera, quę per doc.dicuntur omitto, & remitto te ad repetitionem d.rub.solu. matri. quam Deo propitio sequenti anno uidebis, vbi latè defensaui commun. opi. quæ mihi nunc magis placet. Carcassona Sardus.

SVM. VERS. PROPTER RETENTIONEM.

1 *Dos an ipso iure per impensas factas a marito in re dotali diminuatur & consequenter eius repetitio. & nume. sequen.*

6 *Compensatio de specie ad quantitatem quando admittatur.*

VERS.

VERS. PROPTER RE-
tentionem.

ISTE verſ. fuit ſummatus in genere ſu-
1 prain prin.huius §. tñ ĩ ſpecie hoc dicit
uſque ad uerſi, ſed & ſi quis. † Impenſæ
factæ a marito in re dotali minuunt ip-
ſo iure dotem,& conſequenter dotis re-
petitionem, hoc dicit in ſpecie uſque ad
uer.ſed & ſi quis.

Notate ſummarium: de quibus autẽ
impenſis intelligatur iſte tex. uidebimus ſtatim in gl.

2 †Limitabitis tamen hunc tex.& ſimiles,ut procedant quan
do impenſa ſit ad perpetuam rei àd utilitatem: ſecus autem
ad utilitatem rei temporalem, puta iſtius anni:quia tunc nõ
minuerunt dotem, ſed computarentur cum fructibus text.eſt
in l.3.§.1.ff.de impenſis.in reb.dot. factis:& ibi etiam uidete
glo.ſecundam.& Bart. quod iuris ſit quãdo impenſa fieret ad
vtilitatem decem annorum.

3 †Secundò limitate hunc tex.& ſimiles,vt non procedant in
expenſis, quæ fiunt ad cuſtodiam rei, quia illæ non repetun-
tur, ſed computantur cum fructibus inde perceptis, etiam ſi
impenſæ factæ ad cuſtodiam eſſent maiores,quàm fructus:cẽ
ſentur enim tales impenſæ factæ gratia fructuum quærendo-
rum.Text.eſt in l.pen.& finali. & ibi iſta not.Bart.ff.de impen.
4 & ibidem etiam per iſta infert ſingulariter Bar. † ꝙ ſi vxor da
ret in dotem caſtrum marito, quòd expenſæ factæ ad cuſto-
diam non repetuntur. Eſt uerum, ꝙ Ange.in l.diuortio. §.im-
pendi autem.ff. ſolu.matri.tenuit in hoc contrarium, & dicit
ſe contrarium conſuluiſſe apud vrbem veterem, per no.ſingu
lariter per eundem Bart.in l. cùm quæreretur.§.prædijs.ff.de
lega.3.& pro Ange.ego allego gloſſ.in terminis in l.ſumptus.
in verſicu.neceſſarios.ff.de lega.j.Ioã. de Imo.in d.§.impendi
autem.concord.has opinio.Barto.& Ange.vt ibi per eum,de
quo etiam videte Bald.in l.j.in fin.C. de fruct. & lit. expen.&
5 Imol.in d.l.ſumptus.

a a*† Quid autẽ ſi maritus fecit impenſas in litigando pro
re dotali defendenda,vel recuperanda, puta ſi mulier dediſ-
ſet in dotem nomina debitorum,pro quibus exigendis mari-
tus feciſſet impenſas, an illæ impenſæ computentur mulieri?
De hoc habetis gl.ſingul.in l.1.in verſi.in neceſſarijs,& in ver.
non ſint.ff.de impen.tenentem ꝙ non.per illum tex. quia hoc
caſu dicitur maritus impendiſſe in res mulieris non dotales.
& dicit ibi Bart.quod illa glo.eſt ſingularis, & multum no.&
ſignanda: & idem etiam, quod illa gloſſ. tenuit etiam Specu.
poſt relatas opiniones antiquorum. Io. Guarnerij in tit.de do
natio.inter uir.& vxor.§.formatis.ver. illud quæritur.Ioã.Fab.
hic,dicit quod iſtud uidetur ſibi per quàm durum,ſaltem vbi
maritus noluit donare, qui non tenebatur miniſtrare dictas
impenſas:vt not.Innoc.in c.per ueſtras.in gl.fina. in fin.extra
de donati.inter uirum & uxorem. pro quo facit l.j.§.& ſum-
ptus.C.de bonis maternis.Vnde dicit ſe non uidere quare ma
ritus tales impenſas non repetat, & quare de eis non iudice-
tur ſicut & de alijs impenſis.Bart. not.in d.l.1.poſt multa con
cludit quod aut maritus accepit in dotem nomen debitoris
æſtimatum:quo caſu eius eſt periculum:ut leg.ſi nomen.ff.de
hæred.uel acti.uendita.& tunc ſine dubio non repetit impen-
ſas.Aut verò maritus accepit ſimpliciter nomen debitoris in
dotem: & tunc omnis impenſa legitimè facta in exigendis no
minibus debitorum debet deduci de dote. Quando autẽ no-
men datur ſimpliciter in dotem,tantum intelligitur eſſe in do
te,quantnm conſequi poterit,deducta impenſa:prout in ſimi
li dicit gl.not.magna.in l.per diuerſas.& ibi per Bar. & doct.
C.man.& hoc caſu procederet dictum Inno. ſuprà relatum,
quòd has impenſas maritus non tenetnr miniſtrare.Cum hac
opi.Dy.& Bart.tranſeunt ſimpliciter Io.de Plat. & Ange.hic,
de quo etiam videte Bartol.& Bald.& in leg.1.C.de bo.mag.
& Bar.& ibi omninò Bald.in l.Mæuia.in prin.ff.ſol.ma.& Bal.
in l.2.C.de act. & oblig. & in l.per diuerſas.in 6.q.C.mand.&
in l.qui ſe debere.in vlti. quæſt.ff.de condi. ob cau.& in l.3.C.
de falſa cauſa adiect.leg.& ibi dicit illam ſingu.gloſſ.dict.l.1.
procedere,& poſſe ſaluari in paruis expẽſis. Prædicta proce-
dunt quando maritus fecit impenſas in rebus dotalibus mu-
lieris. Si autem impendiſſet in perſonam mulieris: puta pro
vxore in infirmitate conſtituta,an tales expenſas repeteret:ui-
dete Dyn.Bart.Bald.Ang.Cuma. Imo.& reliquos in l.cùm do
tem.§.ſin autem in ſæuiſsimo.ff.ſol.ma.Cyn. Bald. Ang.& Sa-
lice.in l.quod in uxorem.& ibi text. C.de nego. geſt.Ange.de
Aret.in §.fuerat.in 3.charta.ſuprà eod.& aliquid per Ioan.de
Plat.hic.

Gl.magna in uerſi.ob impenſas.habet duas partes princi-
pales. In j.enumerat quot ſint ſpecies impenſarum. In ij.de-
clarat in quibus impenſis procedat, & loquatur text.noſter.
Secunda ibi:in primis impenſis.

In ea.glo.ibi:tunc ipſo iure deſinit eſſe dotalis.Idem tenuit
glo.in l.vnica.§.ſed nec ob impenſas.in uerſi. quantitatem.C.
de rei vxor.actio.& ibidem ſequitur Iaco.de Aret.& Cyn.hic,
Nico.de Neap.hic,in apo. text.in ver. diminuitur. Et iſta fuit
opi.Iuriſcõſulti in l.ſi is, qui.§. quod dicitur.ff.de iure dot.hic
allegata in gl. Sed iſta opinio Scæuolæ corrigitur per Vlpianũ
in l.quod dicitur.la j.in prin.ff.de impen. hic allegata in gl.&
ita ibi tenuit gloſ.magna verſic. dotis.poſt medium.in uer.vel
illud qđ dicitur.in l.ſi is, &c. Et hãc partem,ſcilicet quòd opi.
Scæuolæ corrigatur per Vlpianum, diſputat latè Barto. poſt
antiquos in d.l. ꝙ dicitur. & ibi ꝑ multa concludit ꝙ corre-
cta ſit opi.Scæuolæ,& quòd vera ſit opin. Vlpiani, & maximè
per hanc rationem,quia mulier non debet eſſe deterioris cõ-
ditionis,quàm alius,imò melioris:vt l.j.ff.ſol.mat.Sed ſi alius
expendit in rem meam neceſſariò plus quàm ualeat,non de-
ſinit res eſſe mea:vt l.ſi ſeruos.ff.de pign.actio.Prætereà,vt in-
quit Iuriſcõſultus in d.l.quod dicitur.abſurdum eſt, quod di-
6 minutio corporis ſic fiat propter pecuniã:maximè † cùm non
admittatur compenſatio ſpeciei ad quantitatem, vt latè dixi
b in §.in bonæ fidei. b ſuper glo. in verſi.iure aperto.in prin.ſu-
pra eod.titu.Et hanc partem tenuit etiam Bart.in d.l.vnica.§.
ſed nec ob impenſas.& ibidem Iacob.Butri.& Salice.& idem
etiam tenent Ioan.de Plate.& Ange. de Aret.hic. Eſt iſtud te-
nete quamuis multi alij docto.relati in locis ſupra ſcriptis te-
nuerint contrarium,adhærentes opinioni Scæuolæ, cui etiam
adhæret Dyn.hic,vt prædixi,& etiam Nico. de Neap.in apo-
ſtil.tex.in uer.diminuuntur.poſt Old. Laudenſem d.l.quod di
citur.Dicite ergo ad glo. noſtram, ꝙ imò ipſo iure non deſi-
nit eſſe dotalis, ſed benè poteſt potere expenſas, vel retinere
fundum,donec ſibi reſtituantur expẽſæ, per d.l.quod dicitur.
& ibi Bart.poſt antiquos.

7 † In eadem gl.ibi:ſi mandato mulieris fecit,repetuntur. In
quantum autem repetantur iſtæ impenſæ vtiles factæ a mari-
to in re dotali, gl.iſta non declarat:ideo dicite ſecundum Scri
bentes hic,vt Io.Fab.Io.de Pla.& Ang. de Are.ꝙ aut maritus
impendit de mandato, & fecit expenſas de voluntate mulie-
ris:& tunc omnes repetit:vt l.utilium. ff.de impẽ. Aut fecit ſi-
ne mandato:& tunc mulier omni tempore fuit,& eſt ſoluen-
do:& tunc omnes repetuntur:& d.§.ſed nec ob impẽſas. Aut
vno tempore tantùm: & tunc aut impenſę ſunt factę, & mu-
lier tenetur in ſolidum: quia ſufficit utiliter eſſe cœptum:ut l.
ſed an ultrò.ff.de nego.geſt.& not.in d.l.vtilium.Aut tempore
repetitionis tantùm:& tunc non repetit.d.l.utilium.ſed datur
facultas tollendi, ſi prodeſſe poteſt id, quod tollitur, iuxta l.
in fundo.de rei uend.Et ad hanc Theoricam uidete Bart. poſt
Dyn.in d.l.utilium.

8 † In eadem gl. ibi voluntariæ repetuntur,etiamſi mandato
c mulieris factæ ſint.Hæc gl. potiſsimè dicit in hoc. c * & repre
henditur per omnes hic,Dy.Ioan.Fab.Nicol. de Neap. Ioan.
de Plat.& Ang. de Aret.eò quia dicat contra duos tex. expreſ-
ſos contra l.in voluntarijs.in prin. ff.de impen.& l.unicam.§.
ſed nec ob impenſas.C.de rei uxor. actio.quibus iuribus ex-
preſsè dicitur,voluntarias impenſas nunquam repeti,etiamſi
mandato,& voluntate mulieris factæ ſint: ſed competit dedu
ctio, quæ fieri poſsit ſine lęſione prioris ſtatus rei: vt in dictis
legibus:& hoc niſi fuiſſet res mercalis, ſeu uenalis:quia tunc
dicerentur impẽſæ potius neceſſariæ quàm uoluntariæ: ut eſt
tex.in l.quòd ſi hæres.ff.de impen.& declarat Bar. in l.volun-
tariæ,eod.ti.Et hoc qđ dictũ eſt, ſpeciale eſt in vxore:unde ab
alio,cuius uolũtate expẽſæ uolũtarię factæ fuiſſent ĩ re ſua be
nè repetũtur:ut eſt tex.in l.3.§.ſed ſi mutua.ff. de in rẽ verſo.

† In

9 † In secunda glo.dicit Ange.de Aret.hanc gloss.totam esse notandam,& signandam: quia est magistra in materia.& secundum docto.hic,vt Ioan.Fab.& Ioan. de Plate.& Ange.de Aret.sup.scripta distinctio procedit, quando constat ꝙ maritus non animo donandi fecerit impensas.Si autem constaret quòd animo donandi:& tunc dic, vt in d.l.sed si mors.§.fina. &.l.quòd si vir.& l. vtrùm.ff.de donat. inter virum & vxorem & videte glo.& Bart.in l.omninò, in gl.j.de impen.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a * Adde quòd si nos loquimur respectu agrorum mihi placet distinctio Ang.de Imol. do. Alexan. in d.l.diuortio.§.impendit autem.ff.solu.matrim.in quæstio.vero castri in dotem dati sic puto distinguendum, ꝙ quædam est custodia regularis & ordinaria castri,quam mulier solita erat præstare antequàm castrum doti traderet, puta solita erat in castro tenere continuò certum numerum militum:& istam custodiam maritus fructibus reputabit. Et ita procedat dictum Barto.in d.l. pen.ff.de imp.in reb.dot. fac.alioquin si secus hoc casu diceremus,huiusmodi impensa cùm sit quotidiana,& ordinaria, dotem de facili absorberet. Et illi dicuntur reditus castri,qui deductis huiusmodi oneribus remanent: argum.l.fructus.ff. solu.matrimo.Nec obstat huic dicto tex. in d.l.cùm quæreretur.§.prædijs.ff.de leg.3.qui,iudicio meo,nihil facit. Nam verum est quòd legato prædio cum his, quæ culturæ causa parata sunt, non veniunt parata custodiæ causa, quia in legato non sunt expressa. At in quæst.nostra expressum est,maritum rei custodiam fructibus debere imputare:vt l.pen.& fin.ff.de impen.reb. dot.fac. Quædam,& secundò, est custodia extraordinaria, & irregularis, si forsan maritus timore exercitus circa castrum transeuntis milites duplicasset, vel ob quamlibet aliam iustam causam necesse haberet plus solito in custodiendo castrum impendere:& hoc casu dicerem maritũ huiusmodi impensas repetiturum, ne aliàs cogatur mulierem ferè indotatam habere, & matrimonij onera ex suo duntaxat patrimonio portare:quod esse non debet,argum.l.si donaturus.§.fin.ff.de cond.cau.dat.& l.pro oneribus. C. de iure dot. nam omnes fructus huiusmodi impensis,quæ regulariter sunt magnę, absorberentur, & maritus onera solus portaret, vt dixi. Et hæc, videri meo, sapiunt æquitatem. Carcassona Sardus.

b IN BONAE FIDEI] Quem uide in num.*66.67.*& *69.*

c * Aduerte ꝙ immeritò hæc gl.a doc.reprehenditur,nescio quid aliud uoluerit glo.quàm id,quod dicitur in d.l.in uoluptarijs.& in d.§.sed nec ob impensas. Inquit enim glo.voluptariæ non repetuntur, etiamsi voluntate mulieris factæ sunt, sed abrasio permittitur sine læsione operis.ut leges suprà alleg.Et illa dictio etiam seruat suam naturam,quia explicat casum magis dubitabilem,vt habetur in leg.j.C.qui admi.& in clem.2.i bi:fisco, etiam ecclesiæ de hæret. & in l.qui se patris. C.unde lib.Nec credo hoc Accursium ignorasse. Et quod ita debeat gl.intelligi,patet, quia allegat d.§. sed nec ob impensas, vbi ad literam quod dicunt doctor. habetur:ergo intelligenda est gl. secundum l.quam allegat Bart. in l.non solum.la 2.§.si liberationis verba.ff.de lib.leg.& in l.cùm quidam ff.de his,quib. vt indig. & illa distinctio etiam regitur a verbo non repetuntur,qđ est negatiuè positum. Vnde facilè crediderim alios docto.aliter forsan gl.habere, quàm ego in tribus codicibus meis habeam:sed si habebant prout Ias. hic refert,pessimè gl.reprehendunt, quæ nihil aliud voluit, quàm quod ipsi dicunt Anto.Ang.Carcas. Sardus.

SVMMARIA VERS. Sed & si quis.

1 *Parens, patronus, socius & donator, non conueniuntur in plus, quàm facere possint.*

2 *Filius patrem egentem alere tenetur.*

3 *Beneficium vt condemnetur solùm in quantum facere potest, an competat si parens cum filio emancipato.4.*

5 *Patronus,an & quando gaudeat hoc priuilegio?*

6 *Socius conuentus iudicio societatis habet hoc beneficium, vt non condemnetur, nisi in quantum facere potest.*

7 *Beneficium ne quis conueniatur nisi in quantum facere possit,quibus competat. & num.seq.*

VERS. SED ET SI QVIS.

QVAMVIS versi.iste in prin.præsentis §. fuerit summatus in genere, tamen in specie hoc dicit vsque ad uer.compensationes.
1 † Parens,patronus,socius,& donator,non conueniuntur in plus quàm facere possint. hoc dicit in specie usque ad ver.compensationes.

Notate primò ex hoc text. parenté conuentum a filio habere beneficium,vt condemnetur solùm in quantum facere potest. Concordat l. sunt qui in id.in vltimo versicu.cum l.sequenti.ff.de re iudica. Sed tunc pulchrum est quęrere,quæ sit ratio decisionis. Dyn.hic dicit ꝙ ratio est reuerentia paterna.Aliter,& notabilius, dicit hic Nico.de Neapol.in 4.q.extra glo.ꝙ ratio est, quia habet locum regula,dolo facis,quia petis quod statim restituturus es.
2 †Nam cũ filius patrem egentem teneatur alere.l. si quis a liberis. §.si uel parens.ff.de liber. agnoscen. certè si filius peteret patrem condemnari in solidum,pater opponeret hãc exceptionem, Dolo facis,quia petis,quòd statim restituturus es.Et intelligite in tex.nostro parẽtes, scilicet vtriusq; sexus:& vsq; ad infinitum
a secundum gl.in l.patronus.in uer.parentes.ff.de re iudi. a *
3 † Quid autem econtra si parẽs agat cum filio, vel alijs descendentibus emancipatis, quia cùm existentibus in potestate non posset regulariter,iuxta l.lis nulla. ff.de iud.an eis competat hoc beneficium?Ioan.Fab.hic tenet ꝙ sic per rationem, quam statim dixi,secundum Nico.de Neapol.nam cùm pater
b teneatur alere filium etiam emancipatum, b si pater petat filium in solidum condemnari,& filius opponet, non conuenit beneficium petere,quod statim est restituendum. Præterea nihil interest,si filius deducat, cùm illud esset per aliã viam habiturus:argum.l.si filius.ff.de vulga.& pupil.Et cum eo etiam tenet Io.de Pla.& Ang.de Aret.hic.
4 † Quid autem in fratre,an habeat hoc beneficium si con-
c ueniatur ab alio fratre, c vt non conueniatur, nisi in quantum facere potest? Gloss. solennis in l.verum.in princip.in ver.fraternitatis.ff. pro socio. tenuit ꝙ non. & eam ibi sequuntur,& not.Bart.& Bald.Item tenuit etiam Nico.de Neap.hic,in 5.q. extra gl.post Iacob.de Rauen.Io.verò Fab.hic, contra per rationẽ,quam suprà dixi:quia obstaret exceptio,dolo facis,cùm
d frater fratrem alere teneatur, d si sit egens,secundum quod tenuit gl.j.in l.j.& ibi Cyn. Barto. & alij.C.de alendis liberis.& glo.in l.si quis liberis.§.vtrùm.in ver.iuste. & ibi Bart.ff.de liber.agnoscen.& glo.in l.qui filium,in gl. penul.ff.vbi pupillus educari debeat.& idem tenet Angel. hic, quando esset frater vtrinque coniunctus:aliàs, secundum eum, procedere potest opinio glo.& Bart.in d.l.verum.in prin.ff.pro socio.
5 † Secundò notate ex hoc text. quòd patronus liberto non est condemnandus nisi in quantum facere potest. Et quòd hic dicitur de patrono,intelligite habere locum in parentibus,& liberis patroni:vt l. patronus. ff. de re iudicata. Et idem dicit hic Ioã.Fab. esse econtra,si patronus conueniat libertum,per rationem,quam statim dixi, cùm patronus teneatur alere libertum,l.alimenta.in princ.ff.de libe. agnoscend. & sequuntur Ioan.Fab.& Angel hic. Prædicta intelligite vera,nisi ille, qui vult vti hoc beneficio, fuerit ingratus: quia quemadmodum propter ingratitudinem perdit alimenta per d.l.alimenta,& l.fin.iuncta gloss.C.de alen. liber. per consequens debet etiam perdere hoc beneficium.
6 Tertiò notate in uersic. item si socius, ꝙ conuentus iudicio societatis, habet hoc beneficium, ut non condemnetur, nisi in quantum facere potest. Concordat l.verum.ff.pro socio.et l.sunt qui in id.ff.de re iudicat.Subdit Ioan. Fabe.ad ampliationem huius tex.quòd iste text.habet locum, etiamsi socius conueniatur

conueniatur alia actione, quàm societatis, dum tamen sit occasione societatis, & agatur ex contractu inito durante societate. Pro quo addit hic Angel. text. in l. socium qui in eo. §. fin. quod ibi Bart. ff. pro socio. Item addite quod iste tex. procedit nedum in socijs omnium bonorum, sed etiam in socijs vnius rei. l. verum. in princip. ff. pro socio. Et ad l. sunt qui in id. ff. de re indicat. quæ videtur obstare, respondete, vt ibi per gloss. in ver. accipiendus. per glo. primam in d. l. verum. in princ. Item secundum Scribentes hic Ioan. Fab. Ioan. de Plat. & Ange. de Aret. iste text. etiam procedit in pluribus Scholaribus habitantibus in eadem domo: quia si occasione societatis vnus esset debitor alterius, habet hoc beneficium: quod est extēdendum, argumen. leg. alia causa. §. eleganter. §. fin. ff. soluto matrimonio. & not. gloss. in l. patronus. in versicu. parentes. ff. de re iudicata.

7 † Vltimò not. in versicu. idem est. quòd donator habet hoc beneficium, vt non conueniatur nisi inquantum facere potest, habita ratione ne egeat. Concordat l. inter eos. §. is quoq;. ff. de re iudicata. Et rationem huius notabilis ponit text. in l. exhæredatum. §. fin. cum l. seq. ff. de re iudi. videlicet ex liberalitate inops factus periclitetur. Et ponderate text. nostrum hic, dum dicit: Ex donatione sua: quia vult secus esse, si ex donatione alterius conueniatur. facit l. & si fideiussor. §. fin. cum l. sequen. ff. de re iudi. Prædicta procedunt in pura, & in simplici donatione.

8 † Quid autem in donatione ob causam, an in ea habeat locum beneficium huius text. videtur quòd non: quia illa nō est propriè liberalitas. l. j. & ibi gloss. & Barto. ff. de donatio. ergo cessat ratio Iurisconsulti in l. ne ex liberalitate. iuncta l. præcedenti. in fine. In contrarium facit, quia promittens pro dote promittit ob causam: vt l. si donaturus. ff. de cōdic. ob causam, & tamē habet hoc beneficium: vt est tex. no. in l. si extraneus. & l. penul. ff. de iure dot. Paucis omissa distinctione Ioan. Fab. hic, quam sequitur effectualiter Angelus hic, ego teneo, quòd iste text. & eius beneficium non habeat locum in donatione ob causam. Et ita etiam firmauit singulariter Ang. in l. sed hoc ita. de re iudicata. & Ioan. de Platea hic. Et vltra præallegata me mouet, quia illud quod datur ob causam, non est donatio, sed est potius quædam permutatio: vt est text. melior de iure in l. sed si lege. §. consuluit. in versi. velut genus quoddam hoc esse permutationis. ff. de petitione hæred. not. Bart. in rubric. Proœmij Digestorum. columna finali. Quis autem sani capitis dixerit quod in permutatione habet locū beneficiū istius textus? certè nemo. Nec obstat id quod dicebatur de donante causa dotis, cui tamen competit istud beneficium: quia respondet Ange. in d. l. sed hoc ita. quod si maritus agit ad dotem, quæ est remansura penes eum, tunc non habet locum beneficium huius textus: quia quantum ad eum est ob causam: vt l. Nesennius. in princ. ff. de re iudicata. Secus si agit ad commodum vxoris. Et ita loquitur dicta l. si extraneus. Et cum hac solutione tenet simpliciter Ioan. de Plat. & Ange. hic. Sed ego infrà aliter, & melius, respondeo in prima limitatione, quam nunc aggredior.

9 † Limito ergo suprascriptam conclusionem duobus notabilibus modis ex mente Io. Fab. hic. Primò, vt procedat, quando datur ob causam concernentem fauorem eius, a quo datur: puta, do tibi centum, vt ædifices mihi domum: & in istis terminis loquuntur prædicta: tunc enim est magis negotium, quàm liberalitas: vt l. Aristo. ff. de donatio. Secus autem, si daretur ob causam respicientem solum fauorem recipientis, & non dantis, ita quòd in nihilo esset vtilitas dantis: puta, do, seu dono tibi centum: vt emas tibi domum: & tunc quia est mera liberalitas, habet locum iste versiculus, & eius beneficium. Hinc est secundum Ioan. Fab. & benè, quòd si ego do tibi centum in dotem, quamuis ista sit donatio ob causam, d. l. si donaturus. ff. de condi. ob causam, tamen quia ego dans nullā habeo vtilitatem, & sic ista etiam est mera liberalitas, nil mirū etiamsi in ea habeat locum beneficium huius text. & ita loquitur leg. si extraneus e * ff. de iure dot. & ita est longè melior solutio ad illum textum quàm illa, quam proximè dixi.

10 † Secundò limito prædictam conclusionem, vt non procedat, quando datio facta ob causam etiam concernentem fauorem dātis excederet ipsam causam, & sic esset maior quàm causa: quia tunc illud, quod est plus, excedit causam, & censeretur mera donatio, & mera liberalitas: vt l. si sponsus. §. circa. ff. de donatio. inter virum & vxorem. ergo in eo, quod excedit, habet locum priuilegium huius text. Et credo quòd ista sit mera veritas in hoc puncto, quam alibi non inuenietis ita decisam.

11 † Vltimò circa istud beneficium, ne quis conueniatur, seu condemnetur in plus, quàm facere possit, deducto beneficio ne egeat: de quo beneficio fit mentio quasi in omnibus versiculis huius §. vnum perpetuò teneb tis menti, quod est in practica vtilissimum, quòd in exigendo aliquem in quantum facere potest, inspicitur quantum ex fructibus patrimonij extrahitur vel percipitur: non autem inspicitur proprietas rerū, nec etiam quantum ex venditione rerum redigeretur. Tex. est de hoc summè singularis in l. qui bonis. & ibi illum notat Bartol. ad hoc. ff. de cessione bonorum. Benè facit l. Imperator. ff. ad Trebellianum. per quem tex. Barto. ibi in fine not. quòd leges, quæ dicunt alimenta debere moderari secundum qualitatem patrimonij, ut l. ius alimētorum. ff. vbi pupillus educa. debeat. debent intelligi respectu fructuum, non autem respectu valoris per illum text. & per illam l. qui bonis. Bald. in l. si maritus in id. ff. soluto matrimonio: secūdum quod ibi refert Ioannes de Imo. dixit valde singulariter, quòd si maritus cōdemnatus inquantum facere potest, habeat possessionē magni valoris, & modici reditus, ex quo reditu uix uiuere potest, quòd non cogitur illam uendere per d. l. qui bonis. Imola tenet contrarium, si ex illa potest satisfieri mulieri, & ex residuo prouideri ipsi uiro, conuertendo in aliam rem maioris reditus, vel penendo pecuniam penes mercatores idoneos ad partem honesti lucri: argum. eius quod habetur in regula, qui potest. ff. de regulis iuris, vbi dicit litera, quod qui facere potest, vbi possit, facere posse uidetur: & hoc puto uerius. Nec obst. illa l. qui bonis. quia, secundum eum, illa lex loquitur de bonis quæsitis post cessionem, in quibus iura non fauent creditoribus: vt est tex. inf. in versi. final. Nos autem loquimur de bonis quæsitis ante cessionem, in quibus iura fauent creditoribus, vt patet in toto titulo de cessione bonorum. Et hoc addite, & notate ad ver. item si de dote sup. eod. §. & uidete vnum secundum Ioan. Faber. & ibidem per alios in versicul. fina. infrà eodem. f*.

12 † Nunquid autem hoc beneficium, vt quis non condemnetur in plus, quàm facere possit, quod competit reo principali, competat etiam eius fideiussori? Dicite quòd non: vt l. & si fideiussor. ff. de re iudic. & l. uerum. §. 1. ff. pro socio. Hoc tamē casu datur singulare remediū, & singularis cautela, quod fideiussor conuentus denūtiet reo principali, & principalis veniat, & suscipiat iudicium in se, & exponat hāc exceptionem in personam suam: quod facere potest. Ita notabiliter Bart. & Bald. in d. l. verum. in princip. per tex. in l. idemque. §. generaliter. ff. mandati. & idem Bart. in d. l. & si fideiussor. in princi. ff. de re iudic. & in l. Stichum. §. quòd uulgò. ff. de solu. & Paulus de Castro in l. maritum. ff. soluto matrimonio. Imo. & alij in l. non tantum. cum sequentib. ff. de re iudicata. quod benè notate ad practicam.

g g * Quando † autem, & usq; ad quantum tempus possit op-
13 poni ista exceptio, vt non conueniatur, nisi in quantum facere potest: dicite quòd semper, & quandocunq; pendente iudicio, imò & post sentētiam, quæ transiuit in rem iudicatam: quia exceptio, quæ uenit ad remissionem condemnationis, prout est ista, ut quis conueniatur inquantū facere potest, qūcunque potest opponi, etiam post sententiam. Ita Barto. Bald. & alij in l. Nesennius. §. fina. per illum text. ubi est casus. ff. de re iudicata. & l. ex diuortio. §. fina. & ibi Bart. & docto. ff. solu. matrimo. & Barto. in l. penult. in princip. ff. de confes. Specu. & Ioan. Andr. in titu. de instrumen. edi. §. dicto. uersicu. sed nunquid hæres. Præterea omnis exceptio, quę non impugnat sententiam, potest opponi etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, etiam in eius executione: ut per gl. Barto. & docto. in l. j. C. de iur. & facti ignorantia. & est tex. in l. ex diuerso. §. fina. & ibi Bart. ff. sol. mat.

14 † Nunquid autem si cum hac exceptione, ut non conueniatur, uel non condemnetur, nisi inquātum facere possit, soluat totum, nunquid poterit repetere? uidete gloss. in d. l. ex diuerso. §.

so.§.fina.in uersi. insolidum, & ibi Bartol. post Dyn. ff.soluto
h matrimonio. & Nicol.de Neapol.hic, in decima quæst. h extra gloss.

Gloss.j.in versi.sed & si quis. in fine.videte quæ latè,& not.
13 dixi in §.pœnales.sup.eodem. † Gloss.in uersic.cum socio.in fine addite l. sed hoc ita.§. final.ff. de re iudica. & secundum Scribentes hic,Ioannem Fab.& Io.de Pla.& Ang.de Aret.dicite idem esse in quibuscunq; alijs personis, quæ negant se esse tales,ex cuius qualitate habeant hoc priuilegium: vt l.sed si ex parte.§.interdum.ff. quod cum eo.

Limitate tamen glos.nostram, ut procedat,si perseueret in negatione usq; ad litem contestatam, quia antè potest pœnitere,& confiteri se esse socium,vel maritum,uel eius qualitatis,per quam hoc priuilegium habeat:vt est tex. notab.in leg. electio.§.neque.& ibi Bald.ff.de noxa.

Item limitate glo. si negauerit in specie dicendo,Nego me esse socium:secus si negasset in genere hoc modo: Nego narrata,prout narrantur,vt fit in litis contestatione.Ita vult singulariter Bart.in l.si dubitet.§.ita demum.ff.de fideius. Et de istis duabus limitationibus dixi latissimè in §. omnium . in materia rei uendicationis.s.eod.& quæ ibi dixi,potestis hic adiungere.Reliquæ gl.claræ sunt, & benè dicunt.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a * Mihi autem magis placet ratio Dyni, vt cùm in §.nostro. & in d.l.sunt.de re iud. pariformiter determinetur de parente, patrono,marito,& socio,& constet in cæteris non esse hãc rationem bonam,nec etiam in isto casu: nam in marito reuerentia maritalis.l.vnica.§.cum autem.C.de rei uxor.act.in socio,ius quoddam fraternitatis.l. verum. in princ. ff.pro soc.in patrono etiam propter reuerentiam, argu.l.uenia.C.de in ius uoc. Idem ergo dicamus in parentibus propter paternalem reuerentiam,& charitatem. Teneas tamen quid uis,quia parum refert. Sardus.

b EMANCIPATVM] Adde Firmianum in suo aureo repertorio,in uersi.filius alere.uersi.j.

c FRATRE] Vide Petr. de Vbal.in tracta.de socie.15.par. in 2.colum.

d TENEATVR] Vide Ioann. de Imol. in l.quamuis.ff.soluto matrimo.& Franc. Por.de duo. fra.in 2. parte.4.quæstio. in fine.

e * Aduerte, quia inuenio indissolubilem ferè contrarietatem inter hanc l.si extraneus ex una parte.& l.Nesennius.ff.de re iudi.& l.pen.ff.de iure dot.ex alia : & inquit Alexan.in d.l. Nesennius.quòd omnes solu.sunt contra illa iura,& multum periculosæ:& mihi adeò videntur leges illæ diametro pugnare, vt dicam, prout aliàs audiui dominum & præceptorem meum Mar.Soci.Iuniorem in l.3.ff.de lega.j.in conciliatione. l.si Titio.§.fin.& l.Celsus.§.fin.ff.de leg.2. quòd multa in iure contraria reperiuntur ob fragilitatem compilatorum, quæ diuinando conciliantur propter authoritatem Imperatoris: de qua in §.quibus.in j.constitu.C.& in l.2.§. contrarium. C. de vet.iur.enucle. ideo in contrario suprà relato cogitabis. Carcasso.Sardus.

f * Vide omninò do.Alex.in l.si maritus in id. ff.sol.mat.qui ferè omnia ista seriatim ponit, respondens ad aliqua, quæ in contrarium facere uidebantur. Carcass. Sardus.

g * Declarando tamen prout facit do. Alex.in l.quia tale.in fin.ff.solu. matrim. quòd procedat quando fideiussor exactus posset reum in solidũ conuenire: aliàs secus.quod est de mente Bartol.in d.l.Stichum.§.quòd vulgo. ff.de solu. Carcassona Sardus.

h * Communiter tenetur, soluentem maritum repetere non posse.l.nam ex maritus.ff.de condi. indeb.& per Bart.Alex.& alios in d.l.ex diuerso.§.fina.ff.solu.matri.Sardus.

SVMMARIA.

1 *Compensationis exceptio opposita, an extenuet debitum petitum?*

2 *Compensatio an & quando fiat ipso iure?*

VERS. COMPENSAtiones.

QVAMVIS versi. iste fuerit summatus in genere, tamen in specie hoc dicit vsque ad uersic. fina.cum eo quoque.Exceptio
1 †compensationis opposita extenuat debitum petitum, & facit quod debitor tantùm condemnetur in eo, quod superest ultra compensationem.Hoc dicit in specie usq; ad uer. fina.Materiam huius
a ver.examinaui plenè in §. in bonæ fidei. a sup. eod. & hic habetis bonum tex.pro communi opin.gloss. & doct. de qua latè dixi in d.§.in bonæ fidei.in glo. in uer.ipso iure.quod com
2 pensatio † nõ fit ipso iure,nisi opponatur ab homine.Ita probat tex. in uer. quam ei debeatur. quia si compensatio fieret ipso iure absq; oppositione hominis, non posset dici debitũ: & sic textus iste malè diceret, dum dicit. quàm ei debeatur. Gloss. parua in uerbo, ex eadem causa, ad quam doctor.non aduertunt,pessimè dicit,quia vult quod iste tex. dum dicit,ex eadem causa, corrigatur per §. in bonæ fidei. supra eodem. quod est absurdum. Vnde dicite ex mente Nicol. hic in octaua oppo.gloss.quod iste tex.voluit dicere ex eadem causa,hoc est, dicere, quod uterque sit debitor quantitatis, & sic ex eadem. Secus si vnus esset debitor speciei, & alius quantitatis: quia tunc non esset ex eadem causa, & consequenter non admitteretur compensatio: ut latè dixi in §. in bonæ fidei. super gloss.in uerbo, iure aperto. suprà eod. Sequitur uersi.fin. cum eo quoque.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a IN BONAE FIDEI] Vbi uide in nume.58. cum pluribus sequentibus.

SVMMARIA VERSI. Cum eo quoq;, qui.

1 *Cedens bonis qualiter si postea alia bona quæsiuerit, vel ad pinguiorem fortunam peruenerit, conueniri possit.cum duob. sequent.& an, & quando insolidum, nume.4.cum duob. seq.*

2 *Cedens bonis an sit a debito liberatus?*

3 *Cedens bonis an de soluendo satisdare compellatur, si ad pinguiorem fortunam peruenerit.*

7 *Spoliatus bonis propter guerram, non debet posse posteà in solidum conueniri.*

8 *Cedens bonis,an bona sua indicare teneatur, ita quòd si ea occultet, hoc beneficium cessionis perdat.*

9 *Cedere bonis potest hæres, qui inuentarium non confecit.*

10 *Cedere bonis quibus debitoribus indultum est, vt possint.& num.seq.*

11 *Cedere bonis an minor possit?*

23 *Cedens bonis an pœnitere possit?*

24 *Cessio bonorum an impediat litis contestationem, si debitor creditori non vult super debito respondere, sed dicit, Cessi bonis.*

25 *Cessio debitoris principalis an prosit fideiussori.*

26 *Cedenti bonis an omnia auferri debeant?*

27 *Cessio si cedens sibi reseruet vnum denarium, an valeat?*

28 *Cessio bonorum qualiter fiat : & an valeat consuetudo quòd cedens bonis percutere debeat lapidem cum natibus.29.*

30 Cessionis

80 *Ceſſionis bonorum beneficio, an per pactum rennnciari poſſit?*
81 *Occultator alienæ laudis, furi par eſt.*

VERSI. CVM EO QVOque, qui.

IN hoc verſ.cùm ſit cautela,& finis huius titu.tractabitur etiam vltima materia,& illa, ad quam pro vltimo remedio debitores confugiunt, ſcilicet materia ceſſionis bonorum. Et propterea quamuis iſte verſicu.alia ratione ſit pro vltimo ſic ſituatus:tamen iſta cauſa fuiſſet ſufficiẽs ad conſtituendum eum vltimum. Et iſte verſicu. quamuis ſuprà fuerit ſummatus in genere, tamen in
1 ſpecie hoc dicit vſq; ad finem til.† Ille qui ceſsit bonis,habet in poſtea quæſitis beneficiũ,vt non conueniatur,niſi in quantum facere poſsit.hoc dicit vſq; ad finem titu.
2 † Nota primò ex hoc tex.ſecundum Ange. de Aret.in prin. huius §. quòd cedens bonis per hoc non a debito liberatur, nec ciuiliter nec naturaliter, quod facit ſecũdum eum,in tex. Primò,quia ſi deuenerit ad pinguiorem fortunam, ex integro poteſt conueniri.Addo meliorem tex.in l.1.& ibi Barto.Bald. & alios.C.qui bon.ced.poſſ.Alibi tamen gloſ.in l.vbicunque. in gloſſ.prima magna.ff.de fideiuſ.tenuit,quòd cedens bonis liberetur ipſo iure ab obligatione ciuili, remanente naturali, per §.fin.infrà de replicationibus.& illa gloſſ.non inuenietur alibi in iure,ſecundum Nicol. de Neapol.hic in apoſtil.tex.in verſicu.qui.Sed ego do uobis gloſſ. concordantem in cap. ſicut dignum.§.eos.in verſic.ſi habent. extra de homicid.& illam gloſſ.in d.l.vbicunq;.tenet ibi Dyn.per l. hæres a debitore.§. quod ſi ſtipulator. ff. de de fideiuſſo. & idem tenet Rayner.de Foli.in l.1.C.qui bon. ced.poſſ.& ita etiam videtur tenere Nico.de Neapol.hic.Alibi verò gl. in d.l.hæres a debitore.§.quòd ſi ſtipulator.in gl.magna.in verſicu.perimit.tenuit, ꝙ vtraque tollatur.Paucis veritas eſt, & ita ſe habet communis opin. quòd a nulla obligatione liberatur, ſed ſibi paratur exceptio.Ita tenet Cyn.in 9.q. in d.l.2.& ibi Bal.& Salic.C.qui bon.ced.poſ.& Barto.Ange.Imol.& Cuma.in d.l.vbicunq;.& Barto.in l.3.C.de bon.autho.iud.poſſ.& in l.qui bonis.per illum text.& ibi gloſſ.ff.de ceſsio.bono. & Bald.in l. cum quis. in 8.col.C.de iuris & fac.ign. & in l.tam mandatori, in 2.col. C.de non num.pecun.& Ange.in l.nemo carcerem. circa fin. C.de exactoribus tributorum.lib.10.Benefacit l.pen. in verſi. vſq; ad modum debiti.C.de ceſsio. bon. quam allegat Salice. in d.l.1.& ibi etiam bonus tex.C.eo. & idem etiam tenent Io. Fab.Ioan.de Plat.& Ang.hic.
3 † Secundò notate ex hoc text. quòd ille, qui ceſsit bonis, ſi poſtea alia bona acquiſiuerit, vel peruenerit ad pinguiorem fortunam,quamuis iterum poſsit conueniri, quia durat utraque obligatio,vt dixi in præcedenti notabili, tamen non in ſolidum, ſed quatenus facere poteſt, conuenitur. Concordat l. 4.ff.de ceſsio. bon.
4 † Nunquid autem ille, qui ceſsit bonis, compellatur ſatiſdare de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, ponit Bald.in l 2.ad fi.C.quod cum eo.Cano.in c. Odoardus extra de ſolu.
a a* Limitate tamen hunc text. & ſupra ſcriptum notabile, vt procedat reſpectu creditorum,qui tempore ceſsionis erant creditores:quia quò ad eos iſte,qui ceſsit bonis, & nunc peruenit ad fortunam pinguiorem, non tenetur, niſi inquantum facere poteſt, non autem tenetur reſpectu creditorum, quos poſtea poſt ceſsionem eſt ſortitus, quia illi noui creditores benè poterunt eum in ſolidum conuenire. Ita limitat hunc text. ſingulariter Ioan.Fab.hic.& benè: motus per l.3.a contrario ſenſu.C.de bon.authori.iud.poſ. & per optimum ſimile:nam filiusfamilias conuenitur de his, quæ contraxit, cùm eſſet in patria poteſtate,inquantum facere poteſt, in caſibus ſex poſitis in l.ſecunda. ff.quod cum eo. & tamen in his, quę contraxit pòſt, conuenitur in ſolidum.in l.3.ff.quod cum eo.Et ita ét ſequitur Ioan.de Plat.& Ange.de Aret.hic quamuis de Ioanne Fab.nullam faciat mentionem: Circa quod videte omninò Bald.poſt Cyn.in dicta leg.tertia. C.de bon. authori. iudi. poſsid.
5 † Secundò ego limito ſupra ſcriptum notabile, & hunc textum,vt non procedat in eo,qui bona ſua alienauit in fraudẽ: quo caſu ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, certè in poſtea quæſitis propter eius fraudem tenetur inſolidum, quamuis aliàs non teneretur, niſi inquantum facere poteſt. Text.eſt ſingular.in l.fina.§.ſecundum vnam lecturam gloſ.ibi approbatam per Bartolum.ff.quæ in fraud.credi. & ita limitat Cyn in l.j.in j.q.C.qui bon.ced.poſſ.& ſequitur Nico. hic in apoſt.
b tex.in verbo,damnari. b*.
6 Tertiò limitate ſupra ſcriptum notabile,& hunc textum dũ dicit, quòd ille, qui ceſsit bonis, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, poteſt denuò conueniri, prout ſinguiariter limitat Bald.in rubrica. C.qui bono. cedere poſſ. vbi uoluit hoc non habere locum, quando Scholaris ceſsit bonis, poſtea emit libros,vel Clericus breuiarium, uel miles arma: c quia tales
c libros,uel arma creditores auferre nõ poſſunt.Allegat ad hoc gloſſ.ſingularem in l.nepos Proculo.in uerbo, dignitate.ff.de uerb.ſignificat.
7 † Vltimo notate ex hoc text.ſingulariter per Ioannem Fab. hic,circa ſimilia uerba huius uerſicu.ꝙ ex generalitate huius literæ poteſt dici,ꝙ ſi quis fuerit ſpoliatus bonis propter guerram,quod non debet poſſe poſtea in ſolidum cõueniri.Quod dictum,ſecundum eum,eſt pium & æquum, & ſequitur Io.de Platea hic, quia, ſecundum eum, cùm maior ſit ratio in hoc caſu,quàm in hoc text. cùm hic ſpolietur bonis ex voluntate per ceſsionem,at ille ex neceſsitate,& præter uoluntatem hoc patiatur.l.2.2.ſi quis tamen.ff.ſi quis cautio.& l.quæ fortuitis. C.de pign.acti.Mirabilis ſanè deciſio,& notanda,circa quam
d tamen cogitate. d*
Gloſſ.prima.in uerſi.creditoribus. diuiditur in duas partes principales,prout duo ponuntur dicta. Secunda ibi: prodeſt autem hęc ceſsio.In eadem gloſ. ibi.ff. de ceſsio.bono.l.pen. & ibi uidete Barto. declarantem qualis confeſsio requiratur, & qualiter debitum debeat cognoſcere. De quo etiam uidete Bald.in l.1.in prin.in 2.oppo.C.qui bon.ced. poſſ. & docto.in c.Odoardus.extra de ſolu.
8 † An autem ille qui cedit bonis, teneatur bona ſua indicare, ita ꝙ ſi ea occultat, perdat hoc beneficium ceſsionis: dicite ꝙ ſic:ut eſt gloſſ.& ibi Barto.in l.pen.ff.de ceſſ.bon.& gl. in l.j.C.eodem titu.quamnis Bart.ibi nihil decidat, ſed relinquat cogitandum.Et illam gloſſ.firmat ibi Bald.per l.ſecund. C.quãdo,& quibus quarta pars debe. lib.10. Et ibi etiam per
9 hoc infert not.Bald.† quòd hæres, qui non fecit inuentarium, non poteſt cedere bonis, quia in eo præſumitur dolus §.ſi vero non fecerit.in Auth,de hęred.& fal.
In eadem gloſſ.ibi,ut non ducatur debitor in carcerem.habetis In hac gloſſ. ꝙ debitor non poſsit detrudi in carcerem. Quod ego limito ſingulariter non procedere, quãdo debitor alienaſſet bona in fraudem,ita ut non reperirentur, quia tunc poſſet agi contra eum, ut detrudatur in carcerem, & ammodo non poſsit cedere bonis.Tex. eſt ſingularis in l.fi.§.fin.ff.de his quæ in fraud.cred. ſecundum primam lecturam gloſſ. ibi: quam ibi approbat Barto.& idem tenet Barto. in l. alia.§.eleganter.ad finem.ff.ſolu.matrimo.& Bald. in l.j.in 2.colum.C. qui bo.cedere poſſunt.& in rubri.C.de reuo.his,quæ in fraud. credi.& in l.j.in ult.q.C.ſi quis in fraud. pa. & uidete quæ dicam infrà in limitationibus in 9.limitatione. Ad fin.gl.de hoc ultimo dicite,ut dixi.
Gloſſ.in uerſicu.ex integro.in fi.glo. benè dicit uel fortè, ꝙ textus uoluit dicere ex integro,id eſt,denuo.
Extra gl.Scribentes hic Ioan.Fab. Ioan.de Platea,& Ange. de Aretio, examinant naturam ceſsionis per quæſtiones, & inordinatè:prout etiam faciunt Bald. & Salice. poſt Cyn.in l. prima.C.qui bon.cedere poſſunt.& Canoniſt.in c.Odoardus, de ſolutio. Ego autem intendo pulchro ordine tradere hanc materiam per regulam,& fallentias,in quibus fallentijs tradam ordinatim omnia,quæ inordinatè traduntur per docto.
10 in quæſtionibus ſuis. Facit ergo regulam generalem. † quod
e cuilibet debitori indultũ eſt, ut poſsit cedere bonis: e ut hoc text. & toto titulo.ff. & C. de ceſſ. bonor. & addo quod non tantùm

tantùm paterfamiliàs, sed etiam filiusfamiliàs potest cedere bonis. Text. est in l. penul. & ibi per gloss. Bart. & docto. C. qui bon. cedere possunt. & non masculus tantùm, sed etiam fœmina. vt ibidem est text. in uersic. utriusq; sexus. & ibi not. Salice. & idem Salice. in l. j. C. eodem. Item & ecclesia potest cedere bonis, vt est textus peregrinus, & singularis in §. si quis autem adiecerit. in Authentica, vt determinatus sit numerus Clericorum. colum. j. quem textum allegat Nico. in apost. tex. in verbo, Bonis. Ex quo infert Ange. hic, quod si vniuersitas Clericorum, apud quos debet esse summa fides, & obseruantia, vt l. presbyteri. C. de Episcopis & clericis. potest cedere bonis, quod a paritate rationis quælibet alia vniuersitas, vt fabrorũ uel pelliparioru m poterit cedere. & hoc verum puto.

11 An autem minor possit cedere bonis, videte Bald. in l. j. in pen. colum. C. qui bon. cedere possunt. & plenè per Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. libro decimo. per Ang. & Ludo. Roma. in l. nec impuberes. ff. de in ius vocand. supra scripta regula recipit complures notabiles fallentias.

Primò fallit quando debitum non agnouit, vel non est confessus, vt hic, & in gl. j. in princ. & ibi dixi.

† Secundò fallit, qnando occultat bona, uel non uult indicare: ut ibidem dixi.

Tertiò fallit secundum Ioannem Fab. hic, quando quis esset obligatus ad factum: quia tunc non admitteretur cessio, nec liberaretur cedendo: Ratio est, secundum eum, quia causa, qua quis liberatur cedendo, est impotentia soluend i. Vbi ergo quis teneatur ad factum, talis impotentia cessat, quia potest facere, ergo non liberatur cedendo, vt hic latius per eum. Nec dicat aliquis quod obligatus ad factum liberatur præstando interesse, quia illud uerum est, quando potest præstari interesse: secus si non potest præstari. l. in stipulationibus. §. fi. ff. de uer. obli. Ad ista facit, secundum eum, quia libertus egenus compellitur præcisè ad operas, vt leg. suo victu. ff. de ope. libe. Benè tamen, secũdum eum, debebunt fieri expensæ huic debitori facienti. per dictam l. suo victu. Et in istis terminis dicit Ioan. Fab. se sustinere gloss. illam singularem communiter damnatam in l. stipulatio. §. siue autem. in glos. j. ff. de ope. no. nun. quæ vult scriptorẽ posse præcisè cogi soluere quod conuenit, & proptereà possit in compedibus poni. Et cum Ioan. Fab. tenet Io. de Plat. hic, & idem Nico. de Neapo. hic in apostil. text. in versic. cessit. Addo idem tenere Cyn. in l. prima. in secunda quæstione. C. qui bon. ced. poss. & ibi Gul. & Ray. Et idem etiam, quod obligatus ad factum non liberetur cedendo bonis, vt in scriptore, tenuit ibidem Bald. in 2. col. & ibi limitat hoc verum, si habet facultatem faciendi: aliàs propter impossibilitatem habet locum cessio. Et ita etiam limitat Ioan. Fab. hic. Addo etiam cum prædicta limitatione tenere Barto. in l. j. ff. de cessione bonorum: vbi generaliter tenet quod ubicunq; præcisè quis tenetur ad factum, iuxta plenè tradita in l. stipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de uerbo. obligatio. quòd non admittatur cessio bonorum: & idem etiam tenet Angel. hic.

13 † Quartò supra scripta regula fallit, vbicunq; quis tenetur ex delicto, vel quasi: quia tunc non admittitur cessio bonorũ, sed pœna pecuniaria resoluitur in corporalem: quia qui non potest in ære soluere, luat in corpore: vt l. j. §. generaliter. ff. de pœn. & l. final. ff. de in ius uocand. Et per hoc infert Ioan. Fab. hic, se credere, quod si quis agat actione iniuriarum & concludat ad pecuniam, & sic ciuiliter, quòd si reus condemnatus cedat bonis, quod non liberat se, sed pœna pecuniaria debet resolui in pœnam corporalem, per prædicta, facit leg. sed & si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. notant docto. in capit. Odoardus. extra de solutio. & ita etiam tenet Ioan. de Platea hic, quamuis de Ioann. Fab. nullam faciat mentionem. quod

f bene notate. f

14 † Quinto supra scripta regula fallit in debitore fisci, qui non habet hoc beneficium cessionis, & non liberatur cedendo bonis, nisi eo casu, quo paupertas excusat secundum Bal. in l. j. in 3. columna, in fin. & ibi Cyn. in tertia columna in fin. & Cyn. in tertia questione. C. qui bono. cedere poss. & Barto. in l. j. ff. eodem. & in l. cum eo. ad §. l. Sacrilegij. in fin. ff. ad leg. Iuliam pecu. De quo tamen, quia non est fine dubio, videte latè Salice. in d. l. j. uersicu. quæro sextò an debitor fisci. & plenè per Ang. in d. l. nemo carcerem. & per Io. Fab. qui contrarium tenet per tex. optimum in §. item si quis. supra pro socio. & uidete etiam per Ange. hic.

15 † Sextò supra scripta regula fallit: quia quis non potest cedere bonis, ne publicis fun gatur muneribus. Tex. est in l. propter honorem, secundum secundam lecturam gloss. & ibi Barto. & Bal. C. qui bonis ced. pos. & per illam legem notat etiam ibi Bald. & subdit quòd uolentes cedere bonis, vt euitent collectas, nec possunt hoc facere. quod ipse reputat multum tenendum menti.

16 † Septimò supra scripta regula fallit quãdo debitor a principio negasset debitum, & posteà fuisset conuictus, & condemnatus, quia tunc nõ gauderet priuilegio cessionis: ut hic per Ang. de Aret. quamuis referat per multa Sali. tenuisse contrarium in d. l. j. uersic. circa hoc moueo aliqua dubia. De quo dicite ut per Angelum hic, & latè per Salic. in dicta l. prima, in prima columna.

17 † Octauò prædicta regula fallit generaliter secundum Io. Fab. hic, vt cessio nũquàm debeat admitti, nisi creditores instent, & petant, quia hoc beneficium est miserabile, & subsidiarium: ergo non debet concedi eis præter necessitatem, ergo gratis cedens non debet admitti: & secundum eum, satis indicant tex. in l. prima. & in l. finali. C. qui bon. cede. poss. Adde

g do g Baldum idem tenentem in illa lege prima, in secunda colmna.

18 † Nonò prædicta regula fallit in eo, quod malitiosè, seu in fraudem dilapidauit bona in fraudem creditorum, qui non habet beneficium cessionis, dicta l. fina. §. fin. ff. quæ in fraudem creditorum. Bal. in l. j. in 2. colum. & Ang. in d. l. nemo carcerem. & dixi suprà in gloss. j.

h h † Quibus autem modis præsumatur

19 quis in fraudem creditorum dilapidasse, declarat notabiliter Bald. in d. l. j. in colum. fina.

Decimò prædicta regula fallit, si debitor eo tempore, quo contraxit, sciebat se non esse soluendo: quia non habet hoc beneficium cessionis: ut est text. not. in l. penultima. in fi n. ff. de iure dot. Bartol. in l. alia. §. eleganter. in fin. ff. soluto matrimonio.

20 † Vndecimò fallit prædicta regula in eo, qui sub specie cessionis bonorum contraxit, secundum Dynum in regula, peccatum. de regulis iuris in 6. & Ioann. de Platea hic. Benè facit quod pulchrè not. Bart. in l. prima. §. primo. ff. si quis testamento liber esse iussus fue. de præfecto urbis Romæ contrahente multa debita, propterea quod Imperator nouiter creatus in eius aduentum habeat debita, & contracta dissoluere.

21 † Duodecimò & ultimò pro nunc supra scripta regula fallit in eo, qui plenariè habet unde creditoribus soluat: quia ille non potest cedere bonis, secundum Bal. in d. l. j. in 2. colum. per rationem, de qua ibi per eum. Addo ego quod cõtrarium ibi tenuit Cyn. in 3. q. quod imo etiam diues potest cedere bonis, per tex. solemnem in l. illud. §. quod tamen. ff. de tribut. Idem tenet Raynerius de Forl. in l. legis Iuliæ. C. qui bon. ced. poss. Idem quod Bald. tenuit Nico. de Neapol. hic in apostil. tex. in verbo, quoq;. & ad d. l. illud. ipse respondet quod ibi erat dubium an esset soluendo. Vel melius, quod ibi cedebat mercibus, ne venirent in tributum: & sic cedebat parti bonorum, nõ autem in omnibus bonis: & hoc puto uerius.

22 † Item fallit ubicunq; quis esset deportatus, vel bannitus, & omnia bona ei essent ablata per fiscum, ne si posteà restitueretur ad ciuitatem & bona, poterit posteà cedere bonis. Textus est mirabilis, & singularis in l. secunda. ff. de sent. pas. quem text. ad hoc exclamat Ludouicus Romanus in singularibus suis.

23 † An autem post cessionem bonorum sit locus pœnitentiæ, ita quod debitor possit cessionem reuocare, si enim pœniteat? dicite quod sic, re integra & bonis nondum per creditores occupatis. Text. est in l. quem pœnitet. ff. de cessione bonorũ. Bal. in l. 2. & in l. penultima, in penultima quæstio. C. qui bon. cedere possunt. Cynus in leg. prima in sexta quæstione. C. qui bon. cedere possunt. quamuis contrarium teneat Bald. in l. fi. C. eodem titu.

24 † Nunquid autem cessio bonorum impediat litis contestationem si debitor non uult creditori super debito respondere, sed dicit, Cessi bonis. uidete Barto. in leg. penultima. ff. de cession.

cessión.bonor.& text.in l.3. & ibi Barto. & Angel.C.de bonis authoritate iudicis possidendis. & textus quem ad hoc dicit ibi Ange.vnicum in iure, in l. item si vnus. in princip.ff.de arbitrijs.

25 † An autem cessio debitoris principalis prosit fideiussori, vt per hoc creditor non possit ad fideiussoré redire? dicite quod non: vt §.finali,infrà de replicatio.& leg. hæres a debitore.§. quod si stipulator. & ibi Bartol. notat illum textum ad hoc.ff. de fideiussor.

26 † An autem cedenti bonis omnia debeat auferri, ita quòd vestis etiam sit auferenda,& debeat nudus remanere: k gloss. in l.penultima.ff.de cessio.bonorum. vult quòd nihil sibi relinquatur, nec etiam vnus minimus denarius.Alibi gloss.in l. fina.§.fina.ff.de his,quæ in fraud. creditor.dixit quòd 1 * cedenti bonis debet auferri vsque ad sacculum, & peram.Breuiter concludunt doctor.hic,vt Ioannes Fab.Ioannes de Platea.& Angel. de Aret. quod vna vestis vilis, & pannicularia, quę nuditaté tegat,debet sibi relinqui,sicut relinquitur damnatis ad mortem:vt lege diuus.ff.de bon.damnatorum. Et ita dicit Nicol.hic in apost. text.in versicul.bonis.& Dyn.& Bart. in l.penul.de cessio. bono. Cynus in d.l.1.in 4.q. post Petr.& Guliel.de Cun.

27 † Quid autem si in cessione bonorum cedens reseruasset sibi vnum denarium, an valeret cessio. determinat mirabiliter Bald.quòd non,in l.fina.in 2.col.C.qui bon.ced.poss.Aduertite tamen quòd cedens bonis retinet prohibita alienari: Item vsumfructum, feudum, & etiam retinet emphyteusim ecclesiasticam,siue secularem, non tamen eorum commoditates.Ita Bald.in d.l.1.in 3.col.

28 † Qualiter autem fiat cessio bonorum,dicite quòd simplici verbo.Item per nũtium,& per epistolam, & per consequẽs non tantùm in iudicio,sed extra iudicium.text. est notab.in l. in omni.C.qui bon.ceder.poss.& in leg.fina.& ibi Barto.ff.de cessione bonorum. & ibidem Bart. refert quod Cyn.dicebat, quòd Franciscus Accursius dum hanc materiã legeret,ostendebat in cathedra modum cedendi. & idem etiam quod suprà tenet Bal.in d.l.1. in 3.col. Dicit tamen Bart.in d.l.fi.quòd hodie est consuetudo in quibusdam partibus, quòd fiat cessio modo vituperabili.

29 † Nunquid ergo valeret hæc cõsuetudo per statutum,prout est in hac ciuitate Papiæ,& cõmuniter per vniuersam Italiam,quòd cedens bonis, debeat percutere lapidem cum natibus,dicendo, Cedo bonis? Cyn.in l.fi. & ibi Bal.circa principium,tenet quòd tale statutum,& consuetudo non valeant, quia est res turpis exempli,& oculos videntium infestat, per textum illum moralem in lege cum supra virẽtes.C.de re militari.libro duodecimo. Idem etiam tenet Albericus de Ros. in prima parte statutorum,in quæst.trigesimaoctaua incipiente,Item quæritur, an valeat statutũ,vbi decidit non valere statutum Patauinum,quòd quis non possit cedere bonis,nisi cedat cum solennitate inhonesta:quia eius effectus est turpis,& contra bonos mores.Allegat in argumentum l.alia.§.eleganter.ff.solu.matrimo.& idem tenuit Salicet. in d.l.in omni.per illum textum in uersicu. voluntatis sola professio. per quem textum arguit ibi Salicetus contra illa statuta terrarum taliter disponentia. De quo etiam videte dominum Cardinalem Florentinum & Ioannem de Imol. in dicto capitul. Odoardus.

30 † Restat vltimò pro complemento huius materiæ examinare,an beneficio cessionis bonorum possit renunciari per pactum,& an tale pactum valeat.De qua quæstione uidete Cyn. in dicta l.j.in 6.q.& ibi multum latè Bald. in ante pen.& pen. columna,& ibi latius Salicetum in ver. item quæro nonò, an teneat renuntiatio.& Dyn.Barto.& Imo.& Cuma.& reliquos in l.alia.§.eleganter.ff.soluto matrimo. & domin. Ant.in cap. cum contingat.extra de iureiuran.& Ioan. Fab.qui etiam ponit,an possit consuetudine induci quòd quis non liberetur cedendo bonis.quod ponit etiam Bald.in d.l.1. Et de pacto ponit etiam Ioan.de Pla.hic,& Ange.in penul.& vlt.col.& Cano.in dicto capi.Odoardus. Et an tale pactum firmetur iuramento,ponit Bald.in d.l.j.in pen. col.Specu. in titu.de renuncia.§.1.vers.item beneficium. Imo.in d.c.cum contingat.versicu.item aduerte, quia prædicta.Et per ista remanet expeditus iste uersicu. & consequenter, Deo duce, totus iste titulus de Actionibus.

Postremò si quid in hoc qualicunq; opere,in quo maximas uigilias, & lucubrationes plurimas impendisse profiteor, repertũ fuerit,qđ sit minus benè dictu,precor vnumquemq; lectorem,vt non liuoris aculeo, & aut detractionis studio, sed charitatiuo calamo emendandum suscipiat.Scio.n.nec istud. inficior, quod tantum opus maiori elimatione indigeret. In his verò,quę scripsi,planè cognoscet,me nunquam tacuisse illos,

31 a quibus voce viua,vel mortua didici.† Occultator enim alienæ laudis, furi par est, ut inquit Iurisconsultus in l.hæreditatum.§.fina.ff. ad legem Falcid. & præclarè inquit Plin.ad Vespasianum Imperatorem in prooemio naturalis historiæ: Benignum,& plenum ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris:& obnoxij ꝓfecto animi,& infoelicis ingenij est,malle in furto deprehendi, quàm mutuum reddere. Vobiscum autem fratres, & auditores amantissimi, hoc Tetrasticho sit ita conclusum.

LAVS SIT ILLI SEMPER QVI EST Principium sine principio, Amen.

Postquam suscepti per tempora multa laboris
Finis adest, portum fessa carina petat.
Si non remigio melior datur vlla facultas,
Suspensam hic teneat anchora iacta ratum.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a Vide ibi glo. in ver.idonea.

b Vide euntem Iaso.§.item si quis in fraudem.nu.94.& pro hac fall.facit quod infrà dicit idem Ias. in j.glo.Sardus.

c Arma vide eundẽ do.Ias.in §.item Seruiana.66.

d Pro ista notab.decisione, & multum æqua, iudicio meo,& rationabili, facit illud vulgare dictum: afflictionem non esse dandam afflicto.l. diuus.ff.de off.præs. Bald.per illum text.in l.si furiosi.C.de nup.& certè si casus mihi contingeret,secundum istos patres,iudicarem. Et facit etiam hæc decisio Ioan. Fab.& Io.de Pla.pro illis, qui a Turcarum seu Sarracenorum piratis spoliãtur bonis suis, quòd etiam pietati cõsentaneum videtur,ut istius §.priuilegio gaudeant.Carcassona Sardus.

e BONIS] Vide Firmianum in suo aureo repertorio in versicu.debitor pauper.in ver.12.

f Hoc uulgare dictum, quod qui non habet in ære,luat in corpore,qualiter procedat,uide Ias.suprà.in §.poenales.nu.43.cum multis seq.vbi omnino uideas. Carcassona Sardus.

g Adde tu, quod Bart.contrarium firmat in l. penult.ff.de cessio. bon.Mouetur per text.in l.illud.in princip.versicu.quia tamẽ. ff.de trib.vult enim debitor cedere bonis,vt a molestia & implicationibus se liberet: quod potest,secundum Bart. in dicta l.penultima.& pro opi.Bar.facit,quia quilibet potest res suas habere pro derelicto.l.si id, quod.§.fin.ubi bonus tex.& toto titu.ff.pro derelict.& facit text.in l. quia poterat. ff.ad Trebel. Et pro hac decisione facit quod uult Ang. de Are.hic,colum. quarta,post Salice.in l.fina.C.qui bono. cede.poss.quòd si debitor uult cedere bonis, & creditores volunt illi dare inducias quinquennales,& nolunt bonorum cessiones, quòd non possunt debitorem impedire quo minus cedat bonis. Non obst.quod istud remedium sit flebile, & miserabile:quia sibi imputet debitor, si ita uult res suas dimittere:cùm quilibet in re sua sit moderator & arbiter. l. in re mandata.C.mand.Nec obst.solutio quam infrà in 12.fal.ponit Ias. ad d.l.illud.versi. quid tamen.quia dico quòd licèt ibi cesserit duntaxat mercibus & peculio, tamen ratio text. est generalis: ergo non debet restringi in casu expresso.leg. regula.§.fin. ff.de iur.& fac. igno.& exempla non arctant regulam. l. damni infecti stipulatio.in fin.ff.de dam.infect.& dictum ampliatur & restringitur ad limites rationis.leg.cum pater.§.dulcissimis. ff.de leg. secundo.Bart.in l.pater filium.§.fundum. ff.de lega.3. Bartol. in leg.suum hæredem.in fin.C. de iure delibe. & hoc placet. Carcassona Sardus.

h In gl. prima. Vide etiam hoc idem. suprà in §. item si quis. num. 92. & num. 94.

i Aduertas circa intellectum d.l. 2. ff. de sen. pass. nam mihi probare non uidetur id, ad quod Iaso. illam allegat: loquitur enim quando quis tenuit accipere bona, quæ princeps illi restituebat. nam quando alicui conceditur immunitas pœnę bonis non restitutis, liberatur ille ab omnibus creditoribus anterioribus. l. penulti. ff. de sen. pass. taliter, quòd si bona acquisiuisset, & esset locupletior factus, non teneretur creditoribus ex antè gesto: ut l. tutor. C. de sen. pas. quod beneficium negatur illi qui bona a principe oblata noluit suscipere, sed relinquere fisco, ut creditores fiscum conueniant: quia & si noluerit bona, tenetur creditoribus, & hic est casus in dicta l. 2. nec ibi dicitur quòd si bona suscepisset, non posset cedere bonis: & restit. princip. restituit illum ad pristin. statum, sicut antè fuerat: ut l. j. C. de sen. pass. ergo sicut ante damnationem, poterat cedere bonis, poterit etiam post restitutionem. Carcassona Sardus.

k REMANERE] Vide eundem do. Ias. May. suprà in d. §. item si quis. alleg. nu. 96. & nu. 94. ubi idem quod hic.

l Adde quod illa glo. nihil facit, quia loquitur in longè diuersis terminis, ut suprà uidimus in gl. & in 9. fallen. & per Bart. in d. l. fin. §. fin. Sardus.

m RENVNCIARI] Vide Feli. in c. si. diligenti. post prin. uersic. 4. corre. de fo. compe.

FINIS.

Finit Lectura admodum vtilis domini Iasonis Mayni, Iure consultorum suæ tempestatis principis, in titulum de Actionibus, in Institutis, vt longè difficillimum, ita multò vtilissimum, diligenter emendata.

Ad Lectorem.

Dulcia, qui nosti, quàm sint, quæ condit Iason,
Aspice præcipuum, quod modò mittit opus.
Iunior in primis, quòd sic vigilauerit annis,
(Crede mihi) res est ingeniosa tamen.
Hic non errores, aut falsò adducta videbis,
Non eadem in multis verba notata locis.
Non minus hic noster Maynus tibi præstat Iason,
Quàm Graijs fuluam qui dedit alter ouem.
Est breuis, immenso constat nec fasce libellus,
Immodicoq́; grauis non erit ære tibi.
Hunc omne, vel minimo, quo nosces tempore quali
Seruato causas ordine, quisquis agat.

LAVS DEO.

NOMENCLATVRA ACTIONVM OMNIVM, TAM CIVILIVM QVAM PRAETORIARVM,

SVBIECTAE ELEGANTISSIMAE ARBVSCVLAE INSERTARVM,

quam quidem arbusculam pagina ab hinc quinta immediatè proxima reperies,

Authore clarissimo

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE, IOANNE CRISPO MONTANO,

Aquilano, nunc recèns concinnata, repurgata, & in multis auctior reddita.

TRACTATVS ADMODVM ELEGANS, AC IVRI STVDENTIBVS perquàm necessarius, Ioannis Crispi Montani, ciuis Aquilani, in alma vniuersitate Patauina editus, quem ipsemet author Termini Actionum, intitulauit, fœlici exorditur auspicio.

QVONIAM non constructis fundamentis omne quod superædificatur, corruit: capi. cùm Paulus. 1. quæst. 1. & sicut aliàs antè, quàm quis baptizetur, non potest sacros ordines suscipere. capitu. si quis. 1. quæstio. 1. capi. veniens. & capi. si quis. de presbyt. non baptiza. Et secundum philosophorum, Ignoratis principijs, necesse est ignorare quæ sequūtur ad principia, iuxta l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. l. ad rem mobilem. de procu. cum similibus. Et demum sicut aliàs, cùm quis potest ire per uiam facilem, non debet capere difficilem: argum. no. in l. rem non nouam. C. de iudic. §. sed ne in primis. Institu. de leg. & Instit. de iusti. & iur. post princip. & iuxta ea, quæ habentur in l. 2. C. de cura. pub. lib. 12. Igitur ego Ioannes Crispus inter alios legentes minimus in hoc almo studio Patauino ad vtilitatem iuuenum iuri ciuili incumbentium, videns circa actiones tantam difficultatem, subtilitatemque versari, vt res ipsa attestatur, & tātùm fore Iuristis necessariam earum materiam, cùm tertium caput iuris concernat, iuxta §. fi. Insti. de iure naturali, gentium, & ciui. Conuictus deniq; a cōpluribus per quādam summulam declarare terminos, & fundamenta actionum, ad hoc opusculum deueni, in quo in primis, relicta arbore Ioan. quæ in veritate non habet formam arboris, nouam arborem confinxi, in qualibetq; eius cellula vnam actionem describēs ponendo tàm prætorias, quàm ciuiles, & plures addendo, vt cuiq; opere ipso est licitum intueri.

Et ne in totum essem corruptor antiquitatis, iuxta l. more maiorum. ff. de iurisdict. omnium iudicum. & cap. ad apostolicam. extra de simo. 12. distinct. in his cum similib. incepi, & incipiam a prætorijs: feci quoque tabulam per alphabetum, vt facilius vnaquæq; actio reperiri posit. Nec reperies in arbore nostra illam difficultatem punctorum, vt est in arbore Ioannis: nec etiam illarum literarum, quæ sola, si bene consideres, requirunt, vt ita dicam, memoriam artificialem, & fastidunt cerebrum. In sola punctuatione sua non habetur cognitio terminorum in actionibus per leges & authoritates: & simpliciter quis eam sequendo posset erubescere, iuxta §. considerem us. in Auth. de trien. & semi. & no. in l. illam. C. de col. Nec ita reperies in tractatu S. Blasij, quem fecit de actionibus. Nos autem in nostro opusculo persequemur cum allegationibus, & probationibus naturam cuiuslibet actionis. Primò, cui com peta, & aduersus quem, & demum in vnaquaq; tractabim us iuxta illam duodecim diuisiones, quas ponit glo. in §. sunt prętereà. Institu. de actio. quas terminos actionum appello: & opusculum hoc baptizo hoc nomine, videlicet, Termini actionum, &c.

Capio nunc in DEI nomine, & eius gloriosæ matris Publicianam, quę est signata prima actio in arbore, & inter prętorias: & deinde persequar aliàs in quibus si quid ineptè, & minus prouide dixero, semper me subijcio iudicio saniori: & de facili poterit vna tribui, cùm nunquam errare, potius diuinum, quàm humanum existat: vt lege secunda. §. si quid. C. de vete. iur. enucl.

PVBLICIANA.

HAEc actio primò dicitur Publiciana à Publicio inuentore: vt in §. aliæ. Insti. de actio. Rom. in singul. 365. sicut alias Falcidia dicitur a Falcidio inuentore, & a Papio, & Pōpeio, lex Papia & Pompea: vt in c. quædam etiam leges. 2. dist.

Secundò datur, & competit ex æquitate prætoria ei, qui emit bona fide a non domino, & nondum rem pręscripsit aduersus possessorem. l. j. & 2. & l. si res. ff. de Publ. & dicto §. alię.

Tertiò est vtilis hæc actio, & non directa, secundum glossam in l. eum, qui. §. si petenti. in gloss. secunda. ff. de Public. & in eadem l. hæc actio. Tu potes adducere ista: primo quod Publiciana datur ad similitudinem rei uendicationis, vt dicta l. eum qui. §. in Publiciana. sed quod est simile, non est idem l. quod Nerua. ff. deposi. & rei vendicatio est directa: ergo, &c. licet hoc non sit firmum argumentum. Item facit aliud, quia sicut prętor non potest facere quem hæredem directo, vt in §. quos autem. Instit. de bonorum possessione. ita nec actionem. Sed hoc etiam non est firmum: Non eūdo per mendicata suffragia, quod Publiciana sit vtilis, pondero tex. in d. §. aliæ. Instit. de act. in versic. nullam habet in rem directam actionem. Nam si Publiciana esset directa, text. sibi contradiceret. Nec valeret, si diceres, nullam habet de iure, scilicet ciuili, cùm uerbum Habeat, sit præsentis temporis: vt sic etiam hodie de iure prætorio in illo casu quis non habeat directam: & sic ineuitabiliter probat quod Publiciana est utilis, iuxta not. in leg. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus, quod qualitas adiecta verbo intelligatur secundum tempus verbi. Sed aduerte, & in hoc semper dubitauit Theoricam traditam a docto. in l. curatoris. C. de negot. gest. in l. consensu. de actio. & obliga. & per Dyn. in capitu. fina. de regul. iur. in sexto. cum simi. Quod vbicunque actio descendit ex uerbis & mente legis, uel ex mente tantùm, secundum Bartol. ibi reprehendentem gloss. actio dicitur directa, & non utilis: sed Publiciana descendit ex uerbis & mente prætoris, d. l. j. in prin. de Public. & dicto §. aliæ

aliæ.ergo sit directa. & idem esset si sequaris Theoricam Bal. uel Fulgo.in d.l.curatoris.Non potest etiã dici contraria:quia nulla reperitur contraria,nisi descendat ex cõtractu vel quasi, in quibus alter alteri obligatur: sed in Publiciana nullus obligatur,cùm sit actio in rem:vt in §.oĩum.Instit.de act. Si volumus dicere,ꝙ doct.in d.l.curatoris loquantur quando sumus in contractibus,vel quasi:hoc confunditur ex verbis Bald.ibi qui exemplificat in rei vendicatione, quæ non venit ex cõtractu:nisi diceres quòd exempla non arctant regulam, iuxta §. fi.Instit.de hære.Insti.quem ad hoc nuper ponderaui. Si volumus dicere ꝙ Publiciana datur ex verbis prætoris extendentis,non inuenientis:hoc non ualet: quia Prætor inuenit.d.l.1. in princ.de Pub.& d.§.aliæ.vbi dicitur primũ à Publicio proposita est.Si primus,ergo nõ erat antè:iuxta §.reliq. in proœmio Digestorum. Vnde putabam posse ita respõderi ꝙ Publiciana non potest esse directa: quia sicut dicimus quòd de iure ciuili datur vtilis rei vẽdicatio illi,qui præscripsit per decem vel viginti annos, per quod est quæsitũ vtile dominium, iuxta gl.in l.j.de Pub.& §.j.Instit.de usuca.nec datur directa, quia non est directò dominus eodem modo:cùm Publiciana semper competat antè quàm quis sit dominus directò vel vtiliter:ergo a fortiori nõ põt esse directa: quia aliàs prætor destrueret regulas iuris.s. ꝙ non habenti directum dominiũ daretur directa actio,& contra not. in l.nam & ipsum. ff.de leg. Et hanc puto verã solutionem huius difficultatis.super qua tamen cogitabis,quia non legi adhuc apud aliquem.

Quartò principaliter hæc actio est perpetua. Primò probatur quòd est rei persecutoria, & datur post annum:vt est text. in l.in honorarijs.de act.& oblig. Nec cunctaberis,quòd multoties reperitur quòd actiones rei persecutoriæ durant solùm per annum,vt est gloss. quæ alleg.plures casus in d.l.in honorarijs.quia secundum veram solutionem ibi, quãdo actio rei persecutoria est pœnalis ex parte rei, durat solùm per annũ: vt ibi per Bart.qui reprehendit solutionem glos.tex.est not.ad hoc.in l.huius actionis. §.actiones . iuncta l.nouissimè.in fin. princip. ff. quod fal. tu. autho. Et eodem modo rei persecutoriæ sunt annales, quando dantur contra ius ciuile:vt est tex. in d.l in honorarijs.versi. sed cum rescissa:vt est in redhibitoria,quæ datur contra ius ciuile,2.glo.& Barto.in d.l.in honorarijs.Aduerte ad hoc,quia nunc dubito. Dicunt enim glos.& Barto.quòd redhibitoria datur contra ius ciuile, nam videtur falsum contractus emptionis,& venditionis, est de iure gentium.l.ex hoc iure gentium.ff.de iustit. & iure.& probat text. cum gl.in §.& ex hoc.Instit. de iure na.gent.vnde patet quòd redhibitoria datur contra ius gentium, & non ciuile: ex quo tendit ad rescindendum contractum venditionis, qui est de iure gẽtium.cùm Redhibere sit facere quod venditor rem recipiat.l.redhibere.ff.de ædil.edic. Nisi dicas,& attende,quòd datur contra ius ciuile:quia impedit posse agi per uẽditorem contra emptorem,puta ad pretium : sed actiones sunt de iure ciuili, prout est cõmunis opinio,in d. l.ex hoc iur. gentiũ.& l. 2.§.de his.de orig.iur. igitur redhibitoria dicitur dari contra ius ciuile:& ita defendũt Bar.& gl. & ex hoc videor intrare illam arduam q.an actiones sint de iure gentium,vel ciuili : de qua per Dyn.Bal.Aret.& omnes Insti.de act.in princ.post glo. ibi in ver.quãuis.& in d.l.ex hoc iure.post gl. ibi.& tangit gl. in l.rerum amotarum.§.fi.ff.rerũ amotarũ.gl. in l.actionũ genera.§.fi.ff.de act.& obli.gl. in l.placet.in gl.j.C. de episco.& cler.in l.quoties.C.de preci.Impe.offer.in l.fi.si contra ius uel vti.pub.per Io.Andr.in c.quæ in ecclesiarum.de consti.in Nou.l.per Archi.in c.ius gentiũ.1.dist.& quia venit examinanda in prin.ti.de actio.ibi reseruo,& disputabo prò & contrà.Et si probabo quòd sint de iure gentium gl. & Bart.in d.l.in honorarijs.indigerent alio auxilio: nisi tunc diceres quòd cum cõtractus venditionis sit validus , & approbatus , etiam de iure ciuili,redhibitoria etiam venit contra ius ciuile:iuxta tex.Instit.de obli.tit.generali.iuncta gl.in ver.ciuile.Bart.in l.fi.C.ex quib.cau.ma.in fine legis videtur sic intelligere.

Ad aliud autem quod dixi quòd Public.est actio perpetua, adde aliud fundamentum: quia non datur contra iure possidentem,sed contra non habentes iustam caus.siue titu.ut no. Bart.in l.siue.§.si duobus.ubi etiam gl.ff.de Pub. sed quia non habet causam,siue titulum, non potest præscribere longo tempore.l.diutina.C.de præscrip.long.tempo.l. si quis emptionis. de præscript.triginta annorum : sed præscribit triginta annis. Auth.malæ fidei possessor.de præscr.lon.temp.Et contra hunc datur Publiciana, vt dixi:ergo patet quòd est perpetua . Nec me mordebis quòd etiam sine titulo possit procedere præscriptio,iuxta l.4.ff.pro leg.& l.fin.in fi.ff.pro empt.nam aliquando iustissima causa sufficit,iuxta tex.in leg.non solùm.§.quod vulgo.ver.hoc amplius.ff.de vsucap.& quę habentur in l.Celsus.eod.titu.

Quintò est transitoria ad hæredes: vt l.eũ, qui.§.hæc actio. de Pub.& secũdum Bar. ibi datur hæredi. inspecta fide defuncti:vt videtur etiam sentire gl. Et quòd hæc actio detur hæredibus,probo ex alio fundamẽto. Nam actiones prætoriæ,quæ dantur post annum,dantur hæredibus:ut est tex. in d.l.in honorarijs.ver.honorariæ.sed Publiciana datur post annum:ergo,&c. Tertiò pro hoc adduco tex.not.in l.j.§.pen.ff.de aqua quotid.& æsti.ubi si ius aquæ ducendæ concedatur fundo,ex quo dicitur confessio realis , illud ius transit in hæredem, & quemcunq; alium dominum prędij, (secus si cõcessio fuisset personalis):sed publiciana est actio realis:ergo datur hæredibus.Facit a contrario sensu tex.cum gloss.in l.1.§.si hæres.ff. ad Trebel.vbi obligatio personalis non sequitur fundum : ergo secus si realis.Sed in hæredem non datur Publiciana vt hæredem,sed tanquam contra quemlibet possessorem : sicut dicimus in rei uẽdicatione:vt l.si in rẽ . la 3.cum seq.& l.si in rẽ. la 2.ff.de rei uend. & quæ habent locũ in rei vendicatione,habent locum in Publiciana. d.l.eum , qui.§. in Publiciana.ff.de Pub.Adde tex.in d.l. in honorarijs. in ver.item Publiciana.de act.& obli.Ita in simili dicitur in actione noxali, quæ datur in successores iure dominij.l.pen.§. fi.ff. de noxa. Ita in simili actione ad exhibendum,quæ non datur in hæredem,nisi ex dolo defuncti hæreditas sit facta locupletior : vt l.de eo.§.fin.ff. ad exhib. Quod tene menti in practica:quia si intentares libellum contra hęredem alicuius simpliciter,& non tanquam contra proximiorem, succumberes , per dictam leg.si in rem. quod posset tibi facere honorem.

Sextò, est actio singularis , prout est rei vendicatio , habito fundamento quòd eadem procedũt in Publiciana , quæ in rei vendicatione,d.§.in Publiciana . Nec mordeas quod rei vendicatio detur etiam ad vniuersitatẽ, ex quo videtur quòd non sit singularis:vt l.j.§.per hanc.il 2.ff.de rei vendic.nam secundum Bart.ibi rei vendicatio dicitur actio singularis , quia non datur ad vniuersitatem iuris,licet detur ad vniuersitatem corporis,puta ad gregem.d.§.per hanc.Et probatur ex alio:quia si esset actio vniuersalis, Iurisconsultus in d.l.1. malè diceret, dum in prin.legis dicitur : Post actiones,quas de vniuersitate proposuit prætor,&c.

Septimò est actio simplex:probatur viua ratione:quia in ea alter est actor,& alter reus. & vbi cognoscitur actor a reo,non potest dici duplex,iuxta §.3. Institu. de interd. & ibi vidimus, anno elapso.Habes not.in l.in his tribus. ff. de iudi.& dicam in actione familiæ erciscundæ .

Octauò , non reperitur quòd infamet: ergo in dubio dicamus eam non infamare.Facit, quia in dubio pœnæ sunt molliendæ,non exacerbandę.l.interpretatione.ff.de pœnis.Adde aliud fundamentum, quia in dubijs debemus esse promptiores ad absoluendum.l.Arrianus.ff.de actionib. & oblig.Itẽ facit aliud:quia si iura voluissent eam esse infamatoriam,dixissent:iuxta not.in c.ad audientiam.de deci. cum concor.in gl. allega.Facit etiam l.in dubijs.ff.de regu.iur.

Nonò,hæc actio est stricti iuris , quia non reperitur in §.actionum.Insti.de actionib. & secundum communem doctrinam omnes actiones,quæ non reperiuntur ibi descriptæ,sunt stricti iuris,quasi contrariorum eadem sit disciplina,iuxta l.j. ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iur.& textus, qui nõ solet ad hoc allegari,in l.qui accusare.ff.de accu. Et quòd sit stricti iuris,ex alio confirmo:quia est arbitraria:ut est text. in §.pręterea.Institu.de actio.& arbitrarię sunt stricti iuris, vt tenet gl.in d.§. pręterea.& communiter doct. sequuntur maximè ex ratione: quia non reperiuntur in d.§. actionum.

Decimò regulariter non datur contra verum dominum.l. fi.ff.de Pub.exceptis casibus,de quibus ibi p glo.& plenius in d.§.aliæ.vbi dicetur,sicut etiã non datur contra possidentem ex ali-

ex aliquo titulo l.siue autem.§.duob.ff.de Pub.licet Barto.ibi limitet quando esset titulus procuratus in fraudem emptoris. De quo etiam per Specu.in titu.de cau.pos.& proprie.§.fin.& ibi per Ioan.Ange.

Vndecimò, vt patet, est actio ptoria.d.§.aliæ.& in d.l.1.de Pub.ibi dum dicit.Ait prætor:& ibi dum dicit: Nec desideret honorariam.& tex.iuncta gl. in l.pecuniæ.§.fi. de uerbo.sign.

Duodecimò, est actio realis: & sic in rem. Textus est in §. prætereà.Institu.de act.& d.l.j.de Pub.

Decimotertiò, est rei persecutoria. Tex.in §.sequens.Instit. de act.in l.in honorarijs.de act.& oblig.

Decimoquartò,datur ad simplum, hoc est ad rem recuperandam solùm,vel possessionem:ut d.§.aliæ. & d.l.j.in princ. de Pub.Contraria non est, ut dixi sup. Post hæc omnes sciunt. l.de precio.de Pub. ꝙ scilicet ut competat Publiciana,non est opus ꝙ sit habita fides de pretio,vt sit solutum.Nam hoc uerum, quando Publiciana intentatur contra quoslibet:secus si contra dominum:quia ut competat contra dominum, debet esse habita fides de pretio,secundum gl. sing.in l.si a Titio.ff. de rei uen.gl.2. quam ad hoc exclamat Pontanus in singulari 365. Ex quo collige vnam differentiam inter rei uendicationem & Publicianam, quia rei uendicatio nō competit nisi sit habita fides,iuxta tex.in §.uendita. Instit. de rerum diui.in l. quoties.C.de rei uen.Quam differentiam firmat glo.in d.l.de pretio.Adde secundam, quia rei uendicatio directa uel utilis semper datur post completam præscriptionem:sed Publiciana ante d.§.aliæ.& d.l.1.de Publicia. Potes etiam signare etiā quia rei uendicatio datur habēti dominium,Publiciana quasi domino: vt in iuribus præalleg. Adde ꝙ Publiciana datur ratione quasi dominij ex persona defuncti, etiam non tradita possessione.l.cum sponsus.§.is,cui. de Pub. Bart.in l.j.§.final. eod.titu. Et eodem modo ex persona serui potest acquiri domino.l.seruus.eodem tit.Item Publiciana competit,ubi com petit vsucapiendi conditiò, & econtra.l. siue autem.§.hæc actio.& l.eum,qui.in princi.de Public. Et sic dominus tradendo transfert dominium, ita non dominus vsucapiendi conditionem,iuxta §.uenditæ.Institu.de rerum diui.l.traditionibus.de pact.l.clauibus,de contrahen. empt.cum concord.ibi in gloss.singula singulis referendo.licet uideatur obstare tex. in l.cùm sponsus.§. in vectigalibus. & §.si res.eod.tit. De quo dic,vt ibi per Bart.& uide etiam ꝙ aliquando non apprehensa possessione competit Publiciana,in l.quæcunq;.in princip. eod.tit.De libello in Publiciana dicetur in d.§.ubi glo.disputat.Instit.de actio. hæc satis sint in Publiciana.

IN REM RESCISSORIAM.

PRimò hæc actio competit illis qui obtinuerunt restitutionem in integrum propter captiuitatem, iuxta l.fin.C.quibus ex cau.ma.uel propter absentiam, iuxta §.rursus.Institu. de act.vel quia quis fuerit in vinculis, uel carceribus detentus,iuxta l.succuritur.cum duab. sequent.ff. ex quib.cau.ma. quod est intelligendum cùm quis inuitus detinetur, dico in Priuatis vinculis.Nam si posset exire, & non exiret, non concederetur sibi restitutio:vt tenet gloss.in d.l. succurrit.in fi.per tex.in l.si cui.§.tamdiu.eod.tit.Tu vide tex. no.in l.non enim. & in l.ab hostibus.§. fin.eod. titu. Et quot sint genera absentiæ,vide gloss.ordinariam.l.fina.ff.de in integr. restitu.vel denique sit concessa restitutio propter quamcunque causam iustam,iuxta l.primam.ff.ex quibus cau.ma.& sic petita,& con cessa in integrum restitutione,cōpetit rescissoria:ut tenet glo. & Bar.in d.l.fi.C.ex quib.cau.ma.gloss.in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter,eod.tit. Et quot modis quis dicatur absens vide tex.in l.absentem.de uerb.signi.in l.præsens.ff.de procu. in l.fin.C.de præscrip.long.tempo.& ibi gl.in uersi.absentes, gl.in uer.præsentes.in Auth. de fideiuss.

Secundò, est prætoria, vt in §.rursus.versi.sed quod genus Institu.de act.

Tertiò, olim durabat solùm per annum, quia actiones re persecutoriæ,etiam quæ dantur contra ius ciuile, durant ann dict.l.in honorarijs.ver.sed cum rescissa. de act.& obliga.Sed hodie per quadriennium,secundum gloss.in l.fi.C.de tempo. in integr.restitu.in ver.finiendum.& gloss.in l.fin.C.ex quibus cau.ma.Sed Barto.in uersi. hoc præmisso. dicit ꝙ istæ gl.procedunt in iudicio rescindente: secus in iudicio rescissorio, ꝙ non reperitur mutatum:argum.l.præcipimus.in fin. C.de appel.vide ibi per eum.Et de iudicio rescindente,& rescissorio, vide Bart.in l.ab hostibus.§. sed quod simpliciter.in 7.colum. ff.ex quib.cau.mat.

Quartò, est actio in rem: ut dict.§.rursus, ibi: ob id suam rem esse.

Quintò, est rei persecutoria:quia est in rem, ut in §.sequēs. ver.rei persecutoriæ.Instit. de act. & quòd sit in rem.s̄.dixi:& est glo.in §.item Seruiana.in ver.maximè.Instit.de act.

Sextò datur in simplum, id est, ad rem recuperandum solum,vel possessionem,d.§.rursus. & d.l.in honorarijs.

Septimò,est transitoria ad heredes, cùm detur hæredibus: argu.l.non solùm.in princ.ff.de in integ.restit.Et eodem modo contra hæredes,ut probatur in l.cum miles. in princ.ff.ex quib.cau.ma. Facit aliud,quia cum sit realis, videtur dari con tra quemcunq;.argu.l.socium.ff.de rei uendi. & §.1. Instit.de acti. Et tunc erit speciale in ista, quòd licet olim non daretur vltra annum,& per consequens non dicatur posse dari contra hæredes,vt est tex. ad literam in d.l. in honorarijs. uer.honorariæ. Vel dicamus ꝙ detur ex eo, quia extorquetur ab hæredibus lucrum proueniens ex persona defuncti. §.1. Institu.de perpe.& temp.act.d.l.in honorarijs.uer.ut tamen lucrum.

Octauò, non infamat, per illud idem, quod in Publiciana dixi.

Nonò,est utilis.l.fi. C.ex quib.caus. mat.l.ab hostibus.ff.de cap.Et quare dicatur utilis,uide ibi Bar.& glo.in tertia quæst. Et an sit proprium nomen actionis, uide ibi per eundem in 2. quæst.Et an sit datiua,uel natiua:uide in quarta quæst. scilicet in dicta l.fina.

Decimò, est simplex, per idem quod in Publiciana circa hunc terminum dixi.

Vndecimò est singularis, per ea quæ in Publiciana dixi.

Duodecimò est stricti iuris,d.§.actionum.

Decimotertiò non potest esse contraria:quia non datur ratione contractus,uel quasi:ut in §.omnium. Instit.de actio.& iuxta Theoricam glo.in l.ex consensu.ff.de act.& oblig. Directa non potest esse, quia datur contra ius ciuile. d.l.in honorarijs.uer.sed cum rescissa.& habes gl.in d.l. fin.ex quib. cau. ma.& glo.in d.§.rursus.in uersicu.rescissa. Et addetur unum quòd hæc actio non solùm datur contra absentem, qui præscripsit rem præsentis: sed etiam absenti, si præsens rem eius, præscripsit: ut d.§.rursus.& leg.j.§.verba.ff. ex quib.cau.ma. imò plus quòd etiam haberet locum, si vterq; esset absens ex iusta causa, & alter alterius rem vsucepisset:ut est text. in l.fin. ff.eod.titu.& habetur in dicto §.rursus.in glo.in uer.in ciuitate. Sed secus esset quando uterq; esset præsens:quia tunc non daretur restitutio:& per consequens rescissoria: per text.in l. ab hostibus.§.si damni.ff.ex quib. caus. mat. Et quæ sit ratio, vide Bar. in eadem l.§.sed quod simpliciter,in 6.colum.in lib. meo.De quo in d.§.rursus. Post hæc dominus Ioannes Baptista de sancto Blasio in arbore Ioannis uult ipsum reprehendere tanquam arborem fecerit defectiuam: quia dicit ꝙ debuit signare in personam rescissoriam, & rescissoria mistam tanquam separatas ab in rem rescissoria: quia petita restitutione in actione personali in simili dicitur in personam rescissoria. Et eodē modo post petitā restitutionem in actione mista: sed nihil allegat, ubi istæ actiones distinctæ ponantur. Ego putarem quòd ex quo hæc rescissoria non est proprium nomen actionis,sed quædam adiectio,prout vult glo.& Bart. in dicta l.fina.C.ex quib. cau. mat. Et uel quòd adiiciantur actioni reali, uel personali, uel mistæ, semper tamen erit rescissoria, & per consequens una, licet secundum uarios terminos operetur: sicut dicimus in actione de peculio:quia uel quòd teneatur pater ex persona filij, vel dominus ex persona serui,semper dicitur de peculio. Ita in simili dicimus in definitione actionis. Nam quacunque actione agamus, semper est ius persequēdi in iudicio. Vnde Ioannes posito uno exemplo, scilicet de rescissoria in rem, utiq; comprehendi potest de rescissoria in persona,quę operatur in actione personali:& de rescissoria,quæ operatur in actionibus mistis,secundū uarios terminos.Item uidetur resultare quotquot sunt actiones

in Mundo,& possunt præscribi, iuxta l.sicut. & l.omnes.C.de præscrip.triginta annorum.tot etiam essent rescissoriæ, dicẽdo,hypothecaria rescissoria, condictio rescissoria, & sic de alijs.quod videretur inconueniens, licet sit dare ꝙ omnis actio est in rem, aut mista:& hoc respectu posset addi arbori Ioannis. Sed non est necesse:quia posito de vna, intelligantur etiam aliæ.Tamen cogita.Vide circa hoc per Specu. in titu.de in integ.restit.versi.sed scias.ver. sequen.

3 SERVIANA.

HAEC competit domino fundi, vel etiã domus, pro rebus inuectis,& illatis ratione pensionis:quæ res intelliguntur tacitè hypothecatæ domino domus,vel prædij : vt in §.item Seruiana.Instit.de actio.in l.certi iuris. C.loca.cum si. Quòd an procedat respectu secundi conductoris, vide text. singularẽ,& vnicum in Mundo,in l.si in lege §.si colonus.ff.loca.quam exclamat Ponta.in singulari 486.quod incipit,inuecta.Vide tamen Bart.in dict.§.si colonus.qui aliter,quàm velit Ponta.videtur intelligere illum tex.Item an procedat in habitationæ gratis concessa, uide tex.no.in l.si gratuitam.§.si.aliàs in l.licet.ff.quib. cau.pig.ta.contra.Et ad istam habitationem gratuitam,vide tex.singularem, in l.si mercedem.§.fina.ff.de act.empt.Et quæ requirantur, vt hæc actio competat: & quid operetur hæc tacita hypotheca,dicetur in d.§.item Seruiana. & ibi vide pro nunc.

Secundò est actio prætoria,vt est tex.in d. §.item Seruiana. dum dicit: Et ipsius prætoris iurisdictione. Ad quod accedit tex.Instit.de oblig.in ver.prætoriæ.dum dicit quòd illæ dicũtur obligationes prætoriæ, quas prætor ex sua iurisdictione constituit.Ad idem tex.in l.si tibi.§.pignore.ff.de pact.

Tertiò,est actio simplex: probatur per fundamentum in Publiciana factum circa hunc terminum.

Quartò,est singularis,& non vniuersa lis. Patet cùm nõ detur ad vniuersitatem iurium, ut dixi etiam in Publiciana.

Quintò, est actio in rem ; nam qualibet pignoris persecutio est in rem.l.pignoris.C.de pigno.l.pignoris.ff.eod.text.est in l.eos.Pro hoc.C.qui po.in pig. hab. Sed quòd imò sit actio personalis,videtur tex.in §.fin. Instit.quib.mod.re contra.ob. quia oritur ex contractu, non potest dici realis.d.§.omnium. Institu.de act.§.sequens.ver.earum.eod. tit. Item ꝙ sit personalis,facit:quia oritur ex pacto:vt l.si tibi decem. §.de pigno. ff.de pact.Responde,vt per Barto.in l.pignoris.C.de pigno.& d.§.fin.Instit.quib.mo.re.cont.ob. Et quòd sit realis, pondera tex.in d.§.item Seruiana. dum dicit. Experitur quis de re coloni,& clarè patet in præalleg.

Sextò,est rei persecutoria:quia cùm sit in rem,est rei persecutoria, per regulam quam tradit text. in d.§.sequens.versic. rei persecutoriæ. Instit.de act.

Septimò datur in simplum, cùm detur solùm pro rebus coloni obligatis pro mercede ipsi locatori:ut d.§. item Seruiana.& datur contra possidentem ad rem restituendam.l.si fundus.§.in uendicatione.ff. de pignor.

Octauò,est stricti iuris,d.§.actionum.ut in Publiciana dixi.

Nonò,est perpetua:nam actiones prætoriæ rei persecutoriæ dantur post annum:& sic sunt perpetuæ.Tex. est in l.in honorarijs.in prin.de actio.& oblig. Patet etiam,quia non tollitur triennio,ut est text.in l.usucapio.C.de pig. Tertiò patet, quia durat per decem vel uiginti annos, cùm non præscribatur minori tempore.l.1.& 2.C.si aduer.cre.imò aliquando durat 30. annis.l.cùm notissimi.C.de præscript. 30.ann. Et si diceres,ꝙ præallegata loquuntur in hypothecaria,non in Seruiana, respondeo quòd idem est in utraq;:quia Seruiana etiam dicitur hypothecaria:ut d.§.item Seruiana.& quantum ad actionem nihil differunt:vt ibi in uer.inter pignus. Et ꝙ tempora seruentur in hypothecaria,& sic in Seruiana,vide gloss.2.in d.l.cum notissimi.& gloss.in d. §.item Seruiana.in ver.nihil interest.Et quæ sit ratio ꝙ per vsucapionem triennij non tollitur, secus autem per præscriptionem,vt sup.dixi:uide glo.quam approbat Bart.in d.l.j.C.si aduer. cre.in gl.magna.

Decimo non infamat,per ea, quę in Publiciana dixi.

Vndecimò est actio directa:quia descẽdit ex verbis, & mẽte prætoris,iuxta ea, quę latè dixi in Publiciana; nec est quod repugnet ꝙ debeat dici utilis.Vel aliter,benè verum est,quòd potest dici utilis, quia sine solennitate proponitur, secundum gl.in l.j.C.de preca.& Salic.inter.Item etiam posset dici utilis ex eo ꝙ esset uendita,iuxta l.fin. C.de hæredi. vel actio.vend.

Duodecimò,non est contraria, cùm non ueniat ex contractu,per dicta in Publiciana.

Decimotertiò est transitoria ad hæredes : quod potest primo probari per regulam.l.primæ. C. ut actio. ab hære.& contra hære.l.fi.C.de contrah.& committe. stip. Secũdò, quia rei persecutoriæ, quæ dantur post annum, dantur hæredibus,& in hæredes.d.l.in honorarijs de actio.& oblig.Sed hæc est huiusmodi,per suprà allegata:ergo benè verum est,ꝙ non datur contra hæredes,ut heredes,sed in quoslibet possessores,ut est in alijs actionibus realibus,per dict.l. si fundus.§.in uendicatione.ff.de pignor.

4 QVASI SERVIANA.

HAEC actio competit cuicunq; creditori, qui pretendit habere aliquod ius in bonis sui debitoris, prætẽdens ꝙ sibi sint obligata:de qua habetur in §.item Seruiana.Instit.de act.& datur non solùm contra dominum, sed contra quoscũque possessores rerum obligatarum.l. si fundus.§. uendica.& l.pignoris persecutio.ff.de pign.Et an indistinctè possit intentari contra tertios possessores:dicetur in d.§.item Seruiana.Et habetur in Auth.hoc si debitor.C.de pig.

Secundò,quòd sit prætoria,probatur in d.§.item Seruiana. Tertiò,ꝙ sit in rem, probatur per ea,quæ dixi supra in Seruiana. Quartò, ꝙ sit rei persecutoria,eodem modo,ut in Seruiana. Quintò,datur in simplum, ut etiam in Seruiana dixi.

Sextò,est stricti iuris.d.§.actionum. Septimo non Infamat, per dicta in Publiciana.Octauò est directa, per eadem,quæ in Seruiana dixi.Nonò,est singularis,ut etiam in Seruiana.Decimò,est simplex,per dicta in Publiciana.Vndecimò,nõ est cõtraria,cùm nomen creditoris non descendat a debitore, iuxta gl.in d.l.consensu.de act.& oblig.Duodecimò, datur hęredibus,& contra hæredes eodem modo, quo in Seruiana. Decimotertiò,est perpetua per dicta in Seruiana. & ibi vide.

5 VTILIS IN REM.

QVæ datur superficiario. Hæc competit illi, qui cecidit a possessione superficiei hoc modo:Quis conduxit solũ, vel areã ad nõ modicũ tps,scilicet ad decenniũ,ut inf.dicam,si ædificet in solo,uel area, & ponat superficiem: si cadat a possessione illius superficiei, habet utilem hãc actionem in rem. Ita habes text.in l.j.§. quod autem.uer.sanè.ff.de superfi.sicut etiam emphyteuta, vel habens fundum uectigalẽ,habet utilem in rem, contra quemcunq; possessorem.l.1.in fin.ff.si ager uect.uel emphy.petatur. Et ꝙ superficiario detur hæc utilis actio,habes tex.ad literam in l.tutor.§. fi.ff.de pig. act.& de hac habetur etiam in l. si cùm uenditor. in princ.de eui.Et habes tex.in l. superficiario. cum l.seq.ff.de rei uendic. Et ꝙ superficiario detur vtilis actio in rem, est text.melior de Mundo.in l.prouinciali.§.pen. ff.de no.oper.nun.

Et aduerte:ego dixi ꝙ datur ei, qui cõduxit ad non modicum tempus:nam si ad tempus modicũ conduceret,tu nec haberet ex conducto actionẽ:si emisset ex empto.l.j.§.j.ff. de superfi. Et istud non modicum tempus intelligitur x.ann.secundum Bart.in d.§.quod autem.& gl.in l.fin.ff.si ag.uect. uel emphy.pet.& per Cano.in c.j. de rebus eccles.non alien.

Secundò,est prætoria.d.l.in prouinciali.§.den.ff.de no.operis nun.& l.Prętor.ff.de rei uend. cum simi. Sed quòd imò sit ciuilis,arguitur : quia illa eadem actio, q̃ datur superficiario, uidetur dari emphyteuticario, & econtra. d.l.j.§.qui in perpetuum. si ag. uect. sed contractus emphyteuticus est de iure ciuili,ut habes gloss.in l.ex hoc iuregentium. de iusti.& iure. in §.ius autem.Institu. de iure naturali. & habetur in l.j.C.de iure emphy.in §.adeo. Institu.de loca. & condu. quia fuit inductum a Zenone Imperatore. dict.§.adeo. & constitutiones Principum sunt de iure ciuili.l.ius ciuile.ff. de iust.& iur.ergo eodem modo actio dicatur ciuilis. Sed responde quòd hoc non stringit; quia potest esse ꝙ contractus sit de uno iure, & actio

actio de alio. Patet, quia contractus emptionis, & locationis sunt de iure gentium, d.l.ex hoc iuregentium. & tamen actio ex eo est ciuilis: vt l.j.§.j.ff. de superfic. Et idem est in alijs, secundum communem opinionem.in dict.l.ex hoc iure.vt tetigi in Publiciana.& uide pro hoc glo.in leg.secunda.ff.de hęred. petitio.

Tertiò, est in rem: & sic realis: vt patet in d.l.j.§.peti. Quartò, est rei persecutoria, per tex.in §.sequens. Instit.de actio.& dixi supra in alijs.Quintò, est vtilis, & non directa: vt patet in d.l.in prouinciali.§.penul. Sed obstat illud, quod videtur descendere ex verbis, & mente Prætoris.Tamẽ dic quòd Prætor non potest dare directam non habenti directum dominium: vt dixi in Publiciana. Sextò, est singularis, per ea, quæ dixi in Publiciana. Septimò, non infamat: ut in Publiciana. Octauò, datur in simplum, vt etiã in alijs diximus.Nonò, videtur transitoria ad hæredes: per d.l.primam.C.vt act.ab hæred.& contra hæred. Et facit, quia si actiones ex maleficijs regulariter dantur hæredibus.§.non autem. Institu. de perpe. & tempo. actio.à fortiori ista: iuxta Auth.multò magis.C.de sacrosanct. eccles.§.longè magis.Insti.de leg. Contra hæredes autem potest dici ꝙ non detur, vti hæredes, sed vt possessores, cùm detur contra quemcunque possessorem.l.1.in fin.si ager.vect.vel emphy.pet.sicut dixi in Publiciana.Decimò, est simplex, quia datur ad aduocandum possessionem, & apparet de actore & reo.d.l.j.in fin.si ag.vect.d.l.in prouinciali.§.penul. Sed quod imò sit duplex, videtur text.in l.j.§. proponitur.& ibi gloss.ff. de superfi.vbi dicit tex.quòd est duplex: & gloss.tenet in §.penult.Insti.de interd.Dico sic, quod aliud est interdictum de superficiebus, quod datur superficiario, quando prohiberetur frui.Alia est actio, de qua nunc loquimur, quæ datur a Prætore, quando quis est deiectus a possessione superficiei: & ita intelligerem illum text.& l.j. in princip. & §. quod autem.de superfi.licet doc.non declarent. Vel dic quando est facta conductio ad modicum tempus: tunc detur interdictum illi, qui impeditur frui, vel a domino, vel ab alio: vt d.l.j.§.j. versi.sed longè vtile.Et ita uidetur tex.in d.l.j.§.quod autem. quod tene menti.in practica, & maximè pro libello faciendo in hac materia, quæ est subtilis, & incognita multis. Vndecimò, non est contraria, per fundamentum, quod in proxima præcedenti dixi. Duodecimò, est stricti iuris: quia non repetitur in §.actionum. vt suprà dixi in Publiciana. Decimotertiò, videtur quod sit perpetua, maximè cùm sit rei persecutoria, per d.l.in honorarijs.de actio.& oblig.quia quæ rei persecutionem cõtinet etiam cùm sint prætoriæ, dantur post annum, & per consequens sunt perpetuæ, per regulam illius legis.

6 VTILIS, QVAE DATVR metum passo.

HAEC actio datur illi, qui per metũ, qui caderet in constantem virum, coactus fuit tradere rem suam ipsi metum inferenti, ad rem recuperandam: de qua loquitur titulus ff.& C.quod met.cau.Et ex quo coacta voluntas, voluntas est. l.si mulier.§.pen.ff.quot met.cau. per hoc tradendo mero iure transfertur dominium, iuxta l.traditionibus. C.de pact.§.per traditionem.Insti.de re.diui. iuxta not.in l.3.C.quot met. cau.per hoc non potest dari rei uendic.l.in rem.ff.de rei uendic.Et quòd debeat esse metus, qui cadat in constantẽ uirum, est tex.in l.metũ.la 2.ff. quod met.cau. in l.interpositas.versic. nec tamen.C.de transact.Et in l.metum.C.eo. Et quòd metus non excludat omninò voluntatem metum passi, est text. pulcherrimus in c.sacris.quod me.cau.Et aduertatis, quia consideratur tripliciter, videlicet vtilis in rem. ubi quis metum est passus in actione, quæ dabatur in rem utilis in persona.vbi est dare quòd prima actio ad idem extendatur: & sic utilis mista, quãdo prima actio erat mista, prout etiam dixi in rescissoria: nec per hoc est necesse multiplicare numerum actionum. & inueni quòd hic S. Blasius protestatur quod facit solũ ad meliorem intellectum, & faciliorem, iuxta §.sed ne in primis.Instit.de le. Et hæc actio datur ex edicto prætoris.s.vtilis in rem, d.l.3.C.quod me.cau.& secundum gloss.ibi datur etiam actio personalis quod met.cau.& ex c.metus.per tex.in l.metum.§.sed quod prætor.& §.licet.& §. uolenti.ff.eod. titu. Et approbat Bart.quod intelligas, ut per eum.

Secundò est prætoria, cùm detur ex edicto prætoris. d.l.3. & l.metum.§.animaduertendum.& §.sed licet.& §.sed quod prætor.& l.isti quidem.§.fina.& l.1.ff.eod.titu.cum similibus. Tertiò, est in rem, & sic realis.d.l.3.C.quod met.cau.Nec mor debis quòd etiam datur personalis in rem scripta, ut supra dixi, quæ differt ab hac utili: ut ibi per Barto.in uersic.circa hoc quæritur.& ibi uide per eum in l. metum.§. uolenti.ff.eo.titu. vbi etiam bona gl.Et de personali in rem scripta, loquitur tex. in §.præterea.in uersi.in personam.Insti.de act.& d.l.metum. §.cum autem.& in §.item actio.Institu. de actio.uide in dictis iuribus. Quartò, quòd sit rei persecutoria: dic ut in alijs suprà, per d.§.sequens.

Quintò datur in simplũ, cum tantùm per eam rem persequimur.d.l.3.& l.metũ.§.Iulianus. & §. ex hoc edicto.ff.eod. Sed qđ imò datur ad quadruplũ, videtur tex. in l.si cum exceptione.§.j.uersi.quadruplabitur.& §.sed & si quis.& §.quatenus.ff.eod.Sed r̃ndeo planè, & ita intelligo, quòd natura huius actionis est, vt detur in simplum: sed si expectatur sententia, & quis nõ uult iussu Iudicis rẽ restituere, põt tunc in quadruplũ fieri condemnatio.Et ita loquuntur præallegata. Et ꝙ ita sit, est tex.in d.§.item actio.Insti. de act.& est text.in l.d.l.si cum exceptione. §.in hac actione.in fin.ff. quod met.cau.

Sextò hæc actio est arbitraria: ut est text. in §.præterea.Instit.de act.Septimò est stricti iuris.§.actionum. & etiam cũ sit arbitraria.Octauò, potest dici quòd sit perpetua, cùm contineat rei persecutionem.d.l.in honorarijs, facit etiam tex.in l. si mulier.§.j.ff.quod met.cau.vbi dicit tex. quòd prætor nullo tempore habet ratum: quasi velit ꝙ hæc actio non tollatur tẽpore: non, prout vult ibi gl. tollitur per decem vel uiginti annos: uide in d.l.3.C.eod.Nonò non infamat, per fundamenta, quæ dixi in Publiciana.

Decimò transit ad hæredes, per text. in l.si cum exceptione.§.post annum.in fi.ff.quod me.cau. Et uidetur ibi Iurisconsultus assignare rationẽ ex eo quòd est rei persecutoria, quæ ratio secundum gloss. ibi non est sufficiens: quia potest esse, quod aliqua actio sit rei persecutoria, & tamen non detur hæredibus: ut ibi gloss.quod etiam sequitur Bart.dicens, quòd illa est bona ratio, qua sublata, tollitur dictum: & qua posita, ponitur: vt l.si uerò non remunerandi. ff. manda. Et quod detur hæredibus hæc actio, est text. clarus in l.quod dicimus.§. hæc actio. ff. quod met. caus. ubi etiam reddit tex.rationem, ut in dic.§.post annum.Pro qua ratione tuenda potest dicere, quod satis est bona, & sufficiens, si ista regula, quæ in hoc non claudicat, scilicet in actione, &c.

Contra hæredes potest dici quòd detur, non ut in hæredes, sed ut in quoslibet possessores: ex quo est dictum sup.quòd datur contra quemlibet possidentem: & in alijs dixi. Sed intellige sanè hoc.s.quando non peruenit aliquid ad hęredem: quia tunc daretur in hæredes, & in alios successores hæredis, per tex.in d.§.hæc actio.in fi.& l.uideamus.in princ.eo.titu. Et licèt res fuerit consumpta penes primum hæredem, nõ per hoc liberatur eius hæredes: quia sufficit semel peruenisse ad unũ & actionem competijsse.Et secundum Bar. ibi tex. singularis, per quem ipse determinat quæst. contingibilem tẽpore mortalitatis, quòd si primus hæres sciens hæreditatem sibi delatam, moriatur intra annum, transmittit ius deliberandi, iuxta l.cum antiquioribus.C.de iure delib. ꝙ si eius hæres moriatur ignorans intra annum, & sic secundus hęres ipsi transmittit: quia cùm illud ius semel cœpit esse hæreditarium, transit ad quemcunq; uadit hæreditas, per text.ad hoc singularem in d. l.uideamus.in princ.ff.quod met.cau. Ad quod etiam accedit tex.in l.item uidendum.in fin.ff.pet.hæred. Vide Barto. in d.l. quod diximus.§.hęc actio.siue §.in hęredem.licet sit uersiculus: & plenius uide eundem Bartol. ad hanc quæstionem, & ad multa alia in materia iuris deliberandi, in leg. qui duos.ff. de rebus dub.

Vndecimò potest dici, quòd sit utilis, & non directa ex ratione: quia est translatum dominium per traditionem, licèt coactam, tamen cum aliqua uoluntate, cùm, ut dixi in primo termino, coacta uoluntas, voluntas est.d.l. si mulier.§.fina.& per traditionem solet transferri dominium.dict.leg.traditio-

 nibus.

nibus. Et sic non potest dici, quòd competat directa in rem, cùm non insit dominium directum, ut dixi in Publiciana. Et quòd sit utilis, tenet gloss. & omnes in dict. leg. 3. C. quod me. cau. Sed uidetur obstare, quia datur ex mente Prætoris, & verbis. Tamen responde, ut dixi in Publiciana, & in proxima præcedenti. Sed strictè ad hoc uidetur obstare text. in leg. nemo. ff. de in integr. restitu. in l. non uidetur. ff. de acquir. poss. ubi quis non intelligitur exclusus a dominio, uel possessione, cùm Prætor sibi pollicetur restitutionem: sed ita est in hac actione: ut l. j. in princip. ff. quod met. cau. ergo non est translatum dominium: & per consequens potest esse actio directa. Sed responde clarè, vt intelligit gloss. in dict. leg. non uidetur. quòd quis tradendo per metum remanet ficto modo dominus: quia uerè transtulit. Quod probat text. ibi, dum dicit, Videtur: quæ est dictio impropria, iuxta leg. naturaliter. ff. de acquir. poss. Sicut in simili mulier constante matrimonio fingitur domina rerum dotalium, iuxta l. in rebus. C. de iur. dot. & tamen maritus est verè dominus. l. doce ancillam. C. de rei uen. & per illud fictum dominium potest præscribi contra ipsum metum passum, prout tenet gloss. in dict. leg. nemo. quod tene menti ad dict. l. 3. C. quod met. cau. Et hoc potest tibi facere honorem in statutibus loquentibus de dominio, uel possessione: quia non haberet locum in dominio, uel possessione, quã quis fingitur habere, cùm competat sibi restitutio in integrum, per d. l. nemo. prout etiam ibi dicit Bart. Quod tene menti perpetuò.

Duodecimò, non est contraria, per ea, quæ dixi in proximis præcedentibus. Decimotertiò, est actio singularis, per fundamenta in Publiciana dicta. Decimoquarò, est simplex: per idem etiam quod in Publiciana dixi.

CATA-

CATALOGVS, ALIAS ARBOR INSCRIPTVS, CVM TAMEN NIHIL MINVS QVA'M ARBOREM REFERRET, OMNIVM ACTIONVM,

TAM CIVILIVM QVAM PRAETORIARVM, EARVNDEM naturam facillimè explicans, & à Prætorijs, tanquam à maiori parte, initium ſumens, per I. V. Doct. Do. Ioannem Criſpum Montanum, ciuem Aquilanum, diligenter, & affabrè in Studioſorum omnium gratiam extructus,

Publiciana 1
In rem reſciſſoria 2
Seruiana 3
Quaſi Seruiana 4
Vtilis in rem quæ datur ſuperficiario 5
Vtilis, quæ datur metum paſſo 6
Bonorum poſſeſſ. hæredi. potitio 7
Fideicommiſſaria hæreditatis petitio 8
Præiudicialis in rem, de libertinitate 9
Præiudicialis in rem, de partu agnoſcen. 10
Pauliana 11
Fauiana 12
Caluiſiana 13
In factum reuocatoria 14
Redhibitoria 15
Quanto minoris 16
In factum ædilitia, vel redhibitoria 17
Exercitoria 18
Inſtitoria 19
Tributoria 20
Quod iuſſu 21
De in rem verſo 22
De peculio 23
De conſtituta pecunia. 24
Vtilis ex ea cauſa, quæ ex confeſſione 25
Vtilis ex ea cauſa, quæ iuratur 26
Negociorum geſtorum 27
Protutelæ directa, & contraria 28
Contraria tutelæ 29
Depoſiti in quatuor caſibus 30
Viæ reiectæ 31
Quod metus cauſa. 32
Do dolo malo 33
Furti manifeſti 34
Furti aduer. nau. cau. ſta. 35
Serui corrupti 36
Vi bonorum raptorum 37
Iniuriarum quæ non deſcendit ex lege Corne. 38
In factum ſubſidiraia legis Aquiliæ 39
In factum loco cuiuslibet interdicti 40
In factum de mortuo inferendo 41
In factum de ſepulchro ædificando 42
In factum, ne quid in loco ſacro 43
In factum, vt quod factum immiſſumue tollatur 44
In factum, ne quid fiat immittaturue in via pub. 45
In factum, vt quod fa. immiſſumue tollatur 46
In factum ne quid in loco publico 47
In factum de flumine, & ne quid fiat immittaturue 48
In factum, & quod factum immiſſumue toll. 49
In factum, vt liceat frui loco publico 50
In factum, vt liceat reficere viam publicam 51
In factum, vt liceat ire, vel agere per viam, &c. 52
In factum ne quid in flu mine publico. 53
In factum, & quod factum immiſſumue tollatur 54
In factum, vt liceat ripam fluminis reficere 55
In factum, vt liceat nauigare in flum. pub. 56
In factum, ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſ. eſt. 57
In factum quorum bonorum 58
In factum quorum legatorum 59
In factum de tab. exhiben. 60
In factum de liber. exhiben. 61
In factum de libe. deducen. 62
In factum de libero homine exhibendo 63
In factum vnde vi 64
In factum quod vi aut clam 65
In factum vti poſſidetis 66
In factum vtrobi 67
In factum de ſuperficiebus 68
In factum de itinere actuq́ priuato 69
In factum de itinere actuq́ priuato refi. 70
In factum de aqua quotidiana 71
In factum de aqua æſtiua 72
In factum de aqua ex caſtello ducenda 73
In factum de riuis purgan. 74
In factum de fonte, vt liceat eo vti 75
In factum de fonte reficiendo 76
In factum de cloacis purgan. 77
In factum vt nequid in cloaca fiat immitaturue 78
In factum, vt quod factum immiſ. eſt in cloa. col. 79
In factum de precario 80
In factum de arboribus cædendis 81
In factum de glande legen. 82
In factum de migrando 83
In factum de Saluiano interdicto. 84
In factum de ope. demoli. quod fact. eſt, &c. 85
In factum, vt liceat ædifica. ei, cui eſt fact. num. 86
In factum loco interdicti fraudatorij 87
In factum de locis & itineribus publicis 88
In factum de via publi. & ædil. currulib. 89
In factum de albo corrupto. 90
In factum ſi quis ius dicen. non obtempe. 91
In factum ſi quis temerè in ius voc. quem, &c. 92
In factum ſi quis in ius vocat. non ierit 93
In factum contra eum qui non accep. coniun. perſo. 94
In factum ne quis eum qui in ius vo. eſt, vi exi. 95
In factum aduer. eum, qui dolo malo fecit 96

In factum

FINIS.

BONORVM POSSESSOria hæreditatis petitio.

HAEC actio datur illi, qui volens succedere de iure prætorio, vel cùm non posset de iure ciuili, agnouit bonorum possessionem ex testamento, vel ab intestato, iuxta leg. final. C. qui admit. ad bo. poss. per totum, institut. de bon. poss. Et potest intentari contra illum, qui teneret bona hæreditaria vel pro hærede, vel pro possessore: sicut dicitur in petitione hæreditatis: cum tantum quis consequatur per hanc de iure prætorio, quantum per petitionem hæreditatis de iure ciuili. l. 2. ff. de bo poss. hær. pe. & ibi vid. Secundò, est actio prætoria, d. l. j. & 2. ff. eo. tit. & probatur in l. j. in prin. ff. de rei ven. Tertiò, potest dici quòd hæc actio sit mista, sicut dicemus in petitione hæreditatis, habita æquiparatione d. l. 2. iuncta l. hæreditatis. C. de pet. hær. l. sed & le. §. petitio. ff. eo. tit. vbi videtur probari quòd petitio hæreditatis sit mista: quod dic ut ibi habetur. Quartò patet quòd est actio in rem, & sic realis considerato primo sic, est mista. Secundò, quia petitio hæreditatis est in rem, d. §. petitio. & probatur in d. l. j. in princ. de rei ven. dum dicit, singularum rerũ, vt sic dicat hanc esse actionem realem vniuersalem, illam singularem. Et quòd petitio hæreditatis, & bonorum possessoria & hæreditatis petitio æquiparantur, est tex. quẽ tene mẽti in l. itẽ veniunt in fi. ff. de. pe. hær. Quintò, est rei persecutoria, cùm sit in rẽ. d. §. seq. Inst. de act. Sexto, datur in simplum: quia per eam petimus tãtum res hæreditarias, vt in iurib. sup. alleg. Et habetis tex. in l. si scrip. C. de pet. hær. Septimò, cum assimiletur petitioni hæreditatis per d. l. item veniunt. in fi. & cùm tantum persequamur, quantum per petitionem hære. d. l. 2. de bo. poss. hær. pet. Et sicut petitio hæreditatis est bonæ fidei, vt est text. in l. fi. C. de pet. hær. in §. act. Inst. de act. eod. modo dicamus in ista, vt sit bonæ fidei: quod tamẽ nõ firmo, sed relinquo cogitandum, ex eo quòd non reperitur in d. §. act. Octauo, non infamat, per ea quæ dixi in Publiciana. Nonò, põt dici quòd sit perpetua, sicut petitio hæreditatis, quæ non tollitur præscriptione longi temporis, iuxta l. hæred. C. de pet. hær. l. licet. C. de iur. de lib. cum scilicet maiori tẽpore tolli possit, iuxta l. sicut. & l. omnes. C. de præscr. trig. anno. Et quòd non tollatur longo tempore, est tex. in l. hær. C. in qui. cau. cess. lon. tem. præscr. Et patet ex alio, cum non detur contra titulo possidentem. d. l. hære. Et quæ sit ratio, quòd non detur contra possidentem titulo, vide glo. in d. l. hæred. & gl. & ibi melius Bart. in l. hæreditatis. C. de pet. hær. licet prima facie videatur ad hoc obstare tex. in l. nec vllam. C. de pet. hær. sed ibi titulus habetur pro non titulo: dic vt dictis iuribus: licet quibusdam casibus non procedat: vt habetur in l. fi. in ver. si enim uel ex parte. C. de edi. di. Adria. tol. & habetur per gl. in d. l. hæreditatem. & vide etiam ad hæc l. Neratius. ff. de pet. hær. Decimò, est transitoria ad hæredes. l. veluti. ff. de pet. hær. & eodẽ modo datur in hæredes, si possident. l. etiam si putauit. §. hæredem. ff. de petit. hær. cum si. Vndecimò, est simplex. per dicta in Publiciana. Duodecimò, potest dici quòd sit utilis, cum prætor non possit facere quem directò hæredem, iuxta §. quos au tem. Inst. de bo. poss. licet posset dici, quod ex quo venit ex uerbis, & mente prætoris, debeat dici directa, vt in Publiciana dixi. Decimotertiò, non est contraria: quia non ex cõtractu, &c. vt in alijs dixi. Decimoquartò, est uniuersalis, non singularis, cum detur pro hæreditate, quæ est quoddam uniuersale: probatur in l. j. de pe. hær. Et quod sit uniuersalis, est text. apertus in l. j. in princ. ff. de rei uen. ibi: de uniuersitate proposuit prætor, &c. Et si diceres, omnia prædicta iura loquuntur in petitione hæreditatis, potest dici. quòd idem est effectus in hac d. l. 2. de bon. poss. hære. pet. & d. l. item ueniunt. in fi. ff. de pet. hære. cum similibus.

2

FIDEI COMMISSARIA hæreditatis petitio.

PRimò, hæc actio competit fideicommissario uniuersali, cui hæreditas esset ũ tantm uerbo, & non realiter restituta quia si aliquis possideret res hæreditarias, posset conueniri hac actione: prout est tex. in l. j. iuncta gl. j. & ibi Bar. ff. de fideicom. hær. pet. Sed ultra hoc potest plus dici quòd det hæc actio, non solùm quando restitutio est facta solo verbo, sed et quando realiter. Et pro hoc aduertatis, quia tex. in l. j. de fideicom, hær. pe. loquitur simpliciter ut hæc actio detur, scilicet his, quibus restituitur hæreditas, & uerbum Restituere, comprehendit & uerbalem, & realẽ restitutionem. l. restit. in prin. & l. facta. in prin, ad Treb. ergo d. l. j. non debet restringi ad restitutionem uerbalem solùm. Et ita uidetur sentire gl. in d. l. facta. in gl, 2. dum primò exponit illum tex. in omni restit. Et postea in glo. 3. dicit quòd post restitutionem fideicommissarius habet fideicommissariam hæreditatis petionem: nec se gl. ibi restringit magis ad uerbalem, quàm realem: & sic gl. in d. l. j. uidetur contrariari cum gl. in d. l. facta. Vnde clarè intelligendo primò teneo (ut sup. dixi) quòd glo. & Bar. in d. l. j. de fideicom. hær. pet. dicant ueritatem: & quòd hæc actio detur solũ cum uerbo est restituta hæreditas, & etiam ut infrà concludam. Sed durum uidetur respondere ad ea, quæ ego allegaui: & putabam posse dici, & intelligi vt sup. ut gl. in d. l. fact. debeat ad singula referri. Vel, & secundò, quod in d. l. facta. non fuit re ipsa restituta hæreditas: quod patet, dũ dicit, quod fideicommissarius non fuit nactus possessionem: quia quando re restituitur, intelligitur quod fideicommissarius possideat: ut est tex. in d. l. facta. in prin. Cogitabis, quia obstat tex. in l. cũ hær. ff. de acqu. poss. Et concludendo ut sentit gl. & Bar. in l. 2. de fideicom. hær. per restitutionem ex senatusconsulto transeunt omnes actiones, quæ competebant hæredi, in tantum quod posset intentare utilem petitionem hæreditatis in his rebus, quæ possiderentur ab alio, nec adhuc ad ipsum peruenissent. Et quia passus est subtilis, adhuc uereor per te. in d. l. facta. in prin. ubi facta restitutione etiam uerbali, transit dominium omnium bonorum in fideicommissarium: ergo sequitur quod possit habere rei uendicationem, per tex. in l. in rem. in prin. de rei uen. Ex quo resultat aliud contrarium, quod cùm fideicommissarius habet ciuilem actionem. s. rei uendicationem, non est opus actione prætoria, per tex. in l. j. §. merito. ff. de pub. Et tanto magis hoc urget quod procedit etiam quando aliqua res nunquam peruenisset ad fideicommissariũ. Post omnes putabam in his posse dici sic, quod sicut datur petitio hæreditatis etiam post translatum dominium in hæredẽ per aditionem. iuxta l. cum hær. in princ. ff. de acqui. poss. & tamẽ posset habere rei uendicationem, ita de iure prætorio fideicõmissario detur actio, etiam quod habeat dominium; & sic rei uendicatio ex intrinseca ratione: quia petitio hæreditatis est actio uniuersalis: sed rei uendicatio est singularis: ut patet in d. l. j. de rei uen. Sed rei uendicatio ad hæreditatem, & sic ad uniuersitatem iuris, non potest competere. l. uendicatio. & l. j. §. per hanc. il 2. de rei uen. ergo necessario fit opus hac actione. Vnde fideicommissarius ad uniuersales non potest habere rei vendicationem, esto quod sit dominus, non petitionem hæreditatis: quia non est hæres directo, non vtilem ex persona sua: igitur prætor, ut ex persona sua ad res vniuersales agere posset, dedit hanc actionem, & ita intelligo. Ex quibus in puncto iuris elicio conclusionem, scilicet actionem competere fideicommissario, etiam quod re & verbo esset sibi restituta hæreditas, ad persequendas res hæreditarias contra poss. Et licet hoc videatur gl, & Bar. per id, quod dixi suprà in prin. tamen ipsos intelligas, quando in totum re ipsa fuit hæreditas restituta. Hæc conclusio loquitur, quando aliqua res deficiebat: quia fideicommissarius contra possessores habet hanc actionem. Et hoc sentit gl. & Bar. in l. nec interest. ff. eo. de fideicõ. hær. pet. Et ita firmiter intelligo istos terminos, & uidebis qualiter ruminati sint.

Secundò, est prætoria, vt probatur in l. j. in prin. ff. de rei uẽdic. & tenet gl. in l. 2. de fideicom. hæred. pe. & ibi Bar. licet videatur obstare, eò quod uenit ex senatusconsulto, & per consequens de iure ciuili, iuxta l. ius ciuile. l. 2. ff. de iust. & iur. Sed intellige vt ibi per gl. & Bar. Tertiò, quod detur in simplum, probatur per fundamenta, quæ dixi in præcedenti: & retenta æquiparatione d. l. 2. vt ibi dixi. Quartò, an sit bonæ fidei: dic vt in præcedenti dixi. Quintò, quod sit perpetua. dic vt in superiori. Sexto, quod sit transitoria ad hæredes, est text. in l. fin. versic. an ei. de fideicom. hære. pe. In hæredem autem an detur; dic in superiori facta æquiparatione, d. l. 2. Septimo, quod non

non infamet, dic vt in superioribus. Octauò, quòd sit utilis, dic, vt in superiori. Nonò, quod sit vniuersalis, probatur vt in superiori, per dictā l. 1. in prin. ff. de rei vēdi. Decimo, ꝙ sit simplex, dic vt in alijs dixi. Vndecimo, est realis, ēt p dicta in superiori proxima: pōt ēt dici mista, vt ibidē dixi. Duodecimò, an sit persecutoria, dic vt in præcedēti. Decimotertio, quòd nō sit contraria, eodem modo, & vt in Publiciana dixi.

9 PRAEIVDICIALIS IN rem de libertinitate.

ET quia sunt plures præiudiciales, vt in §. præiudiciales. Inftit. de actio. Primo est sciendum, quare dicantur præiudiciales, & secundum quosdam ex eo ita appellatur, quòd ī modū exceptionis opponuntur. hinc est ꝙ in rub. ff. de excep. dicitur, & præiudicijs. uidetur probare in l. generaliter. ff. eo. de except. cùm intēdēs aliquod præiudicim, vt ī seruitute, uel libertate, sustineat partes actoris, sicut diximus in aliis exceptionibus. l. 1. ff. eo. Sed hoc nō videtur verū quia nō dicerentur actiones, sed exceptiones, & contra tex. in d. §. præiudiciales. dū dicit, in rē actiones. Licèt posse dici quod ibi sit uerbū Videtur, quod denotat improprietatem, iuxta l. naturaliter de acquir. poss. sed multoties est expressiuū ueritatis, ut l. seruū filij. §. si quis rē. ff. de leg. 1. Aliquando importat sententiam, ut, ita mihi uidetur. ut in c. præterea requisiti. de appel. nisi quis diceret quòd hoc procedit, quando uerbum Videtur, refertur ad personā: secus quando ad rem. d. §. præiudiciales. Sed respōdeo, aliter, nouiter ponderans tex. in d. §. præiudiciales. dū dicit. quales sunt: & sic loquitur propriè, alias Imperator esset sibi contrarius. Vnde conclude quod præiudiciales sunt actiones, nō exceptiones. Ad primum argumentum adductum in contrariū, responde secundum ea, quæ habentur in l. fundū Titianū. ff. de exce. Et dicas appellari præiudiciales, eo quia si concurrant cū alia exceptione, prædicant illi: quoniā nō pronunciatur super illa quousque in præiudiciali pronūciatū sit: ut habetur in l. ordine. ff. de li. cau. & in l. seruū quoq;. de proc. Vel & secūdo, possunt dici præiudiciales, quia in ipsis tractatur de magno præiudicio, uidelicet de statu libertatis, qui est inæstimabilis. l. libertas. ff. de re iu. §. sed cum libertas. Inst. ex quibus cau. ma. nō licet. sicut ēt patria potestas. l. filiusfa. §. secundum uulgarē. de l. 1. Sed uid. Bar. in l. siue cōtra. uer. dic ergo. ff. de li. ag. & gl. in d. §. præiudiciales. Quæ aūt ex his præiudicialibus sit de iure ciuili, & quō: dicetur post gl. pe. in d. §. præiudiciales. Et redeūdo ad hanc præiudicialē in rem de libertinitate, primò est dicēdū ꝙ cōpetit, qn̄ quis dicit aliquē esse libertū suū, qui tn̄ dicit se ingenuū: uel cōtra, cùm qs dicit se ingenuū, cū alius dicat eū esse libertū. de hoc in d. §. præiudiciales. Sed quid in abbate cōtra monachū, & in multis aliis, uide gl. sing. in l. 1. §. per hanc. in uer. uendicare. ff. de rei uend.

Secundò, est actio prætoria. d. §. præiudic. uer. cæteræ. Tertiò est actio singularis, quod patet ex prædictis, & probatur in d. l. 1. §. per hāc. ff. de rei uen. Quartò, est stricti iuris. d. §. act. Quintò, datur in simplū, cùm reuocetur, uel petatur quis in libertatē. d. §. præiudiciales. Sexto, est rei persecutoria cum sit in rē. d. §. sequēs. de actio. Septimo, est in rē. d. §. pꝛiudiciales. sed imò uidetur quod sit in personam, cum persona sit quę petitur. Potest dici quod licet petatur persona, tamen cū non ueniat ex contractu, uel quasi, dicatur in rem. d. §. omniū. & d. §. sequēs. uer. earū. Inst. de act. Octauo, potest dici quod sit perpetua, cum cōtineat rei persecutionē. d. l. in honorariis de act. & ob. & d. l. si cū exceptione. §. post annū. ff. quod me. cau. Nono est transitoria ad hæredes per d. §. post annū. uer. ideo aūt. & etiā quia iura patronatus transeunt ad hæredes. l. uenia. in princ. ff. de in ius uocand. l. pen. C. de li. & eor. li. Quod tamen est intelligēdū secūdū distinctionē traditā in materia operarū, de qua uide latè Bar. in l. si nō fortē. §. libertus. de cōdi. inde. Et nō solum hæredibus patroni, sed hæredibus ēt liberti: ut l. hæres. ff. de obseq. à li. pa. pręst. Quod intellige quātum ad bona: sed quātum ad ius libertinitatis, secus sit. An detur in hæredes quo ad bona: pōt dici ꝙ sic: secus qn̄ tēderet ad reuerētiā, cum sit mortuus libertus. Qđ secus est ex parte patroni defuncti. Vide in iuribus pallegatis. Decimo, pōt dici ꝙ nō infamet, cùm non reperiatur, ut in aliis dixi. Vndecimo, pōt dici ꝙ sit utilis, quia nō intēditur rōne dominii, iuxta ea, quæ in Publiciana dicta sunt, licet posset quis dicere quòd sit directa, ex quo uenit ex mente, & uerbis prætoris. In quibus tutemet cogita. & respōde. Duodecimò, nō est cōtraria, proba. ut ī aliis supra dixi. Decimotertio, est simplex per fundamētū in Publ. adductum.

10 PRAEIVDICIALIS IN REM de partu agnoscendo.

HAEC competit illi, qui dicit aliquē esse filiū suū, & petit ab ipso omnia, quæ à filio quis cōsequi debet: uel contrà pōt cōpetere illi, qui dicit se esse filiū alicuius, & petit ab eo omnia, quæ a patre consequi posset, de qua est tex. in §. pręiudiciales. Inst. de act. & ibi gl. magna circa prī. Et hoc quādo quis diceret se esse in quasi possessione, quòd nō sit filius, uel quod dicit se esse in quasi possessione quòd nō sit pater. Et quando habeat locum rei & uendicatio, & quando ista præiudicialis, & quando officium iudicis: uide glo. in d. l. 1. §. per hanc. in vervēdic. ff. de rei uen. & ibi doct. In quo differat præiudicialis a rei uendicatione, uide Bart. in l. siue contraria. uer. quæro in quo differt. ff. de li. agno. uide pro hac in dictis iuribus.

Secundò, non infamat, per idem quod in Publiciana dixi. Tertio, est prætoria, ut probatur in d. §. præiudiciales. Quarto, est realis: & probat ut in proxima præcedenti dixi. Quinto, est rei persecutoria, eodē modo. Sexto, est in simplum, eodem modo. Septimo, est stricti iuris, eodē modo. Octauo, est perpetua, eodem modo. Nono, nō pōt dici ꝙ sit transitoria ad hæredes, ut probāt tex. in l. siue cōtra. uer. illud tenendum. ff. de lib. ag. Et potest esse ratio, quia mortuo altero ex his, qui sibi contingunt iure patriæ potestatis, expirat, secundum Bar. ibi, circa fi. & facit l. 1. & fi. C. si reus, uel accu. mor. fu. & morte soluitur patria potestas, & etiam filiatio, cum mors omnia soluat. §. deinceps. in Auth. de nup. licet quantum ad bona posset fortè dubitari quæ peruenissent ad alterum ipsorum, etiam iure suitatis, iuxta d. l. 1. & final. & per totum. C. si pen. app. mors inter. Decimo, est singularis, ut in superiori. Vndecimo, est utilis, ut proximè dixi. Duodecimo, non est contraria, ut patet per dicta in aliis. Decimotertio, est simplex, ut patet.

11 PAVLIANA.

CIRCA hanc, & alias reuocatorias, primò est sciendū ꝙ multi uoluerūt has actiones esse interdicta reuocatoria. quòd non uidetur uerū, ut potest deprehendi in lib. de interd. ubi nō reperitur de istis reuocatoriis. Bene uerum est, quòd ex edito prætoris dantur, ut inf. apparebit. Et est tex. in l. 1. uer. necessario. ff. de his, quæ in faud. cred. Secūdo, est sciēdum quod sunt opi. an una sit in factū actio pro his alienatis in fraudē, cui adiiciantur ista nomina, Pauliana, Fauiana, &c. Et de hoc est gl. in l. 1. in uer. actio. ff. quæ in frau. cre. gl. in l. hac in factū. eo. ti. & gl. plenior in l. 2. in gl. 2. ff. si quid in frau. pa. & gl. plenissima in §. itē si quis in fraud. in uer. petere. Inst. de actio. & fortè uia disputandi posset teneri quòd una sit actio in factū, cui adiiciantur dicta nomina. Et per ipsam reuocentur nō solum incorporalia, sed etiam corporalia, per d. l. hac in factū. & uidetur tex. ī l. ait pretor. §. si debitorem meū. & §. annus. & §. seq. ff. quæ in frau. cre. Sed communiter seq. doct. gl. in d. l. 2. ff. si quid in frau. pa. & ibi uide Barto. Remanet igitur per uiam euidentiæ secundum communem opi. quòd Pauliana, Caluisiana, Fauiana, & actio in factum, sunt quatuor actiones reuocatoriæ de per se, ut seq. etiam Ioan. in arbore sua: licet domini Vltram. discord. ut refert Bar. in d. l. hac in factum. & uid. eos sequi. Sed dic, ut d. l. 2. ff. si quid in frau. pa.

His præmissis primò hæc actio hēt locum, qn̄ debitor alienauit aliqua bona sua mobilia uel immobilia in fraudē creditorū suorū. Nā creditores per hanc Paulianā actionē reuocare pñt dictā alienationē, ac si non esset facta: de qua habetur in d. §. itē si quis in frau. & in l. uideamus. l. 2. in §. Fauiana. ff. de usu. cū sim. Secūdò, est ꝑtoria, cùm connumeretur inter ꝑtorias, incipiēdo a §. aliæ. Inst. de act. usque ad §. itē si quis in fraudē. & probatur in d. l. uideamus. §. in Fauiana. uer. nā prætor. l. 1. & l. ait prætor. §. hæc actio. ff. q in frau. cre. cū simi. Tertiò,

tio,videtur ꝙ sic actio directa,quia datur ex mente, & verbis edict.d.l.1.in prin.ff.quæ in frau.cred.Sed quòd imò sit utilis, uidetur tex.in l.qui aút.§.item si necessarius.ff.eo.& l.si pign⁹ l.ait prætor ff.si quid in fraudem.eo.tit.Ad §.item si quis. primò responde,vt ibi per gl.in ver. vtilē. quæ sentit ꝙ hæc actio sit directa:& idē sentit gl.in leg.ait prætor.in princ.in ver.cōpetere.eo.titu.Sed difficile videtur respondere ad l. si pignus. & ad §.itē si necessarius.propter tex.in l.1.in fi.cū l. sequē.quæ venit continuatiue,eodem titulo.nisi ad l.pignus. dicamus ꝙ ibi ideo est,quòd datur vtilis, quia videtur sapere donationē illa remissio inter virum & vxorē,licet in veritate nō sit donatio,&c.Ad §.itē si necessarius.pōt dici,ꝙ ibi sit ex eo, q̄a fraus sumpsit initium ex persona defuncti,& executa est per hæred. Vel dicamus quòd aliquando sit vtilis,licet de sui natura sit directa:vt in pluribus videbis.tñ cogita.Quarto,vr̄ ꝙ sit actio ꝑsonalis,per tex.in l.qui à debitore. &.quæ ibi per Bart. ff. q̄ in frau.cre.vbi Barto. dicit quòd qñ in personalibus actionibus quis conuenitur ratione doli,pretium succedit loco rei, ꝑ illum textum vbi qui scienter em't,tenet reuocatoria, & sic actione personali, in qua ratione doli pretium venit loco rei. Et quòd sit personalis.facit, quia cum sit reuocatoria, prout Fauiana,sit personalis,per tex.in l.1.§.hæc actio. ff. si quid in frau.pa.1.Sed quòd imò sit realis videtur,quia connumeratur inter reales,a §.1.cū pluribus.seq.vsq; ad §.in personā.Inst.de act.Itē cum sit persecutoria,videtur etiā realis cum actiones in rem sint persecutoriæ.§.sequens. Inst. eod. Nisi dicamus ꝙ ex eo quod excedit personam naturalium, cōnumeratur inter reales:quod patet, vbi datur contra quemlibet,qui accepit ab eo,qui alienauit in fraudem,vt l.ait prætor.§.hæc actio. ff.quæ in frau.cre.Cogita.Quintò,est rei persecutoria, per text. in l.si fraud.§.si a socero.in uer.quia hæc actio.& l.ait prætor. §.per hāc.ff.quæ in frau.cre.Sextò,est in simplum . vt iuribus proximè allegatis,licet quando res non reperitur, possit fraudator poni in carcerem, & videatur esse quæstio pœnalis secundū magis communem intellectū,secundum Bar.in l.fi.§.fi.quæ in frau.cred.Septimò,est stricti iuris, cum non reperiatur in §.actionum,vt in aliis dixi.Octauò,est temporalis, & non perpetua,cum duret per annum vtilem.l.ait prætor.in prin. & §.annus.& l.qui autem.§.fi.ff.quæ in frau.cre.in l.fi.C.de reuo.his, quæ in frau.l.1.in prin.ff.eo.licet in eo,quo ad fraudantē peruenit,detur etiam post annum d.l.ait prætor,§.hæc acti.& gl. in dicto.§.fi.in verb.annum.Sed quod imò hæc actio det post annum,videtur tex.l.in honorariis.in prin.de act. & oblig.q̄a cum sit persecutoria,vt supra est probatum, vtique dicitur debere dari post annum,per illum tex.De quo dicat ibi per gl.& melius Bart.Nonò est transitoria ad hæredes.l.ait prætor §.fi. ff.quæ in frau. cre. & eodē modo datur cōtra hæredes de eo, quod ad ipsos peruenit.l.Cass.ff. eo.ti. Decimò, est actio simplex,quod proba,vt in alijs,maximè in Publician. Duodecimo,est actio singularis,per iura allegata in quinto termino,cū simi.Sed quod imò sit vniuersalis,videtur tex. in l.qui aút. §. si seruū.ff.eo.Nisi dicas, quod ibi procedit per viam accessoriā & in consequentiam quod reuocetur hæreditas,vt etiam sentit gl.ar.l.cum principal.ff.de reg.iur.Duodecimo,non est cōtraria,per dicta in Publiciana. Decimotertio, putarem quòd non infamet,per fundamentum sæpe in alijs dictum, & in Publiciana dixi.sed cogita.

12 FAVIANA.

PRimò, hæc competit patrono contra possessores bonorum, quæ fuerunt alienata per libertum in fraudē legitimæ debitæ ipsi patrono:de qua legitima habetur in §. sed nostra.Inst.de success.liber.De hac actiōe habetur in l.1. in prin. ff.si quid in frau.pa.& in ead.l.§.itē Papin.in l. videamus.§.in Fauiana.ff.de vsur.in l.si Patronus. §. Patronū. in l.tenetur. & in l.si libertus.in l.ergo.& l.non videtur.ff. si quid in frau. pat. cum simi.Secund§,est simplex, vt in alijs dictum est .Tertio, est prætoria,d.l.si patronus.§.patronum.& d.l. 1. in fi.prin.& l.videamus.§.in Fauiana.ff.de vsur.cū sim.Quarto, est actio in personā.l.1.§.hæc actio.ff.si q̄d in frau.pat.prout ēt dixi.Quinto,est rei persecutoria.Tex.est clarus in l.si patronus.§.hæc actio.ff.eo.& l.tenetur.§.in actione.eo.ti.cum simi. Sexto datur in simplum,cum reuocet tantùm in fraudem alienata , vt l.1. prin.& l.quodcunq;.eo.t.licet,si non restituatur, possit actor iurare in litē.vt d.l.tenetur.§.in actione.Septimo, est actio perpetua,per tex.clarū in l.si patronus.§.hęc actio.eo.ti.licet assignet ibi rationem generalē lex.cum sit rei persecutoria, vt pluries allegaui tex.in §.sequēs.ver.earū.Inst. de act. & d.l.in honorarijs.in prin.de ver.obli.Octauo,est stricti iuris,ut patet in d.§.actionū.Nono,datur hæredibus,& contra hæredes, ꝑ tex. clarū in d.l.1.§.hæc actio.ff.eod.Decimo,non puto eā infamare,per dicta in Pub.Vndecimo,quod sit directa,eo. modo probo,quo in superiori,per tex.in d.l.1.in prin.cū concor.quæ dixi supra in primo termino.Duodecimo.est singularis per ea,q̄ dixi supra in quinto & sexto fundamentis: licet posset dici ꝙ sit vniuersalis,ex quo petitur legitima:& sic videtur peti quid vniuersale,iuxta l.licet minimā ff.de peti. hæred. vnde cogita. Decimotertio,non est contraria,vt in pluribus dixi.&c.

13 CALVISIANA.

HAEC competit generaliter tam patrono in bonis liberti alienatis in fraudem, quàm cuique creditori in bonis debitoris,sicut Pbuliciana,prout dicit gl.notab.in §.item si q- in fraudem.in ver.petere.Instit.de act.Et potest intentari ī casibus,quibus ēt Fauiana,& Pauliana:& potuit introduci ex eo quod intersit habere plures actiones l.cum filius.§. varij.ff.de lega.2.etiam si nullū interesse haberemus intentare magis vnam actionē, quàm aliam, vt refet Sanctus Blasius, dicens de hoc esse gl.singularem in §.sic itaque.in ver.odio.Instit. de action.De hac Caluisiana habetur per Bart. in l. hac in factū.ff. qui in frau.cred.in l.in Fauiana.& l.si patronus.§.plures.& in l.fina.ff.si quad.pau.fe.di.vbi pulchrè tex.cū simi.In alijs terminis dicerem breuiter, quod cum datur patrono, eadem in hac dicenda esse, quæ de Fauiana dixi.Si verò intentaretur a creditore,eadem quæ in Pauliana diximus.

14 IN FACTVM REuocatoria.

PRimò,hæc secūdum communem opi. cōpetit vnicuique tam creditori, quàm patrono dummodo ad reuocandū incorporalia,per tex.in l.hac in factū. ff.quæ in fraud. cred. & vt dixi in euidentialibus,suprà ad istas reuocatorias : licet sint opi.an vna sit in factum reuocatoria.Et illæ sunt adiectiones, scilicet Pauliana,Fauiana,&c.tamen.vt ibi dixi,secūdū magis communem opi.hæc in factū ab illis differt,vt iam dixi. Secūdo,est prætoria,ut l.ait,prætor.§. annus . & §. sequenti. & §.si debitorem.& l.hac in factum.ff.quæ in frau.cred. In alijs terminis dicerē,ut in Pauliana est dictum:tamen cogitabis, licet cadat in dubio, quod quando competit patrono, idem sit, quod in Fauiana & quando creditori,idem,quod in Pauliana ut dixi in Caluisiana. Tamen crederem quòd procedat à pari cum Pauliana,per iura,quę super ipsa allegaui.Tamen cogita.

15 REDHIBITORIA.

HAEC cōpetit,quādo quis emit aliquam rem,quæ habet uitium latens,quod uitium ignorabat emptor: cum, si sciuisset,fortè nullo modo emisset:unde emptor pōt per hanc cogere uenditorem ad recipiendam rem, & restituendū precium,ut l.1.in fi.prin.& l.redhibere.ff.de ædi.edict.& compepetit,siue sit mancipium morbosum,siue iumentum,siue fundus propter herbam pestiferam.d.l. 1.in princ. l. si ꝑdium. C. ædi.act.l.ēt in fundo.ff.eo.& sic tam in rebus stabilibus,quàm mobilibus,& se mouentibus.d.l.1.in princ. De hac habetur ī d.l.1.in princ.& in glo.in uer.aiunt.& in l.redhibitoria. eo.tit. Et quod differat hæc a quanto minoris, & ab actione in factū, apparebit in duabus proximis sequentibus.Secundo, cum sit ædilitia,per textum in l.1.ff.de ædi.edic.in l.si tamen.§.in ædilitijs,§ædilitiæ.eod.tit.& C.eod.tit.in rub.infertur etiā quod sit prætoria,per tex.in §.proponebatur. Inst.de iur. na. gen. & ci.Et quod istæ ædilitiæ sint prætoriæ,est tex.in §. Prætoriæ. Institit.

ſtit.de diuiſi.ſtip.cũ ſi.Tertiò,videtur actio tẽporalis , & non perpetua:patet,quia durat per ſex menſes:vt l.ſciendum.§.fi. & l.ædiles aiunt.in fi.princ.& l.ſi venditor.in fi.& l.cùm ſex.ff. de ædil.edict.in l.2.C.eo.ti.Et an ſint vtiles iſti ſex menſes , & a quo tempore incipiãt currere,vide gl.in d. l.ſciendũ. §. fi.in verſ.currit.& d.l.cùm ſex.& in locis ſuperius alleg. bene verũ eſt,ꝙ ſi cõueniat ꝙ res poſsit redhiberi,ſi emptori diſpliceat, iſto caſu ſine præfinitione tẽporis habet emptor ſexagĩta dies ad declarandum ſuam voluntatẽ. Tex. eſt reputatus ab omnibus ſingularis in l.quod ſi nolit.§. ſi quid ita venierit . de ædi. edicto.quod ẽt tangit Sanctus Blaſius hic.Quartò,eſt ſtricti iuris,d.§.actionũ.Quintò,datur in ſimplum,hoc eſt,ad recipiendũ preciũ,& vt res reſtituatur.l.cum autẽ.§.Iulianus. ff. ḋ ędi. edict.& d.§.ſequens.ver.earũ.in l.redhibitoria.de ædi.edic.Licet aliquando fiat cõdemnatio in duplum, ſcilicet quando vẽditor non reſtitueret pretium d.l.redhibitoria,& eſt gl.in §.ſequẽs.in verſi.ferre.Inſti.de actio.Sextò,videtur quod ſit rei ꝑſecutoria hoc modo,quia venit ex contractu.l. cùm autem.§. ſi ſeruus.ff.de ædi.edict.Sed quæ deſcendunt ex contractu,sũt rei perſecutoriæ regulariter.§.ſequens ver.earũ.Inſt.de act.Igitur,licet videatur obſtare,quia ſit temporalis,intra ſex mẽſes, nõ videtur perſecutoria,per tex.in l.in honorarijs . in prin. de act.& oblig.Sed dic vt ibi per gl.& Bart.quia fallit in redhibitoria,ex quo reſultat aliud fundamentum ꝙ ſit perſecutoria, quia cùm exceptio debeat eſſe de reg.le.nã quod liquidè.ff.de pen.l.cũ ſi.& cũ d.l.in honorarijs.detur reg. quòd act. perſecut.dentur poſt annũ,quia fallit in redhib. vt dixi , ſeq.ꝙ redhib.ſit perſecut.vt except.ſit de regul.Septimò, eſt tranſit . ad hæred.l.ſi tamen.ædilit.& l.ſciẽdũ.§.deinde.§. pollicentur.ff. de ædi.edic.Et accedat rõ: quia cùm in edict. ſubdantur verba,& ad quẽ ea res pertinet:intelligitur de hæred.l. ſciend.§. fi.de ver.ſignifi.gl.in d.§.deinde.in ver.ſucceſſorib.Sed in hac reg.eſt uerb.ad quẽ ea res pertinet:vt l.1.§.quod ſi manci.eo. tit.ergo,&c.In hæredes ẽt datur,vt d.§. ædilitiæ. & l.cùm autẽ.§.hæ act.eod.tit.imò etiam aliquando in fideiuſſ.datur.l.latius.eod.tit.cũ ſim.Octauò videtur quod ſit actio perſonalis, vt probatur in l.1.ibi:venditorẽ cõueniri.& l.ſi prædiũ. ibi:aduerſus venditorem.C.de ædi.act.in l.1.§.cauſa.ibi: teneri debere.cũ ſi.Ex quo ſequitur quòd ſit perſonalis,per l. act. genera. ver.in perſonam.de act.& obl.cũ ſimi.Nonò,nõ infamat, per ea,quæ dixi in Pub.Decimo,quòd ſit directa,uidetur , cùm deſcendat ex verb.& mẽte prætoris , & ubi repugnat: vt patet in præallegatis,maxime in d.l.1.in prin.de ædi.edic. cũ ſi. Vndecimò,quòd ſit ſingularis,patet ex pręallegatis.Duodecimò, non eſt contraria:quia non cõuenit ex contractu, ut nomen vnius contrahentis deſcendat ab alio,iuxta illam gl. in l. ex cõſenſu.ff.de actio. & obli. Decimotertiò, eſt ſimplex : vt patet, cum actori,& reo manifeſtetur.iuxta dicta in Publiciana.

16 QVANDO MINORIS.

PRimo hæc actio competit ei, qui emit rem habentem latens vitium , propter quod res non tantum valet , quantũ emptor ſoluit,contra venditorẽ,vt reſtituat illud quod plus fuit ſolutũ ultra ualorem cõmunẽ:& ſic datur hæc actio , ubi minoris res cõmuniter ualet.Sed in hoc eſt aduertendũ,quia, ſecundũ communem opinionẽ,in l.Iulianus. in princ. de act. empti.reperitur quædam alia actio quanto minoris , quæ cõpetit vbi emptor minoris emiſſet,ſi uitium ſciuiſſet. De hoc ẽ gl.mag.in d.l.Iulianus. in §. itẽ furen. uer. item quid differt. itẽ enim ſecunda eſt ciuilis,prima prætoria.ut ibi gl. In quo ãt differat una ab altera,dic etiã ut ibi per gl.& doct. Et licet Petrus & Cyn.in l.2.in fi.C.de ædi. act. teneant quòd vna ſit tãtũ quanto minoris.& plura adducant,quæ recitat ſanctus Blaſiꝰ hic,ad quæ ipſe reſpondet : & ſic in fi. tenet quòd ſit verior de iure illa opinio Petri & Cyni. licet communis opinio ſit cum gl.in d.l.Iul.ſecund.Bart.& Pau.de Caſt.& alios,& per gl. in l. ſi is,qui.§.1.ff.de except.rei iudi. ui de per ſanct. Blaſium hic. & per doct.in præallegatis iuribus:quia cùm ſit antiqua,& trita quæſtio,eam non refero,ut citius.ad alia utiliora, & ſubtiliora veniã.Secundo,quod ſit ſimplex,dic ut in alijs dixi, Tertio,quod ſit ſingularis,eodẽ modo.Quarto,quod ſit directa, dic,ut in præcedenti,& eodem modo,quod contraria . Sexto, datur hæredibus,& contra hæredes,per allegata in redhibitoria.Septimò,nõ eſt perpetua,ſed annalis:vt d.l. ſciendũ.§.fi. l.ædiles aiunt.de ædi.edi.& l.2.C.de ædi. act. licet aliquando detur intra ſex menſes , quando ſcilicet venditur nõ cauet de vitijs, &c. cùm etiã tunc redhibitoria detur intra duos menſes:vt eſt tex.cũ gl.in l.ſi uenditor.ff.de ædi.edic.Facit tex. in l. quod ſi nolit.§.ſi quid ita.eo.ti.Octauo,infamat, ut in alijs dixi.Nono eſt ſtricti iuris.d.§.actionũ.Decimo,datur in ſimplũ, vt in redhibitoria:& probatur in l. ſi is , qui.§. 1.de excep. rei cum ſimil.Vndecimo,quod ſit rei perſecutoria , dic ut in redhibitoria.Duodecimo,quod ſit perſonalis,eodem modo. Tertiodecimo,quod ſit etiam prætoria,per eaſdem leges,de quibus in præcedenti.

17 IN FACTVM AEDILITIA.

VEl redhibitoria.

Hæc competit emptori contra uenditorem,qui recipit rem uenditam,& reſtituit pretium : quia per hãc emptor põt pretium recuperare , uel quod res fuerit in iure , uel extra ius redhibita,nõ ſolum ipſi emptori ad pretiũ,ut dixi,cõpetit ſed contra,etiam ipſi uenditori,ſi aliquid acceſsit illi rei uenditæ quouſque fuit apud emptorẽ.De hoc eſt tex. cũ gl.in l.ꝙ ſi nolit.§.in factũ.& §.illud planè.& §.reſtitui. ff. de ædi.edic. licet ad iuſtum pretium habeat etiam emptor actionẽ exempto,& uendito,ad tales acceſsiones ex vendito ſecundũ glo. in d.§.reſtitui.in uer.per actionẽ.& eſt tex.cũ gl.in l.cum aũt. in fi.prin.ff. eod.ti. Quod vt ibi dic habetur . Et de hmõi acceſsionibus uide in ea.l.§.fi.cum ſi.Et ex his poteſt deprehendi quod differat hoc in factum ab alijs duabus ſupra proximis.Secundo,quod ſit ſimplex.itẽ quod ſingularis. item quod directa.item quod nõ infamet.item quod non contraria : dic vt in præcedentibus.Et eodem modo quod ſit prætoria , quod perſonalis , quod rei perſecutoria , quod ſtricti iuris itẽ quod detur in ſimplum,& probatur etiam in l.quod ſi nolit.§. in factum.& per gl.in l.ædiles aiunt.in prin. de ædi. edi. Itẽ quod non ſit perpetua , ſed temporalis , cum detur intra ſexaginta dies,ut uult gl.in d.l.ædiles aiunt.in prin.in uer.facturus. uide apud leges in præcedentibus allegatas.

18 EXERCITORIA.

SCias quod fuerunt opin.an iſtud cum pluribus aliis ſit,ꝓprium nomen actionis,uel ſit quædã adiectio , ut recitat gl.Inſti.quod cũ eo.§.pe.in uer.ſenatus.circa fi. gl. in §. actiones autem de peculio.in gl.1.Inſti.de act.in l. 3. ff.de pecu.Cõmunis cõcluſio eſt quod ſit adiectio:licet in diſputando poſſit teneri cõtrarium,quod tamẽ cum non ſit multæ utilitatis, non tango.Quantùm ad terminos noſtros hæc actio exercitoria primò competit ſecundum Azo.in Summa.eo.tit. contrahentibus cum magiſtro nauis contra exercitorem nauis , qui magiſtrum naui præpoſuit.Ita probatur in l.1.in prin. ff. de exerci.& dicit ẽt gl.in §.actiones aũt de peculio.in uer.ipſo iure.Inſt.de actio.licet Sanc.Blaſius hic dicat,quod datur cõtra magiſtrum ratione contractus facti cum exercitore,qui ſecũdum eum,gubernat nauim:quod tamen eſt falſum , per text. quem ipſe allegat in d.l.1.§.magiſtrum.& §.cuius aũt.& §.nõ autẽ.uer.imò quærit Offilius.& §.quod ſi plures. cum ſi. ff.de exercit.Cum exercitor dicatur , qui eſt dominus nauis uel ꝙ ſit ſua,uel ab alio habeat conductam , & ad ipſum pertineãt obuentiones: vt d.l.1.§.exercitorem.& in §. ex contrario. & ẽ clarum,ut patet per totum titulũ.Et miror quod tãtus doctor in hoc æquiuocauerit,ſed fortè eſt corruptus.Adde quod pro hoc etiam eſt tex.apertus in §.eadem ratione. ver.exercitoria. & ver.ideo aũt.Inſtit.quod cũ eo,qui in alien.põt. Seundò,eſt prætoria:ut eſt tex.in d.§.ead. rõne. & in l. 1. non autem.ff.de exerci.cum ſimi.Tertio,eſt actio perſonalis,quia uenit ex obligatione,quæ eſt ex contractu d.l.1.in prin. ff. de exercit. dũ dicit,Neceſsitas contrahendi cũ magiſtro.&c. Quarto , quod ſit rei perſecutoria,patet,cum deſcendat ex contractu , ut ſupra per tex.in §.ſequens.ver.earum.Inſtit. de actio . Quinto,

quod

ꝙ detur in simplũ, probatur, cũ ueniat ex contractu: per tex. notab. in §. omnes autem Instit. de actio. Sextò, quòd sit stricti iuris, paret in d. §. actionum. Septimò, quòd sit perpetua, est tex. in l. si tamen. §. fina. ff. de exercito. Octauò, datur hæredib⁹, & contra hæredes: vt est tex. in d. leg. si tamen. §. fin. & ibi glo. no. & est tex. qui etiam probat. in l. nouissimè. ff. de instito, glo. in d. §. eadẽ ratione. in uer. exercitoria. Institu. quod cum eo. Nonò, quòd non infamet, dic, ut in Publiciana. Decimò, quod sit directa, probatur, cùm detur ex uerbis, & mente prætoris. dictã l. 1. in prin. ff. de exercit. Vndecimo, non est contraria per theoricam glo. in d. l. ex consensu. de act. & oblig. Duodecimo, quod sit singularis, dic ut in alijs. Tertiodecimò, quod sit simplex, eodem modo.

19 INSTITORIA.

PRimò hæc actio competit tam ei qui contraxit cũ aliquo præposito per aliũ alicui negotiationi, puta vino uendendo, uel cuilibet alteri negotiationi in terra, quàm contra illũ, qui talẽ institorem præposuit: ut per Azo. in Sum. C. eo. & l. primo, & per totum. ff. de instit. & leg. tertia. & l. quicunque. ĩ prícip. & §. idẽ si institoré. ff. eod. Et intellige sanè, quod ita demum obligatur, qui præposuit institorẽ, si cõtractus est super negotiatione, in qua est præpositus, & quod ad illã pertineat, non si ad aliam, d. l. quicunque. §. nõ tamen. prout ẽt contingit in exercitoria l. j. §. nõ autem. ff. de exerci. De hac etiam p gl. in §. actiones autem de peculio. Instit. de actio. & d. §. eadẽ ratione. Institu. quod cũ eo. Et in his obligatur dominus in solidum, quia eius iussu uidetur contractum, per textum ĩ §. si igitur. Instit. eodem tit. facit tex. in l. si quis mancipijs. in fine pri. ff. de institu. Secundo, quod sit simplex, dic ut in alijs dixi, & eodem modo quod sit singularis. Item non est contraria, ut dixi in præcedenti. Quintò, est directa, quæ uenit ex uerbis, & mente prætoris. d. l. 1. ff. de institut. licèt in aliquibus casibus competat utilis: ut l. habeat. in fine prin. & l. si cum uillico. & l. in cum. in prin. ff. de instit. sed vide tu ibidem per glo. & doctor. plenius. Item non infamat, vt in aliis dixi. Septimò, est stricti iuris, vt d. §. actionũ. Octauò, quòd detur hæredibus, & cõtra hæredes, est tex. in l. nouissimè. ff. de insti. licet ẽt contra p̃ponentem talem institorem posit competere redhibitoria d. l. si quis mancipiis. in principio. de institut. Nonò, est perpetua: vt d. l. nouissimè. Decimò, est in simplum, vt dixi in superiori proxima. Vndecimò, est rei persecutoria, cum veniat ex cõtractu, per dictum §. sequens. Instit. de action. & per illum met textum probat quòd sit rei persecutoria. cum veniat ex cõtractu, vt patet. Vltimò, quòd sit prætoria, patet per ea, quæ in superiori proxima dixi.

20 TRIBVTORIA.

HAEc competit illis, qui contrahunt cum seruó, vel filiofamilias alicuius, contra dominum eius, vel patrẽ: quãdo dicti scilicet seruus, vel filius in mercibus peculiaribus cõtrahunt, scientibus domino, vel patre, & non contradicentibus: vt habetur in leg. 1. in princ. & vsque ad §. potestatis. ff. de tribu. sic eodem modo in his, qui seruirent nobis bona fide esto quòd sint liberi homines, vel serui alieni, vel ẽt seruus vsufructuarius. dummodo merx, super qua contrahunt, sit domini: vt habetur in dicta leg. 1. §. fina. & leg. sequenti. & etiam in seruo communi: vt l. etiam. eodem titul. De hac ẽt habetur in §. introduxit. Institut. quod cum eo. & per glo. in dict. §. actiones autem de peculio. Insti. de actio. Et licèt in actione de peculio soleat deduci quod domino, vel patri debetur: vt l. sed si damnum. §. 1. cum sequen. ff. de pecul. tamen in hac actione secus est: quia pater, vel dominus non sunt melioris conditionis, quàm alij creditores, cum vocentur in simul ad tributum: vt habetur in d. §. introduxit. & per gl. in d. §. actiones autem. vide in dictis iuribus. Et quod sit prætoria, probatur in dict. §. introduxit. Et quod sit in personam, dic vt in duabus præcedentibus. Item quod simplex, singularis, & directa, eodem modo. Sextò, quod detur in simplum, probatur in l. illud. §. si cuius. ff. de tributoria. Septimò, quod non infamet, dic vt in alijs. Octauò, quòd detur hæredibus, & in hæredes, probatur ĩ d. l. illud. §. fi. Nonò. quòd sit perpetua, probatur in eodem §. fi. d. l. illud quod stricti iuris. patet in dicto §. actionum. Vndecimò, quod sit persecutoria, probatur in l. quia verò. & d. illud. l. §. si cuius. ff. de trib. Duodecimo, quod in personam: dic vt in duabus præcedentibus. Vltimò, ꝙ non contraria, eodẽ modo.

21 QVOD IVSSV.

PRimò hæc actio competit illi, qui contrahit cum seruo, vel filiofamilias, qui habuerunt iussum à domino, vel a patre: quia dominus, uel pater pro tali contractu possunt in solidum cõueniri. Tex. est in §. si igitur Institu. quod cum eo. in l. 1. & per totum. ff. quod iussu. Et hic iussus potest fieri siue uerbis iubeatur, siue per epistolam, vel nuntium, siue ad vnum cõtractum, siue generaliter ad omnes. Tex. est in d. l. 1. §. iussum. Item datur hæc actio, licet iussus non interueniat, quando pater, uel dominus se subscribunt chirographo: quia per hoc uidentur consentire, uel iubere. d. l. 1. §. sed & si serui. Plus etiam quod per ratihabitionẽ pater uel dominus possunt obligari. d. l. 1. si ratũ. Et istud iussum potest reuocari re ĩtegra, sicut mãdatũ d. l. 1. §. sed ego quæro. Et per hanc actionẽ pater, uel dominus in solidum cõueniuntur. d. l. 1. in prin. & d. §. 1. Institut. quod cum eo. Et de hac etiam habetur per gl. in d. §. actiões. aũt. Insti. de actio. Secundò, quod sit actio prætoria. est tex. in d. §. 1. Instit. quod cum eo. Tertiò, quod sit rei persecutoria, p̱batur, cum ueniat ex contractu, per d. l. 1. in prin. ff. quod iussu. & Insti. de actio. §. sequens. Quarto, quod sit actio in personã. probatur vt dixi in præcedentibus, cùm veniat ex contractu. §. omnium. & §. sequens. Institut. de actio. Quintò, quod detur in simplum, primo arguitur, cùm veniat ex contractu, per §. omnes. Inst. de act. Item ex alio, quia cùm assimiletur mãdato. d. l. 1. §. sed ego quæro. ff. ꝙ iussu. & actio mandati detur in simplũ. d. §. omnes. Inst. de act. ergo & ista: cũ de similibus ad similia decidere liceat, iuxta l. non possunt. cũ vulgaribus. ff. de leg. Sextò, videtur, perpetua primo arguendo, quia rei p̱secutoriæ, per regul. in honorarijs. de act. & obl. Item facit sicut institoria, vel tributoria dantur perpetuo, vt suprà in eis dixi. per l. nouissimè. de inst. & l. illud. in fi. de trib. Et illæ actiões videntur similes: quia sicut in illis per seruũ, vel filiũ quæritur cõmodũ patri, vel domino. l. 1. in prin. de instit. ita in hac. Septimò, est stricti iuris, cùm non reperiatur in d. §. actionum. Item non est contraria, per dicta in alijs. Nono, videtur dari hæredibus, vt in hæredes. primo facit quod proximè dixi de d. leg. illud. in fi. & d. l. nouissimè. Item facit reg. l. 1. C. vt act. ab hæred. & con. hæred. Item ex alio, quia cùm veniat ex contractu. d. l. 1. quod iussu. vtique videtur dari hæredibus, & in hæredes, per l. ea contractibus. ff. de actio. & oblig. Item quod non infamet, & quod sit directa. Duodecimò, quod singularis. Et vltimò ꝙ simplex, dic vt in alijs præcedentibus, cum similibus.

22 DE IN REM VERSO.

HAEc actio cõpetit ex contractu, uel quasi, celebrato per filium, uel seruum ipsi contrahenti contra patrem, vel dominum, quandò res est conuersa in eorũ patris, vel domini utilitatem, etiã dato quòd nihil in peculio habeat seruus, uel filius, ut habetur in §. præterea. Insti. quod cum eo. in l. 1. in prin. ff. de in rem uerso, &, ut ibidem dicitur, uidetur cõtractũ cum domino, uel patre. Nec ista est eadem cum illa de peculio: quia potest dari ꝙ cessat actio de peculio, & tamẽ habeat locum actio de in rem uerso d. l. 1. in fi. prin. eod. tit. Et etiam, quia altera perpetua, & altera annalis, ut infra dicetur. Et licet præcedens, ut dixi, detur in solidum, tamen ista datur quatenus est uersum in utilitatem patris, uel domini. d. §. præterea. & si non est uersum, quatenus est in peculio. Nam est sciẽdum, quòd edictum de peculio, est triplex: quia potest referri ad merum peculium, & tunc dicitur de peculio. Potest etiam esse uersum in utilitatem, & tunc dicitur de in rem uerso. Potest, & tertiò interuenisse iussus, & tunc dicitur quod iussu, &

hæc

hæc probantur in l.j.§.eſt autem.ff.de pecul.ſed aliter & aliter vt indiſcurſu apparet.

Secundò, ꝙ ſit ſimplex:patet, quia cognoſcitur actor à reo. Item quòd ſingularis,patet, cùm non detur pro vniuerſitate, dico,iurium.Quartò,ꝙ non contraria: patet ex dictis in gl.in d.l.ex conſenſu.de actio.& oblig.Quintò,eſt directa,cum veniat ex verbis,& mente prætoris.d.l.j.in prin. & d.§.præterea & d.l.j.§.eſt autem.ff.de pecul.licet quandoque vtilis:vt l.patet.in prin.& l.fi.in fin.ff.de in rem verſo. Sextò, non infamat, per dicta in alijs. Item ꝙ detur hæredibus, & contra,probatur per ea,quæ in præcedenti dixi.Octauò,ꝙ ſit perpetua, probatur l.j.circa fi.princ.ff.de in rem ver.licet videatur obſtare tex.in l.ſi ſeruus.§.cùm Sticho. ff.de in rem verſo. Sed intelligas vt ibi declaratur per gl.& doct. Item quod ſit ſtricti iuris, patet in d.§.actionum. Decimò, quòd detur in ſimplum,arguas,cùm veniat ex contractu,iuxta d.§.omnes.Inſti. de acti. Vndecimò, quòd ſit rei perſecutoria, probatur in §.ſequens. Inſti.eod.tit.Duodecimò,quòd ſit in perſonam, patet ex dictis in præcedenti, & cùm detur ex contractu:vt d.l.j.in prin. de in rem ver.Vltimò, quòd ſit prætoria,eſt tex.in d.§.præterea.Inſt.quòd cum eo.& d.l.j.in prin.ff.de pec.

23 DE PECVLIO.

HAec competit cótrahentibus cum filijsfamiliàs, vel ſeruis habentibus peculium ab eorum patribus,vel dominis.De hac habetur in leg.prima.in fi.ff.quod cum eo.in l.g.j. §.verba.& per totum.ff.de pecul.& in §.præterea. Inſtitut.qđ cũ eo.& melius in §.actiones auté de peculio. Inſti. de actio. &,vt etiam tangit Sanctus Blaſius hic, intelligitur de peculio profectitio,vel etiam aduentitio, quando pater remiſit vſumfructum,& adminiſtrationem:vt expreſſè dicit Bart.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.in fi.ff.de dam. in fect.iuxta ea, quæ habentur in l.penul.C.qui bon.ced. poſſ. ſecundum eum. Et in hac actione,quando fit condemnatio priùs deducitur, qđ debetur domino,vel patri,vel alijs,qui in eorum poteſtate ſunt, vt habetur in §.cùm autem.Inſti.ꝙ cum eo.in l.ſed ſi damnũ. ff.de pecul.cum ſimil.Item ꝙ non infamet,ꝙ ſit directa,quòd ſingularis,& ſimplex,vt dixi in ſuperiori,& ſic etiam quòd nõ ſit contraria. Septimò, videtur quòd debeat dari hæredibus: nam cùm pœnales regulariter dentur hæredibus, vt in §.non omnes.Inſti.de perp.& temp. act.à fortiori iſta, &c. Item eſt aliud fundamentum,cùm detur ex contractu, per d.l.ex contractibus.de act.& obli.& d.l.in honorarijs. In hæredes etiã datur.l.& ancillarum.§.conſtat.& l.quæſitum. §.ſi cum hærede.ff.de pecu.& d.leg.ex contractibus. de act. & oblig. Octauò eſt prætoria:per tex.in d.§.actiones auté de peculio. Inſt. de act.l.j.in prin.ff.de pec.Nonò,eſt in perſonam:vt probatur in §.in perſonã. Inſt. de act.& etiam quia venit ex contractu, vt in pluribus dictum eſt.Decimo,eſt rei perſecutoria : patet, quia venit ex contractu,vt l.j.§.verba.ff. de pec. iũgẽdo §.ſeq. Inſt.de actio.Vndecimò,eſt in ſimplũ,per d.§.oẽs.Inſt.de act. ex quo venit ex cõtractu,vt eſt dictũ: nunc bene verum eſt, ꝙ aliquando pater vel dominus poteſt teneri de peculio de eo, quod ad eos peruenit,& in quantum locupletati ſunt, ſcilicet ex maleficio ſerui,vel filij:vt habetur in l.licet. §. ex furtiua.ff. de pecu.Duodecimò,eſt ſtricti iuris,per d.§.actionum. Inſtit. de act.vt pluries dixi.Vltimò, videtur quod ſit perpetua,primò ex eo,quòd eſt rei perſecutoria, vt ſuprà per reg. dict.l.in honorarijs.de act.& oblig. Sed hoc videtur contra id, quod ſuprà dixi in primo termino proximè præcedenti,vbi dixi hanc eſſe annalem : & in hoc differre ab actione de in rem verſo. Sed intellige hoc modo,quòd eſt perpetua,quouſq; filius, vel ſerui ſunt in poteſtate. Sed ſi exirent poteſtatem per emancipationem,manumiſsionem,vel aliter: tunc eſt annalis. Et iſte eſt text.magiſtralis in l.tandiu.ff. quando de pecu. act. eſt anna.in l.cùm poſt mortem, eo.tit.Item intellige quòd ſi viuente filio competebat aliqua actio temporalis,puta redhibitoria,quæ durat ſex menſibus, vt ſuper ea dixi, tantum durat poſt mortem filij,vel ſerui,quantum tempus ſupererat. Ita intelligit gl.tex.in d. l.eùm poſt mortem.ver.ideo.per textum.in l.ſed & ſi per prætoré.§.quoties.ff.ex quibus cau. maio. in integrum reſtitu.in l.In ius Diophantus.de minori.in quibus vide.& cogita,&c.

24 DE CONSTITVTA PECVNIA.

HAec competit aduerſus eum, qui cõſtituit ſe ſoluturum pro ſe,vel pro alio nudo pacto illud,quòd erat debitum ciuiliter,& naturaliter,vel naturaliter tantùm: vt habètur in l. j.§.debitum. ff. de conſtit. pecu. Secus quando eſſet ciuiliter tantum debitum:quia tunc non poſſet deduci in conſtitutum vt no.in d.§.debitum.& l.3.§.ſi quis autem. eo.tit. licèt ſecus ſit in fideiuſſore,qui etiam pro ciuili ſola poteſt intercedere.l. j.ff.de fideiuſſ.& Inſt.eod.in prin.Et ratio differentiæ ponitur per Bar.in d.l.j.licet aliàs ex pacto nudo regulariter non agatur.l.iuris gentium.§.igitur nuda.ff.de pact. tamen cùm quis tenetur ea pacto nudo,& poſteà illud conſtituat ſe ſoluturum alio pacto nudo,poteſt agi.d.§.debitum.& refert Sanc.Blaſius hic, & ſic duo pacta nuda magis operantur. Et ad hoc facit gl.ſing.in l.cùm ſcimus.C.de agri.& cenſi.li.11.de confeſsione geminata,quæ magis operatur,licet doc.vt ſentit Bart.in d. l.de conſtit.pec.dicant quòd ex conſtitutione de ſoluendo faciat prætor oriri ciuilem:quia ſi oriretur altera naturalis, ſequeretur quòd duæ fœminæ ſine maſculo operarentur ad generandum actionem,cum naturalis habeatur vt mater, & ciuilis vt pater,iuxta l.licet.§.ea.obligatio. ff. de procu. & ea, quæ habentur in l.j.iuris gẽtium.§.quinimo.ff.de pact.cum ſimil.de quo latè per do.meum do.Bal.de Bartholinis de Peruſio in repe.ru.ff.de verb.ob.in 20.col.& ſeq.Et quis ſit fideiuſſor,conſtitutor,ſponſor,expromiſſor, & mandator:vide gloſſ. ſing.in Aut.de fideiuſſ. in princ. Et de hac actione habetur in toto tit.ff.de conſt.pec.& in §.de conſtituta.Inſt.de act.Et nota quod ita demum tenet conſtitutio, ſi perſonaliter fuit concepta:ſecus ſi imperſonaliter:vt in l.2.de conſt.pecu.Secundo quod ſit prætoria,probatur in d.§.in perſonam. & etiam quia venit ex contractu,vt dixi in alijs.Item quod rei perſecutoria, patet, cum ſit ex contractu, per d.§.omnes. Inſti.de act.Item quod ſit in ſimplum,probatur in l.quod ſi maritus.in prin. de conſt.pec.in l.hactenus.§.ſi quis cum l.ſeq.eod.tit. Adde text. rotundum in l.item illa verba.§.bene.eo.titul. Sexto, quod ſit ſtricti iuris,dic vt d.§.actionum.Septimo,quod detur hæredibus,probatur in l.receptitia.ver.ſed & hæredibus. C.de conſti.pecu.Et quod contra hæredes, probatur ibidem, & in l.j. C.eod.tit.Octauo,quod ſit perpetua,probatur in d.l.receptitia.ver.annorum metis.Item quod non infamet,dic vt in alijs. Decimo,quod ſit directa,poteſt probari,cum veniat ex verbis & mẽte prætoris.l.j.§.ait prætor.& l.ſi duo.§.ait prætor. ff.de conſti.pecun.Benè verum eſt,quod quandoque reperitur vtilis:vt l.eum,qui.§.ſi actori.eod.tit.Vndecimo, quod non contraria,dic vt per glo.in d.l.ex conſenſu.ff.de act.& ob. Duodecimo,quod ſit ſingularis, & vltimo quod ſit ſimplex, dic vt in præcedentibus.

25 VTILIS EX EA CAVSA quæ ex confeſſione eſt, & dicitur interrogatoria.

HAec actio,ſecundum Rof. in libel. ſuis, quem punctualiter refert San. Blaſius hic, datur quotieſcunque poſt litem conteſtatam reus conuentus in iudicio confitetur coram iudice ſedente pro tribunali ſe eſſe debitorem illius, qui agebat contra ipſum reum ex aliqua cauſa.Et de hac actione habetur in l.proinde.la 2.§.ſi procurator. ff. ad legem Aquil. & ſecundum Rof.in dictis libellis:licet tex.d.§.ſi procurator. dicat quod dicatur vtilis confeſſoria,tamen nõ eſt verum quòd dicatur confeſſoria,ſed debet exponi vtilis ex confeſsione. Et ita ſequitur Sanc. Blaſius hic merus recitator Rof. & videtur facere,quia confeſſoria datur illi,qui aſſerit ſibi deberi ſeruitutẽ:vt in §.æquè.Inſti.de actionib. & l.2. ff.ſi ſer.ven.Sed aduerte,quia in hoc repe.Lud.Rom.in ſing.23.inci.ex confeſsione.qui dicit eſſe text.ſing.in d.l.proinde.§.ſi procurator.quod actio deſcendens ex confeſsione iudiciali dicitur vtilis confeſſoria:& ita tranſit.quod credo verius eſſe,per illum textum qui

qui multùm cauillatur, secundũ expositionem Ros. Et ad contrarium adductum, ꝙ confessoria sit illa, quæ datur pro seruitute tuenda, illud non obstat, imò vrget contrà: quia illa dicitur confessoria, nec adijciatur vtilis: & sic penitùs sunt diuersæ. Facit etiam allusio ipsius, vt cùm detur ex confessione, dicatur confessoria, iuxta tex. in §. est aliud. Inst. de dona. in l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. cum si. Et vt etiam dicit Sanc. Blasius hic, propterea ponderatur ꝙ confessio sit facta in iudicio in istis terminis: quia extra iudicium non pateret actionem, licet per ipsam posset debitum probari: per tex. no. in l. Publia. §. Lucius. & §. si. ff. depo. Ita étiam sentit Rom. in loco præall. Itẽ fuit ẽt ponderatũ, post litem contestatam, quia si fiat confessio ad interrogatoria quæ fierent ad præparationem iudicij, ex illa nõ oritur actio, iuxta l. j. & per totum. ff. de interro. act. secundum Ros. vbi suprà. Secundo, quòd sit prætoria, vr̃ posse probari in l. 2. de interroga. act. cum quis confiteatur mediante interrogatione, iuxta l. voluit. & l. de ætate. §. qui interrogatur. & l. si quis. eo. ti. In alijs vndecim terminis iudicate ipsam eius naturæ esse, cuius erat actio contra ipsum confitentem intentata, si in personam, vel in rem, &c. argum. tex. in l. cũ post mortem. & quod ibi notatur. ff. quando actio de pe. est annalis. cum similibus. Et facient ea, quæ dicentur in proximè sequenti actione, &c.

25 VTILIS EX EA CAVSA, qua iuratur, quæ dicetur iuratoria.

PRimò est aduertendum, quòd hæc actio iuratoria potest considerari tripliciter. Primò, quando iuratur super actione personali. Secundo quãdo iuratur super actione reali. Tertio, quando iuratur super actione mista. & hoc modo separatim eas ponit S. Blasius hic. Sed vt dixi suprà in actione rescissoria, per hoc nõ esse necesse multiplicare: quia in effectu una est iuratoria, licet aliquando deseruiat actioni personali, aliquando reali, aliquando mistæ: & propterea Io. in arbore sua non aliter diuisit. Vnde cum iuratur adiecta causa aduersario differente quod res est sua, tunc dicitur in rem: vt l. si duo. §. Iulianus. ff. de iureiur. & l. nam & posteà. §. si. eo. ti. & §. si quis postulante. Inst. de actio. Cùm verò iuratur ꝙ debes mihi centũ: si adijcitur forma, & causa, puta quia vendidi domũ, &c. tunc datur ex empto, vel vendito ad rem tradendam, vel pretium: vt habetur in l. si duo. §. si quis. ff. de iureiuran. Si verò nõ adiecta forma, vel causa iuretur, tunc ex iuramento datur actio in factum, vt habetur in l. actori. C. de reb. credi. & iureiu. & istis casibus dicetur iuratoria in personam. Cùm verò iuratur super actionibus mistis, puta finium regundorum: vt, iuro quòd fines sunt tales in agro, &c. & tunc dicetur iuratoria mista, & sic potest esse rei persecutoria, vel pœnæ, vel mista, prout est causa, super qua iuratur: puta in causa furti, rapinæ, &c. Et sic iudicabitur stricti iuris vel non, infamet, vel non, ꝙ detur hæredibus, vel non, & sic de alijs terminis, prout habetur in l. nam posteà. §. iureiurando, & §. si damnetur. & §. si is, qui. de iureiurando. Et ex his etiã confirmantur dicta in præcedenti actione, vt iudicetur secundũ naturam illius actionis, & causæ, super qua quis fuit in iure confessus: & in his etiam tu videbis & considerabis. Et quod hæc iuratoria, sit prætoria, probatur in l. ait prætor in prin. ff. de iureiur. &c.

26 NEGOTIORVM GESTORVM.

VT infrà dicitur, hæc actio consideratur multipliciter. Et primo quantum ad actionẽ negotiorũ gestorũ directã, dic ꝙ competit illi cuius negotia gesta sunt ab aliquo sine mãdato, ipso domino absente, quia, cum reuertitur, potest côueniri hac actione dictum gestorem, ut reddat rationem administrationis. De hac habetur in §. 1. & §. sicut. Insti. de obliga. quæ ex quasi contra. nascun. in l. 2. ff. de nego. gest. quam multum not. secundũ Bar. quia ponit formã libelli super hac actione. Est & alia actio negotiorum gestorũ contraria, quæ competit ipsi gestori, qui se immiscuit negotijs aduersus dominũ negotiorũ, si aliquid de suo impendit necessariò, vel utiliter, ad illud scilicet repetendũ, ut habetur in d. l. 2. in fin. & d. §. sicut. Et qualiter distinguantur directa, & contraria, ponit gl. & Bar. in l. consensu. ff. de actio. & obli. & plenius Bar. & alij in l. curatoris. C. de neg. gest. Item secundum glos. in d. l. curatoris. quem sequitur Sanctus Blasius hic.

Tertio modo cõsideratur actio negotiorum gestorũ, videlicet ꝙ dicatur utilis directa, quæ competat domino, cuius negotia gesta sunt ab aliquo, qui ex necessitate officij gerebat: ut in tutore, & curatore, &c. Et de hac uolunt doct. ꝙ loquatur tex. in d. l. curatoris. Quarto modo consideratur, & dicitur actio negotiorũ gestorum utilis utiliter, quæ competit illi, qui ex necessitate officii gessit, si aliquid impẽdit, &c. Et ratio est in istis duabus ultimis, quia deficiunt verba, & mens legis: quia edictum de negotijs gestis loquitur in gerente spõtè, nõ coactè: item in gerente alterius negotia, non sua. Ita intelligit gl. in d. l. curatoris. Et dantur istæ vtiles ex extensione Iurisconsulti, ut ẽt de his habet per gl. & Bar. in l. actio. ff. de neg. gest. Sed est aduertendũ ꝙ secundum Bar. Vltramon. tenent contrà: & ꝙ distinctio gl. in d. l. curatoris. circa Nomina & Aduerbia non est bona, nec lege probatur: & ita etiam tenet ibi Bar. per tex. ubi dicit esse casum in l. electio. §. item ex pluribus. ff. de nox. vbi si non potest habere locũ actio directa noxalis, datur prætoria. Tu adde tex. in l. si plurium. in princ. eo. ti. Itẽ, & melius, si diceret utilis directa, prout dicit gl. illa scilicet actio quæ dat dño aduersus gestorem ex necessitate, dixisset tex. in d. l. curatoris. qui tamen solum dicit utili actione: arg. no. in c. ad audientiam. de deci. & hoc stringit.

Sed aduertite, ne erres: quia imò videtur quod etiam cõtra gerentem ex necessitate detur directa actio negotiorum gestorum, per tex. in l. 3. §. curatori. & §. hac ratione. ff. de neg. gest. vbi cum tex. non dicat utili, vel directa, sed simpliciter actione negotiorum gestorum: & verba sunt intelligenda in potiori significato, iuxta l. 1. §. 1. si aget, vec. vel emphy. pe. & etiam qui tex. generaliter sunt intelligendi, iuxta l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præst. Item uidetur obstare totus tit. de admi. tu. cum det actio tutelæ. de qua in Spe. in l. ita autem. §. si quis. cũ seq. de admini. tu. §. tutores. Inst. de obl. quæ ex quasi contra. Et hoc sequendo, si velles respondere ad d. l. curatoris. C. de neg. gest. prima facie posset dici quod ibi conueniebantur hæredes illius, qui gessit: & verba edicti loquuntur, quando conuenitur gerens. Sed non eundo per ambages, præallegata non obstant: quia secundum Bar. in d. §. hac actione. debet ibi intelligi de vtili actione, ut sic concordet cum d. l. curatoris. Et ratio est, quia uerba edicti loquuntur in sponte gerente alterius negotia: sed cum quis gerit ex necessitate, dicuntur negocia propria, saltem cura, & solicitudine: arg. l. si pupilli. §. item queritur. ff. de nego. gest. Et ad tit. de admi. tu. scilicet ꝙ detur actio tutelæ, rosponde ut per Bar. in d. §. hac actione. Et respõsio suprà data ad l. curatoris. est falsa. Primò, quia ibi est dictio Etiam, quæ est implicatiua, quasi det intelligere quod & curator, & eius hæredes teneantur utili actione. Item ex alio nõ est bona, quia actio negotiorum gestorum datur in hæredes, vt infrà dicam: quod non esset, casu quo alia daretur in gestorem, & alia in hæredes. Concludo ergo cũ Bart. in d. l. curatoris. & cũ Vltram. quòd actio cõpetens contra gestorẽ ex necessitate, & quæ datur ipsi gestori aduersus dñm, semper dicatur vtilis nec sit opus addere directò, vel vtiliter, cõtra gl. in d. l. curatoris. quã sequit̃ San. Blasius hic, & malè, cum reuerẽtia. Et vltra arg. quod feci suprà vltra Bar. nunc allego tex. vbi est casus in terminis in l. act. quæ est l. ante. ff. de neg. gest. ibi dum dicitur: Nec refert, an directa quis, an utili actione agat, vel conueniatur. Et sic vel quòd agat gestor ex necessitate aduersus dñm, vel quod conueniat̃, semper dr̃ vtilis actio, nec addit̃ directò vel vtiliter. Benè insurgit ibi dubiũ, quia vr̃ innui quòd qñ est gestũ spõte, ab vtraque parte dicat̃ directa: quòd esset contra ea, quę suprà dixi: nisi dicas quòd ibi nomẽ Directa, solum debeat referri ad uerbũ Agat, non ad verbũ Conueniat̃: & sic singula singulis referant̃: arg. l. certè. §. is, qui. ff. de preca. & in l. cõi diuidũdo. §. neq;. ff. cõmu. diuid. & quæ dixi per d. §. hac actione. d. l. 3. ff. de neg. gest. Tu subtilius cogitabis. Ego ita intelligo pro nũc hãc materiã, l3 San. Blasius trãseat tribus uerbis: & de vna, quæ, vt dixi suprà, cõsiderat̃ tripliciter, nõ residẽdo, scilicet cũ glo. in d. l. curatoris. ipse fecit quatuor actiones.

Secundò, quòd sit prætoria, probatur in l. 1. in prin. ibi edictum. & l. 3. in prin. ff. de neg. gest. licet videatur obstare text. in l.

in l.aduersus.C.eo.ti.dū dicit, ciuiliter consiste. Sed intellige vt ibi per gl.& doct.Tertiò,quòd sit actio in personā,pōt probari,quia descendit ex quasi contractu.d.§.igit.Insti.de obli. quę ex quasi contractu,& ex contractu, & quasi descendentes sunt in personā, iuxta §.omnium.Insti.de act. & ibi gl.in ver. modis.& iuxta §.sequens.Instit.eod. tit.Sed est text.expressus pro hoc in l.pe.C.de neg.gest.Item ꝙ sit rei persecutoria, probatur in d.§.sequens.ver.earum.Insti. de act. Quinto ꝙ detur in simplum,probatur in §.omnes. Instit.de act.Et facit, quia datur in id,quod abest ex patrimonio.l. 2.in fi. ff.de neg.gest. Item facit,cùm sit rei persecutoria,per l.in honorarijs.versi.ille autē.de act.& obli.Sexto ꝙ sit bonæ fidei, est tex.in §.actionum.Instit.de actio.Item est perpetua,cùm duret triginta annis:vt est tex.iuncta gl.& ibi oēs in l.aduersus. C. de neg. gest Octauò,datur hæredibus,& in hæredes.l.3.§. hæc actio.ff.de neg.gest.l.curatoris.C.eo.ti.Nono,ꝙ sit singularis,& etiam ꝙ sit simplex,dic vt in præcedentibus. Vndecimo,non infamat, cū non reperiatur,vt in Publiciana dixi. & videtur probari in l.actionibus.iuncta l.j.§.qui pro socio.ff.de neg.gest.vbi exprimuntur actiones,quæ infamant, inter quas non est ista: ergo, &c.arg.l.cùm prætor.ff.de iudi.& l.maritus. C.de procu.Duodecimo,est directa,& vltimò sit contraria, per latè dict.suprà in primis eius terminis.& est tex.in d.§.igitur.Inst.de obl.quæ ex quasi contractu.& d.l.actio.de neg.gest. Et etiam vtilis, ut dixi,& in d.l.actio.Et de hac satis,&c.

28 PROTVTELAE DIRECTA & contraria.

PRimò est aduertendum quòd ista actio consideratur dupliciter.Vno modo dicitur directa. Alio modo dicitur cōtraria.Directa actio protutelæ cōpetit pupillo, vel minori contra illum,qui gessit negotia eorum tāquam tutor, uel curator singula singulis referendo hoc modo:vel quod sciret se nō esse tutorem,vel curatorem,tamen fingebat se esse: vel ꝙ ignoret,putans se esse,ad reddendum administrationis rationem, & ad interesse pupilli vel minoris,&c.habetur in l.j.in prin.& §.pro tutore.& per totum.ff.de eo, qui pro tut.vel cura.nego. gest.Contraria protutelæ datur ipsis gerentibus se pro tutore vel curatore,cum verè non essent aduersus pupillum,vel minorem,si aliquid necessariò,vel utiliter de suo impenderūt in rebus pupilli,vel minoris: & de hac habetur in l.fi. eo.ti.Et pro cognitione terminorum aduertatis,quia Sanctus Blasius, qui studet multiplicare numerum actionū, post has duas reliquit vnum circulum,videlicet actionem tutelæ contrariam,quæ lōgè differt ab actione Protutelæ contraria.Tutelæ nanque contraria competit vero tutori aduersus pupillum, si aliquid impendit:& sic curatori aduersus minorem.Contraria verò pro tutelæ datur ei,qui se fingebat,vt dixi, vel putabat se esse, ubi non erat.& de conttaria tutelæ habetur in l.j. & per totum.ff. de contra.act.tut.de qua infra statim dicam.

Secundò,hæc actio protutelæ est prætoria:vt est tex.in l.j.in prin.ff.de eo,qui pro tuto.Tertio,quod in simplum, probatur in d.§.pro tutore.Quarto,est rei perlecutoria: vt in d.l.j.§.pro tutelæ.ff.de eo,qui pro tuto.Quinto,est in personam, cum ueniat ex contractu:ut dixi in præcedenti proxima.Sexto, quod sit stricti iuris.uidetur innui:quia non reperiatur in §.actionū. Insti.de acti.ut in alijs pluries dictum fuit. Nam in d.§.actionum.licet sit actio tutelę,tñ non reperitur ibi actio protutelæ. Sed quod sit bonæ fidei,videtur tenere gl.in d. §.actionum.in ver.tutelæ.dicit in numero plurali,quod istæ actiones cū reperiantur contrariæ,& directæ, in dubio omnes debent iudicari bonæ fide .Item ex alio fundamento:quia in actionibus stricti iuris non ueniunt usuræ absque stipulatione: sed in actionibus bonæ fidei ueniunt à tēpore morę:vt habetur in l.quamuis.C.de usur.Sed in hac actione vsuræ ueniunt absque stipulatione: ut d.l.j.§.protutelę. ff.de eo,qui pro tuto.uel cur.neg. Et facit tex.in l.quod ergo.§.contrariū.de contra. act.tu.Breuiter Ioan.de Cremo. in arbore sua tenet quod istæ actiones, directa scilicet,& contraria protutelę,sint stricti iuris, per rationem,quia non reperiuntur in §.actionum. Quem sequitur Dyn.in l.1.in prin.ff.de eo,qui protut.ut refert ibi Nic.de Neapol.& sequitur.Item tenet Dyn.Io.Fab.& Io.de Pla.& Nic.de Neap.in d.§.actionum.in gl.in uerb.tutelæ. licet Are. ibi referat Dyn.tenere contrarium:& Bar.in l.1. ff.de eo, qui pro tut. quod tñ non reperi.Concludo igitur quod hæc actio pro tutelæ,tam directa,q̃ contraria,sint stricti iuris.Et ad gloss. in d.§. actionū.potest dici quod loquitur in actione tutelæ. Ad aliud fundamentum, quod usuræ ueniant, &c.respondet Nicol.de Neap.in d.l.1.ff.de eo, qui pro tut.quia non inconuenit quod sint stricti iuris, & in aliquo habeant naturam bonæ fidei, ut etiam est in actione ex testamento:ut l. Titiæ. §. usuras. de leg. 2.iuncta l.aliàs.ff.de in lit.iuran.Vide etiam do. Ias.præceptorem meum in d.§.actionum.in gl.præalle.

Septimo,quod sit perpetua,arguitur,cum sit rei persecutoria,per regu.l.in honorariis.de act.& ob. Item quod non infamet,uidetur posse probari,prout est dictum in aliis cum non reperiatur expresse cautum. Sed in contrarium innuit text.in §.in quibusdam.Inst.de pœna teme.liti. ubi dicit quod damnati iudicio tutelæ infamantur, loquendo solum de directa actione tutelæ,cum cōtrariæ nō infamēt.Et uidetur sentire gl. in d.§.ex quibusdā. ergo idem sit in directa protutelæ. Præterea, si infamatur uerus tutor, a fortiori ille, qui falso gerit se pro tutore:argumēto Auth.multo magis.C.de sacrosan. eccl. Posset dici quod nō infamet:quia ibi text. loquitur de actione tutelæ,non aūt protutelę. Item pœnæ sunt in dubio molliendæ.l.interpretatione.de pœ.& facit l.Arrianus. de act. & obl. Item ex alio,si non iudicamus ipsam bonæ fidei,ubi est fauor qui solet extendi, iuxta l.cum quidam. de lib. & posthu.& c. odia.de regu.iur.in 6.a fortiori, nō debemus dicere in dubio quod infamet,ubi est odiū,dictis iuribus allegatis: & per consequēs quod nō comprehendatur in d.§.ex quibusdam. Cogitabis.Nono, quod detur hæredibus,& in hęredes, probatur ex eo,quod est rei persecutoria:per dictā l.in honorariis.facit reg.l.1.C.ut actio.ab hære.& cōtra hære.& §.non aūt.Inst.de perpe.& temp.act.cum ēt pœnales dentur, ut ibi regulariter. Decimo,quod sit simplex,dic ut in aliis dixi. Et eodem modo quod sit singularis.Duodecimo,quod sit directa, iam est probatum in primo termino.Et hoc quantum ad directam protutelæ.Vltimo,quod sit contraria,patet etiam in primo termino. & hoc quantum ad contrariam.

29 CONTRARIA TVTELAE.

IStam dereliquit Sanctus Blasius, ut dixi in proxima præcedenti,& cōpetit uero tutori aduersus pupillū,si aliquid necessario,uel utiliter impendit, ad repetendum illud a pupillo. De hac loquitur tex.in l.1.& per totum.ff.de contra. & uti.actu.Et idē est in curatore.d.leg.1. §. hæc actio. & tunc demum cōpetit,si scilicet est finitū officiū.d.l.1.§.finito. Secūdò,quòd sit simplex.Item quod singularis,dic ut in præcedenti. Quarto,quod non infamet,probat expresse tex.in §.ex quibusdam Instit.de pœna teme.litigantiū.l.furti.§.fi.ff.de infa. Quinto, est prætoria:ut d.l.1.in prin.ff.de contraria, & uti.act.tu.licet directa actio tutelæ sit ciuilis,ut dicemus, qñ erimus in actionibus ciuilibus.Nec obstat tex.in d.l.1.in prin.in uer.ciuiliter qa loquit̃ quantū ad obligationē, q̃ cōtrahit̃ ex gestis a tutore.Sexto,quod sit cōtraria, patet ad nomen, & dixi in primo termino:& sic est manifestū quod nō sit directa,cum, ut dixi, illa sit ciuilis.Octauo,dat̃ in personā,cū ueniat ex quasi cōtractu.§.tutores.Inst.de obl.quæ ex quasi.cōtra.ut ēt dixi in præcedentib.Nono,est rei pſecutoria:ut probatur in d. l.1. in fin. prin.de contra.& uti.act.tu.Decimo,quod det̃ in simplū, probat̃ in eo.prin.l.1.§.qđ ergo.& §.in hoc iudicio. Vndecimo,ut̃ quod sit stricti iuris, ex eo quia non reperitur in §. actionū.Et ita tenet Dyn.ut refert Nic.de Neap.in l.1.in prin.ff.de eo,qui pro tut.tñ gl.in §.actionū.in uer.tutelæ. Inst. de actio.tenet cōtrariū,s. ꝙ sit bonæ fidei: quā approbat Dyn. ut refert ibi do. Ias.do.meus,& sequit̃ Io.Faber,& do.Pet.de Bella Per.& Nico.de Neap.& ēt Are.& ultra rationē gl.quā Dyn.dicit eē debilē,facit,quia in iudiciis est seruāda æqualitas, per l.si cum dies.§.pen.ff.de arbi.facit ēt gl. ad hoc in d.§. actionū.in uer. pignoratitia.quæ idē uult de pignoratitia cōtraria, &c.& Io. Faber mouit dubiū quare Imperator nō fecit mentionē de cōtraris,prout dixi ex locato,& cōducto,&c. quæ habito respe-

ctu

ctu de locatore ad conductorem, videntur vt directa, & cōtraria,&c.uide per do.Ias.ibi:Duodecimò, ꝙ sit perpetua, dic vt in superiori, cùm sit rei persecutoria. Et est tex.apertus in l.qđ ergo.§.fi.de contra.& vti.actio.tut. & facit, quia etiam directa actio tutelæ est perpetua:vt l.tutores.C.eod. tit. & in iudicijs est seruanda æqualitas,vt suprà dixi. Vltimò datur hæredibus,& in hæredes.d.l.quod ergo.§.fi.de cōtra.& vti.actio.tu.

30 DEPOSITI IN QVATVOR casibus directa, & contraria.

PRimò est aduertendum quod actio depositi regulariter est ciuilis,vt videbimus infrà inter ciuiles actiones: sed in quatuor casibus prætor dedit actionem depositi,scilicet quādo metu tumultus, & incendij,ruinæ, aut naufragij aliquis deposuit rem suā penes aliū:& sic depositum descēdit potius ex necessitate,q̃ ex voluntate. Vnde in istis casibus datur ipsi deponenti directa actio depositi, quæ principio inest in simplum:id est,datur ad rē depositā solùm:sed ex inficiatione, & perfidia depositarij crescit,& datur in duplum.de hac actione habetur in l.j.cū duabus seq.ff.deposi.& ibi gl.in ver.in duplum.Et est tex.cum gloss.in §.in duplum.Insti.de act.& §.sequens.ver.planè.eo.ti.Et hoc ꝙ detur, s.in duplū, intelligitur intra annum,non autem post:vt habetur in §. sed furti quidē. & §.at illæ. Inst.eo. Et ratio differentiæ, quare in deposito ex voluntate semper detur in simplum,& in hac secus, est, quia hic nō potuit ita deliberare, & prouidere apud quē deponeret,vt dicit gl.in d.ver.planè.& in ver. dolo. & l.j. §.merito.ff. depo.Et sic consideratur ista actio directa ex parte deponētis. Item & secundò consideratur contraria ex parte depositarij, si aliquid impendit necessariò, vel vtiliter in re deposita: prout ēt dixi in aliis præcedentibus,ꝙ reperiuntur directæ & contrariæ.Et propterea,tu iuuenis,aduertas ad rubricā. ff.depo.dū dicit,Vel contra:quasi dicat,& de directa actione depositi,& contraria.Et de contraria actione depos.est tex. in l.ei, apud quem.in prin.ff.deposi.licet ēt possit loqui de alia contraria ciuili:& vide tex.in l.quod tumultus. eo.ti. Secundò, ꝙ sit prætoria,probatur in l.§.1.& d.§.sequens.versic. planè.Inst.de act.Tertio,quod sit in personam, innuitur,cùm veniat ex quasi contractu,vt est dictum in præcedentib. Quarto, est rei persecutoria regulariter, sed ex inficiatione crescit, & est pœnæ persecutoria,cùm detur in duplum.d.§.in duplū. cum aliis quæ alleg.& inde posset dici mista:vt d.§. sequens.versic. planè in fin.Quinto,datur in simplum,& quādoque in duplū, vt dixi supra in primo termino.Sexto, quod sit bonæ fidei,patet,quia reperitur in §.actionum.Inst.de actio.Septimo,potest esse perpetua,& annalis, secundum varios terminos, vt dixi supra in primo termino,& habetur in d.l.ꝙ tumultus.ff.depo si.Octauo,datur hæredibus, & in hæredes, secundum tamen varios terminos,vt habetur etiam in d. l.quod tumultus. Nono,est infamatoria,vt in §.ex quibusdam.Inst.de pœna teme. liti.Intellige de directa actione cū contraria non infamet: ut eo.§.sicut in aliis contrariis.Decimo,quod sit directa, patet supra in primo termino habendo respectum ad directum. Vndecimo,quod contraria,patet eodē modo. Item est singularis per dicta in Publiciana.Vltimo est simplex,per ibi dicta.

VIAE REIECTAE.

PRimo est sciendum, quod sunt opi. an ista sit propriū nomē actioni,svel sit adiectio ad actionē in factum,quæ dat̄ ex illo edicto de via pub.& gl.in l.si in agrum.ff.de uia pub.Et itine.pub.refi.videtur tenere cū Ioanne,& sic nō sit proprium actionis nomē,sed pp viā reiectā detur actio in factum,vel utilis actio legis Aquiliæ,qđ patet,dū gl. ibi subdit: vt quidā. Ita sequitur Bar.ibi:sed Io.Cremo.in arbore,vult quod sit propriū nomē actionis:ex quo videtur redargui vna opi. Sancti Blasii, quam tenet in 1.q.tractatus,ubi dicit quod Io. Cremo.qui fecit arborem,fuit ille,de quo Accur. sæpissimè in gl. suis mentionē facit.Nā hoc nō vr̄ verū:quia Io. Crem. in arbore tenet ꝙ ista actio habeat propriū nomē de per se. & tñ Io. glossator tenet contrà:in d.l.si in agrū. in gl.1.nec est dicendū quod ita in hoc fuit sibi contrarius.cogitabis.Nā si in d.l.si in agrūita resupinè fuisset sibi contrarius,poteris videre.Bene uerum est ꝙ gl.in cle.fi.de testi. vr̄ innuere cū dicto Sancti Blasii: nisi dicamus quod Io.in hoc fuit sibi contrarius.cogitabis.Quantùm tñ ad hanc actionem tex. in d.l.si in agrum. vr̄ uelle ꝙ sit propriū nomen,dū dicit:Viæ reiectæ actio dabit: ut ēt dr̄ in l. qui act.ut l.sed & si.§.iniuriam.ff.ad legem Aquil.& in fine.facit,quia aliàs Genitiuus solet importare de per se,iuxta no.in rubrica de noui oper.nun. Posset bene esse quod hodiè sit loco adiectionis,cū loco cuiuslibet interdicti detur actio in factum:ut in §.fin.Instit.de interd.Et latè dicetur in materia interdictorum.Et ꝙ sit propriū nomen,facit, quia datur quanti actoris interest.d.l.si in agrū.ut ēt dr̄ in illo interdicto de uia publica,quod detur quanti interest:ut habetur in l.1.§. fin.eo. tit.Et posset fortè attentari quod illud interdictum de uia publica non differat ab actione, ex eo quod reficiendo quis uiā publicam,si reijcit in fundum alterius. Sed istud est in capite edicti:quia debet seruare ille,qui reficit veterē altitudinē: d.l. 1.in prin.uer.uiam.Sed cogitabitis: pro nunc non recedo ab opinione antiquorum,& maiorum, &c.

Et redeundo ad terminos huius actionis, est sciendū quod cōpetit illi,in cuius fundo uia publica est reiecta ab alio, qui reficiebat,fortè gratia dilatandi fundum suum, & datur quanti interest dilatandi fundum suum, & datur quanti interest domini fundi.Ita habetur in d.l.si in agrum.ff.de uia publi.& iti. pub.refi.Secūdo,quod sit simplex:patet,cū cognoscatur actor a reo,ut dixi in Publiciana. Et eodem modo quod sit singularis.Quarto,quod sit directa,probatur, quia ex uerbis & mente prætoris.d.l.si agrum.Quinto,non est contraria, iuxta gl.in d.l.consensu.ff.de act.& obli.Sexto, quod non infamet, patet cum non sit expressum:ut in plurib. dix .Septimo,quod detur hæredibus,& in hæredes, potest probari per §.non aūt. Insti. de perpe.& tempo.act.in fi.& ex his.quæ habentur in d.l.si in agrum.§.fi.Octauò probatur,ex quo est rei persecutoria, per reg.l.in honorarijs.de actio.& oblig.Et nono,quod sit rei persecutoria,probari potest,cū detur ex quasi maleficio:sicut dicimus in his,quæ dantur ex quasi contractu, & contractu: ut in §.sequens,uer.earum.Inst.de actio.& dixi in pluribus præcedentibus.Decimo, quòd sit stricti iuris,patet,cum non reperiatur in §.actionum.Vndecimo, quod detur in simplum, pōt probari,cùm detur ad interesse:ut dixi per not.in l.si in agrū, Duodecimo,quod sit in personam,potest argui, cū sit ex quasi maleficio,per d.§.sequens,&c.Vltimo,quod sit prætoria, pōt probari in d.l.1.in prin.ff.de uia publi. & itine. publi.refi.&c

32 QVOD METVS CAVSA.

ANte omnia sciendum est quod hæc actio,Quod metus causa personalis, differt ab utili actione in rem,quæ datur metum passo, de qua supra est uisum: ut potest colligi ex dictis per gloss.& doc.in l.metum. §.uolenti.ff.quod met. cau. Nā secundū primā lec.ibi,utilis in rem,quæ datur metum passo,habet locū, quādo metus intercessit super incorporalibus: sed ista,Quod metus causa personalis,quando super corporalibus.Sed secundum lec.Io.differunt,s.Quod actio quod metus causa,procedat unà cū utili in rē,ut in corporalibus utraque procedat,sed super incorporalibus solū Quod metus cā. Sed secūdū tertiā lect.quæ fuit Azo.quam sequitur Bart. per l. si mulier.§.fi.ff. quod me.cau.ista actio personalis Quod metus causa,datur ubicunque datur utilis in rem: ut s.si per metum fuit translatum dominiū alicuius rei,uel quis per metum fuit ab actione liberatus,datur Quod metus cā, ut quis restituatur in pristinum statum,& quasi reincidit in lec.Io. ut scilicet ista,Quod metus causa personalis, detur ēt ubi datur utilis in rem,scilicet circa corporalia.Sed additur illud,quia nūc est utilis ista Quod metus causa,ubi prius erat directa.Ita colligitur ex opin.Azo.secundū uerba Bar.si bene ponderabis in d.§.uolēti.uer.tertia lec.& ita dicit gl.mag.dū dicit: Ideo dic sm̄ Azo. ꝙ ēt prima personalis dat̄ utilis, &c. Et ex his habes primum terminū,scilicet cui competat,& quando, hæc actio.

Et pro plena intelligentia ultra ea, quæ dixi supra in utili in rē, quæ datur metū passo, adde ꝙ debes scire rōne metus eē prodita tria remedia, scilicet utilis in rē, qñ sumus in corpo-

ralibus,vt in alienatione alicuius rei vtilis in personam, tam in corporalibus,quàm in incorporalibus: itē datur exceptio metus,puta quando quis promisit numerare pecuniam,& numeratio non fuit secuta:quia datur illi,qui promisit, exceptio metus,& datur negotio nondum perfecto:licet aliquando detur etiam negotio perfecto:puta,si res, quam dederā per metum,redibit ad me,& ego conueniar:quia excipiam de metu. De vtili in rem,& de vtili in personā, habetur in iuribus præalle.De hac exceptione est tex.cum gl.in d.l.metum. §. sed qđ prætor.ver.siue imperfecta.ff.quod me.cau. Et vide quæ alleg. suprà in vtili in rem,quæ datur metum passo, & adde hic dicta.Secūdò,quòd sit prætoria,est tex.in l.j.in prin.ff.quod me. cau.& per alia iura,quæ allegaui in vtili in rem: vbi vide.

Tertiò est in personam:vt in §.præterea quasdam,in verb.in personam.Insti.de act.Est benè verum,quòd est scripta in rē: & sic datur contra omnes, ad quos peruenit commodum ex metu:vt est tex.in l.metum.§.cùm autem.ff. quod me. cau.in l.si cum exceptione.§.in hac.eo.tit.gl.in d. §.cùm autē . Et sic patet,quod datur contra tertium possessorem . Hinc Bart.in l. 3.C.eo.tit.versi.circa hoc quærit.& ver.sed ego. post gl. mag. ibi reuocat in dubium,vnde nascatur hæc actio personalis in rem scripta:& pertransit,ꝙ nascatur ex varijs figuris causarū, quasi contrahatur quædā obligatio ex sola rei peruentione,& propterea hæc actio sit in rem scripta, & detur etiam contra tertium possessorem: vtilis verò in rem detur, eò quia quis possidebat,arg.l.de eo.§.fi.ff.ad exhi,sicut aliàs ī actione ad exhibendum,quæ est personalis,& in rem scripta:vt l.3.§. est autem.& fi.ff.ad exhib.sic etiam in pluribus interdictis.l.j.§. pe. ff.de interdi.& infrà suis locis ostendimus.

Quartò,potest dici quòd sit rei persecutoria,ex eo,quòd est in rem scripta,vt dixi suprà in vtili in rem,& iuxta l. 3. & 4.C. ꝙ me.cau.Et aliquando est pœnæ persecutoria, & facit, cùm detur contra quemlibet possidentem.l.metū.§. fi.ff.eo.& vide tex.in l.quod diximus.§.hæc actio.ff.eo.tit.Quintò,daț in simplum regulariter:sed res,si non restituitur. in quadruplum intra annum vtilem,& post annum in simplū.d.l.4. & l.si cū exceptione.§.j.& seq.§.in hac.in fin. & §. hæc aūt actio. ff.eo.cū his,quæ allegaui suprà in vtili in rem. Ad istum terminum vide etiam in §.quadrupli.& §.item actio.Instit.de act.Sextò, ꝙ si stricti iuris:patet,cū non reperiatur in §.actionum.Septimò est arbitraria:vt in §.præterea quasdam. Inst.de actio.in l.si cū exceptione.§ hæc autem actio. ff. quod met.caus. cum simili. Octauò,potest dici quòd sit perpetua ex eo quòd est personalis:& personales durāt per triginta annos.l.pen.uer. quas omnes.C.de consti.pecul.

Sed est aduertendum,quia secundum glo.in d.l.3.C. quod met.cau.in ver.munitus.quam dicit Bar.no. licèt ista actio sit personalis,nō tamen durat triginta annis, contra d.l.pen.sed solùm viginti.Et ratio est,secundum gl.præalleg.& etiam Bar. quia cum hæc actio sit in rem scripta,& sic excedat suos terminos, cū detur contra quemlibet possidentem, vt suprà est dictū,exceditur etiam à suis terminis.ar.l.fin.in fin. de edi. diui. Adria.tol.& per consequens non durat, sicut aliæ personales. vide ibi.Item hoc intellige quantum ad rei persecutionem,& sic ad simplum: quia ad quadruplum non durat nisi per annum,vt suprà dixi.

Nonò daț hæredibus , & alijs successoribus : vt dixi in vtili in rē.l.quod diximus.§.hæc actio.ff. quod met. cau. Vide quæ dixi in vtili in rem circa hunc terminū. In hæredes datur in id, quod ad eos peruenit.d.§.quod diximus . Decimo,non infamat,per ea,quæ in Publiciana,& alijs dixi.Et ita firmat gl.in l. si cum exceptione.§.eū,qui.ff.ꝙ met.cau.licet Pla. dixerit contrarium,ex eo quòd admittat secū aliā actionē de dolo,& etiā descendat ex causa famosa:sed non obstat, sicut aliàs est in interdictis.l.neque.ff.de vi & vi ar.Itē aliàs in cōdictionib.l.cessat.ff.de act.& obl.& ita sequiț Bar.in d.§.eū, qui. Vndecimò, ꝙ sit vtilis:patet ex dictis in primo fundamento.Itē nō cōtraria ꝑ dicta ī ꝓcedēti.Itē ē singularis,& simplex, vt clarè patet.

33 DE DOLO MALO.

HAec competit illi, qui recipit damnum dolo malo alicuius:vel si quis aduersus ipsum dolosè versetur consulendo,vel quid simile dolo faciendo:tunc si non superest ei aliqua actio,qua possit experiri , datur sibi hæc de dolo.Ita probatur in l.j.§.j.& per totum.ff.de dolo.Item est aduertendū,ꝙ datur cum causæ cognitione:nec potest dari pro modica quātitate,sed debet excedi summa duorum aureorū : vt l.si olim. §.fi.& l.seq.cum prin.l.non debet.ff.de dolo. habetur in §.gallinarum.Inst.de re.diui.Nec etiam datur contra quasdam personas,de quib.habetur in d.l.non debet. Sed eo casu eius loco datur in factum actio, quæ verbis temperatur, cū debeat fieri mentio bonæ fidei:vt videtur transire Bart.post Vltramon. in d.l.nō debet.& Cy.in l.si superstite. C.eo.tit. Et ut etiam dicit Sanctus Blasius hic,est multum aduertendum super quo contractu interuenerit dolus,aut in contractu bonæ fidei,aut stricti iuris:de quo habetur in l.& eleganter. per gl.& omnes eo.ti.in l.si quis cū aliter.de uerborum obli.maximè per repetentes.Ibi addit etiam unum uerbum , quòd dolus debet esse talis,qui cadat in constantem uirum:aliàs adscriberetur leuitati,& fatuitati potius,quàm dolo:per ea,quæ habentur per Inno.in c.cū dilectus.ff.de his,quæ vi, metusue cau.& ibi etiam per do.Abb.& dicit esse menti tenendum pro articulis faciendis in hac actione:ita Sanctus Blasius.

Aduerte circa hoc,quia si est verum, est multum no. & potest dupliciter intelligi,scilicet ꝙ dolus adhibeatur à constante uiro,ut teneatur de dolo:uel quòd dolus adhibeatur cōtra constantem uirum:aliàs dolosus non teneatur de dolo. Intelligendo primo modo,credo ꝙ non sit uerum. Primò per bonū simile : quia in actione Quod metus causa,Iurisconsultus interpretatur de metu,qui cadat in constantissimum uirum, ut suprà diximus.& l.metum.j.& 2.ff.quod me.cau.quasi non cōtentus de simplici metu. Sed in hac actione de dolo non fuit aliter dictum:igitur.arg.c.ad audientiam. cū si.de deci. Itē & fortius,si hoc esset uerum , sequeretur quod pupillus esset constans uir:cū pupillus possit committere dolū,& teneri de dolo,per l.harum.§.item in causæ. uer. ego arbitror. ff.de dolo. Pupillus aūt est infirmi cōsilij,& captionib.potius suppositus l.j.cū si.ff.de mino.ergo,&c.Itē restringereț diffinitio doli, ut non intelligaț in persona pupilli, & similium personarum,cōtra l.j.§.dolū.ff.de dolo.Et per hoc primo modo nō potest intelligi.Item & altero modo non potest stare: primò per tertiū fundamentum suprà adductū. Itē sequereț ꝙ quis ex suo dolo præmium reportaret,contra l.fi.in fi.C.si cer.pe.Sed fortè uoluerūt ita intelligere , ꝙ ex quo minorib.nō pōt dari actio de dolo,ex quo est famosa,& daț in subsidiū , ubi alia nō daț.d.l. j.§.uerba.ibi alia actio non erit: & cū minorib.deț in integrū restitutio,si sunt decepti.l.1.& l.diuus.§.nec intra has. ff.de in integ.resti.& l.1.§.idē Pomponius.ff.de dolo.corollariè sequitur ꝙ actio de dolo nō possit cōpetere incōstantibus,& sic minoribus,cū requiraț quod dolus cadat in cōstantē uirū.Ita credo ꝙ possit benè se ita intelligere Sanctus Blasius, licet verba sua non ostendāt hūc spūm.Et ad c.cū dilectus.rñdet plenè ꝙ nihil facit,quia nō uidētur decepti,qui meliorē uitā elegerūt: ut dicit ibi gl.fi.Et etiā ex alio,quia ibi sumus in spiritualibus, in quibus cū ēt non habeat locum in integrū restitutio, à fortiori nō habet locū actio de dolo , quæ est famosa:cū facilius concedatur restitutio,ꝗ̄ actio de dolo. per l.diuus.§.nec intra has.& d.§.idē Pomponius. Ita ego intelligerem pro nūc istos terminos,in quib.tu cogitabis,quia non legi apud alios.

Secundò,hæc actio est prætoria:ut ff.de dolo.l.1.in prin. & §.ait ꝓtor.& l.si oleū.§.fi.& l.itē exigit ꝓtor. ff. eo.ti. Tertio est in personā:ut §.præterea.versi.in personā.Inst.de act.cū simi. Quarto pōt dici ꝙ sit rei ꝑsecutoria:qa daț in id, qđ ad aliquē puenit.l.sed si ex dolo.§.itē si q.d.& l.si plures.§. hæc actio.ff.d dolo cū simi.Aliqñ aūt ē pœnæ ꝑsecutoria , cū possit iurari in litē,& ex cōtumacia reus cōdēnari quāti iuratū est, uel iudicis arbitrio:ut l.arbitrio:§.j.ff.eo.Quinto,ꝙ deț ī simplū, patet in d.§. hæc actio. & d.§.item in siquidem . Sexto , quod sit stricti iuris, probatur ex §.actionum . Insti.de act. Septimo , non est perpetua, sed durat tantum per duos annos connumerandos à die commissi doli continuo , ut habetur in l.fin. & vide C.de dolo.Et in hoc sunt correcta iura antiqua : ut l.3. ubi uide.C.eod.titul. Octauo , potest dici quod detur hæredibus, per §.non autem.Insti.de perpe. & temp.act. in l. hæredibus. ff.de dolo.In hæredes datur de eo,qđ ad eos peruenit.d.l.hæredibus.

dibus.& l.si plures.§.hęc actio. & l.in hæredem.ff.eod.tit. cũ simi. Nonò, est actio famosa.l.j.§.prætor ait.ff. de dolo. d.§. ex quibusdam. Insti. de pœ.teme.lit. Decimò, quòd sit directa, patet, quia ex verbis,& mente prætoris, & iuribus in secundo termino alleg. Item non est contraria, vt in pręcedentib.dixi. Item quòd sit singularis, & etiam simplex:patet manifestè. Addo & decimoqua:tò quod est arbitraria, in d. l. arbitrio.§.j.ff.de dolo.Insti.de actio.in §.ptererea.cum sim.&c.

34 FVRTI MANIFESTI.

PRimò est sciendum,ꝙ hæc actio competit illi, cuius interest furtum illud manifestum nõ esse factũ:& de hac habetur in §.furti autẽ actio.Insti.de obli.quæ ex deli.nascun.cũ simi.Nec refert,an ille,apud quem res est subtracta, sit dominus,vel non, dummodo eius intersit: vt d.§.furti.& §. fin. Instit.vi bon.rap. Et fur manifestus dicitur, qui facto furto antè, quàm ad locum destinatum rem perferat, deprehenditur in publico,vel priuato loco, siue à domino,siue à quocunque:ut habetur in l.3.4.& 5.ff.de fur.Imò plus,quod si dum fur fugit abijciat furtũ, etiã erit fur manifestus: vt est tex.in l.si quis in seruitute.§.sed Cels.ff.de fur.Habetur etiã in §.manifestus.Instit.de obli.quæ ex delict.nascun.& l.vulgaris.ff.eo.& in c.vulgaris.de pœni.dist.j. Et si aliquis caperet furem,non posset ipsum retinere vltra viginti horas,iuxta ea,quę habẽtur in leg. capite quinto.ff.de adul.aliàs quis incideret in pęnam priuati carceris, de qua in l.j.C.de pri.carce.Etiã dato ꝙ laicus caperet furem, vt per Bart.in d. l. si quis in seruitute. & per Bal. in c.cũ nõ ab homine.de iud.vt refert Sãctus Blasius hic.Est ẽt aduertendum quod pœna furti manifesti est in quadruplum, in quo non continetur rei persecutio, cùm absque quadruplo ad rem ipsam posit agi condictione furtiua, vel rei vendicatione: condictione furtiua aduersus furem,vel eius hæredem rei vendicatione aduersus quemcunque possessorẽ: vt habeẽ in §.fin.Insti.de obli.quæ ex deli.nas.Et quod in quadruplo nõ insit rei persecutio,probatur in d.§.fi.dum dicit, Ad pęnæ tantum persecutionem. & probatur in §.sic itaque. ibi: vt extra pęnam, &c. Instit.de act. Et quod agatur ad quadruplum,intelligitur intra annum: post annum vero datur in simplum.In eo autem qđ dixi,ꝙ potest dari condictio furtiua,& rei vendicatio, est intelligendum, si quis sit dominus. Si autem non sit dominus,quod remedium habeat:vide Bar. in l.manifestissimi.C.de fur.per Ang.Are.in d.§.fi.Insti.de obl.q̃ ex deli.nasc.

Item vlterius sciendũ quod ista actio,quæ datur ad quadruplum,& alię,vt suprà cùm sint ciuiles, per d.§.fi. dicta causa esset agitanda coram iudice causarum ciuilium: sicut aliàs causę criminales non agitantur coram iudice ciuilium,vt habetur in l.solemus.§.latrunculator.ff.de indi.cum sim.licet in contrarium videatur tex.in l.ex eo.C.de agen.inre. lib.12. Itẽ etiam posset agi criminaliter: vt habetur in l.fin.ff.de fur.

Sed in hoc est etiam pro iuuenib.aduertendũ,an.s.pro furto quis de iure posit suspendi: & in hoc non reperies multa iura. De iure Digestorum reperitur tex. qui facit mentionem de pœna furcarum,in l. capitaliũ.§.famosos.ff.de pęn.qui tñ duob.modis intelligitur,vt infrà dicã.De iure nouo est tex.in Authen.sed nouo iure,& in corpore vnde sumitur.C.de seruis fugitiuis.qui dicit quod pro furto quis non moritur.Est & alius tex.magis nouus in §.si quis quinq; solidos.in Authen.de pac.tenẽ.in 10.collatio.Sed ẽm Bar.in d.§.famosos. secũdum vnam lecturam.quando est fur famosus, qui de iure Digestorum potest suspendi,per illum tex.secus, quando non est famosus,& ita loquitur tex.in d.Authen.sed nouo iure.& tex.in l.fi. ff. de fur.Sed de iure nouissimo vltra quinque ducatos qs potest suspendi:aliàs fustigabitur.Ita loquitur tex.in d.§.si qs quinque. Et ita etiam firmat glo.in §.iniuria.in tit.de pac.iur. sit.licet quidẽ per illũ text. velint in hoc esse reuersum ad leges antiquas:prout refert Bar.in d.§.famosos. qui tandẽ tenet illam gl.in pũcto iuris:licet per viã statutorũ dicatur esse prouisum in qualibet ciuitate.Quis aũt dicatur famosus latro,vide gl.& doct.in d.§.sed nouo iure.& Bar.in d.§.famosos. Vide in materia maximè Bal.& Sal.in d.Auth.sed nouo iure.Vide ẽt in materia vnum mirabile dict.Bar.in l.si dominiũ. ff. de fur.ꝙ scilicet ex mutatione territorij noua nascitur actio furti ad vindictam publicã:& dicuntur furta multiplicari, per qđ multi suspenduntur: vt refert Ang.Are.quem vide in §.j.in 1. col. Instit.de oblig.quæ ex del. nascũn.

Secundò,quod sit prætoria,est tex.in §. furti autem. Instit. de perpe.& tempo.act.cum simi.Tertio,ꝙ sit in personam,patet cùm veniat ex delicto,prout dixi in his,quæ veniunt ex cõtractu,per d.§.sequens. Insti.de actio.Quartò,ꝙ si rei persecutoria,satis patet ex dictis supra in primo eius termino.Quinto,quod detur in quadruplũ,superius dixi,& allegaui. Sexto, quod sit stricti iuris,patet in d.§.actionum. Septimo,quod sit perpetua,vel temporalis, patet ex allegatis in termino supra. Octauo,ꝙ detur hæredibus, probatur in §. non aũt.Instit. de perpe.& temp.act.§.pœnales. In hæredes nõ,nisi de eo,quod ad eos peruenit:per dicta in alijs,&c. Nonò, quod infamet, probatur in l.furti.ff.de infam.in §.ex quibusdã.Insti.de pœna.teme.liti.cum si.Decimò,quod directa:patet, quia ex verbis, & meute. Vndecimò, quod non contraria, clarum est. Item, quod singularis,& simplex. planè intelligas, &c.

35 FVRTI ADVERSVS NAVTAS caupones, stabularios.

ANtè quàm vadam vlterius, primo est aduertendum, ꝙ Ioann. in arbore sua posuit istã actionem furti aduersus nautas,&c. Deinde in duobus alijs circulis posuit duas actiones in factum. Vna est in simplũ aduersus caupones, &c. Alia in duplũ:& ambæ dicũtur in factum.Et licet S.Blasius statim post illã furti subdat illas duas,tamẽ nos sequemur ordinẽ arboris Io.& de illis,suis locis dicemus. Ad hanc dicas ꝙ competit illi,cui est factum furtum in caupona,naui, vel stabulo alterius per suos famulos,quorum opera dicti nautæ, scilicet caupones, vel stabularij vtuntur: vel etiã quòd consilio cauponũ,nautarũ, & stabulariorum, furtũ sit factum. Et hæc actio datur in duplum.& de his est tex.in l.j. in prin.& §. nauigandi.ff.fur.aduer.nau.cau.sta.Et est in electione ipsius,qui rem amisit,an velit agere hac actione prętoria contra exercitorem nauis,an vero contra furẽ actione furti,& sic actione ciuili.d.§.nauigandi,in fin.Et secundũ Bar.in rub.ff.eo.tit.referendo Dy.& Rof.in libellis suis,ista actio appellatur in factũ aduer.nau.caup.&c.Nec est actio furti manifesti,vel non,pro ut quidam dicunt. Et vltra Bar.hoc probatur in d.§.nauigandi.in fi. iuncta gl.in uer.experiri.Quæ autem sit differentia inter hãc actionem, & illã,de qua in tit.nau.caup.stab.gl.in rubr.ff.eo.ti.& in rub.fur.aduer.nau. & ẽt colligitur ex gl.in l.licet.§.in factũ.ff.nau.cau.q̃ ponit plures dñas.Quę aũt sint bonæ,& quę nõ,vide Bar.in d.rub.ff.fur.aduer.nau. Ad illud aũt quod dixi, quod hæc actio datur in duplum,est aduertendũ: quia licet gl.in d.rub.ff.nau.cau. dicat quod in hoc duplo inest rei persecutio, tamen secundum Bar. in d. rub. uult dicere contrariũ,ut scilicet in hoc duplo non insit rei persecutio, sed totũ sit pęna.Et quod sit actio in factum, probat tex.optimus in materia ista.in §.itẽ exercitor.Insti.de obl. quę ex quasi deli.nasc.in l.fi.§.hæc actio.ff.nau.cau.stab.Reliqua pro terminis uide in locis præall. & dicetur cùm erimus circa illas duas actiones in factum,de quibus supra mentionem habui.

Secundo,quod sit prætoria,est tex.in d.l.nauigandi.in duobus locis,ibi:ex edicto prætoris.& ibi:iure honorario.& l.fi.§. hæc iudicia.ff nau.cau.Tertio,quod sit in personã probaẽ, cũ veniat ex quasi delicto. d.§.fi.Inst.de obl.q̃ ex quasi deli.Quarto ꝙ sit rei persecutoria,probaẽ in d.l.j.Et est etiam pœnæ persecutoria,vt ibidem. Quinto quod sit in duplũ, probaui suprà in primo termino.Sexto,ꝙ sit stricti iuris,patet in d.§.actionũ. Septimo põt dici ꝙ sit perpetua quantùm ad rei persecutionem,& annalis sit quantum ad pœnam,per ea, quæ habentur in l.in honorarijs.de act.& obli.Et satis patet ex his, quæ dixi in proxima præcedenti. Vide tex.in d.l.fi.§.hæc iudicia. Octauo,quod detur hæredibus, patet ex tex.in d.§.fi. Inst. de obli. quæ ex deli.nascun.Sed contra hæredes non datur.d.l.fi.§.hęc iudicia. versi.in hæredem.nisi dicamus ꝙ teneantur de eo, qđ ad eos peruenit, prout dicitur in multis pœnalibus: vt in §. pen.Inst.de perpe.& tempo.actio.Nono,non infamat, per dicta in Publiciana.Item est directa,per dicta in præcedenti. Itẽ non est contraria,eodem modo.Item est simplex, & singularis, vt in præcedenti, &c.

36 SERVI CORRVPTI.

HAec competit domino serui aduersus illum, qui suo cōsilio, & persuasionib. seruum talem corrupit, uel quod hortatus sit eum ad furtum faciendum vel quod simile delictum, vel cùm deteriorem fecerit animo, & moribus, puta cōtumacem domino, luxuriosum, & sic de similibus: prout hæc omnia probantur in l. j. & seq. ff. de ser. corr. in l. si quis persuaserit. C. eod. §. vnde. Instit. de act. & obli. quæ ex delict. nascun. & §. in duplum. in ver. item serui. Insti. de act. Et datur in duplum, vt dictis iuribus. Bene uerū est, quod in duplo inest simplum, cùm non sit totum pœna. Tex. est in l. vt tātum. §. in hac ff. de ser. corru. gl. in l. j. in prin. ver. in duplum. eod. tit.

Et est aduertendum quod habet locum in seruis corruptis sòlum: quia si corrumperentur filiusfamiliàs, tunc non habet locum hæc actio, sed succedit vtilis actio, & respectu interesse potest deferri iuramentum in litem, reseruata taxatione iudici: vt est tex. & ibi bona gl. & doct. in d. l. vt tantùm. §. j. ff. eo.

Secūdò, quod sit simplex. Item quod singularis. Item quod non contraria. sunt termini manifesti, per sæpe dicta in præcedentib. Quinto, ꝙ sit prætoria, est tex. in l. j. in prin. ff. de ser. corru. cum si. Sexto, ꝙ sit in personam, probatur, cum sit ex delicto. vt dixi in pluribus alijs. Et quod sit ex delicto, est tex. in l. in hoc iudicio. ff. de ser. corrup. Septimo, quod sit rei persecutoria quantum ad rem, patet ex inf. dicendis. Octauo datur in duplum: vt l. doli. §. hæc actio. j. & l. si quis. §. fi. & l. vt tantum. §. in hac. ff. de ser. cor. d. ver. item serui. Instit. de act. intelligendo sanè quod insit rei persecutio, vt dixi in primo termino. Et ex hoc arguitur quod sit etiam persecutoria. Nono, est stricti iuris. d. §. actionum. Item est perpetua, & non temporalis: vt est tex. in l. hæc actio. ff. de ser. cor. Intellige sanè quantùm ad rem persequendam: aliàs est annalis, per reg. l. in honorarijs. de act. & obli. cogitabis. Vndecimo, datur hæredibus: vt d. §. hæc actio. In hæredes nō datur, ex eo quod pœnalis, per illum tex. nisi saltem de eo, quod ad eos peruenit: vt in præcedenti dixi. Item non infamat, per dicta in Publiciana. Vltimo est directa, cum veniat ex verbis, & mente prætoris, vt latè dixi in Publiciana, licet reperiatur quandoque vtilis, vt in vsufructuario cui datur vtilis, si sit corruptus seruus, in quo vsumfructum, habet l. si quis seruum. §. si in seruo. ff. de ser. cor.

37 VI BONORVM RAptorum.

HAec actio competit illi, cuius bona per vim ablatiuam rapta, & ablata sunt. dummodo sit mobilia, quæ asportari possint: ut habetur in toto tit. ff. vi bo. rap. & Inst. eo. per gl. in l. j. C. de his, quæ vi, metus ue cau. Et intra annum datur in quadruplum, in quo inest rei persecutio post annum in simplū. Inst. eo. ti. in prin. & in l. 2. i prin. & §. i hac actione. ff. eo. ti.

Quot autem sint genera uiolentiarum, uide gl. in dicta l. j. C. quod metus causa. & gl. in l. extat. ff. eo. titul. Et dato casu ꝙ aliquis ex loco, vbi nullus erat, rem abstulisset, an teneatur furti, uel ui bonorum raptorum: vide quæ habentur in l. si quis ex domo. ff. de fur. per Bartol. in l. 1. ff. vi bo. rap. Vide etiam sanctum Blasium hic, qui refert, & sequitur.

Secundū, quòd sit prætoria, est tex. in d. l. 2. in prin. ff. vi bo. rap. Insti. eo. in prin. Tertio, quod in personam patet, cùm veniat ex maleficio, ut in pluribus alijs dixi. Quarto, quod sit re persecutoria quantùm ad rem, patet cū post annum detur in simplū: vt iuribus allega. in primo termino, licet intra annum sit pœnæ persecutoria. Itē quòd detur in simplum, & in quadruplum, secundum varios terminos, iā est declaratum. Item quod sit stricti iuris, patet in d. §. actionū. Item quod sit perpetua quātùm ad ipsam rē, patet, ut supra, licet quantu ad pœnā annalis. Octauo, datur hæredibus. tex. est in l. 2. §. fi. qui incip. hæc actio. ff. vi bo. rap. Cōtra hæreds nō datur, ut ibi habetur Sed an detur pro eo saltem, in quo essent facti locopletiores uide in tex. in uer. an tamen. cū gl. & doct. &c. Nono, est infamatoria. l. 1. ff. de infa. §. ex quibusdā Instit. de pœna teme. litig. Decimo, est directa; quia ex uerbis, & mēte, ut supra dixi in alijs. Sed aduerte, quia gl. Inst. vi bo. rap. in pri. in ver vtilis. uidetur tenere quod ita demum hæc actio sit directa, si plures res raptæ sunt: sed si una tantōm, sit utilis. Ita videtur transire glo. 2. oppo. iuxta theoricā traditā ad l. qui filiū. §. Sabini. post gl. ibi. ff. ad Trebel. Ang. Are. in §. responsa prudentū. Instit. de iur. nat. gen. & ciui. Sed ille tex. Instit. ui bo. rap. in pri. dum dicit ꝙ actio vtilis est, etiā si quis unā rē minimā rapuerit, innuit cōtrarium: imo si hoc esset uerum, sequeretur quod semper hæc actio esset utilis, per dictionem Etiam, ibi posità, quæ implicat: quasi dicat, non solùm si plures res raptę sunt, est utilis actio ui bonorum raptorum, sed ēt quando una solum. Vnde melior uidetur prima opi. gl. ibi dicentis, utilis est: id est, efficax. Vel potest dici utilis est: id est, prodest, quasi post intentari hæc actio non solum plurib. rebus raptis, sed etiā una. Vndecimò, nō est contraria per dicta in aliis. Item est singularis. Vltimo est simplex, per dicta in Publiciana, &c.

38 INIVRIARVM QVAE NON descendit ex lege Cornelia.

PRimò est sciendum, quòd actio iniuriarum reperitur dupliciure introducta, scilicet prætorio, & ciuili. Et hinc e quod altera dicitur prætoria, quam nunc tāgā. Altera ciuilis, de qua dicemus inter ciuiles. Pro nunc breuiter scias ꝙ hæc, quæ est prætoria, competit extra tres casus, in quibus cōpetit ciuilis, de quibus est tex. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniu. in §. sed lex Cornelia Insti. eo. tit. & ibi gl. in uer. introduxit. scilicet cum quis fuit pulsatus, uel uerberatus, uel quis per uim intrauit eius domū. In alijs casibus competit hæc iniuriarū prætoria, puta quod alicui iniuriose sit dictum conuicium, uel qđ simile, vt habetur in l. si nō cōnuicij. C. de iniu. in l. prætor. in princ. ff. eo. in l. item apud Labeonē. §. ait prætor. eo. ti. Et ī hac actione fit æstimatio per iuramentum actoris, secundum suā æstimationem, & taxationem iudicis, secundum glossam in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniu. in l. lex Cornel. in prin. eo. ti. & gl. in §. sed lex. & §. pœna. Inst. eo. quod aliter procedit in actione ciuili, ubi iudex ęstimat: ut dicitur locis præal. lic. t Bar. in d. l. iniuriarum æstimatio. post Azo. in Sum. C. eod. tit. dicat ueriorem esse opi. quod non differant in hoc prætoria & ciuilis per l. sed si unus: §. seruus meus. & l. item apud Labeonē. §. quod ait prætor. ff. eo. de quo ibi uide: & in dic. leg. si non conuintij. C. eo. & adde quæ dicam in actione ciuili iniuriarum ad utriusque declarationem.

Secundò, quòd sit prætoria, patet in iuribus præall. cum simi. Tertiò, quòd sit in personam, probatur, cùm veniat ex delicto: vt in multis dixi. Quartò est pœnæ persecutoria, cùm detur solùm ad vindictam, non ad aliquid, quod de patrimonio absit: Ita probatur in l. prætor. §. j. versi. quod ergo. il j. in fi. ff. de iniu. dum dicit, vt vendicetur, non vt damnum sarciatur. Item potest dici ꝙ detur in simplum: hoc est, ad id, quod est in æstimatione deductum secuta iudicis taxatione, nec reperitur prius simplum, cui posset addi duplum, vel quadruplū. Sexto, est stricti iuris: vt d. §. actionum. Item non est perpetua, sed durat anno: vt l. si non conuicij. §. j. C. de iniu. Qualis autē sit iste annus vtilis, an continuus: dic vt ibi, & vide in §. pœna. Insti. eo. Item non est transitoria ad hæredes, cùm non detur hæredibus, vel contra l. iniuriarum. in prin. ff. eo. Et ratio est, quia non dicitur in bonis nostris ante litis contestationem, l. iniuriarum actio. ff. eo. uide tex. & gl. in §. nos omnes. uersi. sed hæredibus. Insti. de perpe. & temp. act. Item infamat. l. 1. ff. de in fa. §. ex quibusdam. Insti. de pœna teme. liti. l. 1. §. prætor. in prin. ibi: qui famosam actionem. ff. de iniur. Decimo, quod sit directa, patet, quia ex uerbis & mente. Et quod non contraria & ꝙ singularis, & ultimo quod sit simplex, sunt termini manifesti, per latè dicta in aliis, maximè in Publiciana.

39 IN FACTVM SVBSIDIAria legis Aquiliæ.

PRrimo est faciendum quod hæc actio habet locum, quādo alicui est datum damnum, uel iniuria de non corpore in non corpus: ut ponitur exēplum in §. fin. Insti. ad leg. Aquil. tunc, quia non potest habere locū directa, nec utilis actio legis Aquiliæ, prætor supplet hanc in factum actionem: ut est textus no. in l. quia actionū. ff. de præscr. uer. qđ dic ut in §. fi. Et plenè declarabit, cū erimus in directa actione legis Aquiliæ, q est ciui-

est ciuilis. Secũdo, quòd sit prætoria, est tex. in d. §. quia actionum. ff. de præscrip. ver. & d. §. fi. cum simil. Et quòd in personam, patet etiam, cùm descendat ex delicto: vt in præcedenti, & pluribus alijs dixi. In alijs decem terminis dicas, vt latè dicam in directa actione legis Aquiliæ inter ciuiles: & tuipse interim potes inuestigare, &c.

40 IN FACTVM, LOCO CVIuslibet interdicti.

ANtè, quàm descendam ad terminos interdictorum plura principalia præmittenda duxi ad euidẽtiam: quibus visis, quàm facillima tibi erunt interdicta. Primum igitur est, ꝙ hodie loco cuiuslibet interdicti est prodita vtilis actio in factum: vt habetur in §. fi. Insti. de interd. & l. incerti. & l. fin. C. eo. Sed aduerte ꝙ licet hodie non proponantur interdicta cũ illa solennitate, qua olim: tamen extra ordinem possent proponi: ut d. l. incerti. Et ita sentit glos. in l. j. §. restituendæ. ff. vti poss. in glo. in ver. per actionem.

Secundò, præmitto, ꝙ sunt plura genera actionis in factũ: vt est glo. no. in d. §. fin. in rubr. §. de præscr. verb. & l. quoties. eo. tit. vbi vide. Tertiò, ꝙ licet plures reperiantur diuisiones interdictorum, vt in toto tit. Insti. de interd. tamen ego recollegi plures alias. vt infra patebit: & profiteor apud neminem legisse. Prima igitur diuisio interdictorum fit, ꝙ quædam dãtur respectu diuinarum rerum, quædam respectu humanarum. Ista diuisio probatur in l. j. in ver. sciendum. ff. de interd. Respectu rerum diuinarũ interdicta sunt, ne quid in loco sacro. de mor. infe. de sepul. ædi. Respectu humanarum sunt omnia alia. Secunda diuisio, quæ potest dici respectu effectus, est, quia quædam dicuntur exhibitoria, quædam restitutoria, quædã prohibitoria, & quædam mista. Hæc diuisio probatur in l. j. §. interdictorũ aũt. ff. de inter. Et exhibitoria sunt de lib. ho. exhi. de libe. exhi. Insti. de interd. §. exhibitoria. Prohibitoria, ne quid in loco pub. & de mor. infe. §. prohibitoria. Insti. eo. Restitutoria, vt interdictũ de vi & vi arma. quo bo. & sim. Mista sunt, ne vis fiat ei, de lib. exhi. Nã primò prohibet prætor inferri vim possessori, & amissam cogit restituere. l. pen. §. cum prætor. §. ne vis fiat ei. l. j. §. interdictorum. de interd. Sed aduerte, si huic diuisioni posset addi quintum membrum, vt quædam interdicta dicantur deductoria, vt interdictum de lib. dedu. per text. in l. 3. §. j. & seq. ff. de lib. exhi. licet hoc membrum non posuerit Iurisconsultus, dicam super eo.

Tertia diuisio est respectu temporis, pro quo dantur interdicta: quia quædam dantur in tempus præsens, quædam in tẽpus præteritum. Ista probantur in l. j. §. interdictorum quædã. ff. de interd. In præsens tẽpus dantur vti posidetis, & utrobi. quia ille, qui reperitur possessor tempore litis contestationis, ille vincit, dummodo nõ vi, non clam, nõ precario possideat. Ita habes in §. hodie. Insti. de interd. in l. j. in fi. ff. utrobi. In tẽpus præteritum dantur: ut ff. de iti. actuq; priua. de aqua quo. & æsti. leg. prima.

Quarta diuisio fit respectu temporis, intra quod dantur interdicta: quia quædam sunt annalia, quædã perpetua. Ista probantur in d. l. j. §. fin. ff. de interd. Et annalia sunt, vt interdictũ vnde vi. l. j. in prin. de vi & vi arma. Perpetua, vt de tab. exhib. l. 3. §. fi. ff. de tabu. exhi. cum simi. Et adde distinctiunculam, ꝙ aut sunt interdicta, quæ continent rei persecutionem, & tunc dãtur perpetuò, nisi sint ex maleficio. Si verò nõ continent rei persecutionem, terminantur anno, nisi de eo, q̃d puenit ad hęredem. Vide in l. in honorarijs. de act. & obl. in l. 2. in princ. ff. de vi & ui. ar. in §. non autem omnes. Instit. de perpe. & temp. act. cum simil.

Quinta diuisio respectu personarum, quib. competũt: quia quędam simplicia, & quędam duplicia. Ista probatur in l. 2. in prin. ff. de interd. Simplicia sunt, vt exhibitoria, & restituto. interdicta: hoc est, vbi cognoscitur actor à reo, Duplicia prout est interdictũ uti poss. & utrobi. vbi non cognoscitur actor à reo: ut habetur in §. tertia. Insti. de interd. d. l. 2. in prin. eo. tit.

Sexta diuisio respectu causę, pro qua competunt quędã hominũ causa, quędã causa diuini iuris. Ista probatur in l. 2. §. interdicta autẽ. ff. de interd. Hominũ causa omnia interdicta cõpetunt, excepto ne quid in loco sac. de mor. fune. & de sepul. ędi. nec ista est eadem cum prima, quia ista dicitur respectu causę, illa respectu pertinentię, licèt videatur eadem.

Septima diuisio potest dici respectu causæ, quã continent: quędã enim continẽt cãm proprietatis, quędã quasi proprietatis. Ista probatur in d. l. 2. §. quędã interdicta. ff. eod. causam proprietatis continet interdictũ de iti. actuq; pri. Quasi proprietatis uerò, ut ne quid in loc. sac. cùm res sacrę sint in nullius bonis. §. nullus. Insti. de re. di.

Octaua diuisio est respectu possessionis, quędã sunt adipiscendæ possessionis, quędã recuperandę, quędã retinẽdę. Ista probatur i d. l. 2. §. hęc aũt. & §. adipiscẽdæ. Insti. eo. Adipiscẽdę autẽ sunt, vt quorũ bonorum, & Saluianũ interdictũ, Recuperandę, de ui & ui ar. Retinendę, vt utrobi, & uti poss. ut §. adipiscendę. §. recuperandę. §. retinendę. Inst. eo.

Nona est diuisio respectu vtilitatis, & iuris: quędam enim ad publicam utilitatem sunt, quædam iuris sui tuendi causa, quædam officij causa, & quædam rei familiaris. Ista probatur in d. l. 2. §. hominũ causa. Ad publicam utilitatem, ut interdictũ de uia pub. ut in flumi. publi. de cloa. & iti. publi. Iuris sui tuẽdi, ut delib. exhib. Officij causa, ut de lib. ho. exhi. cùm homo homini officium debeat. l. seruus ea. in fi. ff. de ser. expor. Obsequiũ est inter patronum & libertũ. l. obsequij. C. de neg. gest. Pietas inter patrẽ & filium. l. 2. C. eod. tit. vide gl. in l. obsequij. Causa rei familiaris sunt, ut de iti. actuq; priua. uti pos. unde ui. quo bo. & quo. lega. & si. & habes diuisiones ad interdicta: nec ita aliter reperies.

Quartò, ad euidentiam habes scire quod sint regulæ affirmatiuè interdictorum. Et prima est, ꝙ omnia interdicta sunt personalia. l. 1. §. pe. ff. de interd. licèt in rem scripta sunt. Et aduerte, quia quando actio dirigitur in personam, præsupponit quem obligatum: sed quando in rem, quis non est obligatus, licet moueatur controuersia super re: vt probatur in §. oĩum. Insti. de act. Secũda regula, ꝙ in omnib. interdictis habetur ratio fructuum à die lit. contest. & non antè, l. interdicta. ff. de interd. licet fallat in interdicto de ui & ui arm. in quo ueniunt fructus a die expulsionis: ut l. j. in princ. & §. ex die. ff. de ui & ui arm. Tertia regula ꝙ loco cuiuslibet interdicti hodie datur actio in factum: ut in d. §. fi. Insti. de interd. l. incerti. & l. fi. C. eo. tit. de quo etiam tetigi suprà in j. euidentiali ad interdicta. Quarta regula, ꝙ interdicta, quæ sunt annalia, fiunt perpetua de eo, quod peruenit ad eum, cũ quo agitur l. pe. ff. de interd. Quinta regula, ꝙ interdicta, quæ sunt annalia ad agendũ, sunt perpetua ad excipiendũ. l. licèt. C. de exceptio. Sexta, ut quæstio de possessione procedat per interdicta, cùm ipsa sint de possessione. l. incerti. C. de interd. & l. fin. C. quo bo. Septima, quòd ubi concurrit petitorium & possessoriũ, priùs agitatur possessoriũ. l. incerti. C. de interd. latè per Bar. & omnes in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. cum si. Octaua, ꝙ petitoriũ, & possessoriũ debẽt intentari corã eodẽ iudice: ut l. nulli. in fi. C. de iudi. cum simi. Nona, quòd omne interdictũ pōt utiliter proponi deficientib. directis uerbis: ut probatur in l. 1. C. de interd. cum detur ibi utile interd. de arbi. cæd. casu quo radices arboris noceat domui alterius: & sic non rami, iuxta verba edicti.

Quintò & ultimò, ad euidentiam interdictorum præmitto quòd sunt plures aliæ regulæ negatiuę. Prima est, quod nullũ interdictum infamat, ut l. neque. ff. de hi & ui arm. quod tene menti pro uno termino ad omnia interdicta. Secunda, quòd nullum interdictum redditur solenniter. d. l. fi. Insti. de interd. & l. incerti. C. eod. Tertia, quòd in nullo interdicto habetur ratio fructuum ante litis contestationem, nisi in interdicto unde ui, ut dixi in secunda regula affirmatiua suprà. Quarta, nullũ interdictum potest reddi inter non subiectos. l. 2. Cod. de interd. facit tex. in l. extra territorium. ff. de iur. om. iudicũ Quinta, nullum interdictum redditur pœnaliter, nisi descendat ex maleficio. l. fin. ff. de inter. Et sic habes regulas interdictorum tàm affirmatiuas quàm negatiuas: de quibus habes glo. magistram in l. antepen. ff. de interd. aliam in l. incerti. C. eo. titulo. Et hoc tene menti: quia non reperies alibi istos terminos ita declaratos.

His igitur prę missis ad laudem Dei, & matris eius, prosequendo arborem, intro nunc interdicta, &c.

41 IN FACTVM DE MORTVO inferendo.

ET cùm sit clarum, vt dixi in primo euidentiali, quod hodie loco cuiuslibet interdicti datur actio in factum. Pro primo termino est sciendum, quòd dicta actio loco huius interdicti competit ei qui vult sepeliri cadauer in aliquo loco, in quo habet ius sepeliendi, contra eum, qui prohiberet ipsum mortuum inferre, vt desinat prohibere. Et eodem modo si prohiberetur quis portare ea, quæ sunt necessaria ad sepeliendũ. De hoc est tex. in l. j. in prin. & §. ędificare. & ff. de mor. infe. Et hoc interdictum est prohibitorium. d. l. j. §. hoc interdictum. Secundò, quod sit prætorium: probatur in leg. j. i prin. eo. Tertiò, est in personam: quod patet, cùm omnia interdicta sint in personam, licet in rem scripta. l. j. §. fin. ff. de interdi. cũ si. Quartò potest dici quòd sit rei persecutorium, cùm prosequatur ius inferendi in locum. d. l. j. de mor. infe. l. liberũ. ibi: quanti eius interfuit. de reli. & sump. fune. Item quòd sit stricti iuris: probatur in §. actionũ. Item quòd perpetuum, patet, cùm est rei persecutorium, per l. in honorarijs. de act. & obl. Item datur hæredibus, ex quo est rei persecutorium, per d. l. in honorarijs. In hæredes non, cùm veniat ex delicto, ex l. 1. C. ne ex deli. defun. Item nõ infamat, vt fuit dictum in prima regula negatiua ad omnia interdicta, per l. neque. ff. de vi. & vi ar. Item est directũ ex fundamento, quia ex verbis & mẽte. Non est contrarium, quia non est contractu, vt dixi in Publiciana, & in alijs, etiam iuxta glo. in dict. l. consensu. ff. de acti. & oblig. Item est singulare, vt patet. Vltimò, & sic Decimotertiò est simplex, eodem modo.

42 IN FACTVM, DE SEPVLchro ædificando.

PRo hoc interdicto est sciendum, quod datur illi, qui prohibetur ædificare sepulchrum in loco suo, vt desistat a prohibendo: vt etiam si impediret portare cæmenta, vel reformare sepulchrum iam ædificatum, vt de his omnibus est text. in l. j. §. facere. & §. ædificare. ff. de mor. infer. & sepul. ædifi. & est prohibitorium, vt etiam superius. Et quod sit prætorium, est tex. in d. l. ait prætor. Et in omnib. alijs fundamentis idem putarem dicendum, vt in proximo præcedent.. tamẽ cogita, &c.

43 IN FACTVM, NE QVID IN loco sacro.

HOc interdictum habet locum contra eum, qui vellet aliquid facere, vel immittere in loco sacro, cùm in eo non possit aliquid ædificari, vel immitti, propter deformitatem, vel incommodum: vt est tex. in j. 2. & 3. ff. ne quid in loco sac. Et dicit Sanct. Blasius, quod habet locum ante, quàm aliquid factum sit: quod verum est, si loquimur de capite prohibitorio: secus si de capite restitutorio, vt infrà proximè dicã. Et in his terminis pone ꝙ aliquis vult facere depingi crucifixũ in ecclesia. vel alium sanctum, quid dicendum? Respõdeo, quòd nõ prohibetur, quia interdictum debet intelligi de his, quæ tendunt ad incommodum. & deformitatem, nõ in alijs. Ita probat tex. in l prima. §. quod ait. ff. ne quid in loco sac. & ibi expresse hanc quæstionem decidit Bar. Et hoc interdicto quilibet de populo agere posset, vt ibi etiam Bartol. argu. l. si quis in hoc. C. de epis. & cleri. l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne q̃d in loco publ. Item scias, ꝙ cum muri ciuitatis Romanæ sint sacri, quod quis non posset superædificare. Et eodem modo in muris omnium ciuitatum, propter incendia, & similia. Ita probat tex. in l. 3. ff. ne quid in loco sac. nisi princeps permitteret, ut ibi dicit Bartolus Et tene menti, quia vidi multoties superædificari in muris ciuitatum, vel castrorum. Secũdò, quòd sit prætorium, probat tex. in l. j. in prin. ff. eodem. Tertiò, credo ꝙ sit perpetuum, & non annale: sicut interdictum de via publica, ut l. 2. §. hoc interdict. antepenul. ff. ne quid in loco publico. licet actiones populares soleant esse annales: ut l. fin. de pop. act. Et hoc sit speciale fauore publicæ vtilitatis, & etiam rerum sacrarum: iuxta glo. in d. leg. hoc interdictum. In alijs fundamentis dicerem vt in præcedenti.

44 IN FACTVM, ET QVOD FActum immissumue tollatur.

VT etiam tetigi in præcedẽti, quia interdictum ne quid ĩ loco sac. habet caput restitutorium, scilicet postquã aliquid est factum, non solum ante: videlicet quod si aliquid sit factuum in loco sacro, per hoc interdictum cogitur illud tollere. Et hoc est, quod Ioan. in arbore sua posuit hic duo in separatis cellulis, licet in effectu posset dici vnum interdictũ habens duo capita, alterum prohibitorium, alterum restitutorium. Et dato casu, quod quis non faceret aliquid in loco sacro, sed in loco religioso, & sic præter mentem, vel melius pręter verba interdicti, tũc crederem quòd haberet locum istud superius, & secundum varios terminos & vtile, argu. l. j. C. de interd. cum simil. In alijs terminis dic vt in præcedenti, &c.

45 NE QVID FIAT IMMITtaturue in via publica, aut itinere, quo deterior fiat.

PRimò, hoc interdictum habet locum contra illum, qui aliquid vellet immittere, vel facere in via, vel itinere publico, propter quod iter, vel via redderetur deterior aliquo modo. De hoc est tex. in l. 2. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publico. & hoc casu est prohibitorium antè, quàm scilicet aliquid sit factum. Secundò, ꝙ sit prætorium, patet in d. §. ait prætor. Tertiò est personale, prout alia, vt in regulis dictum fuit, licet in rem scriptum, &c. Quartò, est simplex, vt patet. Quintò, singulare. Sexto, est directum, quia ex verbis, & mente. Septimo, non est contrarium: vt in primo interdicto dixi, & in Publiciana. Octauo non infamat. ut in regulis dixi. Nono, nõ datur hæredibus, nec in hæredes, cum sit populare, per l. fin. ff. de pop. act. l. si uero. §. hæc autem actio. ff. de his, qui deie. vel effu. Decimo, est rei persecutorium, & satis arguitur, cùm tendat ad interesse consequẽdum: ut d. l. 2. §. interdictum hoc. & §. hoc interdictum. eod. tit. Vndecimo, quod detur in simplum, patet cùm detur ad interesse, vt dixi Duodecimo, est stricti iuris, quia non reperitur in §. actionum. Vltimo est perpetuum per ea quæ dixi in decimo termino, iuncta l. in honorarijs. de act. & oblig. Et secundum gl. in d. §. hoc interdictum. est speciale propter publicam vtilitatem: cum regulariter omnes actiones populares soleant esse annuales, per l. fi. de pop. act. cum sim. Et hoc est, quod facit dubium, quod etiam deberet dari hæredibus, & in hæredes, vt sit speciale. Sed ex quo sumus in capite prohibitorio: & plura specialia in dubio non conceduntur: igitur. tamen cogita, &c.

46 IN FACTVM, VT QVOD factum, immissumue tollatur.

HOc habet locum cõtra eum, qui aliquid immisit, vel fecit in via publica, vel itinere, propter quod via est facta deterior, vt illud tollat: & pro eadem causa datur, quia superius. Sed differunt, quia illud prohibitorium, hoc vero restitutorium: ut est tex. in l. 2. §. hoc interdictum. el pe. ff. ne quid in loco pub. & habetur in d. §. prætor ait. In omnibus alijs terminis dicerem vt in superiori, & per illas leges, hoc excepto, ꝙ hoc quandoque reperitur vtile: vt in casu textus d. l. 2. §. habere. ver. non enim. ff. ne quid in loco publico.

47 IN FACTVM, NE QVID in loco publico.

HOc procedit contra eum, qui vellet aliquid facere, vel immittere ĩ loco publico, propter quod locus fieret deterior, reiecta via, vel itinere, vt supra est visum. Nam per hoc interdictum prohibetur facere, in l. 2. §. j. ff. ne quid in loco publico. Et quæ intelligantur loca publica, vide in ea. l. §. publici.

blici. & ista loca publica deseruiunt vsui vniuscuiusque. Nam si essent in patrimonio fisci, tunc non ageretur hoc interdicto. d. l. 2. §. hoc inter. el 2. Et aduertendum, ꝙ si aliquis esset iam prohibitus facere, & hoc non obstante faceret, cogitur illud tollere. Sed si non esset prohibitus, & faceret, tunc nō cogitur tollere: quia est prohibitorium, non restitutorium. Et ratio est, ne vrbs ex destructione deformetur. Vide tex. in d. l. 2. §. si quis neminem. ff. ne quis in loco pub. Et in hoc, cum reuerentia, malè sensit San. Blasius, dum subdit, Vel quod immissum est, tollatur. Adde tex. in d. l. 2. §. hoc interdictum. el pe. ff. eo. Secundo ꝙ sit prætorium, est tex. in l. j. in prin. ff. eo. In reliquis terminis dico, vt proximis. Est etiam verum ꝙ hoc aliquando vtiliter datur: vt in casu dict. leg. 2. §. cum quidam. & §. aduersus. ff. eod.

48 IN FACTVM DE FLVMINIbus, & ne quid fiat, immittaturue in flumine, ripaue eius, quo statio, vel nauigatio deterior fiat.

PRimo, hoc interdictum competit aduersus eum, qui vellet aliqd facere, vel immittere in flumine publico, vel ripa, vt nauigando, vel statio ripæ deteriores fierent. quia prohibetur per hoc interdictum, vel hanc actionem in factum: vt l. j. in princip. & per totum §. hoc interdictum. Et est prohibitorium antè, quàm aliquid fiat. d. l. j. §. deinde. eo. tit. Secundo. ꝙ sit prætorium, est tex. in d. l. j. in prin. Tertio, ꝙ in personam, dixi in regulis. In alijs terminis dicas vt in superiorib. Est benè verum quod aliquando est vtile: ut d. l. j. §. non autem omne. ver. sed Labeo. eod. titu.

49 IN FACTVM, ET QVOD factum, immissumue tollatur.

HAec actio competit circa eandem causam, vt superior: sed hoc interdictum differt ab illo, quia est restitutoriū vbi illud est prohibitorium. Et hoc competit aduersus eum, qui aliquid immisit, vel fecit in flumine publico, vel ripa, &c. quia per hoc interdictū cogitur illud tollere. De hoc est text. in d. l. j. §. pe. & fi. ff. de flumi. Et in omnibus dico in isto vt in proximo: & vtrunque est populare, vt patet.

50 IN FACTVM, VT CVI liceat frui loco publico, quem is conduxit, & eius socio.

HAec actio competit ei, qui conduxit aliquem locum publicum, vel eius socio, casu quo prohiberentur frui, vel vti, puta ꝙ conduxerint vectigalia, &c. vt habetur in l. j. ff. de lo. pub. fruen. Et intellige, ꝙ hæc conductio fiat ad modicum tempus: aliàs si ad decennium, & quis possideret, de iure ciuili habet exceptionem: si non possideret, haberet vtilem rei vēdicationem, vt habetur in l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vect. vel emph. pe. in l. j. §. quod ait. ff. de superfi. & sequit San. Blasius, & benè. Adde gl. in d. l. j. in ver. cōduxerit. & doct. &c.

Secundo hoc interdictum, siue hæc actio, est perpetua: probatur ex eo. quòd est persecutorium, iuxta l. in honorarijs, de act. & oblig. Tertio, ꝙ detur hæredibus, eadem lege probatur non in hæredes, cùm descendat ex quasi delicto, cū quis prohibet. Item ꝙ directum. Item ꝙ non infamet. Item ꝙ singulare, & simplex, est manifestum. Item nec est contrarium. Nono, ꝙ stricti iuris, patet in d. §. actionum. Decimo, est prætorium: vt d. l. j. ī prin. ff. si ager. vec. Itē ꝙ in personam, dixi in regulis. Itē ꝙ rei persecutorium, patet, quia datur in id, qđ abest aduersario. Itē est simplū, ut in vulgarib⁹ pluries allegatis.

51 IN FACTVM, VT LICEAT reficere viam publicam, vel iter publicum.

HOc interdictum, siue hæc actio competit illi, qui pro interesse publico vellet reficere viā, vel iter publicū purgare, aduersus eum. qui prohiberet ipsum. De quo habetur l. prima. in prin. & per totū. ff. de via pub. & iti. pub. refi. Secundò, quòd sit prætorium, est tex. in l. j. in prin. Item quod sit personale, probaui in regulis. Quarto, est rei persecutoriū, quia datur ad id, quod actoris interest, d. l. j. in fine. eodem titulo. Quintò datur in simplum: vt ead. l. in fi. Sexto, est stricti iuris, vt patet. Septimo, est perpetuum: vt in d. §. fin. Octauo, non datur hæredibus, nec in hæredes. dict. l. fin. de pop. act. quia est populare: licet tex. in d. l. j. §. fin. ff. de via publ. videatur innuere contrarium, dum dicit: Daē omnibus & in omnes, qui prohiberent. Item omnibus volentibus agere contra eum, qui prohibuit. Item non infamat, vt dixi in regulis. Item est directum, quia ex verbis, & mente, ut in alijs. Item non est contrarium, per dicta in Publiciana. Duodecimo, est singulare ut patet. Vltimo, est simplex, &c.

52 IN FACTVM, VT LICEAT ire, vel agere per viam publicam, vel iter.

HOc interdictum competit aduersus eum, qui prohiberet aliquē ire, vel agere per viam publicam, vel iter publicum de quo reperitur tex. in l. 2. §. fin. ff. ne quid in loco publico. & tex. in l. prima. ff. ut in flumine publico. Et est interdictum prohibitorium, ut ibi probatur. Secundo, quod sit prætorium, probatur ibidem, & d. §. primo. vt in flumine public. Tertio, quod sit personale, patet. Quartò rei persecutorium: vt in præcedenti dixi. Et in reliquis per omnia eodē mō, &c.

53 IN FACTVM, NE QVID IN flumine publico, ripaue eius fiat, quo aqua aliter fluat quàm priori æstate fluxerit.

HOc interdictum competit aduersus eū, qui aliquid vellet facere, immittereue in flumine publico, vel ripa, ut aqua aliter fluat, quàm priori æstate fluxerit: ut est tex. in l. prima. in princip. ff. ne quid in flumine pub. Et primum caput, vt est istuud, dicitur prohibitorium: quia competit antè, q̄ fiat. d. l. secunda §. hoc interdictum & est populare. d. l. secunda. §. hoc interdictum. il j. & est gl. in d. l. j. in fi. in gl. fi. & in quo differat ab interdicto de fluminibus, vide glo. in dicta l. j. Secundò quòd sit prætorium, probatur in d. l. prima. in prin. Tertiò, quod sit in personam, dixi in regulis. Quartò, quod sit rei persecutorium. probatur in dicta l. prima. §. fin. & ibi glo. quia datur pro interesse, secundum gl. ibi: & probatur in §. j. dict. l. j. ibi: aliquam iniuriā faciat. Item datur in simplum, vt probatur in iuribus præalleg. Item quòd sit stricti iuris, patet in d. §. actionum. Item quod sit perpetuum, patet ex his, quæ in diuisionib. dixi: & cum sit rei persecutorium, iuxta l. in honorarijs. de actio. & oblig. Item datur hæredibus & in hæredes, p tex. in l. j. §. hoc interdictum. il 2. ff. ne quid in flumi. publi. licet glo. ibi aliter dicat, & fortè melius, propter contrarium. l. fi. de pop. act. quia datur in hæredes. scilicet lite contestata, vide per gl. & doct. Item quòd non infamet, dixi in regulis. Decimò quod sit directum, patet quia ex verbis, & mente uenit. Vndecimo, non est contrarium, per dicta in Publiciana, circa hunc terminum. Duodecimo, est singulare: vt patet cùm non detur pro uniuersitate. Vltimo est simplex, cum actor à reo discernatur.

54 IN FACTVM, ET QVOD factum, immissumue tollatur.

HOc interdictum pertinet ad eandem causam, ut præcedens. Sed differt, quia hoc est restitutorium, ut ibi dixi, & competit aduersus illum, qui iam immissum habet in flumine, uel ripa, uel aliter aqua fluat, &c. quia cogitur illud tollere. De hoc est tex. in d. l. j. §. hoc interdictum. il 3. ff. ne quid in flu. pub. & §. fi. & §. pe. & §. antepen. Et est sciendum ꝙ hæc duo interdicta pertinent ad quæcunque flumina, tam nauigabilia,

bilia, quàm non: ut est tex. in d.l.j.§.1.qui inci. hoc interdicto. & uide glo.1.in prin.legis. Secundò, q̃ sit prætorium: est text. in d.l.1.§.deinde. Tertio, q̃ in personam, patet. In alijs omnibus terminis, dicerem ut in superiori.

55 IN FACTVM, VT LICEAT ripam fluminis reficere, vel munire.

HOc interdictum competit aduersus illum, qui prohibet uolentem reficere, uel munire ripam fluminis: ne ripa destruatur in uicini damnum, dum modo caueat de damno infecto intra decem annos, quod posset uicinis cõtingere. De hoc est tex. in l.unica.ff.de ripa mu. Fuit propositum ad exemplum interdicti de via reficienda: & ista refectio ripæ non debet officere nauigationi.d.l.1.§.illa. Et ista cautio debet præstari ante opus factum.d.l.1.§.his autem.& §. sequenti: quia damnum quod sequeretur post opus factum, nõ præstita cautione, resarciretur per actionem legis Aquiliæ.d.l.prima. §.etenim.in fi. Et habet locum non solùm in ripa fluminis, sed et lacus, fossæ, vel stagni: ut ead.l.in fi. Secundò, quòd sit prætorium, patet in d.l.1. Tertiò, quod in persona, patet in regulis. In alijs fundamentis, dic ut fuit dictum in interdicto, de uia publica reficienda, cùm ad eius similitudinem sit reductum, ut dixi ibidem, &c.

56 IN FACTVM, VT LICEAT nauigare in flumine publico.

HOc interdictum cõpetit aduersus illum, qui prohibet quem nauigare in flumine publico, uel in ripa onerare, & exonerare naues: quia per hoc interdictũ cogitur desistere a prohibitione. Et de hoc est tex. in l.prima.in prin.ff.ut in flu. pub.& procedit non solùm in flumine, sed etiam in fossa, lacu, uel stagno publico: ut in l.1. Et quid sit lacus, stagnum, fossa: ibidem uide per glo.1. Et ibi. Hoc interdictum redderetur vtile, dato quòd quis in mari probaretur nauigare. Facit in simili quod habetur in l.secunda.§.si quis in mari.ff. ne quid in loco publico.& ibi glo.in ver.spectare. Secundo, quod sit prætorium, ut patet in dict.l.prima in prin. Tertio, quod sit in personam. patet. In alijs dicas, ut dixi in interdicto, ut liceat ire per uiam publicam, &c. cùm ad eius similitudinem sit reductum: ut l.unica.§.hoc interdictũ.ff.vt in flumine publico, &c.

57 IN FACTVM, NE VIS FIAT ei, qui in possessionem missus est.

HOc interdictum competit aduersus eum: qui infert uim ei, qui à prętore causa rei seruandę, in possessionem missus est: quia per hoc interdictũ uim inferre prohibetur: ut habetur in l. prima.& per totum.ff.ne uis fiat ei. Puta, quod mulier missa in possessionem uentris nomine, vel quis alius legatorum seruandorum causa, uel ex causa damni infecti: ut in d.l.prima.§.est autem.cum sim. Et hoc interdictum differt ab interdicto, vti posidetis: quia illud datur uero possessori, istud illi, qui habet tenutam, & possessionem.l.3.in fi. ff. de acquir. possess.& uidebimus in interdicto. Vti posidetis: & est interdictum prohibitorium, & etiam restitutorium: ut d.l.prima.§. hęc actio.& l.tertia.§.cum prætor.eodem titulo. Secundò, est prætorium.dicta l. prima. Tertio, in personam: ut in regulis. Quarto, est pœnæ persecutorium: vt dicta l.prima.§.fina. Datur tamen bene ad interesse ei, qui missus fuit: ut dict.l.prima. in prin.& §.hæc uerba. Quinto, datur in simplum, ut dictis iuribus, cùm detur ad interesse, &c. Sexto, est stricti iuris.d. §.actionum. Septimo. non est perpetuum, sed temporale: quia intra annum, ex quo est pœnale: ut d.l.prima.§.fin. Et benè uerum quod in casu, quando quis est missus causa legatorum, uel fideicommissorum seruandorum, tunc est perpetuum, per rationem, de qua in d.§.fi.in fin.& ibi vide in glo.&c. Octauo datur hæredibus: ut d.§.finali.& in hæredes ita demum, si ali quid ad eos peruenit: ut ibidem habetur. Nonò, non infamat, vt in regulis dictum est. Decimò, est directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimò non est contrarium.

58 IN FACTVM, QVORVM bonorum.

HOc interdictum competit ei, qui iam agnouit bonorũ possessionem de iure prętorio: quo casu licet per solam agnitionem acquisiuerit dominium, iuxta l.primam.ff.de bonorum possess.tit.generali, non tamen acquirit possessionem, per l.cum hæredes. ff. de acquirenda possess. Vnde pro adipiscenda possessione bonorum hæreditariorum datur hoc interdictũ illi, qui succedit de iure prætorio. De quo interdicto habetur in ti.C.& ff.quo.bono.& in §.adipiscendæ. Instit. de de interd. Et dicit Sanctus Blasius hic, qualiter agnoscatur hodie bonorum possessio, habetur in l.fi.C. qui admit. Quid de iure antiquo, vide in l.prima.§.decreta.de suc.edi. Et est interdictum restitutorium adipiscẽdæ possessionis.l.prima. §.hoc interdictum.ff.quo bono.& datur ad uniuersitatem bonorũ, non autẽ ad res singulas.dicto §.hoc interdictum. Et isti tales successores non possunt agere petitione hæreditatis directa, licet vtili bonorum possessoria hæreditatis petitione agere posint. Et eodem modo hæres de iure ciuili non potest agere interdicto, Quorum bonorum directo, sed utili sic. Et ita pbat tex. in l. prima. ff. quo bo. Et hoc interdictum conuenit cũ petitione hæreditatis. Primò, quia unumquodque remedium datur pro uniuersitate, non pro rebus particularibus. dicta l. prima, & secunda. Item unumquodque datur contra possessorem. Sed differũt in hoc, quia petitio hæreditatis datur ad proprietatem, sed, Quorum bonorum, ad possessionem. Itẽ Quorum bonorum, directum non datur hæredibus de iure ciuili, sed utile: uide ad hoc glo.no.in rub.C.quo bo.& in rub.ff.eodem titulo. Secundo, quòd sit prætorium, est text. in l. prima. in princip.ff.eod. Tertio, quod in personam, patet in regulis. Quarto, rei persecutorium, certum est, ut patet. Quinto, est in simplum: ut dicta l.1.in fi.in princ. Sexto, est stricti iuris. Septimo, est perpetuum, quia rei persecutorium. l. in honorarijs. Octauo, datur hęredibus, dicta l.in honorarijs.& facit üer.nõ autem omnes. Insti. de perpe. & temp. act. In hæredes potest dici quòd detur: ut in possessores.§.primo.ff.eo. Nono, quod non infamet, patet. Decimo, quod directum, patet. Vndecimo est uniuersale, ut supra dixi in primo fundamento.d.l.1.§.hoc interdictum.l.1.§.quæ autem.ff.de interd. Duodecimo, quòd simplex, patet. Vltimò, non est contrarium, &c.

59 IN FACTVM, QVORVM legatorum.

HOc interdictum cempetit aduersus legatarium, uel fideicommissarium, qui post mortem testatoris propria authoritate occupat legatum, uel fideicommissum, nec expectat ipsum recipere per manus hæredis. Nam hæredes de iure ciuili ultra bonorum possessionem de iure prætorio possunt intentare hoc interdictum, ut restituatur dicta res, ut ipsi posint super ea imponere Falcidiam, uel Trebellianicam. De hoc habetur in titul. ff. quo leg. C. eod. Et est aduertendum, ut dic t etiam Sanc. Blasius hic, & doc.not.in l.1. C.quo.leg.quòd ubi intersit hæredis habere legatum, vel fideicommissum ratione Falcidiæ, uel Trebellianicæ, non procederet hoc interdictum. Item hæres tenetur satisdare de dãno postea legatario, uel fideicommissario imposito, scilicet Falcidiam: ut no.in d.l.1.& §.quod ait prætor.el 3.& l.fi.quasi per totum.ff.eo.tit.

Et sciatis unum, quod licet aliàs donatio causa mortis soleat æquiparari legatis, & ultimæ uoluntati.l.fin. C.de donat. cau.mor. tamen hoc iuterdictum non habet locum pro donatione causa mortis: ut l.1.§. si quis ex morte. ff. quo. leg. & uide ibi rationem in glo. Et aduerte, tu scis quòd dominium à morte testatoris transit in legatarium.l.à Titio.de fur. & l.legatum.de lega. 2. Pone quòd legatarius habeat res penes se tempore mortis testatoris, an super tota re sit translatum dominium?

minium? Respondeo quod pro illa parte, pro qua potest imponi Falcidia, dominium remansit penes hæredem, in tantū quod pro illa parte Falcidiæ potest agere rei vendicatione contra legatarium, cùm hæres pro ea parte remansit dominus ipso iure. Tex.est in l.lineam margaritarum. in versicu.at siue malit.ff.ad leg.Fal.& in d.§.si quis ex morte.dum dicit quod portio legis Falcidiæ apud hæredem ipso iure remanet. Et tene menti ad limitationem d.l.a Titio. Hanc limitationem fortè amplius non audiuisses: & cogitabis,&c.Secundò.est prętorium.l.j.in prin.& §.quod ait prætor.ff. quo leg. Tertiò,est in personam,vt dixi in regulis. Quartò,est rei persecutorium, vt patet ex allegatis supra. Quintò, in simplum, vt iam dixi:& quis cogitur restituere legatum,& si non restituit, soluit interesse:vt l.2.§.ex hoc.ff.quo bono. Sextò, est stricti iuris,vt patet.Septimò,est perpetuum, ex quo est rei persecutorium.d.l. in honorarijs. Octauò,datur hęredibus.l.1.§. hoc interdictū. ff.quo.lega.In hæredes,vt in singulares successores:ut d.l.j.§. legatorum.& §.illud.Nonò,nō infamat. Decimò,est directū. Vndecimo,singulare. Duodecimò,simplex. Vltimò non est contrarium.ut in alijs dixi,&c.

60 IN FACTVM, DE TABVLIS exhibendis.

Hoc interdictum competit aduersus illum, qui occultat testamentum post mortem testatoris:quia hæres,vel legatarius, quorum interest,per hoc interdictum ipsum possunt conuenire, vt exhibeat: & si monitus a iudice non exhibet, tunc condemnatur in ęstimationem, quæ in hærede est ęstimatio hæreditatis, in legatario æstimatio legati, etiam si sit legatum conditionale:vt habetur in l.j. & l.locum.§.condemnatio.ff.de tab.exhi.Bene verum est,quod cessat hoc interdictum,quando esset cōtrouersia de hęreditate,uel quæstio falsi super testamento,iuxta l.fi.ff.eo.tit.secundum Sanctum Blasium hic,& benè:& competit non solùm pro testamento, sed etiam pro codicillis.Item pro quacunque scriptura pertinente ad testamentum, siue testamentum sit validum, siue non: siue sit primum, siue secundum. l.1.§.hoc interdictum.§.fine autē.Et debet intelligi de testamēto mortui, non de testamento uiui.dict.l.1.§.fi.de tab.exhib. Itē est sciendum, in quo differt ab illo remedio, de quo in titu. ff. quemad.test.aper.quia quando quis confitetur testamētum esse penes se, sed nō vult pati quod inspiciatur,agitur ex illo edicto: sed quando negat esse penes se,agitur isto.Ita est text.in l.2.§.fin. ff.quemad.test. ape.& gl.in l.3.§.fi. ff.ad exhi. Et practica est in terminis istis, quia fiunt interrogationes,an habeat tabulas,necne.Si confiteretur,vtrùm uellet ostēdere,vel non: si negaret,ageretur de tab.exhi. Vide ad hoc Bart. in l.1.circa princi.ff.quemad.test. aper. & differentias inter hoc interdictum. & illud quemad. test.aper.uide per glo.in l.1.C.de tab.exhi. & est interdictum exhibitorium:vt in l.locum.§.hoc interdictum,&c. Secundò, quòd sit prætorium,est tex.in d.l.1.in prin.Tertiò, quòd sit in personam,patet.Quartò,est rei persecutorium, cùm detur ad interesse.l.3.§.condemnatio.ff.de tab.exhi.cum sim.licet etiā possit dici pœnæ persecutorium:ut eo.§.uersi. nec compelli. Quintò,est in simplum:ut ibidem.Sexto,est stricti iuris,ut patet.Septimò,est perpetuum:ut d.l.3.§.fina.ff.de tab.exh. Octauò,datur hæredibus:ut d.§.fi.d.l.3. In hæredes potest dici quod detur,ut in possessores,arg.l.3.§.si tabulæ.ff. eo. cum quisque, apud quem sunt tabulæ,teneatur.Nono, infamat. Decimò,est directum.Vndecimò,singulare.Duodcimò, simplex, &c. Vltimò,non est contrarium,ut in alijs dixi.

61 IN FACTVM, DE LIBEris exhibendis.

Hoc interdictum competit aduersus illum, qui detineret filium alicuius inuitum:nam pater,uel auus, qui haberet eum in potestate,per hoc interdictum possunt cogere detentorem,ut exhibeat, & demonstret talem filium, &c. Et de hoc habetur in titu.de libe. exhi. & dixi quod habet locum,cùm filius detinetur inuitus:nam secus esset,si esset uolens:ut leg.si filius.de lib.exhib.Et est exhibitorium:ut etiam in pręcedenti dixi.Secundò,est prætorium:ut l.j.in prin. ff.de lib.exhi.Tertio,est in personam:ut in regulis dixi. Quarto, potest dici rei persecutorium, ex quo persequimur,ut restituatur filius, uel filia,&c.per tex. in d.l.1.§. in hoc interdicto. & cùm sit in potestate,uideretur esse in patrimonio, &c. Quinto,est in simplum,ut eodem tex.Sexto,est stricti iuris. Septimo,potest dici perpetuum,cùm sit persecutorium.d.l.in honorarijs. Octauo,non potest dici quod detur hæredibus, cùm non habeant in potestate:quia debet quis habere in potestate:ut d.l.j.§.fin.In hęredes potest dici,quod non detur,nisi ut in quoslibet detentores, &c.In casu autem, secundum quosdam,potest dici quod detur hęredibus,puta filio,in cuius potestate recidit nepos,mortuo auo. Sed dico,quòd hoc casu non datur ut hæredi, sed datur iure patriæ potestatis, iuxta §. hi uero. Institu.quib.mod. ius.pa.pot.sol.Nono,non infamat. Decimo,directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo,non est contrarium, ut in alijs.

62 IN FACTVM, DE LIBERIS deducendis.

Hoc interdictum competit aduersus eum qui non permitteret patri ducere filium suum,ex quo fuit exhibitus in iudicio:quia per hoc pater tuetur,ut possit ducere,& ad se reuocare.De hoc habetur in leg.3.§.hoc autem.il.j.ff. de libe. exhi.& probatur ex secunda parte rubr.dum dicit, Deducendis. & interdictum de liber. exhib. est præparatorium istius: quia ut possit filius duci,debet prius esse exhibitus.§.hoc autem interdictum.uers.itaq;.Et ex eisdem causis competit hoc interdictum ex quibus superius, de libe. exhib. Et eadem hic dicenda sunt,quæ in illo,prout dicit tex.ad literam in d. uers. itaque.& sic respectu exhibitionis superiora interdicta, & interdictum de lib.ho.exhi.dicuntur exhibitoria.Et eodem modo istud respectu deductionis potest dici deductorium, quia ad deductionem pertinet. Ita probate tex.in d.l.3.§.seq.de li. exhi.Et ideo in secunda diuisione, quam dedi suprà ad interdicta, dixi posse addi hoc quartum mēbrum, licèt per Iurisconsultum non fuerit positum in l. j.§. interdictorum autem. ff.de interdic.Cogitabis in reliquis fundamentis eadem dicenda sunt de isto,prout superiori dixi, per text. in dicta lege tertia.§.hoc autem. uersiculo itaque. il secondo.de liber.exhib.&c.

Adde ad hæc duo interdicta: quia licèt in arbore non repeꝛiatur, tamen potest dici quòd sit vnum interdictum de vxore exhibenda. Et eodem modo deducenda, puta si maritus uellet,quod pater vxoris suę eam exhiberet: de quo in l.2.de lib. exhib.& C.eod.l.fin.& gl.in l.2.vide Barto.

63 IN FACTVM, DE LIBERO homine exhibendo.

Hoc interdictum competit aduersus illum, qui detineret hominem liberum inuitum:& competit cuilibet, qui diceret,quod homo liber relaxaretur: de quo habetur in l.1.& 3.§. hoc interdictum.ff.de lib.ho.exhi.& per totum.Et est aduertendum,quod interdictum competit aduersus eum, qui dolo malo detineret:secus si bona fide:ut probatur in dict.l.j. & l.fi.in fin.princi.nec requiritur an detentus sciat, uel ignoret statum suum:ut ibidem dicitur. Et in hoc interdicto admitteretur ēt mulier,& pupillus,casu quo suam, & suorum iniuriam prosequeretur:vt l.3.§.sed si mulier.ff.eo.Et pupillus hoc casu habetur loco maioris:de quo uide gloss.in uersi. quamuis.& ibi Innoc.in ca.ex parte.de restitu.spo. & quilibet de populo admittitur: & cū plures concurrerent, qui uellēt agere,eligetur qui est magis idoneus:ut habetur in d.l.3.§. si tamen plures. Et dato casu, quòd unus succumbat, si nō probatur de aliqua pręuaricatione,præcluditur uia alijs volentibus agere iterū: ut d.l.3.§.si tamen postea.nisi in casu quando conuentus uellet prius sufferre litis æstimationem,quàm hominem exhibere:quia tunc & illi, qui egit, & succubuit, & etiam alijs licet agere

agere:nec obſtat exceptio rei iudicatæ, vt eſt caſus mirabilis in d.l.3.§.ſi tamen reus.quod eſt contra naturam popularium actionum.l.3.ff.de pop.actio.Et competit etiam in abſentem: ut d.l.3.§.penu. Nec per hoc interdictum tollitur remedium legis Fauiæ,ut leg. tertia. in princip.ff.eod.tit.de quo in l.non ſtatim.§.fin.ff.ad leg.Fauiam.& l. ſi fratrem.C.eo.

Secundò,quòd ſit prætorium,patet in d.l.1.ff.eod. Tertiò, quod in perſonam,patet.Quarto,eſt rei perſecutorium , vt in præcedentibus dixi:& probatur in leg.3.§. ſi tamen reus.Nec obſtat text.in l.fi.§.pen.ff.de eo.ibi, pœna præſtanda eſt:quia poteſt dici ꝙ illam quis ex contumacia præſtet,non ꝙ ex natura interdicti veniat,vt in rei vendicatione,quæ eſt rei perſecutoria:vt in §.ſequens.Inſtit.de actio.& tamen in ea æſtimatur lis ex contumacia non reſtituentis,iuxta l.qui reſtituere.ff. de rei vendi.Quinto eſt in ſimplum , vt probatur in præalleg. Sexto,eſt ſtricti iuris . Septimò,eſt perpetuum , non annale:vt d.l.3.§.fi.ff.de lib.hom.exhi. contra naturam popularium : vt l.fi.ff.de pop.acti. Sed eſt ſpeciale fauore publicæ vtilitatis,ſicut etiam dixi, ꝙ non obſtat exceptio rei iudicatæ:vt dicit gl. in d.§.ſi tamẽ reus. Octauo, non datur hæredi,vt hæredi,ſed vt cuilibet de populo:ut dic.l.3. §.hoc interdictum.Et eodem modo poteſt dici quod in hæredes non detur , iuxta d.l.fina. de pop.act. niſi vt in detentores, &c. Nono , quod non infamet. Decimo,ꝙ directum. Vndecimo,ꝙ ſingulare. Duodecimo,ꝙ ſimplex.Vltimò,non eſt contrarium.

64 IN FACTVM, VNDE VI.

HOc interdictũ competit ei,qui ſpoliatus eſt poſſeſsione fundi,vel domus,vel cuiuslibet rei immobilis:quia ſpoliator per hoc interdictum cogitur poſſeſsionem reſtituere ipſi ſpoliato:ut habetur in l.j.in princ. & per totum.ff.de vi & vi arm. & de hoc habetur C. unde ui. per totum . & habetur extra de reſtitu.ſpo. & per interdictum recuperandæ poſſeſsionis:vt habetur in §.recuperandę.Inſtit. de inter.

Et quæ vis dicatur illa , pro qua datur hoc interdictum , & de alijs generibus violentiarum:vide gl.ordinariam.in l.1.C. quod met.cau.& in l.extat.ff.eod. titu. Et in tantum procedit hoc interdictum,ꝙ etiam prædo ſpoliatus eſt reſtituendus:vt habetur in c.in literis.de reſti.ſpol.&,vt dicit S. Blaſius hic,& benè, poſſeſsio debet reſtitui cum fructibus,damnis, & intereſſe, & debet ſpoliatus reponi in priſtinum ſtatum:vt habetur in ca.grauis.eod.titu.& dic vt ibi . Nec poteſt ipſi ſpoliato referri quæſtio dominij d.ca.in literis . & l.ſi quis ad ſe feudũ. C.ad leg.Iuliam de vi.& habetur in leg. ſi de iu.ff.de iu.Patet, quia in poſſeſſorijs non eſt neceſſe probare de iure : vt habetur in c.ex tranſmiſſa.de reſt.ſpo.& in cap. accepta.eod.titu. quod capitulum habui in punctis in doctoratu meo Ferrariæ 1489. 16. Octobris.

Quot autem remedia competant ſpoliato pro recuperanda poſſeſsione,S.Blaſius ſe remittit ad dicta in c.redintegranda.3.q.1.in gloſſ.ſummæ , circa finem ver.hoc autem ſcias.Et quia eſt vtilis articulus,igitur eſt ſciendum,ꝙ plura ſunt prodita remedia pro recuperanda poſſeſsione tam rei mobilis, quàm immobilis, & tàm de iure antiquo Digeſtorum , quàm Codicis,& de iure canonico.Et vltra Bar. in l.rem,quæ nobis. ff.de acq.poſſ.eſt ſciendum, ꝙ primò pro re mobili poteſt agi actione vi bonorum raptorum.Secũdò,furti.Tertiò,ad exhibendum ſecundum varios terminos : ut habetur in l.1.§.illud vtiq;.ff.de vi,& ui ar.Item eſt proditum remedium.c.ſæpe.de reſti.ſpol. quia ſi ſpoliator in alium, qui ſciat, rem transferat, licet de iure ciuili ſint ſubtilitates,quæ habent poſſeſſorẽ non poſſe agere interdicto,iuxta leg.cùm a te.ff.de vi & vi ar.cum concor. tamen de iure canonico habet condictionem ex cap. ſæpe.quaſi ius canonicum non curauerit has ſubtilitates, iuxta c.dilecti , de iud.c.j.de dolo & contuma.48.diſt.huic ſtemus.cum ſim.& ſecundum communem opinionem Cano.in d.c.ſæpe. habet ſolum locum in terris Eccleſiæ: quia venit ad correctionem iuris ciuilis,vt ibi probatur,non ad declarationem,iuxta not.in c.licet ex ſuſcepto.de foro competenti.cum ſimi.Item eſt proditum remedium.cap. redintegranda.3.q.1. vbi generaliter tàm pro dolo , quàm pro violentia , ſiue metu ſpoliatus debet reſtitui ; licet aliter diſponat ius ciuile ; & ſic poteſt agi ex illo canone , qui ſolum comprehendit Eccleſiæ ſubditos, vt in ſuperioribus dixi . Et eſt pinguius remedium, quàm d.c.ſępe. ꝙ procedit etiam tertio poſſeſſore ignorante: & cap.ſępe.procedit poſſeſſore ſciente,vt dictis iuribus.Item eſt proditum remedium l. inuaſor. C. vnde vi.vbi Imperator remedio illius l. fin. ſecundum veram lectu. ſi aliquis inuadat poſſeſsionem vacantem, vult eum teneri. Item eſt remedium l.authoritatem. C.vnde vi. vbi licet ſpoliator oſtendat reſcriptum principis,tamen ſpoliatus poteſt niti ex illa leg.de quo dic,vt ibi habetur.Item eſt remedium l.fina.C. eod.titu.quod datur contra illos, qui doloſè inuadunt poſſeſsionem vacantem,vt eam reſtituant,& puniantur.& per hoc differt a l.inuaſor,eod.titu.quę loquitur quando non doloſè inuadit. nec imponit aliquam pœnam.Item eſt remedium leg.ſi quis conductionis.C.loca.vbi eſt caſus ſextus , ꝙ non poteſt referri quæſtio dominij domino locanti , quando ageretur contra colonum,qui ſpoliauit dominum poſſeſsione : nam poteſt poſſeſsio auocari remedio illius legis.dic vt ibi.Item eſt remedium l.non ab re. C. vnde vi. quæ venit addendo ad dictam l.ſi quis conductionis . quia ibi imponitur pœna colono reſiſtenti,& nolenti rem domino reſtituere:nam punitur rei æſtimatione. quod tene menti:quia quotidiè poteſt occurrere. Item eſt remedium l.ſi me,& Titium.ff.ſi certum peta.quia poteſt agi ex æquitate illius legis , de quo ibi . Item datur officium iudicis detentori non habenti aliquam poſſeſsionem,vt per gloſ.in l. non tantùm.in princ.ff. de petit.hæred.in l.manifeſtum.§.ſed cùm in ſecunda.C.de fur.in l.j. in princi. C.ſi per vim vel alio mo.de quo etiam per gl.3.q.1.in ſum. Item eſt remedium l.ſi coloni.de agri.& cenſi.le.11.De quo dic , vt ibi.Item eſt aliud ſcilicet triticariæ qđ datur pro omnibus, excepta pecunia , vt habetur in l.2.ff.de triti. Item per condictionem indebiti,dũmodo ſit geſtum inter duos , vt aliàs habetur in l.indebiti.§. ſi nũmi.ff.de cond.inde.Item remedium l.fi.C. de acqui.poſſ. vbi ſi procurator,ſeruus,filius colonus, vel inquilinus doloſè transferāt poſſeſsionem in alium , iuuatur dominus ex illa lege.Item remedium l.finalis.ff.de rei vendic. vbi propter mendacium condictione ex illa lege transfertur in alium poſſeſs. Item eſt remedium l.fin.C. de edicto diui Adri. toll.quod datur hæredi, qui oſtendit teſtamentum non cancellatum , &c. de quo dic,vt ibi habetur, &c. Et iſta omnia remedia memoriæ mandaui cùm audirem,do.Bald. de Bar.de Peruſio in d.l. rem quæ nobis.de acqui.poſſ.qui fuit dominus meus in ordinarijs de ſero.& tene mẽti.Et aliàs in propoſito recitaui dum legerem Paduæ legem tertiam. C. de exceptionibus.pro domino Bertucio Bagarotto. Et ut dixi ſuprà hoc interdictũ non datur ad res mobiles , niſi ſolo cohæreant, vt dixit l.j.§.illud vtiq;.ff.de vi & vi ar.in verſi. planè. Item non ſolùm datur illi, qui habebat ciuilem poſſeſsionem , ſed etiàm ſi naturalem,vt d.l.j.§.deijcitur.ff.eod.titu.& datur etiam fructuario,vt l.3.§. vnde vi.ff.eo.Et eſt interdictum recuperandæ , & etiam reſtitutorium d.l.1.§.hoc interdictum.

Et aduerte,licèt uidear prolixus,non prætermittam vnum, quod diſputabile , & aliàs vidi diſputatum Paduę iu publica diſputatione . Nam cùm dixi, ꝙ vſufructuario datur hoc interdictum.d.§.unde ui.per illum text.fundatur cõmunis opi. poſt Ioan.in l.naturaliter.ff. de acquirenda poſſeſsione. quod uſufructuarius habeat naturalem poſſeſsionem . Cuius contrarium in puncto iuris clauſis oculis poſſet ſuſtentari: &,vt iſta concluſio ſit clara,arguam prò & contrà,& a parte affirmatiua,ꝙ poſsideat, adducitur d.§.unde vi. Ita tenet gloſſ.& hoc iu d.l.naturaliter.& glo.in §.hodie.Inſti.de inter.& quaſi n omnibus partibus iuris ciuilis. Et eſt communis opinio Legiſtarum per fundamentum, quod uidetur inconuincibile in dict.§.unde ui.quia interdictum, unde ui,cùm non detur niſi poſsidenti.l.j.§.hoc interdictum.ff.de ui & ui ar. ſaltem naturaliter,ut d.§.deijcitur.Sed ſic eſt, ꝙ datur uſufructuario.d.§. unde ui . ergo ſequitur, ꝙ poſsideat naturaliter . Sed in contrarium . Primò potes allegare text.in §. quod enim placuit. Inſti.per quas perſo.no.acq.Secundò in l.acquiritur.§.fina.ff. de acquir.rerum domi.Tertio,in l.j.§.per eum. ff.de acquirẽ. poſſeſ.ibi,licèt eum non poſsideamus. Quartò, in l.ſciendũ. §.eum.ff.qui ſat. co. ubi uſufructuarius non euitat onus ſatiſdandi,licet ad hoc ſit facilis reſpõſio.Quinto, in l.j.§.qđ ait.

ff.quo

ff.quo l.vbi dicitur, q vsufructus non possidetur. Sextò, in l.fi. ff.vti possid.vbi fit differentia inter possessorem, & fructuarium. Septimò, per l.possessio quoq;.ff.de acqui.posses.ubi dicitur, Teneatur: ergo non possideatur. Octauo, per leg.2.ff.de vsufr.quemad.ca.dum dicit, q usufructuarius præstat custodiam. Nono, quia vsufructuarius est tãquam procurator proprietarij.l.1.in fin.ff.de ope. no.nunc. sed procurator detentat: vt l.quod meo.ff.de acquirenda possessione. Decimò, text. in l.arboribus.§.de illo.ff.de usufr.ubi dicitur, quod in fundo & seruo retinemus vsumfructum, pódero Retinemus. Vndecimo, in l.3.§.pen.ff.de vi & vi arma.dum dicit, Quasi in possessione. Duodecimo.l.naturaliter.ff. de acqui.poss.dum dicit Videtur: & sic impropriè. Decimotertio.l. permisceri.in prin. ff.de acquir.posses.vbi dicitur, q non permiscentur causæ possessionis, & vsusfructus, &c. Decimoquarto.l. Cel.§.Iulianus. ff.ad exhi.qui text.fortiter stringit, dũ dicit, q vsufructuarius rem retinet, nec possidet. Decimoquinto, in l.certe.§.his, qui. ff.de preca.vbi dicitur, Vsufructuarius, colonus, & inquilinus sunt in prædio, & tamen non possident. Pondera primò quòd æquiparatur ibi colonus; deinde verbum, Possidet, quod facit vnam orationem, &c. Et isti duo vltimi textus stringunt passum in tantùm, quòd non potest eis sine iuris violentia respóderi: licet alias, dum iste articulus disputaretur Perusij, ad omnia ista argumenta responderem per bona remedia, quę nunc omitto. Vide ad hoc Bald.& Moder.in dict.l. naturaliter.ff.de acquirenda possessione. & tene menti, quia posset tibi facere honorem, &c.

Secundò hoc interdictum est prætorium l.j. in prin.ff.de vi & vi arm. Tertiò, q sit in personam, patet probatum. Quartò, est rei persecutorium. d.l.j.§.1. cùm detur ad recuperandum possessionem. Quinto, est in simplum, ut probatur in l.in interdicto.ff.eod. Sextò, est stricti iuris, vt patet. Septimò, non est perpetuum, sed annale.dic.l.j.in princ. & l.2.C.eod.titu. Bene verum est, quod de eo, quod ad aliquem peruenit, competit perpetuò.l.3.§.hoc interdictum. ff.eo. Et iste annus est utilis; vt d.l.1.& ibi glos.& licet quò ad agendum sit annale, tamen ad excipiendum est perpetuum, iuxta l.purè. in fin.de do.excep.licet de iure Canonico duret perpetuò: vt not.in ca.2.de restit.spol.& ibi uide in glos.fina. cùm spoliatis nulla conditio temporis opponi possit: ut d.c.redintegranda.3.q.1. Facit ad hoc, q iure ciuili instantia perit triennio.le.properandum. C.de iudi.& tamen de iure Canonico est secus, vt in c.venerabiles.& cap.significauerunt.de iudi. Octauò, datur hæredi, & alijs successoribus: vt l.1.§.hoc interdictum hęredi.ff.de vi & vi arm. In hæredes datur de eo, quod ad eos peruenit. d.l.1.§. fin.& l.3.in princip.§.hoc interdictum.& facit l.j.C.ex delict. defun. Nonò, non infamat, vt l.neque.ff.de vi & vi ar.quod tamen intellige de infamia iuris, non autem de infamia facti, secundum glo.in d.l.neq;, & ideò in parentem, uel patronum non datur: ut l.j.§.hoc interdictum.ff.eod.& licet.de obseq.& l.cessat.de act.& oblig.dixi suprà in 1. regula negatiua. Decimò, est directum, licet quandoq; reperiatur vtile: ut leg.j.§.filiusfamilias.ff.eod.titu. cùm scilicet possit exponi vtile, id est, efficax, &cætera. Vndecimò, est singulare. Duodecimò, simplex, &cætera.

65 IN FACTVM, QVOD VI aut clàm.

HOc interdictum competit illi, in cuius solo vi, uel clàm ædificatum fuit: uel quòd ui ædificauerit post prohibitionem domini: uel clàm, scilicet quod celauerit se, cùm intelligeret dominum prohibiturum: nam cogitur per hoc interdictum opus demoliri: de quo interdicto habetur in l.j.in princ. & per totum.ff.quod ui, aut clàm. Et quid sit ui facere, & clàm facere: uide tex.in l.j.§.quid sit.cum seq.& in l.2.§.fi.ff.eo.titu. Et est interdictum restitutorium.d.l.j.§.1.& pertinet solùm ad rem, quę in solo finitur, d.l.j.§. hoc interdictum. & prohibitio potest fieri non solum per dominum, sed per plures alias personas: de quo est tex. in l.3.in prin.eo. titu. Nec potest iste qui ędificauit ui, uel clàm, aliqua exceptione se tueri: ut d.l.1.§.denique.nisi in casibus, de quibus ibi per gloss. in uer.posteà.uidelicet, in leg.3.§.sed si permiserit.ff.eo. quando dominus, uel alij qui potuissent etiam prohibere, post prohibitionem permiserunt.& in l.si alius.§.bellissimè. eod. titu. & §.est & alia. & l.semper.§.hoc interdictum. Et de libello pro hoc interdicto, vide Bart.in l.competit.§.in summa.eo.titu. Et in illo titu. discas.l.aut qui aliter.quæ secundum Barto.literis aureis esset describenda. Secundò, q sit prætorium, est text.in l.1.in prin. Tertio, q sit in personam, patet. Quarto, q sit persecutorium, probatur in l.semper.§.in hoc iterdicto. & §.fi.ff.quod ui, aut clàm. Quinto, est in simplum, per eadem iura, cùm detur ad interesse, &c. Sexto, est stricti iuris, ut d.§.actionum. Septimo, est annale, non perpetuum: ut l.semper.§. hoc interdictum.& l.si inter.in princ.ff.quod ui, aut clàm. Octauo, datur hæredib. ut l.deniq;.§.quæsitum.ff.eo. In hęredes non datur, nisi de eo, qđ ad eos peruenit: ut d.l.semper.§.hoc interdictum. Nono, q non infamet, patet in d.l.neque. ff.de ui, & ui ar.& secundum glossam ubi uerum est, quod de infamia iuris, licet de infamia facti secus, de quo ibi. Decimo, q directum, patet: quia ex uerbis, & mente, d.l.1.in principio. Licet utile quandoq; reperiatur: ut l.is, qui in puteum.§.si tutoris.& §.si fundum.eod.tit.& in d.l.si uitem.in prin. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contrarium, &c.

66 IN FACTVM, VTI POSsidetis.

HOc interdictum competit ei qui molestatur ab alio in possessione rei immobilis; quia dicat se esse dominum uel possessorem, &c. quia per hoc interdictum ille, qui possidet, nec habet possessionem ab alio ui, uel clàm, uel precario, potest se tueri, & ꝓhibetur ille molestator ipsum turbare, &c. De quo interdicto iuxta uerba prętoris habetur, in l.j.in prin. & per totum.ff.uti pos.& C.eod. titu. & per Canonistas in ca. licet causam.de proba. & non solùm habet locum in possessione ædium, sed etiam aliarum rerum immobilium: prout est text.secundum intellectum communem in di. l.1.in princ.uti pos. Et pro hoc sunt tex.aperti in d.l.j.§. hoc interdictum.il 2. & seq. Item est prohibitorium retinendæ possessionis, per qđ quis prohibetur inferre uim possidenti. Sed interdictum de vi, & vi armata, vt dixi, est restitutorium, & recuperandæ possessionis, Text.est in l.1. §.est igitur. & §. illud enim.ff.uti pos. Et de forma libelli in interdicto.ff.de ui & ui ar.uide Barto.in l.in interdicto.ff.de ui & ui ar. Et de forma libelli in hoc interdicto, uide eundem Bart. in l.j.§. interdictum.ff.uti poss. Et debes scire alium terminum, quod ille, qui uult agere tali interdicto, est opus, q non possideat ab aduersario ui, clàm, uel precario. Et est tex.in l.j.§.perpetuo.& §.fi.ff.uti pos.& Barto.in d.§.fin.ponit exempla ad hæc tria requisita.

Item scias, quod hoc interdictum non datur, nisi possidenti, uel ciuiliter, uel naturaliter. Nam si quis esset in possessione causa rei seruandæ, cùm non possideat, non haberet interdictum.text.est in l.si duo.§.creditores.ff.uti pos. cum simil.

Secundò, q sit prætorium, est tex.in d.l.j.in prin.ff.uti poss. Tertio, q sit personale, patet. Quarto, est rei persecutorium cùm detur ad retinendam possessionem: ut d.l.j.§.hoc interdictum. Quinto, est in simplum, ut patet.& l.penul.§.fina.eod. titu. Sexto, est stricti iuris, ut etiam patet. Septimo, non est perpetuum, sed annale.d.l.1.§.1.ff.vti poss. Ergo potest dici, quod detur hæredibus, iuxta §.non autem omnes.Insti. de perpe.& temp.act.cum simil. In hæredes possumus dicere, q non detur, cùm sit annale, iuxta l.in honorarijs.de actionib.& obligationibus. Nono, quod non infamet. Decimò, est singulare. Vndecimo, directum. Duodecimo, duplex; quia non cognoscitur actor a reo; iuxta ea, quæ super hoc termino dixi, suprà in Publiciana actione. & probatur ad literam in l. si duo.§.hoc interdictum.ff.eod.titu. Vltimo, non contrarium.

67 IN FACTVM VTROBI.

PRimò hoc interdictum competit ad similitudinem superioris, quando quis turbatur in possessione: sed differunt: quia illud datur pro possessione rei immobilis, istud uerò pro possessione rei mobilis: ut habetur in l.unic. ff.utrobi.& prout in superiori, ut quis possit intentare, requiritur q ab aduersario

ſario non poſſederit vi,vel clàm , uel precario : Eodem modo in hoc,vt habetur in d.l.vnica. de qua etiam habetur Inſtitu. de interdict.§.ſed hodie.licet Canoniſtæ in d. c. licèt cauſam. de probat.non videantur facere differentiam inter hoc interdictum,& ſuperius:vt etiam refert Sanctus Blaſius hic, &c. Et quia hoc interdictum eſt hodiè exequatum cum ſuperiori, vt habetur in dicta l.vnica. ideò in reliquis fundamentis dicas, vt in ſuperiori dictum eſt.

68 IN FACTVM, DE SVperficiebus.

HOc interdictum competit ei, qui turbatur in poſſeſſione ſuperficiei, quæ habetur in ſolo alieno. Nam poteſt ſe tueri hoc interdicto,ne moleſtetur, &c.dato ſcilicet,ꝙ turbetur ab alio,quàm domino ſoli: quia tunc dantur ſibi actiones ciuiles.De hac habetur in l.j.in prin. & §.quis ſuperficiē, cum ſimil.ff.de ſuperfi.& ibi vide. Et quòd ſit prætorium, patet in d.l.j.& dixi in ſuperioribus. Vt quis obtineat,requiritur ꝙ ſuperficiem non poſsideat ab alio vi, clàm, vel præcario:vt d.l.j.in prin.ff.de ſuperficie.In reliquis dic,vt eſt dictum in interdicto,Vti poſsidetis. quia eadem in iſto ſeruantur, vt habetur in dicta lege prima.§. præponitur.verſicul. omnia.ff.de ſuperfic.&cætera.

69 IN FACTVM, DE ITINEre, actuq; priuato.

PRimò hoc interdictum competit ei, qui per fundum alterius ad fundum ſuū habet iter,vel actum, cùm iuerit ſaltem per triginta dies per illud iter,etiam diſcontinuos in anno proximè retrò:quia ſi vicinus ipſum prohiberet ire, ꝑ hoc interdictum poteſt prohibere vt a prohibitione deſiſtat. De hoc habetur in l.j.in prin.ff. de iti.actuq; pri. Et in hoc interdicto, vt dicit hic etiam S. Blaſius,& bene, non agitur de iure ſeruitutis, quod expeditur per actionem confeſſoriam & negatoriam,iuxta leg. 2.ff.de ſer.uendi.ſed agitur in poſſeſſione, qua fuerit vſus ille, qui prohibetur per dictos triginta dies.& in hoc,vt infrà dicam,venit intereſſe,ſcilicet quanti interfuit, eum non fuiſſe prohibitum,&c.vt habetur in l.2.§.in hoc interdicto.ff.de iti.actuq; priua.Et requiritur, ꝙ ille, qui prohibetur ab aduerſario,non fuerit vſus itinere vi,clàm,vel precario:vt d.l.j.in prin.& §.hoc interdicto. eod. titu. Et eſt prohibitorium ad tuendas ruſticas ſeruitutes.d.l.1.§.1. Et quia tex. eſt not.in dict.l.j.§.ſi quis propter. ff.de iti. actuq; priua.quod propter inundationem vſus viæ & itineris perditur, &c. ſicut aliàs per inundationem perditur poſſeſſio : vt habetur in l.3. §.Labeo.ff.de acquirenda poſſeſsione.Et ſic ſi aliquis præſcriberet per inundationem, interrumperetur præſcriptio, cùm perdatur poſſeſſio:vt habetur latè in d.§.Labeo.Tex. in d.§.ſi quis propter. dicit quòd quis reſtituitur ad hoc interdictum per in integrum reſtitutionem.

Ego volo tibi relinquere in propoſito vnam dubitationem, ſcilicet,an interrupta præſcriptione detur reſtitutio in integrum.Et licèt ſit communis opi. quòd non:vt habetur in d.§. Labeo.tamen in diſputando poſſet teneri contrarium:ꝑ nunc vide in dict.§.Labeo.& in d.§.ſi quis propter. & vide in l.qui fundum.§.qui bona.ff.pro empt.&c.Secundò,ꝙ ſit prætoriū. eſt tex.in d.l.j.in prin.Tertiò,ꝙ in perſonam,patet. Quarto,ꝙ ſit rei perſecutorium,probatur in leg.vnde etiam.§.in hoc interdicto.ff.eodem. Quintò, quod in ſimplum,probatur in eo. §.Sextò,quod ſtricti iuris, patet. Septimo,eſt annale:vt l.1.in princip.& d.l.vnde etiam.in princip. eod.titulo. Octauò,datur hæredibus. dicta lege vnde etiam. §. ſi quis ab authore. ſi author poſſeſsionem ſit adeptus. In hæredem non videtur dari, cùm ſit annale, iuxta leg.in honorarijs.de actio.& obligatio.niſi dicamus, quòd detur in quemlibet prohibentem, &cætera.

Nonò, quia non infamet. Decimo directum : quia ex verbis, & mente, licet aliquando reperiatur vtile : vt d.leg.vnde etiam.§.idem Iulianus.eodem titulo. Vndecimò, ſingulare. Duodecimò,ſimplex.Vltimò,non contrarium.

70 IN FACTVM, DE ITINEre, actuque priuato reficiendo.

PRimò hoc interdictū competit ei, qui habet iter, & actū per fundum vicini ad fundum ſuum,vt ſuprà dixi in proximo præcedenti.Et dato quòd uellet reficere iter, & uicinus prohiberet,uel alius,per hoc interdictum poteſt ſe tueri,ut cogat illos deſiſtere in tali prohibitione. Et de hoc interdicto eſt tex.in l.3.§.ait prætor.ff.de iti.actuq; priua. Et requiritur etiā in hoc, quod non fuerit uſus itinere ui,clàm,uel precario:dicto §. ait prætor.

Sed differt a ſuperiori: quia in hoc requiritur, quod in anno uſus fuerit itinere.Item,quòd probet ſibi cōpetere ius ſeruitutis:ut eſt tex.in d.l.4.§.hoc autem ſuperiori.& §.ſequenti. eodem titul.& ſi alterum deficiat,deficit interdictum: ut in §. ſeq.Et uolens reficere tenetur uicino cauere de damno infecto.vt d.l.3.§.qui hoc interdicto. Et ex hoc infertur, quod refectio uiæ non incumbit debenti ſeruitutem, ſed ei, cui ſeruitus competit:prout habetur etiam in leg. quoties.§.fina.ff.de ſeruit.titu.generali.Sed ſecus fit in ſeruitute oneris ferendi, ut habetur in l.eum debere columnam. de ſeruitu.urbano. prædio.quod tene menti,&c.

Secundò,quod ſit prætorium,eſt text.in d.§.ait prætor. Tertio,quod in perſonam,patet. Quarto,quod rei perſecutoriū. Et quinto, quod ſit in ſimplum, probatur in d.le.3.§.utilitas. eod.titu.Sexto,quod ſtricti iuris.Septimo,eſt annale, ut ſuperius.d.§.ait prætor.& l.1.§. antepenulti.ff.de interdict.Octauo,datur hæredibus,ut l.apparet.§.primo.ff.eodem tit.In hæredem non datur, niſi dicamus quod detur in quemlibet prohibentem. Nonò, non infamat. Decimo, directum. Vndecimo ſingulare.Duodecimo,ſimplex. Vltimo,non contrarium.

71 IN FACTVM, DE AQVA quotidiana.

PRimo hoc interdictum competit illi,qui per fundum alterius ſaltem uno die,uel nocte in anno retro, duxit aquam ad fundum ſuum:quia ſi ille dominus fundi, per quem aquā duxit, ipſum prohibet, uel impedit, agitur contra ipſum hoc interdicto,ut a prohibitione deſiſtat. De hoc habetur in l.j.in princ.§.primo.& §.quod autem.ff.de aqua quotidiana & æſtiua.nec debet duxiſſe aquam ui, clàm, uel precario:vt d.l.1.in prin.Et eſt interdictum non ſolùm prohibitorium, ſed etiam reſtitutoriū, ut quis tollat, ſi quid fecit ad impediendū ducere aquam,&c.ut eſt text.cum gloſ.in d.l.j.§.j.& §.Labeo.eod. titu.Secundo,eſt prætorium.d.l.1.in princ.Tertio,in perſonā. Quarto,rei perſecutorium,cùm proſequatur ius ſeruitutis:& illud,quod quis amittit, requiritur per hoc interdictum.d.l.j. §.præterea.Quinto, quod in ſimplum, probatur in præallegā. Sextò,quod ſtricti iuris,patet.Septimo,eſt annale, non perpetuum,vt in ſuperiori fuit dictum,& probatur in d.l.j. in prin. Octauo,datur hæredibus.d.l.j.§.ait prætor.In hæredes poteſt dici,qđ non detur cū ſit annale, per d.l.in honorarijs:niſi detur,ut in quemlibet prohibentem:ut in ſuperiori dixi. Nono, non infamat.Decimo, eſt directum, &c.licet utile quandoq; ſit:ut d.l.3.§.ſi fendum.Vndecimo,ſingulare.Duodecimo,ſimplex. Vltimo,non contrarium.

72 IN FACTVM, DE AQVA æſtiua.

PRimò,hoc interdictum pertinet ad eum,qui per fundum alterius uno die,uel nocte in æſtate retro duxit aquam in fundum ſuum,ut non poſsit prohiberi,&c.ut in ſuperiori dixi.Et differunt:quia qui interdicit de aqua quotidiana, interdicit uti hoc anno: ſed in aqua æſtiua interdicit uti hac æſtate.Vide etiam de hoc in d.l.j.in prin.& uide in §. quod autem diximus.Et quando incipit æſtas,uide in d.l.j.§.eſtatem.& ibi gloſſ.not. in quot partes diuidatur annus. & in hoc requiritur illa clauſula quod non duxerit aquam ui,clàm, uel precario, ut ſuperiori.d.l.j.deinde ait.in prin.l. Et eſt etiā reſtitutorium.

rium d.§.1.Secundò, q̄ sit prætorium, patet in d.l.j.in prin.in personam,&c.In alijs fundamentis,dicas vt in superiori;cùm sint similia:vt d.l.j.§.Labeo. sed in hoc discordant: quia licet superius sit annale, tamen hoc durat per annum, & sex menses.Item potest durare per biennium, secundum variam computationem temporis:vt habetur in dic. l.1.§.deinde.& æstatem.& seq. eodem titu.&c.

73 IN FACTVM, DE AQVA ex castello ducenda.

PRimò competit ei, qui habet ius ducendi aquam ex castello, id est, loco vbi in publico aqua recipitur, vel riuo, vel alio loco publico ad fundum,vel domum,eò quia habuit concessionem a principe, vel communitate; si aliquis ipsum prohibeat,habet hoc interdictum, de quo loquitur text.in l.1.§.ait prætor. §. quo ex castello. cum duobus seq. ff.de aqua quoti.& æsti.Et hoc est quotidianum in ciuitatibus, in quibus in stratis est castellum:vt est in ciuitate Aquilianæ & Viterbij; quia si habent concessionem, quod è castello ducent aquam in domum,vel hortos,non possunt prohiberi.Et est aduertendum, q̄ hoc interdictum non continet solùm possessionis causam,& sic præparatorium,vt superiora proximè,sed continet causam proprietatis:quia hic nō ꝓbatur,an quis duxerit, &c. sed an habeat ius seruitutis assignatum,vel non:vt est tex.no. in d.l.j.§.fin.ff. eodem. Et ea hora, qua quis habet ius ducendi,ea debet ducere,& non alia: vt habetur in l. pen.eod.titu. In alijs fundamentis,dic vt in duobus proximis.

74 IN FACTVM, DE RIVIS purgandis.

PRrimò,quòd interdictum hoc competit ei,qui habet ius aquæ ducendæ, vt dixi in superioribus interdictis, per riuum quem volens purgare, & reficere, prohibetur ab alio: quia tuetur se per hoc interdictum: & non habet probare, an iure aquam ducat:de quo vide in l.j.de riuis.& in l.fina.eo.tit. Et est prohibitorium:vt d.l.j.in fi.princip. & potest etiam esse restitutorium:vt in proximis dixi. Bene verum est,q̄ tenetur cauere de damno infecto iste volens purgare.dic.l.j.in princ. Secundò,quod pretorium patet.d.l. in princip. Tertio,quod in personam.In alijs, dic vt in superioribus. Bene verum est, quod est annale,d.l.j.§.hoc interdictum. il 2. & datur ijsdem personis,& in easdem,prout superiora: ut l.3.§.ijsdem.eo.tit. & datur non solùm ad riuos, sed etiam ad specus, & septa:vt d.l.j.in prin.Quæ in quo differant,& quid importent, vide in dic.l.j.§.ait ergo.cum simil.&c. Et sub verbo reficiendi,quid contineatur,vide in d.l.j.§.reficiendi, &c.

75 IN FACTVM, DE FONte, vt liceat eo vti.

PRimò hoc interdictum cōpetit illi, qui prohibetur haurire aquam ex fonte, cùm per annum hausisse:vel appellere pecudes:vel inde aquam ducere,vt ille scilicet prohibens desistat a prohibitione: de quo habetur in l. vnica.in princip. ff.de fonte.Et differt a superiori,scilicet ď aqua ex castel. duc. & aqua æsti. & quoti. quia illa loquuntur de aqua deducēda: istud verò de aqua haurienda: prout etiam dicit gloss.in rubr. de fonte. Nec habet locum pro aqua mortua, vt in cisterna: sed solùm de aqua viua.d.l.1.§.hoc interdictum.il 3.eod.titu. Et procedit non solùm in fonte, sed in piscina, puteo,& lacu: dummodo aquam viuam habeant:d.l.1.in fi.princ.& §.denique. Et requiritur, q̄ quis non fuerit vsus haustu vi, aut clam uel precario.d.l.j.§.hoc interdictum. il 3.licet in cisterna non habeat locum directum,tamen habet locum utile.

Hinc sumpta occasione, pone quòd extat statutum in ciuitate,q̄ mulieres portantes perlas, uel margaritas, puniuntur tanta pœna:& est aliqua mulier, quæ portat perlas fictas, seu contra factas,non ueras: & uiuas: certè non incidet in statutum.Ita decidit Bart.in l.1.§.hoc interdictum: Et tene menti: quia in multis ciuitatibus extant huiusmodi statuta: &c. Secundò, est pretorium,leg.j.in princip.Tertio, in personam,ut alia. Quartò, potest dici rei persecutorium,cùm quis prosequitur ius aquæ hauriendæ.d.l.1. Quinto, in simplum;ut ibidem patet.Sexto stricti iuris. Septimo, est annale, non perpetuū,d.l.1.Octauò,heredibus datur,non in hæredes,ut in præcedentibus dixi, scilicet de aqua quotid. & æsti. cùm procedant a pari quantùm, ad personam:d.le.1.§.hoc autem.ff.de fonte.Nono,non infamat. Decimo,est directum. Vndecimo, singulare.Duodecimo,simplex, &cætera. Vltimò, non contrarium.

76 IN FACTVM, DE FONte reficiendo.

PRimò hoc interdictum competit illi, qui habēs ius hauriendi aquam, ut in proximo dictum est, ex fonte, uellet reficere fontem,puteum,piscinam, &c. ut suprà dixi,quæ indigerent refectione, si prohiberetur, habet hoc interdictum uel a domino fundi,ubi est fons,uel ab alio,&c. Et de hoc interdicto loquitur text.in leg.unica.§.deinde ait.ff.de fonte.Et fuit introductum ad similitudinē interdicti de riuis reficiendis,quia nullus esset usus,&c.ut dicit tex.in d.l.j.§.hoc interdictum.Secundò,quod sit pretorium,est tex. in dict.§.deinde. Tertio,quod in personam,ut patet.Quarto,quod rei persecutorium,dic ut in proximo. Quinto,quod in simplum,eodem modo.Sexto,stricti iuris.Septimo,ē annale.d.§.deinde. Octauo, datur heredibus, & in heredes, ut ī illo de aqua æstiua,de quo proximè dixi.& approbat tex.in d.l.j.§.fi.ff.de fon.Nonò, quod infamet.Decimo,quod directum. Vndecimo,quod singulare. Duodecimo, quod simplex, &cætera. Vltimo, non contrarium.

77 IN FACTVM, DE CLOAcis purgandis.

PRimò competit illi, qui haberet cloacam iuxta fundum alterius,vel alium locum,per quam immunditiæ & colluuies demittebātur:dato casu, quod uellet eam purgare,uel reficere,puta,quia cursus impediebatur: & q̄a dominus fundi,uel alius eum prohibet,habet hoc interdictum prohibitorium,&c.de quo loquitur totus tit.ff.de cloa.&c.Et est aduertendum, quia fauore publicæ utilitatis, ut quis possit purgare,uel reficere cloacam,non quærimus,an clàm,ui,uel precario sit usus cloaca,ut le.j.§.quia autem. de cloa.Item pertinet ad priuatas cloacas.d.l.1.§.hoc autem. Secundo,quod prætorium,& d.l.j.in prin.Tertio,quod in personam patet.Quarto, quod rei persecutorium,patet per media,quæ dixi in duobus proximis. Quinto,quod in simplum,eod.modo. Et etiam ex eo,quod pertinet ad priuatas cloacas,ut dixi. Sexto,quod stricti iuris.Septimo,q̄ sit perpetuū,potest dici,cùm sit rei persecutoriū,per d.l.in honorarijs. nec reperiatur annale: ꝓ quod responde,si obijcitur, quod superiora plura sunt rei persecutoria,tamen sunt annalia,&c. Octauo, datur hæredibus, per regulas.§. non autem omnes. de perpetuis & temporalibus, actio.Nono,quod non infamet. Decimo, quod directum. Vndecimo,quod singulare.Duodecimo,quod simplex,&c. Vltimo,non contrarium.

78 IN FACTVM, NE QVID in cloaca fiat, immittaturve.

HOc interdictum competit illi,qui habens usum cloacæ, unde aqua fluat,vel colluuies,aliquis uult aliquid facere,uel immittere in cloacam, propter quod usus eius impediatur: quia contra illum est proditum hoc interdictum prohibitorium,&c.de quo est tex.in l.j.§.pen.& fin.ff.de cloacis. Item pertinet ad cloacas publicas.d.§.penult.Secundo,quod prætorium.§.deinde. Tertio, quod in personam. Quarto,rei persecutorium.Quinto,in simplum. Sexto,stricti iuris. Septimo,est annale ex eo,quod est populare,per l.fi.ff.de popu.act. Et quod sit populare, patet ex eo, quod pertinet ad publicas cloacas,ut iā dixi.Et in hoc istud differt a superiori. Octauo, hæredibus

hæredibus non datur, nisi vt cuilibet de populo: arg. l. populares. de popu. act. In hæredes non datur. l. fin. de popu. actio. Nono, quod non infamet. Decimo, ꝙ directum. Vndecimo, quod singulare. Duodecimo, quod simplex. Vltimò, non contrarium.

79 IN FACTVM, VT QVID factum, immissum ve est in cloacam, tollatur.

HOc competit, quando quis aliquid habet immissum in cloacam, vel factum, propter quod est impeditus vsus, &c. quia cogitur tollere, & statum pristinum reducere: & sic est interdictum hoc casu restitutorium, & superius prohibitorium, quæ ambo ponuntur in text. quem suprà allegaui in d. l. j. §. penul. & fi. ff. de cloa. Et in quantum pertinet ad cloacas publicas, dic vt in superiori. Si ad priuatas cloacas, termini sui possunt assimilari illi interdicto, de cloacis purgan. &c. Et eodem modo dicas in suprà proximo, &c.

80 IN FACTVM, DE PRECARIO.

HOc interdictum cõpetit illi, qui precario concessit aliquam rem alicui vtendam, & fruendam, qui sibi nollet rem restituere: contra ipsum datur hoc interdictum, vt rem restituat, &c. de quo habetur in l. 2. in princ. ff. de precar. cùm precario possidens videatur nomine cedẽtis possidere: iuxta not. in l. quod meo. in principio. & l. interdum. ff. de acquirenda possessione. Et interdictum restitutorium. d. l. 2. in princip. & §. 1. Et in hoc fit condemnatio secundum interesse actor. s: vt habetur in l. quæsitum. §. ex hoc interdicto. ff. de preca. Et in quo differat precarium a commodato, vide glo. no. in l. 1. ff. de preca. Et potest constitui precarium in rebus mobilibus, & immobilibus: vt l. in rebus. ff. eodem. Et potest constitui, quod transferatur possessio, & quod non. l. 2. §. fin. & l. in rebus. & l. certè. §. is, qui. ff. de precar.

Et scitis quod quotidiè in instrumentis ponitur illa clausula: Et ex nunc constituit se precario nomine emptoris possidere, &c. quid importet? Dicas ꝙ importat, quia primò intelligitur translata omnis possessio in emptorem, ciuilis, & naturalis: deinde intelligitur translata naturalis in precario possidentem: vt habetur in d. l. interdum. de acq. poss. Sed si diceretur simpliciter: Et ex nunc constituto me nomine emptoris possidere: tunc omnis possessio remanet penes emptorem, & sic plus operatur constitutum, quàm precarij rogatio, in fauorem emptoris: vt habetur in l. qui bona. in princ. ff. de acquir. possessione. per Barto. & omnes in d. l. interdum. Et tu Canonista habes titulum de precarijs. & in c. j. habes de precaria. Quid sit precaria, dicas, ꝙ est cõcessio rei immobilis pro annua pensione, de quinquennio in quinquennium. ca. 1. de precarijs. & ibi glo. & in c. precariæ. vbi gloss. magistralis 10. q. 2. Bald. in c. j. §. tua. quibus modis feu. amit. &c. Secundò, quod sit prætorium est tex. in d. l. 2. Tertiò, in personam, vt alia. Quartò, rei persecutorium: vt l. quæsitum. §. ex hoc interdicto. ff. eo.

Quintò, ꝙ in simplum, probatur ibidem. Sexto, stricti iuris. Septimo, perpetuum est, non annale, per tex. qui assignat pulchram rationem ab absurdo, in d. l. quæsitum. §. penul. Octauo, datur hęredibus, & in hęredes, d. l. quæsitum. §. fi. licet precarij rogatio ad hęredes non indistinctè transeat. De quo vide in l. cùm preca. §. fi. eod. titu. Nono, non infamat. Decimò, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, nõn contrarium.

81 IN FACTVM, DE ARBORIBUS cædendis.

PRimò ad hoc interdictum est sciendum, quòd habet duo capita: alterum in arboribus, quæ sunt prope prædia vrbana: alterum in arboribus existentibus in prædijs rusticis. Primum caput competit illi, in cuius ędes rami arboris alterius pendent, & nocent ædificio, nam dominum potest monere, ꝙ succidat arborem radicitus: si nolit facere, ille, cui cõpetit interdictum propria authoritate potest succidere, & auferre ligna. l. 1. in prin. vsq; ad §. deinde. ff. de arb. cæd. Secundum caput pertinet ad illum in cuius fundo rami arboris vicini extenduntur: quia potest monere facere, ꝙ rami cædantor, quousq; arbor distet per quindecim pedes a terra in altitudinem. Iste est tex. in dict. l. j. §. fi. de arbo. cęden. quod tene menti: quia posset quotidie contingere, maximè in hac ciuitate Paduæ, vbi sunt multi horti, & arbores.

Practica est secundum Bartolum, ꝙ denuntietur domino illius arboris, ꝙ ipsam succidat: & de hoc fiat instrumentum: & tunc si non succidat, potest denuntians propria authoritate facere, imò potest ligna asportare. tene menti. Et ea non solùm procedit in arboribus, sed etiam in vitibus. cùm veniant appellatione arboris. d. l. j. ver. arboris.

Et aduerte, dato casu, quod radices arboris nocerent: tunc datur vtile interdictum de arboribus cædendis, per gl. in l. 1. C. de interdi. de quo ibi. Secundo, quod prætorium. leg. j. §. ait prætor. & §. deinde. Tertio, quod in personam, vt alia. Quarto, videtur rei persecutorium. Quinto, in simplum: vt probantur isti duo termini in d. l. j. §. non solum. Sexto, stricti iuris. Septimo, perpetuũ, ex quo rei persecutorium dict. l. in honorarijs. Octauo, datur hæredibus, vt in §. non autẽ omnes. de perpe. & temp. act. In hæredes, dic eodem modo, &c. Nono, non infamat. Decimo, directum. Vndecimo, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contrarium.

82 IN FACTVM, DE GLANde legenda.

HOc interdictum competit ei, qui habens arborem, quæ pendet in fundum vicini, vel aream, in quam cadunt fructus, quia si prohiberetur recolligere dictos fructus, haberet dictum interdictum intra dies tres, postquam fructus ceciderunt. Et appellatione glandis, veniunt omnes fructus. De quibus omnibus habetur in le. vnica. ff. de glan. leg. & in l. qui venenum. §. glandis. ff. de verb. signific. Secundò, ꝙ sit prætorium, est tex. in d. l. j. in prin. Tertio, ꝙ in personam, vt reliqua. Quartò, ꝙ rei persecutorium, probatur in d. l. j. in prin. Quinto, ꝙ in simplum, ibidem. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, non est perpetuum, sed temporale, vt suprà patet. Octauo, hæredibus datur, & in hæredes intra illud tempus, quod durat vt suprà. Nono, non infamat. Decimo, quòd directum. Vndecimò, quod singulare. Duodecimo, quod simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

83 IN FACTVM, DE MIgrando.

HOc interdictum competit inquilino, qui soluta pensione domino, uellet recedere de domo, & asportare res suas, & dominus domus prohiberet: quia potest se tueri ex hoc interdicto. Et de hoc est tex in l. j. ff. de migrand. Et aduerte: dicitur in d. l. j. §. hoc inrerdictum quod est infrequẽs, &c. debet intelligi ille text. quod de rato itur ad illud interdictũ, ex eo, quia inquilino, qui turbaretur, competit actio ex conducto, & officium iudicis: vt l. sed addes. §. si inquilinus. ff. lo. & ideo de raro recurritur ad hoc interdictum.

Et circa hoc scias, quòd pensio domus, nisi aliud sit dictũ, soluitur in fine anni: vt l. ædem. C. loca. & ita tenet etiam Bart. in d. l. j. §. si pensio. ff. de migran. Et habetis etiam illam regulam vulgatam in hac materia, quòd res conductoris inuectæ & illatæ intelliguntur obligatæ ratione pensionis. Pone quod vnus conductor locauit, quod potest facere, iuxta l. nemo. C. loca. & l. Moscis. §. Aemilius Prætolinus. ff. de iure fisci. an res istius secundi conductoris sint domino obligatæ: vide casum singu. in l. si in lege. §. si colonus. ff. loca. & quod ibi gloss. & docto. quem textũ exclamat Pontanus in singu. 386. Et cõpetit hoc interdictum solum inquilino, non autem colono. vt habetur in d. l. j. §. hoc interdictũ. ff. de migran. Et dato, quod haberet habitationem gratuitam, daretur vtile interdictum, vt eodem §. Et eodem modo daretur vtilis, si non essent res propriè

propriè inquilini, sed fortè sibi cōmodatæ, vel locatæ, vel apud eum depositæ, vt habetur in l. finali. eod. titul. &c. Secundò, quòd prætorium, est text. in dicta leg. prima in principio. Tertiò, in personam, vt reliqua. Quartò, rei persecutorium. dicta l. prima. in princip. Quintò, in simplum, vt ibidem, Sextò, stricti iuris. Septimò, perpetuum, & non temporale d. l. prima. §. fina. Octauò, datur hæredibus, & in hæredes, vt est tex. in d. l. prima. §. fi. Nonò, non infamat. Decimò, est directum: cùm ex verbis & mente, licet quandoque vtile dicatur, vt præ dixi: & habetur in dicta l. j. §. interdictū. Vndecimò quod singulare. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non contrariū.

84 IN FACTVM, DE SALVIANO interdicto.

HOc interdictum competit locatori aduersus conductorem ad auocandam possessionem earum rerum, quas asportauit, quæ erant obligatæ ipsi locatori ratione pensionis. Et eodem modo competit creditori aduersus debitorem pro rebus sibi iure pignoris obligatis; iuxta ea, quæ habentur in §. item Seruiana. Institu. de acti. & istis casibus datur directum. Sed in casu, quo dictę res essent alienatæ per conductores, vel debitores, tunc competit vtile interdictum Saluianū: de quo habetur in l. 1. in princ. ff. de Saluia. interdi. & in l. 1. C. eodem titul.

Et, vt dicit etiam Sanctus Blasius, est piguius remedium huius interdicti, quàm Seruianæ hypothecariæ: quia sufficit in ipso, quod creditor probet illas res fuisse possessas, tanquàm suas per debitorem tempore obligationis contractæ, Sed in hypothecario oportet creditorē ꝓbare de dominio debitoris; vt habetur in d. l. prima. de Saluia. interdic. & per omnes in dict. §. item Seruiana. de quo ibi. Et in hoc reus condemnatur ad restituendam detentationem, vel possessionem rei obligatæ: vt habetur in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pign. &c. Et licèt tex. in l. 1. C. de preca. & Saluia. interdi. dicat, quòd Saluianum non detur contra tertium possessorem, debet intelligi de directo: quia vtile potest dari: vt d. l. 1. ff. eo. secundum glo. in d. l. 1. C. eo. & in hoc differt à Seruiana, quæ contra tertium datur. Et in alio etiam: quia Saluianum est inter possessoria, Seruiana inter petitoria. Et alia etiam est differentia, de qua suprà dixi. Secundò, quod prætorium: patet ex his, quæ habentur in l. fin. C. de condi. indeb. Tertio, quod in personam, vt reliqua. Quarto, quòd rei persecutorium, probatur in d. l. 1. in princ. Quinto, quòd in simplum ibidem. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, perpetuum, cum rei persecutorium. d. l. in honorarijs. Octauo, hæredibus, & in hæredes, tanquam in extraneos possidentes, datur, iuxta §. non autem omnes. Inst. de perpe. & temp. actio. & d. l. 1. & infrà. §. 1. responso. Nono, non infamat. Decimò, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contrarium.

85 IN FACTVM, DE OPERE demoliendo, quod factum est post noui operis nunciationē, ante remissionem nunciationis.

ANtè quàm transeam ad terminos huius interdicti, puta ui aliqua præmittenda fore. Primò, quia in l. 1. in pri. ff. de op. noui nunt. dicitur hoc edicto, ꝙ differant interdictum, & edictum. De quo tu posses de facili dubitare. Vide glo. in loco prælle. in ver. edicto. & ibi Bar. in 1. col. & Rof. in libellis suis, licet variè loquantur: tamen communis conclusio post Bar. ibi, est quòd edictum differat ab interdicto, vt genus, & species: vt edictum sit nomen generis: vt in §. constat. Inst. de iure natu. sed interdictum sit tanquàm species: vt aliàs dicitur in adoptione. Sed cognoscitur vnum ab alio, quia interdictum dicitur quasi inter duos dictum: nam quandocunque erat quæstio inter duos, & prætor aliquid contrà statuebat, tunc dicebatur interdictum: iuxta §. sunt tamen. Inst. de interdict. & hoc quando sumus in libro de interdictis: sed quando sumus extra librum de interdict. id est, extra quintum librum Digesti noui, tunc post Rofr. dicit ibi Bart. quòd quando loquitur præcisè præcipuè, est interdictum, quia ex verbis apparet inter duos redditum: vt verò non esset contra duos redditum, sed prætor ex officio facit, tunc dicitur edictum: & per hoc sequitur, quòd ti. de oper. noui nuntiat. tractet de interdicto, non de edicto: quia inter duos redditur. Et licèt tex. in prin. eod. titu. dicat, hoc edicto: tamen in l. prætor. in prin. & § 1. dicit, Hoc interdicto. & concordantur, quòd in vno loco Iurisconsultus vtatur nomine generis, & in altero nomine speciei. & per hoc patet quod ad hæc actio in factum de opere demoliendo, dicitur procedere ex interdicto, & dicitur in factum, iuxta §. fi. Insti. de interdict.

Secundò, est sciendum, quod in hac materia sunt considerandi plures casus. Primus est, quòd quando quis ædificat in solo alieno clam, tunc habet locum interdictum, Quod vi aut clam, vel etiam vi, & ædificium sit iam factum. Sed quando habet ædificare, tunc habet locum interdictum de oper. nou. nunt. & sic datur ad futura opera. & erit secundus casus. De quibus duobus vide tex. in l. 1. §. 1. de ope. no. nunt. Tertius casus est, quando facta nuntiatione noui operis, illa nuntiatio remittitur, quia tunc renunciatione remissa, si prohibeatur, habet remedium ex tit. de remissionibus ille, qui vellet ædificare. de quo in tit. de remis. & habet in l. si alius. §. ait Iulianus. ff. quod vi, aut clam. De quo remedio dicetur in proximo interdicto. Idem est præstita satisdatione, quæ pro remissione habetur, vt d. l. si alius. §. ait Iulianus. & ibi glo. Quartus casus est, quando post ope. noui nuntiationem sit ædificatum ante remissionem nuntiationis, quia datur hoc interdictum de opere demoliendo. Benè verum est, quod competit aliud remedium, scilicet interdictum, quod de ope. no. nunt. Item & interdictum vi aut clam: vt est tex. in d. §. ait Iulianus. Et an sint superflua, vide gl. & doc. in d. l. §. 1. de oper. no. nun. Et quot modis possit agi in istis operibus, secundum varios casus, vide tex. iuncta glo. in ver. interdictum. in l. prętor. §. non nulli. ff. de ope. no. nun. Tene menti: quia est quotidiana materia. Secundò, quòd sit prætorium. sunt plures text. vt suprà alleg. Tertio, quod in personam, vt in reliquis. Quarto, est rei persecutorium, cùm agitur, vt restituatur opus, quod est in iuribus prælle. Quinto, in simplum, vt ibidem: licet etiā quoad quod possit dici pœnale: quia suis expensis quis cogitur ędificium tollere: vt d. l. pen. §. & fi. ibi glo. & doct. ff. de ope. no. nunt. Sexto, stricti iuris. Septimo, datur hæredibus: vt l. prętor. §. hoc interdictum. ff. de ope. no. nunt. In hęredes nō datur nisi inquantum ad eos peruenit: quia tenetur hæres pręstare patientiam destruendi operis. d. l. pe. Octauo, est perpetuum. d. l. prętor. §. hoc interdicto. Nono, non infamat. Decimo, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Et vltimo, non contrarium.

86 IN FACTVM, VT LICEAT ædificare ei, cui est facta nunciatio noui operis, si satisdederit, vel satisdare paratus ē, &c

PRimò, hoc interdictum competit illi, cui postquam fuit facta nuntiatio noui operis, ipse fuit paratus satisdare, vel satisdedit de demoliēdo opere casu quo appareret se iniustè ædificasse Et hoc etiam possumus dicere in casu, in quo est facta remissio: ut in præcedenti dixi. Vnde si pręstita satisdatione, vel facta remissione, iste talis prohiberetur ædificare, posset se tueri ex hoc interdicto prohibitorio. Et de hoc habetur in l. prætor. §. deinde ait. & §. seq. ff. de ope. no. nunt. Secundo, ꝙ sit prætorium, pro vt in d. §. deinde. Tertio, in personā, vt cætera. Quarto, rei persecutorium, cum quis per ipsum prosequitur ius ædificandi. Quinto, potest dici simplum, vt dicto §. deinde. Sexto, stricti iuris. Septimo, durat intra annum ab inquietatione: vt habetur in d. l. prętor. §. final. ff. eodem. licet secus sit in præcedenti, vt dixi: & sic non est perpetuum: Octauo, datur hæredibus. d. §. fi. in hæredes dicamus quod non detur, nisi quatenus ad eos peruenit: vt in præcedenti: vel vt in quemlibet prohibentem. Nono, quod infamat. Decimo, quod directum. Vndecimo, quod singulare. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non contrarium.

87 IN FACTVM, LOCO INTERDICTI fraudatorij.

HOc interdictum habet locum, quando tutor, vel curator delegauit creditori suo debitorem pupilli, vel adulti, singula singulis referendo, in fraudem pupilli, vel adulti. & creditor participiat de tali fraude cum tutore: vel curatore: nã si debitor pupilli, uel adulti, soluant ipsi, ipso iure liberantur a debito. Sed pupillo, uel adulto succurritur primo contra creditorem participẽ fraudis, per hoc interdictum fraudatorium: vt est tex. in l. pupilli. in prin. qui est solus in iure. ff. de solu. Secundò, quando vellet pupillus recurrere contra tutorem habet actionem tutelę. Tertiò, contra debitorem potest recurrere, quando fuit etiam ipse in dolo prima actione: sed, fuit in bona fide, per in integ. restitutionem, secundum Bartolum in d. l. pupilli. in 1.2. & 3. q. Et de hoc interdicto fraudatorio fit mentio in leg. si postulante, in princip. ff. ad Treb. licet ibi capiatur pro interdicto de his, quę in fraudem cred. vt vult. Bar. contra gloss. in d. l. pupilli. Et differt ab eo de his, quæ in fraudem credit. quia illud datur quãdo quis alienat res proprias: hic alienatur res pupilli: & sic alterius, secundum Bart. in d. l. pupilli. de quibus ibi vide plenius. Secũdò, quod sit prętoriũ, probatur ex eo, quia est interdictũ, vt dicitur in iuribus præalleg. Sed interdicta erant formæ, & conceptiones verborum, quibus prætor aut aliquid iubebat fieri, aut prohibebat: si prætor, ergo non ius ciuile. Et ista habentur Instit. de interdic. in princ. Ita etiam innuitur per gl. in rubri. ff. de interdi. vbi dicitur, Suprà dixi qualiter agatur de iure ciuili: nunc qualiter de iure prætorio: & sic per interdicta: sed hoc est interdictum, vt suprà est probatum: igitur, &c. Tertio, est in personam, vt reliqua. Quarto, rei persecutorium, vt probatur clarè in l. pupilli. Quinto, est in simplum, vt ibidem probatur. Sexto, est stricti iuris. d. §. actionum. Septimo, perpetuum, cùm sit rei persecutorium. d. le. in honorarijs. Octauo, datur hæredibus. d. §. non autẽ omnes. & d. l. in honorarijs. In hęredes potest dici, quod detur in quantum ad eos peruenerit: & in pluribus dictũ est: & sic tanquàm in possessores. Nono, non infamat, cùm nõ reperiatur. Decimo, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

88 IN FACTVM, LOCO INTERDICTI de locis, & itineribus publicis.

ET antè, quàm procedam vlterius, Ioann. in arbore non signat plura interdicta, quàm suprà scripta sint: sed tamen reperio, in eo videre, quædam alia: & sic in primis addo hoc interdictum de locis & itinere pub. Et habet locum, quando quis in itinere publico aliquid fecisset, ob quod alius impediretur, & eius vsus: & eodẽ modo in via publica. Et de hoc est specialis rubri. ff. de lo. & iti. publi. puta, quod via publica fuerit clausa: quia sit constructum monumẽtum, vel quid simile: ut habetur in l. 1. 2. & 3. eod. titu. Et sic habet locum, quando est impeditus in totum vsus viæ: & per hoc nõ est superfluum hoc interdictũ ab alio, ne quid fiat immittaturve in uia publica: vt suprà scripsi: quia illud habet locum, quando iter, vel via redditur deterior: sed hoc procedit, quando ex toto impeditur vsus viæ. Ita videtur probari in præalleg. iunctis, quæ allegaui in illo interdicto. Et per hoc addo istud interdictũ ultra Io. & alios. Cogitabis. Et procedit non solum in uijs publicis, sed etiã in vicinalibus. vt d. l. 3. Et quotuplex sit via: vide tex. in l. j. §. uiarum. ff. ne quid in loco publico. Et tene menti ad statuta loquentia, ꝙ in uijs publicis, quis non possit facere ponticellus: uel committens delictũ in via publica, puniatur acriori pœna: uel si princeps mitteret proclama, quod omnes uiæ publicę in suo territorio sint liberæ, & quẽlibet transeuntem promittit conseruare indemnem, quia intelligeretur statutum de vijs priuatis, siue vicinalibus. Vide Bart. in d. l. j. de lo. & iti. pub. per l. 3. eo. tit. Secundo ꝙ sit prætorium, probatur per ea quæ adduxi suprà in proximo interdicto. In alijs dic, ut fuit dictum in illo interdicto, Ne quid in uia publica.

89 IN FACTVM, LOCO INTERDICTI de via publica, & de ędilibus curilibus.

ET de hoc non est facta mentio etiã in arbore, nec per Scribentes. Et quãdo competit, & quomodo: uide text. nouũ, qui fuit translatus Pisis, in l. ædiles. de via public. & ędil. cur. quæ lex est multum not. & quotidiè de facto contingit. Et his duobus interdictis additis, reuertor ad arborem Ioannis, &c.

90 IN FACTVM, EX EDICTO de albo corrupto.

ET antè, quàm Ioannes in arbore ad hæc deueniat, ponit quandam rubricellam, ꝙ pręterita interdicta ferè omnia rederiuntur directa, & utilia. Modo sequuntur actiones in factum ex quolibet prætoris edicto descendentes. De primo. s. de interdictis, an sint directa, uel utilia, latè est dictum super quolibet. De secundo, scilicet de edictis, declarabitur super quolibet, &c. Sequitur, vt dixi, actio in factum ex edicto de albo corrupto, &c. Sic dicta rubrica, prout duo dicit, habeas duas partes. Primo hoc edictum competit aduersus eum, qui corrupit, uel uiciauit, deleuit, uel deturpauit aliquã scripturã, uel edictum positum per prætorem, uel iudicem in aliquo loco eminenti, ut in muro de albato, uel in naluis ecclesiarum, uel in palatio, ut hodie fit: quia cuilibet de populo contra tũ corrumpentem datur actio in factum ex hoc edicto: ut habetur in l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omnium iudicum. & in §. pœnales. Insti. de actio. & facit mentionem glos. in rubri. ff. de albo scri. Et quod modis accipiatur album: uide glo. in Auth. qui semel. in uersic. uocatur. C. quomodo & quando iu. & ibi Cyn. & Ioã. And. in addi. Spec. in addi. incip. & tam amplius. in titu. de cita. §. sequitur. Et qui incidit in hoc edictum, si non potest soluere pœnam, de quo dicam infrà, luit in corpus. Et si plures sint corrumpentes, omnes tenentur in solidum, nec unius solutione liberatur alius: ut d. l. si quis id, quod. & l. seq. & ibi uide. Et hęc actio ex hoc edicto est popularis. d. l. si quis id, quod. in fin. princip. & ibi latè uide, an, & quando procedat d. l. si quis id, quod.

Secũdò, quòd sit prætorium, ut patet in d. l. si quis id, quod. §. serui, quorum. & l. si familia. & d. §. pœnales, &c. Tertio, est in personam, & nõ in rem. Primò probatur ex eo, quòd ex delicto descendit, propter quod obligatur persona: ergo non est in rem: ut §. 1. Institu. de actio. & habetur in l. actionum genera. ff. de actio. & oblig. Item ex alio, quia Imperator enumeratis actionibus in rem, posteà enumerat quæ sunt in personam. & subdit §. pœnales. ubi ponitur hæc actio. Quartò, est pœnæ persecutorium: ut suprà in primo termino dixi, & subdam statim. Quinto, est in simplum, hoc est, in ipsam solam pœnam, quæ habet imponi, quæ est in quingentorum aureorum: ut est text. secundum communem literam in dicta leg. si quis id, quod. licet secundum glossam ibi secũdum aliam lecturam, sit quinquaginta aureorum. quam opi. multi sunt secuti: vt Cyn. & Bald. ut refert hic S. Blasius, & sequitur ex eo, ꝙ est maior pœna. & licèt non alleget, facit l. interpretatione. & leg. sanctio legum. ff. de pœn. cum si. Sed Barto. ibi similiter transit, quod sit pœna quingentorum ducatorum. Et idem sequitur Alex. & est communis litera. Et quod fiat minor interpretatio, est verum in dubijs: sed hic sumus in claro cùm communis litera ita dicat: igitur. argum. l. continuus. §. cùm ita, de verbo. oblig. Et quandoq; etiam in dubijs, imò etiam in claris exacerbatur pœna. arg. l. aut facta. in fi. ff. de pœn. cum si. Sextò, est stricti iuris. Septimo, non potest dici quòd sit perpetuum, cum non sit rei persecutorium. argum. l. in honorarijs. de actio. & obligatio. Item ex alio, cum sit populare, ut dixi suprà, non excedit annum, per leg. fina. ff. de popu. actio. Item cum contineat meram pœnam: ut leg. prima. §. fina. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Octauò, potest dici quòd non detur hæredibus, nec in hæredes, per l. penulti. ff. eod. titu. de popu. actio. Nono, quod non infamet. Decimo, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

91 IN FACTVM, SI QVIS ius dicenti non obtemperauit.

PRimò hoc edictum est proditum aduersus illum, cui fuit factum aliquod præceptum a iudice ad instantiam alterius partis: quia si non obedit illi mandato, parti, ob cuius instantiam fuit edictum datum, ex hoc edicto datur actio in factum aduersus illum nolẽtem iudici obedire ad interesse expensarũ, quæ fuerunt factæ in aduocatis, procuratoribus, &c. De hoc habetur in l.j.in §.fi.ff. si quis ius dic.non obtem.cum simi.licèt ille text. habeat plures lect. de quibus ibi uide. Secundò, ꝙ sit prætorium, patet cùm sit edictum: ut d.l.j. sed edicta sunt prætoria: vt Institu. de iu.natu.§. prætorum quoque. Tertio, ꝙ in personam, dic vt in precedenti. Quartò, est pœnæ persecutorium: vt patet, cùm ad interesse detur, &c. vt d.§.fin. & hoc respectu rei, sed respectu actoris non, cũ detur ad interesse Ita etiam tenet Io. in gl. arboris. Quinto, ꝙ in simplum: cùm detur ad interesse expensarum, vt dixi. Sexto, ꝙ stricti iuris, patet. Septimo, si tenemus, quod detur ad meram pœnã, tunc non potest dici perpetuum: vt d.§.fin.& in l.in honorarijs.de act.& obl. Sed ex quo est rei persecutoriũ, & datur ad interesse, certè potest dici perpetuum, quia d.§. secundum lectu.magis communem, vt dicit etiam ibi Bar.in prin. loquitur pœna applicanda parti ratione interesse: & isto casu sit perpetuum. Sed cùm finis loquatur de mera pœna applicãda fisco: & tunc durat anno tantùm, vt ibi habetur. Octauo, potest dici, quod detur hæredibus, retentis terminis, vt suprà dixi, quòd loquimur quando agitur ratione interesse: vt habetur in d.§.fi. In hæredes nõ datur, cùm veniat ex delicto: vt dicit gl. in §.fi. Nisi dicamus, ꝙ detur in quantum ex contumacia defuncti peruenit, &c. Nono, ꝙ non infamet. Decimo, directum. Vndecimò, quod singulare. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non contrarium, &c.

92 IN FACTVM, SI QVIS temerè in ius vocauerit, quem non licuit.

PRimò, hæc actio in factum ex hoc edicto cõpetit parẽtibus, aduersus liberos, qui parentes suos vocant in ius, non petita venia a prætore vel petita, & nõ obtenta: quia si fecerunt citari parentes, incidunt in hoc edictum, quod contra eos datur ad pœnã 50. aureorum. Et eodem modo procedit in libertis, qui non obtenta licentia patronos suos in ius vocarunt. De hoc habetur iu toto titu. ff.& C. de in ius voc.& §.fi. Instit. de pœna teme. liti.& in §.pœnales. Instit. de act. Et casu quo tales non essent soluẽdo, luant in corpore, iudicis arbitrio: vt habetur in l.fi.ff.de in ius voc.& ista talis pœna nõ habet locum, nisi in personis contentis in edicto prætoris. Sed in alijs, qui indebitè facerent citari, qui non continentur in edicto, non procedit hæc pœna, sed per officium iudicis puniuntur: vt habetur per gl.& Bart.& omnes in d.l.fi. & per gl. in d.§.pœnales. Et de edicto habetur in l.4.§. prætor.ff.eod. Et de personis, quæ non possunt vocari, in leg.2.3.4.& 6.& in l.adoptiuus.in l.si libertus.cum similibus. ff.eod.tit. Idem est in filio spirituali, qui fuit leuatus ex sacro fonte ab alio, secũdum Ang.in d.l.adoptiuus. Et idẽ in filio adoptiuo ẽt extraneo, qui non transit in potestatem adoptantis: vt habetur in d.l.adoptiuus. Idem in socero, & socru, per l.qui parentis.ff.solu.mat. Idem in viro, & vxore. Idem in vasallo. Idem in defensore ciuitatis. Idẽ in ciuitate, ex qua quis est oriundus. Idem in prælato Abbate. Idem in priuato conueniente fiscum. Idem in Papa & Imperatore. Idẽ in doctore respectu scholariũ, de quibus oĩbus tãgit S. Blasius hic. Vide tamen in eo, quod est dictum de filio adoptiuo, qui nõ transit in potestatem, quod nõ possit vocare in ius sine venia patrẽ adoptiũ: licèt ista cõis sit opi. vt refert do. Alex. in l. adoptiuum, quoniã contra hoc tenui in disputando, vbi vide in mea repe. ti. Inst. de hære. ab intesta. in §. sed ea omnia. vbi omnino vide, & clarius, &c. Et de his oĩbus, quę ponit hic S. Blasius, vide dominum Alex. in l. in ius vocari. & plenius in l. generaliter. ff. de in ius voc. qui plenius loquitur: ad eum me remitto: quia per hoc non esset dare cognitionẽ terminorũ, prout intendo, & non aliud, & videns benè fateor, quod si velis videre illã conclusionẽ de filio adoptiuo, & scio quod tibi non displicebit: & si benè inspexeris repetionem, quam feci in illo titulo de hæreditate ab intestato, dum legerẽ scholaris adhuc, publicè in studio Paduæ, tu reperies si benè recolo, vigintiocto conclusiones disputatas in tàm paruo opusculo, &c.

Secundò, ꝙ sit prætorium hoc edictum, primo patet ex dictis in præcedente. & est text. in §.pœnales. Insti. de actio. in l.4.§.1.ff. de in ius voc. in l.pen. eod. tit. Tertio, quod sit in personam, probo, vt dixi in illo, de albo corrupto. Quarto, quod sit pœnæ persecutorium, patet in d.l.pen.& d.§.penul.& d.§.fin. Insti. de pœn. teme. liti.& d.§.pœnales. Quinto, quod in simplum, patet cùm detur ad quinquaginta aureos, &c. Sexto, est stricti iuris. Septimo, datur intra annũ, cùm sit merè pœnale. d.l. in honorarijs.& d.l.j. si quis ius dice. in §. fina. & est tex. in terminis in d.l.pe.ff. de in ius voc. Octauo, non datur hæredibus, nec in hæredes: vt est tex. clarus in d.l.pen. & in hoc assimilatur actioni iniuriarum, vt habetur in §.non autem. Insti. de perp.& temp. act.& scias, quod licet actiones pœnales nõ dentur in hæredes, & hæredibus, tamen est verum, nisi defunctus litem fuerit contestatus, vel cum defuncto: vt habetur in §.pœnales. Instit. eod. titu. & latè habetur in l.j.C. ex deli. defun. & illuc me remitto, &c. Nono, non infamat. Decimo, directum. Vndecimo, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contrarium.

93 IN FACTVM, EX EDICTO si quis in ius vocatus non ierit.

ANtè, quàm ulterius transeam, primo est sciẽdum quòd titulus, si quis in ius voc. non ierit. differt ab eo, si quis ius dicen. non obtemp. de quo suprà est dictum: & hoc, quia ille loquitur quando quis non obtemperat iudici quocunque modo: iste quando quis non obtemperat solum in nõ ueniendo: vt dicit Bar. in l.j.§.is videtur in 2.col. si quis ius dicen. licèt gl. mag. ibi circa fi. ponat plures differentias, quas nõ refero. Secundò est sciendum, quod sunt opi. an pro hoc edicto sit bene positus circulus in arbore per Io. Et licèt multi simpliciter sequantur Io. vt fuit Roffred. in libellis suis, & trãseat etiam hic S. Blasius, tamen Barto. in l. ex quacunq;. in 3.col. in ver. quæro. extra gl.ff. si quis in ius voc. nõ ierit. tenet quod malè sit positus iste circulus, & quod ista non sit actio competens alicui ex litigantibus, sed potius accusatio, cũ veniat pœna solũ applicanda fisco, & non parti: prout etiam dicit gloss. mag. in d.§.is videtur. Præterea est tradita Theorica in l.e.j.ff. de condi. ex lege. quod quãdo uerba diriguntur ad iudicem, tunc pœna venit non iure actionis, sed officio iudicis. Et proptereà cum in hoc edicto verba dirigantur ad iudicem. d.l. ex quacunq;. igitur, &c. licet tex. in d.l. ex quacunq;.§.fin. uideatur innuere, quod cadat interesse actoris, &c. Breuiter nihil video, per quod respondeatur ad iura Barto. pro nunc: unde teneo cum eo, quod non sit dare hunc circulum, & per consequẽs hãc spãlem actionẽ: sev potius est accusatio, in qua iudicis officio pœna veniat imponenda, &c. In alijs oĩbus dic, vt est dictum in edicto suprà si quis ius dicẽ. non obtemp. Adde.

94 IN FACTVM, CONTRA EVM, qui non accepit coniunctam personam in fideiussorem pro principali coniuncta persona in iudicio.

HAec actio competit aduersus eum, qui noluit recipere in fideiussorem de iudicio sisti, uel aliter cõiunctã personam eius a quo fideiussio expectatur, qđ si ille nolens tales psonas recipere, sciebat sanguis coniunctionem, & recusat tales fideiussores, datur aduersus eum hæc actio: & potest peti, vt condemnetur in quinquaginta ducatos. Et de hoc est text. in d.l.2. in fin.ff. in ius voca. ut eant. Quæ autem sit ratio, uide gloss.& docto. ibi: & alia fuit potissima, quia est præsumendum, quod necessarius non sinat illaqueatum necessarium:

iuxta l. 2.ff.de recep.& quæ sint tales personæ, vide in l.1.& 2. ff.in ius voc.vt eant.Secundo,℘ ex edicto, & sic ꝓtoria sit, patet in l.j.ff.in ius voc.ut eant. & ꝓbatur ꝑ ea, quæ dixi in edict. si quis ius dicenti.Tertio,℘ in ꝑsonā,probatur vt in eo.Quarto,pœnæ persecutoria:vt d.l.2.§.fi.Quinto,in simplum,ut ibi. Sexto,℘ stricti iuris.Septimo, non potest esse perpetua,cū meram pœnam cōtineat,vt dixi in edicto, si quis ius dicē. Octauo,non datur hæredi,nec in hæredē:vt in eodē ꝓbaui.Nono, quòd non infamet. Decimo, ℘ directa.Vndecimo,℘ singularis. Duo decimo, quod simplex. Vltimò, non contraria,&c.

106 IN FACTVM, EX EDICTO, ne quis eum,qui in ius vocatus est, vi eximat.

HAec actio competit aduersus, qui per violētiam exemi cū aliquem, qui erat citatus in iudiciū,ne cōpareat propter quod alius,vel ipsemet exēptus passus esset dānum, quia iuratur in litem a parte, quæ passa fuit tale dānum. Et de hoc est casus in l.fin.§.j.ff.ne quis eum, qui in ius voc. Secundo,℘ sit prætoria,est tex.in l.j.in prin.eod.titu. Tertio,in personam, dic vt suprà dixi.Quarto,℘ rei persecutoria,patet in dict.§.1. Quinto,quòd in simplum,ibidē. Sexto, quod stricti iuris. Septimo,datur haredibus, si eorum interfit. In hæredes non:vt l.si per alium.§.fi.eo.titu. Octauo,durat anno,ut ibidem.Nono, non infamat.Decimò,quod directa.Vndecimo,quod singularis.Dúodecimò,℘ simplex.Vltimò,non contraria. Adde.

96 IN FACTVM, ADVERSVS eum,qui dolo malo fecit, quo minus se quis in iudicio sisteret.

HAec actio habet locum aduersus illum,qui malitiosè & astutè aliquid machinatus est, quominus aduersarius suus se sisteret in iudicio,propter quod incurrerit damnū: qa damnum passo datur hæc actio ad illud damnum resarciendum:& sic ex parte eius,qui vsus est malitia, est pœnæ persecutoria:ex parte damnū passi,est rei ꝓsecutoria: De hac habetur in l.fi.in prin.ff.de eo,per quem factum erit.Et quòd differat hæc a proxima præcedenti actione, vide gl.in d.rub.de eo, per quem fa.erit.& in §.pœnales.Inst. de act.

Adde. Secundò,℘ sit prætoria,patet in l.j.in prin.ff. de eo, per quē fac.erit. Tertio, ℘ in personam, dic vt suprà. Quartò, quo ad actorem est rei persecutoria, ut probatur in l.j.§.si plures.ff.eo.& in l.ex hoc edicto.in prin.eod.tit. Quintò,datur in simplū,vt ibidem ꝓbatur,cū detur ad interesse. Sexto,est stricti iuris.Septimò,datur hæredibus,vt l.j.§.fi.eod.tit. In hæredes, non. nisi dicamus quatenus ad eos peruenit, ne ex alterius dolo lucrentur,& alius damnum sentiat, iuxta d.l.ex hoc edicto.§.planè.eod.tit.& d.l.j.§.fi. Octauò, non est perpetua, sed durat anno:vt d.l.1.§.finali.&c. Nono,non infamat.Decimo,directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo,℘ simplex, patet. Vltimò, non contraria.

97 IN FACTVM, EX EDICTO de edendo,aduersus non edentem.

HAec actio competit aduersus non edentem instrumenta, vel rationes, vel similes scripturas, quas edere tenebatur.iuxta l.fi.& l.non est nouum.& l.seq.ff.de eden.& l.1.ff. eo. quia si per talem editionem nō factam, altera pars est dānum passa,resarcitur sibi per hanc actionē.Et de hac habetur in l.si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto in l. argentarius.§. cū autem.ff.de eden.cum simi.Secūdò,℘ sit prætoria, probatur in l.prætor ait.ff.eodem titulo. Tertio, quòd in personam, proba,vt in alijs. Quarto,respectu actoris est rei persecutoria:respectu rei, est pœnæ persecutoria: vt dixi in præcedenti. Quintò, in simplum, vt patet,cùm ad interesse agatur. Sexto,stricti iuris.Septimo,datur hæredi,vt habetur in l.finali.ff. eodem. In hæredem non datur, nisi ex suo facto:vt d.l.fina. Octauo,est annalis:vt d.l. fina.vide etiam in l.si quis ex argentarijs.§.pen.& l.quædam.§.nihil.eo.titu. Nono,non infamat. Decimo, directa, Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, &c. Adde.

98 IN FACTVM, EX EDICTO de calumniatoribus.

HAec actio competit aduersus eum, qui vt calumniā cōmitteret,vel non committeret in iudicio, vt alius vexaretur calumnijs, accepit pecuniam, tam in causa ciuili quàm in criminali: quia recipiens dictam pecuniam ab aduersario, cùm turpiter recepisse dicatur, ex quo gratis facere debuisset,iuxta tit.C.de iur.calum.& l.fi.in prin.ff.de condi.ob turp. cau.vnde talis recipiens tenetur reddere ei,à quo recipit intra annum quadruplum, & post annum simplum:vt habetur in l. 1.in princip.ff.de cal. Item si sit datum ab vno alteri,vt contra alium cal.faceret, non habet qui dedit, repetitionem per hāc actionem:quia ipse turpiter dedit:sed is, qui passus est calumniā:vt habetur in l.generaliter.§.fi. ff.eo.tit. & est gl.in §.quadrupli.in ver.de pecunia.Insti. de act.& ibi bonus tex. Et non solùm quis potest ciuiliter puniri, vt pęna applicetur parti,vt suprà.sed etiam posset criminaliter puniri:vt habetur in l.fin. C.de calum.Et qualiter intelligatur de quadruplo, & simplo, dicam infrà.Et competit non solùm hæc actio, sed etiam condictio ob turpem causam.De quo vide in leg. hæredem.§.sed prætor.ff.eo.titu.quantum ad simplum vna per aliam tollitur: vt ibi per Barto.

Secundò,quòd sit prætoria,patet primò, quia venit ex edicto:vt d.l.& generaliter.§.hoc edicto.in l.si quis ab alio. §.fin. eo.titu.Quòd edicta sint prætoria,fuit dictum suprà in edicto, si quis ius dicen.non obtemp.&c. Tertio, in personam:vt dixi in alijs. Quartò,est pœnæ persecutoria intra annum,vt patet, cùm detur ad quadruplum:sed post annum est rei persecutoria,eū detur ad simplum. Sed an quadruplo insit simplum, & sic rei persecutio?Dicas quòd sic:licèt fuerit opi. quàm disputat gl.in d.l.hæredem.§.fi. in gl.mag.quam approbat Barto.ff. eo.ti.dic,vt ibi.Quinto,est in quadruplum,patet aliter,& aliter,& ita in simplum.Sexto,stricti iuris. Septimo,in quadruplum est annalis,sed ad rei persecutionem est perpetua,vt patet.Et an & quando cedat,vide in l.annus.eo.titu. Octauo,non datur hæredi,nisi ad simplum:ut l.hæc actio. per verām lec.ff. eo.Nono,potest dici, quòd efficiatur infamis. argu.l.3.§.lege Iulia.ff.de test.vbi recipiens pecuniam ob testimonium dicendum,&c.& ita hic ob negotium faciendum.Barto.in l.j.ff.de calu.pro hoc se remittit ad not. in l.j.ff.de his, qui not.infa.& ibi refert Gui. dicentem non bene probari hoc per l. & Bart. dicit esse verū.& cùm non reperiatur, conclusio est quòd non infa.arg.l.interpretatione.de pœnis.& l.Arrianus. de actione & obli.&c.Decimo,quòd directa:quia ex verbis,& mente.Vndecimo, quòd singularis. Duodecimò, quod simplex. Vltimò, non contraria.

99 IN FACTVM, SVBSIDIARIA actionis de dolo,&c.

HAec actio locum habet,quando quis aduersus aliū dolum commisit,& eum decepit:quo casu intra biēnium continuum,vt suprà dixi,est prodita actio de dolo, cum solo biēnio duret, vt fuit dictū in actione de dolo: quia postquàm illa expirauit,cū non sit æquum,quod quis fiat locupletior cū alterius iactura, igitur loco illius dat̄ hæc actio in factū cōtra illū,qui dolū cōmisit, q̄ est subsidiaria actionis de dolo. Et de hac est tex.in l.j.§.itaq;.ff.de dolo.facit tex. in l.non licèt.in fi. ff.eo.tit.& habetur in l.Sabinus.eo.tit.Et differt ab actione de dolo:vt supra,quia illa datur biēnio, hæc perpetuò, vt in iuribus præallegatis.Item illa est famosa, vt dict.l.non debet.hæc no.In alijs fundamentis dicēdum est, vt fuit dictum in actione de dolo:cùm post biennium loco eius detur: & surrogatum soleat sapere naturam eius,in cuius locū subrogatur, iuxta l.si eū.§.qui iniuriarū.ff.si qs cautio.& l.si id,quod.de donatio.&c. Et adde, quod Sanctus Blasius hic addit vnā actionem,

nem, quæ non reperitur in circulo aliquo arboris, uidelicet actio in factum loco actionis de dolo in pluribus casibus, de quibus in d.l.non debet. & l. seq.ff.de dolo.quia ob reuerentiam, & dignitatem personarum : ut ibidem, &c. Vide igitur de hac in d.l.non debet.& l.seq.Et pro libello qualiter concipiatur, & de omnibus, &c.

100 IN FACTVM, QVAE DATVR propter alienationem iudicij mutandi causa factam.

HAec actio habet locũ contra eum, qui dum timeret cõueniri super aliqua re in iudicio ab alio, ut daret illi potentiorem, uel duriorem aduersariũ, illam rem illi potentiori alienauit: quia isto casu cõtra eum est prodita hæc actio in factũ quanti interest istius nõ fuisse alteri rẽ illã alienatã, & datum sibi alium aduersarium. Et de hac est tex.in l.j.de aliena. iud.mutã.cau.fa.Et, ut dicit S, Blasius hic, & bene, habet locũ hæc actio, qñ fit alienatio ante litem motã: secus si post, quia tunc habet locum titu.de litig. vt habetur in toto titu.ff.& C. de litig.Secundo, ꝙ sit prætoria, patet in d.l.j.in prin.ibi, proconsul.ff. de alie.iudi.quia exponitur procõsul.i.prætor: ut ibi l.1.responso.ff.quod cum eo. Tertio, ꝙ in personam, patet ex prædictis. Quarto, est rei persecutoria, cum detur ad interesse: ut d.l.j.& d.l.non solum.§.fina.& l.quia pertinet.de aliena. iudi. Quinto, est in simplum.ut iuribus proximè allegatis. Sexto est stricti iuris: ut patet in d.§.actionũ. Septimo, est annalis, & non perpetua: ut l.uel potest.ff.eod.titu. Octauo, datur hæredi, cũ rei persecutionem contineat. In hæredẽ uero non datur, uel similes, cũ uideatur ex delicto dari. De hoc est text. in d.l.non solum.§.fi.& l.quia pertinet.eo.tit.Nono, non infamat, per fundamẽtum, de quo suprà.Decimo, est directa, cum ex uerbis, & mente ueniat. Bene uerum est, quod quandoque est utilis: ut in casu l.nam & si.§.si tutor. ff.eo. Vndecimo, singularis.Duodecimo, simplex, &c.

101 IN FACTVM, IN SIMPLVM aduersus nautas, caupones, stabularios.

PRimo hæc actio habet locum aduersus nautas, uel caupones, vel stabularios, quando aliquid receperunt, ut esset in tuto, & saluo: quia nisi restituãt, agitur cõtra eos hac actione: de qua est tex.l.j.in princ.ff.nau.caup.stabu. Et de hac, & sequenti nullã facit mẽtionem S.Blasius hic in cellulis suis, sed ipsas posuit post actionẽ furti aduersus nau.caup.stabu.& ibi dixi me dicturum hic de istis duab.Et nõ solũ tenetur nauta, caupo, uel stabularius, qñ ipsimet receperunt res in naui, caupona, uel stabulo, singula singulis referendo, sed etiam si dictæ res fuerunt immissæ ipsis scientibus, & patiẽtibus a uectoribus, uel similibus: ut est tex.in d.l.j.§.fi. ff.eo.tit. Et in quo differat a sequenti, dicetur in ea, &c. Secundo, ꝙ sit prætoria, est tex.in d.l.j.in prin.ff.eod. Tertio, quod in ꝑsonam, proba, ut in alijs supra dixi. Quarto, quod sit rei persecutoria, patet in d.l.j.in prin.& §.fi.& l.& ita.§.hæc autẽ.eo.titu.Quinto, quod in simplũ, probatur in iuribus præallegatis. Sexto, quod stricti iuris, patet.Septimo, est perpetua, cũ rei persecutionẽ contineat etiam ut dixi.& est tex.in d.l.& ita.§.hæc autem actio. ff.eo.Octauo, datur hæredibus, cum sit persecutoria: ut d.l.in honorarijs.de act.& obli. & etiam, quia in hæredes datur: ut est tex.in d.l.& ita.§. hæc autem actio.ff.eo. Nec obstat text.in l.fi.§.hęc iudicia.uer.in hæredem.quia ibi loquitur tex.de ea, quæ datur in duplũ: de quo infrà in proxima dicetur. de quo uide glo.ibi in uer. hęc iudicia. Nono, non infamat. Decimo, est directa, licèt reperiatur utilis: ut habetur in l.licèt.§.j.uer. non putat.ff. eod. Vndecimo, est singularis. Duodecimo, est simplex, &c. Vltimo non contraria.

102 IN FACTVM, IN DVPLVM aduersus nautas, caupones, stabularios.

PRimo hæc habet locum contra dominum nauis, cauponę, vel stabuli, pro damno dato in reb. personæ hospitatæ, &c. qualitercunq; per famulos domini. Et in hoc differunt istæ actiones: quia illa quæ dicitur furti aduersus nautas procedit, quando dictę res hospitum sunt furatæ per famulũ domini quocunq; modo, in factum in simplũ: de quo suprà proximè, procedit quando est datum damnum per viatores. Ista de qua nunc loquimur, procedit quando damnum est datum per famulum domini qualitercunq;. Et dicitur descendere ex quasi delicto cum domini tales vtantur opera malorum hominum. Et de hoc est tex.no.in §. itẽ exercitor nauis. Instit.de obl.quæ ex quasi delic.nas. & in l. fin.§.hoc autem.ff.nau.cau. Secundo, quod sit prætoria, patet in d.l.fin.§. hęc aũt iudicia. dũ dicit, quod sit honoraria, & per cõsequens prætoria: iuxta prętorũ quoq;.Instit. de iur.natur. &c. Tertio, quod in personã, patet suprà.Quarto, rei & pœnæ persecutoria: ut d.l.fin.§. hæc actio.Quinto, in duplũ est, ut eo.tex.Sexto, ꝙ stricti iuris, patet.Septimo, põt dici ꝙ perpetua, per tex.in d.l.fi.§.hæc iudicia.& patet, cũ detur hęredi, ut dicã.Octauo, datur hęredibus, nõ in hæredes, per tex.in §.fi. Insti.de obliga.quæ ex delinascun. Nono, non infamat. Decimò, quod directa. Vndecimò, quod singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

103 IN FACTVM, DE DEIECTIS, & effusis.

HAec actio habet locum cõtra habitatorem alicuius domus, ex qua fuit aliquid deiectũ, vel effusum in personã alicuius: & si damnum datũ est vel in corpore, uel in uestimentis, & similibus: quia per hãc actionem dominus talis domus condemnatur in duplum dicto dãnum passo, dico scilicet de eo, qui inhabitat, qui posset esse non dominus, ut d.l.j.§.hæc in factũ.dic ut ibi: de quo habetur in l.j. & per totũ. ff.de his, qui deiece.vel effu.& in §.de eo uero.Insti.de obli.quæ ex quasi deli.nascun. Et eodẽ modo procedit in casu, quando per illud, quod deiectum est, seruus alicuius est occisus: si autẽ occideretur homo liber, tunc pœna est quinquaginta ducatorũ: & hoc quia homo liber nõ recipit ęstimationem, iuxta l.liber homo.ff.ad leg.Aquil.l.statu liber. §. illud.ff.de statu liber.De hoc est tex.in d.l.j.§.j.& Instit.de obli. quæ ex quasi deli.§.ob hominem.& §. sed cùm liber homo. Quando uero homo liber per hoc esset uulneratus, tunc datur ad interesse, expensis cõputatis, & medelarũ, & medicorum, &c. De quo in d.§.ob hominem.& habetur etiam in l.fi.ff.de his, qui deiece. Et dato casu, quod seruus alterius aliquid deiecerit, uel effuderit, tunc si ignorante domino factũ fuit, potest dominus uel seruum dare pro noxa, vel ęstimationẽ damni soluere, ut habetur in dict.l.j.§.si seruus.Et per hoc innuitur, quod si domino sciente id fecisset, quod dominus teneatur in solidum, &c. Et hoc edictum fuit propositum, quia interest Reipublicæ, ut ea loca, per quæ uulgò iter fit, sint secura, & sine metu, & periculo. Nec refert, an sit locus publicus, & sic strata publica, uel priuata, dummodo vulgo per eam iter fiat, ut d.l.j.§.summa. Et si aliqua uia sit, per quam iter non fiebat uulgò, tunc ex deiecto quis non tenetur, vt eod.§.versi. cæterum.

Et secundùm Bart.in d.l.j.per hoc fuit decisa quæstio inter Florentinos, & Vbaldinos, quod promittentes tenere stratam securam, non teneantur, si quis fuit derobatus in strata, per quam uulgo iter non fiebat, &c.Et quod hæc dicatur in factũ, est tex.in d.l.j.§.hæc in factum.eod.titu.

Adde, quod procederet, etiam si de naui esset deiectum aliquid, quia datur utilis actio in eum, qui naui est præpositus, ut l.pen.§.si de naui.ff.de his, qui deiece.uel effu. Secundo, ꝙ sit prætoria.est tex.in d.l.j.in princ. Tertio, ꝙ in personam, patet: ut in alijs.Quarto, potest considerari, quod possit esse mista uno respectu: quia rem, in qua damnum datum est, persequimur, & pœnam. Et etiam potest dici, quod tantum sit pœnæ persecutoria, cum homo liber interficitur: ut in iuribus præallegatis in primo termino, & dicta lege finali.

Quinto. datur in duplum, vt suprà dixi, quod procedit aliter & aliter per alios casus, quia in casu, quando homo liber ex hoc non occiditur, & in hoc duplo inest rei persecutio: quia in dubio pœnæ sunt molliendæ, &c. argumen. leg. interpretatione.de pœn. uide ad hoc. Sexto, est stricti iuris.

Septimo, est perpetua: vt est tex. in l. si vero. §. hæc autem. ff. de his, quæ deiece. quod intellige, vt statim dicam. Octauo, datur hæredibus, vt eodem. §. In hæredes verò non datur. vt ibidem. Et aduerte, quia hoc procedit in casu, quãdo est aliquid deiectum, vel effusum, per quod est datum damnum homini libero, puta quia occisus: tunc hæc actio non est perpetua: nec datur hæredibus, nec in hæredes; sed est popularis actio, & annalis: & potissimè datur ei, qui est ipsi mortuo affinitate, vel cognatione couiunctus. In casu autem, quando non fuit interfectus homo liber, sed ei damnum datum est: tunc ipsi volenti agere datur perpetuò: alijs autem volentibus agere durat anno. & ita intelligas terminos. Et de hoc est text. clarus in d. l. si verò. §. quæ autem. vsq; ad §. prætor ait. ff. eod. tit. &c. Nono, non infamat. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimò, non contraria.

104 IN FACTVM, QVAE DATVR inhabitanti aduersus deiectorem.

HAec actio habet locum in casu, quo ex domo alicuius est aliquid deiectum, non per dominum domus ibi inhabitantem, vel cõductorem, &c. sed per alium, qui sit etiam in domo, non seruum: quia cùm conueniatur dominus ab eo, qui damnum est passus, æquum est, vt ipse habeat regressum contra eum, qui deiecit ex eius cœnaculo: puta, quod esset hospes, vel alius. Et de hac l. tex. in l. si verò plures. §. cùm autem. & ibi vide. ff. de his, qui deie. vel effu. Et in alijs fundamentis dicas, vt in superiori, cùm eius exemplo sit inuenta, secundum gloss. j. in d. §. cùm autem. & intantum iste teneatur, inquantũ dominus. Et dato casu, ꝙ dominus inhabitet, & locet alij, & ille conductor deijciat, tenetur etiam dominus damnum passo, & ipse habet regressum contra talem cõductorem, qui deiecit, non solùm per hanc actionem, sed etiam ex actione locati. Et ita in hoc casu intelligo text. in d. §. cùm autem. ver. planè. Et hoc modo potest concordari ille versic. planè. cum §. hæc in factum. in l. 1. eo. titu. vbi dicitur, quòd non datur in dominum ædium actio, sed in eum, qui inhabitat, cùm offenderet eum in d. §. cùm autem. versi. planè. præsupponatur pro firmo, ꝙ detur in dominum ædium, & ipse cõtra deiectorem habet regressum ex hac actione, & ex actione locati, quia intelligo quòd dominus inhabitat nõ solùm quando alteri, qui deiecit, domum non locasset, sed etiam inhabitat dominus, quando locauit ei dẽ deiectori: & ita ego intelligo illos duos text. qui videntur multùm contrarij prima facie, licèt nullus opponat. Cogitabis, &c.

105 IN FACTVM, QVAE DATVR pro eo, quod ita positum est, vt si caderet, damnum daret, &c.

HAec actio procedit in casu, quando quis in domo, vel quouis ædificio in subgrunda, puta vel pro tecto, vel ad fenestram, & in similibus locis uult habere aliquid appẽsum, quod si caderet, posset nocere transeuntibus: quia caderet in stratam publicam, vel per alium locũ, quo vulgò iter fit: quia per hanc actionem per quemlibet de populo potest conueniri, vt illud remoueat, & puniatur in pœnam decem ducatorũ. De hac est tex. in l. si verò plures. §. prætor ait. l. 1. ff. de his, qui deie. vel effu. & in §. cui similis. Instit. de obli. quæ ex quasi delic. Et procedit siue dominus inhabitet, vel non. Et idem in alijs inquilinis, & similibus, dummodo habeãt appensum ad locum, quo vulgò iter fit: vt d. l. si uerò. §. ait prætor. eod. tit. Et idem esset, si esset locus, in quo homines starent ad sedẽdum ad Solem: quia ibi essent sedilia vel similis locus, in quo consisteretur: ut est text. in d. l. si verò. §. ait prætor. in fine. & l. 1. in prin. eod. tit. ibi dum dicit, vel in quo consisteretur.

Secundò, ꝙ sit prætoria, est tex. in d. §. prætor ait. Tertio, ꝙ in personam, vt in alijs. Quarto, est pœnæ persecutoria, quia datur in decem ducatis, vt iuribus præalleg. in primo termino. Quinto, potest dici in simplum, cũ detur ad sola decem, vt suprà. Sexto, est stricti iuris, vt patet. Septimo, nõ est perpetua, sed temporalis, & annalis, cũ sit popularis: vt dixi, iuxta l. fina. de pop. act. Quod sit popularis, est text. in d. l. si uero plures. §. fi. de his, qui deie. vel effu. Octauo, datur hæredibus: vt eo. §. fi. proximè allega. Quod intellige, vt detur non vt hæredibus, licèt ut cuilibet de populo: sic, per text. in d. l. si vero. §. quæ autem. & d. l. fi. & dicit glo. in d. l. si uero. §. fi. In hæredes non datur, cùm sit pœnalis: vt d. §. fina. &c. Nono non infamat. Decimo, est directa, quia ex verbis, & mente: licèt quandoq; utilis reperiatur ad responsum huius: ut in casu d. l. si vero. §. si idem quod. ff. eod. titu. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimò, non est contraria

106 IN FACTVM, ADVERSVS mensorem, qui falsum modum dixerit.

HAec actio habet locum aduersus mensorem agrorum, vel aliarum rerum, frumenti, uel cuiuscunque rei: ut in mensurando ædificia, uel itinera, aream, ligna uel lapides, & etiam in computatione rationum, & similium: quia si eius dolo id factum est, ut alter, puta emptor, uel uenditor plus uel minus soluerit, & sic ei, cuius interest, falsum modum renuntiatum est, datur hęc actio in factum ad interesse. Vide in l. 1. & per totum. ff. si men. fal. mo. dixe. Et circa quæ habeat locũ, uide in l. si mensor. §. fina. cum duobus seq. eo. titu. & tenetur de dolo, & lata culpa etiam, quia recepit mercedem: ut d. l. 1. §. hæc actio. & §. sed & si mercedem. Et tene mẽti: quia ex receptione mercedis, quilibet prima facie diceret, ꝙ dari deberet actio locati: quod reprobatur in d. l. j. in princ. ver. sed magis operam. & seq. quod secundum Bart. ibi facit ad aduocatum, & clientulum: medicum, & infirmum: doctorem, & scholarem: ꝙ inter eos non dicatur locatio, sed potiùs præberi operа beneficij causa: quod dic, ut ibi, &c.

Et est aduertendum, ꝙ ita demum datur in mensorem ipsi uenditori, uel emptori, hæc actio quando plus dederunt alter alteri, si alter alteri soluendo non sit: cùm illud ꝙ plus datum est, condici possit. Vide text. in l. si duobus. §. competit. eo. tit. dic, ut habetur ibi, &c. Secundo, ꝙ sit prætoria, est tex. in d. l. j. in prin. Tertio, ꝙ sit in personam, patet, ut in alijs. Quarto, ꝙ rei persecutoria, patet, cum detur ad interesse: ut d. l. si duob. §. competit. Quinto, ꝙ sit in simplum, patet, cum detur ad solum interesse. d. §. competit. & l. si mensor. §. si cu falsus. eod. titu. Sexto, ꝙ sit stricti iuris, patet in d. §. actionum. Septimo, ꝙ sit perpetua, est tex. in l. hęc actio. ff. eo. si men. fal. men. dixe. Octauo, ꝙ detur hæredibus, est tex. in d. l. si duob. §. hãc actionem. eo. titu. In hæredes uerò non datur: ut eod. §. uersi. sed in hæredem. Nono, quod non infamet. Decimo, ꝙ directa. Vndecimo, quod singularis. Duodecimo, quod simplex. Vltimò, non contraria, &c.

117 IN FACTVM ADVERSVS eum qui intulit mortuum in locum alienum purum, & ideo non religiosum.

PRimò est sciendum circa hanc actionem, ut refert S. Blasius hic, & bene, ꝙ antiquitus de iure ueteri non poterãt cadauera sepeliri in ciuitatibus, oppidis, aut uicis: & fortè fiebat ne aer ex fœtore cadauerum corrumperetur, & contra facientes puniebantur in quadraginta ducatos, prout de hoc est tex. in l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de sepul. uio. Et per hoc erat necesse, quod sepelirentur in agris, & prædijs. Verum, quia multoties quis sepeliebat in fundum alterius, qui erat purus, ideo contra talem sepelientem prodita fuit hæc actio: ut aut solueret æstimationem fundi, aut cadauer tolleret: ut habetur in l. si is, qui. in principio. ubi tex. clarus. & in l. 2. §. primo. ff. de reli. & sump. fune. Et cum hodierno tempore hoc non seruetur, de raro posset contingere: sed interest nostra non ignorare antiquitates: argumen. Institu. de test. in principio, cum sim. Secundo, ꝙ sit prætoria, est tex. in l. 2. §. prætor ait. ff. de reli. & sump. fu. Tertio, quod in personam, dic ut suprà in alijs. Quarto, rei persecutoria, patet. Quinto, quod detur in simplum, patet, cum detur ad quadraginta ducatos. dicta leg. is, qui.

qui.in princip.Sed in eo,quod dixi, quod sit rei persecutoria, videtur obstare tex.in l.2.§.prætor.ait.eod.tit,dum dicit,pœnæ pecuniariæ subijcitur.Vnde debes intelligere, quòd ibi loquitur de actione illa,de qua in tit. ff.de sep.vio. & ita videtur gloss.in d.§.pretor ait.in versicu.actione.Sexto, quòd sit stricti iuris, patet. Septimò, ꝙ est perpetua:vt d.l.is, qui.in princip. Octauo,datur hæredibus: vt ead,l. in princip. Et eodem modo in hæredes competit:vt ibi est tex. clarus. Nono,non infamat.Decimo,est directa, licèt quandoq; sit vtilis;vt in casu d. l.is,qui.§.1.& ibi vide. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

108 IN FACTVM, FVNERARIA, ad repetendum sumptum in funere factum.

HAec actio datur ei,qui fecit sumptus vtiles in funere alicuius mortui, qui sumptus spectabant ad alium : quia ad ipsos petendos habet hanc actionem. De hac habetur in l. si quis.§.hæc actio.ff.de reli.& sump.fu.Et ista impensa funeris præfertur omnibus creditoribus:vt habetur in l,impensę. eod.titu.& de hac etiam habetur in leg.si quis sepulchrum.§. prætor ait.ff.eod. in l.si filius.§. qui seruum.Secundo,quòd sit prætoria,est tex. in d.l.si quis sepulchrum . Tertio,in personã, ut suqrà.Quarto,rei persecutoria:ut d.l. si quis sepulchrum.& d.§.hæc actio. Quinto , quod in simplum , patet in proximè alleg.Sexto,stricti iuris,vt patet.Septimo, est perpetua: vt d.l. si filius.§.fin.Octauo,non datur hæredibus:ut d.§.fi.& eodem modo in heredes:ut ibidem.Nono,non infamat.Decimo,directa, licèt reperiatur vtilis quandoque : vt in casu l.si possessor.in prin.& l.fi.§.fi.eod.titu.& l. at si quis dum . Vndecimò, simplex.Vltimò, non contraria.

109 IN FACTVM, SI LOCVS SAcer, vel religiosus pro puro venierit.

HAec actio competit venditori, qui habens ius sepeliendi in aliquo fundo, fundum pro puro vendit emptori: quia si prohiberetur ab emptore cadauer inferre,habet hanc actionem ipse, & eodem modo si emptor construxisset aliqđ ædificium. Et eodem modo ipse venditor habet hanc actionem aduersus alium extraneum inferentem:ut aut tollat, aut præstet ei interesse. Et de hac est text. in l.ossa.§.si locos.& ibi vide tex.& glo.in uersicu.pertinent.ff.de reli. & sump.fune.& habetur in l.liberum.eodem titulo. Secundò, quod sit prætoria,est text.in dict.§.si locus. Tertiò,quod in personam,patet. Quarto,quod rei persecutoria,patet in d.l.liberum. Quinto, quod in simplum, patet ibidem:cùm detur ad interesse quanti interfuerit,prohibitum non,&c. Sexto,quod stricti iuris.Septimo,quòd sit perpetua,patet in d.le.liberum.Octauo,quod detur hæredibus,& in heredes:patet in dicta leg.liberum.argumen.l.si filius.§.fin.eodem titulo. Nono, non infamat.Decimò,directa. Vndecimò,singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

110 IN FACTVM, DE IVREIVRANdo, quando informiter iuratur.

HAec actio competit in casu: puta quia ego dico te debitorem meum in centum informiter, id est, simpliciter, non exprimendo,ex qua causa tu negas debere:tamen posteà defert mihi iuramentum an debeas:& ego iuro, quòd debes; hoc casu oritur ex hoc iuramento actio in factum: de qua habetur in leg.actori.C.de reb.credi. & iureiuran.& est tex.in §. item si quis postulante. Institu.de actio. Si verò esset formiter iuratum,tunc oritur actio,quæ appellatur iuratoria:de qua suprà dixi in suo loco.de qua vide gloss. in d.l.actori.& uide latè in l.si duo.§.si quis.ff.de iureiur. Secundò,quod sit prætoria,in dicto §.item si quis postulante.ibi iustissimè accõmodat continuãdo a §.præcedenti,vbi loquitur de prætoris, &c. Tertio, quod in personam, patet. Quarto , est rei persecutoria: cùm prosequitur,quod iuratum est. Quinto, in simplum : eodem modo.vide etiam in l. nam & posteà.§. primo.& §.fi.ff.de iureiur.Sexto,quod stricti iuris, patet. Septimo, quòd sit perpetua, potest probari ex eo, quod est persecutoria, per l.in honorarijs;de actio.& oblig.Octauo, quod detur hæredibus,& in hæredes, eodem modo per dicta l.in honorarijs. Nono,ꝙ non infamet,patet,Decimo, ꝙ directa. Vndecimo,singularis: licet aliquo respectu posset dici uniuersalis, si sit super hæreditate iuratum:iuxta l.sed & si possessori.§.fi.de iureiu. Duodecimò,simplex.Vltimò,non contraria,&c.

111 IN FACTVM, SI MVLIER ventris nomine in possessionem per calumniam missa dicatur.

HAec actio competit aduersum mulierem,quæ post mortem mariti dixit se esse prægnantem ; & sic petit se immitti in possessionem bonorum mariti, tãquam illa bona sint deuentura posthumo nascituro, quæ tamen mulier non erat prægnans in ueritate:vel si erat, non erat ex marito prædefuncto,& id per calumniam prosecuta est: vnde uerus hæres contra ipsam habet actionem ad omne suũ interesse, &c. de qua habetur in l.j.ff.si mulier ven.no. Secundo,quod sit prætoria, est text.in d.leg.j.§.hanc autem,Tertio,in personam,ut suprà. Quarto,est pœnæ persecutoria,ut d.§.hãc autem. Et hoc respectu mulieris non uerè hæredis. Quinto, in simplum,ut patet,cùm detur ad interesse. Sexto,stricti iuris, ut patet. Septimo, annalis est,d.§.hanc autem. Octauo,datur hæredibus,ut d.l.j.§.sub prætextu.In hæredem non,cùm sit pœnalis,& annalis.l.in honorarijs.Nono,nõ infamat. Decimo,directa. Vndecimo, singularis, Duodecimò, simplex. Vltimò,non contraria.

112 IN FACTVM, SI MVLIER QVAE missa erat in possessionem ventris nomine per calumniam, bonorum possessionem in alium transtulerit,vel qui ipsam habet in potestate.

HAec actio habet locum contra mulierem, uel eum, qui eam habet in potestate,in casu,quo mulier, ut supra est dictum, missa fuit in bonorum possessionem neutris nomine per calumniam, & posteà illam possessionem in alium dolo malo transtulit,quia cùm ille alius bona fide emit, potuit consumpsisse fructus, ad quos non potest conueniri. Item potuit esse non soluendo, quia consumpsit hæreditatem, &c. unde, quia vero hæredi contra illum non potest succurri, succurritur contra mulierem, uel eum, qui eam habet in potestate ad eius interesse.& de hac loquitur l.j. ff.si uẽ.no.mu.in pos. mis. ea.posses.dolo malo ad alium transla.esse dica.&c. Secundo, quod sit prætoria,est tex.in d.l.1.in princip. Tertio,ꝙ in personam,dic ut suprà.Quarto,quod rei persecutoria, est tex.in d. l.j.§.fi.Quinto,est in simplum, ut ibidẽ. Sexto, est stricti iuris. Septimo,perpetua,ut d.l.j.§.fi.Octauo,datur heredibus,cùm sit persecutoria,per d.l.in honorarijs. In hæredes non datur, nisi inquantum ad eos peruenit; argu.d.l.1.§. fi.in fin.& C.ex deli.defun.l.1. Nono,quod non infamet. Decimo,quod directa. Vndecimo, quòd singularis. Duodecimo,quòd simplex. Vltimò,non contraria, vt dixi in alijs.

113 IN FACTVM, QVAE DATVR aduersus tutorem,vel curatorem falsos, contrahentibus cum eis bona fide, si se tutorem,vel curatorem iactauerint.

HAec actio competit aduersus eum,qui falsò se asserit tutorem, uel curatorem , & sic contrahit cum aliquo nomine pupilli , uel minoris , & dictum contrahentem decipit, qñ minor uel pupillus possunt facta per eũ reuocare. Vñ ipsi

 contra-

contrahentibus ad eorum interesse est prodita hæc actio cõtra dictum tutorem, uel curatorem: de quo est text. in l. prima. & in l. nouissimè. ff. quod fal. tu. autho. Secundò, quod sit prætoria, est tex. in d. l. nouissimè. Tertio, quòd in personam: vt supra. Quartò, respectu rei est pœnæ persecutoria: secus est respectu actoris: vt est tex. cum glo. in d. l. nouissimè. Quintò, est in simplum, vt ibidem. Sexto, stricti iuris. Septimo, est annalis: vt l. huius actionis. §. has actiones. ff. eodem. Octauo, datur hæredibus: vt d. §. has actiones. In hæredes non: vt ibidē. Nono, non infamat. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimò, non contraria, &c. vt in alijs.

114 IN FACTVM, QVAE DATVR ipsi minori, ob hoc damnum passo.

HAec actio habet locum aduersus tutorem, vel curatorem, qui, cùm ipsi gesserint se pro tutore, vel curatore, vbi verè non erant, & cum aliquo contraxerunt, vbi præcedēs actio prouidet contrahentibus cum ipsis, hæc prouidet minori, vel adulto ad interesse, quod est passus ex tali contractu celebrato, per quem adolescens sit deceptus, & damnificatus. Et de hac est tex. in l. fi. quod fal. tuto. autho. Et in alijs fundamentis omnia, quæ in præcedenti dicta sunt, hic repetas, hoc excepto, ꝗ hæc est vtilis: quia non ex verbis edicti proficiscitur: vt habetur in d. l. fi. &c. Adde Barto.

115 IN FACTVM, ADVERSVS eum, qui dolum malum adhibuit, vt alius athoretur inscius.

HAec actio competit aduersus eum, qui per dolum fuit causa, vt aliquis authoraretur minori inscius, vt tutor, vel curator, vbi verè non erat: vnde pro interesse eius, qui authoratus fuit, & passus est damnum, datur sibi hæc actio cõtra illum, vt dixi dolosè persuadētem. Et sic ista tria remedia videntur concurrere in eodē casu, licèt diuersimodè. Primum datur aduersus gerentes se pro tutoribus vel curatoribus, vbi non erant. Secundum, ipsi minori aduersus eosdem. Tertium, ipsis gerentibus se pro tutoribus, vel curatoribus, & sic authoritatibus ducti dolosis persuasionibus. De hoc vltimò est tex. in l. huius actionis. ff. quod fal. tut. autho. & vide gl. in l. j. in gl. mag. eo. tit. In oībus alijs fundamētis, dicas vt suprà in duab. ꝓcedentibus. Bene verū est, ꝗ ista est vtilis, cū ad exemplum detur, secundū gl. in d. l. huius actionis. in prin. & ibi vide, &c.

116 IN FACTVM, EX EDICTO si quis omissa causa testamenti.

HAec actio habet locū aduersus hæredes instītutos, qui videntes facta esse plura legata in testamento, quæ nollent soluere, noluerunt adire ex testamento hæreditatem, sed ab intestato hæreditatem consequi, eò, quia erant filij, vel alij agnati proximiores: vel etiam, quia habuerunt pecunias ab alio, qui hæres erat legitimus, & proximior: vel a substituto: quia omnibus istis casibus ipsis legatarijs, & similibus ad cõsequenda legata est prodita hæc actio. De hac est text. in leg. prima, in princip. & quasi per totum. ff. si quis omis. cau. testa. vide gloss. in rubric. eodem titulo. & in leg. 3. vide Barto. in rubric. ff. eodem. & in materia Theoricam communem. in l. fin. eodem titulo.

Secundò, quòd sit prætoria, patet in leg. prima in princip. eodem titulo, licèt, vt antiqui dicebant, videtur ciuilis, id est, vtilis actio ex testamento. Et quòd vtilis dicatur, est text. in l. si quis pecunias. in princip. & in l. si non solùm. in principio. eodem tit. sed per hoc non sequitur, Appellatur vtilis: ergo non est prætoria: vt patet supra in multis. Tertiò, est in personam, vt in alijs. Quartò, est rei persecutoria, cùm prosequatur legata relicta, vt dixi. Et quod contineat rei persecutionem, est text. in leg. de libertatibus. §. hæredem. eodem titulo. Quinto, quod in simplum; patet, cùm solum rei persecutionem contineat. Sexto, est stricti iuris: vt d. §. actionum. Septimò, est perpetua: vt d. l. de libertatibus. §. actionum. Et ex alio patet, quia rei persecutoria. iuxta l. in honorarijs. de act. & oblig. Octauò datur hæredibus, ex eo quod est persecutoria. d. l. in honorarijs. Imò & in hæredes. d. l. de libertatibus. §. hæredem, de eo saltem quod ad eos peruenit. Nono, nō infamat. Decimo, non est directa, sed vtilis, vt sup. alleg. iuribus in septimo termino. Vndecimo, singularis, cùm detur ad singularia legata, vel fideicommissa: licèt etiam possit esse vniuersalis, iuxta text. in l. si seruum. §. institutus. ff. eod. titu. si quis omis. cau. testa. Duodecimò, ꝗ simplex, patet. Vltimò, non est contraria, &c.

117 IN FACTVM ADVERSVS publicanum.

HAec actio datur aduersus publicanos, id est, exactores datiorum, seu gabellarum, casu quo plus debito exigerent, quia ipsis plus debito solueretur, succurritur per hanc actionem intra annum in duplum, & post annum in simplū: & habetur in l. prima in princip. ff. de Public. Et qui sint publicani, vide in ead. l. §. publicani. Et procedit etiam hæc actio, si per seruos, vel famulos deputatos, ac publicanos plus debito exigeretur: vt in ead. l. §. familiæ. & dato quòd essent in simul plures publicani, qui plus exigissent, an teneantur in solidum, vel in parte: vide in le. si multi. eodem titu. Secundò, ꝗ sit prætoria, est text. in l. j. in princip. eodem titulo. Tertiò, ꝗ in personam, vt in alijs. Quarto, est rei, & pœnæ persecutoria, vt l. hoc edicto. in fine. ff. eodem titulo. Quinto, intra annum est in duplum eius, quod exactum est illicitè, vt dixi: post annum in simplum: & in duplo inest rei persecutio, vt est text. clarus. in d. l. hoc edicto. §. fina. ff. eodem. & dicta l. j. in princip. Et dato casu, quòd cogerent debitores ad soluēdum plus per vim, tenerentur in triplum actione vi bono. rapt. vt est tex. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de Public. Sexto, est stricti iuris. Septimo, quòd ad pœnam est annalis, vt patet: sed quò ad rei persecutionem, perpetua. vt dicta l. j. in princip. & l. sed & hi. §. fi. eodem titulo. Octauo, datur hæredibus, & cæteris successoribus; vt d. l. sed & hi. §. fina. In hæredes non datur, nisi in quantum locupletiores sunt: vt est glo. in d. §. fi. & est tex. in l. si publicanus. in princip. eod. titu. Nono, non infamat. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimò, non est contraria.

118 IN FACTVM ADVERSVS illum, qui sciens se esse liberum hominem, passus est se vendi emptori nescienti, &c.

HAec actio competit aduersus liberum hominem, qui sciens se esse liberum, passus est se ab alio uēdi emptori ignoranti, & sic non seruatis solēnitatibus, de quibus in gl. in §. fina. Institu. de iur. perso. quia non posset iste liber homo proclamare in libertatem ita de facili in damnum dicti emptoris: vt habetur in l. liberis in princip. & §. sequenti. ff. de libe. cau. Posset etiam dictus emptor contra dictum venditorem habere actionem ex empto ad suum interesse: vt est tex. in §. finali. Institut. de emptio. & vendi. de hac actione est bonus textus in lege rectissimè. ff. de liber. cau. Secundò, quod sit prætoria, est text. in dicta lege rectissimè. Tertio, in personam: proba, vt supra. Quarto, est pœnæ & rei persecutoria. vt leg. in tantum. cum duabus sequentibus. ff. de liber. cau. & l. vtique. Quinto, est in duplum. vt dicta leg. intantum. Sexto, est stricti iuris. Septimo, est annalis: vt dicta leg. vtique. & leg. non solùm. §. finali. Octauo, datur hæredibus, sed non in hæredes: vt leg. non solùm. in principio. & leg. vtique. in secundo responso. eod. tit. Nono, quod non infamet. Decimo, ꝗ directa. Vndecimo singularis. Duodecimo, quod simplex, &c. Vltimò, non contraria.

119 IN FACTVM ADVERSVS EVM, qui cùm esset in bonorum possessione, fructus vendidit, seu alienauit, quos percepit, vel rem deteriorem fecit.

HAec actio competit debitori aduersus creditorem suũ, qui fuit immissus in possessionem rei debitoris causa rei seruandæ, iuxta tit. ff. vt in pos. leg. & l. si finita. §. Iulianus. de dam. in fec. & l. 3. §. fi. ff. de acquir. possess. & iuxta tit. ff. quo lega. & tit. de bo. autho. iud. poss. quia si illam rem deteriorauit dolo malo ipse creditor, vel percepit fructus, quos cõsumpsit, &c. per hanc actionem ipsi debitori tenetur damnum reparare, & fructus restituere, &c. Et de hac habetur in l. prætor ait. in prin. §. fi. ff. de bonis authoritate iudicis poss. Adde doc. Et est addendum, quia hoc edictum in isto casu habet tria capita. Vnum de creditore non restituente fructus debitori. Aliud, si creditor absque dolo in ea rei fecit impensas, & sibi non reddat debitor, vel dolo malo fecerit, quod non teneatur reddere. Tertius est, si dolo malo res deterior facta est à creditore. quæ omnia colliguntur in d. l. prætor ait. in principio. In primis duobus capitibus actio ista in factum est perpetua, & datur hæredibus, & in hæredes. Sed in tertio capite edicti est annalis, cùm oriatur ex delicto: nec in hæredes datur, cùm ex delicto oriatur, &c. Ista omnia declarat text. in d. l. prætor ait. §. penultimo. & fin. cum l. sequenti, ff. de con. autho. iudic. pos. &c. Et sic hæc actio in factum potest tripliciter considerari, imò possunt dici tres actiones, sicut edictum habet tria capita: prout probat tex. in d. l. prætor ait. §. hæc actiones. quasi sint duæ actiones in primis duobus capitibus: vt etiam ibi declarat gloss. & in §. finali. dicitur de alia actione in factum, quæ datur in tertio capite edicti: & per hoc facias tres actiones: & in cellula primi capitis ponas rubricas hoc modo: In factũ aduersus eum, qui cùm esset in bonorum possessione, fructus consumpsit, & non restituit.

120 IN FACTVM ADVERSVS DEBITOREM, qui creditori impendendi in rem bona fide, impensas non restituit, & econtra.

121 IN FACTVM ADVERSVS CREDITOREM, qui dum in bonorum possessione esset, rem deteriorem dolo malo fecit.

ET quod oẽs sint prætoriæ, est tex. in d. l. prætor ait. in principio. Tertio, quod in personam: vt supra. Quarto, prima & secunda sunt rei persecutoriæ, vt patet. Quinto, dantur in simplum. Sexto, sunt stricti iuris. Septimo, sunt perpetuæ: vt d. l. prætor ait. §. hæ actiones. Octauo, dantur hæredibus, & in hæredes. vt dicto §. hæ actiones. Nono, non infamant. Decimo, directæ, quia ex verbis, & mente. Vndecimo singulares. Duodecimo, simplices. Et tertia discordat ab his, quia non est perpetua. Non datur in hæredes, nisi in quantum ad eos peruenit, licet hæredibus detur, cum sit rei persecutoria. Hæc omnia habentur in dicto §. hæ actiones. & §. fi. cum duabus legibus seq. In alijs concordat, &c. & sic multiplica duas actiones.

122 IN FACTVM CONTRA ILLVM cuius dolo malo damnum datum est per turbam, &c.

HAec actio competit aduersus illum, cuius dolo malo dãnum alicui in turba datum est, siue ipse fuerit author damni dati, siue dolo malo fecerit, quod alius daret: & datur domino aduersus talem intra annum, à die quo experiũdi potestas fuit in duplum: post annum in simplum. & dicitur hoc casu damnum dari, non cum res asportantur, sed si corrumpãtur, & frangantur, vel aliter perdantur: hæc omnia probantur in l. prætor ait. quæ est l. 4. in principio, & §. sequenti. & §. loquitur. & §. hæc actio. ff. ui bon. rap. Secundo, quod sit prætoria, est tex. in d. l. prætor ait. Tertio, quod in personam, ut supra. Quarto rei persecutoria. Quinto, in duplum intra annum, post annum in simplum, vt suprà dixi. Sexto, stricti iuris, Septimo, diuersimodè est annalis & perpetua, ut suprà. Octauo, datur hæredibus, sicut actio vi bonorum raptorum, vt probatur in d. l. prætor ait, iuncta l. 2. §. hæc actio. ff. eod. tit. Et licet actio ui bonorum raptorum in hæredes non detur. d. §. hæc actio. & ibi habetur cum hæc detur in hæredes, in quantum ad eos peruenit, secundum gl. in d. l. prętor ait. §. fin. licet tex. ibi repugnet: cum in hoc æquiparetur actioni vi bonorum raptorum, dic vt ibi. Nono, non infamat: quia non reperitur. Decimo, ꝙ directa. Vndecimo, quod singularis. Duodecimo, ꝙ simplex. Vltimo non est contraria.

123 IN FACTVM EX EDICTO, SI si quis testamento liber esse iussus sit, & post mortem domini ante aditam hæreditatem surripuisse quid dicatur.

HAec actio datur hęredi instituto aduersus seruũ iussum esse liberũ à testatore domino, qui seruus surripuit post mortem domini ante aditam hæreditatem aliquid de bonis hæreditarijs, quia tenetur restituere in duplum intra annum vtilem. Et de hac est tex. in l. prima, in prin. ff. si quis testa. lib. esse iuss. fue. Et secundum Sanctum Blasium hic debent tria cõcurrere, ut competat hæc actio: quod seruus dolo malo damnum dederit, & res surripuerit. Item ꝙ post mortem testatoris, Tertio, quòd ante aditam hęreditatem. Et hæc omnia probantur in rubric. & in l. j. §. non autem. vsque ad §. seruus. eod. tit. Vide per Bart. & doct. Secundo, ꝙ sit prætoria, est text. in d. l. §. hæc actio. ibi: honorariam. eod. tit. Tertio, ꝙ in personam, vt supra, Quarto, rei persecutoria. est, d. l. j. in prin. Quinto, est in duplum intra annum, ut dixi. Sexto, est stricti iuris. Septimo non est perpetua, sed annalis, vt suprà probaui. Octauo, datur hæredibus: vt d. l. j. §. pen. eod. tit. In hęredes non datur quia ex delicto venit, d. l. j. §. fi. & iuxta §. non autem Inst. de perpe. & temp. Nono, non infamat, quia non reperitur. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex, &c. Vltimo, non est contraria.

124 IN FACTVM DE INCENDIO, ruina, naufragio.

HAec actio competit aduersus illum, qui expugnata naue, vel per incendium, vel ruinam, vel naufragium aliquid rapuit: quia domino rerum datur hæc actio aduersus talem rapientem intra annum à tempore, quo experiendi potestas fuit in quadruplum, post annum in simplum: vt est tex. in l. j. in prin. ff. de incend. ruin. nau. & ibi vide. Secundo, ꝙ prætoria: uide tex. in d. l. j. in princip. Tertio, ꝙ in personam, vt suprà. Quarto, quòd rei & pœnæ persecutoria, vt patet. Quinto, in quadruplum intra annum in simplum, ut dixi. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, quod annalis intra annum, & post annum perpetua. Octauo, datur hæredibus, non in hæredes, nisi de eo quod ad eos peruenit: vt l. Pedius. §. fin. ff. eod. tit. Nono, non infamat. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex, & c. Vltimo, non est contraria.

125 IN FACTVM DE SEPVLcro violato.

HAec actio datur aduersus eum, qui ædificat vel habitat in sepulcro alterius, & datur ad ducentos ducatos. Et de hoc est tex. in l. 3. §. si quis in sepul. ff. de sepul. vio. & in eadem l. §. si quis in sepul. il. 2. Et iste est unus casus, ubi prouidetur per hanc actionem. Est & alius casus, quando quis violauit, vel corrupit sepulcrum: quia ei, ad quem res pertinet, datur hæc actio ad totale suum interesse, etiãsi excedat summam ducento-

ducentorum aureorum:& per hoc est tex.in l.pretor ait.in primo responso,ff.eod.& in eadem l.§.si quis in sepulcro. Et dato casu,ꝙ nullus sit,cuius intersit,& res ad nemine pertineat, tunc cuicunque volenti agere, datur ad centum ducatos hæc actio.Et ita intelligas istos terminos, licet aliter infrascauerit Sanctus Blasius.Et pro hoc est textus etiam clarus in l. sepulcri,eod.tit.

Et quæ pœna esset illi,qui in ciuitate faceret sepulcrum,vide in ead.l.§.diuus.Et corpora tradita sepulturæ,an liceat trāsferre:vide in ead.gl.§.non perpetuæ. Et quod dixi de violantibus sepulcrum,quòd teneantur ad totale interesse, c.istud est verum,si dolo malo violauerunt, & non aliter;vt est tex.in d. l.tertia.§.prima verba.Item est actio popularis;vt d.l.tertia.§. fi.& infra dicam.Secundò, quòd sit prætoria, est text.in l.3.in prin.eod.tit.Tertio,quòd in personā,vt suprà.Quarto est pœnæ persecutoria.vt suprà patet.Quinto, potest dici in simplū, ex quo dominus prosequitur interesse: & eodem modo respectu pœnæ alio agente,vt patet.Sextò,quòd stricti iuris. Septimo,est annalis,cùm sit popularis.l.fin.de popu.actio.Octauo dato hæredi,vt quibuslibet de populo : cùm sit pupularis. Et eodem modo nec in hæredem datur, vide textum & glossam in l.fi.de populo.act.Facit, etiam quia datur magis ad vindictam,quàm ad rem familiarem;vt l.sepulcri.in fin.la.j.eodem titulo.& facit l.pen.eod.tit.Nono,quòd infamet,& infamiam irroget,est tex.in l.j.ff.eodem titulo. Et nunquam obliuiscaris de vna glossella.fi.in d.l.j.quia ita demum irrogat infamiam, si condemnatio sequatur & non aliter. Quod tene menti ad statuta.Et aliàs vidi obtentum dum essem scholaris Perusij in ardua causa.Decimo,est directa. Vndecimo,singularis. Duodecimo,simplex.Et vltimo,non est contraria.

126 IN FACTVM EX EDICTO prætoris,seu ex lege prætoria.

Haec actio datur ubicunque ex edicto, seu lege prætoria non datur certa actio,tunc datur in factum : sicut in simili dicimus,ꝙ quando ex aliqua noua obligatione actio nō datur,datur condictio ex illa lege;vt habetur in l.j.ff.de cond. ex leg.in l.si quis argentum.C.de dona.in l.si quis conductionis.C.loca.cum multis similibus.& vide glossam in §. aliæ.Institu.de act.& §.actionum quædam.Et de actionibus in factū, vide gl.in §.fin.Inst.de interdi.& gl.in rubr.ff.de præscr.verb. cum similib.Est bene verum,quod quidam hic habent circulum,scilicet de prætorijs stipulationibus,vt sunt stipulationes, quæ authoritate prætoris interponuntur; vt de damno infecto,rem ra.hab.iudi. sol.&c.quæ ad instar actionum sunt. Et possunt largo modo actiones dici: ut probatur in l.act.verbo. §.j.ff.de act.oblig.Sed quia ex omni stipu. agitur ciuiliter : vt Instit.de act.§.prætereà.ideo non est curandum,cum inter ciuiles de his dicendum sit, &c.& per hoc cum laude Dei sunt expeditæ prætoriæ. Adde alias prætorias, de quibus in fine operis dicetur.

Sequitur de ciuilibus actionibus.

127 RVBRICA DE ACTIONIBVS.

REI VENDICATIO.

Prima actio ciuilis sit rei vendicatio,sequendo arborem Ioannis,&c.Hæc actio datur illi,qui habet directū dominium super aliqua re mobili, vel immobili aduersus possessorem illius rei,vel etiam detentorem,& quemcū que habentem rei restituendæ facultatem: vide text. de hac in l.officium.ff.de rei ven.& in l.in rem.& in l.vendicatio. eo.tit. in §.j.Inst.de act.Et sic ille posſidens, siue detentans, tenetur rem domino restituere,iuxta l.qui restituere. ff.de rei vend.

Et solet semper dici,ꝙ rei vendicatio requirit duo extrema vnum ex parte agentis,quod est dominium. Aliud ex parte cōuenti,quod est possesio,siue detentatio, vt supra dixi.Ad qd vide tex,in l.in rem.& l.j.C.de aliena.iudi.mutan. causa fa.& vide Bar.in rub.ff.de rei vendic. Et qñ per hanc actionem res petuntur,quæ debeant exprimi in libello,vide optimū.text.& ibi Bar.in l.si rem.ff.de rei uendi.Et pro libello in hac actione vide Bar.in l.vbi autem. ff. de rei vendi.in l. Pomponius.§. de his.ff.de procur.Cautè est dictum,ꝙ detur hæc actio ad rem mobilem uel immobilem, & per consequens corporalē: quia incorporalia non possunt vendicari:ut habetur in l. uendicatio.ff.de rei uendi.Secundo ꝙ hæc actio sit ciuilis,probatur in §.sed iste.iuncto §.omnium.versic. aut cum eo. Instit. de act. Et probatur etiam in §.aliæ. a contrario sensu. licèt uideatur obstare tex.in l.j.in prin.ff.de rei vendi.dū dicit,ꝙ post actiones,quas prætor de uniuersitate proposuit, subijcit actio singularium rerum petitionis,quasi etiam ista sit prætoria, licet singularis.quod non restringit:& per hoc responde. Et iste est vnus modus,per quem consideratur rei vendicatio,scilicet directa.Est etiam alius modus,de quo infra dicam. Tertio quòd sit in rem:primo suadetur nomine suo.Secundo, probatur in terminis per tex.in d.§.omnium.vers.aut cum eo.Insti. de act. & in §.sic itaque.& in l.j.in prin.de rei vend.& in l.si in rem.& in l.in rem.eod.tit.Qnarto,ꝙ sit rei persecutoria, probatur in §.sequens.Insti.de act.ver.rei persequendæ.Quinto,ꝙ in simplū,patet primo,cùm sit rei persecutoria: & patet etiā quia rē tantùm cum fructibus prosequitur,licet aliter & aliter per naturam,scilicet possessionum:vt habetur in l. certum. C.de rei vend.& in l.cum in rem.ff.eod.Sexto,ꝙ stricti iuris, probatur in §.actionum.Instit.de act.eò, quia non connumeratur in illo §.vt dictum est supra in prætorijs.Septimo, ꝙ sit perpetua, probatur ex d.§.sed istæ.Insti.de act.iuncto prin.Insti. de perpe.& temp.act.licet hodiè quis titulo per tres annos in rebus mobilibus, decem, vel viginti in immobilibus,rem præscribat:vt Instit.de vsucap.in prin.Quando vero sine titulo vsque ad triginta:vt l.j.C.de vsucap.transfor. De his est gl. In perpe. & tem.act.in prin.in ver.constitutionibus.Octauo,hæredibus datur & in hæredes,vt possessorib.& ut in possessores:ut aliàs in Publiciana diximus:cùm detur domino,& contra posidētem:vt l.in rem.ff.de rei uendi.Nono, quod non infamet,probatur statim quod non expresè apparet:ut in Publiciana, & alijs dictum est.Decimo, de directa, ut probatur in §.aliæ.in fi.Insti.act.ibi:nullum habet directam,&c. Vndecimo, quod singularis.Duodecimo,quod simplex,&c.

Et his expeditis dixi esse alium modum,per quem consideratur rei uendicatio,quæ dicitur utilis.Et hæc actio habet locum contra eum,qui dum posideret aliquam rem, dolo desiit posidere:& sic cessante uno extremo, quod requiritur in rei uendicatione,ut suprà dixi,scilicet possesione, uel saltem detentatione,iuxta l.officium.& sic cum non posit dari directa,datur utilis:de qua habetur in l.finautem. §.sed his. ff. de rei uendicatio.& in rubri.eodem tit.per Bar. & doct. in rubr. C.eod.licet gl.in rubri.ff.eod.dicat,quod isto casu detur directa utiliter,quæ reprehenditur ab Vltramon. secundum Bart. ibi : pro quibus uidetur casus in l.electio. §. item si ex pluribus.ff.de noxa.in l.nec ulllam.§.si quis.de petitio. hæred. Bar. tandem ibi dicit posse teneri glo.eo,quia in actionibus realibus metimur ius ex persona actoris.l.1.§.1.si pars hære.pet.

Facit etiam ad hoc,quod habetur per gl.in §.sed istæ.Inst. de act.quod actio respectu actoris dicatur ciuilis, & non prætoria,&c.& econtrà.Et hoc per Bar.in dicto rubr.est no.ad q. silis sit contestata super directa,& postea reus desinat posidere,an posit sequi condemnatio ex eadē instātia : de quo ibi p eū,& per eundē in l.quanquam.§.Iulianus.de aqua plu. arce. Conclude igitur post multa, ꝙ hæc actio datur directo domino aduersus eum,qui dolo desiit posidere, siue dicatur utilis rei uendicatio,siue derecta utilis.uide latè in iuribus præallega.&c. In aliis fundamentis dicendum est, ut in præcedenti,excepto eo,quod hæc est utilis,& illa directa, tenendo contra gloss.&c.

128 IN REM CONFESSORIA.

Haec actio competit illi,qui dicit deberi fundo suo, uel ædibus,etiam sibi aliquam seruitutem realem,uel personalem ab alio,qui dominus fundi uel ædium,&c. & neget debere

debere aliquam seruitutē, vt sic mediante officio iudicis per hanc actionē ille talis negans seruitutem debere, cogatur ad præstandum patientiam præstita cautione. De hac habetur in §. æquā. Instit. de act. in l. 2. in princ. ff. si ser. vend. cum similib. Et istę act. non possunt competere nisi domino, & ista, & sequens: vt habetur in d. l. 2. §. hæc. & hoc mediante fundo, cum principaliter debeantur fundo, & mediante fundo, debeātur domino, iuxta l. qui in ale. in fi. de neg. gestis. & secundum Bartol. in d. l. 2.

Et quare dicantur confessoria, & negatoria, vide gl. & Bar. in d. l. 2. in prin. Et qualiter sit formandus libellus in hac confessoria, vide eundem Bar. ibi. & doct. latè in d. §. ęquè. Insti. de actio. Secundo, quòd sit ciuilis, probatur in d. §. æquè. iūcto §. sed istæ. Instit. eo. tit. Tertio, quòd sit in rem: probatur in d. §. æquæ. & in d. l. 1. & 2. in prin. ibi: in rem actio. Quarto, ꝙ sit rei persecutoria, proba per fundamentum, quod dixi suprà in rei vendicatione. Quinto, quod sit in simplum, eodem modo, ut ibi. Sexto, quòd stricti iuris, eodem modo. Septimo, potest dici perpetua: nam in vsufructu potest durare decē vel viginti annis inferendo ad præsentes vel absentes; vt hoc probatur in l. corruptionem. circa med. ibi, poterat eum præsentem, vel absentem excludere. iuncta gl. in versi. excludere. Et est text. magis expressus, & no. in l. sicut. C. de ser. & aqua. & idem est in cæteris seruitutibus, per illam l. not. Bene verum est, quod in vsufructu relicto municipibus currit spatium centum annorum: vt est tex. in l. an vsusfructus. & ibi vide glos. & doct. ff. de vsufructu, & secundum gl. ibi idem est si relinquatur ecclesiæ, iuxta l. fi. C. de sacrosan. eccl. Et in itinere ad sepulcrum, quod nō amittitur non vtendo: ut l. iter. ff. quēadmod. ser. amit. Octauò, ad hæredes non transit, cum in vsufructu sumus, per l. antiquitas. C. de vsuca. & l. corruptionem. & in §. finitur. Inst. eod. licet in alijs possit dici, ꝙ competat non tanquam hæredibus, sed tanquam dominis, cùm domino detur. d. l. 2. In hæredes non competit vt hæredes, sed vt prohibentes, vel possidentes & dominos: vt l. 1. ff. si ser. ven. cum sim. Nono, non infamat, ut suprà. Decimo, est directa, cū dn̄s agat. Vsufructuario vero, vel creditori non datur directa, sed utilis, per gl. in d. l. 2. §. j. & 2. & l. 1. & penul. ff. si vsufructu. pe. vide in d. l. 1. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimo, quòd simplex. Vltimo, non contraria.

129 IN REM NEGATORIA.

HAec actio datur per contraria à præcedenti, illi scilicet, qui negat se debere alteri, vel alteri fundo, vel ædibus aliquā seruitutem: de qua habetur etiam in d. l. 2. ff. si ser. ven. & d. §. æquè. versi. contra quoque. & versi. istæ. & ibi. latè vide, In omnibus alijs fundamentis, dicas vt suprà proximè dictum est, & per easdem allegationes.

130 IN REM PRAEIVDICIALIS. de libertate, & seruitute.

HAec actio consideratur dupliciter: Vno modo respectu eius, qui dicit aliquē esse seruum suū, qui tn̄ asserit se liberū, vel libertum. Altero vero modo respectu eius, qui cùm retineatur tanquā seruus, petit se pronuntiari ingenuū, vel ēt libertū: & sic nō seruū, contra illum, qui ipsum detinet. Et istis duobus casibus dicitur actio in rem præiudicialis de libertate, & seruitute: de qua est tex. in §. præiudiciales. ver. ex quibus ferè. Instit. de act. & ibi vide per scribentes. Secundo, quòd sit ciuilis, probatur in d. §. præiudiciales. ibi: legitimā cām. Tertio, ꝙ sit in rē, patet in dicto §. præiudiciales. ibi: in rē eē. Quarto, quod rei persecutoria, probatur ex eo. §. iunct. §. sequens. Inst. eod. tit. Quinto, quod in simplum, probatur ex eo quod rei persecutoria. &c. Sexto, ꝙ stricti iuris, patet. Septimo est ꝑpetua: quia viginti annis quis præscribit libertatē, & tuetur se, vt liberū posteà: vt l. 2. C. de præscriptio. long. tempor. quæ pro li. Et isto casu baptizamus ipsam perpetuā respectu eius, qui vult dicere se liberū. Et eodē modo est perpetua illi, qui dicit ipsum seruū: cùm nō ante pręscribat libertatem, vt iam dixi. Octauo, possumus dicere ꝙ detur hæredibus, cū rei sit persecutoria, iuxta l. in honorarijs. de actio. & obligatio. In hæredes non datur, nisi habita consideratione rerum, iuxta l. j. & 2. ff. ne de statu. defun. & C. eo. tit. l. 3. Nono, non infamat. Decimo, quod directa vtroque modo. Vndecimo, singularis. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non contraria.

131 PETITIO HAEREDITATIS.

ET antè, quam vlterius vadamus, est sciendum, quod Ioannes in arbore sua fecit rubricam ante istam actionem, & tres sequentes, videlicet de quatuor, quæ sequuntur sunt mistę vnde habetis scire, quod pro ter istas quatuor actiones, dicuntur mistæ: quia mistam causam habent tam in rem, quàm in personam: vt habetur in §. quædā. Instit. de act. & l. hæreditatis. C. de pet. hæred. Nā cùm veniant personales præstationes: vt l. puto. & l. his consequenter. ff. famil. ercis cun. & C. cōi diuid. l. 3. & l. 4. ff. fin. reg. Reales sunt, quia contra possessores dātur, vt patet, vel etiam, quia domino dantur, ut suprà in rei vendicatione est dictum, & in confessoria, &c. Et quod finium regundorum sit actio realis, probatur in l. 3. fin. regun. Quod petitio hæreditatis sit in personam, probatur in l. sed & si l. §. pe tit. ff. de pe. hær. Et ibidem probatur, quod ét in rem sit. Quantùm autem ad hanc petitionem hæreditatis, dicas quod datī illi, qui dicens se hæredem ex testamento, vel ab intestato, aduersus possidentem hæreditatem, vel bona hæreditaria pro hęrede, uel possessore etiā minimā rē, dictam hæreditatē, uel bona & res sibi restitui petit, & se ex testamento, uel ab intesta to hęredem declarari pro parte, uel in solidum, &c. De hac habetur in l. j. 2. & per totum. ff. de petit. hæred. Et ad iam dicta uide l. regulariter. & l. licet minimam. eod. tit. Et de restitutione hæreditatis, quæ accessoriè uenit officio iudicis mercenario, uide Bartol. & gloss. in l. j. & 2. & de eden. & in l. licet. ff. de pet. hæred.

Secundo, ꝙ sit ciuilis, probatur in l. j. ff. de bon. poss. hæred. pet. probatur in l. fi. prin. C. de pet. hęred. & l. item ueniunt. §. cum prædiximus. ff. eodem titulo. Ad hoc tn̄ fortiter vr̄ obsta re tex. in l. j. ff. si pars hæred. peta. ubi ur̄ innui, quod sit prætoria: quod intellige ut per gl. in d. l. si pars hæred. pet. quam sequit Bar. Tertio est mista, ut suprà promisi. & est text. expressus in l. hæreditatis. C. de pet. hęred. Quarto, quod sit rei persecutoria, patet ad sensum: cū hæreditatem, & iura hæreditaria ꝑ eam consequamur: ut habetur in l. item ueniunt. §. fi. & legib. seq. ff. de pet. hæred. Et ex alio etiam, cum sit in rem partim. §. sequens. Instit. de act. Quinto, quod sit in simplum, patet cum solum rei persecutoria, ut supra. Sexto, est bonæ fidei: cum expresse ponatur in §. act onum. Insti. de actio. & probatur in l. j. C. de pet. hæred. Septimo, est perpetua: ut d. l. hæreditatis. C. de petit. hæred. de quo etiā uide in l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. Octauo, datur hæredibus: ut l. 3. ff. de pet. hæred. & eodē modo in hæredes, saltem ut possessores, de quo in l. regulariter. ff. eod. tit. Nono, non infamat. Decimo, directa: ut probatur in l. item ueniunt. §. prætor. eod. tit. licet ut lis quandoque reperiatur: ut l. etiam. §. j. eo. tit. Vndecimo, uniuersalis: ut probatur in l. j. in prin. ff. de rei uend. Duodecimo, quod simplex, patet. Vltimo, non est contraria, &c.

132 FINIVM REGVNDORVM.

PRimo est aduertendum, quod hæc actio potest dupliciter considerari: Primo, ut sit directa, quæ cōpetit, qn̄ est contentio, de confinibus prædiorum rusticorum; & datur dominis prædiorū, quando uiderent se habere interesse super cōfinibus. De hac habetur in §. quędam actiones. Inst. de act. & in §. fi. de offi. iud. & in toto tit. ff. fi. regun. Et quando cōmodè cōfinia poni non possent, potest iudex toto terreno uni licitato ipsum alteri in pecuniam condemnare. de quo habetur in d. §. quædam. & in l. 2. in fi. ff. fin. reg. & d. §. eodem. cum seq. Inst t. de offi. iud.

Secundo modo consideratur, ut sit utilis, quod accedit, qn̄ ab una parte est prædium rusticum, & ab alia prædium urbanum: ut est tex. in l. 2. in prin. ff. fin. regun. Et est gl. in uer. confines.

fines.i d.§.qdã.& si hincinde sint domus,nõ pôt tũc agi finiũ regundorum,ut habetur in l.4.in fi.ff.fin.regun.& gl.in d.uer. confines.Et tunc recurretur ad alia remedia, prout etiam dicit sanctus Blasius hic,& bene.Et hæc actio dicitur descendere ex quasi contractu:ut in §.itẽ.Inst.de ob.q̃ ex quasi ꝯ. cũ si.

Secundo,quod sit ciuilis,potest dici eo , quia a prætore introducta non reperitur.Tertio,est mista:ut d.§.quædã. Quarto,rei persecutoria cũ sit etiam in rem.d.§. sequens . Quinto, est in simplũ,cum sit rei persecutoria.Sexto , stricti iuris,cum non sit in d.§.actionum.Septimo,est perpetua, & durat triginta annis:ut l.fi.C.fin.reg.Et etiam ut in hoc respiciamus naturam personalium,iuxta l.1.C.de anna excep.& gl.in d.§.quædam.in uer.erciscundæ.in fi.Octauo, datur hæredibus , & in hæredes.iuxta l.2.C.fin.reg.Nono , quod non infamet. Decimo,quod directa.Vndecimo,quod singularis. Duodecimo,ꝙ simplex,&c.Vltimo,non est contraria.

133 FAMILIAE ERCISCVNDAE.

HAec actio, ut præcedens , duobus modis consideratur. Primò, ut sit directa , quæ competat inter hæredes alicuius mortui ex testamento, uel ab intestato ad diuidendum hæreditaria bona,quæ à morte testatoris , & aditione fuerunt cõmunia , & pro indiuisiò possessa . De hac etiam habetur in d.§.quædam.Inst.de act.eo.tit.ff.& C.fa.er. Alio modo consideratur,ut sit utilis,qñ s.corpora hæreditaria sunt pro indiuisio cõmunia plurium bonorum possessorum de iure prætorio uel unius hæredis de iure ciuili, & alterius de iure prætorio: ut in casu,qñ restituitur ex Treb.Et de hac secũda tractãt Scribentes in d.§.quædam.& habetur in l.sed & eius. in §. familiæ.& gl.fi.& ibi uide.ff.fa.er.& uide in l. si ex asse.ff. eo.tit.& hæc actio semel intentata non potest amplius intentari: ut l.si filia.§.familiæ.ff.fa.erc.

Secundo,quod ciuilis , probatur in l.1.in princ.ff.fa.erc.cũ ex lege 12.tab.ueniat.Tertio,est mista.d.§.quædam . Quarto, ꝙ rei persecutoria:ut in proxima dixi.Quinto, in simplum,eo dem modo.Sexto ꝙ bonæ fidei, probatur in d.§.actionum. in l.non est ambiguum.C.fin.reg.Septimo, quod perpetua,probatur in l.j.C.de anna.except.Octauo , hæredibus datur,& in hæredes,ut in proxima dixi.Et etiam quia est persecutoria, iuxta l.in honorariis.de act.& obl.Nono,quod non infamet. Decimo,quod directa,patet,licet reperiatur etiam utilis, ut dixi & etiam in casu l.2.§.si quarta.ff.fa.erc.Vndecimo,quod uniuersalis,probatur:quia de uniuersitate hæreditatis,ut in petitione hæreditatis est dictum : quia hæreditas est successio in uniuersum ius,&c.iuxta l.nihil.ff.de reg.iu.Duodecimo , duplex est:ut d.l.2.in §.familiæ.& l.inter cohæredes. §.quia familiæ.eod.tit.in l.iudicium.ff.fi.regun.l.in his tribus. ff. de iudic.cum simil.Vltimo,non est contraria, ut patet.

134 COMMVNI DIVIDVNDO.

HAec actio habet locum inuicem inter eos , qui habent aliquam rem particularẽ,uel plures res particulares in communi , siue per uiam societatis , eò quod eas simul emerint , siue sine societate , eò quod simul sint sibi in testamento legatæ,uel donatæ.Vnde si unus uellet, quod alius diuideret secum,& alius nollet,cogitur per hanc actionem . De qua est textus etiam in dicto §.quædam. & in l.prima. & per totum. ff.cõi diuidun.& l.2.in principio.Et differt à præcedenti: quia illa habet locum,qñ habet diuidi hęreditas : hæc quando res particulares,ut iuribus pręallegatis.& etiam hæc, & superior descendunt ex quasi contractu:ut dicto §.item. Instit. de obl. quæ ex quasi contra. Et largo modo omni casu potest dici societas:ut d.§.item.

An autem ad diuisionẽ posset agi etiam actione pro socio, ut tenet gl.in dicto §.item.& Sanctus Blasius hic sequitur:cuius cõtrarium tenet gl.in l.1.ff.cõi di. & in illo tex. probatur, quia actio pro socio pertinet ad personales præstationes, &c. & etiam,quia potest remanere res communis etiam quod societas sit soluta : ut habetur in l.actionum.§.potest. ff. pro socio.Et hoc puto uerius contra gl.& Sanctum Blasiũ. Et quod hoc sit verum,patet in l.2.in prin.ff.cõi diui.dum dicit, quod etiamsi res cum societate sit cõis , datur cõi diuidundo : ergo non pro socio,& maximè per regulam,de qua in l.edita.C.de eden.quod de pluralitate actionum iudicamus , quatenus est expressum:vt not.in l.2.§.deinde.ff.de ori.iur. Et hanc opi.cõtra gl.in d.§.item.& per consequens cõtra Sanctum Blasium, postquam ita scripsi reperi tenere do.Ioan.Fab.& do.Ang.de Are.in d.§.item.ex dictis iuribus,&c.

Secundo,quod sit ciuilis,probatur: quia nõ reperitur à prætore introducta : & generaliter actiones à iure ciuili originem trahunt:vt habet in l.secunda.§.deinde.ff.de origi.iuris. Tertio,quod mista,habetur in d.§.quædam.Quarto,quod rei persecutoria,vt in præcedenti dixi.Quinto,quod in simplum,eodem modo.Sexto,quod sit bonæ fidei, est tex.in d.§. actionũ. & in l.4.§.hoc iudicium.ff.cõi diui. Septimo, quod perpetua, vt præcedens,& per eandem legem.Octauo,quod detur hæredibus,eodem modo, & in hæredes etiam datur d.l.4. §.sicut. Nono,ꝙ non infamet,vt sup.Decimo,quod directa:patet, licet utilis sit quandoque:vt l.si quis putans.in prin.& l.sed postquam,& l.in summa.cum simil.ff. cõi diui. Vndecimo , quod sit singularis,est tex.not.In l.per hoc.in prin.ff.eod.tit.Duodecimo,quod sit duplex,probatur in l.2.§.in tribus.eod.tit.Vltimo,non est contraria.

135 CERTI CONDICTIO GEneralis .

HAec actio competit,vbicũque ex aliqua obligatione potest peti certum,ut sciatur quid sit, quale , & quantum, in tantùm,quod eius rei solutio nõ possit variari:videtur tex. in l.vbi autem non apparet.in princ.de verb. oblig. per gloss. Bar.& omnes doct.in l.certi condictio.in prin.ff.si cert. petat. habetur etiam de hac Instit.quibus mod.recõtra.ob. in prin. Et an etiam possit per hanc actionem peti interesse , habetur in dictis iuribus.Et alias,cùm legerem hunc articulum , latè disputaui.Inst.quib.mod.recõtra.ob.in prin.post glo.fi.ibi.Et vt ibi dixi,licèt cõis opin.fit,ꝙ possit peti ẽt interesse per certi cõdictionem:tamen in disputando posset teneri cõtrariũ.

Et pro nunc breuiter in disputando primo adduco textum in l.3.in fin. C. de inuti.stipu. ubi pro interesse agitur in certi actione,id est,actione Ex stipulatu: non autem certi cõdictione.Patet dum dicit , ex stipulatu tuo.& dũ dicit, Ob incertæ actionis effectum . Secundo , videtur tex.in l.fi.ff.si quis in ius uoc.non ie.vbi dicitur, Incerti,cum eo agẽdum est in id,qđ interest : quam legem ita intelligit gl.ibi secundum primum & tertium intellectum.Tertio,videtur tex.in leg.si pœnam.ff.de verb.oblig.vbi secundum gl.cum habet peti interesse, agitur ex stipulatu,secũdum gl.ibi.Quarto,videtur tex.in l.liber homo.§.fin.qui incipit,decem.de verb.oblig. ubi si ego stipulor dari mihi,aut Titio decem,primo casu est certa stipulatio , secundò non,ratione interesse.Vnde dicit ibi gl.quod agitur ex incerto,id est,ex stipulatu,non autem certi condictione.Quintò,per text.in l.quod si nulla.ff.de leg.j.ubi hæres,qui extruxit domũ exustã,& soluit legatario, repetit expensas per condictionem incerti:& sic interesse expensarum.Sexto,facit tex.in l.si me præsente.§.cùm iter.ff. de condi.iud.vbi, si quis tradat iter in fundo per errorem , ad quod non tenebatur , condicit illud per condictionem incerti,tanquam sua intersit. Septimo vrget,quia in iudicijs respicitur forma petitionis : ut in l.si idem cum eo.§.fin.de iuri.omni.iud. Sed qñ petitur interesse, est incertum:ergo pro incerto non potest dari certi cõdictio. Et in circulis posses hanc sustentare , licet in decisiuis nõ sit à communi opin.recedendum.plura alia dixi quę nunc omitto, quia non est locus hic.

Secundo,quòd sit ciuilis,probatur,cùm per condictionem quis cogatur dare,aut facere:vt Inst.de act.§.omnium.& §.sic itaque.Et sunt personalissimæ:ut in d.§.appellamus.versi. per sonam.Instit.eod.tit.Et cum de istis fiat mentio in d.§.omniũ & postea sequatur §.sed istæ . dicetur ꝙ illæ præcedentes descendunt ex legitimis causis : ergo sequitur , ꝙ hæc sit ciuilis.

Tertio,

Tertiò, ꝙ sit in personam, patet in d.§.appellamus. ver.in personam. Quarto, ꝙ rei persecutoria, cũ semper quid certi persequatur, vt d.l.certi condictio.cum si. Quinto, quod in simplum, patet.cùm sit rei persecutoria. Sexto, quod stricti iuris, patet in d.§.actionem. Septimo, potest esse perpetua, & temporalis, & dari etiam hæredibus, & in hæredes, secundũ diuersitatem actionum quibus applicatur, & in quarum locum datur, cùm in his earum naturam sequatur, vt habetur in l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau. & in l.duob.§.exceptio. de iureiur.cum simil. Nono, non infamat, vt in alijs. Decimo, directa, vtroq; modo. Vndecimo, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non est contraria.

136 CONDICTIO CERTI specialis.

HAec actio secundùm communem opinionem competit pro mutuo solùm: quia datur illi, qui mutuauit rem mutuo aptam, quæ consistit pondere, numero, vel mensura: vt rẽ mutuatã in genere reddat cum eadẽ bonitate, & qualitate, & de hac habetur in l.cũ quid.ff.si cert.petatur. in rubri.eod. tit.& in l.2.Insti.qui.mod.recontra.ob.in prin.cum similibus: &, vt dixi, communis opinio est, ꝙ sit dare pro mutuo solùm hanc certi condictionem specialem, tamen in disputando posset attentari cõtrarium. Et primo pro hac parte est gl. in l.quoties.ff.de præscr.verb. Secundo, facit, quia de pluralitate actionum iudicamus, quatenus est lege expressum. l.2.§. deinde.ff. de ori.iur. Sed nulla lex dicit esse duas certi condictiones: ergo erubescimus sine lege loqui.§. cõsideremus. in Authen. de trien.& semis. Tertiò, lex semper loquitur in numero singulari dicendo certi condictio, sed numerus singularis est vno contentus.l.vbi numerus.ff.de testi.c.pluralis.de regul. iur.in 6. Quarto, si plures essent certi condictiones, haberent diuersa nomina, arg.l.si idẽ.C.de codicil. Quintò, vnaquæq; actio cognoscitur ex medio concludendi: vt habetur in l.nõ debet. ff.de dolo.in l.j.ff.de eden. sed semper cõcluditur, quia est certum: igitur. Sextò, lex abhorret plures actiones prouenientes ex diuersis causis.l.hæredes.§.de plurib.ff.fam.ercis.ergo multò magis, vbi est vnica causa, & persona. Septimò, potest ponderari tex.Inst.quib.mod.recontra.ob.in fin. prin.vbi dicitur: Actio oritur, quæ appellatur certi condictio, nec additur specialis, quod potuisset dicere, vt dixi in titul.de verb. oblig.in prin. facit in argu.cap.ad audientiam. de deci. Octauo, facit rub.ff.si.cer.pet.& de certi condictione, dic, vt de certi condictionibus, ergo, &c. Hæc & plura alia adducebam, dum legerem Paduæ Instit.quibus mod. recontra. ob.in princ. & in disputando posset hoc sustineri, licet non sit recedendum à communi opinione, &c. Secũdò, ꝙ sit ciuilis, proba per fundamẽtum, quod in superiori dixi. Et eodem modo quod sit in personam. Quarto, quod rei persecutoria. Quinto, quod in simplum, per eadem fundamenta. Sexto, quod stricti iuris, patet in d.§.actionũ. Septimo, est perpetua, cùm sit personalis, iuxta l.2.C.de constit.pec. Octauo, quod hæredibus detur, cùm persecutoria sit, iuxta l.in honorarijs. Quòd in hæredes detur, patet, cum ex cõtractu detur, iuxta l.ex contract. ff.de act.& obl. Nono, ꝙ nõ infamet. Decimò, directa, vtroque modo. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimò, non est cõtraria.

137 CONDICTIO TRITICARIA.

HAec actio datur, & potest competere ad omnes res mobiles, vel ĩmobiles, & tã corporales, quàm incorporales imò non solum ad omnia, sed etiam ad possessiones, excepta pecunia numerata, pro qua non potest dari hæc actio. De his omnibus vide tex.in l.1.& 2.ff.de cõdictio. tritica. Et licet certi condictio generalis detur etiam ad pecuniam, tamen nõ datur ad incertum: & sic se habent, vt excedentia & excessa: ut ẽt dicit sanctus Blasius hic, de quo vide in l. certi cõdictio.1 prĩ. ff.si.cer.pet. Quæ autem sit ratio, quòd triticaria non detur ad pecuniam numeratam: Bart.in d.l.j. eod. tit. ponit duas rationes: illa magis applaudit, quòd triticaria nõ datur ad res, quarum æstimatio non variatur de facili, vt est in pecunia. cum in alijs rebus æstimatio varietur de hora in horã, & in dies. Sed quare hoc ẽt, cogitabis, &c. In oĩbus alijs fundamẽtis, dicas, vt in proximis dictum est: & potes probare per easdem leges.

138 CONDICTIO OB CAVSAM.

HAec actio habet locũ, qñ aliquid est datum alicui, ut ipse aliquid aliud faciat vel det: & sic pp aliquam cãm de futuro, quo casu, si illud non fiat, & sic causa nõ impleatur, potest illud, quod est datum, repeti per condictionẽ ob causam, de qua loquitur totus tit.ff.de condict. ob causam. Et Sanctus Blasius hic reuocat in dubiũ, an condictio ob causam competat ex capite causæ non secutæ. Et eodem modo ex capite pœnitentiæ: & firmatis regulis ponit plures fallẽtias, quas per te vide. Nec insisto aliter, imò non lego ipsum, sed de his me remitto ad latè dicta per doct.in l.si pecunia.ff. de condi.ob causam.vbi est locus suus. In omnibus alijs fundamẽtis dicas, ut in prima, & secunda condictionibus diximus, per eadẽ iura.

139 CONDICTIO OB TVRPEM causam.

HAec actio cõpetit, qñ aliquis accepit aliquid turpiter, ꝙ alius dedit sibi decem, vt nõ faceret sacrilegiũ, vel homicidium: quo casu, cum turpiter recipiat: quia tenetur gratis facere, & à criminibus abstinere, iuxta tit.de.sica.& tit.de sacrileg.& ex parte dantis nulla est turpitudo.per hanc actionẽ possunt ab ipso illa decẽ condici. Et eodẽ modo econtra, si ex parte dãtis esset turpitudo, & ex parte recipientis non, ut in pecunia, quæ daret meretrici: quia nõ posset repeti: imò plus, ẽtsi esset aliquid meretrici promissum, posset agere ad illud. Item & tertiò, posset esse causa turpis ex parte utriusque, ut in casu l.mercedem.C.de condict.ob turp.causam.cum simi. Primo casu in pari causa turpitudinis, potior est condictio prohibentis. Ad hæc omnia singula singulis referendo, vide l.j.& 2.ff.de condict.ob turp.causam. Et ad illud de meretrice vide l.4.§.sed quod meretrici.eod.tit.& licet gl.ibi teneat, quòd ad promissum meretrix non posset agere, tñ Vltramonta. Cyn.& Bar.tenent contrarium, de quo ibi uide. In alijs fundamentis eodem modo, ut in prima condictione, dicas.

140 CONDICTIO SINE CAVSA.

PRimò scias, quòd hæc condictio aliqñ appellatur condictio incerti: ut in l.qui sine.ff.de condict.sine cã.sed cõiter dicitur sine cã, & cõpetit qñ quis promittit alicui, putans se teneri: vel soluit ex causa, q̃ licet videretur iusta, effecta est iniusta, vel ad non causam redacta. Vnde soluens, vel promittẽs potest repetere solutionẽ, vel facere se reponi in pristinum statum, in quo erat ante obligationẽ cõtractam: & hoc per hãc actionem, de qua in tit.ff.& C.de condictio.sine cau. in l.j.& 2.ff.eod. In alijs fundamentis eodem modo dicas, vt in prima condictione est dictum, &c.

141 CONDICTIO INDEBITI.

HAec actio competit aduersus illum, qui recipit aliquã solutionem alicuius rei indebitæ sibi, quæ tamen per errorem fuit soluta: quia cum non cõueniat naturali æquitat, quẽ locupletari cum aliena iactura, potest repeti. De hac vide in l. prima per totũ. & in l.nam hoc natura.ff.de condict.indeb.

Quotuplex aũt possit esse indebitũ, uide gl.& omnes in d.l. de condictio.indebiti. Et ubi cõpetit cõdictio indebiti, potest etiam competere condictio sine causa: vt probatur in l.prima. ff.de condictione sine causa.

Et ut perfectè intelligas terminos condictionis indebiti, reducas te ad cõem conclusionem, quòd debitum naturaliter tãtum, si soluatur per errorem iuris, non repetitur: & ita loquitur text.in l.fideiussor obligari.ff.de fideiuss.in l.naturaliter.ff. de condictione indebiti. Si verò per errorem facti, & tunc repetitur: & ita loquitur tex.in l.cum quis.C.de iur.& fact.ignorant.

rant.in l.error.C. ad legẽ Falcidiam. & in l. fideicommiſſum. C.de condictio.indebiti.& iſte error facti debet eſſe probabilis,prout habetur in l.error.& in l.regula. & in l. nec ſupina. ff.de iur.& fac.ignoran.aliàs æquiparatur errori iuris, ſecundum Bar.in d.l.cùm quis.in ſexta col.Fallit iſte articulus in pupillo,& furioſo,& cui eſſet bonis interdictum.l. interdictũ.ff. de cond.indebiti. Item in muliere : vt l.quamuis.§.interdum. ff.ad Velleianum.Si verò econtra eſt naturaliter indebitũ, ſed ciuiliter debitum:& tunc quocunque errore repetitur.l.ſi non ſortem.§.indebitum.& §.adeò.ff.de condictio.indebiti.Fallit qñ ſoluitur authoritate rei iudicatæ : quia nõ repetiť: vt l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.mand.l.prima.C.de cõdictio.indeb. Item ex cauſa tranſactionis.l.in ſumma. ff.de cõdictione indebiti.l.ſecunda.C. eod. tit. Itẽ fallit in caſu, ubi lis creſcit per inficiationem. l.ea.C.de condict.indebiti.§. fin. Inſtit.de obli. quæ ex quaſi contra.naſ.Sed in eo,quod dixi, ꝙ ciuiliter debitum ſolutum authoritate rei iudicatæ non repetitur. d.l.1. de cond.inde.iſtud intelligas cum quis non obtinuit ſententiam doloſè:quia tunc poſſet repeti,per tex.in l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iud.Adde tex.in l.in commodato. §.fi.& l. rem mihi. ff.commod.Adde tex.in l.2.ff.de condict. ſine cau.vide glo.in d.l.j.C.de condictio.indebiti.& gl.in d.l.rem mihi.Tertiò poteſt eſſe aliquid ſolutum,& ciuiliter, & naturaliter indebitum prout ſunt termini §.iſtæ quoque.Inſti. quibus modis recontra.ob.& iſto caſu quocunque errore ductus quis ſoluát,repetit:vt l.ſi me putem.in prin.ff.de cond.inde. Fallit in plurib.caſibus,quos ponit gl.in d.l.j.C.de condict.indebiti. Quartò poteſt eſſe quid ſolutum naturaliter,& ciuiliter debitũ, ſed indebitum per exceptionem dilatoriam,& temporalẽ,quocunque errore ſoluatur,non repetitur.l.in diem.& l.nã & ſi cùm moriar.ff.de condictione indebiti . Si verò eſt exceptio perpetua: & tũc aut eſt fauorabilis,vt Velleiani:aut odioſa, vt Macedoniani.primo caſu repetitur, ſecundo nõ:ut l. qui exceptionẽ. ff.de condictione indebiti . Limita ſecũdũ caſum,niſi ſit error facti probabilis:vt habetur in l.fin.ff.ad Macedonianum.Item illud de exceptione fauorabili fallit in exceptione epiſtolæ diui Adriani,quæ licet ſit fauorabilis,tamen ſi ſoluatur per errorem,non reperitur:vt l.ſi teſtamenta.§.an autem.ff.de fideiuſſoribus.Et qñ dubitaretur,quę exceptio adeſſet,tunc quocunque errore ſoluatur,repetitur.l.ſufficit.ff.de cõdictione indebiti.Sed dato,quod quis haberet exceptionem , quę eſt inducta ad rigorem iuris conſeruandum, vt exceptio ex epiſtola diui Adriani,exceptio litis pendẽtiæ, & exceptio fori,& quæ nõ tendunt ad perimendum obligationem , tunc quocunque errore ſoluatut,non repetitur.l.Iulianus.ff.de condictione indebiti.& d.l.ſi teſtamento.§.an autem.ff. de fideiuſſoribus.Et ita intelligas terminos huius condictionis indebiti . Quod tenementi ad titulum ff.& C.eodem.& vide ad hoc gloſſam ordinariam & magiſtrã in l.cùm quis.C. de iur. & fac. ignoran.& ibi Bar.qui illa ſequitur,reiectis opinionibus in cõtrariũ.In oĩbus alijs fundamentis dicas, vt in prima cõdictione dixi, &c.

142 CONDICTIO FVRTIVA.

HAec actio, ſiue cõdictio datur ſoli domino alicuius rei, quæ ſibi ab alio furata eſt, ad vendicandum dictam rẽ à fure,vel eius hæredibus,vt infrà dicã.nec per hanc præiudicatur alijs actionibus contra furem cõpetentibus. de hac habetur in l.prima & per totum. ff.de condictione furtiua. in §. fin.Inſtitut.de obligat.quę ex deli.naſ.& in §. ſic itaque.verſiculo,planè.Inſtit.de actio.Eſtque mirabile,quod quis cõdicat rem ſuam,& quòd petit ſibi dari à prætore rem ſuam,cùm ſit dominus,cõtra illud:quòd qui ſemel eſt dominus,non poteſt amplius effici dominus.d.§.ſic itaque.& §.ſed ſi rem.Inſti.de leg.ſed tamẽ odio furũ hoc eſt inductũ,vt omnis conditio cõtra eos degeneret.Vide gl.& doct.in d.verſ.planè.& nemo cõdicit rem ſuã,præterquàm à fure.l.fi.ff.vſufr.quemadmod.ca. Secũdò,quod ſit ciuilis,dic ut in prima cõditiõe dixi. Et eodẽ modo,quòd in perſonã,quod rei perſecutoria ſit,eſt tex.in l.ſi pro fure.§.cõdictio.ff.de condictio. furt. In ſimplũ eſt, nec ad pœnã datur.d.l.ſi pro fure. Stricti iuris eſt, ut patet. Perpetua eſt,vt in prima cõdictione dixi, cũ ſit in perſonã. Octauo,datur hæredibus:ut l.ſed nec legatarius.ff.de condi.fur. In hæredes etiã datur,d.l.ſi pro fure.§.pen.& fi.Et vnde naſcatur hæc actio,vide gl.in d.l.ſi pro fure.§.fi.in uer.ſucceſſoribus. & ibi doct.& uide in l.1.de act.& obl.Nono,nõ infamat infamia iuris,nec etiã fact.ut l.Cęſar.ff.de act. & obl. licet ſecundũ glo. ibi grauetur eius opi.apud homines,iux.l.honori.ff.de obſeq. Et idẽ dicit gl.in d.§.ſic itaque. uer.planè.in alijs tribus fundamentis dicas , vt in proximis præcedentibus , &c. In alijs. Non eſt contraria.

143 CONDICTIO EX LEGE.

HAec actio,ſiue condictio,habet locum , vbicunque aliqua lex ciuilis in aliquo caſu dicit dari actionem,vel nouam inducit obligationem:quia ſi nõ eſt expreſſum,qua actione agatur,agitur condictione ex illa lege.Vide in l.vnica.ff.de condi.ex leg.& in l.j.C.eodem titulo. vt in ſimili habetur, in l.ſi quis argentum.C.de dona.in l.ſi & me,& Titium.ff.ſi cer. pet.cum ſic in ſimili fuit dictũ in vltima actione prætoria.Vide etiam ad hoc gl.in §.aliæ.Inſt.de act.quia in pluribus caſibus varijs , & diuerſis põt cõpetere, ſecũdũ varietatẽ caſuũ, habitis duobus fundamentis,ſ.ꝙ ſit ciuilis, vt in prima condictione dixi,& ꝙ ſit in perſonam d.§. appellamus.ver.in perſonam.Inſtit.de actio.In alijs fundamentis , & diuiſionibus eã baptizare poſſumus ſecundũ naturã caſuũ & rerũ,quibus cõpetit.Vt igiť habeas aliquos caſus,pro quibus datur,dic quod competit pro ſacris vaſis venditis.l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccle.Item in terminis.c.ſępe.de reſtit.ſpo.Item in c.redintegranda.3.q.1.Item in l.inuaſor.C.vnde vi.Item in l.authoritatem.eod.tit.in l.fi.eod.tit. in l.ſi quis conductionis. C. loca.in l.non ob rem.C.vnde ui.d.l. ſi & me, & Titium. & d.l. ſi quis argentum.cum ſim.&c.

144 ACTIO AD EXHIBENDUM.

HAec actio competit vbicunque alicuius intereſt, rẽ aliquam mobilem, ſcilicet in publico demonſtrari,& exhiberi, ſi pro illa uelit cõtra aliquem agere uel contra ipſum, qui eam retinet.Et uel ꝙ ſit dominus , uel ꝙ non,non curatur, dummodo ratione intereſſe petat exhiberi : licet in caſu quis volens agere,habeat probare ſe dominum , & dicere ſe dominum:ut in l.3.in §.interdum.uerſi.Iulianus.ff. ad exhi. & gl.in d.l.3.§.j.De hac habetur in l.j.& 2.ff.eod. & in l.3. §.ſciendũ. eodem titulo.Et caſu quo quis nolit exhibere : tunc põt iurari in litem adhibita taxatione iudicis: ut d.l.3.§. præterea.

Et poſt hæc eſt ſciendũ,ꝙ in arbore Ioannis ante hãc actionem ponitur quædam notula,uidelicet , ꝙ hæc actio ſecundũ quoſdam ſit anomala,hoc eſt,non in totum realis,nec perſonalis in totum.Et poteſt argui ſic:ſi eſt perſonalis : ergo habet in rem obligationem,ex qua oriatur. & obligatio aut uenit ex contractu,aut quaſi:uel maleficio, uel quaſi:in quibus hoc nõ comprehenditur.Itẽ datur contra poſsidentem.l.3.§.fin.ff.ad exi.contra naturã perſonaliũ, iuxta §.omniũ. Inſti.de act.& ꝑ hoc nõ põt dici perſonalis. Non poteſt etiam dici realis , per tex.expreſſum in d.l.3.§.eſt autem.ff.ad exhi. Sed tñ teneas ipſam eſſe perſonalem,& oriri ex contumacia nõ exhibentis:ſicut alias contumacia punitur, ut iuribus uulgaribus. & facit ad hoc l.fi.ff.de rei uen.Item non obſtat, ꝙ contra poſsidentẽ detur:ut aliàs eſt dictum ſuprà in interdictis,quæ ſunt perſonalia:& tamen dantur aduerſus poſsidentem, &c.

Et ſic redeundo ad terminos,ꝙ ſit ciuilis, proba idem, qđ diximus in actione cõi diuidundo, &c.Tertio, ꝙ in perſonã, eſt tex. expreſſus in d.l.3.§. eſt autem. ff.ad exhi.Quarto, eſt rei perſecutoria:vt probatur in d.l.3. §.fin.Quinto,dať in ſimplum:cum ſimpliciter detur ad rem exhibendam ei, cuius intereſt:ut d.l.3.§.ſciendum.Sexto,quod ſtricti iuris, patet in d. §.actnioũ.Itẽ,quia eſt arbitraria:ut in §.prætereà. Inſtit.eodẽ titulo. Septimo, ꝙ ꝑpetua probať, cũ.ſit perſonalis.d.l.2.de cõſti.pec.l.j.de anna.excep.ſuprà dictũ eſt in proximis. Octauo, hæredibus,& ĩ hr̄des nõ dať:quia ſuis nominibus ipſi utũtur:& ſic hęredi nõ dať,ut hr̄di.Et eodẽ modo in hr̄dẽ, ut hæredẽ:niſi ex dolo defuncti ſit locupletior.De hoc eſt tex. in l.

de eo.

de eo.§.fi.ff.ad exhi.Nono,quod infamat.Decimo, quod directa:& probatur in l.si quis hominem.ff.eod.tit. Vndecimo, ꝙ singularis.Duodecimo,simplex.Vltimo, non contraria.

145 ACTIO EX EMPTO.

HAec actio datur emptori cõtra venditorem,vt rem venditam sibi tradat, si habet facultatem, vel saltem præstet interesse,iuxta ea,quæ habentur in l.j.ff. de act.emp. Et ẽt datur in casu euictionis rei ad interesse,vel duplum. si emptor fuit stipulatus.iuxta l.emptori.ff. de euic. & toto illo titulo.& C.eodem. Et in casu isto euictionis an detur directa actio ex empto,an verò vtilis:Bartolus declarat in l.Aristo.§.Labeo.ff. de dona.vide in dictis iuribus.&c. Secundo, quod sit ciuilis, probatur in l.proinde.in prin.ff.de ædi.edic.cum simi.Tertio, quod sit actio personalis, est text. in l.si in illam.circa fi. C.de act.emp.Quartò, quod sit rei persecutoria, probatur in §.sequens.versi.earum.Instit.de act.cùm sit personalis,& ex contractu veniat.Quintò,quod sit in simplum,probatur in §.omnes.ver.in simplum.Instit.de act.Sexto,quod sit bonæ fidei,est tex.in d.§.actionum.Septimo,est perpetua, cùm sit personalis,vt in suprà dictis,& in l.neque. C. qui non ob long.tempo. præscr.l.penul.C.de cõsti.pec.Octauo,datur hæredibus à fortiori,cùm etiam pœnales dentur; vt in §.non autem.Instit.de perpe.& tempo.act.& etiam cùm sit rei persecutoria. & ff.qđ met.cau.l.si cũ exceptione.§.satis. In hęredes ẽt datur: ut l.ex contractu.ff.de act.& obli.Nono,quod non infamet.Decimo, quod directa:quia ex verbis, & mente:licet quandoque vtilis reperiatur:vt ff.de act.empt.§.is,qui.cum simi.Vndecimo, ꝙ singularis.Duodecimo,simplex. Bene est verum, quod potest esse etiam vniuersalis, cùm competit pro vniuersa hæreditate empta,vt patet:& habetur C.de hære.vel actio.vendic. per totum,&c.Vltimò non contraria.

146 EX VENDITO.

HAec actio datur econtra superiori,scilicet ipsi venditori aduersus emptorem, ad precium rei conuentum sibi dandum:vt habetur in l.ex empto.ff. de act.empt.& in l.Iulianus.§.offerri.eodem titulo.Et si venditor nõ consideret de emptore,posset rem deponere penes tertiam personam,secundũ Bartolũ in l.si soluturus.ff.de sol.de quibus vide in d.§. offerri.Secundo,ꝙ ciuilis:à simili cũ præcedẽti patet:& proba per fundamentum,quod dixi in cõi diuidundo. Tertio, ꝙ in personam,probatur in l.j.C.de act. emp.Quarto, ꝙ rei persecutoria.Quinto, ꝙ in simplum, probantur hæc in l.Iulianus.§.ex vendito.de act.emp.& l.venditi.C.eodem titulo. Sexto,ꝙ bonæ fidei,probatur in d. §.actionum. In alijs fundamentis dicas,vt in superiori proxima dixi. Est bene verum quòd hæc ẽt reperitur quandoque vtilis.l.Iulianus.§.si procurator.

147 EX LOCATO.

HAec actio datur locatori contra conductorem; puta vt sibi soluat mercedem debitam, vel aliud interesse, uel etiam si esset finita locatio,& conductor non vellet rem restituere.De hac habetur in l.si tibi habitationem. ff.loca. & in l. præses.C.eodem titulo.& habetur Insti.loca.in prin.& in §.fi. eodem titulo.Vide bonam glo.in materia cum simi.Secundo, quod sit ciuilis,probatur l.j.ff.de superfi.& etiam in l.j.ff.loca. quia cùm sit similis emptioni, & venditioni, & ex istis dentur actiones ciuiles:eodẽ modo ex ista. Tertio, quod in personã: dic,vt in superioribus proximis:iuxta d.§.sequens.In alijs fundamentis dicas vt in duabus proximis.

148 EX CONDVCTO.

HAec actio competit à contrario à superiori in casu, scilicet,quia datur conductori contra locatorem;puta quod locator adimpleat contractum ex parte sua, & præstet patientiam, quod conductor posit re conducta frui. De hac etiam habetur in iuribus in proxima allegatis, & l.si tibi alienam.& l.si quis domũ.in prin.ff.loca.cũ similibus. In oĩbus alijs fundamẽtis dic,vt s̃.proxima, cũ nõ discordet.Et vide in termino bonæ fidei.l.aduersus.C.locati.& quod in hæredes.l.sed & ad de.§.ex conducta.ff.eod.& l.viam.C.eod. cum similibus.

149 ONERIS AVERSI.

HAec actio procedit in casu, quãdo quis conducit aliquã rem,& vltra naturam contractus, quæ facit ipsum teneri de dolo,lata culpa, & leui:iuxta l.si vt certo.§.interdũ.& §. nunc videndum.ff.de loca.Fuit etiã pactũ,ut teneatur conductor de quocunque periculo,siue aduersitate. & sic de casu ẽt fortuito:quia dato casu aduerso, ipse conductor tenetur locatori ex hac speciali actione, quæ dicitur oneris auersi: quod pactum potest vestiri interuentu rei, & etiam interuentu stipulationis,iuxta ea,quæ habentur in l.petens. & in l. bon. fid.C. de pact.& in l.iur.gent.§. quinimò.ff. de pact. Sed secundùm Azo.in sum.C.loca.hæc actio hodiè non habet locum, nec est necessaria, cùm hoc casu sufficiat actio ex locato: vt habetur in l.opus,quod auersione.& in l.in naue.ff.loca.Et Sãctus Blasius hic dicit,quod hoc potest esse verum, qñ pactum de suscipiendo onere fuit in continenti appositum, vt scilicet vestiat cohærentia contractus,& informet veterem actionem, & nouam locati pariat,iuxta d.l.in bonæ fidei.& d.l.petens.Secus, secundùm eum,esset, si tale pactum ex interuallo apponeretur,nisi legis auxilio vestiatur,iuxta l.legitimam.ff. de pact.ꝙ tñ relinquit cogitandum.Tu dic,vt dixi, quòd potest vestiri interuentu rei,& etiã põt ex interuallo cohærentia stipulationis iuxta ea quæ habentur in dictis iuribus, dic in iuribus pręalle. & hoc excepto, quòd non est bonæ fidei; dicas vt in superioribus,&c.

150 PRO SOCIO.

HAec actio datur vni socio contra alium sociũ, puta, qñ vnus socius nollet cõicare bona sua cùm esset societas omnium bonorum,vel etiam intulisset damnũ societati: quia per hanc actionẽ cogitur resarcire, & in multis similibus casibus,in quibus in tit.ff.& C.pro socio.& Insti.eo.per totum. Et hæc actio ex parte omnium sociorum est directa,cùm non mutetur nomen contractus,& contrahentiũ, secundũ gl.in l.consensu.ff.de act.& oblig.& est tex. expressus in §. ex quibusdã. Instit.de pœ.te.li.Et quòd dicatur actio pro socio,est tex.in §. in actionum.Instit.de act.& in l.tandiu.C.pro socio.Secundo, ꝙ sit ciuilis.proba,vt dixi in actione cõi diuidundo. Tertio,ꝙ in personam,eodem modo.Quarto.quod rei persecutoria,eodem modo:cũ veniat ex contractu.Quinto,quod in simplum, patet,cum sit rei persecutoria.Sexto, quod bonæ fidei,in d.§. actionũ.in l.2.C.pro socio. Septimo,quod perpetua,patet dũ est personalis.Octauo,quod hæredibus, & in hęredes detur, habes in l.Titius.§.in hæredes.ff.pro soc.& l.in actione.§.mortis.Nono,quod infamet,probatur in d.§.ex quibusdam.Instit. de pœn.te.liti.in l.j.ff.de infami. Decimo, directa.d.§.ex quibusdam.nec contraria est.Vndecimo,quod singularis.Duodecimo,quod simplex.Vltimò,non est contraria.

151 MANDATI DIRECTA, VEL contraria.

ACtio mandati directa,debes scire, quod datur domino, qui mandat alij aliquod negotium expediendum, & ille suscipit dictum mandatum: quia dominus per hanc actionẽ põt dictũ mandatariũ cogere ad reddendã administrationis rationem,& si in eo malè versatus est, &c.Contraria actio mandati datur ipsi mandatario, vt si quid de suo impendit, &c. posit à domino repetere. Et hinc est quod Iurisconsultus in rubrica dixit mandati vel cõtrà: quasi intelligat de directa & contraria actione mandati.& hoc casu bene procedit theorica gl.in l.consensu.de act.& obli.quod quando nomẽ descẽdit à nomine,nec variatur nomẽ cõtractus, ab vna parte actio est directa,ab alia contraria.De his duabus actionibus habetur Instit.de pœ.te.liti.§.item tutelæ. & habetur in d.§.actionum.

nũ. vide tex. in l.si fideiussor.& l.seq.in l. cùm per procuratorẽ.in l.etiam.C.man.& ff.man.l.si verò non reum.§.contraria.cũ si.Secũdo,quod sit ciuilis,probatur per ea,quæ dixi ĩ actione cõi diuidundo.Tertio,ꝙ in personã,probatur in l.mandati.in prin.C.de fideiuss.Quarto, quod rei persecutoria, patet cùm ex contractu veniat.d.§.sequens. ver.eorum. Quinto, ꝙ in simplum:quia simpliciter ad interesse datur: vt ff. man.l.si procuratorem.§.mãdati.Sexto, quod bonæ fidei. habetur in d.§.actionum.Septimo,quod sit perpetua, probatur.ff.man.l.si mandato.§.ille,qui. Octauo,quod hæredib. & in hæredes, probatur in d.l.mandati.C.man.in d.l.si verò non remunerãdi.§.fi.& legib.seq.cũ simil.Nonò,qñ sumus in directa, quod sit famosa:probatur in d.§.ex quibusdam. Instit.de pœ.te.liti. Contraria nõ infamat,vt ibi probatur à contrario sensu: vide etiam in l.in re mandata.C.man.Decimò,directa est, & contraria,vt dictis iuribus: licet quandoque vtilis sit: vt l.si mandauero.§.interdum.& §.si is,cui.ff.mand.cũ simi.Vndecimò, quod singularis.Duodecimo,simplex,vt patet,&c.

152 DEPOSITI DIRECTA, ET contraria.

Actio depositi directa datur domino, qui rem deposuit aduersus ipsum depositarium, id est,recipiẽtem rem in depositum.quia si nollet depositum restituere, per hãc actionem cogitur. Actio depositi contraria datur ipsi depositario, si quid fortè impendit in re deposita necessario,vel vtiliter:qa potest agere cõtra dominũ rei per hanc actionem,vt restituat: & in quo teneatur ipse depositarius in re deposita. De his omnibus vide in §.prætereà. Instit.quib.mo. re contra.ob.& d.§.item tutelæ.Instit.de pœ.te.liti.vide in l.j. ff. depo.& in l.si deposita.C.depositi.Et istæ ciuiles regulariter cõpetunt pro omni deposito,exceptis illis quatuor casibus tantùm, in quibus datur prætoria,directa scilicet & contraria.de quibus dixi inter prætorias:& habetur in l.j.§.Quod neque tumultus.ff.deposi.Secundò,quod sit ciuilis,dic vt in præcedenti. Et eodem modo,quod in personam:& est tex.in l.neque. C. qui.nõ obli.long.temp.præscr.& rei persecutoria.& in simplum:vt in præcedentibus dixi. Et rei persecutoria signatur in l.si hominem.§.datur.ff.depositi.Sextò.quod sit bonæ fidei, probatur in d.§.actionum.& in l.secunda.C.depo.& l.j.§.hanc actionem.ff.eo.Septimo,quod sit perpetua,patet ex eo, quod ẽ personalis, vt est dictum suprà in multis ciuilibus.Octauo, datur hæredibus,& in hæredes:d.§.datur: & l.j.§.hęc. & §. apud. & §.qui depositum.Nonò,directa infamat, licet contraria non,d.§.ex quibusdã.Decimò,est directa:& potest esse etiam vtilis, ut in præcedenti.Vndecimo,singularis. Duodecimò, simplex contraria est respectu contrariæ.

153 TVTELAE.

Haec actio datur pupillo finita tutela contra tutorem, vt reddat rationem de gestis,vel neglectis per eum in tutela pupilli.De hac habetur in §.actionum.Inst.de act.& in tot.tit.ff.de tu.& rat.dist.& in l.ex maleficijs.§. tu.ff.de act. obl.& in l.vbi.ff.de tute. & ra.distra. cum si. Et licèt Sanctus Blasius hic signauerit etiam contrariam actionem tutelæ,& eam dixerit ciuilem:tamen,si bene recolo, cõtrariam tutelæ ego signaui inter prætorias:& credo ꝙ sit xxix.act. & miror de ipsius exceptitia: cùm pro contraria sit specialis circulus inter prætorias,& inter ciuiles.De hac nullum signum reperies, etiã non eundo per ista mendicata suffragia. Quòd hæc contraria non sit ciuilis, sed prætoria,ibi dixi, & est tex.in terminis in l.j.in prin.ff.de contra.& vti.act.tu.Et ibi dixi,quod Sanctus Blasius istam contrariam dereliquit:& tunc video, ꝙ ipse fecit ductus eo errore, quia credebat ciuilem, cùm eam hic inter ciuiles ponat:quod,cum reuerentia,est falsum,vt vbi probaui,& hic: & contra ipsum teneas.Secundo,quòd sit ciuilis,proba vt dixi in actione cõi diuidundo. Tertio, quòd in personam.est text. not.in l.neque.C.qui.non ob.long.temp.præscr.Quarto,quòd rei persecutoria,primo patet ex eo, quòd ex quasi contractu. d.l.ex maleficijs.§. tutelæ.& Insti.de obl.quæ ex quasi contra. §.item tutelæ.Quinto,quòd in simplum,probatur in l.secunda.& l.quicquid.C.arb.tu.Sexto,quòd bonę fidei,probatur in dicto §.actionum.cum simi.Septimo,perpetua est:vt d. l.neq;.C.qui nõ ob.long.temp.præscr.in l.tutores.C. arbi.tute. Octauo,quòd hæredibus,& in hæredes,probatur in l.tutelæ. C.arbi.tut.& l.j.§.hãc actionẽ.ff.de tutel.& ra.distr.Nono, ꝙ infamet hæc directa ciuilis,est textus in §. quibusdã. Insti. de pœ.te.liti.Decimo,est directa:vt d.§.ex maleficijs: & §.Sed quandoque reperitur vtilis:vt l.cùm tut.& l.alterius. ff.de tut. & ra.distr.Vndecimo,quòd singularis.Duodecimo, quòd simplex, &c.Vltimo,non est contraria.

154 COMMODATI DIRECTA & contraria.

Actio commodati directa datur illi,qui alteri rem aliquã commodauit,vt rem restituat nec deteriorem restituat. Et de hac habetur in §.item is.Instit. quibus modis recontra.oblig.& in toto titulo ff.& C.cõmod.in l. penultima. De contraria actione commodati.vide in l.in commodato. §.primo.ff.commod.Et hæc competit ipsi commodatario, si quid in re còmodata utiliter,vel necessario impendit.vide in præallegatis iuribus.Et in re commodata in commodatarium non trãsit dominiũ,nec possessio. & habetur in l. rei commodatæ cũ l.sequenti.ff.com.Secundo,quod sit ciuilis,in personam,& rei persecutoria,& in simplum:dicas,vt in præcedentibus.Sexto, quod sit bonæ fidei,est textus in d.§.actionum. Septimo, est perpetua,cum sit personalis,vt in pluribus dixi. Octauo datur hęredibus,cùm sit rei persecutoria.d.l.in honorarijs. In hæredes etiam datur:vt l.tertia.§.hæres.ff.commodati.Nono, non infamat,cum non reperiatur.Decimo,est directa. vt patet, & probatur in l.3.si filio commoda.licèt utilis quandoque reperiatur: vt in d.l.tertia.in principio.Contraria reperitur, vt dixi.Vndecimo,singularis.Duodecimò,simplex.Vltimo, contraria respectu contrarię,&c.

155 PIGNORATITIA DIRECTA, & contraria.

Actio pignoratitia directa datur ipsi debitori contra creditorem,ut rem pignoratam restituat, satisfacto sibi de credito.De qua habetur in §.fin. Instit. quibus modis re contra.obligatio.in l.si rem.§.omnis.ff.de pignoratitia actio. Ponunt Scribentes in §.item Seruiana.Instit.de actionibus. Et an nascatur hæc actio antè, quàm sit satisfactum creditori: gl.in d.§.fin.in ver.pignoratitia.tenet, quòd non.de quo tamen ibi vide,& in d.§.omnis. & in d.§.item Seruiana. & in l. si rẽ alienam.ff.de pigno.actio.

Cõtraria actio pignoratitia datur creditori aduersus debitorem, quo casu creditor aliquid utiliter, vel necessario in re pignorata impẽdisset.De hac habetur in l.tutor.§. contrariã.ff.de pigno.actio.& in l.si seruos.eodem titulo. Et debent esse sumptus mediocres:cum nimis onerosus creditor audiri non debeat:& econtrà,nimis delicatus debitor: vt d.l.si seruos.in fine.Et quod reperiatur contraria,& directa pignoratitia, demonstratur ex rubr.ff.dum dicit,De pignoratitia actione. vel ecõtra.Et ꝙ pignoratitia à Seruiana differat, vide in d.§. itẽ Seruiana.Instit.de actio.&c.Secundo,ꝙ sit ciuilis,proba,vt dixi in actione cõi diuidundo.Tertio,ꝙ in personam, est tex.in l.fin.C.de dist.pign.Quarto,ꝙ rei persecutoria, patet in d.§.fi.Insti.quibus modis econtra.oblig.Et eodẽ modo,qui in simplũ:& probatur in l.si rem alienam.§.fi.ff.de pig.act.Sexto,ꝙ sit bonæ fidei.probatᷣ in d.§.actionum.Septimo, quod perpetua,patet,cũ sit personalis.dl.penultima.C.de cõstit. pecunia.& l.ne creditores.C.de pign.actio.Et probatur in d.l.fin.C.de distr.pig.Octauo,datur hæredibus,cũ sit persecutoria: & eodem modo in hæredes,cũ ex cõtractu sit.l.cõtractu. de actionibus & obligationibus.Nono,non infamat.Decimo,est directa,vt patet, licet quandoque reperiatur vtilis: vt l.rem in alienam.in fine.ff.de pigno. actio. Contraria etiam reperitur, ut probaui.Vndecimo,singularis.Duodecimo, simplex.Vltimo, non contraria respectu contrariæ, &c.

PRAE-

156 PRAESCRIPTIS VERBIS æstimatoria.

HAec actio competit aduersus eum, qui accepit aliquã rem à domino, ut ipsam venderet pretio ex conuentione restituto, & dictam rem æstimatam recepit tali æstimatione, qua posset emptionem facere. Vnde si recipiens talẽ rem, ipsam tollet restituere, vel habere pro se ita æstimatam, & ad rem restituendam, uel ad pretium per hanc actionem cogi potest: nec habet locum ex vendito propter æstimationem rei: nec etiam ex locato, quasi uideretur locasse operas ad eam rẽ vendendam: nec etiam mãdati. De quibus omnibus vide tex. in l. 1. ff. de æsti. actio. per totam l. habetur in §. actionum. Inst. de act. & in l. si gratuitam. §. si margaritas. ff. de præscrip. verb. cum simi. Secundò, quòd sit ciuilis, probatur in d. l. 1. ibi, ciui le negotium. Tertio, quòd in personam, proba, cùm ex contractu veniat: vt d. l. 1. §. sequens. & ver. earum. Insti. de act. Quarto, quòd rei persecutoria, & eodem modo quod in simplum, probatur in dicta l. 1. in fine. de æsti. actio, Sexto, quòd bonę fidei, probatur in d. l. unica. & dicto §. actionum. Septimo perpetua est, cùm sit personalis: vt supra in pluribus est dictum. Octauo, quòd hæredibus detur, & in hæredes: probatur: quia persecutoria & ex contractu: ut d. l. ea contractu. & d. l. in honorariis. de actionibus & obligationibus. & d. §. non autem. Insti. de perpe. & temp. act. Nono, non infamat. Decimo, directa, licet sit quandoque vtilis: ut d. l. 1. ff. de æsti. act. Nec est contraria. Vndecimò, est singularis. Duodecimo, simplex. Vltimò, non contraria, ut patet.

157 PRAESCRIPTIS VERBIS EX permutatione.

HAec actio competit, vbi quis cum alio conuenit de permutanda aliqua re, & rem dedit: & sic contractum ex parte sua compleuit, sed ille alius renuit: vnde subuenitur illi qui rem dedit, per hanc actionem, vt ille alius seruet contractum, & sic det rem, quã promisit, vel saltem rem sibi datã restituat. de hac vide in l. 1. §. fi. ff. de rerum permuta. & uide in d. §. actionum. & vide in glo. no. & vide in l. ex placito. ff. de rerũ permuta. Et in quo differat hæc ab actione præscriptis verbis, quæ datur pro contractu, Do ut des. Sanctus Blasius refert hic, & benè Bar. in d. l. 1. ff. de rerum permuta. & ibi vide. Et vide Scribentes in d. §. act. post gl. ibi. Secundò, quòd sit ciuilis, vide tex. in l. rebus. C. de rerũ permu. cũ si. Tertio, quòd in personam, d c vt in superioribus. Quarto, quod rei persecutoria. Itẽ, & quinto, quòd in simplũ, probatur ex supra scriptis: nã cùm ad interesse detur, ut d. l. rebus, vel ad rẽ tradendam, vel rem datam recuperandam, ut etiam probatur in l. cum precibus. C. de rerũ permu. Sexto, quòd sit bonæ fidei, probatur in d. §. actionum. & in l. permutationem. C. de rerum permu. Septimo, est perpetua, cùm sit personalis. Octauo, quod detur hæredibus, & in hæredes: patet, cùm sit rei persecutoria, & ex contractu: ut in pluribus dictum est. Nono, quòd non infamet. Decimò, quòd directa, probatur in dicta l. rebus. Vndecimò, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimò, non contraria.

158 PRAESCRIPTIS VERBIS, quæ in multis casibus admittitur.

HAec actio præscriptis uerbis, quæ aliàs dicitur in factũ, competit in multis casibus, quos enumerare esset potius laboriosum, quàm subtile. Nam primò competit, & datur loco cuiuslibet interdicti, ut suprà in omnibus interdictis uidimus: vt est textus in fine. & ibi glossa magna in proposito. Insti. de interdic. Item datur ex omnibus pactis nudis incontinenti appositis iuxta contractum: vt habetur in l. petens. in l. bonæ fidei. C. de pactis. in lege secunda. C. de pactis inter emptot. & l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis. cum sim. Et quare sic appelletur, uide glo. solennem in rub. ff. de præscrip. uer & uide aliam glossam in materia magistram. in l. quoties. eo. ti. Item competit vbicunque æquitas suadet actionem dari, iuxta l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. cum simi. Et in aliis fundamentis opus est eam baptizari secundũ naturam rei, pro qua datur: vt potest colligi ex his, quæ diximus in materia interdictorum: vt sic surrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum surrogatur. iuxta l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. cum sim. vide in hoc doctores.

159 IN FACTVM EX RE IVDICATA, quæ etiam dicitur iudicati.

HAec actio datur illi, qui habuit sententiam pro se in iudicio contra reum condemnatũ, vt ipse soluat id, in quo per sententiam fuit condemnatus. Et licèt multi appellent eã in factum, per l. actori. C. de reb. cred. & iureiur. & hoc tenet gl. in omnibus partibus iuris ciuilis: vt in dicta l. actori. & l. miles. §. 1. & l. in iudicati. ff. de re iudicata. Item tenet gl. in cle. si. de appel. idem Bar. in d. l. miles. Sed in contrarium tenet Bart. in l. nam & posteà. §. fin. ff. de iureiur. scilicet, ꝙ dicatur actio iudicati, non in factum. & ad l. actori. est in factũ propter augmentum. & hoc puto de iure uerius, vt probatur in multis iuribus, in l. 4. & d. l. miles. §. qui iudicati. & §. fin. & d. l. in iudicati. ff. de re iudi. vbi omnes text. habent actionem iudicati, non autem in factum. Et hanc opin. aliàs sequebatur legendo d. l. miles. do. Petrus Paulus de Rayneriis de Perusio.

Et quibus modis fiat & possit peti executio sententiæ, vide Bar. in l. intra dies. ff. de re iudi. & Ang. in repe. l. 1. C. de iudic. quem etiam allegat San. Blasius hic. Secundò, quòd sit ciuilis: proba, ut in actione communi diuidundo. Et eodem modo, ꝙ in personam, & rei persecutoria, & in simplum. & uide in d. l. miles. §. fi. Sexto, quod sit stricti iuris, proba ex d. §. actionum. Septimò, quod perpetua, est tex. i d. l. miles. §. fi. Octauo, quod hæredibus, & in hæredes: probatur ibidem. Nono, quod non infamet. Decimo, directa: licet videatur utilis. per text. in l. j. ff. de re iudi. quod tamen intelligas. vt ibi. Vndecimò, singularis, nisi ad vniuersitatem detur iuxta tit. C. de hære. vel act. uendi. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contraria.

160 EX STIPVLATV PRO DOTE.

HAec actio est reciproca, viro scilicet, & uxori. Viro, quãdo ipse non recepisset dotem, sibi promissam, vel à muliere, uel patre, vel alio: quia per hanc actionẽ potest ipsam petere. Vxori, patri, uel alii competit, quando esset solutũ matrimoniũ morte uiri, vel quouis casu, vel etiã constante matrimonio marito uergente ad inopiam, uel in simili casu, ad repetẽdã scilicet dotẽ marito datam. De hac latè per omnes in l. 2. & l. si constante. ff. sol. mat. in l. in rebus. & in l. ubi adhuc. C. de iu. do. in l. vnica. C. de rei vxo. act. in d. §. actionum. Inst. de act. siue in §. fuerat. Et sic pro dote recipienda, vel repetenda datur actio ex sti; ulatu, intantum quòd etiam si stipulatio non interuenisset, cùm ius eam præsumat præsumptione iuris, & de iure nihilo minus hæc actio competit. De quo in dicta leg. unica. in prin. C. de rei uxo. actio. Et hoc est unum speciale in dote de pluribus aliis priuilegiis. San. Blasius se remittit ad tractatum suum, quem de dotis priuilegijs edidisse dicit. vide latè per doc. in l. 1. ff. sol. mat. post Bart. ibi maximè per dominum meum, dominum Petrum Paulum, de Rayneriis, ibi, qui cumulat centum decem & octo priuilegia: & uide ad dotes tractatum aureum conditum per dominum meum, do. Bal. de Bartolinis de Perusio nostræ Academiæ principem. Secundò, ꝙ sit ciuilis, probatur in d. l. unica. in prin. C. de rei uxo. actio. cùm introducatur à lege ciuili. etiam si non intercesserit stipulatio, vt dixi. Et actio ex stipulatu est ciuilis: vt in §. præterea. Institu. de actio. Tertio, quòd in personam, & rei persecutoria, & in simplum: patet cum ex cõtractu, & dotem prosequatur, & non plus. Sexto, quod sit bonæ fidei, patet in dicto §. actionum. siue in §. fuerat. & dicta l. unica, cum simi. Septimo, perpetua, cum personalis: ut in multis dixi. Octauo, quod hæredibus detur, probatur in d. l. vnica. §. & hoc. cum simi. In hæredes: ut l. rei iudicatæ. §. 1. & l. etiam. in principio. ff. soluto matrimonio. Nono, non infamat. Decimo, directa: licèt utilis reperiatur quandoque. ut l. Caius. post medium. ff. soluto matrimonio. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, &c.

161 AQVAE PLVVIAE ARCENDAE.

HAec actio competit aduersus eum, qui volens construere in suo prædio aliquod ædificium, impediuit cursum aquæ pluuialis, quæ exinde fluere solebat: vel etiam fossam, in qua aqua recipiebatur, restagnare permisit, intatum quod est nocitum prædio alterius vicini, vel cuiusuis: quia per hac actionem talis constituens compellitur opus destruere, vel emēdare, vt aqua uicino non noceat, & expensis suis, scilicet aquam ad solitum cursum reducat: & hoc, quando quis manu sua cōstruxit ædificium. Si verò alius id fecisset, tunc dominus prædij cogitur præstare patientiam demoliendi, &c. Hæc omnia sunt clara, & habentur in l.j.§.j.& §.in summa. & in l.in summa.§.primò.& l.si tertius.§.fin.ff.de aqua plu.arcen.

Et est aduertendum, quod ita demum procedit hæc actio, si aqua nocet prædio. Nam si noceret alicui ædificio, tunc non habet locum hæc actio. Iste est tex. no. quem semper tene menti in materia in d.l.j.§.item sciendum.el 2.ff.de aqua plu.arcen. Et quæ aqua debeat esse, vt actio locum habeat, vide in dicta l.j.§.in summa, &c. Secundò, quod sit ciuilis, proba, vt est dictum in actione communi diuidundo. Tertio, est in personam, ut dicta l.si tertius.§.aquæ. Quarto, est rei persecutoria: & eodem modo in simplum, cùm & operis destructionem prosequatur, & reparationem cursus antiqui ipsius aquæ, & damnum contingens simpliciter: vt dixi per d.l.j.in prin. & l. quanquam in fi.prin.eod.tit. Sexto, est stricti iuris: vt d.§.actionum. Septimo est perpetua: quia personalis. Octauo, hæredibus datur, cū sit persecutoria: ut in pluribus est dictum. Et eodem modo pōt dici, quod sit in hæredes, per §.non autem. Insti.de perpe. & tempor.action. Nono, quod non infamet, patet, dum non reperitur. Decimo, directa: licèt aliquando reperiatur vtilis: ut l.in summa.§.Item Varus.& l.si vsusfructus. in fine principij. eodem titulo. Vndecimò, quod singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non contraria.

162 DE PASTV PECORIS.

HAec actio est aduertenda, quod cōsideratur dupliciter: vno modo, quando animalia alicuius ab eo depasta sunt in fundo alicuius frumentum, hordeum, & similes, vel in quoscūque fructus damnum dederunt: nam dominus animalium tenetur vtili actione de pastu pecorum ad interesse damnū passo. Alio modo consideratur in factum de pastu pecoris, quando scilicet fructus alterius cadunt in fundum vicini, qui immisit sua animalia ad pascendum illos fructus. De ambobus est textus uuicus in iure: in l.qui seruandarum.§.fina.ff.de præscriptis verbis. vide glossam in l.finali.C.ad legem Aquiliam. Et secundum Sanctum Blasium hic, & benè, hæc procedunt, quando animalia à domino immissa vt suprà, non aliter dolo malo depasta sunt: quia daretur tunc ad exhibendum actio: vt habetur in l.Iulianus.§.glans. ff. ad exhib. licet contra hoc videatur facere textus in dicta l. finali. C. ad legem Aquiliam ibi, iniuria. iuncto intellectu glo. ibi, quæ vult quod habeat locum de pastu pecoris, &c. Secundo, quod ciuilis, patet dum venit ex lege XII. tab. dicta l.qui seruandarum.§.finali. non dico de ea, quæ est in factum. Tertio, est in personam, cùm ueniat ex quasi delicto, vt patet. Quarto, est rei persecutoria, & in simplū cùm ad fructus uel ad interesse detur, vt dixi suprà. Sexto, quod stricti iuris, patet in dicto §.actionum. Septimo, perpetua, cū sit personalis. Octauo, quòd hæredibus, cùm sit persecutoria. §.non autem. Insti.de perpe.& tempo.actio. & in l. in honorarijs. pluries allegata. Nonò, non infamat. Decimò, direct. licet glossa in dicta l.fin. dicat utilem. Vndecimò, quòd sit singularis. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contraria.

163 ACTIO EX TESTAMENTO.

HAec actio competit legatarijs, uel fideicommissarijs aduersus hæredes institutos, qui adiuerunt hæreditatem, vt præstet legata, uel fideicommissa à testatore relicta. De hac habetur in l.j.& 2.C.commu.de leg.in §.hæres quoq;.Inst. de obli.quæ ex quasi contra.& in §.j.Insti.de leg.cum simil. Et dicitur nasci ex quasi conractu.d.§.hæres quoq;.& l. ex maleficio.§.hæredes quoq;.ff.de act.& obli. Et de hac uide plenè in dictis iuribus cum simi. Secundò, quòd sit ciuilis, probatur in l.si creditori.§.j.ff.de leg.j.cum simi. Tertio, quòd in personam, probatur in d.l.neque.C.qui.non ob.long.temp.præscr. Quarto, quòd rei persecutoria, & in simplum: cùm persequatur tantum rem legatam, iuribus præallegatis.

In casu tamen est pœnæ, & rei persecutoria, & in duplum, ut habetur in §.item mista.& §.in duplum. uer. item ex legato.§.fi.Insti.de obli.quæ ex quasi contractu. Sexto, quòd stricti iuris, patet in d.§.actionum. licet quantum ad usuram, & moram committendam imitetur hæc naturam earum, quæ sunt bonæ fidei: ut est casus no.in l.minorum in fi.C.in quib.cau.in integ.resti.non est ne. Quod tene menti: quia posset tibi facere honorem. Septimo, est perpetua, cùm sit personalis.d.l. neque.iuncta l.pen.de consti.pecu.cum simi. Octauo, datur hæredibus, & in hæredes, per fundamenta tradita iux.§.non autem.Insti.de perpe.& temp.actio.& d.l.in honorarijs. Nonò, quòd non infamet. Decimò, quod directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, &c.

164 EX STIPVLATIONE QVAE ex verborum obligatione nascitur.

HAec actio est clara, & manifesta, quæ datur illi, qui stipulatus fuit sibi aliquid dari, uel fieri ab alio, ut illud scilicet adimpleat: & datur quando non est omnino certitudo de re, quæ est promissa per stipulationem: quia si esset certitudo, daretur certi condictio. De hac uide Insti.de uerbo.obliga.in prin.& l.ubi autem non apparet.in prin.ff.eo.l.si quis certū.si cer.pet.ut etiam dicit Sanctus Blasius hic, & bene: uide in dictis iuribus, &c. Secundo, quòd sit ciuilis, est tex.in d.§. de pecunia. Tertio, quòd in personam, patet, cum ex contractu. d.§. sequens.uer.earum. Insti. de act. Et per hoc probatur etiam, quòd sit rei persecutoria, & in simplum. Sexto, quod stricti iuris, patet. Septimo, quòd perpetua, patet, cum sit personalis. Octauo, quod hæredibus, & in hæredes, patet, cùm ueniat ex contractu, per l.ex contractu.de actio.& obli. Nono, quòd nō infamet. Decimò, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, contraria, &c.

165 FVRTI NEC MANIFESTI.

HAec actio competit aduersus, eum, qui furatus est clàm rem aliquam alicui, & eam absque deprehēsione ad locum destinatum pertulit, & sic commisit furtum non manifestum. unde contra ipsum potest hac actione agi ad duplū. De qua habetur latè Insti.de oblig.quæ ex deli.nas.cū multis seq. De actioni furti manifesti dixi sup.inter prætorias: & ibi uide etiam. Et non solum posset agi contra dictum furem ciuiliter, &c. sed etiam criminaliter: & sic pœna ueniet fisco applicanda, iuxta no.in l.agraria, de term.mo. Vide in l.fi.ff. de fur.in l. fi.de priua.deli.cum sim. De hac vide latè in præallegatis, &c. Secundo, quòd ciuilis patet, cùm ex l.ueniat. Insti. de noxa. in prin. Tertio, quòd in personam, cùm ueniat ex delicto. Quarto, quòd est pœnæ persecutoria solum: vt in §. ex maleficiis. Insti.de actio. Quinto, quòd in duplum, in quo non cōtinetur aliter rei persecutio, cùm totum sit pœna. Et in hac actione non habetur mentio rei, sed solum agitur ad pœnam dupli.: cùm ad rem agi possit rei uendicatione. Iste tex.no.in d.§.ex maleficijs, quod tene menti: quia prima facie fortè potuisses errare. Vide etiam in §.pœna. Insti.de oblig.quæ ex delict.nascun. Aliter tamen est in casu l.mancipia.C.de seruis fugiti. ubi uide. Sexto, est stricti iuris. Septimo, est perpetua, cum ex lege descendat. Insti.de perpe.& temp.act.in prin.& etiam quia personalis. ut pluries est dictum. Octauo, quòd hæredibus detur, habetur in §.non autem. Insti.eod.ti. Non in hæredes, ut ibidem. Nono, infamat, ut in §.ex quibusdam. Insti.de pœ.temeli. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

TIGNO

166 TIGNO INIVNCTO.

HAec actio datur aduersus illum, qui alienum tignũ ædificio suo iniunxit, puta ligna, tegulas, calcem, arenam, lapides, & similia. Et eodem modo in vineam, perticas, & pedamenta, &c. Nam cùm lex non patiatur ædificia dirui, dat hanc actionem domino tigni, siue rei iniunctæ ædificio, ad duplum æstimationis illius rei, in quo duplo inest rei persecutio. De hac uide in l. j. ff. de tig. iniunct. in l. adeò. §. cum in suo. ff. de acquiren. rerum do. Insti. de rerum diui. §. cũ in suo. & plene in l. in rem actio. §. tignum. ubi gl. no. quam vide omninò: quia plures facit quæstiones in materia. ff. de rei vendi. vide in dictis iuribus, &c. Secundò, quòd ciuilis, probatur in leg. j. de tig. iniuncto. Tertiò, quòd in personam, probatur in §. omniũ. Institu. de act. Quarto, quod rei persecutoria respectu rei, vt patet. Quinto, ꝙ in duplum, vt iam dixi. Sexto, stricti iuris. Septimo, perpetua: quia personalis. Octauo, quod hæredibus, & non in hæredes: probatur in §. non autem. Instit. de perpe. & & tem. act. Nonò, quòd non infamat Decimò, directa. Vndecimò, quod singularis. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non contraria.

167 ARBORVM FVRTIM cæsarum.

HAec actio competit aduersus eum, qui furtiuè animo lucrandi, vel aliter, incidit arbores alicuius: quia domino dictarum arborum datur hæc actio ad duplum æstimationis arborum: in quo duplo in primis inest rei persecutio, & etiã fit deductio lignorum, si remanserunt domino. De hac habetur in l. j. ff. arb. furt. cæs. in l. furti. §. fina. & l. seq. & l. penult. ff. eod. tit. quia etiam potest competere legis Aquiliæ actio, quãdo cessare eam faciat, vide in l. 1. Et hoc procedit quãtum ad actionem ciuilem, scilicet cùm ciuiliter agitur: secus si ageretur criminaliter: quia tunc dicti incisores arborum tanquã latrones puniri possunt: vt est tex. cum gl. in l. sciẽdum. ff. eo. ti. & uidi decapitari quendã pauperculũ, qui alterius arbores, & vires furtiuè inciderat. Et nouissimè ĩ Regno audiui esse editam pragmaticam, vt incidentes arbores de die patiantur pœnam manus: de nocte, pœnam capitis, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, probatur in d. l. j. cùm ex lege XII. tab. descendat. Tertio, quod in personam: quia venit ex delicto. Quarto, est rei, & pœnæ persecutoria, & in duplum: quod dic, vt suprà dixi. Sexto, quod stricti iuris, patet in §. actionum. Quod perpetua, cùm personalis: & est tex. in d. l. furti. §. fi. Hæredibus datur, sed non in hæredes: est tex. in d. l. furti. §. fi. eod. tit. Et probatur etiam in d. §. non autem omnes. Nonò, non infamat, cũ non sit expressum. Decimò, ꝙ directa. Vndecimò, quod singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non contraria.

168 RERVM AMOTARVM

HAec actio competit reciprocè tam marito contra vxorẽ quæ res mariti subtraxit, cùm in matrimonio esset, & in terminis faciendi diuortium: quàm etiam vxori contra maritum eodem modo. Et videntur socij diuinæ & humanæ domus, iuxta l. aduersus. C. de cri. expil. hæred. & etiam in honorem matrimonij. Nõ enim esset honestum dare inter eos actionem furti: datur hæc actio, quæ dicitur rerum amotarum, quæ non aliter infamat. De hac in l. j. & 2. ff. de rerum amota. & C. eod. Et aduerte, quòd ita demum habet locũ hæc actio, si res fuerunt amotæ causa diuortii faciendi, & cum effectu secutũ fuit diuortium: vt habetur in l. rerum quidem. ff. eo. Secundò, quod sit ciuilis, probatur in d. l. j. in prin. & dic, vt dixi in actione communi diuidundo, quantùm ad hoc. Tertiò, quòd sit in personam, patet, cùm ex delicto: & etiam, quia est condictio: vt l. rerum. la piccola. ff. eo. cùm cõdictiones sint in personam, iuxta §. appellamus. Inst. de act. Quarto, est rei persecutoria: vt est tex. in l. si mulier. §. fi. ff. eod. intantum, quòd non habet locum priuilegium, vt conueniantur in quãtum facere possint: vt d. §. fi. quod tene menti ad l. maritum. ff. solu. ma. & ad l. nõ tantum. ff. de re iud. Quinto, est in simplum, vt l. ad fiscum. ff. rerum amo. Sexto, est stricti iuris. Septimo, est perpetua, quia personalis, vt pluries dixi. Octauo, datur hæredibus: vt d. l. si mulier. §. fina. In hæredes, inquantum ad eos peruenit: vt l. fin. C. eod. titu. Nono, quod non infamat, probatur in l. 2. ff. & C. eod. Et etiam est condictio, iuxta l. cessat. ff. de act. & obli. Decimo, directa, licèt vtilis sit quandoque: ut dicta l. si mulier. in prin. in l. viua quoque. eod. titu. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

169 RATIONIBVS DISTRAhendis.

HAec actio datur pupillo finita tutela aduersus tutorem, qui res aliquas pupilli nõ aliter aĩo fraudandi, vel furãdi abstulit, & in suos vsus cõuertit: quia per hãc actionẽ tenet ad duplũ æstimatiõis rei per eum subtractæ: licet in dicto duplo contineatur rei persecutio: in qua etiam actione, licèt posset venire interesse, tamen interesse non duplatur. Pro omnibus his, vide tex. magistrales in l. actione. per totam legem, & l. 1. §. de rationibus. cũ §. sequenti vsque in finem. ff. de tutel. & rati. distra. vbi tractatur de secũda parte illius rubricæ, in qua competit hæc actio: ut dictis iuribus, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, proba, vt in communi diuidundo. Tertio, quod in personam, patet, quia ex quasi delicto. Quarto, quòd pœnæ & rei ꝑsecutoria, probaẽ in dicta l. 1. §. penul. & l. actione. §. finali. Sexto, quòd sit stricti iuris, patet. Septimo, quod perpetua, in dicta l. 1. §. penultimo. Octauo, quòd detur hæredibus, nõ in hæredes, probatur in dicto §. pen. Nonò, quòd non infamet. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

170 LEGIS AQVILIAE.

HAec actio competit aduersus illum, qui occidit, vel vulnerauit seruum alicuius vel aliquod eius animal: q. a omnino ad æstimationem damni per eũ dati, datur domino hæc directa actio legis Aquiliæ. Ad cuius terminos habes scire, quòd quatuor modis potest dari damnum. Primo, de corpore in corpus, & iam exemplificaui: quo casu habet locum directa actio legis Aquiliæ, vt in §. cæterum. Instit. ad legẽ Aquil. Secundo, datur damnum de non corpore in corpus, quando quis ita inclusit animal alicuius, vt fame necaretur, vel in aliquem locum periculosum duxit, vt inde præcipitium fecerit: & hoc casu competit vtilis actio legis Aquiliæ, vt d. §. cæterũ. Et eodem modo, si quis de manu excussit annulum alicui, & in flumẽ cecidit: vt l. si seruus seruum. §. si quis de manu. ff. eo. licet etiam istis duobus casibus Ioannes etiam det in factum actionem, per l. quemadmodum. §. magistratus. ff. eo. per gl. in §. fin. Instit. eod. Tertio, datur damnum de corpore in nõ corpus, cùm quis seruum de ponte præcipitauit, vel de ripa, vel aliquod animal: Et hoc casu datur directa actio legis Aquiliæ per gl. in dicto §. finali, vt uersic. Aquil. Quarto, datur damnũ de non corpore in non corpus, vt si seruum ligatum à domino solui vt aufugeret: quo casu habet locum in factum legis Aquiliæ. d. ict. §. fi. vbi vide. Et de hac in factum subsidiaria legis Aquiliæ diximus suprà inter prætorias, &c. vide in præallegatis iuribus, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, patet in d. l. 1. & 2. ad legem Aqui. Tertio, quod in personam, patet, cùm veniat ex quasi delicto, &c. Quartò est mista, hoc est, cùm sit rei, & & pœnæ persecutoria, siue in personam, & in rem: vt in §. sed & legis: Insti. de actio. Item quandoque datur in simplum, quã doque in duplum: vt l. 2. in prin. ff. ad legem Aquil. dict. §. sed & legis. & l. contra. C. ad leg. Aquil. Duplatur, quando sumus in casu inficiationis: vel est in simplum. Vide tex. etiam in l. in de Neratius. §. pen. eod. titul. Et vt habeas etiam alios terminos, quando occideretur seruus, vel aliud animal, quod appellatione pecudis venit, tunc fit æstimatio damni, quanti illud animal plurimi fuerit ab anno retrò: vt d. l. 2. in princ. Si uerò solùm vulneretur seruus, vel aliud quodcunque animal, mansuetum dico, uel non: tunc fiet æstimatio damni à triginta diebus retrò. Iste est tex. in §. ex hoc tamen capite. & §. capite tertio. Insti. ad legẽ Aquil. Imò etiam si esset datum damnũ in rebus anima carentibus. Nec inuenio, ꝙ fiat distinctio, quando

do vulneratur animal mansuetum, vel non: & differentiam et in tempore, vt ponit San. Blasius hic, uide, & perquiras, si potes reperire, &c. Sexto, est stricti iuris. d. §. actionum. Septimo, perpetua, cùm etiam personalis. Octauo, datur hæredibus, nō in hæredes; nisi ex damno sint locupletiores. Text. est in l. inde Neratius. §. hāc actionem. ff. ad leg. Aquil. Nono, non infamat: quia non reperitur, etiam cùm detur contra vxorem: quod nō esset per l. pen. C. rer. amo. in l. si seruus seruum. §. si cùm maritus. ff. ad leg. Aquil. iungendo ea, quæ diximus in actione rerū amotarum, &c. Decimo, directa, licet utilis reperiatur, vt dixi in §. pen. Insti. eod. Non est contraria. Vndecimo, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

171 IN FACTVM, DE PAVPERIE directa, & vtilis.

Haec actio habet locum contra eum, qui dum haberet aliquod animal quadrupes, illud animal dedit damnū alteri, puta in fundo, & similibus rebus, vel etiā si occidit seruum, quia per hanc actionem dominus tenetur ad emendam damni, vel dare animal pro noxa: & hoc in animalib. quadrupedibus, & mansuetis. Cæterum in animalibus bipedibus, vt in gallo, & gallina, & similibus, & tunc pro damno habet locum vtilis actio de pauperie. Hæc habentur in l. 1. & 2. ff. si quadru. pau. fe. di. & in l. pen. eod. tit. & Insti. eod. in princi. In quadrupedibus autem feris, & non mansuetis, quæ essent in alterius dominio, puta ursus, cum non esset ligatus, vel leo, canis, & similia: tunc si uoceant homini libero, datur in dominum vtilis actio de pauperie in factum ædilitia ad emendam damni. Si uerò per hoc homo liber esset interfectus, tunc esset poena ducentorum ducatorum, vt l. qui vulgo. ff. de ædil. edict. si verò nocitum seruo alicuius, datur & in factum ædilitia, & de pauperie vtilis, ad emendam damni domino serui ad duplum: vt probatur in §. fi. Insti. si quadru. pau. fe. di. vide in dictis iurib. Secundo, quod sit ciuilis, probatur in l. 1. ff. eo. Instit. eodem. in prin. Tertio, quod in personam, vt patet. Quarto. rei persecutoria, & in simplū & in duplū: vt iurib. præallegatis. & l. 1. & l. hæc actio. ff. eod. Sexto, quod stricti iuris, patet. Septimo, ꝙ perpetua: quia personalis. Octauo, hæredibus, sed non in hæredes datur, nisi in quoslibet detinentes, probatur in l. j. §. fin. ff. eod. Nono, non infamat. Decimo, directa: licet vtilis reperiat, vt dixi. Vndecimo, quod singularis. Duodecimo, quod simplex. Vltimò, non contraria.

172 INIVRIARVM EX LEGE Cornelia in tribus casibus.

Haec actio iniuriarum, quæ in tribus casibus dicitur cōpetere, habet locum, cùm quis alium pulsauit ad eius iniuriam sine dolore: vel secundò eum uerberauit cum dolore, uel etiam cum sanguinis effusione: uel tertiò, si quis alterius domum contra eius uoluntatem intrauit, & ad eius iniuriā. In istis tribus casibus succedit actio iniuriarum ex d. l. Cornelia. ut habetur in §. sed & lex Cornelia. Institu. de iniur. & leg. lex Cornelia. ff. eo. Et eodem modo, qui in iniuriam alterius famosum libellum scriberet, vel illum diuulgaret: ut d. l. ex Cornelia. §. si quis librum. & seq. & l. j. C. de fal. libel. & 5. q. 1. c. fin. quo casu est introductā, etiam actio ciuilis per alias constitutiones principum, & ex Senatuscon. ut dictis iuribus. aliàs daretur actio prætoria, ut diximus suprà inter prætorias, &c. Et in hac actione ciuiliter, & criminaliter potest fieri condemnatio. l. fi. ff. de iniur. & l. iniuriarum æstimatio, eo. ti. Nec sine animo potest inferri iniuria, iuxta l. illud. ff. de iniur. & l. non solū. eo. tit. Vide etiam S. Blasium hic qui bene loquitur. Vide Bart. in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniu. Secundo, quod sit ciuilis, patet in prin. allegatis suprà. Tertio, quod in personam. Quarto rei persecutoria, & etiam pœnæ, & in simplum; ut colligitur ex l. constitutionibus. §. 1. ff. eo. Sexto, quod stricti iuris patet. Septimo, quod non sit perpetua, sed duret anno, videt tex. in l. si non conuicij. in fi. C. de iniur. & hoc tenet Io. ut refert gl. in d. §. sed & lex. Institu. eo. licet Mar. contra per tex. Institu. de perpe. & temp. in prin. Et breuiter transeundo. Sali. in d. l. si nō conuicij. uidetur cum pluribus antiquis, cum hac opi. transire: unde pro nūc nihil dico super hoc. Octauo nec hæredib. nec in hæredes datur. l. iniuriarū. ff. de iniu. & d. §. non autem. Insti. de perpe. & tempo. actio. Nono, quod infamet, habetur in §. ex quibusdam. Insti. de pœ. te. liti. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo simplex.

173 IN FACTVM, CONTRA MAgistratum, qui non exegit idoneam cautionem.

Haec actio, prout etiam dicit Sanctus Blasius, & bene, datur pupillis contra magistratus deputatos ad cautiones exigendas, uel recipiendas pro pupillis, quando tutores sunt tales, quod tenentur satisdare, iuxta ti. Insti. de satisda. tu. cum si. Vel si exegerunt cautionem quæ fuit minus idonea: unde ad interesse pupillorum, uel adultorum datur hæc actio cōtra dictos magistratus, iuxta titu. etiam. ff. & C. de magi. conue. &c. refert etiam Rofred. in libellis suis in rubr. de actio. in factū, quæ datur contra magistratum, &c. Secūdo, quod sit ciuilis, patet, cùm descendat ex senat. l. pen. C. de mag. conue. & senatusconsulta sunt de iure ciuili. l. ius ciuile. ff. de insti. & iu. Quòd in personam, patet, cùm ex quasi delicto. Quarto, quod rei persecutoria respectu pupilli, uel adulti, patet. Quinto, ꝙ in simplum, eodem modo, cùm tantum interesse persequantur, ut per totum tit. de ma. conue. Sexto, stricti iuris, ut patet. Septimo, est perpetua, cùm personalis, &c. Octauo, hæredib. §. non autem. de perpe. & temp. actio. datur. Instit. In hæredes non, nisi ex dolo, & lata culpa. l. non simile. ff. de mag. conue. se l. 2. C. eo. §. fin. Insti. de satisda. tut. Nono non infamat. Decimo, est utilis: ut C. eod. l. pen. Non est contraria. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex.

174 INGRATI.

Haec actio (si actio dici potest) competit aduersus libertum, qui existens ingratus patrono, qui eum manumisit, potest propter ingratitudinem in seruitutem reuocari. Et de hac habetur in §. maxima. Insti. de ca. di. & per totū. C. de lib. & eorum li. Et similiter possumus dicere in patre aduersus filios emancipatos ingratos, &c. Et ꝙ ista sit propriè actio, uidetur tex. in l. fi. C. de lib. & eorum lib. & facit 1 2. q. 2. ca. liberti. licet gl. ibi contradicat. uide in d. §. maxima. Secundo, quod sit ciuilis, pro ut in communi diuidundo. Et etiam cum detur ex dictis legibus, potest dici in rem, sicut præiudicialis de libertate, in simplū, & rei persecutoria, & stricti iuris, vt patet. Item perpetua, cum persecutoria. Item hæredibus datur, licet non in hæredes, ut patet. Nono, non infamat. Decimo. directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex.

Post hæc sic expleto tractatu omniū actionum, quæ reperiuntur in arbore, additis quibusdam alijs, ut patet, S. Blasius in suo tractatu prosequitur decem & septem alias actiones, si actiones propriè dici possunt, quas legibus & alijs authoritatibus nititur roborare, & cum ipsis simpliciter transit. Ego qui tanti doctoris uestigia in omnibus sequi deberem, discutiam si dictæ actiones sint necessariæ. Et uel quod sint necessariæ, vel ꝙ non, in arbore mea eas signaui, & unicuiq; suū circulum tradidi, ut appareret. In primis itaque admirandum est, ꝙ si Ioan. uidisset dictas actiones esse propriè actiones, & necessarias, quod in arbore sua non dederit circulū, & de eis non fecerit mentionem: cum inter antiquos doctores & gloss. quanta sit eius opinio, manifestum est: cùm ut plurimum ab alijs modernioribus glo. & à docto. approbetur: sed quia quāto iuniores, tanto perspicatiores, iuxta l. præcipiunt. ff. de ædil. edi. & l. Gallus. in prin. ff. de liberis & posthumis. & l. 3. §. sed & seruus. ff. de condi. ob cau. igitur non est mirandum, si ipse addidit. Videamus itaque de singulis, & an iure probentur.

175 PRIMA.

Certi condictio ex stipulatione: Quæ, secundū eundē sanctum Blasium, habet locum, cùm quis est stipulatus aliquod certū, cuius solutio non potest uariari ab eo, qui est debitor, dicitque probari iuxta no. per Bar. & doct. in l. ubi autē nō apparet in princ. de uerb. obli. & dicit eā dari contra pmissorē ad id, quod promisit dare: ut ead. l. fi. in fi. Sed si quis esset stipula-

stipulatus incertum, competit ex stipulatu, vel incerti cōdict. leg. si quis certum. ff. si certum petatur. Iusti. de verb. oblig. in principio. hæc ipse. Mihi pro nunc videtur firma opinione dicendum, quòd hæc actio non reperiatur, nec sit proprium nomen actionis. Nam text. quem ipse allegat. Insti. de verb. obli. in princi. dicit plenè distinguendo, quòd si incertum deuenit in stipulatione, datur actio ex stipulatu: si verò certum, datur certi condictio, scilicet, certi condictio generalis, de qua ibi, & in l. certi condictio. ff. si cer. pe. & idem dicit text. in l. si quis certum. ff. eod. Et licet glo. in d. l. si quis certum. soluendo contrarium. leg. si pacto, quo pœnam. C. de pact. dicat ibi agi ex stipulatione certi condictione, intelligitur de certi condictione generali, de qua suprà locuti sumus, nec in aliquo not. per Barto. mihi probat hanc actionem diuersam, scilicet à certi condictione generali, quæ (vt dixi) potest etiam dici ex stipulatione, secundum gl. in d. l. si quis certum. Remaneat igitur, meo iudicio, quòd hæc actio est superflua, cum non probetur iure. Super quo tamen propter authoritatem tanti doctoris relinquo cogitandum.

176 IN FACTVM, QVAE ORITVR ex confessione informiter facta in iudicio.

AD hanc dicas, quòd competit, quando quis confessus fuit in iudicio se esse debitorem alterius, non adiecta aliqua causa: & sic informiter confitetur. Nam in talem datur hæc actio ad faciendum, vel dandum illud, quod fuit cōfessus. de qua habetur in l. proinde. §. 1. ff. ad legem Aquiliam. in l. nã & postea. §. pen. & fi. l. sed si possessori. ff. de iureiuran. Et ita tenet Rofred. in suis libellis, ex quo resultant limitationes. Altera ad l. cùm de indebito. in fine. de proba. quòd confessio scilicet sine causa non præiudicet: quod est verum extra iudiciũ. Altera ad l. publia. §. Lucius. ff. depo. quia in iudicio facta confessio pareret obligationem, & per consequens actionem: licet secus sit vbi extra iudicium. hoc Sanctus Blasius. Ego legẽdo in locis præallegatis non potui deprehendere hanc actionem: tamen quia sicut datur actio in factum ex iureiurando, cùm informiter iuratur, ita dicamus hic, quòd detur in factũ, cùm informiter quis confitetur: arg. l. illud. ad leg. Aquil. & l. non possunt. ff. de legi. cum vulg. Et in alijs terminis, qualiter sit iudicandum, crederem quòd deberet dici, quòd sit eiusdẽ naturæ, prout erat prima actio intentata contra ipsum, tãquã in eius locum ista subrogetur: arg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. in l. qui in ius. ff. de re iudicata. Cum alijs, quæ dixi in vtili, quæ ex confessione est. tamen tu etiam videbis, &c.

177 QVANTO MINORIS EMptor empturus esset.

VT dixi suprà in actione quanti minoris, quæ est prætoria: licèt sint multi, qui nolint concedere hanc actionẽ: tamen communis opin. est cum glo. in l. Iulianus. in princ. de actione empti. quòd scilicet reperiantur duæ quãto minoris, illa prætoria, & ista ciuilis, vt ibi plenè dixi. Et datur ista emptori contra venditorem ad quantũ minus erogasset emptor si vitium sciuisset: cum illa prætoria datur ad tantum minus, quantum communiter res valet: vt ibi fuit dictum, in tantum quod emptor nihilo emisset, si vitium sciuisset: ad id totũ datur hæc actio. vide latè in dicta l. Iulianus. in principio. & §. itẽ qui furem. & glo. magnam ibi. Et in quo differat vna ab altera eodem modo, &c. Secundò, hæc est ciuilis: vt d. l. Iulianus. & ibi omnes. Tertiò, est in personam: quia venit ex contractu, iuxta §. sequens. Inst. de act. Quartò, datur in simplum, vt ad pretium, vel interesse. d. l. Iulianus. §. item qui furem. Quintò, est rei persecutoria, cùm detur ad pretium, vel interesse, vt patet. Sextò, est stricti iuris: quia non reperitur in §. actionum. Septimò, est perpetua, secundum glo. in d. §. item qui furem. versi. quod differt. In alijs fundamentis crederem esse dicendum, vt dixi in quanto minoris prætoris.

178 QVANTO PLVRIS.

LIcèt Rofred. in libellis suis velit hanc esse actionem de per se, & competere quando venditor fuit causa, vt res pluris venderetur, & ad illud plus dari emptori hanc actionem, vt refert etiam Sanctus Blasius hic, tamen, secundum eum, nō vt detur sibi, quòd sit proprium nomen actionis, nec probetur intentio Rofred. in l. Iulianus. §. si venditor. & in §. per cōtrariũ. ff. de actio. empt. Sed quod idem sit effectus, qui est in actione quanto minoris. Et licet per opi. Rofred. posset argui, cum dicit quod vt datur actio quanto minoris, vt in proxima præcedenti: ita quãto pluris possit dari in isto casu: tamen tu respõde. Et ita credo, quòd illa causaretur propter vitium rei, ista vero causaretur propter fraudem venditoris. Sed quia contra ipsum est actio ex empto, non est opus hac actione. Et quòd sit verum: probat tex. in dicto §. si uenditor. dum dicit, empti eũ iudicio teneri, & in §. per contrarium. ibi: ex vendito. Et sic vltra sanctum Blasium teneo contra Rofred.

179 EX STIPVLATV REM PVPILli saluam fore, vel adulti, &c.

HAec competit pupillo finita tutela ad interesse cõtra tutorem, vel adulto contra curatorem, quando tutor, uel curator per stipulationem promiserunt rem pupilli, uel adulti, saluam fore. Et de hac habetur in toto titul. ff. rem. pup. vel adulti sal. fo. & Insti. de satisda. tuto. in princ. Hæc San. Blasius.

Vltra eum, quòd istud sit proprium nomẽ actionis, videtur probari. vt l. j. ibi, ea agi. ff. rẽ pup. saluam fore. & l. non quasi. in prin. & §. illud sciendũ. & §. hanc stipulationem. & §. generaliter. ff. eod. ti. & l. cùm pupillus. & l. fina. ff. eodem. Secundò, quòd sit prætoria, probatur in glo. rubr. ff. rem pupil. saluã fore. & videtur innuere tex. in §. furiosi. Insti. de cura. & principio. de satisda. tu. & probatur Insti. de diui. stipul. in fi. princip. iuncto §. fi. In omnibus autem alijs terminis, crederem esse dicendum prout est dictum in actione, quæ est ciuilis: vt suprà per tex. in l. non quasi. §. generaliter. & l. cùm pupillus. in fi. ff. rem pup. sal. fo. ubi uidetur æquiparari actio tutelæ cum hac. Benè hic exciperem, quòd ista non infamet, prout actio tutelæ, cùm non reperiatur cautum. Item quòd ista non est bonæ fidei, cùm nō reperiatur in §. actionum. prout etiam sentit gl. in d. l. cùm pupillus. Vide, & cogita.

180 EX STIPVLATV REM ratam haberi.

IN primis hæc stipulatio interponitur per procuratorẽ, de cuius mandato dubitatur. l. j. C. de procurato. leg. tertia. ff. rem ra. ha. & debet peti ante litis contestationem. l. Pomponius. §. rati. ff. de procu. Et si procurator interuenit pro minore, debet etiã promittere, quòd non petet restitutionem in integ. ut l. 3. ff. rem ra. ha. Et in hac actione uenit interesse stipulatoris. l. 2. ff. rem ra. ha. Et debet ista stipulatio præstari, etiam per coniunctam personam. l. non solum. §. 1. de procu. l. maritus. C. eo. l. 3. §. sed si fortè. ff. de iudi. sol. Hæc Sanctus Blasius.

Vltra dicta per eum, in quibus adhuc non probat, an sit actio de per se, &c. Adde ꝙ esto etiam quòd dicatur stipulatio, tamen uenit appellatione actionis, & habetur instar actiõis: ut in l. actionis uerbo. §. j. ff. de act. & ob. in l. non solũ. ff. rẽ ra. ha. l. j. §. 1. ff. de præt. stip. Et ꝙ in hac actione ueniat interesse stipulatoris, adde tex. in l. stipul. ff. rẽ ra. ha. In eo aũt qđ dicit S. Blasius, ꝙ si procurator interuenit pro minore, debet non solũ cauere de rato, sed etiam ꝙ non petet restitutionem in integr. si hoc esset indistinctè uerum, esset multum no. sed intellige solũ procedere, quando procuratori minoris esset facienda solutio. Sed si procurator minoris ueniret ad litigandum, tunc nō cogitur præstare hanc cautionem. cùm etiam minor non cogatur: ut habetur in l. si iudex circumuento. ff. de mino. in l. si intra. C. de in integ. rest. Est ista post multa cõcludit Barto. inter uarias tamen opi. in d. l. 3. ff. rẽ ra. ha. qđ tene mẽti perpetuò. Secundò, ꝙ sit prætoria, probatur etiam Insti. de diuis. stip. in fi. prin. iuncto §. fin. per glo. rubri. ff. rem pup. sal. fo. &c. In omnibus alijs terminis credo posse dici, ut in proximè præcedenti, nec in aliquo uarietur: Vide, & rumina.

181 EX STIPVLATV, IVDICATUM SOLUI.

ISta stipulatio interponitur, & præstatur ab omni persona, quæ in iudicio alieno nomine compareret ex parte rei.l.minor.§.fi.cum l.seq.& l.qui proprio.§.qui alium.ff.de procura. Et hodie nemo suo nomine conuentus tenetur satisdare, iudicatũ solui,vt in §.sed hodie.Instit.de satisda.& l.vnica.in fine. C.eod.tit.Hæc sanctus Blasius.Ad hæc adde gl. not.in rubr.ff. iudica.sol.Adde,quod hæc stipulatio, Iudicatum solui,continet tres clausulas,scilicet quod dolus malus absit, quod soluatur iudicatum,& de re defendenda: vt l.iudicatum solui.ff. iud.so.Et in tantum quis tenetur ex tali stipulatione , in quantum iudex iudicat:quo facto dicitur habere expeditam quãtitatem.l.iudicatum solui.la seconda.ff.eod.tit. Et quando cõmittatur talis stipulatio,vide in l.iam tamen.§.nũc videamus. eod.tit.Quod habeat instar actionis,dic,vt in proxima præcedenti.Et illa clausula,quòd dolus malus absit, ad quod tempus debeat referri:vide in l.nouissimè.§.fin.ff.eo.Secundò, ꝙ sit prætoria,vult gl.in rub.ff.iudi.sol.& proba prout in præcedentibus.In alijs terminis eodem modo, vt in præcedentibus dicerem, &c.

182 EX STIPVLATV DE DAMNO INFECTO.

HAec stipulatio interponitur, quando domus tua minatur ruinam supra meam:& committitur, quãdo postea ruina mihi contingit ex vitio ipsius rei: secus si casu fortuito. l.damni.§.Sabini.& l.fluminum.§.hæc stipulatio.& l. idẽ seruus.§.quanquàm.de dam.infect. Et in ea venit damnum: & sic diminutio patrimonij,non autem lucrum cessans. d. l.fluminum.in fin.& l.Proculus. in fi. Et ueniunt etiam pensiones inquilini,qui propter timorem ruinæ migrauit. Et idem si ex hoc non potuit rem locale.l.in hac.& l.dam ni.eo.ti.de qua in toto tit.de dam.infect.Hæc ipse.

Tu adde pro terminis in hac materia, quòd hæc stipulatio non præstatur inquilino, sed domino. Et an ab extraneo peti possit.vide in l.inquilino: & ibi gl. ff.eod. Item non præstatur illi,qui haberet cum alio domos communes, & damnum timeret.Iste est tex.in l.si ædibus.ff. eod. & ibi in fin. corollariè dicit tex.ita demum hac stipulatione opus esse, si alio modo damnum sarciri non possit.Et in d.l.si ædibus.habes ꝙ licet allegare præceptores: & facit ibi Caius Iurisconsultus in duobus locis.Quid autem, si cùm peteretur cautio, & quis nollet præstare,& antè quàm iudex adeatur,ædes corruant? Vel si iudex decernat quem ire in possessionem, non cauente aduersario,& antè,quàm intret,ædes corruant: pro his casibus vide text.singularem in l.cùm postulassem.in prin.ff.de dam infec. secundum Bar.& ibi,& secundum Aret.in §.primo. Institu.de actio.Et qualis debeat fieri æstimatio in hac stipulatione:uide tex.in l. ex damni infecti. in princ. ff. de dam.infect. & l.inter quos.& fin.& l.nam si non.eodem titulo. & l.quidam.§.ff.de serui.vrba.pręd.Et dato ꝙ paries communis corrueret,qualiter sit agendum:vide tex.in d.l.ex damni infecti.§.j. Et dato ꝙ in eadem re,quæ est plurium,sit datum damnum:vide in ea.l. §.quoties.il secundo:per te vide ibidem,plenius.Secundò, ꝙ sit prætoria,proba per iura,quæ in præcedenti allegaui. Et in alijs fundamentis,eodem modo.

183 EX STIPVLATIONE INTERPOSITA DE OPERE DEMOLIENDO IN CAUSA NUNCIATIONIS NOUI OPERIS.

IN hac actione dic,ꝙ ista stipulatio committitur contra illũ qui facit opus post nunciationem noui operis præstita satisdatione,de opere demoliẽdo,si iniustè opus faceret. Et per illã satisdationem præstitam,vel habitam pro pręstita, quãdo stat per nuntiantem nouum opus, ꝙ minus sibi promittatur, censetur remissa nuntiatio noui operis:& durat stipulatio, vt habetur in leg.prætor.§.j.& §.si quis paratus.& §. qui remissionem.ff.de oper.noui.nũtia.Et ista actio datur stipulatori cõtra promissorem,vt destruatur ædificatum indebitè, in casu, quo ille promissor nõ iure ędificasset,vt in dictis iuribus:aliàs secus,vt ibi.Hæc Io.Baptista,&c.Et nihil addo, nisi ꝙ ad materiam vide quæ dixi in actione in factũ,de opere demoli. suprà.Et ꝙ ista sit prætoria,dic vt in proximis præcedentibus.In alijs crederem,ꝙ idem in hac sit,prout in illa de opere demoliendo:& ibi vide,&c.

184 EX STIPVLATIONE, QVAM INTERPOSUIT VSUFRUCTUARIUS.

ISta stipulatio interponitur per vsufructuarium in fauorem proprietarij stipulantis duo.Et primum, quòd vsufructuarius debet promittere, est de utendo re arbitrio boni viri, id est,iudicis.l.continuus.§.cùm ita,de verborum obli. & quod not.Insti.de vsufruct.in prin.Secundò debet promittere quòd restituet quicquid superesset finito vsufru. De quo in l.prima.ff. vsufru.quemadmod.cap.Et in primo capite potest committi hæc stipulatio,etiam durante vsufructu,quoties re vsufructuarius malè vtitur.In secundo capite solùm finito. de quo in §. constituitur.Inst.de vsufructu.Hæc ipse.

Tu adde, quòd ad hanc actionem potest adstringi vsufructuarius:vt habet in l.j. in fin. princ.& §. cauere.ff. vsufructu. quemadmo.ca.Et si nõ daret cautionem vsufructuarius, quid agendũ:vide in l.fi.§.fi.ff.eodem.Item adde,quòd in hac cautione intelligit, ꝙ dolus malus absit:vt l.huic.ff.eodẽ. Itẽ uir bonus dicitur iudex:adde text.in l.vir bonus. ff.iud.sol.vide p totum ff.vsufru.quemadmo.ca.

An aũt a testatore,qui alicui legaret vsumfructum alicuius rei,possit remitti ista satisdatio:uide gl.no.in §.itẽ si pecuniæ. in uer.satisd.Inst.de usufruct.& gl.in l.j. C. eod. tit. Adde etiã ꝙ itẽ procedit in casu qñ esset legatus solus usus sine usufructu:ut d.l.huic.§.sed & si usus.& est gl.in rubr. eodẽ tit. Et ꝙ sit prætoria ista stipulatio,siue cautio, est text.in d.l.j.in princ. ibi:prætori uisum est.ff.usufru.quemadmod.ca.licet uideatur obstare tex.in l.j.C.de usufruct.cùm uideatur dicere, ꝙ istæ cautiones sint ex forma senatusconsulti, cùm senatusconsultũ sit de iure ciuili.l.ius autem ciuile.ff.de iustit. & iure.§.cõstat. Insti.de iure natu.Nisi dicas,quòd non sumus in casu,ubi usufructus cõstitutus est in rebus,quæ usu consumuntur, prout loquitur d.l.j.&c.Item in personam, cũ ueniat ex stipulatione, ꝙ in simplum,ꝙ rei persecutoria,ꝙ stricti iuris,ꝙ perpetua:ꝙ detur hæredibus,sed non in hæredes nisi de eo, quod ad eos peruenit:quod non infamet,ꝙ directa,ꝙ non contraria,quòd singularis, & simplex,sunt termini manifesti,&c.

185 EX STIPVLATV, PRO REBUS,QUÆ VSU CONSUMUNTUR.

ISta stipulatio interponitur per usufructuariũ super rebus, quæ usu consumuntur.de restituendo proprietario æstimationem earum rerum, finito usufructu :ut l. hoc senatus.ff.de usufructu earum rer.quæ usu consu.& in §.constituitur.Instit. de usufruct.Adde textum in l.j.C.eodem.in tantum tenetur eã præstare usufructuarius, ꝙ non posset remitti per testatorem. l.j.C.de usufru.& ibi glossa.& glo.in dicto uersi. satisda.in §. item si pecunię.Inst.eodem. Secũdò,ꝙ sit ciuilis. & non prætoria,probatur,cùm sit ex senatusconsulto:per d.l.i.C.de usufru. & d.l.hoc senatus.iuncta l.ius aũt ff. de iustitia & iure. In alijs terminis dic,ut in proxima præcedenti.

186 EX STIPVLATV, VT LEG. VEL FIDEICOM.NOMI.CAUSA.

ISta stipulatio interponitur per hæredẽ in fauorem leg. uel fideicom.quando est factum legatũ, uel fideicommissum sub conditione,de pręstando legato uel fideicommisso, adueniente die, uel conditione : ut leg. not. capitul. per totum. & C. eodem titul. Adde quòd hæc cautio non tantùm per

per hæredes præstari debet, sed etiam per successores eorũ: vt l.prima.§.non solùm.ff.eo.& ita econtrà, non solùm præstatur legatarijs, vel fideicommissarijs, sed etiam hæredibus ipsorum, vel etiam procuratori.dict.l.prima,§. nec sine ratione.Et quæ veniant in hac stipulatione, vide in dicta leg. prima.§.bellissime.& §.item quæritur. eodem titul.Adde etiam quòd ista satisdatio habet præstari à quocunque hærede, etiã cuiussuis dignitatis, vel facultatis: dicta l.j.quod tamen fallit in §.item si pecuniæ.Institu.de vsu. Secundò, quòd sit prætoria, est tex.in dicta leg.j.in princip.& §.nec sine ratione. In alijs dic, vt in præcedenti, hoc excepto, quòd in successores datur, &c.d.§.non solum, &c.

187 EX STIPVLATV CONTRA illum, qui rogatus est restituere quicquid ex hæreditate superit.

HAec habet locum, quando quis est grauatus post mortẽ suam restituere quicquid ex hæreditate superit: quia tenetur talis grauatus per stipulationem promittere illi, cui erat facienda restitutio, restituere quicquid supererit tempore mortis suæ.Et debet cauere de cõseruando ad minus quartam partem bonorum, cùm aliàs possit alienare: vt in Authẽ. contra rogatus.C.ad Trebel.quæ est ex §.si quis . in Authenti. de rest.si. colla.8.Hæc Ioan. Adde quòd hæc posset remitti ꝑ testatorem, vt d. Authen. contra rogatus. Et hæc quarta pars licèt regulariter non possit diminui, fallit in casibus positis iu d.Authen.contra rogatus.§.fi.& ibi vide. Et cum non reperio quòd sit prætoria, iudicarem ipsam ciuilem, per illum tex. Tu vide:& in alijs terminis idem puto dicendum, vt in superiori proxima, &c.

188 EX STIPVLATIONE DE iudicio sisti.

HAec actio datur ex stipulatione de iudicio sisti interposita tam ex parte actoris, quàm rei, qui non possiderent immobilia: vt toto tit.ff.si quis cau.& l.sciendũ, qui satis. cog. in Auth.offeratur.C.de lit.contest.§.hodie.Institu.de satis. Au thẽ.generaliter.de episcopis, & clericis. Hæc sanctus Blasius. Adde ad hanc, quòd sit prætoria, per tex.in l.j.ff.si quis cau. in gl.rub.Et in quantum detur hæc actio, vide tex.in l.3.ff. eo. In alijs terminis dic, vt in præcedentibus.

189 EX STIPVLATV PRO RE- bus morbosis.

HAec locum habet, quando venditor promisit emptori per stipulationem, vel iuramentum, seruum esse sanũ: nam dat̃ ad interesse emptori in casu morbositatis: vt l.si fundus.& l.euicta.§.duplæ.ff.de euictio.& habetur Insti.de di.sti pu.Nihil addo, nisi quòd cùm sit conuentionalis, non possum propriè eam prætoriam facere: licèt gl.iuncto text.in l. actionis verbo.§.j.de act.& obli.videatur innuere, quòd sit prætoria:& etiam videatur innui in rub. ff.de ædil. edi. Adde rubricam de euict.quæ sequitur.In alijs fundamentis, & terminis potest vt præcedentes baptizari.

190 EX STIPVLATIONE, PER quam leg. vel fideicommiss. &c.

ADditio hæc interponitur à legatario, vel fideicommissario in fauorem hæredis, quando hæres, scilicet nolens soluere ipsis legatum vel fideicommissum, dubitans ne plus uoluit ratione Falcidiæ, vel Trebellianicæ imponendæ: qui legatarius, vel fideicommissarius debent promittere de restituẽdo hæredi id, quod venisset detrahendum ratione Falcidiæ, vel Trebellianicæ, vt habetur in l.j.& l.fi.ff. si cui plus quàm ꝑ leg.Falci.& interponitur in donatione causa mortis.d. l. j. §. hæc stipulatio. Et eodem modo præstatur legatario vel fideicommissario, si secundo loco essent ipsi grauati restituere.d.l. j.§. sed & legatario. nisi legatarius, vel fideicõmissarius velit cauere hæredi euitato circuitu: vt l.videamus.ff.eod.Adde primo, ꝙ istæ stipulationes ut plurimũ interponũtur: quia interest potius nõ soluere, quàm solutum repetere: iuxta l.3.ff.de cõ pen.Et ratio rationis est, quia is, cui soluitur, posset effici non soluendo.Et tunc succedit etiam alia ratio, quòd inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.l.nam & is. ff. de do. cũ simi.Secundò, adde quòd est prætoria.per text.in d.l.j. in princip. ibi: subuenit prætor. In alijs baptizat, vt proximè dictum est, &c.

191 EX STIPVLATIONE arrogatoris.

HAec stipulatio interponitur à patre qui arrogat aliquem in filium, qui est sui iuris, & sic pupillus: quia debet tabellioni, tanquam publicæ personæ stipulari de restituendo omnia bona, quæ ipse habuit de bonis pupilli arrogati, & vltra hoc quartam partem bonorum suorum, & facere talẽ restitutionem illis personis, quibus bona pupilli obuenissent, si arrogatio non fuisset.Et hoc stando quòd arrogatus sit in pupillari ætate.De hoc in Authen. de adop.& l. is verbis. & leg. non aliter. & leg. si arrogatio . ff. de adopt. §. cùm autem. Institu.eod.titul.

Et pro his omnibus stipulationibus datur quandoq; certi condictio, quãdoque actio ex stipulatu, iuxta l. si quis certum ff.si certum petatur.& Insti.de verbo.oblig.in princi. quando certum, vel incertum in stipulationem deuenit, secundum varios terminos.Tu adde vnum, quod nõ est necessarium, vt prędicta procedant, quando pupillus decedit in pupillari ætate, per d.§.cum autem.cum alijs præallegatis.& l. hæc autẽ, cũ seq.ff.eod. cum seq.Et idem in pupilla arrogata, d.l. hæc autem.Et cùm non reperio pretoriam esse, potes eam ciuilem facere: tamen vide, cum videar lassus in fine opusculi.

Post hæc Sanctus Blasius ponit vigintiquatuor quæstiones ad materiam actionum.Primò, quid sit actio.Secundò, in quo differat ab exceptione. Tertio, quo iure introducta sit actio. Quarto, in quo differat ab actu. Quinto, an quis possit agere sine actione.Sexto, an actio sit exprimenda in iudicio. Septimo, si exprimitur actio inepta, &c.Octauo, si producitur libellus ineptus.Nono, si fertur sẽtẽtia in meritis causæ.Decimo, ĩ quo differt actio ab officio iudicis. Vndecimo, ꝗ sint actiones ex varijs figuris causarum.Duodecimo, an de iure canonico ex pacto nudo nascatur actio. Decimotertio, an possint cumulari plures actiones.Decimoquarto, an agenti possit obijci exceptio. Decimoquinto, an plures in eodẽ libello possint conueniri.Decimosexto, in quo differat actio ab obligatione. Decimoseptimo, an in actione sit exprimenda causa proxima vel remota.Decimooctauò, quot modis colligitur actio. Decimonono, an actio per præscriptionẽ tollatur ipso iure. Vigesimo, ĩ quo differat actio directa, & vtilis.Vigesimoprimò, quot modis datur actio.Vigesimosecundo, an sit dare actionem in genere.Vigesimotertiò, an ex contractu inutili oriatur actio. Vigesimoquarto, vtrum deducto contractu in stipulationem, oriatur actio etiam ex contractu. De quibus hìc per eum, per quatuor columnas.

FINIS.

PLACENTINI IVRISCONSVLTI VETVSTISSIMI, DE VARIETATE ACTIONVM, LIBRI SEX.

PLACENTINI DE RERVM VENDICATIONIBVS, Liber Primus.

DE DEFINITIONE ACTIONIS.

TITVLVS PRIMVS.

ACTIO nihil aliud est, quàm Ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Et notandum est, quia singula verba in definitione ista posita, pondus habent. Siquidem actio nihil aliud est scilicet hodiè, quàm olim fuerat. Quippe olim erat actio solennium verborum & præscriptorum formata conceptio, à collegio Pontificum impetrata. i. magistratuum vel senatorum. Ideoq; omnes actiones quondam præscriptis verbis. i. solenniter conceptis atque formatis impetrabantur, adeoque omnia solenniter procedebant. Prout Cicero testatur in Rhetoricis: si quis à syllaba caderet, causam amitteret. At enim sublatis solẽnibus & ab aula dimissis, iurisque formulis radicitus excisis, & aucupationibus syllabarum per Constantinum principem penitus amputatis, actionibus postmodum, nõ tamen omnibus nomina certa sunt posita. Nempe plura sunt negotia quàm vocabula, & plures sunt actiones quàm earum nomina: quæ cũ deficiunt aliàs confugitur ad actionem de dolo, aliàs ad cõdictionem ex lege, aliàs actionem in factum, aliàs ad actionem præscriptis verbis.

De dolo tunc agitur, cùm dolus in contractu, vel extra, admittitur. nec alia via agendi vel excipiendi suppetit, vt. ff. de dolo. l. 1. Sed & tunc demum cum in speciale nomen maleficij non cadit. Nempe sicut se habet in criminalibus stellionatus criminatio, sic & se habet in ciuilibus de dolo actio, vt ff. de cri. stel. l. 3. §. item si quis. In speciale nomen maleficij nõ cadere id intelligo, ꝙ nõ coercetur lege aliqua certa, sed nec & eius sententia. Nam & de seruo corrupto soluto, licet non agatur Aquilia. i. ex directis verbis legis Aquiliæ, siue in subsidium subrogata, vt Instit. de lege Aquil. §. vltimo.

Sed nec abhorreat quòd dixerim, nomine maleficij in contractu admissi, actione de dolo agi. Nam cùm contractui dolus causam dederit, non actione ex contractu, sed de dolo agitur. si traditio sequatur. Quippe contractus est nullus dolo initus, vt ff. de dolo. l. eleganter primo responso. præsertim si sit bonæ fidei, tunc enim nec actio oritur. Si verò sit stricti iuris, actio quidem nascitur, sed exceptione perimitur, vt ff. de ver. obli. l. si quis cum. & C. de inutili stipu. l. penul. Ex dolo autem qui admittitur extra cõtractum, quin de dolo competat actio, nemini venit in dubium. Ecce enim si permisisti mihi vt in fundo tuo sererem, fructusque colligerem, nec tollere me patiaris, ciuilis actio non nascitur nec competit, sed de dolo extrinsecus à prętore tribuitur, vt ff. de præscriptio. versi. leg. permisisti. §. permisisti.

Cõdictio ex lege tunc intẽditur, cùm lege aliqua noua obligatio inducitur, nec tamen, quo genere actionis agi debeat, ea lege cauetur, vt ff. de cond. ex lege. Ecce enim donator ét citra stipulationis vinculum ex nudo duntaxat pacto condictione ex lege noua Iustiniani, vt C. de do. l. si quis. 2. §. sinautẽ hoc, ad tradendum compellitur.

In factum actio subsidiaria, vtpote cuius tenor in multis ac varijs iuris articulis proditus est, vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. 1. tunc intenditur, cùm alia actio deficit, æquitasq; suadet actionem dari, nulla tamen lege actionem dandã esse nominatim exprimitur. Quoties enim deficit actio vel exceptio, vtilis actio vel exceptio. i. in factum competit, vt ff. de interro. act. l. qui seruum. Et sciendum est quia in factum actio propriè datur, cum ex maleficio vel quasi agitur: vt si quid effusum deiectumue est, vel perperam per imprudentiam iudicatum. In ijs enim casibus nulla ex nomine prodita actio nascitur, sed nec ex lege condictio, seu de dolo præscriptis verbis actio. Cum itaque cæteræ actiones deficiant, & necesse est aliquam competere in defectum, nõ immeritò decurritur ad actionem in factum, vt ff. de præscriptio. ver. l. quia. & l. quoties. Ecce enim si decem numismata fuerint sub conditione legata Titio, & eorundem vsufructus purè Pamphylo, hæresq; illa numismata, non exacta cautione Pamphylo præstiterit, Titio post conditionis euentum per actionem in factum succurretur aduersus fructuarium. hoc tamen ita ij nec legatarius stipulatus fuerit: nec hæres dolo malo in exigenda cautione cessauerit, vt ff. ad exhi. l. Iulianus. §. si tibi decem.

Condictio ex lege, in præfatis tribus casibus. i. vbi quid deiectum effusum ve est, vel perperam iudicatum, ideò non datur, quia nulla noua lege obligatio noua inducitur, sed vetus & iure gentium parta à prætore formatur, sed nec de dolo actio competit. Ecce enim vbi quid deiectum est, nec aduersus eum qui deiecerit (vtpote cum alio iure. i. lege Aquilia teneatur) de dolo actio datur. sed nec aduersus eum ex cuius domo deiectum fuerit, cùm nequaquàm dolum admiserit. Sanè qa aliquatenus culpæ reus est eo, ꝙ opera malorum hominũ vtitur, actione in factum tenetur, vt ff. nau. caup. sta. l. vlti. §. hac actione. & Insti. de ob. ex q. de §. itẽ exercitor. In effusis & perperam iudicatis eadem ratio est, eadem ergo censura. Illud autem certissimum est, quòd in prædictis tribus casibus & similibus præscriptis verbis actio cessat, eo quia ex cõtractibus duntaxat innominatis, & ex quasi contractibus, & ex pactis incontinenti in contractibus adhibitis, præscriptis verbis datur, vt ff. de præscrip. ver. l. 2. Et hoc tam in iudicijs stricti iuris, quam bonæ fidei, vt C. de pact. l. in bonæ fidei. & ff. de pact. l. iurisgentium. & ff. de contrahen. emp. l. pacta conuenta. Et in iudicijs stricti iuris, vt ff. de pact. l. rescriptum. §. vlt. cum l. sequenti.

quenti.ff.si cer.pet.l.lecta.C.de dona.l.legem. Istis itaque legibus euidenter ostenditur pacta in continenti adhibita, tam in contractibus stricti iuris, quàm bonæ fidei, & veterem, secũdum qualitatem negotij, actionem informare, & nouam præscriptis verbis actionem parere. Quippe donationis species cuius meminimus, sicut nec stipulatio in bonæ fidei contractibus non reputatur, vt ff.de dona.l.eum qui. Præscriptis autẽ verbis actio, sicut & superius dictum est, & ex cõtractibus innominatis orit, puta ex Do, vt des: ex Do, vt facias ex Facio, vt facias, vt ff.de præscrip.ver.l.naturaliter. Ex quarto autẽ articulo, quod est Facio, vt des, actio de dolo datur. Secus tamẽ casualiter reperitur, vt C.de transact. l. cum mota. De his tamen actionibus, id est, in factum & præscriptis verbis, latiùs dicetur inferiùs.

Sequitur, Actio nihil aliud est quàm ius, &c. Ius, id est, quædam iuris ratio, siue forma qua edita species futuræ litis demonstratur, vt C.de eden.l.edita. & per quã actionem lis omnis initiatur. Nam & Paulus actionem hypothecariam nominat vulgarem formulam, vt ff.de fur.l.si seruus. Aliàs autem iuris nomine significatur constitutio siue censura hominum, id est, ius ciuile, vel gẽtium, vel naturę, id est, ius naturale. Sed & ius dicitur quod prætor iniquè decernit, habita relatione nõ ad id quod fit à prætore, sed ad id quod fieri debet. Ius quoq; dictum est ius necessitudinis, id est, sanguinis. sed & locum in quo ius redditur ius appellamus, vt ff.de iustitia & iure.l. pen. & vlt.& ff.de inter.act.l.4.§. quod ait prætor. Ius quoque appellatur cibus delicatior. Et sciendum est, quia per hoc quod actio ius est, differt ab eo quod in facto consistit, sicut est venditio, traditio, solutio. hæc enim noĩa facti designatiua sunt, & non iuris, vt ff.de curato.furio.l.consilio.§.quæsitum.

Adijcitur Persequendi, ad differẽtiam exceptionis, quæ est ius excipiendi, vel retinendi. Persequendi autem verbo & Agẽdi & Petendi verbum intelligatur. Quippe actionis verbo cõtinentur in rem, in personam, directa, utilis, præiudicium: Stipulationes quoque prætoriæ, quæ instar actionum habentur, sed & interdicta actionis verbo clauduntur, vt ff.de act.& ob. l.actionis. Propriè tamen actio vocatur quæ in personã infertur, petitio in rem, persecutio in rem vel in personam rei persequendæ gratia, vt ff.de act.& obli.l.actio.& ff. de verborum signification.leg.pecuniæ.

Sequitur Persequendi iudicio, id est, iudiciali conflictu, siue contentiosa iurisdictione, quæ expeditur in iudicio, ad differẽtiam voluntariæ iurisdictionis, quæ peragitur in cõcilio, qualis est manumissio, emancipatio, adoptio. Aliàs autem iudicij nomen pro intellectu siue discretione ponitur, vt Instit.quib. non est permiss.face.testam.§. præterea. Actio quoque omnis iudicium appellatur, vt C.famil.herciscund.l.1.ff. de minori. l.in causæ.& ff.de iu.l.si longius.§.si filiusfamilias. Sed & causæ exercitium dicitur iudicium, vt C.de procuratorib.l. licet. & C.de iudic.l.1. Iudicis quoque sententia iudiciũ nuncupatᷣ.

Et notandum, quòd actio, per Iudicij verbum in sui definitione positum, differt ab his causis, quibus quid persequimur, non nostro iure, sed per iudicis officium, vt in restitutionibus a bonæ fidei possessoribus perceptis: quas, cùm vendicantes vincimus, per iudicis officium nobis restitui postulamus, ut C.de rei uendicatio.l.si fundum.& l.certum. Sed & per iudicij uerbum secernitur actio ab eo iure quod omnibus cõmuniter est indultum, puta, ut cuique liceat impunè eum occidere, qui nocturnus ad agros populator intrauit, aut itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit. Quippe nemo debet parcere militi, cui obuiare oporteat ut latroni, ut C.quan. li.uni.si.iu.se.uin.l.1.

Annectitur, Quod sibi debetur: debitum autem intelligo, siue ciuiliter tantum, ut per chirographum spe numerationis factum: siue ciuiliter & naturaliter, ut per mutuum. Id autem quod naturaliter tantùm debetur, id est, per nudum pactum, actiõe nec petitur, nec repetitur. Nempe ex nudo pacto actio non oritur, vt C.de pact.l.legem.& C.loca.l.si tibi. Interdũ tamen & quod nudo pacto promissum est, petitur, ut in constituta dote & donatione. sed & si solutum fuerit, à minore puta, aliquando repetitur, ut ff.de cõdi.inde.l.interdum. Sed & mulier quę intercesserit, licèt naturaliter debuerit, si soluerit, repetit, ut ff.de condi.indebi.leg.qui exceptionem.

Sed & hoc uerbum, Quod sibi debetur: omnem omninò actionem comprehendere intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissi fuerit persecutio, ut ff. de uerborum significatio.leg.pecunię uerbum.

Et sciendum est, quia licet contractus penè omnes sint naturales, id est, à iure gentium introducti, ut Institu. de rer. diuis. actiones tamen omnes, id est, agendi formulas ius ciuile induxit atque pretorium: quod est uiua uox & portio iuris ciuilis. Sanè quodam in loco iuris habetur mentio naturalis actionis, ut ff.de fideiuss.l.fideiussoribus.

Exposita est paulò superius sufficienter actionis definitio, quę est, Actio nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Hęc, inquam, definitio conuertitur cũ suo definito. Omnis enim actio est ius persequendi, &c. & omne ius persequendi, est actio.

Ex ijs oritur quęstio, sit ne actio rei uẽdicatio? Profectò minimè. Nempe qui in rem actionem intendit, siue rem uẽdicat, nihil sibi debitum petit: sed quod suum est, sibi restitui postulat. Quod autẽ alicuius est, id amplius eius fieri deberi ue seu dari nulla ratione potest, ut ff.de excep.rei iudic.l.& an eadẽ. §.actiones.& Institu.de lega.§.sed & si rem legatarij.& Insti. de actio.§.sic itaq; discretis actionibus. Relinquitur itaq;, ut rei uendicatio, inspecta definitione prędicta, nequaquam sit actio. Eò tamen decursum est, licet per abusum usurpatumq; contra definitionem superiùs expositam, ut rei uendicatio nũcupetur actio. Quippe actionis uerbum latiùs porrigitur & generale est, ut ff.de uerborum signific.leg.pecunię.

Ad hęc non absurdè quęri potest, quę res sit actio? Finge enim quòd quis acturus ait, Rei uendicationẽ intendo seu rẽ uendico, petitionem hęreditatis propono, uel hęreditatẽ peto: utrum ne horum uerborum conceptio uel significatio erit actio, quidue tertium? Et certè uerborum conceptio nullatenus est actio. Non enim figura literarum, id est, figura literali uel uocali, sed oratione quam exprimunt literę, id est oraitone intellectuali obligamur, ut ff.de acti.l.non figura. Veruntamen si certam rationem sequamur, nec intellectualis oratio, id est uocalis orationis significatio erit actio. Quippe iuris nomen non recipit, nec ergo actionis. Sicque quid tertium actionem necesse est esse. Erit itaque actio non quęcunque petitio, uel intentio, sed quę subijcitur petitioni fundandę intentionis causa ratio. Ecce enim inquit actor, Rem uẽdico, quia res mea est: hęreditatem peto, quia hęres sum. Hę certę subiectę rationes proculdubio sunt actiones. Nam & in Dialecticis reprobatis aliis ambagibus, nihil aliud est argumentum quàm ratio quę subiicitur, & quod inducitur ad probandum positum dubium, puta, si in quęstione uertitur, an Socrates sit animal, & allegetur quia est homo, competenter à necessario infertur, quia est animal.

DE DIVISIONE ACTIONIS.

TITVLVS SECVNDVS.

Exposuimus non multo superius qualiter actio definiatur, nunc explicemus quemadmodum diuidatur. Et notandum quia à singulis uerbis, quę sunt posita in definitione actionis, diuisio sumitur. Ecce enim in primis à uerbo Iuris: quia sicut Ius aliud ciuile, aliud pretorium, sic & actionum alię sunt ciuiles, alię prætoriæ, ut ff.de actio l. act §. ulti. A uerbo Persequendi, sumitur diuisio, quòd actionum aliæ sunt in rem, alię in personam, aliæ mixtæ. A uerbo Iudicii sumitur diuisio, quia sicut iudicium aliud est bonę fidei, aliud stricti iuris, aliud arbitrarium: ita & actionum omnium alię sunt bonę fidei, alię stricti iuris, alię arbitrariæ. A uerbo Debiti, diuisio gemina trahitur secundum qualitatem eius & quantitatem. Secundum qualitatem hoc modo: quia sicut debetur aliàs res, aliàs pœna, aliàs utrunque: ita & actionum omniũ alię sunt persecutoriæ rei, alię pœnæ, aliæ utriusque. Secundũ quantitatem hoc modo: quia sicut aliàs debetur simplũ, aliàs dupium, aliàs triplum, aliàs quadruplum sic: & actionũ omnium alię in simplum, alię in duplum, aliæ in triplum, aliæ in qua-

truplum concipiuntur. vlterius enim nulla actio extenditur, vt Institu.de actio.§.omnes autem actiones,licet pœna aliqñ & in amplius extra ordinem producatur, vt C.de his,q.a.n. do.ma.l.vlti.& ff.de incend.ruin.naufr.l.j.statim à principio.

Possumus tamen & adhuc commodius diffusiusq; partiri: omnium actionũ, quibus inter aliquos disceptatur, aliæ sunt ciuiles,aliæ sunt prætoriæ.Harum omnium,id est, ciuilium & prætoriarum aliæ sunt in rem,aliæ sunt in personam,aliæ sunt mixtæ, vt famil. hercis.commu.diuidun.finium regundo.pet. hære.& fortassis actiones in factum,quæ pro interdictis retinendæ possessionis hodie redduntur.Item harum omniũ aliȩ sunt bonæ fidei,aliæ sunt stricti iuris, aliæ arbitrariæ, vt actio quod metus causa,de dolo in rem actio,& redhibitor.vt ff.de ædilit.edicto.leg.redhibitoria actio.Item actionum omnium aliæ sunt persecutoriæ rei, aliæ pœnæ, aliæ cuiusdam mixturæ,aliàs in simplum,aliàs in duplũ,aliàs in triplũ,aliàs in quadruplum.Aliȩ certæ,aliæ incertæ.Aliæ famosæ,aliæ non famosæ.Aliæ priuatæ,aliæ publicæ siue populares. Aliæ transeũt ad hæredes,aliæ non transeunt.Aliæ de re familiari proponũtur. Aliæ extriusecus ex æquo & bono ad vindictam proditæ sunt, vt iniuriarum,& in factum actio, quæ redditur de libero homine occiso,vt ff.de deiect.l.si uerò.§.hæc autem actio.& ff. đ redhibito.l.qua vulgo.& Insti.si qua.p.fe.d.§.pe.Item actionum omnium,aliæ sunt temporales,aliæ perpetuæ. Item aliæ descendunt ex contractibus, aliæ ex quasi, aliæ ex maleficio vel quasi,sed & ex varijs causarum figuris, vt ff. de actio. l.1. Variæ figuræ fortassis sunt pacta in continenti adhibita, vel dices propter condictionem furtiuam id dictum esse.

Ex contractibus autem proficiscuntur actiones aliàs nominatis,aliàs innominatis,aliàs re,aliàs verbis,aliàs literis, aliàs consensu.Re,aliàs specie,aliàs quantitate.Verbis, aliàs ad firmatiuis,aliàs negatiuis,aliàs in dando,aliàs in faciendo,alias purè,aliàs in diem,aliàs sub conditione.In diem, aliàs certũ, aliàs incertum.Sub conditione,aliàs protestatiua, aliàs casuali,aliàs mixta,aliàs possibili, aliàs impossibili seu probrosa, aliàs natura,aliàs iure,aliàs moribus.Literis cõtrahuntur obligationes,& ex illis prodeunt vniformiter actiones,vt ex chirographis quæ spe numerationis conficiuntur.Cõsensu, alias expresso,aliàs tacito.Expresso,ut ex venditione, emptione,locato,conducto.Tacito consensu inducuntur actiones,puta actio ex stipulatu pro dote,& hypothecariæ actiones in pluribus iuris articulis,vt in omnium tutorum cura & quasi,puta, orphanotrophorum & pro legatis pensionibus, & pro his quæ debita sunt fisco.

Ex maleficiis autem veniunt obligationes, & ex illis oriuntur actiones,aliàs nominatis,aliàs innominatis,aliàs priuatis ut ex furto,damno,rapina, iniuria. Aliàs publicis, ut de ui & de libero homine occiso, in duobus casibus superius positis, aliàs extraordinariis.Nam ex stellionatu, quod constat esse extraordinarium crimen,actio pignoratitia nascitur,ut ff.de pignoribus actionum.l.tutor.§.contrariam.& ff. de crimine stellionat.l.1.Quippe criminum alia sunt priuata,alia publica,alia neutra,ut C.de uet.iur.enu.l.tanta circa nos.& ff.de crimi. stelliona.l.1.Item actionum,aliæ sunt directæ,aliȩ utiles, aliȩ contrariæ. Inter directas tamen & utiles non est differentia. Non enim refert,directa quis an vtili actione agat,vel conueniatur:quia in extraordinariis iudiciis,qualia sunt hodiè omnia iudicia, & in quibus conceptio formularum non obserua tur hæc subtilitas superuacua est, maximè cùm utraque actio eiusdem potestatis est,eundemque habet effectum,ut ff.de negotiis gestis.l.actio.& Insti.de inter.§.finali. Item actionum, aliæ dantur ex maleficiis,ut de dolo in factum,præscriptis uerbis:aliæ ex obligationibus nascuntur,ut ff.de actionibus.l.ex maleficiis.& ff.de procuratoribus.l.licet.Item actionum, aliæ redduntur in solidum,ut uenditi, mandati, locati: aliæ non in solidum.hoc autem fit tripliciter, aliàs enim peculiotenus agitur ex contractibus,scilicet,filiorum fam.suorumque.aliàs, nisi in id quod ei abest,prædoni,puta, ꝙ improbè ad alterius accessit negotia.Actio enim neg.gest.datur,sed in id in quo ille alter locupletior factus est,ut ff.de negotiis gestis.l. si pup. §.sed & si quis.id est, aliàs agitur in quantum reus facere potest,hoc est, quòd non totum quod habet ei,extorquetur: sed ipsius ratio,ne egeat,habetur,ut ff.de re iudic.l.inter eos.Agitur autem sic aduersus maritum, socerum,& socium, ut ff.de re iudicata.l.sunt qui,cum duabus legib.sequentibus.Sic quoque agitur aduersus quondam filium exhæredatũ,uel ex modico institutũ,absentem ue,nisi patremfamilias se fortè mentitus est,ut ff. quod cum eo qui in al. po. l. secunda & quarta. hoc tamen ita,si contractus nomine secum initi, cùm esset in potestate,conueniatur.Item actionũ omniũ aliæ sunt uniuersales,siue generales,ut petitio.hæred.mandati,tutelæ, pro socio.Aliæ sunt speciales,siue singulares,ut rei uendicatio, condictio furtiua, & triticaria. Et quia in actionibus in rem plus iuris habemus,utpote per quas petimus nostrum proprium, quàm in personalibus, quibus exigimus nobis debitum, de rerum uendicatione in primis dispiciamus. & quia in rẽ agitur,aliàs pro uniuersitate puto hæreditate,quæ hereditatis petitione proposita,petitur.aliàs pro re singulari,constatq; quia uniuersitas dignior est,quàm res singularis,à petitione hæreditatis sumamus initium.

DE PETITIONE HAEREDITATIS,

TITVLVS TERTIVS.

Videamus itaque,cui petitio hæreditatis competat,& in quem:& qualis sit,bonæ fidei an stricti iuris, temporalis an perpetua.Petitio hæreditatis, alia directa inuenitur, alia utilis.Directa competit hæredi uero,ab intestato uel ex testamẽto.Ab intestato aut iure ueteri,id est, ex lege duodecim tabularum.Aut iure nouo,ut ex Senatuscons.& constitutionibus,ut ff.eodem.l.prima & tertia. Datur autem aduersus eũ, qui possidet hæreditatem totam,partem ue,ius hæreditariũ, rem ue hæreditariam, licèt unam & minimam, quo quidem casu,etiam tota hæreditas ab eo,qui ex asse est hæres,mero iure inspectoque rigore, petitur.sed hoc solum ei iudicis officio restituatur,quod aduersarius possidet,ut ff.eodem.l.licet. & ff.si pars hære.peti.l.unic.§.is qui hæreditatem. Sed & aduersus eum datur qui possidet res quasi hæreditarias, ut ff.eodem.l.item uidendum.§.ultimo.& l.non tantum. Item aduersus eum qui possidet res,quæ neque sunt hæreditariæ, neque quasi,puta fructus qui post aditam hæreditatem accesserunt, ut ff.eodem.l.item ueniunt.§.item non solùm.& §.fructus. & C.eod.l.secunda.Datur autem aduersus eum directa,qui nullo titulo possidet,id est,pro hærede uel possessore,ut ff. eodẽ. l.pro hærede.Nullum autem titulum æstimo, qui uel prorsus & de facto nullus est,aut, & si de facto processit, iuris ratione deficit.Deficit autem aliàs ratione personæ, ut si quis sciẽs à furioso emerit,aliàs ratione rei,ut si post motam controuersiam quis comparauerit,ut ff.eodem. leg. qui interroga. & l. nec ullam.& C.eod.l.2.

Vtilis petitio hæreditatis, distinguitur, aliàs ex persona actoris, aliàs ex persona rei. Ex persona actoris, dicitur utilis petitio hæreditatis, & possessoria,quæ competit bonorũ possessoribus, quos prætor uelut hæredes facit: & fideicommissaria,quæ proponitur his quibus hæreditas ex Trebelliano restituitur,ut ff.de possess.& fideicommiss.hære.petit. Ex persona rei,puta aduersus eum qui dolo possidere desiit, liti ue se obtulit,ut ff.eodem.l.etiam.§.item si quis.& l.qui se.Datur autem utilis & aduersus emptorem aliàs ue acceptorem bonæ malæue fidei. Aduersus autem bonæ fidei possessorem, duobus duntaxat in casibus,puta,si uenditor non compareat,modico ue distraxerit,ut ff.eod.l.etiam.§.1.

Habet autem hæc actio tàm directa quàm utilis multa cõmunia cum speciali in rem actione, multaq; singularia. Ecce enim petitio hæreditatis sicut & rei uendicatio contra possidentem datur,dolum coercet etiam ante litem contestatã ad missum,ut ff.de rei uendicatione.l.sin autem.§. sed & is. Singularia autem hæc sunt.Petitio hæreditatis non datur,nisi cõtra possessorem sine titulo,præterquàm in casu.Rei uendicatio contra omnem possessorem. Item petitione hæreditatis non petitur,nisi uniuersitas. Rei uendicatione non nisi, saluo grege,res singularis,ut ff.de rei uendicatione.l.unic.§.p hãc.

Item

Item petitio hæreditatis augetur fructibus,rei vendicatio minimè.Item petitione hæreditatis non tenetur bonæ fidei possessor nisi locupletior.Rei uendicatione etiam de fato, quando,puta,petitor erat distracturus. Item in petitione hæreditatis bonæ fidei possessor fit malæ fidei ex sola denuntiatione. in rei vendicatione non,nisi contestatione.Item petitio hæreditatis non datur nisi pro hærede & hæredi. Rei uendicatio cuique. Item petitio hæreditatis contra possessorem & iuris & corporis. Rei uendicatio non nisi contra possessorem corporis.Item petitio hæreditatis non datur contra emptorẽ habentem regressum aduersus venditorem, eumque bonæ fidei possessorem,nec vtilis competit, sed rei uendicatio competit contra quemcunque possessorem. Item possessor hæreditatis impensas & necessarias & vtiles per exceptionem conseruat. Rei possessor non,nisi necessarias,vt C. de rei vendicatione. l. domum.vtiles sicut uoluptuarias aufert. Item possessor hæreditatis,suæ possessionis titulum cogitur dicere,& pro qua parte possideat:sed rei specialis possessor minimè. Constat autẽ quia hæreditatis petitio,mixta est,id est,in rem & in personã, vt C.eodem l.hæredita.& ff.eodem.l. sed & si. §. petitio. Sed & in hæredem transit vtpote cum ex quasi contractu proficiscatur.Aliquando tamen & ex contractu actio contra hęredes non competit,vt Inst.tut.de perpetu.& tempora actio. §. aliquando tamen. perpetua quoque est,vt Institu.eodem.Et bonæ fidei,vt C.eodem l.vltima.

DE REI VENDICATIONE.

TITVLVS QVARTVS.

IN rem actio,quæ appellatur rei vendicatio.Rei,scilicet,singularis:Et directa reperitur & utilis. Appellatio enim rei, non genus,sed speciem significat, quæ, & designanda est, & utrum tota,an pars,& quota petatur,expressim dicẽdum est, vt ff.eodem.l.si in rem. In rubrica autẽ de rebus creditis Rei verbum vt generale prætor elegit,ut ff.si certum petatur.l.j.§. omnes enim.In titulo autem huius actionis,id est,rei vendicationis,singularis rei significatione idem accipitur. Directa rei vendicatio,aliàs domino competit,aliàs non domino.Domino directa competit,aliàs directò, aliàs non. Directa directò competens datur in possidentem. Directa non directò competens,datur in eum,qui dolo possidere desijt,uel liti se obtulit.Licet enim hæc sit vtilis propter eum qui conuenitur:directa tamẽ potest dici ratione eius,id est,domini qui experitur. Non domino directa datur in rem actio,non tamen directò, id est,non nomine suo,sed procuratorio:puta,si à domino fuerit cessa mandataq;.nam & actionem in rem, & cedi & mandari posse,certò certius est,ut C.de actio.vend. l. vltima. Hoc tamen in casu,licet cessa fuerit rei vendicatio, si non præcessit delegatio,penes cedentem remanet,si dominns fuerat, cũ rei dominio,vt C.de noua.l.si delegatio. De directa rei vendicatione primò uidendum,postea de vtili, imò de utilibus disputabitur.

Dicendum itaque est,quid sit in rem actio,vnde nascaẽ, cui competat,& in quem,quid in eam veniat,& quod sit in ea iudicis officium,& qualis sit hæc actio. In rem autem vendicatio directa,est actio per quam rem nostram,quæ ab alio possidetur,petimus,& semper aduersus eum qui rem possidet, vt ff.de actio.l.actionnm. Nascitur ergo rei vendicatio,non ex obligatione,ut Instit.de actionibus,sed ex possessione.Quippe possessio parit aduersario actionem in rem,ut C.de alie.iudi.mu.cau.fa.Competit autem in rem actio ei,qui dominium acquisiuit iure ciuili vel gẽtium,non iure naturali, nempe eo iure omnia sunt communia,nulla priuata.Ex ijs colligitur,qa nec sacra,aut religiosa uẽdicare possumus,sed nec liberos nostros,nisi quis adiecta causa, id est,ex iure Quiritum vẽdicet, ff.eodem.l.1.§.per hanc autem. Datur autem ei qui dominiũ quæsiuerit traditione,quasi traditione,& modo neutro. Traditione,vt ex donatione,venditione,similibusq;.Quasi traditione,ut si quis in re sua vsumfructum sibi exceperit.vsusfructus enim exceptio pro rei traditione habetur,vel si quis rem suam propriam,non errans,à domino cui donauit, conduxerit,vel si possessor rei alienæ,præsentis tamen, æstimationem præstitit,si tamen res illa in dominio petitoris fuit,vt ff. eodẽ. l.quædam.& l.eius.cum l.sequent.Modo neutro vt in hæreditarijs & legatis,siquidem directa uia,legata, ab adita hæreditate,ad legatarium transeunt,vt ff.de furtis.l.à Titio. Hæreditaria quoque fiunt hæredis,aditione hæreditatis, etiã sine apprehensione possessionis,ut ff.de crimi.expi.hæred.l. secũda. §.apparet.& C.eodem.l.1.

Datur autem hæc actio,sicut etiam dictum est, in eum qui possidet corpus quodlibet. possideri autem illud corpus intelligo,quod censetur per se:& extat:secus si quid fuerit inclusum,iniunctum,intextum ve.in ijs enim casibus non habet vẽdicatio locum,nisi,quod sic habetur,fuerit exhibitum separatumque.aliquando tamen nec,ut exhibeatur,agitur,vt si sit tignum iniunctum.Sed & aliàs non vendicatur quod inuenitur exutum,uel abruptum,ut ff.eodem.l.in rem.§. item quæcunque.puta si fuerit ferruminatum.Corpus autem intelligo quale,siue solidum vt lapidem,siue discretum ut gregem,siue cõiunctitium,ut ita dicam,cuiusmodi sunt ædificium, nauis, armarium,ut ff.de vsucapionibus.l.rerum.

Et sciendum est,quia vt omnis generis corpus hac actione petitur,sic & possessio qualis qualis etiam naturalis locum facit huic actioni. Quippe & à commodatario & depositario, sed & ab omnibus qui tenent,& habent restituendi facultatẽ, uendicari posse puto,vt ff.eodem.l.officium.in fine. Excipitur qui rem immobilem alieno nomine tenet.hic namque sit conuenitur,dominum in iudicio nominare permittitur, ut C. vbi in rem actio.l.secunda.

Venit autem in hanc actionẽ rei ipsius restitutio, sed & omnis causa & accessio præsertim post litem contestatam, vt ff. eod.l.Iulianus.§.item Iulia.& l.præterea. ante litem contestatam non.Nomine rei deterioris factæ, malæ fidei possessor tenetur,& iudicis solertia coercebitur, in hac actione remissa Aquilia,prout actor maluerit,vt ff.eodem.l.non solum.& l.qđ si.Bonæ fidei autem possessor & si rem petitam neglexerit, deteriorem, sine dolo tamen, reddidit, nulli querelæ subiectus est ante petitionem,postea uerò & ipse prædo est,ut ff.de petitio.hęred.l.quæ si.Habetur ergo in hac actione, secundum ea quæ dicta sunt,ratio damnorum perceptorum,sed & impẽdiorum. Ecce enim si bonæ fidei possessor ędificium fecerit, uel refecerit,ei consulitur per retentionem, siue doli mali exceptionem,non tamen quatenus impensum est, sed in quantũ res melior facta est,hoc tamen ita, si petitor diues fuerat, eandemque facturus,etsi pauper ilico erat distracturus,ut ff.eod. l.in fundo.& non per actionem,ut ff.de excep. do. ma. l. cùm vir.Nec,quod ab aliquibus iactatur,actionem negotiorum gestorum debere competere,ad instar prædonis qui accessit ad aliena negotia sui lucri causa quæcunque gerit, si quidem prędo est,& quamuis suo commodo studeat, alienum tamen negotium se gerere non ignorat,ut ff.de nego.gest. l. si pupil. §. sed & si quis.Malę fidei autem possessori, siue quid ex nouo fecerit,siue refecerit,nec actionis,nec exceptionis remediũ tribuitur.Mos enim geritur in tollẽdis talibus impendijs,id est, in uoluntarijs.ut C.eod.l.domum. Si uerò ex nouo malę fidei possessor ędificauerit,nec abradere poterit.Quippe tàm materiam quàm operam donasse creditur,vt C.eodem.l. secunda. & ff.eodem.l.in fundo.Eo tamen saluo,quia,si bonę fidei emptor areę fuerim,inque ea ędificauerim,eo tempore quo iam alienam compererim,& si non prosit exceptio,sine dispendio tamen domini areę,ędificium quod posui, tollere potero, vt ff.eod.l.Iulianus.Illud tamen non inargutè distingui potest,ꝙ sumptus in prędium factus,quod alienum esse apparuit,a bonę fidei possessore per retentionem seruatur, à malę uerò fidei nullo modo,id est,nec actione nec iudicis officio,nec exceptione,nisi necessariò in rem factam impenderit,non, si rẽ ex nouo fecerit.Quippe longè aliud est facere quàm reficere, ut ff.de itiner.actuq; priuato.l.unde.§.reficere.Inutilibus uerò sumptibus & uoluptarijs nulla ratione iuuaẽ, nisi quia abradere permittitur,vt C.eodem.leg.domum.& ff.eod. l.sumptus.nisi fortè tantum dare paratus esset, quantum ijs ablati possessor habiturus foret,nihil laturus nisi ut officiat, nec enim malitijs indulgendum est, ut ff.eodem.leg. in fundo. §.

consti-

constituimus. Sin autem mala fide ædificauerit, sicut & dictũ est, omni carebit auxilio, quia nec aget, nec excipiet, nec iudicis officio ei subuenietur, sed nec tollere, nisi in casu prædicto, concedetur.

Fructuum quoque in rei uendicatione ratio habetur, differenter tamen, & variè, propter varietatem possessorum. Alij sunt bonæ fidei, alij malæ, alij cum titulo, alij sine titulo. Alij faciunt fructus suos, alij non. Fructuum quoque alij sunt percepti, alij non. Perceptorum, alij sunt extantes, alij cõsumpti, alij naturales, alij industriales. Necnon perceptorum alij sunt tales, quos malæ fidei possessor percipere potuisset, si non neglexisset. Alij sunt tales, quos uetus possessor, id est, petitor percepisset, si ei posidere licuisset. Et certè bonæ fidei possessor, siue cum titulo, siue sine titulo, fructus suos facit, quos tãtum sua opera percepit, nempe naturales ad dominum soli pertinent, ut Institu. de rer. diuis. §. si quis à non domino. & ff. de vsuris. l. fructus. Quod enim in ff. de acquirend. rer. dom. l. bonæ fidei, dicitur, bonæ fidei emptores omnes fructus suos facere: intelligi debet ex sua opera alteriusve possessoris nomine præstita prouenientes. hos autem fructus suos factos bonæ fidei possessor victus restituere cogitur, si tamen extent, vt ff. eod. l. Iulianus. & l. & ex diuerso. §. ubi autem alienum. & C. eo. l. certum. & Insti. de iud. offic. §. etsi in rem. & de rer. diuis. §. si quis à non domino. Consumptos autem fructus bonæ fidei possessor lucrifaciat, nisi duobus in casibus, puta si sumptus quos fecerit repetit, vsurasve pecuniæ creditori solutæ. Quippe in istis duobus casibus fructus etiam consumptus cũ sumptibus & vsuris compensatur, vt ff. eodem. l. sumptus. & & l. emptor. Malæ fidei autem possessor, nec fructus, quos sua opera percipit, & si titulum habeat, suos facit, sicque eos extantes etiam actionis iure victus restituit: consumptos autẽ, iudicis officio, vel sine causa condictione compulsus, redhibit, vt Institu. de iud. offic. §. & si in rem. & ff. eodem. l. & ex diuerso. §. ubi autem. & l. si homo. & C. de condict. si. cau. l. mala fide. A percipiendis autem fructibus etiam malæ fidei possessor excusabitur, si tamen titulo muniatur, ut C. eodem. l. si fundũ, si uerò titulo careat, & de non perceptis tenebitur. si tamẽ percipi honestè potuerunt, vt ff. eodem. l. fructus. & l. si nauis. §. generaliter. Fructus tamen & inhonestè quæsitos, possessor restituere cogitur, ne honesta interpretatio non honesto quæstu lucrum possessori faciat, ut ff. de peti. hære. l. si possessor. 2. Sanè mater similisque persona, etiam si titulo nõ gaudeat, de percipiendis non tenebitur, ut C. de usufruct. l. si pater. Malæ fidei autem possessor sine titulo, etiam de percipiendis condẽnabitur, quos scilicet ipse potuit percipere, vt ff. eod. l. fructus sed non in omneis, quo uetus possessor, id est, petitor fuerat perceptuus, nisi malæ fidei possessor fuerit inuasor, C. unde vi. l. 4. Hoc enim in casu malæ fidei possessor condemnabitur, & in fructus, quos uetus possessor percepisset.

Sanè notandum quòd in casu vnico de fructibus, quos etiã percipere potuisset bonæ fidei possessor, tenetur etiam cum titulo: puta si quis conscius à debitore eodemque fraudatore, in fraudem creditorum emerit, vt ff. quæ in frau. creditor. l. ait prætor. §. per hanc.

Generaliter autem cum de fructibus æstimandis quæritur, constat animaduerti non debere an malæ fidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei posidere licuisset, ut ff. eodem. l. si nauis. §. generaliter. Si ergo fruitus est possessor, & petitor fruiturus fuisset, puta naue tabernaue, præstabit fructus, & mercedes, uecturasque. sed & si fruitus est possessor, licet non esset fruitus petitor, similiter præstabit, ut ff. de petiti. hæred. l. cùm hæreditas, præstabit quoque possessor fructus, etiamsi non esset fruitus, cùm tamen petitor fuerat fruiturus. Si uero naue seu taberna non est fruitus possessor, sed nec fuisset fruitus petitor, possessori non imputabitur, ut ff. eodem. leg. si nauis.

Officium autem iudicis in hac actione in hoc versabitur, ut iudex inspiciat an reus posideat, nec ad rem pertinebit, ex qua causa posideat. ubi enim probaui rem meam esse, necesse habebit possessor restituere qui non objicit aliquam exceptionem, ut ff. eo. l. officium. Sed & in eo iudicis erit officium, ut, si contra petitorem iudicauerit, reum debeat absoluere. si uerò pro petitore contra reum, ipsum debeat condemnare, ut rem ipsam restituat cum fructibus; secundum distinctiones superius positas. sed si in præsenti neget sine frustratiõe se posse restituere, tempus ei dabitur à iudice, fideiussoria tamẽ ab eo præstita cautione, de litis æstimatione, vt Insti. de offi. iudi. §. & si in rem. Constat autem quia rei vendicatio est arbitraria id quod probatur ex lege quæ est. ff. sub eodem titulo. l. qui restituere. Sed & per aliam titulo eodem. l. & ex diuerso. Ex eo quoque arguitur, quòd etiam actiones in rem utiles veluti Publiciana, Seruiana sunt arbitrariæ, vt Insti. de actionibus. §. præterea. Arbitraria autem dicitur hæc actio, & quæcunque alia arbitraria, eo quia primum iudex arbitraretur rem restitui, scilicet interloquendo, & postea pronunciat definiendo, & quantum aduersarius in litem sine ulla legis taxatione in infinitum iurauerit, condemnando. Hoc tamen ita si dolo desiit posse restituere, si uerò culpa, non pluris quàm quanti res est, reus condemnandus est. Si uerò rem quidem habet, sed nõ posse restituere contendit, manu militari possessio ab eo iudicis officio transferatur, vt ff. eodem. l. qui restituere. Et notandum, quia ubi quis culpa posidere desiit litisque æstimationem præstitit, etiam præter directæ in rem actionis cessionẽ, suo nomine habebit utilem, ut ff. eodem. l. si culpa. Illi tamen scilicet possessori qui litis æstimationem subiit, sicque rẽ non restituit, petitor de euictione cauere non cogitur, ut ff. eodem. leg. & ex diuerso. §. petitor. Si uerò possessor condemnatus, dolo malo possessionem amiserit, duntaxat ei cauebit petitor per se non fieri, possessionem eius rei non traditum iri, ut ff. eodem. l. hæc si.

Notandum quoque est quòd per arbitrium, id est, per interlocutoriam sententiam, iudex cum reo agit clementius, per vltimum autem calculum, id est, per definitiuam sententiam agit secum durius, coercetque eum seuerius, puta in quãtum iurauerit petitor etiam in infinitum, ut est superius dictũ. Nã & cum eo, qui actione quod metus causa conuenitur, quam constat esse arbitrariam, satis clementer prętor agit, dans ei restituendi facultatem si vult pœnam euitare, ut ff. quod metus causa. Leg. si cum. §. si quis non restituat.

Tollitur autem hæc actio tempore, aliàs ipso iure, vt per vsucapionem, quæ clauditur triennio, & fortassis per præscriptiones decem & uiginti annorum. Aliàs per exceptionem, ut per præscriptiones. Aliàs longiores. Extẽditur ergo hæc actio, alia usque ad triennium, decennium, uicennium. Alia sopitur spacio triginta annorum. Alia quadraginta, puta si fuerit in iudicium deducta, ut C. de annali exceptione. l. 1. §. ad hæc. Aliquando quoque in centesimum annum porrigitur, puta quæ competit Romanæ ecclesiæ, ut in Authen. vt eccle. Roma. cen. an. g. pri. Et quæ competit ciuitatibus secundum quosdam, ut C. de sacrosanct. eccles. l. vltima. Sed & omnis actio nedũ rei vendicatio, quam aliàs tricennalis, decennalis, vicennalis pręscriptio excludit, si loco cuicunque religioso competit triginta annis clauditur, vsucapione & quadriennii præscriptione suum robur obtinentibus, ut Authen. de eccles. tit. col. 9. cõsti. 6. §. quas actiones. Exposuimus de directa rei uendicatione. modo videamus de utili, quæ nõ domino competit. datur autem utilis non domino, alias ratione corporis, ut Publiciana, rescissoria, & plures aliæ. aliàs ratione iuris vt Confessoria & Negatoria.

DE PVBLICIANA ACTIONE.

TITVLVS QVINTVS.

DE Publiciana videndum est qualiter prodita sit, cui cõpetat, & in quem, quid in eam ueniat, & ex quibus causis detur, & qualis sit hæc actio. Est autem actio Publiciana non ideo comparata, ut res domino auferatur, ex bono publico contra naturalem rationem, eiusque rei argumentum est, primò æquitas, deinde exceptio, quæ potest dici secũda æquitas, scilicet, si ea res possessoris non sit. Exceptio tamẽ iusti dominii publicianæ potest obiici, ut ff. eodem. l. ultima & penultima. Competit autem, ei, qui quid sibi traditum ex iusta causa à non domino, posidere cœperit, nondumque vsuceperit.

Nempe

Nempe si vsucepisset, directam & ciuilem haberet, nec vtilem vel honorariam actionem desideraret, vt ff. eodem. l. vnic. Traditum autem ex iusta causa intelligo ex venditione, donatione, dotis nomine, & ex causa legati. sed, & si res ex causa iudicati sit traditaa, diudicatave, publiciana competit, vt ff. eode. l. secunda, & septima. Estque publiciana ad instar proprietatis tradita, & non ad instar possessiouis respicit, vt ff. eodem. l. septima. §. eum qui. Competit autem hæc actio non tãtùm bonæ fidei emptori, & legatario similibusque, sicut dictũ est, sed & hæredi, honorariis quoque successoribus. Datur autem in hæredem & in quemcunque possessorem. Et in summa in Publiciana actione omnia eadem erunt, quæ in rei directa venditcatione diximus, vt ff. eodem. l. sed &. Datur autem, & ex quibuscunque causis datur directa in rem actio, si tamen ex his causis nacti, prout diximus, rerum quæsitarum possessionem amiserimus. Interdum tamen nec ex iustis possessionibus cõpetit Publicianum iudicium, vt ex pignoraticijs, atque precarijs, vt ff. eodem. l. quæcunque statim à principio.

Notandum autem est, quòd & præter traditionem, possessionemq; Publiciana competit, vt in hæreditarijs & legatis, partu quoque ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei emptorem cõcepto, nondumque possesso: sed & in eo, quod per alluuionẽ accesserit, in eo quoque quod alicuius totius integri, vt statuę, ædificij portio fuerit, recisumq; petitur. Sed & si de vsufructu agatur tradito, itemque de seruitutibus rerum Publiciana datur. Istis autem in casibus pro traditione habetur patientia, hic quoque traditionem & patientiam tuendam esse constat, vt ff. eodem. l. si ego. §. si de vsufructu.

Præterea sciendum est, quòd in his demum publiciana cessat, quæ usucapi non possunt: hoc tamen ita, si vsucapio propter rerum vitia præpediatur, puta in furtiuis vi possessis, & seruis fugitiuis, & in summa si res talis sit vt eam lex aut constitutio alienari prohibeat, publiciana non competit: quia ijs casibus neminẽ prætor tuetr, ne cõtra leges faciat, vt ff. eo. l. cũ §. si res tales. & l. siue. §. hæc actio. Si verò vsucapio rerum conditione impediatur, & tunc publiciana competit, vt in vectigalibus, & in superficiarijs: vt ff. eo. l. cum sponsus. §. si res talis. Est autem hæc actio in rem sicut dictum est, vt ff. com. di. l. 7. & arbitraria, ut Institu. de actio. Præterea porrigitur etiã post annum, vt ff. de actio. l. in honorarijs.

DE RESCISSORIA.

TITVLVS SEXTVS.

SEquitur, vt de rescissoria videamus. Competit aũt rescissoria ei, cuius res vsucapta, præscriptave est, actiove sua tempore perierit, cùm Reipublic. causa abest, vel in hostium potestate fuisset, vt Insti. de actio. Rursus quoque alijs multis hãc actionem prætor simili æquitate motus accommodat, vt ff. ex quib. caus. in integ. restitu. l. j. & l. 8. 9. 10. & 11. Hoc tamen ita, si vsucapio in absentia fuerit impleta, postve reditum. sed infra tempus modicum quo hospitium conducitur, sarcina cõponitur, aduocatus quærit, vt ff. ex qui. c. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. De his autem latiùs quæ ad rescissoriam pertinent, in summa quam de restitutionibus fecimus, diligens lector inueniet. Sed & sicut superius datur rescissoria absentibus Reipub. causa, sic & aduersus eos dirigitur, ne ob sit, vel prosit quod euenit, ut ff. ex quib. caus. l. j. puta si ipsi absentes, res domi constitutorum, vsuceperunt, uel præscripserunt. Est autem hæc actio, sicut & superior, tum vtilis in rem, tum arbitraria. differt tamen ab ea quæ superior vltra annum porrigitur, hæc anno terminatur. Item publiciana laborat ut vsucapio perficiatur, rescissoria contra Ius ciuile datur, id est, efficit ut vsucapio rescindatur, vt Insti. de actio. §. namq; si cui & C. ex quib. cau. maio. l. vlti. Item in eo differunt quòd rescissoria agentem prætor permittit dicere vsucaptum non esse qđ vsucaptum est, vt Institu. de actio. §. rursus ex diuerso. Publiciana autem experientem prætor permittit dicere vsucaptũ esse quod usucaptum non est. Nam & aliàs prætor mendaciũ vt pote satis vtile admittit, ipsum quoque impunitum relinquit. Ecce enim l. Cornelia fingitur, ab hostibus captum, ibiq; mortuum decessisse, ea hora qua captus fuit, licet postea diutius uixerit, sed & iure postliminij firmatur ab hostibus reuersum, semper in ciuitate fuisse, licet apud hostes longo tempore manserit: vt C. de postlim. re. l. j. ff. eo. l. in bello. & Inst. quib. mod. ius patr. po. sol. §. si ab hostibus.

DE VTILI IN REM ACTIONE AGRORVM. vectigalium.

TITVLVS SEPTIMVS.

SEquitur & alia in rem utilis, quæ datur his, qui in perpetuum fundum conduxerunt à municipibus. Datur autem aduersus quemcunque possessorem, sed & contra ipsos municipes: ita tamen, si uectigal soluant. Idem est & si ad tẽpus habuerunt conductum, nec tempus conductionis sit finitum. Secus æstimo si à priuato quis conduxerit & in perpetuum. nec enim absurdum est ut plus possit locatio municipum, quàm priuatorum, vt ff. si ager vect. l. j.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVAE DAtur Emphyteutæ.

TITVLVS OCTAVVS.

COmpetit & utilis in rem Emphyteutæ, qui prædia emphyteutica siue sua emponemata permutare potest & uendere, si tamen domino denunciet, vt Institu. de loca. & cõduct. §. adeò autem. C. eo. l. cum dubitatur. Huius autem contractus noui, & à Romanis reperti, propriam naturam Zeno statuit, non inclinantem ad uenditionem, aut locationem, sed suis propriis pactionibus & naturalibus proprietatibus roboratam. Has autem omneis proprietates ex C. & Inst. facilè colligere licet. Illud autem sciendum est, quia emphyteuta, vt pẽsionem soluat, infra triennium priuato, infra biennium loco religioso condictione ex lege conuenitur, licèt post traditionẽ Emphyteutici prædii in se collatam, utili in rem actione emphyteuta contra quemcunque possessorem experiatur. Sed & illud sciendum est, quia contractu Emphyteuseos inito, & nõdum ex eo prædio tradito, condictione ex lege agitur, ut traditio celebretur.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVAE DAtur superficiario.

TITVLVS NONVS.

SVperficiario quoque, id est, ei qui in alieno solo superficiẽ ita habet, vt certam pẽsionem præstet, prætor causa cognita in rem actionem vtilem, & aduersus quemcunque possessorem pollicetur, vt ff. de rei uendic. l. superficiario. & l. prætor. & ff. de pig. actio. l. tutor. §. ulti. si tamen non ad tempus modicum conduxerit, ut ff. de super. l. 1. §. qui superficiem.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVAE DAtur militi & minori.

TITVLVS DECIMVS.

DAtur quoque utilis in rem militi & minori, quorum pecuniis res emptæ fuerint, licèt non eorum nomine, si tamen maluerint uendicare, quàm pecunias condicere, ut C. de rei uendicatio. l. si ut. & C. arbi. tu. l. curator. Tunc autẽ propriè minor prædium sua pecunia comparatum uendicabit, si cura-

curator emerit: secus fortè erit si extraneus comparauit, ut ex l. prædicta, curator, conijcitur.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVAE DATur ei qui rem mortis causa donatam reuocat.

TITVLVS XI.

VTilis quoque vendicatio datur ei, qui rem mortis causa donatam reuocat, siue conualuerit, siue pœnituerit, siue sic pepigerit, siue de peregrè redierit, ut ff. de donat. caus. mort. l. qui mortis.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVA RES inofficiosè donata reuocatur.

TITVLVS XII.

VTilis quoq; vẽdicatio competit, ut reuocetur quod inofficiosè donatum est, sed & ut reuocetur quòd donatarius ingratus, & immemor accepti muneris acceperit, vt C. de inoffi. dona. l. si totas. & C. de reuocandis donationib. l. his solis. Quidam tamen ad reuocanda hæc, duntaxat condictionem ex lege competere inquiunt.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVA RES propter nuptias donata soluto matrimonio repetitur.

TITVLVS XIII.

REs quoque propter nuptias donata, soluto matrimonio, licèt non fuerit tradita, utili in rem actione petetur, vt in Authen. immo. ante nup. do. no. h. d. Sed etsi res tradita, dominiumque sic transiuit, ideoq; directa vendicatio cessat in rem tamen vtilis tribuitur, vt ff. quod met. cau. l. metum. §. ex hoc edicto.

DE VTILI IN REM ACTIONE LEGIS commissoriæ.

TITVLVS XIIII.

ITem si quis vendiderit lege commissoria, hoc est, vt si pecunia die pacto præfixa, non fuerit soluta, res sit inempta, nec fuerit facta solutio, vtilis proponetur rei vendicatio, vt ff. de le. com. l. vlt. C. de pact. inter em. & uen. l. qui ea lege.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVAE DAtur ei qui rem donauit vt aleretur, & non fuit alitus.

TITVLVS XV.

ITem si quis rẽ donauerit vt alatur, nec fuerit alitus, nõ tãtum poterit condicere, id est, in personam agere, sed & vtiliter vendicare, ut C. de dona. q. sub mo. l. j.

DE VTILI IN REM ACTIONE, QVA RES æstimata in dotem data, soluto matrimonio, repetitur.

TITVLVS XVI.

SEd & res æstimata in dotem data, soluto matrimonio, utili in rem actione petetur, vt C. de iu. do. l. in rebus. Aliqui tamen hoc intelligendum asserunt, si intercesserit pactum, vt mulieris esset arbitrium.

DE VTILI IN REM ACTIONE EX TACITO fideicommisso.

TITVLVS XVII.

ITem si tacitum fideicommissum, & per hoc illicitum alicui fuerit relictum, fiscus illud uel utiliter vendicabit, vt ff. de iur. fisc. l. Imperator noster.

DE VTILI IN REM ACTIONE DECIMAE quam quis uouit.

TITVLVS XVIII.

SI quis bonorum suorum decimam, remve quamcunq; suã vouerit, non equidem prius in bonis esse desinit, quàm fuerit separata, vel seorsim posita ad eam petendam vendicatio vel vtilis proponitur, vt ff. de pol. l. 2. §. si decimam. Sanè quod in C. de sacrosanct. eccles. l. vlt. notandum reperitur in rem actionem uel utilem, ecclesiæ competere, ex pacto donationis, venditionis, similibusque, falsissimum puto. Quippe ea lege cauetur actionem ecclesiæ competere, ad instar eorum quæ legati titulo fideive commissi fuerint derelicta. At enim legatarijs & fideicommissarijs, duntaxat nomine relictorũ ante traditionem, actiones in rem traduntur. Ea propter nec ecclesijs nisi in relictis, & non ex pactis actio in rem uel utilis accommodabitur.

DE PRAEIVDICIALIBVS ACTIONIBVS.

TITVLVS XIX.

PRoditæ sunt & adhuc tres actiones in rem vtiles, quæ vocantur præiudiciales. Prima est per quam quæritur, An quis liber sit. Altera, an libertus. Tertia, per quam quæritur de partu agnoscendo, id est, an quis sit filius, vt Insti. de act. §. præiudiciales actiones. Dicuntur autem præiudiciales, quia actionibus secum concurrentibus antea post eave propositis præiudicare solent. Itaq; licet principaliter aliquoties intendantur, præiudiciales vocantur, non ꝙ actu ipso tunc præiudicẽt, sed quia si quæ actiones cum illis concurrerent profectò præiudicarent. Nam & aliàs actionem legis Aquiliæ, pœnalem nũcupamus, non quia semper pœnam contineat, sed quia sic nata est & prodita vt pœnam ualeat persequi, posit quoq; crescere, aliàs ex inficiatione, aliàs ex mensis vel anni spacij repetitione, vt ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. & l. si seruus. & ff. de act. & ob. l. qui seruum. §. vlt. & Insti. de l. Aquil. §. his autem verbis. Tunc autem reuera, id est, nomine & re sunt præiudiciales actiones, cùm aliæ actiones principales intenduntur, & eis præiudiciales actiones in modum exceptionis obijciuntur. Ecce enim si a me petas hæreditatem, egoque tibi obijciam, quòd meus seruus sis, vel libertus, vel filius: in primis ventilabitur hæc à me tibi obiecta quæstio: & si obtinuero, sublata erit tua, licet primo mota fuerit intentio. Nam & aliàs si quem de iniuria fortassis accuso, & ipse mihi cædis aut

aut vulnerum crimen obiecerit, ipse utpote de maiori crimine acturus prius audietur, quàm ego.

Sanè notandum est, quòd illa prima in rem actio utilis praeiudicialis, id est, per quam quaeritur an quis liber sit, seu seru⁹, ciuilis est, & legitimam ferè causam habet. Aliae autem duae ex praetoris iurisdictione substantiam capiunt. Legitima autē causa actionum in rem, dominiū est. Quippe ita proditae sunt iure ciuili actiones in rem, vt quis dominium suum vendicet, vt Insti. de act. §. praeiudiciales, licet ipsum habeat. Nam & aliàs fundum etiam traditum peto, vt ff. de verb. obli. l. vlt. Fe rè autem ideo dicitur in textu, quia licet eo actionis genere agatur de dominio, cessat tamen trina distinctio. Ecce enim aliàs in causis alius est qui petit, alius à quo petitur, aliudque quod petitur. Namque si quis aliquem, qui in possessione libertatis est, petit in seruitutem, ipsum petit, & ab ipso eodem petit, adsertione sublata. si quis in possessione seruitutis constitutus, in libertatem proclamet, ipse est qui petit, & se ipsum petit. In alijs autem duabus praeiudicialibus, id est, per quas quaeritur, an quis sit libertus, seu filius, cessat vtrunque, id est, & dominij ratio, & trina distinctio. Nempe in his de dominio non agitur, sed & in his duabus actionibus idem est qui, uel à quo petit, cum eo quod petitur. In rem tamen & istae duae actiones sunt. Nā libertus praeiudiciali actione à patrono petitur, & siue neget omnino se libertum siue confiteatur, sed nō Gaij, Seij, seu puta se petentis libertum esse diffitetur, praeiudicium redditur, vt ff. si inge. l. vlt. Libertus quoque se dicit suū: & filius similiter, id est, sui iuris. vnde & Persius, Vindicta post quam meus à praetore recessi. Sunt autem arbitrariae actiones istae, vt puto, & extra ordinem aliarum actionum negatiuè ple runque intenduntur, puta cùm alijs actionibus principaliter intentatis obijciuntur. Quod genus actionis, scilicet negatiuae in controuersijs rerum corporalium aliàs proditum non est: nam in his is qui non possidet, agit. Ei verò qui possidet, non est actio prodita nomine corporum per quā neget rem actoris esse, vt Insti. de act. §. aequè si agat. Sanè nomine rerum incorporalium actiones in rem vtiles & negatiuae proditae sunt quae appellantur negatoriae.

DE VTILI IN REM CONFESSORIA ATQVE NEgatoria, quae de seruitutibus tam rerum quàm personarum, cùm rustici, tum vrbani praedij proponuntur.

TITVLVS XX.

Svnt & aliae, quae vocantur Confessoriae. proponuntur autē istae actiones, id est, confessoria & negatoria de seruitutibus tàm rerum quàm personarum, cùm rustici, tum urbani pdij, ut ff. si serui. ven. l. 1. & 2. primo respōso. & Insti. de act. §. aequè. Videamus itaque cui competat confessoria atque negatoria, & in quem, quid in eas ueniat, & quales sint. Et sciendum est, quia cōfessoria & negatoria inuenitur tàm directa, quàm vtilis, licet omnis confessoria ac negaroria sit actio in rē vtilis. Directa autem confessoria nulli alij quàm domino fundi, cui seruitur, competit. Seruitutem enim nemo alius uendicare potest, quàm is qui dominium in fundo vicino habet, cui seruitutem dicit deberi, vt ff. si serui. uen. l. 2. §. haec autem in rem actio. Vtilis autem confessoria dr̄, aliàs rōne psonae, aliàs rōne rei. Rōne personae, sicut ea quae cōpetit non dn̄is seruitutes uēdicantibus, puta superficiario, fructuario, uectigalis fundi possessori, vt ff. de serui. l. ei qui. & ff. de remis. Ratione rei, vtilis cōfessoria competit, puta si quis uiam uendicet ad sepulchrum quod est humanis usibus exemptū, vt ff. si serui. vend. l. 1. licet seruitus itineris ad sepulchrum priuati iuris sit, ut ff. de seruit. l. seruitutes. §. seruitus. Competit autē confessoria directa uel utilis ei, cui seruitus quasi tradita est vel per patientiam. Traditio enim & patientia seruitutum, inducunt praetoris officium, vt ff. de serui. rust. prae. l. in fi. Competit autem ita demum, si ꝓhibeatur uti seruitute, qua & retrò usus fuerit. Prohibetur aūt quis aliàs expressim, ut si prohibeatur ire, agere, uti, frui. Aliàs per consequentiam, ut si prohibeatur uiam reficere, sternere, quidve quod iter facit inuium, auferre, vt ff. si serui. vend. l. loci. §. si quis.

Directa autem negatoria competit domino aedificij, vel praedij, quod seruire debere dicitur, neganti, seruitutem se vicino debere, ut ff. si seruit. uen. l. loci. §. competit. Vtilis autē negatoria competit & eis, & in eos, quibus, & in quos competit utilis confessoria. Sanè notādum est, quòd in negatoria actione duo specialia reperiuntur. Vnum est, quia negatiuè concipitur quod aliàs non habetur, nisi in praeiudicialibus, & in illis, ita demum, si non principaliter, sed in modum exceptionis sicut & superius dictum est, obijciuntur. Est & aliud in negatoria speciale, quia idem est iuris possessor, atq; debitor. Hoc autem vltimum actio negatoria commune habet cum confessoria. Ecce enim si ego, cuius praedium seruire dicitur, patiente eo qui seruitutem sibi uendicat, aedificauero, ego iuris possessor effectus ero, petitorq; negatoriam intendendo: si uero non habuero aedificatum aduersarius meus possessor est. Nā cum nihil sit innouatum, ille possidet: hoc tamen ita, si & retro, sicut iā dictū est, seruitute usus fuerat, & se uti suo iure credebat, ut ff. si ser. uen. l. etsi. §. sciendum. & ff. quemad. ser. amit. l. ult. & ff. de aqua quot. & aest. l. 1. §. Aristo. & ff. de iti. pri. l. ulti. competit ergo confessoria aduersus eum, qui prohibet, quem seruitute uti, opere, manuve. Negatoria uerò competit aduersus eū, qui vult seruitute uti, puta aduersus eum, qui vult uti, frui, habitare, ire, agere, ambulare, aquamve ducere.

In confessoriam autem actionem & negatoriā fructus ueniunt. Fructuum autem nomine in confessoria computatur, quod intersit agentis, seruitute uti non esse prohibitū, vel non prohiberi. In negatoria uero actione fructuum nomine cōputatur quod interest intendendis negatoriam, non esse usum itinere puta fundi sui, uel nòn amplius uti, ut ff. si ser. uend. l. loci. §. 4. Sunt autem sicut & iam dictum est, actiones istae in re, ut ff. si serui. uen. l. 1. §. haec in rem actio. & l. etsi. §. haec autem actio. Et utiles, quia nō gratia dominii, sed quasi proponūtur. Sunt & arbitrariae sicut superiores. Porriguntur quoque vltra annū, quia rei sunt persecutoriae, ut ff. de act. l. in honorariis.

DE HYPOTHECARIA ACTIONE.

TITVLVS XXI.

Enodatae sunt superius actiones in rem tam directae, quàm vtiles, quae gratia dominii uel quasi dominii competunt. Nunc aduertamus de actionibus in rem, quae causa pignoris expressi, taciti, iudicialis, atq; praetorii proponuntur. Sunt autem duae. Hypothecaria, quae quasi Seruiana uocatur, & Seruiana. Exponamus itaq; in primis, cui hypothecaria cōpetat, & unde nascatur, & in quem detur, quid in eam ueniat, & qualis sit actio. Haec eadem & de Seruiana dicemus. Nascitur aūt Hypothecaria iure honorario ex obligationis pacto, ut ff. de pact. l. si tibi. §. de pignore. Competit autem persequenti pignus hypothecamue directa hypothecaria creditori, cui res obligata est à domino, uel non domino uolūtate domini. Vtilis autem tunc competit, cùm non dominus obligauit, rei tamen obligatae dominium postea nactus est. Idem si dominus non domino qui obligauit, successit, ut ff. de pig. act. l. rem alienam. & ff. de pig. l. si Titius. Inter pignus aūt & hypothecā, quo ad actionem, nihil interest, nisi in sono nominis, quippe utraq; pignoris appellatione continetur, ut Instit. de act. §. inter pignus autem. & ff. de pign. l. res. §. inter pignus autem. In arctiore aūt significatione pignus appellat, ꝙ obligatiōis nomine sit traditum, mobile sit, uel immobile. In arctissima aūt significatione & ꝓpriè pignus rei mobilis cōstituitur, quasi à pugno deriuatum, ut ff. de uerb. sign. l. plebs. §. pignus. Hypotheca aūt nudā conuētione contrahitur, ut Insti. de act. §. inter pignus. Competit autem in quemcunque possidentem, vt ff. de pig. l. si fundus. Quippe cum re ambulat, & in rem est, vt ff. de pigno. l. pignoris. Venit autem in hanc actionem rei obligatae restitutio cum fructib. post litem contestatam perceptis.

Sanè

Sanè de fructibus antecedentibus nihil iudex pronunciabit, nisi extiterint, vt ff. de pig. l. si fundus. §. interdum. Est autem in rem hæc actio, sicut dictum est, & arbitraria, vt Inst. de act. Præterea & prætoria, vt ff. de pact. l. si tibi. §. de pignore. Extenditur autem aliàs usque ad 10. vel 20. annos, puta aduersus bonæ fidei poss. cum tit. vt C. si aduer. cle. l. j. Aliàs vsque ad 30. annos. s. aduersus extraneũ detẽtatorẽ carẽtẽ alterutro, id est, bona fide, vel titulo, vel vtroq;. Aliàs vsq; ad 40. id est aduersus debitorẽ & eius hæredẽ, vt C. de præscrip. 30. an. l. cũ notissimi.

DE SERVIANA ACTIONE.

TITVLVS XXII.

Nunc de Seruiana loquamur. Seruiana actio dicta est à Seruio, qui eam introduxit. Competis autem Seruiana locatoribus domorum, & fundorum, & eorum hæredibus, aduersus colonos, inquilinosque, & eorum hæredes, sed & aduersus extraneos datur Saruianum iudicium. Saluianum quoque interdictum quod est de pignoribus adipiscendæ possessionis causa proditum. Directum contra creditorem, & debitorem, & hæredes eorum: vtile in extraneos, vt C. eo. l. j. & 2. ff. de pig. l. si debitor. & ff. de interdict. l. 2. §. sunt autem. & ff. de sal. inter. l. j. & vlt. Veniunt autem in hanc actionem res expresſim obligatæ, sed & tacitè puta inuectæ, illatæ, inductæq; in domum locatore conscio vel ignaro, in fundum ita demũ, si scierit, vt C. loca. l. certi. Est autem hæc in rem vtilis, prætoria, & arbitraria, ut Inst. de act. Et eatenus extenditur, quatenus hypothecaria.

PLACENTINI DE PERSONALIBVS ACTIONIBVS.

Liber Secundus.

DE DIVISIONE PERSONALIVM ACTIONVM.

TITVLVS PRIMVS.

PERSONALIVM itaque actionum aliæ descendunt ex contractib. aliæ ex maleficijs, aliæ ex varijs causarũ figuris, vt superius diximus. De actionib. autem, quæ ex contractibus originem trahunt, vtpotè dignioribus, primùm videamus. Quippè contractus res sunt, maleficia verò siue vitia abs re sunt. Earum autem actionum, quæ ex cõtractibus descendunt, aliæ rebus informantur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ consensibus. Item earum aliæ sunt, quibus præcisè intenditur oportere dari vel fieri, hæ sunt condictiones. Aliæ sunt, quibus non præcisè agitur, sed & sub alternatione intenditur, vt fiat vel detur, aut interesse præstetur, vt in uenditis, locatis, similibusque. De condictionibus, quæ obtinent monarchiam personalium actionum, & habent expressam formam, agamus primùm.

DE CONDICTIONIBVS CERTI PROPTER MVTVVM, ET QVID certi appellatione contineatur.

TITVLVS SECVNDVS.

Exponamus itaque, quid sit Condicere, quidque sit Condictio, & quot modis condicatur. Condicere est Denunciare prisca lingua, vt in ff. de act. Moderna autem lingua & noua nihil aliud est hodiè condicere, quàm in personam agere Sicq; nihil aliud est condictio, quàm in personam actio, vt ff. de act. l. actionum. Inde est, quòd omnis personalis actio non absurdè potest vocari cõdictio. Nam & rerum amotarũ actio in hac significatione dicitur condictio, vt ff. re. amo. l. rerum. 3. Obtinuit tamen per excellentiam, vt si absolutè dicatur condictio, debeat intelligi certi, indebiti. seu ob causam, uel quæcũque aliarum, quæ continent expressam formam personalium act. Condicitur autem aliàs certum, aliàs incertum, sicque cõdictio aliàs certi, aliàs incerti. Incerti condictio competit in tribus casib. puta si quis sine causa obligatus liberatusve incerti condictione agit, vt liberetur, uel in obligationem reponatur, ut ff. de con. si cau. l. qui sine cau. Sed & in locum furtiuæ condictionis, quæ nõ nisi domino datur, vt ff. de con. fur. l. j. Condictio incerti non domino tribuitur, puta creditori, similibusq;: vt. ff. de con. fur. l. & ideò. §. Neratius. Condictio autem certi generalis est ex communi causa competens, ex qua certum debetur, siue ex causa contractus, vel quasi, siue ex causa maleficij, vel quasi: ut ff. si cert. pet. l. certi condictio.

Certum est, quòd ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale, & quantum sit, ut ff. de uer. obl. l. stipul. Item certum est, cuius species uel qualitas nomine proprio uel digito demonstratur, siue aliquib. uocabulis, quæ uice proprij nominis funguntur, ut ff. si cert. pet. l. certum. Scinditur autem condict. certi generalis in duas spés. altera cadit in nomen speciale, & uocatur Triticaria: altera stat in nomine sui generis, & uocatur certi condic. Nam & alias adoptionis una species speciale nomen admittit, & uocatur arrogatio. Altera stat in nomine sui generis, & dicitur adoptio. Speciali autem certi condict. repetitur pecunia data mutuo. Nempe mutuum non contrahitur, nisi pecunia proficiscatur, ut ff. si cer. pet. l. 2. §. item. Pecuniæ autem nomine hic intelligimus omnes res, quę in quantitate consistunt, puta quas numeramus, metimur, & appendimus. In his namque solis consistit mutuũ, ut Inst. q. mo. recon. ob. in prin. Alias aũt nomine pecuniæ oẽs res significamus, ut C. de const. pec. l. 2. & C. de test. l. testãdi. & ff. de uerb. sig. l. pecuniæ.

Ex prædictis colligi potest, quia tres sunt, ut ita dixerim, certi condictiones. Vna est, quæ vocatur triticaria, qua species petitur ex quocunque debito. Altera est, qua repetitur mutuũ non idẽ, sed tantundem sub eodem genere, & peræquè bonũ, puta, frumentũ, oleũ, aurũ, ut ff. si cert. pet. l. 3. Tertia est condictio, qua petitur etiã pecunia numerata, stipulatione promissa non ex mutuo debita. Siquidẽ ex stipulatione duæ proficiscuntur actiones. Vna uocatur ex stipulatu, quæ cõpetit, ubi quid in certũ promissum est, puta insulã fieri, fossam fodi. Altera uocatur certi condictio, qua petitur certa res. Et certè si res illa certa fuerit species, transit cõdictio certi in nomẽ speciale, & vocaẽ Triticaria. Si uerò fuerit illa certa pecunia puta, aliave quãtitas, ea actione petitur, q̃ cõstat in nomine gñali, nuncupaturq;

condictio certi: quæ certi condictio cùm sit in sui generalitate præcipua, meritò ponitur in tractatu prima. De qua certi cõdictione super mutuo specialiter prodita, quòd re contrahitur, audiamus.

Exponamus itaque cui competit, in quem, & qualis sit, & quatenus durat. Competit autem certi condictio propter mutuum ei, qui numerauit pecuniam, aliámve quantitatem, eius quoque hæredi: sed & ei, cuius nomine numeratum est, competit directa certi condictio, quippè hoc in casu ex pacto alterius, alteri quæritur directa certi condictio, propter singularia præcepta, quæ sunt circa pecuniam creditam, vt ff. si cert. pet. l. singularia. Sed & directa hypothecaria hoc in casu quæritur, vt C. per quas per. n. ac. l. 2. Competit autem in eum directa certi condictio, qui suscepit mutuum, & in eius hæredem. In eum quoque cuius nomine susceptum est. Vtilis autem datur ei, qui alterius nomine numerauit, eo non habente ratum. In eum verò dirigitur vtilis, qui alterius nomine recepit, illo non accommodante consensum, ut C. si cer. pet. l. 2. & 4. Venit autem in hanc actionem, ubi condicam non id, quod datum est, sed tantundem, sicut & superius dictum est, & nihil amplius. Actione. n. condictionis ea sola quãtitas petitur, quæ profecta est, vt C. de condic. inde. l. 2. Nec tamen vsura fœnebris pecuniæ citra vinculum stipulationis petitur, vt C. de vsur. l. 3. nisi priuatis à ciuitatib. sit credita: tunc enim ex nudo pacto debentur usuræ, vt ff. de vsur. l. etiam. In speciebus autem puta in fructib. aridis, venit vsura etiam per nudum pactum, magis tamen propriè dicitur accessio vel additamentum, vt C. de vsur. l. frumenti. Constat autem quod hæc actio ciuilis est, & personalis, stricti iuris, & perpetua.

DE CONDICTIONE INDEBITI

TITVLVS TERTIVS.

Post tractatum condictionis certi, quæ intenditur nomine mutui, non incompetenter adnectitur condictio indebiti. qui enim accepit indebitum, re obligatur, & perinde sicut qui accipit mutuum, nisi quod hæc obligationis species potius ex distractu, quàm ex contractu proficiscitur, siquidem qui solum proponit, negotiũ distrahit, & non contrahit, vt Instit. q. mo. re c. ob. §. is quoque. & ff. de act. l. ex maleficijs. §. is quoq;. Plerunque tamen id accidit, vt extra id, quod agitur, tacita obligatio nascatur, ueluti cùm per errorem indebitum soluendi causa datur, ut ff. commo. l. si is. §. si libero. Cõpetit autem condictio indebiti & directa & utilis. Directa competit ei, qui indebitum soluerit, siue per se, siue per alium, & eius hæredi, ei quoque cuius nomine solutum est. Datur autem in eum, qui susceperit, & eius hæredem, in eum quoque cuius nomine susceptum est. Vtilis autem datur ei, qui alieno nomine soluerit, illo non habente ratum. Sed & utilis datur alij quàm ei qui soluerit, puta, si scriptus hæres soluerit testamento rupto, legitimus utiliter condicit, ut ff. eo. l. idem. cum l. seq. & l. nec nouũ. Datur autem utilis in eum, qui alterius nomine susceperit indebitum, illo non habente ratum. Sed & in eum, quẽ, qui soluit, credidit procuratorem in rem suã, factũ, ut ff. eo. l. si proc. §. idem Labeo. & C. eo. l. creditoris. Indebitum aũt intelligo, siue sit omni iure indebitum, siue naturali tantùm. Nempe licèt ciuiliter sit indebitum, si tamen uel naturaliter sit debitũ, solutum non repetitur. superest. n. causa naturalis, quæ repetitionem inhibet, ut ff. quod quisque iu. in. a. sta. l. sed quis. §. ult. & ff. eo. l. naturaliter. & l. si pœnæ. §. quamuis. Sed & indebitum intelligo, etiam si alij, uel ab alio sit debitum, non tamen ei, cui, uel à quo soluitur. Quamuis. n. debitum sibi quis recipiat, tamen si is qui dat, non debitum dat, repetio competit, ut ff. eo. l. si pœnæ. §. quamuis. & l. in summa. §. ult. Aliquando tamẽ indebitum solutum non repetitur, à sciente puta, ut ff. eo. l. j. & l. si is. nisi minor ętas adiuuet. Sed ex causa iudicati solutum non repetitur, ut ff. manda. l. si fideiussor. §. in omnibus. nisi iudicatum sit ex falsis instrumentis uel corruptis testibus, ut C. si ex fal. instru. l. j. Ex transactione quoque solutum non repetitur, nisi per falsum sit extorta, uel per calumniam, ut ff. eo. l. in summa. & C. de transact. l. penult. Ex causa quoque quæ per inficiationem crescit, & legati uenerabilis locis relicti, indebitum solutum non repetitur, ut C. eo. l. ea quæ per. Sed & si ex pietate quid etiam indebitum soluatur, non repetitur. Sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solutũ repeti non potest, ut ff. eo. l. cũ is. §. mulier. His autem casibus cessantibus, etsi qui similes inueniantur, indebitum solutum repetitur, aliàs ex errore facti, aliàs ex errore iuris, puta in muliere quæ intercessit, ut ff. eo. l. qui exceptione. Aliàs si quis ancipiti animo soluerit, ut C. eo. l. ult. Aliàs ex priuilegio personæ, ut ff. eo. l. interdum. Reuocat autem hæc actio, aliàs id quod solutum est, aliàs tantundem, aliàs soluti æstimationem, aliàs prorsus aliud, ut prædij fructum & præcium, ut ff. eo. l. si non. Est autem hæc actio ciuilis, naturalis tantùm, ut ff. eo. Leg. indebiti, primo respons. personalis, stricti iuris, & perpetua.

DE CONDICTIONE TRITICARIA.

TITVLVS QVARTVS.

Sequitur ut uideamus de condictione Triticaria. Competit autem Triticaria ei, cui debetur quæcũque res, & ex quacunque causa, præter pecuniam numeratam, siue sit res mobilis, siue immobilis, incorporalis etiam, puta usufruc. ut ff. eo. l. j. Ita tamen res petitur hac actione, si fuerit certa & aliena, quippè rem suam nemo condicere potest, præterquàm à fure, ut ff. quemadmod. usufruct. ca. l. ult. nisi fortè ratione possessionis & res propria dicatur, ut ff. eo. l. 2. & ff. de condic. indeb. l. indebiti. Competit autem Triticaria in eum, qui debet speciem quamcunque, & eius hæredem, non distincta causa, sed nec re, dummodò fuerit, sicut dictum est, & certa & aliena. In hac autem actione si quæratur res, quæ petita est, cuius temporis æstimationem recipiat, uerius est, quod omne tempus spectet, præsertim si fuerit species debita & inæstimata. Idem si æstimata, si tamen is, cui debetur, malit, rem possit petere. In quãtitate non distinguitur, fuerit æstimata nec ne: sola quippè pecunia numerata à nexibus huius actionis excipitur, & certè si quantitas æstimata debebatur, sola æstimatio præstabitur, nisi fortè usura accesserit, nempe debitor contrarium non postularet. Est autem hæc actio personalis, ciuilis, stricti iuris, & perpetua.

DE CONDICTIONE DATORVM OB CAVSAM.

TITVLVS QVINTVS.

Sequitur ut dicamus de condictione datorum ob causam, siue ob rem datam, faciendamve, futuram & honestam. Supreior enim condictio, id est, indebiti respicit in præteritũ, hæc contemplabitur in futurum. Competit autem ob causam directa condictio ei, qui dedit obcausam, causa non secuta, suo quoque hæredi, ei quoque cuius nomine ob causam datum est, sed etsi causa fuerit secuta, non tamen iure hæc condictio habet locum, vt ff. eo. l. 3. §. si liber. Datur autem in eum directa ob causam condictio qui suscepit, & eius hæredem, in eum quoque cuius nomine susceptum est. Defectus ergo causæ huius condictionis causa est, id est, cessatio, sed & mora. propter moram quoque eius qui facturus fuerat, licebit ei pœnitere, qui dederit, si tamen eius duntaxat gratia negotium contractum fuerit, vt ff. eod. l. 5. Vtilis datur ei, qui alieno nomine ob causam dederit, alio non habente ratum. Vtilis datur in eum, qui alieno nomine suscepit illo informante negotium. Illud sanè notandum est, quoniam illud quód datur ob causam, causa non secuta, datur ex contractibus duntaxat innominatis, præterquàm ex donatione, quæ condictioni ob causam mixta est, vt C. eod. l. ea. nisi fortè innominato contractu id conuenerit: vt C. de pact. inter empt. l. 3. & C. de contrahen. empt. l. si dolo. Sed & vbi dolus

dolus dederit causam contractui, puta venditioni, ex empto agitur,& fortassis condictione, vt res vendita reddatur: vt ff. de act.empt.l.tenetur.Ciuilis est hæc actio, personalis, stricti iuris,& perpetua.

DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM.

TITVLVS SEXTVS.

Condictio ob turpem causam directa ei competit, qui dederit ob turpem causam,& suo hæredi.ei quoque, cuius nomine datum est,in eum dirigitur,qui acceperit, & suum hæredem.in eum quoque, cuius nomine acceptum est. Vtilis autem datur ei, qui alieno nomine dederit illo non habente ratum.in eum datur vtilis,qui alieno nomine suscepit, illo nō accommodante consensum, & hoc procedit, siue res secuta fuerit,siue non.Ita demùm condictio ob turpem causam cōpetit, si turpitudo contingat solum accipientem, puta si quis accipit nummum,vt restituat depositum. si verò turpitudo cōtingit solum dantē,condictio cessat:puta si quis meretrici dederit ob coitum.licet enim meretrix turpiter facit,quia est meretrix,noua tamen ratione minus turpiter facere creditur, ꝙ accipit cùm sit meretrix,vt ff.eo.l.idē.§.sed quod. Et vbi uterque turpiter agit,condictio cessat. In pari enim causa potior est conditio possidentis,vt ff.de except.do.l.apud. §. Marcellus.& ff.de condict.ob t.c.l.si ob turpē.& ff.ne quis.e.l.2. Hæc condictio,ciuilis actio est,& personalis,stricti iuris,& ꝑpetua.

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

TITVLVS SEPTIMVS.

Nunc audiamus de condictione furtiua, quæ solì domino competit,& eius hæredi, & in solum furem, & eius hæredem.Is.n.qui præbuit opem, licet teneatur furti actione, non tamen conuenitur furti condictione, vt ff.eod.l.5.& ff. de verb.sign.l.sæpè.Habetur autem ratio, & eius ꝙ interfit agentis,veluti si hæres fuerat institutus seruus, & periculū subeat dominus hereditatis perdendæ,sed etiam si seruus subtractus fuerit mortuus,dominus consequitur hæreditatis preciū, sed & serui,in quantum vnquam post furtum factum plurimi fuerit.Semper enim fur moram facere videtur,vt ff.eo.l. in re.§.si ex causa.& l.condicatur. Quæri solet, vnde hæc condictio nascatur.& certè ex contractu non oritur,quippè noxalis datur, & non nisi in quantum peculium locupletius factum est, vt ff. e.l.si seruus.& ff.de pecul.l.licet.§.ex furtiua causa. Sed nec ex maleficio oritur hæc actio,quia rei duntaxat habet persecutionem,vt §.eo.l.si pro fure.§.condictio rei furtiuæ.Sed & quia in hæredem furis datur,siue res ad eum peruenerit furtiua, siue non,vt ff.eo.l.in condictione.Sed & si seruus quid surripuit,liber factus eius nomine furtiua cōdictione,licet furti sit actio, non conuenitur,vt ff.eo.l.si seruus. Accedit his tribus argumentis quartum, quare scilicet condictio nō sit ex maleficio. Ecce enim si plures rem vnam subtraxerint, & vnus rem vnā restituit,vel eius æstimationem,cæteri liberati sunt condictione furtiua,vt C.eo.l.j.Vbi autem agitur actione ex maleficio, puta ex lege Aquilia,ꝙ alius præstitit,alium non releuat, cùm sit pœna,vt ff.de l.Aquili.l.Item Mela.§. sed si seruum. Cùm ergo condictio furtiua ex contractu non proficiscitur, nec ex maleficio,sicut ostendimus,constatque quia nec ex quasi contractu,vel ex quasi maleficio,necesse est, vt aliunde nascatur: sicque ex varijs causarum figuris, sicut superius diximus, oriri dicatur.Condictio autem furtiua non inuenitur vtilis, sed in locū directæ incerti condictio tribuitur,non domino cui res surrepta est,vt & superius dictum est, vt ff.eo.l.& ideò.§. Neratius.Est autem hæc condictio personalis,& ciuilis, & perpetua,& stricti iuris.

DE CONDICTIONE EX LEGE.

TITVLVS OCTAVVS.

Condictio ex lege erit,cùm obligatio lege noua introducta est,nec in lege cautum est quo genere actionis experiamur,in donatis puta,sicut & superius dictum est.Sed& aduocatus honorarium sibi simplici pacto promissum ex condictione ex lege petere debet, vt C. de suffra.& non actione locati.Philosophia enim mercenariam operam spernit,& ciuilis sapientia,quæ precio nummario nō est æstimanda,nec dehonestanda,locationis vinculum aspernatur,vt ff.de var. cog. l.j.§.an Philosophi.Nam nec inter mensorem, & eum qui mēsoris opera vtitur,locationem contrahi veteres crediderunt: quodque datur mensori,non merces,sed honorarium appellatur,vt ff.si mens.fal.mo.l.j.§.ideò autem.

DE CONDICTIONE SINE CAVSA, VEL INIVSTA CAVSA.

TITVLVS NONVS.

Restat vt de condictione sine causa,& ex iniusta causa dicamus.Competunt autem istæ duæ condictiones,& vbi cæteræ competunt,& vbi nulla aliarum competit. Datur autē hæc condictio ei,cuius quid quid apud alterum sine causa deprehenditur,& in eum datur,qui quid ad alium pertinens, habet,aliàs respectu proprietatis, aliàs respectu possessionis.Cōpetit autem siue ab initio causa nulla fuerit,nullaque est,puta si quis ex chirographo se obligauerit, nihilque acceperit,condictione sine causa chirographū condicit.Sed & si causa præcesserit,finitaque est,puta si is qui accepit,soluit,chirographū rectè condicit.Sed & si causa dandi iusta fuerit, rediit tamen ad iniustam, condictio sine causa vel iniusta causa competit. Ecce enim si fullo vel commodatarius vestimētis amissis, domino precium præstiterit,posteaque dominus vestimenta inuenerit,precium quod datum est condicitur,aut rem recuperatam præstare dominum oportebit,vtrum maluerit, vt ff.eo. Leg.j.§.si.& Leg.2.& C.eo.l.dissolutę,& ff.com.l.in commodato §.vlt. Sed & si conuentus commodatarius condemnatusque,si nondum exoluerit,aduersus dominum iudicati agētem rectè excipiet,si id quod furto videbatur amisisse, receperit, vt C.de rei u.

DE COMMODATO.

TITVLVS DECIMVS.

Explicitæ sunt superius condictiones oēs, quarū quædā ex cōtractib.descēdūt,qui re cōtrahuntur,vt condictio certi.Aliæ ex quasi contractibus,vt in condictione indebiti. Nūc ponamus de alijs actionibus,quæ similiter non,nisi rebus interuenientibus,locū habēt,vt ꝙ actio cōmodati, & pignoratitia,& depositi,& de alijs,si quæ tales inueniantur. Ex primū de actione cōmodati,quia celebrior est iste contractus atque vtilior.Commodati autem actio & directa inuenitur,& utilis, & cōtraria.Directa commodati actio ei competit,qui cōmodauit,& eius hæredi, in commodatarium,& eius hæredē.Vtilis competit ei,cuius nomine commodatū est, ad instar fortè depositi.vt C.ad exhi.l.penult. Sed & patri, dominoque si filius commodauit,seruusve.Datur quoque vtilis non domino, puta,si seruus,quem bona fide quis possidebat, uel in quo vsufructum habebat,commodauerit.Datur autem utilis in eum, qui loco hæredis ponitur,puta bonæ fidei possessorem, & in eum,cui ex Trebelliano senatusconsul. restituitur hæreditas. In pupillum quoque locupletiorem utilis datur, ut ff.eod.l.3. 1.responso. Venit autem in actionem directam commodati,

& vtilem res commodata, eiusque sequela, dolus omnis, culpa, diligentia, custodia. Aliquando tamen solus dolus venit, puta, si commodatarij tantùm gratia commodatum fuerit, id ve conuenerit. Fortuitus autem casus non uenit, nisi pacto pro missum fuerit. aut nisi commodatarius nullo suo vicio inciderit, vt ff. eo. l. si vt. §. nunc videndum. Contraria commodati cõmodatario competit, siue quid in rem commodatam impenderit, nisi modica impendia fecerit, vel si damnum passus est per rem commodatam, puta, per seruum si commodatum in tempestiuè fuerit reuocatum, vt ff. eo. l. in commodato. & l. in rebus. & l. si seruus. Quòd autem contrario iudicio consequi potest, id etiam si directa secum agitur, iure compensationis saluum faciat, vt ff. eo. l. in rebus. §. quod autem. In summa distinguendum est, scierit, nec ne, seruum commodatum esse furem, per quem commodatarius furtum passus est. Nam si scierit, commodati contraria tenebitur ad interesse: si non scierit, liberum erit ei seruum pro noxæ deditione relinquere, vt ff. eo. l. si seruum. Et sciendum est, quia etiam furi & prædoni cõpetit actio commodati, sed & depositi, vt ff. eo. l. ita. ff. depo. l. j. §. si prædo. Ex improbitate tamen, nec sic fur & prædo, consequetur agendi potestatem, sed ratione contractuum, in quibus bona fides exuberat. Est autem hæc actio personalis, bonę fidei, & perpetua.

DE PIGNORATITIA ACTIONE.

TITVLVS XI.

Sequitur, vt videamus de pignoratitia actione. Pignoratitia inuenitur directa, vtilis, contraria. Directa pignoratitia cõpetit debitori, qui rẽ propriam pignori dedit, alienamve, domini tamen voluntate præcedente vel sequente. Tunc. n. alienæ rei pignus tenet, vt ff. eo. l. aliena. Debitoris quoque hæredi directa competit. vtilis datur ei, cuius filius seruusve rem obligauerit. Datur autem vtraque scilicet, & directa, & vtilis, in creditorem, & suum hæredem. Datur autem debitori directa, siue vtilis, aliàs ex suo facto, aliàs ex facto creditoris. Ex suo facto, puta si soluerit, vel aliter prout voluit, creditori satisfecerit. Nec enim aliàs satisfacere paratum esse debitori prodest, vt ff. eo. l. si rem. & l. ꝗ si. Soluit autem debitor aliàs naturaliter, vt si numerat: alias ciuiliter, vt si remittit ei creditor, vel ipso iure, vt per acceptilationem: vel exceptione, vt simplici pactione. Ex facto creditoris pignoratitia debitori datur, si ex re pignorata fructuum creditor perceperit, inve eam damnum dederit, vt C. eo. l. j. & 6. Creditori ex facto debitoris contraria datur, puta si rem alienam pignorauerit, vel alteri obligatam, vt ff. eo. l. si rem. primo responso. & l. tutor. §. contrariam. nisi ad modicum æris res ampla fuerit pignorata, vt ff. eo. l. si quis. §. sed & si quis. Ex facto creditoris contraria creditori competit, si in pignus impenderit, vt ff. eo. Leg. si necessarias. Illud sanè prætermittendum non est, ꝙ post solutionem demum, vel id, quod pro solutione habetur, pignoratitia nascitur, vt ff. eo. l. si rem. §. omnis pecunia. Nec ergo pignoratitiã creditor præscriptione sustulit, & si per 40. annos pluresve pignus habuit, nec obloquitur, quod dicitur ius offerendi vlterius locũ non habiturum. Ius enim offerendi in secundo tantùm creditore legitur. Sed & si quis instet dicatque, debitorem indignum fore pignoratitia post 30. vel 40. annos, cũ debitor voluerit soluere, vel aliàs satisfacere, sicque efficere, vt pignoratitia nasceretur: nullatenus mouet, alioquin filius emancipatus non ageret qui in patris potestate per triginta annos mansisset, si ut emanciparetur, nõ studuisset, quo nihil falsius est. Nemo enim poterit incusare filiũ, si non egerit, cùm nec, si voluerit obuiante patria potestate, potuerit, vt C. de anna. ex. l. j. in fi. Est autem pignoratitia personalis, bonæ fidei, & perpetua.

DE ACTIONE DEPOSITI.

TITVLVS XII.

Actio depositi directa inuenitur vtilis, & contraria. Directa competit deponẽti, & eius hẽredi. Vtilis datur aliàs ratione rei, puta propter ea, quę principaliter deposita nõ sunt, vt propter capistrum, pullum, & ea quæ in cista fuerant, vt ff. eo. l. j. §. quæ depositis. & §. si cista. Aliàs competit ratione personæ, puta si seruus bona fide possessus, fructuarius, seu hęreditarius deposuit, vt ff. eo. l. j. §. non solùm. & §. item. Sed extranei pacto, puta, si rem meam deposuit, legemq; dixerit, vt mihi restituat, utilis actio depositi mihi iure singulari competit, vt C. ad exhi. l. penult. Dirigitur vtraque in depositariũ, & eius hæredem, sed & in dominum, patremque vel peculiotenus, nisi filius emancipatus, seruusve manumissus, depositam rem teneat, vt ff. eo. Leg. prima. §. filiumfamiliàs. & Leg. si apud. Cõtraria autem depositi depositario datur, si in rem depositam impenderit, vel per eam damnum passus est, vt de pignoratitia dictum est. Venit autem in actione depositi, tam directa q̃ utili, etiam dolus, si in contractu conuenerit, ut ff. eo. l. prima. §. si conueniat. & §. si quis. Et dolus solus, lataque culpa, vt ff. de regul. iuris. l. contractus. & ff. eo. l. qui Nerua. Culpa aũt leuis non venit, nisi id conuenerit, uel depositarius se obtulerit, ut ff. eo. Leg. prima. §. sæpè. Vel nisi precium depositionis acceperit, ut ff. ui. bo. rapt. Leg. 2. §. si in re deposita. Vel, nisi depositarij gratia depositum fuerit, ut ff. si certum petatur. l. 4. Est aũt hæc actio personalis, & bonæ fidei, ut Insti. de act. §. actionum autem. & ff. eo. l. j. §. hanc actionem. In simplum & perpetua, nisi depositum sit causa tumultus, incendij, ruinæ, naufragij. His enim in casibus in duplum datur, ex inficiatione aduersus depositariũ, & aduersus eius hæredem, ex suo proprio dolo. Ex dolo autem defuncti depositarij hẽredes eius non tenẽtur, nisi in simplum & infra annum, ut Instit. de act. §. in duplũ & ff. eo. l. j. quòd tumultus.

DE ACTIONE DEPOSITI SEQVESTRARIA.

TITVLVS XIII.

Est & quędam etiam specialis actio depositi, quæ appellatur sequestraria, qua cum sequestro agitur, cuius fidem, qui deponunt, plures tamen, sequuntur, ut ff. eo. Lege, propriè. & Lege, si in Asia. §. cum sequestro. & ff. de uerborum significationib⁹. Lege, sequester. Sequestratio enim specierũ admissa est licet prohibita sit sequestratio pecuniæ, ut C. de prohibita sequestratione pecunię.

DE RERVM PERMVTATIONE, ET PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE.

TITVLVS XIIII.

Et quia permutatio re contrahitur, à re quoque initiũ sumit, & ex permutatione quædam præscriptis uerbis actio nascitur, de hac præscriptis verbis actione dicamus. Competit aut ei, qui speciem dederit, vt aliam speciem certam acciperet, hoc quoque si non acceperit, verum est, siue quidem acceperit, ei tamen euicta est. Nam cùm ex emptione debeatur euictio, ex permutatione quoque debebitur, quæ olim fuerat vetustissima emptio. Ex permutatione quoque sicut ex emptione sequitur dominij translatio, procedit & vsucapio. Differt autem permutatio ab emptione, quia emptio nuda consentientiũ volũtate perficitur, permutatione demũ contrahitur. Item emptor cogitur nummos facere uenditoris, permutatori aũt sufficit possessionem tradere, seque per euictionẽ obligare, id est, ut adsint & absint, quę adesse, & abesse in uenditione oportebit, ut ff. eo. l. 1. & 2. Est autem hæc actio. s. præscriptis uerbis quæ proponitur de permutatione bonæ fidei, ut Insti. de act. §. actionum autem. Ciuilis, & personalis, & ex contractu nascitur innominato, ut ff. eo. l. 1. Nec enim duntaxat, ut fiat quod conuenerat, præscriptis uerb. agitur, sed & quod datum est, dicitur, quod sicut superius dictum est, non nisi in innominatis contractibus, præterquàm in donatione contingit.

DE PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE, QVAE DE AESTIMATO proponitur.

TITVLVS XV.

ITem præscriptis verbis, quæ proponitur de æstimato, ex contractu oritur, qui re perficitur. Competit autem hæc actio ei qui rem æstimatam vendendam dederit, in eum qui acceperit. Tenetur autem qui accepit, vt aut rem ipsam incorruptam restituat, aut æstimationem, de qua conuenit, præbeat, vt ff. eo. Tenetur quoque idem rei susceptæ periculo. Hoc tamen intelligo ita, si periculum contingit non casu fortuito, qui ex ordine naturæ in nullo bonæ fidei iudicio præstatur. Tenebitur autem si res perierit, vel sua culpa leuissima: verũ hoc ita, si vel is qui accepit, rogauerat, eiusue gratia hoc ciuile negotium gestum fuerat. Si verò ille, qui dedit, rogauit, eius periculo res est, aut neuter, periculum culpa contingens iure cõmuni præstabitur, vt ff. si cer. pet. l. rogasti. & ff. de præscriptis ver. l. si gratuitam. §. si margaritas. Est autem hæc actio personalis & perpetua, & ciuilis, & bonæ fidei, vt ff. eo. & Institu. de act. §. actionum autem omnium.

DE PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE, QVAE EX DO VT FAcias, innominato contractu oritur.

TITVLVS XVI.

EX, do quoq; vt facias, cõtractu innominato, qui & re pficit, præscriptis verb. actio oritur, quæ cõpetit ei qui dederit, vt quod possibile tamen, & honestum quis sibi faceret, quo verò facto, non tantùm præscriptis uerbis agitur, sicut & de permutatione diximus, sed & quod datum est cõdicitur. Hoc ita, si aliud quàm pecunia detur, vel in specie pecunia. Sed aliquãdo si pecunia detur vt quantitas, id est, ad numerum, vt quid fiat, non locati, vtpotè locatione cessante, sed præscriptis uerbis agitur. Cessat autem locatio, ubi etiam pecuniam quis numerat, ut aliquis quid sibi faciat, aliàs ratione personæ, aliàs ratione rei. Ratione personæ, puta, ꝙ qui facturus fuerat, locare operas suas solitus nõ erat. Ratione rei, id est, facti, locatio cessat, si quis quid dederit ad manumissionem uel aduocationẽ. hæc. n. locationem non recipiunt, ut ff. de præs. uer. l. naturalis. §. at cũ do. & ff. de uar. cog. l. j. §. in honorarijs. Est autem hæc actio ciuilis, personalis, & perpetua, & stricti iuris. Nam cùm in ff. dicatur præscr. uer. actiones, quæ de æstimato & permuta to redduntur, fore bonæ fidei, relinquitur per contrariũ intellectum cæteras præscriptis uerbis actiones stricti iuris esse.

DE PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE, QVAE EX DO VT DES, innominato contractu proponitur.

TITVLVS XVII.

EX do quoque ut des, innominato contractu, qui re similiter contrahitur, quarta præscriptis uerbis actio nascitur. Competit autem ei qui, quid dederit, ut sibi inuicem alius daret. Competit autem in eũ qui accepit, nec dedit, uel si id quod dedit euictum sit. Illud sanè non inargutè distinguitur. Quòd si pecuniam dedi sub numero, tamen vt rem acciperem & in genere, nondumque etiam in rebus humanis constitutam, emptio & uenditio est, ut ff. de præscriptis uerbis. Leg. 5. Si uerò rẽ dederim, id est, speciem, ita ut certam acciperem speciem, permutationis contractus initur, ut ff. eo. Si uerò speciem dederim seu pecuniam, ut speciem, ita ut rem acciperem nõ certã, sed in genere, puta unam de rebus suis, quas in domo habet, qui mecũ contrahit, cõtractus initur, qui in appellatione generali cõsistit, & do ut des, simpliciter uocat. Articulus ergo iste, do ut des, sicut dictũ est, trifariã spargit. Est aũt hæc actio s. quæ nascit ex, do ut des, sicut & ea, quæ nascit ex, do ut facias, ciuilis, perpetua, personalis. De reliquis duabus, puta de ea, quæ ex, facio ut facias, & facio ut des innominato contractu oriuntur: uide paulò inferius in titulo 26. & 27. eiusdẽ libri.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS,

TITVLVS XVIII.

PErtractatæ sunt actiones personales ex contractib. proficiscentes, quæ rebus contrahuntur: nunc quæ uerbis conficiuntur. Et certè uerbis stipulatio contrahitur ex interrogatione & responsione cõgrua, ut Inst. eo. in prin. Et ex ea nascitur actio gemina. s. certi cõdictio, & actio quæ ex stipulatu uocatur. Vt uerò stipulatio definiatur, diuidatur, contrahatur, cõmittatur, purgetur, & quot modis responsio incõgrua sit æstimanda, in summis quas fecimus, exposuimus. Cum itaque de certi cõdictione superius dictũ sit, de actione ex stipulatu agamus. Et sciendum est, quia actio ex stipulatu inuenitur directa & utilis, expressa, & tacita. Directa cõpetit ei qui stipulatus ẽ, & eius hæredi, quid incertum, & datur in promissorẽ, & eius hæredem. Vtilis competit ex stipulatione filij, serui, tutoris, curatoris, procuratoris, institoris, magistri nauis, orphanotrophi, syndici: ut ff. de præt. stip. & ff. de dam. infect. & de instito. Expressa ex stipulatu actio competit, si quis expresim sibi stipulatus est, vel si filius, seruusve patri uel domino. Itẽ si tutor, curatorve, uel similis persona. Tacita autem ex stipulatu actio inducitur aliàs ex præsumptione, aliàs ex fauore. Ex præsumptione, puta, si instrumentum perhibet intercessisse respõsionem, probabiliter intelligitur præcessisse interrogationem, ut Instit. de inu. stip. §. itẽ uerb. obl. & C. eo. Ex fauore inducitur tacita ex stipulatu actio, vt in dot. petendis & repetendis, ut C. de rei vxo. act. l. rem in præsenti. Sed ubi quisquam arrogauerit, nec ea quæ ipsi arrogato uel eius necessarijs promittere debet, promisit, utiliter ex stipulatu agetur, ut ff. de adop. l. his. Sed & si damnũ contigerit, cùm prætor super cautione dãni infecti interponenda deliberaret, utilis puta & tacita ex stipulatu actio cõpetit, ut ff. de dam. infect. l. si finita. §. elegãter. Sed & fideiussores à tutoribus nominati, si præsentes fuerunt, & nõ cõtradixerunt, & nomina sua in acta referri passi sunt, perinde tenebuntur, atque si iure legitimo stipulatio interposita fuisset, ut ff. de fideiusso. tuto. l. 4. §. fideiussores. Venit autẽ in hanc actionem id solum, quod promissum est, ut Instit. de oblig. q. con. §. si. nisi pp causam quæ præcesserit, puta pp emptionẽ, stipulatio fiat: tunc enim stipulatio ẽt uacuã possessionem tradi, nõ nudũ factũ, sed ẽt causam bonorum continet, ut ff. eo. l. in conuentionalibus.

Est autẽ hęc actio ciuilis, personalis, stricti iuris, nisi in dote, & perpetua. Item, actio ex stipulatu, alia est principalis, puta qua tenetur promissores, id est, principales rei debẽdi. Alia est accessoria, qua scilicet tenentur ad promissiones fideiussores. Admittit interdũ hæc actio, id est, ex stipulatu accidentale nomẽ, uocaturque arbitraria. Cõpetit aũt stipulanti, & suo hæredi in eũ, qui promisit certo loco, eiusque hæredi: ut ff. de eo qđ certo loco. Post moram demũ, ut ff. eo. l. ultima. Introducta est autem hæc actio, ut promissoris malitiæ eatur obuiam. Iniquum enim erat, si promissor in loco destinato nunquam inueniretur, sicque stipulator suum non consequeretur, post itaque non in promissoris est arbitrio, ubi uelit soluere, sed in stipulantis, ubi uelit petere, ut ff. eo. Leg. secunda, & Leg. ultima. Vbique ergo arbitraria agi põt, ut ff. de consti. pec. l. si duo. Venit aũt in hanc actionẽ, ꝙ interfuit, etiã ultra legitimas usuras, damni quoque & lucri habetur ratio, ꝙ interfuit alterutrius loco suo potius, quàm in eo, in quo petitur solui. Fit autẽ arbitraria non tantum ex stipulatu, sed ex quacunque stricti iuris actione propter loci adiectionem, ut ff. eodem. Leg. si hæres. & Lege, aut. Bonæ fidei non fit arbitraria. Talis est autẽ arbitraria, & tanto tempore durat, qualis est simplex ex stipulatu.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS.

TITVLVS XIX.

Literis quoque contrahitur obligatio, puta per chirographum, & ex ea obligatione nascitur certi condictio. Ex chirographo ei, qui, quem chirographo obstrinxerit, in eum datur, qui se chirographo obligauerit, spe futuræ numerationis. Tenetur autem is infra biennium efficaciter, propter exceptionem non numeratæ pecuniæ. Post biennium cum effectu, nisi infra biennium iuri in testando sit paritum. Bienniũ enim pro numeratione habetur, & obligationis substantiã implet, biennioque transacto, obligatio quæ fuerat tantùm ciuilis, efficitur naturalis, adeoque vt si debitor paratus sit probare se pecuniam non accepisse, restrictis calumniarum fomentis, audiri non debeat. Nam & si pupillus fuerit, post biennium omninò compellendus est soluere, vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. Creditor autem, qui scripsit se recepisse, aliàs nulla exceptione siue replicatione iuuatur, puta, si scripsit se recepisse dotem, tributa, depositum: aliàs biennij temporis exceptione munitur, 30. f. dierum pro fœneratijs videlicet debitis, quę sibi scripsit esse soluta, vt C. de non num. pec. l. in contractibus. Est autem hæc actio ciuilis, & personalis, & stricti iuris.

DE ACTIONE MANDATI, VEL CONTRA.

TITVLVS XX.

Restat, vt videamus de actionibus, quæ veniunt ex contractib. qui contrahuntur puris & nudis consensibus, id est, non intercedentib. extrinsecus quibuscunque adminiculis superius expositis rerum. f. vel verborum, uel literarũ. & quia in libro Responsorum Constitutionumque prius agitur de mandato, primùm de actione mandati dicamus. Nam & mandatum, sicut commodatũ, quod suprà prius est pertractatum, est gratuitum. Inuenitur autem mandati directa, vtilis, contraria, expressa, tacita. Directa competit mandanti, & suo hæredi in mandatarium, & suum hæredem. Vtilis cõpetit ex alterius mandato, puta filij, serui & procuratoris. Contraria datur mandatario & hæredi eius. Expressa competit siue sit mandata tibi mea gratia tantùm, siue aliena tantùm, siue mea & aliena, siue mea & tua, siue tua & aliena. Tacita mandati cõpetit, si quis puta fideiussit pro quopiam præsente & patiente, vt ff. eo. l. si remunerandi. §. si passus sim. Sed & qui patitur ab alio mandari, vt sibi credatur, mãdare intelligitur, vt ff. eo. l. qui patitur. Sed & si vnus ex reis debendi soluerit, cum se & alterum liberauerit mandati tacita experitur, vt ff. ad Velleia. l. nec interest. Sed & in stipulatione adiectus, si ei solutum fuerit tacita mãdati, à stipulante conuenitur, vt ff. de verb. obl. l. Iulianus. Est autem dictum mandatum quasi manu datum. Inde est vt id demum quis debeat mandare, ꝙ ipse iure valeat explicare, ut C. de peda. iudi. l. j. Competit autẽ mandati actio qualis qualis, ita demum, si intersit, & quatenus intersit, vt ff. eo. l. si procurator. §. mandati actio. Veniunt autem in actione mandati tam vtilis, quàm directa, expressa, vel tacita, puta prædij empti traditio, vt ff. eo. l. si procuratorem. Sed de suo facto cauere debet, vt ff. eo. l. de tuo. periculum est, ne pignorauerit vel manumiserit seruum, vt ff. de rei ven. l. si post. Precium quoque quod de re redegerit ex mandato distracta. Consequẽter quopue dominis debere mandatariũ præstare, quantumcunque emolumentum sensit, siue ei mandatum sit, siue non: quia bonę fidei congruit, ne de alieno lucrum sentiat. sed & in usuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionib. frequentantur, vsurarum quoque vsuras. vt ff. eod. l. idemque. §. si procur. Hoc autem procedit, siue in mora fuerit restituendi pecunias, siue eas in suos usus conuerterit.

Contrario autem iudicio experitur mãdatarius, si suo precio mandanti rem emerit, vel aliàs in rem ex mandato quæsitam impenderit, ut ff. eo. l. si uerò. §. si mihi. Vsura quoque ueniet in mandati contraria, puta si iam absit, uel ad eam præstandam obligatus sit. Nam & id abesse intelligitur ad quod quis obligatus est, ut ff. de nego. gest. l. si quis. Sed & abesse intelligitur pecunia fideiussori, etiam si debitor ab eo delegatus sit creditori, licet is soluendo non fuerit, quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum, ut ff. eo. l. inter. §. abesse. Imputet sibi qui admiserit talem, ipsumque idoneum esse comprobauerit, vt ff. de fideiuss. l. 3. In cõtraria quoque mandati ex mora applicabitur usura, sed & si propria pecuniam mandatarius impẽderit, vsuras habebit, vt ff. eo. Leg. si verò. §. si mihi mandaueris. si tamen fœnerare solitus fuerat, vt ff. de vsur. l. qui semisses. Sed & in contrario mandati iudicio damni habetur ratio. Nam si seruus, quem mandato tuo emeram, damnum dederit mihi, ipsum pro noxæ deditione debebis penes me relinquere: si tamen id sine culpa tua acciderit, ꝙ si scisses talem esse seruum nec prædixisses, ad interesse teneberis, vt ff. eo. l. inter. §. sed cum seruus. Est autem mandati actio ciuilis, personalis, & perpetua, bonæ fidei, vt Insti. de act. §. omnium autem actionum.

DE ACTIONIBVS PRO SOCIO.

TITVLVS XXI.

Et quia socius non tantùm suum, sed alienum quasi ex mãdato gerit negotiũ, subijciamus ilico de actionibus pro socio. Intenditur autem directa pro socio actio ex utroque latere: competit quoque pro socio, socio, & suo etiam hæredi, & in socium suum, & suum hęredem, ita tamen si tractatu habito societas sit coita, vt ff. eo. l. nam. Nascitur autem hęc actio dissoluta demum societate, vt C. eo. l. tamdiu. Nec intenditur ea durante, nisi in causa vectigalium, vt ff. eo. l. actione. §. nonnunquam. Habetur in hac actione ratio perceptorum impendiorum, & damnorum. pro socio enim actio non est ad diuisionem, sed ad personales pertinet inuicem præstationes, vt ff. com. diui. l. j. f. vt lucra, & damna communicentur, vt ff. eo. l. quibus. & l. pro socio. & l. sed si. & l. cum. & l. si fra. & l. si id. Aequum est vt si quis participet lucrum, participet & damnũ ut ff. eo. l. si igitur. Nisi fortè ob suum maleficium alter ex sociis subierit dispendium. Sed & pacti in societate, super partibus puta, ratio habebitur, nisi fortè ita conuenerit, ut alter lucrum tantùm captaret, alter tantum damnum sentiret. Esset enim hæc societas leonina, ut ff. eo. l. si non. §. ita coiri. Res quoque conferenda est in societatem, operaque, sicut conuenerat ut ff. eo. l. societas. & l. si societatem. Ratio quoque debitorum sub conditione sociis vel à sociis iudicis officio interpositis cautionibus, id est, uicariis stipulationibus, debet expediri, ut. ff. eo. l. si vnus. Illud quoque sciendum est quod societas nõ ad hæredem socii, sed nec ad arrogatorem transit, ut ff. eo. l. actio §. societas. In hæredẽ tamen socii pro socio datur. Hæres enim licet emolumenti sit successor, cogaturque negotia per defunctum inchoata, explicare: non tamen eius est socius, nisi in uectigalibus, & is ita demum si fuerit adscitus, ut ff. eo. l. hęres. & l. adeo. & l. uerum. §. in hæredem. Est autem hæc actio ciuilis, personalis, bonę fidei, & perpetua.

DE ACTIONE EMPTI, ET VENDITI.

TITVLVS XXII.

Expedita est actio pro socio, qua id qđ alienũ est pro parte fit alterius. Nũc audiamus de actionibus empti & uẽditi, quibus id qđ est alienũ, in alterius redigiť dominiũ. Et ꝙ actio uẽditi directa cõpetit uẽditori, & eius hæredi, in emptorẽ & eius hæredẽ. Vtilis dať ei cuius noĩe res à procuratore uẽdita est. Actio empti directa dať emptori & suo hr̃di in uẽditorẽ & suũ hæredẽ, in eũ quoq; qui alterius noĩe uẽdidit, ut. ff. de pig. act. l.

act.l.eleganter.& ff.eo.l.Iulianus. Venit autem in actione venditi, tàm directa, quàm vtili in primis precium rei venditę, quodque specialiter conuenit, puta vt in domo uendita habitare liceat, quippe si ob hoc vendidit minori precio, id ęstimatur loco precij, vt ff.eo.l.fundi.& l.si sterilis.§. qui domũ. Sed & ruta veniunt & cęsa, fructus quoque ante venditionem percepti, vt ff.eo.l.fundi.§. ruta. & C.eo. l.fundi.§.ruta.& C.eo.l.2.Vsurę quoque veniunt, quas vel mora generauerit, vel præter moram perceptio fructuum. Aequum namque est, vt emptor qui re fruitur, præbeat & vsuram, vt C. eo.l.curabit. & ff. eo.l.Iulianus.§.ex vendito.

In actione empti tàm directa, quàm vtili in primis venit, vt res vendita tradatur, non quidem præcise, sed vt vel interesse præstetur, si res non traditur. Quod dupliciter contingit, venditoris scilicet vicio seu procacia, puta quia alij vẽdidit & tradidit, vt C.eo.l.4. Vel quia res vendita propter sui conditionẽ tradi iure nequeat, puta si fuerit sacra, religiosa, vel persona libera. In his enim ratione rei non tenet emptio, licet teneat, agaturque ex em pto ratione bonæ fidei, vt ff.eo. l. si sterilis.§. quamuis.& ff.de contrahen.empt.l.qui officij.§. qui nesciens. Stipulatio autem in talibus nulla est. Sed & si stipuleris tibi & alteri, pro parte tantùm stipulatio tenet, licet cùm emeris tibi & alteri, in solidum tamen valeat emptio, vt ff.de contrahen. empt.l.fundus.& Instit.de inu.stipul.§. quod si quis sibi. Interesse autem intelligo singulare rei precium quod quandoque pluris est, quàm conuentum precium. Quippe certa sunt rerũ precia: Vnum vocatur cõuentum, quo.s.res venit. Alterum singulare, quod excedit conuentum. Alterum commune, quod est quanti res communiter vendi potest, vt ff.ad l.Aquil.l. si seruum.& ff. ad l.Falcid.l. precia. Venit quoque in actione empti, & quod rei venditæ post emptionem accessit, etiã si quid seruo vendito, venditoris intuitu donatum fuerit, vt ff.eo.l.Iulia.§.si quid seruo. Nam cùm ad emptorem spectet periculum, æquum est vt percipiat commodum: hoc tamen ita, si species venit vel quantitas vt species, ut ff.de contrahen. empt.l.quod sępè.§.in his. Excipitur vinum, quod etsi fuerit in specie venditum, non tamen transmittit, nisi post degustationem, periculum, præterquàm si pacto remissa fuerit degustatio, vt ff.de peri.& com.rei ven.l.j.§.sed si uenditor. Veniunt quoque in actione empti affixa, inserta, inclusa, ut ff. eo.l.fundi.

Multipliciter quoque & differenter venditor emptori cauere debet. Ecce enim in brutis, esse, bibere, vt oportet. In hominibus errones eos, fugitiuosve non esse. Secernitur autẽ sciens venditor ab ignorante. Ecce enim si quis sciens venditor vendidit pecus, puta morbosum, tignumvè uitiosum, condemnabitur etiã longè præter rem, puta si contagione pecoris morbosi, uitiove tigni, pecora perierunt, ædes corruerunt. Si verò ignorans uendidit, non tenebitur nisi quanto minoris emptor emisset si sciisset, ut ff.eo.l.Iulianus.§.si uẽditor. In vase autem uendito cõscius non distinguitur ab ignaro, vt ff.eo. l.tenetur. §.sed si uas. Idem in locatione, ut ff.loca.l.sed addes.§.j. Secus in uase commodato, ut ff.com.l.in rebus.§.item.& l.penul. De uitijs autem animi uenditor non tenetur nisi conscius dixerit abesse & non abfuit, id est, promiserit, uel nisi aliàs temerè asseuerauerit, ut ff.eo.l.Iulianus.§.j. Ignorans itaque uenditor, aliàs tenetur in solidum, ut in uase: aliàs tenetur in modicum, id est, quanto minoris, ut in pecore morboso, seruo fugitiuo: Aliàs tenetur in nihilum, ut in fure, seruo uendito & seruiture non dicta, ut ff.eo.l.Iulianus. in principio. Nisi bonæ frugi ipsum esse uenditor asseuerauerit Quod ergo in C.legitur T.eo. l.si minor, uenditorem ignarum nomine tributi teneri, speciale in tributo: Dicito uel eo contingere quia minorem esse capitationem dixit, maiorque inuenta est. Adhæc quæri solet compellaturne uenditor prius rem pręstare, quàm emptor preciũ numerare? Et certè nulla lege id expreßim cautum est, uerùm ex lege quadam.T.eo. l.qui pendentem. utcunque dici potest uenditorem prædium debere tradere: per alteram autem legem sub eodem titulo.l.ex empto. utrunque conijcitur emptoram prius debere numerarare. Quid ergo si alter alteri fidem nõ habeat, satis æstimo utranq;, id est, rẽ uenditã pecuniãque debitã, apud tertiũ tanquã apud sequestrũ debere deponi, qui dirimat oẽ, qđ est inter emptorẽ & uẽditorẽ, litigiũ. Sunt autẽ hæ actiões, id est, empti, uẽditi, ciuiles, bonæ fidei, & ꝑpetuæ.

DE AEDILITIIS ACTIONIBVS.

TITVLVS XXIII.

Dictum est superius de actionibus empti, & uenditi, quæ sunt principales & dominę: nunc dicamus de Aedilitijs actionibus, quæ sunt illarum quasi pedissequæ. Videamus itaque quot sint actiones ædilitiæ, in quibus rebus sint proditæ, quibus competant, in quos dentur, ex quibus causis orientur, quales sint, & quanto tempore durẽt. Sunt autem tres ædilitiæ actiones, Redhibitoria, quanto minoris, & in factũ actio. Illud ante omnia sciendum est redhibitionem quoque contineri empti ciuili iudicio, ut ff.de act.empt.l.ex empto.§.redhibitionem. Est autem redhibitio uenditionis resolutio, ut ff.de acquir.pos.l.Pomponius.§. præterea quęritur. Estque redhibere: facere ut rursus habeat uenditor quod habuerat, & quia reddẽdo id fit, idcircò redhibitio est appellata quasi redditio, ut ff.eo.l.redhibere.in principio. Competunt autem hæ actiones emptoribus, permutatoribus quoque qui loco emptorum habentur, & eorum hęredibus in uenditores, permutatores, & eorum successores, ut ff.eo.l.j. Sunt autem proditæ hæ actiones in duobus generibus rerum, fundis scilicet, & animalibus tàm brutis quàm rationabilibus. Vlpianus tamẽ dicit Labeonem scribere, ædilitium edictum pertinere non solum ad immobilia, seseque mouẽtia, sed ad mobilia quoque, ut ff eo.l.j.

Oriuntur tamen istæ ex causis quatuor, ex morbo, uitio, pacto, & si uenditores non cauerent prout ædiles iuberent, ut ff. eo.l.uenditor. Est autem morbus habitus corporis contra naturam, qui usum eius, ad id faciat deteriorem cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit: leuis tamen febricula ut uetus qnartana quæ iam sperni potest, modicumque uulnusculum non inducent edictum, ut ff. eo.l.j.§. sed sciendum. Vrgebitur autem redhibitoria uenditor tàm ignarus quàm conscius: debuit enim hæc habere nota uenditor. nec interest emptoris cur fallitur, ignorantia uenditoris, an calliditate, ut ff.eodem.l.j.§.causa. Hæc autem ita uera sunt si emptor ignorauerit, nisi nosse potuit, puta homo effosis luminibus ueniebat, ut ff.eodem.l.quæritur.§.nominatim. Si autem emptor sciuit, non redhibebit. Remisisse enim tunc uidetur tacitè: nec enim intelligitur esse cœlatus qui sciuit, & certiorari non debuit qui non ignorauit, sed nec uolenti & scienti infertur dolus, ut ff.de actione empt.l.j.§.primo.& C.de transactionibus. Sed & si uenditor nominatim exceperit de aliquo morbo, nomine eius morbi non conuenitur nisi perfunctoriè exceperit, ut ff.eodem. Ex uitijs autem animi redhibetur homo duntaxat si fuerit fugitiuus, uel erro: aliàs non redhibetur homo ex uitio, nisi dictum fuerit uitium abesse, & non abest. Ex empto tamen agi poterit, si sciens id uitium animi reticuit, ut ff. eodem.l.j.& l. ob quæ.§.idem Pomponius. Fundus quoque pestiferas herbas habens siue letiferas redhibeatur, ut C.eodem.l.si prædium.& ff.eodem. Fit autem redhibitio ex ordine proposita redhibitoria actione. Aliquando tamen redhiberi mancipium debebit, licet quanto minoris agatur: puta si nullius sit pretij mancipium, fortè furiosum uel lunaticum, ut ff. eodem.l.bouem.§.aliquando. Sed & interdum non morbosum pecus uel mancipium redhibetur propter morbosum, ut ff.eodem.l.ædiles.2.§. si iumenta. & l.plerunque. & l. iustißime. Ex pacto quoque redhibetur per actionem in factum, ut ff.de rescindendis uenditionibus.l.si conuenit. & C. eodem.l. supra allegata.& ff.eodem.l.quod si.§.in factum. Sed &, sicut dictum est suprà, si uenditor non caueat, redhibitio locum habet, ut ff.eodem.l.si uenditor. Venit autem in actione redhibitoria restitutio pretij, & usuræ ueniunt, & si quid accesionis nomine dederit uoluntate tamen debitoris, ut ff.eodem. & l. cum autem. & l.debet. Sed etsi damnum emptor passus est, per hominem quem redhibeat, ei restitui debet.

Econtrario, cum emptor redhibet mancipium, restituere debet ipsum non deterioratum suo facto, familiæve suę, uel procuratoris, sed & restituere debebit emptor quicquid ad se

ad se peruenerit, vel culpa sua non peruenit, legatũ quoque & hæreditatem, etiamsi ea seruus perceperit emptoris contemplatione: quia si venditio remansisse, nihil res hæc emptori profutura fuisset. Nam & per contrarium si contemplatione venditoris, seruus qui est in causa redhibitionis institutus pro poneretur, tamẽ diceretur restituere emptorem non debere, si nollet redhibere. Et generaliter dicendum est, quicquid extra emptoris rem per eum seruum, acquisitum est, id reddi oportere, vt ff. eodem. l. cùm autem. §. finali. & l. & generaliter. Ex his quæ sunt colligi potest, quia redhibitoria actio nomine morborum, vitiorumque duorum in homine competit, sed & in fundis, sicut dictum est, vt ff. eodem. l. si tamen. Quanto minoris verò actio competit, puta si quis venditor de emãcipio affirmauerit, non vt laudaret, sed ut & præstaret, & tũc tamen redhibitorium iudicium intendi potest, vt ff. eodem. l. sciendum. Et notandum est quòd quanto minoris actione sæpius agi potest, ita tamẽ ne lucrum emptor faciat, & bis eiusdem rei æstimationem consequatur, vt ff. eodem l. quòd si. §. si quis egerit. In factum autem actio competit ad precium recuperandum, puta si mancipium sine iudice sit redhibitum. Sed etsi venierit, vt nisi placuerit intra tempus præfinitum redhibeatur. Nomine quoque cautionum omissarum, sed & ornamentorum, non præstitorum redhibitorium iudicium vel in factum intenditur, vt ff. eodem. l. ædiles. 2. §. non tantum. Sopitur autem actio redhitoria sex mensibus, quanto minoris, anno utili, vt ff. eodem. l. sciendum. §. tempus. & l. ædiles. 2. & l. si tamen. & l. cùm sex. In factum autem actio, quæ est de redhibẽda re, nisi placuerit, eatenus extenditur, quatenus conuenit, etiam si pactum intercesserit, vt in perpetuum redhibitio fieret. Vbi autem de tempore nihil conuenerit, in factum actio inter sexaginta dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum, vt ff. eodem. l. quòd si. §. in factum. Nomine autẽ cautionum omissarum, & nisi iumenta præstentur vti optimè ornata vendendi causa fuerint, redhibitoria vel in factum emptoribus infra sexaginta dies vtiles dantur, vt ff. eodem. l. si venditor. & l. ædiles. §. non tantum. Sunt autem istæ actiones non ciuiles, nec propriè prætoriæ, sed quasi prætoriæ: quia ędilitiæ. sicut enim ius prætorium iuris ciuilis pars est, sicut & ius ędilitium portio est iuris honorarij, vt Instit. de iure naturali. §. prætorum quoque edicta. Est autem actio rehibitoria, vt æstimo arbitraria. Estque prodita aliàs in simplum, aliàs in duplum, vt ff. eodem. l. redhibitoria. Aliæ verò duæ actiones ædilitiæ, id est, ęstimatoria, quanto minoris, & in factum actio, fortassis sunt bonæ fidei.

DE ACTIONE LOCATI, ET CONDVCTI.

TITVLVS XXIIII.

QVia verò locatio penè eisdem regulis contrahitur, quibus & venditio, de actione locati & conducti disseramus. In primis tamen sciẽdum est, quia locatio propriè, nisi de pecunia mercedis nomine conuenit, non contrahitur, vt ff. com. diui. l. si cõuenerit. & ff. deposi. l. j. §. si vestimenta. Aliquando tamen & conductor dicitur, & partiarius colonus appellatur, qui non ad pecuniam numeratam conduxit, sed fructus quasi societatis iure, & damnum, & lucrum, cum domino fundi partitur, ut ff. eodem. l. si merces. §. conductor. Abusiuè tamen colonus talis, conductor appellatur. Competit autem actio locati, locatori, & eius hæredi, in conductorem & eius hæredem. Venit autem in actione locati, mercedis præstatio. & rei finito vsu restitutio, siue locatio fuerat temporalis, vel perpetua, in scriptis vel sine: eo distincto, quod si quis locauerit ad lustrum exactoque lustro passus est conductorem in conductione manere per silentium, hoc ipso quod tacuetem prædijs alio iure vtuntur, prout quisque habitauerit, ita obligetur, nisi in scriptis certum tempus conductioni comprehensum sit, vt ff. eodem. l. item §. qui impleto. Venit quoque in actione locati instrumentum æstimatum, licet locatio non soleat dominium mutare, vt ff. eodem. l. cùm fundus. & l. non solet. Venit quoq; damnum illatum à colono, vel ab alio, coloni, vel v tio, vel iudicio, vt ff. eodem. l. si merces. §. culpæ. & ff. soluto matrimonio. l. penultima. primo responso. Locator quoque conductorem expellere potest, & impunè si malè versatus sit in re locata, vt C. eodem. l. ædem. vel si biennio continuò pensiones non soluerit, etiamsi conuenerit de eo non expellendo, quippe tacita inest conditio si pensionibus paruerit. vt ff. eodem. l. quero. §. inter. expellere quoque poterit, non tamen sine pœna, nisi probauerit domum suis vsibus necessariam, vel corrigere eam opus fuerit. His enim in casibus non conuenietur ad interesse, sed nec cogetur pati conductorem inhabitare. Compellendus est tamen conductor mercedẽ pro rata temporis remittere, vel non petere, aut habitationem nõ minùs commodam præstare. Idem in exustis & locatis ædibus, ut ff. eodem. l. si quis. primo responso. secus in uenditis, siquidem & post exustionem debetur pretium, licèt non merces.

Actio conducti conductori competit, & eius hæredi. Venit autem in actione conducti, vt res locata fruenda tradatur, uel interesse præstetur: hoc de rigore. ex ęquitate enim excusabitur domus locator, si euicta fuerit sine dolo malo suaque culpa, dum paratus sit aliam habitationem æquè commodam præstare, ut ff. eodem. l. si quis. idem in similibus. Veniunt quoque instrumenta fundorum pura. Est autem instrumentum apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus possesio excoli non potest, ut ff. de instrument. lega. l. instrumenta. Et sciẽdum quia locatur, aliàs res, ut domus: aliàs opera, ut exceptoris. Et certè si exceptor operas suas exhibuerit, uel per eum non steterit, sed per aduersarium, totius temporis mercedem accipere debet, præsertim si eo anno mercedes ab alio non acceperit, ut ff. eodem. l. sed addes. §. finali. & l. qui operas. Stetisse autem per conductorem intelligo seu locatorem, si steterit per eius uitium, seu per casum in eius personam contingentem, ut per ægritudinem uel per mortem. Ex his competenter & probabiliter colligi potest, quòd si steterit extrinsecus, & per casum in alterius persona contingentem nullo uel commodo uel incommodo quisquam affici debeat. Constat autem quòd hæ actiones sunt personales, ciuiles, bonæ fidei, & perpetuæ.

SI MENSOR FALSVM MODVM DIXERIT.

TITVLVS XXV.

QVia mensoris opera tanquam conducti utimur, ut ff. finium regundorum. l. quarta. §. primo. de actione in factum, quæ aduersus mensorem agrorum proponit est prætoris edicto quod est, Si mensor falsum modum dixerit, audiamus. Nec enim crediderunt ueteres, sicut & superius dictum est, inter tales personas locationem & conductionem esse, sed magis operã beneficij loco præberi, & id quod datur ei, ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari. Sin autem ex locatione uel conductione fuerit actum, dicendum erit nec tenere intentionem. Inuenitur autem hæc actio in factum directa & utilis. Directa datur ei qui in agri numero deceptus est à mensore, uenditori puta & emptori. Datur autem in mensorem agrorum, si in numero fefellerit. In hęredes autem non datur, licet hęredi similibusque personis. Nam & licet à negotio originem accipit, serui quidem nomine non peculiotenus, sed noxaliter intenditur, ut ff. eodem. l. tertia. §. ultim. l. quarta. Duo ergo specialia sunt in hac actione, scilicet, quia licet sit ex contractu non datur in hæredem, & quia noxaliter cõpetit. Tenetur autem mensor de dolo solo lataque culpa quæ dolo comparatur, ut ff. eodem. l. j. §. hæc actio. Si falsum modum renunciauerit siue per se, siue per aliũ uiua uoce, uel per literas, ut ff. eodem. l. j. §. ultimo. & l. secunda. Ita demum autem competit hæc actio emptori, uel uenditori contra mensorem, si alter ab altero condicere, uel aliàs suum consequi non ualeat, ut ff. eodem. l. tertia, & quinta. Vtilis in factum actio datur aliàs ratione rei, aliàs personæ. Ratione rei, ut si in mensura non agri, sed ædificij uel cuius alterius

terius rei mensor fefellerit, vt ff. eod. l. quinta, & sexta. Ratione personæ, vtilis competit in eum qui mensor nō fuit, in modo tamen fefellit, puta aduersus machinarium, architectum, Carpetarium, seu redemptorem. Tabularius quoque, siue scriba hac actione vtili conuenietur, vt ff. eodem. l. vltima. & C. de magistra. con. l. vltima. Fortassis & econtrario ad honorarium expectandum. Hæc vtilis in factum actio mensori cōpetit, quanquam in edicto non habeatur quod est de mensore proditum. Est autem hæc actio prætoria, non ciuilis, vt ff. eodem. l. 1. Et perpetua, vt ff. eod. l. hæc actio.

DE PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE, QVAE EX, FACIO vt facias, innominato contractu, proponitur.

TITVLVS. XXVI.

EX contractu quoque licèt innominato, qui & cōsensu perficitur, ex facio scilicet vt facias, quædam præscriptis verbis actio nascitur. Competit autem ei, qui quid fecerit, vt, quid sibi aliud quis faceret, nec id factum fuit: vt ff. de prescriptis ver. l. naturalis. Est quoque hæc actio ciuilis, personalis, perpetua, strictique iuris, sicut ferè cæterę præscription. verb. actiones.

DE PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE, QVAE EX FACIO vt des, innominato contractu, proponitur.

TITVLVS. XXVII.

EX facio quoque vt des, innominato contractu, qui & re contrahitur, quędam actio nascitur, quę de dolo vocatur. Nam si feci, ut dares, & posteaquam cessas dare, nulla erit ciuilis actio, & ita de dolo dabitur præterquam in C. de transactionibus. l. cum mora. & l. si profundo. In illis enim legum casibus ex necessitate præscriptis verbis actio iure decernitur: quia & uetus actio perempta est, & quia de dolo actio, ut pote cessante dolo competere non potest.

DE CONSTITVTA PECVNIA.

TITVLVS. XXVIII.

REstat, vt de actione, quę uocatur de constituta pecunia, uideamus: licèt enim constitutio pecuniæ sit nudum pactum, actionem tamen parit, cumque constitutor pacisceatur licèt propriè non contrahat, magisque constitutio contractibus accedit, quàm alijs actionum matriculis, ut ita dixerim: meritò in præsentiarum dicendum est, cui competat hæc actio de constituta pecunia, in quem, & qualis sit. Competit autem ei cui quis constituit, in eum qui constituit se soluturum, siue purè, siue in diem, siue sub conditione, ut ff. eodem l. id quod. Siue pro se, siue pro alio. Constituit autem pecuniā iuribus debitam, ut ff. eodem. l. tertia. Aliud quoque pro alio constitui potest, dummodo debeatur hoc naturaliter tantū, vt per nudum pactum: uel ciuiliter, & naturaliter, vt per stipulatum, uel naturaliter, non tamen ciuili iure sed prætorio, ut per iusiurandum. Si uerò quid debitum sit ciuiliter tātùm, exceptione tamen eius petitio possit elidi, puta non numeratæ pecuniæ, vel pacti conuenti, nequaquam constituitur. Ita demum autem tenetur qui constituit si personaliter loquatur, id est, si constituit se soluturum, non, si alium, ut ff. eodem. l. eum qui. Sed si quis constituit se pignus daturum, cùm vtilitas pignorum irrepserit, debet etiam hoc constitutum admitti, ut ff. eodem l. qui autem. §. si quis. Sed & si certo loco fuerit constitutum exemplo arbitrariæ actionis ubique agi poterit, ut ff. eodem. l. si duo. §. sed certè. Et notandum est, quia licèt is qui stipulanti purè promisit ilico tenetur ad dandum, modici duntaxat temporis habenda ratione: Constitutor tamen intra decem dies exigi non potest, ut ff. eod. l. promissor. §. si fine. Est autem hæc actio personalis, prætoria, stricti iuris, & perpetua.

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS. XXIX.

ET quia donationis contractus in Codice vltimo loco expetitur, & à Iustiniano donatio in formam contractus redacta est, cùm iure gentium nudum pactum fuisset, nec actionem pareret: de actione quæ prodita est ob donationem audiamus. Competit autem ex lege condictio donatario, eius hæredi, in donatorem & eius hæredem: ita demum autem, si donatio sit mera ex munificentia liberalitateque descendat. Si verò mixtum fuerit, donationis ob causam cum donatione negotium, vel ob mortem sit donata, alijs actionibus agetur, id est, vel condictione ob causam, vel actione ex testamento. Nam & mortis causa donata, tanquam legata, etiamsi ab intestato fuerint relicta, actione ex testamento petuntur. Cōpetit autem ex lege condictio, vt res donata tradatur, ut Institut. eodem. §. perficiuntur. & C. eodem. l. si quis. §. sin autē hoc. Non euicta re sarciatur, vt C. de euictio. l. quarta. Non enim donator liberalitatis suæ pœnam pati debet, vt ff. de ædilitio edicto. l. ad res. Licet tamen donatori necesse non erit repromittere ea quæ in rebus venalibus ædiles repromitti iubent: si tamen donator euictionem specialiter promiserit, conuenietur. Sed & si sciens rem alienam mihi donauerit, & euincatur, inque eā sumptus magnos fecero, obstrictus erit, vt ff. eodem. l. Aristo. §. Labeo ait. Est autem hæc actio ciuilis, perpetua, personalis, stricti iuris, vt ff. eod. l. eum qui.

DE ACTIONE EXERCITORIA ET INSTITORIA, TRIBVTORIA, Quod iussu. & de peculio.

TITVLVS. XXX.

QVia actiones ex contractibus descendentes, de quibus dictū est superius, actionesq; ex quasi contractibus de quibus dicetur inferiùs, pp contractus & quasi seruorum, filiorumque fam. in parentes dominosq; redduntur, earumque aliæ sunt in solidum, vt exercitoria, institoria, tributoria, quod iussu. aliæ non, vt de peculio, de in rem verso: de his omnibus videamus. In primis autem sciendum est, quia hæ non sunt actiones, id est, exercitoria, institoria, tributoria, de peculio, de in rem verso, quod iussu. non sunt actionum nomina, sed formarum: siquidem una est actio, scilicet, condictio certi, vel actio venditi, vel quæcunque alia pro qualitate negotij quo agitur de peculio, deque eo quod in rem versum est: sicque duplicem condemnationem habet & vna est actio, vt Institut. quod cum eo. qui in al. po. habetur, partim obstringi iudicio tutelæ, negotiorum gestorum, de peculio, & de in rem verso. Minus ergo propriè aiunt quidam has esse actionum species, quas non esse actionum species, sed formas apertè probauimus. Nam & aliàs concepti, oblati, exhibiti, non exhibiti formæ sunt actionum furti, non furti species seu genera, vt Institu. de furtis. Exercitoria actio competit ei qui cum magistro nauis contraxit nomine tamen eius rei, cuius ibi præpositus fuerit, seruus, liberve, vt ff. eodem. l. 1. Datur quoque in exercitorem directa, non cum magistro agitur eodem actionis genere, sed utiliter agitur in exercitorem, ut, sic ea actio quæ datur directa contra magistrum, detur utilis, uoceturque exercitoria contra exercitorem. Hoc. n. edicto actio non transfertur, sed adijcitur, ut ff. eod. l. si eum. §. item. Et sciendum est, quia ita demum competit in exercitorem nomine pecuniæ creditæ condictio certi exercitoria, si in eam rem in quam sumitur, fuerit necessaria pecunia. In hac enim actione curiosum oportet esse creditorem, vt ff. eodem. l. ultima. Datur autem hæc actio perpetuò hæredibus, & in hæredes etiam serui nomine, vt ff. eod. l. si tamen. Est & & prætoria, est aliàs bonę fidei. aliàs stricti iuris, pro qualitate negotij & actionis genere.

PLACEN-

PLACENTINI DE IVDICIIS, ET DE TRADITIONE EORVM QVAE IN QVOVIS iudicio æstimantur.

Liber Tertius.

DE ARBITRIS, ET IVDICIBVS, ET QVAE SIT DIFFERENTIA INTER EOS.

TITVLVS. PRIMVS.

ARBITRVM eum dicimus, cui proprio consensu compromittentes, ſcilicet actor & reus, partes iudicis committunt. Iudex verò eſt, qui iuriſdictioni præeſt, vt prætor, præſes, præfectus vrbis, & qui ab his delegatus eſt, quibus videlicet communia ſunt. Vterq; propoſitis ſacroſanctis Euangelijs circumſpectè cauſam examinat. iuſiurandum de calumnia actoris & rei fieri properat, videlicet ne per calumniam intendatur, ne calumnioſè contradicatur, ad dirimendas lites & terminandas cauſas, ſine ſorde & fraude laborat, nunc abſoluendo, nunc condemnando. Condemnato ex regulari iure quadrimeſtre tempus indulget Nam pro qualitate cauſæ, & obſequio, ſiue contumacia perſonæ nonnunquam tempus prorogat, nonnunquam coartat, propria ſingulorum hæc ſunt. Arbitrum priuati eligunt. Iudicem dat poteſtas publica, aut princeps, & qui ſub eo militat. In hunc compromittunt inuicem promiſſa, vt per quē factum fuerit quominus ſententiæ ſit paritum, ille exigat pœnam: vel deponitur apud eum res de qua eſt controuerſia, & ita actori præſtetur: aut res aliæ loco pignoris apud eum collocantur, vt ſatisfiat ſententiæ, aut per ſtipulationem hincinde promittitur ſententiæ ſtari. Verùm iudex neque in ſe compromitti patitur, neque pignora dari, vel deponi apud ſe cōpellit. Sed nec ſententiæ ſtari promitti, ſed tantùm iudicio ſiſti. Huius ſententia non parit actionem vel exceptionem regulariter. Illius, infamiam interdum irrogat. Amplius arbiter cum eligione eligi non debet, nec iurare. Sed ſi malè & contra ius ſententiam dixerit, ſponte de eo rationem redditurus eſt, ſi per imprudentiam hoc partibus noeebit. Iudex iurat cum veritate & legum obſeruatione ſe iudicaturū in ſingulis ſicut fuerit iuſtum viſum. Arbiter non interponit ſe in cauſa criminali & liberali. Iudex de vtraque cognoſcit. Huius ſententia minus appellatione ſuſpenditur. Illius decretum iuſta prouocatione reſcinditur. Arbitro, & ſi ſit iniqua ſententia, ſtabitur. Iudicis ſi ſit iniqua, appellatione facta, mutabitur. Hæc de arbitro & iudice, deque eorum communione & differētia, deve eorū officijs ſuccinctè dicta ſufficiāt.

DE ADVOCATIS.

TITVLVS SECVNDVS.

ADuocati ſunt qui & patroni cauſarum dicuntur, qui ingrediuntur iudicium vtrique parti ſuum præſtantes auxilium: quorum eſt officium cauſas perorare, quouſque voluerint. Ne tamen ad turpe compendium ſtipemque deformem hęc arripiatur occaſio, ſed laudis per eam argumenta quærantur, agere debent quod cauſa deſiderat ab iniuria tēperare, neque protractu non adfuturi cauſis aliquid accipere. alioquin labem pudoris contrahunt, ſed nec de induſtria iurgium protrahere debent. Præterea poſt litem conteſtatam religione iuriſiurandi arctandi ſunt, quod omni virtute ſua, omnique ope, quod iuſtum & verum exiſtimauerint, id ſuo litigatori inferre procurent, nihil quod ſibi poſsibile eſt de induſtria relinquentes. Si quid tamen omiſerint, iudex ſolertia ſua ſupplebit. Quorum error non nocebit litigatoribus ſi ex continenti, id eſt, triduo proximo contradixerint. Iudici ſic credi debet. vt qui ei non obtemperauerit iuſſus exhibere, vel reſtituere, quanti ea res eſt, condemnetur. Pro veritate, res iudicata accipitur: attamen ſi, ex falſo titulo vel inſtrumēto, cuius fides in dubium non reuocatur, tēpore iudicij fuerit iudicatum, ſententia retractatur, ſi teſtimonium vel certa cauſa probatur, vt ff. de varijs & extraordinarijs cogitationibus. l. 1. §. aduocatos. C. de aduocatis diuerſorum iudicū. & C. de iudic. l. rem non nouam. §. patroni.

DE ACTORE.

TITVLVS TERTIVS.

ACtor eſt, qui proſequitur aliquid principaliter, dicens, rem ſuam eſſe, vel perſonam obligatam ad aliquid dandum vel faciendum. Sed & reus, ſi. intentione aduerſarij fundata, exceptionem opponit vt condemnationem effugiat, actor intelligitur. Agere enim is videtur, qui exceptione vtitur vt ff. de exceptionib. l. 1.

DE REO.

TITVLVS QVARTVS.

REus eſt, aduerſus quem contenditur, quia ſi poſsidere, vel debere quid dicatur, ad probatiouem actoris pertinet. ſi victoria potiri velit, vt, id quod intendit, probet: actore enim non probante, qui conuenitur, etſi nihil præſtiterit, obtineat. quia rei fauorabiliores ſunt quàm actores. His æquipollenter dicitur, iura promptiora ſunt ad abſoluendū, quàm ad condemnandum, eoque reus in exceptione actor eſt, & ipſum quod excipit, probare debet, vt. ff. de probat. l. in exceptio. & ff. de excep. l. 1. Sanè vno caſu qui excipit non probabit. Qui enim ſpe numerationis ſe ſtipulatione vel chirographo obligauit, ſi conueniatur, exceptionem non numeratæ pecuniæ, infra biennium iuſtè opponet, nec probationis onus ei imminebit: illa forſan ratione, quia negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio, vt C. de non nume. pecu. l. ſi ex cautione. & C. de proba. l. actor. in fi. Cæterùm quæcunque de actore dicta ſunt eſſe probanda, eadem de replicatione dicenda putamus. Eadem quoque cenſura eſt de exceptione & duplicatione. Namque ſicut hæc actio & replicatio actorem iuuant: ſic reum exceptio & duplicatio ſubleuant, vt ff. de except. l. 2. Iam ab eo probantur, quia æquum eſt in eo probando quenque grauari: quo probato, videtur ſubleuari, quod ad probationes rei immobilis à mobili ſeſeque mouenti non ſecernitur.

DE ACCVSATIONIBVS.

TITVLVS QVINTVS.

ACcuſare omnibus permiſſum eſt, his exceptis. Propter ſexum prohibetur mulier, propter ætatem pupillus. Propter ſacramentum militare qui ſtipendium meret, id eſt, ſimiles. Propter magiſtratum & poteſtatem in qua agentes ſine fraude euocari non poſſunt, vt conſul, prætor. Propter delictum

lictum, vt infames. Propter turpem quæstum, vt hi qui nummos ad accusandum acceperint. Propter conditionem, vt filij contra parentes, liberti contra patronos. Propter suspicionem calumniæ, vt qui falsum testimonium subornati dixerunt. Ratione paupertatis, vt hi qui minus habent quinquaginta aureis. Attamen non excluduntur, si suam iniuriã mortemve propinquorum defendant vel exequantur. Si hi qui iudicio publico damnati sunt, quive cum bestijs depugnandi causa in arenam intromissi sunt, quive artem ludicram vel lenocinium fecerint, vt ff. eo. l. qui accusare, cum tribus ll. sequentibus. & l. qui in iudicio publico. Sed filij ius accusandi contra matrem non habent, vel minus frater magnum & capitale crimen contra fratrem intendit. Qui duos accusauerit, tertium accusare non potest, vt C. eod. l. cum rationibus. Similiter vocem familiaris, & serui oportet potius intercidi, quàm audiri aduersus eum, cuius familiaritati vel dominio inhæserit, excepto crimine maiestatis. Item arctioris annonæ populi Romani, & falsæ monetæ, necnon falsi. Quod si suppresserit dominus testamentum, in quo relictam sibi libertatem seruus adseuerat, aliquando non prorsus interdicitur accusatio, sed suspenditur, nomenque rei, id est, accusati abo letur. Ex integro tamen repetendi reum potestas fiat, vt, si nõ fiat inscriptio, & alia, quibus est opus.

DE INSCRIPTIONIBVS.

TITVLVS SEXTVS.

IN inscriptione enim oportet esse nomẽ accusantis & accusati, nomẽ criminis & legis. Sed & eius nomen à quo commissum est scelus. & tempus, id est, mensis in quo factum. & locus, vbi scilicet neque diem, neque horam inuitus comprehendet. Inscriptionis enim conceptio talibus in legibus inuenitur. Titius professus est se Meuiam lege Iulia de adulterijs ream deferre, quòd dicit eam cum Gaio Seio in ciuitate illa, domo illius, me, se, illo, illis consulibus adulterium commisisse, vt ff. eo. l. si cui. & C. eo. l. in causis criminalibus.

DE TESTIBVS.

TITVLVS SEPTIMVS.

TEstium verò talis est ratio, ad testimonium compelli possumus per iudicem, & improbè versantes à præscriptio ne fori coerceri. Aliquando excusamur siue in omnibus causis, vt senes, valetudinarij. vt ff. eo. l. inuiti. Siue in aliquibus veluti in publico crimine contra cognatum admittimur volentes, vt ff. eo. l. lege Iulia. Et quandoque excusamur, & quandoque cogi possumus, vt ff. de tab. exh. l. locum. §. exhibere. & quemad. test. ape. l. cùm ab initio. Interdum inuiti excusamur, volentes repellimur, vt liberi contra parentes, & econuerso. Testium quidam iudicis officio, quidam exceptione remouentur. Iudicis officio, propter dicendi suspicionem, exceptis veluti qui condemnati sunt de crimine famoso, quos leges iubent esse improbos & intestabiles, vt ff. eodem. l. ob carmen famosum. In testibus dignitas, fides, mores, grauitas examinanda est: in primis conditio, vtrum decurio, an plebeius, an honestæ vitæ, an reprehensibilis, an locuples, an egenus, vtrum amicus ei, pro quo testimonium dat, vel inimicus contra quem testimonium fert, vt ff. eodem. l. in testibus, cũ l. sequenti. Vtrum ne vnum & præmeditatum sermonem visi sunt dicere, an non, vt ff. eodem l. testium. §. ideoque. Postremò rescriptum extat iudicem non vtique ad certam probationis speciem cognitionem statim allegare debere, sed ex sententia animi sui æstimare oportere, quid, aut cui credat, aut parum probatum sibi opinetur, vt ff. eodem. l. testium. §. eiusdem. Sunt casus in quibus quilibet testes admittuntur, vt arenarius vel similis persona de carmine famoso, non tamen sine tormentis, vt ff. eodem. l. ob carmen famosum. §. vltimo. Cùm in crimine de falsa moneta ad testimoniũ admittũtur in iudicio adulteri. Precor non mea cã iudex. Iam si adiu dicatus est non admittitur quemadmodum nec patronus, id est, aduocatus.

DE IVDICE ET IVDICIIS.

TITVLVS OCTAVVS.

IVdicium accipitur actus ad minus trium personarum, s. actoris intendentis, rei intentionem euitantis, Iudicis in medio cognoscentis. Quod verò iuris sortiatur effectum spectatur forma iudicij, & potestas in statuẽdo & terminãdo. In institutione intuemur personas, rem, vtrumq; simul. Iudex est, qui neque natura remouetur, vt mutus: neque iure, vt infamis, qui licet arbiter esse poterit, tamen iudex esse iure non poterit. iudicare nequeunt aliqui natura, vt infantes. aliqui iure, ut serui. Pedaneus principaliter liberalem causam non cognoscit, licèt incidenter examinet, nec de ea sed de principali cã, pronutiando, ut C. de peda. iudi. l. 2. Cuius uictoriam & ad libertatem extendimus. Similiter, si is agit uel actionem suscipit, qui legitimam administrationem non habeat, nullum est iudicium, tamen & procurator est falsus, nec dici controuersiæ solent, nec poterit esse iudicium. In terminando, forma illa est actor ut uincat, actionem intendit, intentam probabit. Simili modo reus negabit, excipiet, & probabit. Iudex examinat, parteis sæpius interrogat, ut ff. de interro. act. l. penult. Postea pronunciat seruato biennio in criminalibus, triennio in pecuniarijs causis, ut C. de iudi. l. properandum. §. fin autem. Sedens, scribens, descripto partibus recitans, executioni quod iudicatum est, mandans, uis & potestas est ex cõtestatione & pronunciatione. Contestatur, res nouatur, non ut decedat aliquid, sed ut accedat, cum temporalis actio perpetuatur non transitura in hæredes, transeat, usuraria fiat. Pronunciatione quoque nouatur non ipso iure, sed exceptione perpetua, si reus obtineat, cùm etiam actionem pariat, si actor uincat. Vbi ergò absunt, quæ abesse oportet, & adsunt quæ adesse oportet, hoc & iudicij & sententiæ nomine censeri meritò potest.

DE DILIGENTIA, ET CVLPA QVAE VENIANT IN vnaquaq; actione.

TITVLVS NONVS.

CVm secundùm diuersitatem actionum, & diligentia desideretur, & negligentia puniatur, utile esse credimus, inspecta cuiusque actionis natura, quæ diligentia, quæ culpa ueniat in unaquaque actione, per singulas species exponere. Possessor alienæ rei si bona fide possidet, & si dolo eius res interierit, non tenetur. cum cogitatione domini rem deteriorem reddiderit, quod est si in omittendo dolus uel culpa cõmissa sit, alioquin si in faciendo tenetur lege Aquilia, & hoc, si non mota controuersia ei fit, alioquin controuersia progressa tenetur de custodia: & hoc puto ad exactam diligentiam, sicut qui seruum fugitiuum à se petitum non custodit, vt ff. de rei uendica. l. qui petitorio. §. qui in rem commodatam. & l. utique & l. Iulianus scribit. & l. si culpa. & de uerborum obligationibus. l. si seruum stipulatus fuero. Fatalitatem verò præstare non debet, neque propter metum huius periculi, cogitur ius suum indefensum relinquere, & hoc, licèt distracturus fuerat. prædo autem præstat fatalitatem post acceptum demum iudicium & id ipsum tunc cùm distracturus petitor fuerat, ut ff. de petitione hæreditatis. l. illud quoque. & ff. de rei uendicatione. l. item si. Et hoc ita uerum est, si furtum cõmissum non sit. Nam commisso furto, cùm fur semper in mora sit ante oblationem, periculo non liberatur, sed tenetur condictione furtiua, & hæc eadem in petitione hæreditatis intelligenda sunt, sed nec actio ad exhibendum separatur ab his. Nam & post acceptum iudicium, licèt sine dolo malo & culpa possessoris homo mortuus sit, tamen interdum tanti damnandus est, quanti actoris interfuit, per eum non effectum, quò minus tunc, cùm iudiciũ acciperetur, homo exhiberetur

beretur. Quòd est si fortè distracturus erat petitor, & possessor malæ fidei fuerit: vel bonæ fidei, quod per calumniam restitit, quia intellexit exactionem actionis ad se non pertinere, tantò magis si apparebit eo casu mortuum, qui non incidisset, si tunc exhibitus fuisset, vt ff. ad exhi. l. de eo. §. si post acceptum iudicium.

IN DEPOSITO QVID VENIAT.

TITVLVS DECIMVS.

IN deposito venit dolus, & lata culpa: quandoque culpa leuis; quandoque culpa, & custodia: quandoque periculum. Dolus, & lata culpa venit ex natura depositi. Ad exactam diligentiam tenetur si culpam repromiserit, vel pretium depositionis, non quasi mercedem acceperit, vt ff. vi bonorum raptorum. l. prætor ait. §. si in re deposita, & §. in hac actione. & titul. deposi. l. 1. §. sæpè. & l. quod Nerua. De periculo tenetur, si periculum in se susceperit, aut etiam cùm deposita est pecunia apud eum gratia eius, vt puta si emisset, crediti nomine obligatus esset, vt ff. si certum petatur. l. si quis. De culpa & custodia tenetur, si se deposito obtulit, vt ff. deposi. l. 1. §. sæpè euenit. Si verò conueniat ne dolus præstetur, nō valet pactio, quamuis si paciscatur, ne depositi agat, re ipsa id pactus videtur, ne de dolo agat, quod pactū prodest. Quia expressa nocent, non expressa non nocent, vt ff. de pactis. l. si vnus. §. illud. Lata autem culpa existimatur, si quis ad suū modum curam in re deposita non præstitit. Nec enim salua fide minorem his, quàm suis rebus, diligentiam præstabit, vt ff. deposi. l. quod Nerua.

IN COMMODATO QVID VENIAT.

TITVLVS XI.

IN commodato venit, quandoque dolus & lata culpa tantùm: quandoque culpa leuis, & diligentia: quandoque periculum. Dolus & lata culpa venit, si hoc conuenit, vel si sua duntaxat causa commodauit, sponsæ fortè suæ, vel vxori, quo honestius ad se culta duceretur, vt ff. commod. l. si vt certo. §. Interdum. De culpa quoque leui tenetur, si vtriusque gratia res commodata est, veluti si communem amicum ad cœnā inuitauerimus, tuque eius rei curam suscepisses, egoque tibi argentum accommodauerim: culpa quidem à te præstanda est, vt ita culpæ fiat existimatio, sicut fieri solet in rebus pignori datis & dotalibus, vt ff. titul. eodem. l. in rebus. §. hoc ita. Ad exactissimam diligentiam tenetur is, cui res aliqua vtenda datur eius gratia tantùm, nec sufficit ei tantam diligentiā adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modò alius diligentior poterit eam rem custodire, sed propter maiorem vim maioresve casus non tenetur, si modò non ipsius culpa is casus interuenit, veluti si id quod tibi domi commodatum est, peregrè tecum ferre malueris: tunc enim periculum ad te spectat, vt Institut. quibus modis re contrahitur obligatio. §. at is. & ff. commod. l. si vt certo. §. nunc uidendū. & l. in rebus. §. alioquin. Vel si potuerit res commodatas saluas facere, res suas prætulit, vt ff. commod. l. si vt. §. quod verò. Fatalitatem præstat, siue id repromisit, siue res æstimata data sit, vt ff. titul. eodem. l. si vt. In commodato autem hæc pactio, ne dolus præstetur, rata non est, vt ff. titul. eodem. l. in cōmodato. Excusatus autem eris à culpa, si rem tibi commodaui, & custodem posui, vt ff. eod. tit. l. si ut. §. si de me.

QVID VENIAT IN ACTIONE DE PRECARIO.

TITVLVS XII.

ILle qui precariò rogauit, tenetur de dolo & lata culpa: de leui non tenetur, nisi post interdictum redditum. tunc. n. præstat dolum & culpam & omnem causam. Nam vbi moram quis facit in precario, omnē causam debebit restituere, ut ff. de preca. l. quæsitum est. §. eum quoque. Si quæras, cur hic non tenetur precarij rogator ad eam diligentiam, quam præstat commodatarius. Forsitan illa ratio est, quia commodatum intempestiuè reuocari non potest, ut ff. com. l. in commodato. §. sicut autem. Precarium verò tamdiu durat, quamdiu is qui concessit, patitur, vt ff. de preca. l. cum precario. 2. Et quòd facilius reuocatur, non est mirandum, si minus habeat oneris.

QVID VENIAT IN PIGNORATICIA ACTIONE.

TITVLVS XIII.

IN pignoraticia actione, venit dolus & culpa, vt in commodato, & custodia, vis maior non venit, vt ff. de pign. act. l. si cum. §. uenit autem. & l. qui ratiario. Aliquis autem putaret eadem per omnia uenire in hac actione, quæ in actione cōmodati desiderantur, propter verbum superius insertum, subiungit ibidem alia lege. Ea igitur quæ diligens paterfam. scilicet in suis rebus præstare solet, à creditore exiguntur. Sufficit enim quòd ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhibet, vt Insti. qui. mo. re con. ob. §. at is. Si uerò res pignori datas malè tractauerit creditor, vel seruos debilitauit, tenetur eo nomine, ueluti si prostituit ancillam, uel aliud improbatum facere coegit, soluitur ilicò ancillæ pignus. Plane si pro maleficijs coercuit creditor, non tenetur: ut ff. de pigno. act. l. eleganter. §. etsi res pignori. Si ergo operam dedit, ut res deterior fieret, tenetur: si operam non dedit, non tenetur, ut C. eo. titul. l. ult. Operam autem dedisse uidetur uel intelligitur, & qui culpam adhibuit. Sed & cùm pignus creditur, creditor de dolo debet repromittere, etsi prædium fuerit pignoratum, de iure eius repromittendum est, ut C. eo. l. creditor. Quinimò forsitan & hinc inde interdum cautiones interponi debent, & in præteritum & in futurum, ut puta si eius serui nomine creditor iudicium accepit, uel quid cum eo ageretur, uel quòd ipse eius nomine ageret, ad similitudinem serui qui redhibetur, eius nomine supra dicta cautio exponitur, ut ff. de redhi. act. l. redhibere. §. idem Pomponius ait. Eius autem nomine cum eo agitur, si seruus noxam commisit. Nam si creditor defendere noluerit, proconsul denegabit etiam ei pignoris persecutionem, ut ff. de noxa. actio. l. si seruus depositus. §. dominus qui seruum. Ipse autem eius nomine agit si furtum passus est, ut ff. de furt. l. serui. §. illud quæsitum est. Vel si occisus sit ille seruus, quo casu datur utilis Aquiliæ creditori, ut ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. qui dicendum est.

QVOMODO SIT VTENDVM ACTIONE EX EMPTO.

TITVLVS XIIII.

EX empto actione is, qui emit, utit: & in primis id deducit in hoc iudicio, quod præstari cōuenit si nihil cōuenit, tunc ea præstabūtur quæ naturaliter insunt huius iudicij potestate, & in primis ipsam rem venditorem præstare oportet, id est, tradere, sed non præcisè: sed si non tradiderit, condemnatur ad interesse. Redhibitio quoque empti iudicio continetur, & ut caueat animalia sana præstari: & qui iumenta vendidit, solet ita promittere esse, bibere ut oportet, & fugitiuum non esse seruum, furtis noxijsque solutum, & ut habere liceat emptori caueatur, sed ut tradatur ei possessio. Quibus non præstitis, uel uno ex his, in id quod interest fit condemnatio: ut ff. de actio. emp. & uen. l. ex empto. Sed etiam dupla promitti debet in pretiosis: alioquin si dictum non sit quantum venditorem præstare oporteat, simpla uel interesse præstabitur, ut ff. de euict. l. si in uenditione. Sed & si dixit euictionis nomine nihil præstari, pretium debebit re euicta, non vtilitatem, vt ff. de act. empt. l. emptorem. §. qui autem. Si conuenit

uenit plus minusue præstari euictione secuta, quàm nomine pretij datum est, ualet conuentio, ut ff. de euict.l.ante pe. Venditor autem talem custodiam debet, quam præstarent hi quibus res commodata, est & exactiorem quàm in suis rebus adhiberet, ut ff. de peri.& com.rei uen.l.custodiam. Nam talem diligentiam debet, qualem bonus paterfamiliàs adhibet suis rebus, quam si præstiterit & tamen rem perdiderit, licèt per furtum securus est, ut tantùm scilicet uendicationem rei, & condictionem exhibeat emptori, ut ff. de contrahen. empt.l. quod sæpè.§.si res. Periculum autem publicationis fundi uenditi. quod ante traditionem contingat, non respicit ad emptorem, quod ita uerum est, ut pretium repetat, aut consequatur si quid amplius sua interfit, ut ff.loca.l.si fundus. Id forsitan intelligendum erit de lectis quos ædilis concidit, ut ff. de peri.& com.rei uen.l.lectos. Imputatur autem uenditori domus si, antequam eam tradat, damni infecti stipulationem non interposuit, quia custodia ad eum pertinet, ut ff. de actione emption. & uenditio. l. venditori. Si uinum ueniat ad mensuram, eam diligentiam uenditor debet, ut fatale damnum & uis maior sit excusata, hoc est, ad interesse non teneatur uenditor, nec tantùm ad emptorem pertinet periculum. Nam ante mensuram propriè notandum uenit, ut ff. de peri. & com.rei uen.l.2.& 3. Si uerò conditionalis est emptio, periculum admissæ rei emptorem non adstringit. Si autem deterior facta fuerit, ad emptorem spectat detrimentum. ut ff. de peri.& com.rei uen.l.necessario.

DE MORA.
TITVLVS XV.

CVm de mora punienda quæratur, sciendum est aliter moram puniendam in actionibus in rem, aliter in personalibus, aliter in bonæ fidei iudicijs, aliter in stricti iuris. Qui in rē conuenitur etiam culpæ nomine condemnatur. Culpa autem existimatur, non solum si fecit quod facere non debuit, sed & si omisit, quod facere debuit, puta si seruum à se petitum non custodiuit & is fugit, ut ff. de rei uen.l.qui petitorio. §. ultim. Si uerò eo modo interijt quo interitura esset, tunc distinguitur utrum prædo fuerit, an bonæ fidei possessor. Si prædo fuerit præstat fatalitatem, puta si intelligebat, & dolo malo resistebat. Si bonæ fidei possessor fuerit, non præstat fatalitatem, non enim debet ius suum indefensum relinquere, ut ff. de petitione hæreditatis. l.illud. Notandum puto dolo malo, resistere, quod obseruandam sibi euictionem litigat, licèt sciat rem ad se non pertinere. Ideoq; hunc de fatalitate non puto teneri, quod puto trahendum ad actionem ex stipulatu, & ex testamento, & depositi, vt ff. depo.l.si in Asia.§. vltimo. & l.si plures. §.vlti.& de verb.oblig.l.si ex legati.& de vsur.& fruc. l.si quis solutioni. Quas leges ita exponendas existimo. Idem & in omnibus personalibus actionibus, nisi condicat quis rē à fure, vel eius hærede. Hæres enim furis præstat fatalitatem sicut fur. Culpa verò quam diximus existimari etiam in omittendo in actione in rem, ita non estimatur in personali, sed ita, si fecerit quod non debuit, puta si eum occiderit licèt cessante mora, vel facto eius seruus promissus liber factus sit, an si alienauit, & res desijt posse dari: cùm tamen per alium hoc contigerit, condemnandus est. Si autem alienus tempore, pmissionis fuit, nec eius postea factus sit, & ab alio tale quid acciderit non tenetur: vt ff. de verborum obligat.l. si seruum, primo respons. & §. j. Si autem cùm promissor eum alienauerit, ante moram naturali morte intereat, non tenetur. Idem in venditione: vt ff. de hær. ven.l.venditor. nisi venditor hæreditatis sit, qui alij vendēdo negotiū emptoris gessisse videbitur. Mora autem intelligitur fieri quandoque iure communi, vt interpellatione, cum quis interpellat debitorem suum, licèt extra iudicium, ita rationabiliter, ut debitor nullam habeat rationem differendæ solutionis. Quandoque iure singulari, & hoc bipartito. Vel propter rem, ut in furto. Nam fur semper est in mora. & mora trahit ad se periculum. Vel propter personam, vt in minore, vt C. de restit. In persona, & hoc in bonæ fidei iudicijs, & legatis & fideicommissis. Mora quandoque gignit vsuras, quandoque trahit ad se periculum, quandoque perpetuat obligationem. Gignit vsuras, vt in debitore interpellato ex prædictis causis, vt & in debitore minoris, si tamen tutor ei sit, vt ff. de vsur.& fruct.l.cùm quidam. §.si pupillo. In stricti iuris iudicijs, post litem demum contestatam vsuræ currunt. & trahit ad se periculum, vt qui tenetur in stricti iuris iudicijs scilicet non liberatur, secundum tamen prædictas distinctiones, perpetuat obligationem vt post litem cōtestatam. Licèt autem bona fides excusat possessorem rei alienæ à fatalitate, non tamen à fructibus. Licèt enim bona fide possideat & titulo, pendentes fructus restituat cum ipsa re. & licet perceptos suos fecerit, extantes tamen iudicis officio restituit, de consumptis non tenetur, etsi locupletior sit. Bonæ fidei, si non titulo, cultura prouenientes facit suos, nunquam natura, vt ff. de vsur.& fruct.l.fructus. Similiter de consumptis nō tenetur in singulari, in rem, etsi locupletior sit, sed in petitione hæreditatis veniunt consumpti si locupletior sit possessor. Malæ fidei si non titulo, etiam de percipiendis tenetur. Malæ fidei cum titulo, à percipiendis solis excusatur.

Sed & circa retentionem sumptuum distinguendum est. Nam bonæ fidei possessor in petitione hæreditatis seruat sumptus vtiles & necessarios. etsi res illa in quam impendit, non est. Prædo autem non aliter quàm si res non solum est, sed & melior sit: vt ff. de peti.hæred. In singulari in rem, bonæ fidei possessores necessarios seruat, vtiles seruabit, maximè si dominus eadem facturus erat, sed quousq; pretiosior factus est, etsi plus pretio fundo accessit, solum quod impensum est, aut si fundum receptum dominus vendiderit idem dicēdum est, vt ff. de rei vend.l.in fundo. Malæ fidei necessarios seruat vtiles abradit sine læsione prioris status, vt C. de rei ven.l.domū, & ff. de condi.in.l.si in area. Quod de voluptarijs in omni possessione seruatur, nisi dominus paratus sit præstare, quantū ille laturus est, his rebus abrasis. Nam enim malitijs indulgēdum est. Si verò gratia fructuum etiam impensæ à bonæ fidei possessore seruabuntur per receptionem, licèt fructus nō perueniant, prædo ita demum si fructus perueniant: vt ff. de petitio.hæredita. l.si à domino. §.vltimo. Quæ sic sunt in actione in rem, sed si actionem habeam stricti iuris, ad id consequendum, quod meum non fuit, fructus non consequar, etiā si mora facta sit, nisi post conceptum iudicium. Si verò bonæ fidei habeam actionem, vt ex empto, fructus consequar, licet lis contestata non sit, vt ff. de usur. & fruct. l. uideamus. §. si actionem. Legata tamen, & fideicommissa, licèt stricti iuris sint, admittunt fructus, & post moram usuras: ut ff. de usuris.l.equis.si agatur præiudiciali in rem de ancilla. Nam post litem amplectuntur omnem fortunam matris ante litem nati, sed suo nomine in quæstionem seruentur, vt C. de liber. cau. lege ultima.

PLACEN-

PLACENTINI DE EXPEDIENDIS IVDICIIS, Liber Tertius.

DE LIBELLO CONVENTIONALI TITVLVS PRIMVS.

SI QVIS de re quaque obnoxium quempiam esse sibi putauerit, quo secum ciuiliter consistat, libellum quamprimùm Conuentionalem componat, in quo quod sibi deberi putat, edoceat, speciem actionis edat, vt in Authent. de executo. §. 1. col. 7. constit. 7. Vnde hunc libellum non prius aduersario offeret, quàm in negotij executorem cautionem exponat sese intra duos menses proximos litem executurum, vel omne damnum ei, qui conuenitur, contingens in duplum restituturum, cautione tamen non transcendente 36. aureos. Potest forsan sub hac forma libellus ille componi. Legum iustissimarum metuens pœnas, persequi sine iudice rem mihi debitam, atq; adeò ad vos scientia iuris, tàm subtilissimum quàm benignum accedo, agens contra Titium Fortidianum fundum possidentem, ex venditione, vel traditione ad me pertinentem. Ego Caius hanc postulationem die tali, mense tali contra Titium depono.

Post ergo libellus conuentionis factus iudici offeretur, sicque sportulas, id est, salarium & officio suo debita executioni iuxta quantitatem in libello cõprehensam, præstabit, vnà cum fideiussore iudicio sistẽdi causa 20. dierum gaudebit inducijs, intra quos deliberet, aut cedat, aut contendat. Præterea solius iudicis in libello comprehensi audiẽtiam eligat, an ei alium socium petat, vel in totum quasi suspectum alium recuset, nisi ille sit, quem ipse alio iam recusato, petierit.

DE LITIS CONTESTATIONE. TITVLVS SECVNDVS.

POstremò partium vtrarumque præsentia apud iudicem facta, incipiet iudex per narrationem atque responsionẽ causam simpliciter audire, sicque demum lis contestata fore creditur. nisi simplex postulatio penes iudicem deposita, aut non ante iudicium actionis species sit reo cognita, vt C. de lite contestata. l. 1.

DE PLVS PETITIONIBVS. TITVLVS TERTIVS.

CAueat actor sanè ne plus à reo petat, quàm sibi debeatur: quod quatuor fit modis, re scilicet, tempore, loco, causa, vt Instit. de act. §. plus autem. cum tribus. §. sequentib. Quippe si tempore per dolum plus petierit, Zenoniana coercitus constitutione, in duplum temporis eius præstabit inducias, scilicet vel quas ipse indulsit, vel natura desiderat actionis. Planè nec post eas finitas reus aliter suscipiet actionem, quàm si omnes litis expensas ab actore primùm acceperit, vt saltem tali metu perterriti litium tempora doceantur obseruare actores. Quòd si ex tribus alijs causis per machinationem plus petierit actor quodcunque damnum sportularum nomine illi, à quo fuerat petitum, acciderit, tripli condemnatione commissa puniatur. Verùm hoc ante iudicium exaudias. Sanè si liti præbuit exordium, & in certaminibus negotij permanens, vel adiecta falsi quantitate arguatur per Iustinianam constitutionem, non solùm in ea, verùm quoque in vniuerso debito defraudetur, nisi reus de hac causa transegerit, vel secundò post biennium confiteatur, tantam scilicet se debere quantitatem, vt C. eo. Quibus in casibus citra indeterminatæ censuræ formidinem, suam intendit actor petitionem. Litis ergo contestatio contra expositum indultum habita. pro nihilo est, nisi consensu partium causa fortè moueatur, vt in arbitro fieri consueuit.

DE DILATIONIBVS. TITVLVS QVARTVS.

SEd & in ius vocati dilationes petere nonnunquam solent, quod qualiter procedat, exaudi. Et quidem si personarum absentium, aut instrumentorum non morandæ cognitionis obtentu, petatur spacium exhibendæ instructionis, postulatum à iudice dari conueniet, vt C. eo. l. 1. Sanè qui cognoscit, idem arbitrium nequaquam intelligat, semper sibi fore concessum, quinimò dilationem eandem, si rerum vrgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desideratæ instructionis exegerit, non facilè amplius quàm semel in pecuniarijs causis nouerit esse tribuendam. Planè in criminibus seu capitalibus causis reo tres dilationes, accusatori duæ dari possunt, sed vtrique causa cognita, vt ff. de ferijs. l. vlt. Dabitur quoque subtili velamento dilatio, & siquidem ex ea prouincia, vbi lis agitur, & de qua persona instrumenta rei poscit, in proximo sit, vna scilicet vel duab. mansionibus in medio prouinciarum constitutis, vt quatuor menses dentur noua decreuit cõstitutio. Si verò maius sit spacium, sex menses indulgeantur. Quòd si ex Palæstina aut ex Aegypto, vel gentium longinquarum loco suprà dicta petantur, octo custodiri menses iusticia erit. Si verò ex Hesperijs gentibus, vel Septentrionalibus, vel Lybico tractatu allegetur dilatio, tunc tempus ab anterioribus iuris conditoribus taxari, hoc est, nouem mensiũ iustè indulget, vt in Authen. vt om. obe. iu. §. sed siquidem. Si quis autem per sacrum oraculum ad extraordinarium te vocauerit iudicium, omnifariam illi dilatio deneganda est, tibi ad precum arguenda mendacia dabitur, & proferenda instrumenta vel testes, cùm instructus esse non potuisti, qui præter spem ad aliena trahebaris negotia, vt C. eod. l. si qñ. In restitutionis prętereà causa petetur ab actore dilatio, quę semper valeat intrà metas restitutionis arctari, hoc est, quatuor annorum continuorum, vt C. de tem. in integr. rest. l. petendæ. Non poterunt ergo ab eo peti dilationum curricula, huius temporis terminos prorogantia. Verùm si fera defensio dilationis suffragium postulauerit, quoniam in nullius steterat arbitrio, quando litigio pulsaretur, ea illi, citra præfati temporis compendium, adserta causa defertur, quoniam sibi idulta etiam actor pro suis inquirendis probationibus vti minimè prohibebitur.

DE IN IVS VOCANDO. TITVLVS QVINTVS.

POrrò breuitatis obtentu, verbositate Scriptorum de in ius vocando neglecta, & de ferijs, & dilationibus summo quasi digito complexus, breuiter nunc dicam de in ius vocando. Sciendum autem est, alios in ius vocari permitti, alios verò prohiberi. Horum autem alij prohibentur gratia negotiorum gestorum, alij reuerentia personarum, vt ff. eo. l. generaliter. Qui prohibentur negotiorum gestorum, vel communis necessitatis causa, aliàs publicæ, nonnunquam verò priuatæ. Communis necessitatis causa, veluti tempore messium & vindemiarum, propriè cùm cæteri iubeantur esse iuridici. Illos tamen feriarum dies manere fas erit, quos geminis mensibus ad laboris requiem indulgentior annus accepit, vt ff. de ferijs

ferijs. Publicæ, vt tempore belli. Priuatæ, vt tempore nuptiarum, vel funeris cuiusquam, uel si ad iudicium fuerit uocatus ut ff. eo. Leg. quique litigandi. Item cùm personarum reuerentia in ius uocari prohibeatur, contingit quandoque causa diuini iuris, ut Pontifices dum sacra faciunt, ut ff. eo. l. 2. Aliquando causa humani iuris, & tunc alia publici, ut consules cæterosq; magistratus. Interdum iuris priuati gratia, ut parentes patronos, uxores quoque eorum, quos in ius non vocabis, nisi venia edicti à iudice fuerit impetrata, nec in ea rusticitati parcitur, cùm naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur. Honesta enim & sancta semper parentis, patronique debet videri persona, ut C. eo. l. 1. & 2. Cæterum si sine uenia edicti, ante fatas personas in ius uocaueris, ex earum querela quinquaginta aureorum pœnam præstabis, uel à Præfecto urbis, quasi inofficiosus castigaberis, si inopia laborare dignosceris. Moderanda planè erit hæc iurisdictio, veluti si te pœniteat, & actionem remiseris, uel si parentes patroniq; uocati nõ ueniant, aut si inuiti uocati nõ fuerint, ut ff. eo. l. pe. & ult.

DE FERIIS.

TITVLVS SEXTVS.

Ferias autem intellige solennes, quas populus Romanus ob diem insignem, uel propter publicam gratulationem, seriò sibi constituit; atque repentinas, quãdo res feliciter præter spem eueniunt quarum utrarumque adijciendarum similem metiris obseruantiam, ut ff. & C. eod. Feriæ enim repentinæ, siue solennes sint, dilationum temporibus non excipiuntur, sed ex his modis omnibus continentur. In prouocationum quoque causis huiuscemodi dierum tempora iugiter & sine aditu scias esse numeranda.

OMNES IN IVS VOCATI DEBENT VENIRE.

TITVLVS SEPTIMVS.

Ex quacunque autem causa ad prætorem, vel ad alios qui iurisdictioni præsunt, in ius uocatus debet venire, ut saltem hoc ipsum sciatur, an eius sit iurisdictio. quinimò etsi reuocandi domum ius habet, venire debet priuilegia sua allegaturus. Si quis autem uocatus non uenerit, ex causa à competente iudice mulctabitur.

QVID FACERE DEBET IN IVS VOCATVS.

TITVLVS OCTAVVS.

Vbi autem in ius qui uocatur, satis ab eo uel cautum petatur, aut iurato promittat iudicio sisti: & edicto caueatur, ut fideiussor sistendi iudicij causa datus, locuples detur, non tantùm ex facultatibus, uerùm ex conueniendi facilitate. Locuples autem est, qui satis & idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor petit esse restituendam. In necessarijs autem personis qualiscunque fideiussor pro locuplete erit accipiendus, ut à parente, patrono, uxoribus liberisve eorum, uxore, nuruve. In eum qui non accepit fideiussorem, cùm sciret eam necessitudinem personarum, quinquaginta aureorum iudicium competit, ut ff. in ius uoc. ut eant. l. j. & 2. & ff. qui sa. cogan. l. 2. & ff. de uerb. sig. l. quos hostes. §. locuples. & ff. eo. l. 2. & ff. qui satis. l. sciendum. Sciendum autem est, possessores immobilium rerum satisdare non compelli, sed suæ tãtùm promissioni committentur. Possessores autem rerum immobilium esse dicuntur, qui in agro vel ciuitate soli rem possident, vel ex asse, vel ex parte. Quo in numero vectigalium cõductor habetur, cui non est absimilis emphyteuticarius, vt ff. qui satis. cog. l. sciendum. Qui aũt satisdationi se imparem docuerit, iurato promittere debet iudicio sisti. Quòd si ex causa concessa deseruit, deierare non videbitur. De die autem in tali stipulatione ponenda solet inter litigatores conuenire.

Cæterùm si non conuenit, putat Pedius in potestate litigatoris esse moderato spacio de hoc à iudice statuendo, habita ratione qualitatis causæ, & personarum. Hæc si suo nomine quis alium in ius vocauerit.

DE PROCVRATORE ACTORIS.

TITVLVS NONVS.

Omnibus qui suo noĩe actionẽ habent, procuratoris habendi ius tribuit facultatem, vbi profectò & alia desideratur inspectio, & quidẽ si à parte actoris interuenit, ꝓcurator, & de mandato constet, siue apud acta factus fuerit, siue ꝓ præsente interuenit, cum cautione de rato iure aget, ratumque iudex habebit iudicium, licèt ipso procedente noluerit dñs, ipsum esse procuratorẽ, mutata sua voluntate. Quinimò sñia lata, si fuit ei, qui petebat, solutũ, ipsi, i. dño erit inutilis, aduersus quẽ egit procurator, actio, siue per exceptionẽ rei. s. iudicatæ, si fuerit ipse solutus, quem conueniebat procurator, vt ff. rem ra. ha. Sanè si de mandato dubitetur, aut id probandum est, vel certè de rato cauendũ, sicq; litẽ supra dicto exequatur ordine. Vnde si mandatũ non interuenisse constet, ét si satisdare paratus sit, procul à limine iudiciorum pelletur. Exceptis quibusdã personis, vt sunt liberi, parentes, fratres, & affines, liberti quoque quibus etiam, si de mandato dubitetur, de rato cautio remittitur. Sic itaq; mandatam litẽ procurator actoris sine impedimento perducet, licèt in ipso exordio defensionis allegatio fuerit ei ab aduersario opposita, tũc .n. satisdationem, pro exequenda lite defensionis, præstare cogetur, qua non procedente, litem sibi mandatam iustus iudex minimè procedere sinet, vt ff. eo. l. Pomponius. §. vlt. & l. sed & hæ. & ff. de libe. cau. l. 1. & 2. & 3. & 4. & vlt. & de appel. l. non tantùm. Pœna .n. non defendentis procuratoris est, vt denegetur ei actio, vt ff. eo. l. mutus. §. pœna. & C. eo. l. actionẽ dño. Tali aũt satisdatione præstita, omnifariam defensionis suscipere iudicium cogitur, nisi ad agendũ cã cognita recusauerit, tunc .n. sustinet ob rem non defensam stipulationẽ committi. vt ff. iud. solui. l. si quis. §. vlt. Porrò si ab initio non fuerit hæc desiderata defensio, diffinito iudicio, procurationẽ vltra extendere procurator non cogetur, nisi probationis causa sufficit susceptam implere.

DE PROCVRATORE REI.

TITVLVS DECIMVS.

Sed procurator, rei vel defensor nullo in mandato habito, delectu ét si sub gestorũ testificatione fuerit factus in ipso limine litis, iudicatum solui satisdationẽ in oĩbus causis ꝑstare cogitur, vt C. eo. l. exigendi. & C. de satis. l. j. Quippè alienæ litis nemo sine satisdatione defensori idoneus inuenitur, qui quidẽ oĩbus modis ad accipiendum iudicium compelletur, si pro se sciente, & non contradicente dñs iudicatũ solui stipulationem fecerit, qđ si aliter factum fuit, insciũ procuratorem cogi ad litigandũ satis in ciuile est. Cõmittitur ergo ob rẽ non indefensam stipulatio, præterea & in alio casu cogitur iudicium accipere, si spontè scilicet, iudicatum solui satisdederit defendendi absentis gratia, vt ff. iudica. sol. l. si ad defendendum. & Instit. de satisd. §. si verò aliquis. & ff. eod. l. si minor. §. vlt. & l. etsi. & l. non videtur. Cogetur ergo semper in hoc casu iudicium accipere, si captio fit actoris ꝑpter temporis tractum. Verùm si actor non capiatur, Sabinus ait nullas esse partes prætoris ad cogendum, sed ob rem nõ defensam stipulatio committetur. Imò si iusta causa non defendendi allegetur, puta contracta cum aduersario affinitas, nouæ inimicitiæ, longave procuratoris peregrinatio, cùm iustas causa, cur iudicium accipere noluerit, habuit: nec fideiussores eius tenebuntur. Est autem procurator, qui negotia aliena mandato domini administrat. Gestor autem, qui sine mandato, qui negotiorum gestorum causa ille mandati tenetur, vt ff. eodem l. mutus. §. ultimo. cum duabus legibus sequentibus. & ff. de procur. l. non cogendum. & ff. eodem l. j.

DE PRO-

DE PROGRESSV, SIVE ORDINE IVDICIORVM.

TITVLVS XI.

SIc deniq; suo vel alieno nomine ad futura iurgia lites possunt ordinari. videamus ergo qualiter ipsi procedant, & ꝙ causa simpliciter ab vtraq; parte, sub iudice narrata, non aliter actorem siue fugientem, litis exercere certamina permittit, nisi iureiurando propter calumniam præstito, etiam prius quàm actorem iurare disponit, nō se calumniandi animo litem mouere, sed bonam causam æstimando se habere, vt C. de iureiu.prop. cal.præ.l. 2. Et quòd nihil iudici dedit, vel daturus est, & quòd nullam exiget probationem de eo qđ verè allegatum fuerit. Consequenter, & reus non aliter suis vtetur allegationibus, nisi prius iurans ꝙ putans se vti bona instantia ad reluctandum peruenerit, vt in Authen. vt litigã. iu.§.1.col.9.consti. 5. Adijciet quoque tam actor, quàm reus nullam exacturum probationem in tota lite, nisi quam pro veritate putauerit quis necessariò exigendam. Quo subsecuto partium erit actoris actionem proponere, propositamque fundare, adsertas allegationes probando. Sed & rei partium erit negare, vel si cōfitendum putauerit soluere, vel exceptionem opponere, eamq; probare, vbi reus actor efficitur, vt in Authen.de his qui inge.ad ap.§.fi.col.5.const.21.

DE EXCEPTIONIBVS.

TITVLVS XII.

VErùm in ea re sic distingue intentione actoris propositā: Reus de ea vel certus est, vel dubitat. Quòd si certus est, aut scit eam defecturam, quo casu nulla est sibi nec iusta defensio necessaria. Si verò de hac confitendo exceptione se munitum asseueret, de hac tamen agi conueniet. cæterùm si de ea dubitans reus in initio litis suam contestetur defensionem, & tunc demum cùm intentionem suam secundum asseuerationem suam petitor probauerit, huic esse locum monstrari conueniet, vt C. eodem.l. siquidem. Sed enim exceptionum alia temporalis est & dilatoria, alia perpetua & peremptoria, vt de pecunia non numerata, eò ꝙ semel à creditore in querimoniam deducta, nocet perpetuò: retrò autem biennalis est, vt ff.eo. l. exceptiones. & Institut. eo. §. appellantur. Est autem temporalis & dilatoria, quæ nocet ad tempus, ipsaq; dilationem tribuit, qualis est pacti conuenti, cùm ita conuenerit ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium. Prætereà ex persona quoq; dicitur exceptio dilatoria, qualis est procuratoria, veluti si ꝑ militem, aut mulierem experiri quis velit, vel etiam defendi. quam profectò in in initio opponi, probari verò, postquàm actor monstrauerit, quod asseuerat, oportet, vt C. de prob. l. exceptio. Sanè hoc sic exaudio, si de intentione dubitauerit reus: quòd si certus est, de ea sola agi conueniet. Amplius quæ dilatoria ex persona venit, semper litis contestationis tēpore opponenda est. Perpetua & peremptoria, quæ semper agentibus obstat, & rem semper de qua agitur perimit, & quacunque parte litis dummodò ante sententiam iure poterit opponi, qualis est doli mali exceptio & quòd metus causa, & pacti conuenti perpetui. Prætereà omnes exceptiones rei cohærentes ad intercessores quoque constat extendi, qui bus reus integro manente statu est munitus. Titius enim cū bonorum adempta parte exulare iussus est, pro alia duntaxat parte creditoribus erit obligatus. cæterùm qui pro eo fidem adstrinxit, insolidum conueniatur, vt ff.eo.l. exceptiones.§. rei cohærentes. & C.eo. l. defensione.& ff. de fideiussoribus. l.ex persona. & Instit. de replica. §. fi.& ff. de re iud.l. etsi fideiussor. Est autem exceptio conditio, quæ modò eximit reū à damnatione, modò minuit damnationem, vt ff.eo.l.excep. Et cōpetit ex tribus causis, quia factū sit, quod fieri oportuit vt rei venditæ & traditæ: aut quia factum non sit, quod fieri debuit, vt bonorum possessionis non datæ exceptio, litē. forsan ordinario iudice non constante: aut quia factū sit qđ fieri nō oportuit, vt doli mali, vis metus, vt ff.e. l.exceptiōes.

DE IVRAMENTO ADVOCATORVM

TITVLVS XIII.

MEminimus quoque, quòd & disertissimi aduocati sacramentum legitimum præstabunt, quòd cum omni virtute sua, omniique ope, quod iustum & verum æstimauerint, clientibus suis inferre procurent, vt C. de iudi. l.rem non nouam.§.patroni.Nihil studij relinquētes qđ sibi possibile ē, non aūt credita sibi cā cognita ꝙ improba sit, vel penitus desperata, & ex mendacibus allegationib. cōposita, ipsi sciētes prudentesq; cum mala conscientia liti patrocinabunt. Quin verò et si procedente causa aliquid tale sibi cognitū fueri, à cā recedant. Hodiè aūt non esse dico aduocatos, sicut neq mi lites, eo ꝙ in aduocatorū numero non sunt, qui protractu nō adfuturi causis, accipere quid solent, vt ff. de varijs, & extra ordinarijs. l. 1, §. aduocatos. Prætereà, ꝙ in vnoquoque foro olim certo numero taxabantur patroni, & tpa intra q̄ nemo ad eius fori patrocinium poterat adspirare, exceptis filijs decedentium, qui quidem si studijs & facundia essent eruditi, sine quadam suffragij solutione solitas epulas percipiebant. Prætereà ꝙ oēs in matriculis comprehendebantur, & officio deposito iure clarissimi ordinis comitatus poterant perfrui dignitate. Quorum omnium hodiè nihil est, vt C.de aduoc. diuer. iud. in posterioribus legibus. Suffragatores sanè hodiè dicentur, qui quidem ob reuerendam vicem sui suffragij, aliquid sibi dari fierive paciscuntur, atque hoc forsan velamento præfatum aduocatorum iusiurandum declinantes, quod quò ad verba eos facere posse, concedo, planè quò ad sententiam fortius hi iurare compelluntur, qui sua abutentes licentia mendacijs omninò & fraudibus inuicem momentum subuertere noscuntur.

DE HONORARIIS ADVOCATORVM.

TITVLVS XIIII.

REcipiebāt aūt aduocati pro suo studio honoraria, aliàs de publico, & tunc nihil sibi eo nomine à parte capere licebat, aliàs de partibus iudicis admisso arbitrio. Nimirum in aduocatorum honorarijs ita versari iudex debet, vt pro modilitis, quoq; aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij in quo erit, actoris existimationem adhibeat, dummodò licitum honorarium quantitas non egrediatur, vt ff. de var. & extr.cog.l.1.§.in honorarijs. Licitum aūt honorarium intelligitur in singulis causis vsq; ad 100. aureos. Quòd si vltra hunc modum sub noīe honorariorum immensa atq; illicita compendia suæ deprehendantur æstimationi prætulisse, ab hac professione placuit eos penitus arceri. Ad curam prætereà suam reuocabunt aduocati, vt, quod causa exposcit, peragant ab iniuria temperātes. Si quis.n. adeò fuit procax, vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur.

DE OFFICIO IVDICIS.

TITVLVS XV.

IVdicis quoque hoc erit officium obseruandum, nempe illius erit, vt in adeundo se facilem præbeat, sanè se contēni non patiatur: aduocatos quoque petentib. indulgere debebit, imò quibusdam personis vltrò aduocatos dabit, hoc est nullo petente, vt fœminis, pupillis, & alijs fortunæ iniurijs laborantib. Itē curet iudex, vt sit ordo postulantiū, hoc est, vt oīum desideria audiantur, ne fortè dum honore postulantiū datur, aut improbitati conceditur, mediocres sua desideria non exponant. vt ff. de offi. pres. l. obseruandum. prætereà qualitate plena inquisitione discussa, vtramque partem sæpius interrogare debebit, nequid noui addere desiderent, vt C. de iudi.l.iudicijs. Quòd si principali qōni alia qō seu præiudicans seu nō incidit, tunc, etsi alias de ea cogniturus non esset, poterit

terit quoque & de ea cognoscere. pertinet enim ad officium iudicis, quòd de vniuersitate cognoscit, vniuersam incidentem quæstionem examinare, & de ea proferre sententiã, nec mouet quod ad suam iurisdictionem non pertinet de tali quę stione quærere, eò quòd non de ea, sed de hæreditate pronunciat. Nec erit iudici dubitandum, si quid allegationibus eorum qui negotio profuerunt, minus dictum fuerit, supplere, & proferre, quod sciat legibus & iuri publico conuenire. Is enim iudex iustitiæ est, qui quod nouit, iudicat. In criminali sanè discrimine, nisi quis legitime conuincitur, omni iure merito sententiam diffugiet, tametsi res aliter se habet, & iudex veritatem cognoscat.

DE OFFICIO ACTORIS.

TITVLVS XVI.

Actor autem quod intendit, probare debet, & suis & iuri cognitis probationibus. Quippe nec iuris nec æquitatis ratio sibi permittit aliena instrumẽta inspicere, sed exaudi quando suæ petitionis originem ex instrumentis eius, qui conuenitur, fundare desiderat. cæterùm sua intentione fundata, defensioneque opposita reus replicando fit factus. Placuit autem vt actor ab initio sit ex post facto reus factus, ratione exhiberi, à quo iure petitor desiderat, quo suæ replicationis fides possit constare. Quod si ab exordio litis probationes non habuit actor, qui conuenitur obtinebit, etsi ipse nihil probauerit. Porrò ipsa rei qualitas suadet, vt reo excipiente rationes actoris iure promi sibi desideret, quibus se instruit iure contendit, siue priuato, siue publico nomine conueniatur, vt C. de eden. l. vlt. Aequum est enim controuersiam te faciente alicui, eius causam tuo documento finiri, vt C. de edend. l. qui accusare.

DE TESTIBVS.

TITVLVS XVII.

Probabit autem, quòd probaturus est testibus, & instrumentis, de quibus diligenter proponamus. Et quidem testes alij volentes non admittuntur, vt liberti contra patronos, item infames & redempti, vt C. eo. l. libertorum. & ff. eo. l. inuiti. Alij verò non coguntur, sed volentes audiuntur, vt senes, valetudinarij, Episcopi, qui propter loci religionem inde se mouere non possunt. Item magistratus & milites, qui publicis actibus adstringuntur. Cæteri etiam inuiti compelluntur cum sit publicum quasi officium. Publicè nanque interest omnium hominum beneficiis affici, ut ff. eo. l. inuiti. Sanè si nõ obtemperauerint testes, Labeo scribit coerceri eos à prætore debere, vt ff. de tabu. exhi. l. locum. §. hoc interdictum. Sed eos testes ad veritatem iuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidem religioni iudiciariæ debitam, possint præponere, vt C. eo. l. eos testes. Adhibiti verò testes priusquam aliquid dicant iusiurandi religione debent actari ut C. eo. l. iusiur. Plures quoque eos esse oportet, pluralis autem locutio duorum numero contenta est, nisi numerus testium lege taxaretur, ut in testamentis, & codicillis. Rogatos autem testes adhiberi velut in testamentis nouo iure donatur, ut ff. eo. l. vbi numerus. & C. qui test. fa. pos. l. hac consultiss. in pr. & §. 1. & l. fi. & C. de codicil. l. fi. & C. si cer. pet. l. fi. Fortuito. n. & ex transitu prohibita testimonia nulla modis omnibus ratione valere oportet, ut in Auth. de test. §. & licet dudum. Sanè ad fidem rei gestæ faciendam, & non rogatus testis intelligitur, puta in rem meam, ab alio damnum dari, transiens uidisti, ut. ff. eo. l. ad fidem. Quod si vltro citroque testes adhibentur, ea quæ à dignioribus fide & pluribus dicta fuerunt, iudex pro suo motu admittit. Sed si astu magis, quàm ueritatis obtetu in contrarietatem inciderint, immunes eos à supplicijs iudex non derelinquit, imo verberum eis imponet experimentum siue per se, siue per eum qui administrationem habuerit, siue magnificentissimum prætoris apparitorem, vt in Auth. eo. §. si vero ignoti. Testium aliàs dignitas, & authoritas, aliàs uero consentiens fama confirmat rei de qua quæritur, fidem. In summa nequaquam ad testium, multitudinem respici oportet, sed ad synceram testimoniorum fidem & testimonia quibus potius lux ueritatis adsistit. ut ff. eo. l. testium. §. eiusdem. & ff. eo. l. ob carmen. §. si testes, Quod iudex discussis omnibus quæ in responsis & conditionibus de his cauentur, magis scire poterit, quàm ulla iuris possit disciplina doceri, uel in perpetuum definiet. præterea sumptis testibus sunt præstandi ab his, qui eos producendos putauerint. Vnius autem uox nullatenus ad probationem admittatur, etsi præclaræ curiæ dignitate præfulgeat, licet ad præsumptionem nonnihil momenti possit adferre, ut C. eo. l. quoniam. & C. eo. l. iusiurandi. & ff. de re mili. l. non omnes §. à barbaris. & Auth. de instrum. cau. & fi. §. si uero moriãt.

DE INSTRVMENTIS.

TITVLVS XVIII.

Item instrumenta spés probationis sunt, authoritas quoque propter publicam fidem maxima est. Publica autem instrumenta sunt, quorum omnium conditio par est, sed & quædam priuata dicuntur, hoc est propria manu emissa. Quæ quidem alias attestationes, hoc est, sine testibus composita, quib. simpliciter omnino credi ius non patitur, ubi alia quoque adminicula non inueniuntur, quæ erunt, uel unius testis uox, uel forsan authoritas, dignitas personæ, proferens, quoque nonnihil causæ præstat momenti, hoc quidem ita, si talia proferat instrumenta, quæ nulla uituperatione sint digna. cæterùm si propter mendacij uitium suspecta cognitioni fuerint, non ipse sibi cum his ueritatem adstrinxerit. Proinde qui talia in iudicio prompserunt, eos uelut nefariæ scripturæ reos quasi falsarios detineri, constitutio de probat. iubet, ut C. de proba. l. instrumenta. Quod si non iudici, sed parti contra quam est instrumentum prolatum, eius instrumenti fiat suspicio, siue criminaliter, siue ciuiliter de eo experiri uoluerint, indultam sibi habent licentiam. Iudex uero qui crimini falsi præerit, intentiones actoris falsas, & crimina reorum conuicta competentibus pœnis ex legibus debebit vlcisci.

Astringent autem instrumentorum ueritatem, qui hæc exigunt, testibus si possunt, usque adeo, ut solius tabellionis, confessio, qui & illud confecisse dicitur, instrumentum est suæ causæ, de qua agitur, uel quia fidei monimentum imponat. Quod si tabellio defunctus fuerit, nec adnumerator illius instrumenti, neve qui illud scripsit existat, tunc quasi ad summum refugium uenient ad comprobationes, uel comparationes literarum quasi aliorum, quando dubium est ab eodem fuisse tabellione confectas, ut Auth. de instru. cau. & fi. §. si uero moriantur. cum §. sequentibus. Debent aũt esse hæ literæ, è quib. per cõparationẽ probatio sumitur, uel forẽses, hoc est, in foro apud iudicia cõfectæ, quæ aliàs acta uocãtur, uel publicæ, hoc est per manũ publicã, i. per tabellionẽ confectæ. Itẽ ex his literis, quib. aduersarius tuus utitur, rectè petes examinationẽ fieri, ac tuas per eas probari. Itẽ ex literis, quæ depositæ sunt in archiuo, quæ testimoniũ habẽt publicũ rectè tuas literas probabis. Ex chirographis aũt, & alijs instris, quæ nõ sunt publicè cõfecta, cõparationes ad meas literas fieri nõ postulabis, nisi habeant talia instra subscriptionẽ triũ testiũ probatæ opinionis, hiq; eis fidẽ imponãt per iusiurandũ eorũ, aut oĩnò triũ. s. oĩno duorũ, sicq; fiunt his modis cõparationes. Sed nõ aliter fient quàm, si is qui eas fecit, prius iurauerit, quod neque litis cã, neq; inimicitijs, neq; gratia tẽtus hmõi cõparationes fieri desideret. Instrumentorũ aũt noĩe ea oĩa cõtinentur, quę causam instruere possunt, ut C. de fide instrumen. l. comparationes. § omnes autem comparationes.

DE SENTENTIIS.

TITVLVS XIX.

Vbi aũt sic sufficiẽter fuerit actitatũ, ut terminus cãæ certa possit fieri cõiectura, tunc postremò snĩa iudicis quod sibi liqueat declarabit, ueritatẽ sequẽs, & legũ pariter rõnes, & iustitiæ uestigia obseruans, quod ei uisũ fuerit iustũ, quod quoque suo cõprehendat sacramẽto, cũ destinati sibi cinguli honorarios percipit codicillos. Sic. n. pronunciabit, ut aliorũ quoq; uitiũ non imitetur, qui non benè in simili fortè negotio cãm diremerunt, quia non exemplis, sed legibus sit iudicandum, vt Authentic. iusiur. quod præsta. ab his qui admi. acci. §. iuro ego. & C. de senten. interloc. lege nemo.

Pronunciabit autem si arbiter fuerit, vel iudex forsan ordinarius, vt nequaquam subito, sed deliberatione habita, posteà negotij sententiam penso formet consilio, & emendatam statim in libello omni secuta fidelitate conferat, vt C. de sen. ex peri. rec. l. hac lege perpetua. Scriptura quoque partibus præsentibus proferatur, nisi breues lites sint & maximè viliũ causarum, vt Auth. de man. prin. Hæc autem omnia per seipsum expediet, nisi fuerit fortè publico vel illustri decoratus honore, quibus per officialem quoque suum licèt recitare sententias. Præterea si per procuratorem de causa cognouerit, non habebit sua sententia rationem sine procuratore, si dominum litis, qui in iudicio non fuerit, condemnauit vel absoluit, vt C. de sen. & inter. om. iud. l. 1. Caueat autem quòd vtiliter sententia absolutionem vel condemnationem contineat, ad absolutionem verò semper sit pronior, lege tamen suggerente, alioquin iusta habebitur sua sententia. Debebit autem omnis condemnator certam comprehendere quantitatem, vt iudicati authoritate nitatur, sanè certa erit quantitas comprehensa, siue vocabulo expresso expresè dicat iudex, Cõdemno te, siue hoc neglecto omnem debiti quantitatem, cum vsura competenti soluere iusserit, si in aliqua parte actorum certa sit quantitas comprehensa, vt C. de sentent. quæ si. cer. quan. l. nec sententia. Sed illa sententia rata est, qua Reipub. indemnitatem præstari iussit. Certa est omninò quãtitas, qua Respub. indemnis seruatur, & poterit in hunc modum sententiam dictare. Ego Hugo cognitor causæ, quæ vertitur inter Titium & procuratorem sororis suæ, auditis vtriusque partis allegationibus, & testibus voluntatis defuncti examinatis, & prout decet auditis, inito consilio prædictum Titium à petitione procuratoris, & ipsius sororis absoluo.

SI PRO INTERESSE SENTENTIA FERATVR.

TITVLVS XX.

VBi autem pro eo quod interest, fueris laturus sententiã, in his casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, veluti venditionibus, locationibus, omnibusque contractibus minimè dupli quantitatem excedentibus, finge rẽ venditam decem, si non tradam, iure me condemnabis, in viginti: quod interesse circa rem dicitur. In alijs verò casibus qui incerti esse videntur, iudex qui causam dirimendam suscepit, per suam subtilitatem requiret, vt, quòd re vera damnũ inducitur, hoc reddi efficiat, puta ire Capuam, fossam fodere, vel Insulam ædificare. Lucius Titius mihi promisit nec fecit, aut certè tignum vitiosum, pecusve morbosum mihi vẽdidit idem Lucius Titius: & domus mea corruit, vel cætera capita contagione perempta. Item iudex interesse quod incertum est, ad certitudinem reducere debet, quod interesse, & in lucro & in damno consideratur. In damno, cùm amittimus quod habemus. In lucro, cùm amittimus quod acquirere potuimus. Si verò species vel quantitas petitur, non debet interesse quantitatem dupli precij excedere, nisi speciali conuentione interueniente, vltra duplum promittatur. Quo in casu exceptioni replicatio Pacti conuenti obijcitur, in posterioribus sanè casibus, scientiæ atque ignorantiæ rati venditoris habebitur, vt eatenus teneatur, quatenus emptor minoris fuisset empturus, alioquin præstabit detrimenta, quæ eo nomine traxerit emptor, quod interesse præter rem dicitur, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. Iudex autem postquàm sententiam dederit, quò ad eam causam, iudex desistere desinit, nec latam sententiam sibi rescindere licèt, etiam si prætor fuerit. Reliqua verò, quæ ad consequentiam iam statutorum, pertinent, priori tamen sententiæ desunt, veluti de die solutionis pecuniæ condemnatæ, vel fortè de litis expensis, in quibus plerunque victus victori condemnatur, adijcitur iudicem eodem die debere supplere circa condemnandum reũ, vel absoluendum. Paulus respondet, quòd iussit vetitive, prætor contrario imperio tollere ac remittere potest, licèt de sententijs contrà: semel enim malè aut benè officio suo functus est. vt C. de iudic. l. properandum. §. sin autem. & ff. de re iud. l. quòd iussit. & ff. de re iu. l. iudex.

QVALITER EREMODITIVM CONTRAHATVR.

TITVLVS XXI.

EXaudiat hæc cùm vtraque pars præsens litis terminum expectauit. Nam si alteruter litigatorum cessauerit, vel iustæ sententiæ diffidentia, vel quòd magis suum aduersariũ multiplici delatione fatiget, hoc ne existimet, & sibi futurũ impunè. Cæterùm eremoditium, id est, desertum iudicium hoc tenore contrahetur.

Quam ob rem si actor post litem contestatam cessauerit, ita quòd triennij metæ ab ea ipsa contestatione numerandi, iam prope finem veniant, vt scilicet semestre tempus supersit, tunc parte fugiente, hoc est, reo postulante, iudex cessante actorem ternis literis edictisve ad sui præsentiam faciendam commonere faciet, & triginta diebus intra vnum edictum & aliud iure Authenticorum intermittendis.

Quòd si sic quoque nec per se, nec per procuratorem sui præsentiam faciat, tunc iudex apud se acta confecta conspiciens, si ad terminum causæ nihil sufficiens inuenitur actitatum, reum præsentem ab obseruatione iudicij relaxabit, omni cautela, quam super lite iudicij sistendi causa exposuit, ei reddita, id est, remissa, & actore nihilominus sibi condemnato in omnes expensas, quas circa eam litem fecerit, fugientis sacramento declarandas. Quòd si iura plenæ diffinitionis per gesta penes se confecta iudex inuenerit, tunc quoque eremoditium contrahatur, ita scilicet, vt si meliorem causam absentem actorem habere prospexerit, pro eo ferre sententiam non moreretur: verùm in hoc casu expensas, quas præsens fecerit litigator de ea condemnatione deducet, cùm aliàs generaliter cauetur victum victori in expensas condemnandum.

Quòd si inferior est actor, tunc præsens reus absoluatur, nulla spe litis eidem absenti propter suam contumaciam relinquenda, siue reus condemnetur, siue absoluatur.

Hæc statuta intelligas cum reo præsente, actor post litem cœptam contumaciter se absentauerit. Retrò uerò si reus abfuerit actore præsente & postulante, similis eius requisitio per ternas procedat literas. denique si nec sic se præsentauerit, vt ignotus præsenti actori esse apparuerit, illum iudex condemnare non cesset.

Satisfiat autem sententiæ per traditionem possessionis rerum absentis præsenti factam, iuxta eiusdem sententiæ emolumentum, ita quidem, vt in hoc casu omnis ei reuerso contradictio denegetur, siue proprietatis, siue possessionis nomine, eò quòd fuit aliquando præsens. Cæterùm si ipse in iudicio nunquam fuit præsens, verùm per alium defensus, finge per colonum, tunc possessione rei, de qua agitur ad aduersarium perpetuo translata, omnis allegatio de principali quæstione, hoc est, proprietatis absenti seruetur, ut C. ubi in rem act. l. 2. Quod si neque per aliquem fuit defensus, ipse tamen possessor solemniter à iudice uocatus minimè respondet, tunc præsentis iudicis sententia pòst dabitur, sed in annum ueniens cautionemque litis eo nomine suscipiendæ offerens, eandem recipiens, superque ea cognitio alia subibit certamina, idest, possessorium iudicium examinabit. Item cum generaliter dicatur, quemcunque audiri debere absentis innocentiam excusantem, hic tamen nullus audiet, qui solam eius personam prætendit, id est, causam absentiæ illius tantùm exponat, non etiam in totum pro eo litem subeat, vt C. de præscr. 30. vel 40. an. Leg. penultima. §. sed & si quis. Non autem metuat iudex appellationis obstaculum, cùm eremoditium, siue pro actore, siue pro reo contrahitur. Terribilibus enim scriptis in medio positis litigatoris absentia, Dei præsentia repletur, & ei, qui contumaciter abest, omnis prouocandi licentia præcluditur, distinctione habita sanè, quam paulò pòst explicabimus, vbi causa appellationũ tractabitur. Non aũt intelligat iudex sibi licere statim absente alterutro litigatore diffinitiuam præcipitare sententiam.

Sanè

Sanè cùm effluentis termini monet formido, vt, triennij semestri, scilicet tempore adhuc superstite, tunc demùm litis mortem, id est, vltimam condemnationis, absolutionisve sententiam eremodito contracto in absentem inducat. In prolixiori verò tempore, cùm spes reuertendi in absente potest esse, in sola expensarum datione, iudicij quoque absolutione, pœnalis sententia procedat, vbi sibi claruerit. Nec te lateat criminalibus causis decidendis biennium, pecuniarijs verò sedandis triennium, solùm post litis contestationem numerandum, esse à Iustiniano inductum, vltra quæ tempora si præsumpserit iudex litem arte quacunque prorogare, pœna competenti ferietur per Palatinum exigenda, & sacro ærario applicanda. A sordibus quoque prouidenter abstineat iudex, etenim si pretio deprauatus, aut gratia, perperam iudicauerit, æstimationis damnum patietur, & in litis discrimine erit ei obnoxius, quem sua læsit sententia. Litigator quoque qui iustæ sententiæ diffidentia, iudici vel aduersario dando, in pecuniæ corruptelam spem negotij reposuerit, suam iure amittet actionem. Meminerint quoque iudices, vt qualitercunque lis sit decidenda, victum victori semper in expensis condemnent, quas scilicet victor fecisse suo declarauerit iuramento, alioquin ipse de proprio huiusmodi pœnæ subiaceat. Præterea iudex vnusquisque caueat, siue ordinarius, siue delegatus, aut etiam quocunque modo arbiter causas susceperit trutinandas, ne iudiciale sacramentum noua lege introductum negligat, id est, non aliter primodium litis excipiat, quàm si prius ante iudicialem sedem sacrosanctæ deponantur scripturæ, ibique permaneant vsque ad diffinitiuæ sententiæ recitationem: tunc enim cogitabit, quòd nō magis ipse alios iudicet quàm à Deo ipse iudicabitur, vt C. de iudicijs. l. properandum. §. cùm autem eremoditum. & l. rem non nouam. Hæc ita vera sunt, si iudex totius litis examen per se ipsum expediat. quòd si forsan publicis occupationibus vniuersam litis cognitionem nequeat audire, hoc modo per consiliarios quoque litem poterit absoluere, ut litem veluti in contestatione audiat, & rursus in medio semel, in fine verò omnia quæ sunt examinata consequenter audiat. sicq; ipse ferat sententiam, vt in l. adhæc. C. de iudic. Hæc sanè ordinario iudici & in prima causæ disceptatione permittuntur. cæterùm delegatus appellationis iudex, nisi per se ipsum totam litem examinet, etiam grauibus pœnis subijcitur, 20. l. librarum auri, & cinguli priuationis quo potiuntur, vt Authen. vt defuncti. & eo. suc. §. illud. Tenebit autem iure dicta sententia, nisi fuerit appellatione quoque suspensa. Ea propter sub compendio de appellationibus dispiciamus, proponendo prius quid sit appellatio, & quomodo ea nouum Ius constituat, & qualiter expedienda sit, & infra quæ tempora.

PLACENTINI DE SENATVSCONSVLTIS, Liber Quintus.

AD SENATVSCONSVLTVM MACEDONIANVM.

TITVLVS PRIMVS.

MACEDONIANVM quod parenti prospicit & creditoris odio inducitur, filiofamiliàs mutuam pecuniam, vel aliquid aliud distrahēti non in necessarios vsus quos patris pietas nō recusaret accipienti subuenit, siue crediderit eū filiumfamiliàs, siue scire potuit, & siue eã quãtitas esset in peculio, sine non, & siue paterfamilias efficiatur, siue filiusfamilias remaneat, siue alicuius dignitatis, siue nō. Nisi fortè Castrense, vel quasi Castrense peculium habeat: tunc vsque ad eam quantitatem cessabit Senatusconsul. cùm filijfamiliàs in Castrensi peculio vice patrumfam. fungantur. Sed etsi in rem patris versa sit, licèt alio consilio acceperit, vel paterfam. factus dederit, quatenus in rem versum est, vel pignus valet, cessabit Senatusconsultum, vel insolidum, si pater ratum habuit, vel filius creditorem deceperit, vel paterfa. factus patrem soluit, vel non errore facti nouandi animo ꝓmisit, vel alio modo debitum agnouit, vt ff. eo. l. sed Iulianus. §. vlt. & l. sed si paterfam. & C. eo. l. 2. & l. vlt.

AD SENATVSCONSVLTVM VELLEIANVM.

TITVLVS. SECVNDVS.

VElleiani Senatusconsulti dogma infirmitati mulieris, facilè se vel sua pro alio obligari, vel se delegari, cū sua interfit, patienti prospicitur, cùm id sciuit, vel scire potuit, alioquin cum mulieribus nemo contraheret, qui quid acturæ sint ignorari potest. Vnde per Iustinianum non aliter obligātur, nisi instrumento publicè confecto, etiam à tribus testib. subsignato, accipiant homines à muliere pro alijs confessionem, deinde ea tractauerit, quæ à veteribus legibus, vel ab imperiali authoritate introducuntur. Sed in donatione propter nuptias, etiam in eo, quod ex ea immobile est, non aliter læditur, nisi & secundò per biennium confiteatur, & aliæ res, sint in eo, ex quibus ei consuli potest. Sed quoniam Iustinianum suas leges emendare non piguit, id omne constitutione prospexit, vt si qua mulier crediti instrumento consentiat ꝓprio viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut se ipsam obligatam faciat, nullatenus teneatur, siue sit publicum debitum, siue priuatum, siue semel, siue sæpius consentiat, nisi pecuniam in rem mulieris expensa manifestè probetur, vt C. eo. l. antiquæ. §. ne autem, & l. si qua mulier.

AD SENATVSCONSVLTVM PLAVTIANVM.

TITVLVS TERTIVS.

SEnatusconsultum Plautianum quod est de liberis agnoscēdis, qui post diuortium edantur, duas species complectitur: vnam eorum qui agnoscere debent. alteram eorum, qui falsum partum subijciunt: permittit ergo mulieri, parentive eius, in cuius potestate est, vel cui mandatum ab eis est, si putet prægnantem denunciare intra triginta dies post diuortiū connumerandos, ipsi marito vel parenti in cuius est potestate, aut domum denunciare, si nullius eorum copiam habeat. sed post triginta dies denunciari idē Senatusconsultum cã cognita permittit: pœna aūt mariti est, vt, nisi custodes præmiserit, aut contrà denunciauit, non esse ex se prægnantem, cogatur maritus partū agnoscere, & si non agnouit, extra ordinē coercebitur. Cæterū ēt satis erit ei, qui longo tempore abfuit, si aliquo mō agnouit suum partum effici. Cogendū ergo apparet, si alterū ex his quæ ex Senatusconsulto fieri debent, omiserit nulli parti præiudicium generari, ut ff. de libe. agn. l. 1. §. si mulier.

AD SENATVSCONSVLTVM SYLLANIANVM, ET Claudianum.

TITVLVS QVARTVS.

SEnatusconsultum Syllanianum & Claudianum capite punit seruos, qui dominis eo tempore quo puniretur vel occideretur, opem non tulerunt, & cùm id audirent, vel viderent, & opem ferre possent, salutem suam præposuerunt: cuius conditionis sunt serui & mulieris, & socij. Cùm alter alterum noctu intra cubiculum sine causa interfecit, serui pœna Senatusconsulti liberabuntur, sed si exaudissent, & opem non tulissent, plectendi erunt, non tantum, si proprij essent mulieris, sed etiam si mariti. Si tamen maritus in adulterio deprehensam occidat, quia ignoscitur ei, dicendum est, non tantum mariti, sed etiam vxoris seruos liberandos, si iustum, dolorem exequenti domino non restituerunt. Prædictis quoque Senatusconsultis præcipitur, ne, antequàm quæstio habeatur, tabulæ testamenti aperiantur, hæreditas testamento vel ab intestato adeatur, bonorum possessio petatur, ne hæres propter compendium suum facinus occultet. Pœna centum aureorum ex bonis damnati ei qui agere volet, constituta, contra eum qui aduersus edictum, quid fecisse dicetur, dimidiam partem eius, cuius opera fuerit conuentus præmij nomine se daturũ, prætor pollicetur, partem in publicum delaturum, vt ff. eod. l. si quis in graui. §. si maritus. & l. lege. Cornelia. §. ex hoc edicto. & C. eo. l. 3.

AD SENATVSCONSVLTVM PISONIANVM.

TITVLVS QVINTVS

SEnatusconsulto Pisoniano cauetur, vt si pœnæ seruus obnoxius venisset, quandocunque animaduersum in eum esset, vt venditor precium præstaret, ne emptori fecisse iniuriam videatur.

AD SENATVSCONSVLTVM TREBELLIANVM.

TITVLVS SEXTVS.

SEnatusconsultum Trebellianum locum habet, cùm quis ex testamento hæreditatem vel dodrantem restituere rogatur: quo casu quarta remanet tam ex fructibus, quàm rebus principalibus. Exceptus liberis primi gradus, quibus fructus non computari in quarta, sed pro competenti portione indubitati iuris est. Si verò quis re vna aliqua deducta, siue minima, siue quæ quartam faciat, veluti fundo vel alia re, rogatus sit restituere hæreditatem, simili modo ex Trebelliano Senatusconsulto restitutio fiat, perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hæreditatem restituere. Sed illud interest, quòd altero casu, id est, cum deducta siue percepta aliqua re restituitur hæreditas, in solidum ex eo Senatusconsulto actiones transferuntur, & res quæ remanet apud hęredem sine vllo onere hæreditario apud eum manet, quasi ex legato ei acquisita. Altero verò casu, id est, cum quarta parte retenta rogatus est hæres restituere hæreditatem & restituit, scinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud hæredem. Quinetiam licèt una re aliqua deducta aut percepta restituere aliquis hæreditatem rogatus est, in qua maxima pars hæreditatis contineatur, æquè in solidum transferuntur actiones, & secum deliberare debet is cui restituitur hæreditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interueniunt, etsi duab. pluribusve deductis perceptisve rebus, restituere hæreditatem rogatus sit. Sed etsi certa summa deducta perceptave, quæ quartam vel maximam etiam partem hæreditatis contineт, rogatus sit aliquis hæreditatem restituere, idem iuris est. Quæ autem diximus de eo qui ex asse institutus est, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hæres scriptus est. Si verò expresse designauerit, non velle hæredem retinere Falcidiam, necessarium est testatoris voluntati parere, cum testatori forsitan quædam etiam iniustè ac impiè relinquenti tamen sit obtemperandum, aut si non voluerit morem gerere testatori, eum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum verò fieri primo substitutis. Hæredibus, uel generali fideicommissario, uel ex pluribus, vel parte potiori, vel speciali fideicommissario, siue legatario maioris emolumenti, vel omnibus volentibus, vel libertate in testamento donatis, prout quisque eorum prior nominatur, exhæredatis, nec hic quidem respectis. postremò defertur extraneo vel fisco, vt ff. & C. eo. & in Instit. de fideicom. hæredit. §. restituta. & §. si quis.

AD SENATVSCONSVLTVM. PEGASIANVM.

TITVLVS SEPTIMVS.

SEnatusconsultum Pegasianum censuit, vt ei qui rogatus esset restituere totam hæreditatem, vel penè totam, aut res singulas, perinde liceret quartam partem tenere, atque lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Post quod Senatusconsultum ipse hæres onera hæreditaria sustinebit. ille autem qui ex fideicommisso recipiebat partem hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id est, eius legatarij, cuius pars bonorum legabatur: quæ species legati partitio vocabatur, quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. Vnde quæ solebant stipulationes inter hæredem, & partiarium legatarium interponi, eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recipit hæreditatem, & hæredem, id est, vt lucrum & damnum hæreditarij pro rata parte commune sit inter eos. Sed quia stipulationes ex Senatusconsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt, & nobis in legibus magis simplicitas, quàm difficultas placet, exploso Senatusconsult. Pegasiano placuit omnem authoritatem Senatusconsult. Trebelliano præstare, vt ex eo fideicommissariæ hæreditates restituantur, siue habeat hæres ex uoluntate testatoris, quartam, siue plus, siue minus, siue penitus nihil: vt tunc quando vel nihil vel minus quarta remaneat, liceat ei, vel quartam, vel quod deest, ex nostra constitutione retinere, vel solutum per errorem repetere quasi ex Trebelliano Senatusconsult. pro rata portione actionibus, tam in hæredem, quàm in fideicommissarium competentibus. Si verò totam hæreditatem restituerit spontè, omnes hæreditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum competunt. Sed etiam id quod præcipuum Pegasiani Senatusconsulti fuerat, vt quando recusabat hæres scriptus sibi datam hæreditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum, & contra eum transire actiones. & hoc transposuit Iustinianus ad Senatusconsultum Trebellianum, ut ex hoc solo necessitas hæredi imponatur, si ipso nolente adire fideicommissarius desiderat restitui sibi hæreditatem, nullo nec damno nec commodo apud hæredem remanente, vt Institutio. de fideicom. hæred. §. sed quia.

AD SENATVSCONSVLTVM APRONIANVM.

TITVLVS OCTAVVS.

OMnibus ciuitatibus, quæ sunt sub Imperio populi Romani, restitui debere & posse hr̃ditatẽ fideicõmissariã, Apronianũ Senatuscon. iubet. sed & actiones in eas placuit ex Trebelliano

Trebelliano Senatusconsulto transferri, sed etiam municipes ad eas admittuntur, ita tamen, ut hi quibus restitueretur hæreditas, actorem eligant, & ad agendum, & ad excipiendas actiones, ut ad Senatusconsultum Trebel, l. omnibus. & lege ita.

AD SENATVSCONSVLTVM TERTVLIANVM.

TITVLVS NONVS.

EX Senatusconsulto Tertuliano de tristi successione matri & non auiæ deferenda cautum est,ut mater ingenua triū liberorum ius habens,libertina quatuor, ad bona filiorum in testatorum mortuorum admittatur,siue sit legitima, siue nō, & siue sit in potestate,siue non, ut scilicet cum alieno iuri subiecta est,eius iussu, cuius in potestate est. adeat. Præferuntur autem matribus liberi defuncti qui supersunt, qui suorum loco, id est emancipati, siue sint primi gradus,siue vlterioris. Sed & filiæ suæ mortuæ filius uel filia præponitur ex constitutionibus matri defuncti, id est, auiæ suæ, porrò hodiè impiū creditum est casum fortuitum in eius admitti detrimentum. Et ideo siue ingenua, siue libertina unum, pluresve peperit ordine mortalitatis conuersō, & cum solis fratribus, & cum solis sororibus uocatur. Itèm cum permixtis uocatur pater, & mater, in uirilem portionem, sexus & patriæ potestatis differentia exclusa. Defuncto quoque sine liberis parente,si soli sunt, succedunt salua gradus prærogatiua. Si pares sunt,pariter succedunt,parentibus quidem dimidia delata, licet par sit eorum numerus, ut Institut. eo.

AD SENATVSCONSVLTVM ORFICIANVM.

TITVLVS DECIMVS.

EX Senatusconsulto Orficiano intestatæ mulieris hæreditas ad solum filium,& filiam pertinet, siue sint legitimi. siue vulgo quæsiti, & siue sint soli,siue cum legitimis,nisi mater sit illustris, cuius filios spurios nominari satis impium, satisque acerbum uideatur, ut Institu. eod. & Authentic. quib mod. na.ef fi.sui.§. ult.

AD SENATVSCONSVLTVM RVBRIANVM.

TITVLVS XI.

EX Rubriano Senatusconsulto sibi, à quibus libertatem præstari oportet, legitimè à prætore euocati adesse noluissent, si causa cognita prætor pronunciasset,libertatem his deberi, & eo iure statum seruari, ac si directò manumissi essent, manifestò declaratur.Hoc Senatusconsultum ad eos pertinet,quibus ex causa fideicommissi libertas debetur,ut ff.de fideicom.liber.l.cùm uerò.§.subuentum.

AD SENATVSCONSVLTVM TRASIANVM.

TITVLVS XII.

TRasianum Senatusconsultum si plures sunt hæredes instituti, & inter eos is qui fari non potest,sed non ipse rogatur sit seruum manumittere,non oportet intercidere libertatem ob hoc, quod cohæredibus suis uendere eum infans non possit. & extat Senatusconsultum Trasianum, quo ita cōmodissime rem posse explicari ostenditur, ut partes seruorum,quibus per fideicommissum libertas data est, iusto precio æstimentur,atque ita serui ab his qui rogati sunt, manumittantur. Hi autem qui eos manumiserunt, perinde fratribus,infantibus & cohæredibus obligati erunt,atque si ob eā rem ex iudicati causa cum his agi possit,ut ff.de fideicom. liber.l.cum quidam,§.si plures.

AD SENATVSCONSVLTVM DAMASIANVM.

TITVLVS XIII.

SEnatusconsulto Damasiano cautum est, ut si ex iusta causa absit qui fideicommissariam libertatem debet, & hoc pronunciatum fuerit, perinde libertas competit, atque si ita ut oportet ex causa fideicommisi manumissus esset. Adiectum est eo Senatusconsf.ut quicunque fideicommissariam libertatem, qualicunque ex causa debere pronunciatus fuerit, etiam eum,eosve ex iusta causa abesse contigerit, perinde habeantur atque si ita ut oportet ex fideicommisi causa manu misi essent, vt ff. de fideic.liber.l.non tantùm. §. Senatuscōs.

AD SENATVSCONSVLTVM ARTIFICVLIANVM.

TITVLVS XIIII.

SEnatusconsulto Artificuliano cauetur, vt in prouincijs, præsides prouinciarum de libertate cognoscant, licet hæres non sit eius prouinciæ, vt ff. de fideicom. libe. l. non tantùm. §. sed,

AD SENATVSCONSVLTVM VINCIANVM.

TITVLVS XV.

SEnatuscunsultum Vincianum post pronunciationem ad libertatem producit hæredis seruum vel emptum, siue ex iusta causa dominus adest, siue latitet, siue præsens non vult manumittere, ut.ff. de fideicommis.libert. l. non tantum. §, etsi.

AD SENATVSCONSVLTVM AEMILIANVM.

TITVLVS XVI.

SI quis seruum suum non hæreditarium manumittere rogatus latitet, factum est Senatusconsultum Aemilio, Vineo, & Iulio Seuero consulibus in hæc verba. Placere si quis ex his, qui fideicommissariam libertatem ex quacunque causa deberent seruo, qui mortis tempore eius qui rogauit non fuerit, isque adesse negabatur, prætor cognoscat, etsi in ea causa esse videbitur, ut si præsens esse, manumittere cogi deberet, ita esse pronunciet. Cumque ita pronunciasset, idem iuris erit, quod esset si ita, ut ex fideicommisso manumitti debuisset, manumissus esset, ut ff. de fideicom.liber.l.si eum seruum. §. si quis.

AD SENATVSCONSVLTVM. VIVIANVM.

TITVLVS XVII.

SEnatusconsulto Viuiano manifestè declaratur libertinæ, uel seruilis conditionis constitutum non licere priuatis pactis conditionem immutare, pœna contra collusorem ꝓmissa,etiam præmio talem detegentem adficiendo: ut siquidem iste sit seruus, qui per collusionem detexisset:libertatem si uerò foret libertus, ius patronatus nancisceretur, ut ff. de collu. dete.l.1.& C.de collusio.dete. l.2.& ff.de in ius voc. l. adoptiuum. §. patroni.

AD SENATVSCONSVLTVM LIBONIANVM.

TITVLVS XVIII.

SEnatuſconſulto Liboniano coercetur is qui ob inſtruendã aduocationem teſtimoniave falſa pecuniam acceperit, pactusve fuerit, ſocietatem coierit ad obligationem innocentum. Sed qui ex teſtamento perfecto ſibi legatum, uel ei quẽ in poteſtate habebat adſcripſit, eodem Senatuſconſulto tenetur. Qui legatum ſeruo adſcripſit relictum, cum liber erit, Senatuſconſulto excuſatur, qui ſuo compendio nullo modo proſpexit. Sed & hæredes, qui nominatim exhæredationem filij, uel aliarum perſonarum, ſiue ademptionem legato libertatis adſcripſerunt, Senatuſconſ. tenentur. Quod uerum eſt, ut dixi, ſi teſtamentum perfectum fuerit: cæterum ſi non fuerit ſignatum, Senatuſconſ. locus non erit, ſicut nec interdictum de tabulis exhibendis locum habet. prius enim oportet eſſe, aliquod teſtamentum iure, uel non iure factum: nam etiam falſum teſtamentum illud rectè dicitur, quod ſi adulterinum non eſſet, uerum rectè diceretur. Imperfectum etenim teſtamentum etiam impunè ſupprimitur, & teſtamenti nomen nõ aſſumit. Sunt tamen quædam perſonæ quib. uenia datur, ut filius qui in poteſtate eſt eius, & ſeruus, quib. ſanè ſi contra domini vel patris arbitrium volentes ſibi adſcribere libertatem uel legatum venierint, imputatur. Cornelia verò latius proſpicitur, vt ſi quis etiam extra teſtamenta falſa ſignaſſet, deleuiſſet, cœlaſſet, hæreditas tota auferatur, etiam ſi in teſtato fuerat ſucceſſurus, omnibus quoque publicatis deportatur, & ſi ſeruus ultimo ſupplicio adfici iubetur, vt ff. ad l. Corn. de fal.

AD SENATVSCONSVLTVM TVRPILIANVM.

TITVLVS XIX.

IS demùm in Senatuſconſultum incidiſſe videtur, qui crimen publici iudicij intendens inſcriptione depoſita, & fideiuſſore de exercenda lite dato, eoq; qui accuſatur ſub cuſtodia officij facto, non impetrata abolitione ab executione criminis deſtitit. puniendus ſi per calumniam intendiſſe, vel tergiuerſatus eſſe uel præuaricatus, fuerit declaratus, vt ff. ad Senatuſc. Turp. & C. eo. l. 1.

AD SENATVSCONSVLTVM LARGIANVM.

TITVLVS XX.

SEnatuſconſultum Largianum, quod de latinis loquitur, talem circa eos libertatem inducens, ex qua in ipſo tempore mortis, in eadem perſona ſimul & libertas & ſeruitium concurrebat, etiam quaſi liber moriebatur non tantùm in mortem, ſed etiam in ſeruitutem eripiebatur, iuſtiſsimè abrogatum eſt, vno tantùm tramite omni libertate procedente, vt omnes hodie & ciues Romani fiant, & ingenui ſaluo iure patronatus, vt C. de lati. liber. tol. per totum. & Inſtit. de ſucceſſ. liber. §. fin.

AD SENATVSCONSVLTVM SABINIANVM.

TITVLVS XXI.

SEnatuſconſulto Sabiniano ſuperflua obſeruatio quæ tres mares adoptantes, & tres emancipationes, nec non perſonas manumiſſores adhibeat, ſublata eſt. Meritò autem putaſolius adoptantis & adoptati, & eius cuius eſt in poteſtate, conſenſus, apud cõpetentem iudicem interueniens nunc deſideratur, Huius Senatuſconſulti fit mentio in Inſtitut. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. ſed ea omnia. & in C. de adoptio. l. pen. §. quæ autem. & C. de decur. l. fin. in fine.

PLACENTINI DE ACCVSATIONIBVS PVBLICORVM IVDICIORVM.

Liber Sextus.

DE ACCVSATIONIBVS

TITVLVS PRIMVS.

ETSI in ſuperioribus ſatis luculenter diximus, de accuſatione & inſcriptione, tamen vt Studioſis poſsit magis ac magis ſatisfieri, viſum ẽ eſſe operæ precium, paulò vt altius de his repetamus. Videndum eſt ergo, quid ſit accuſare, & quo ordine ſit accuſandum, & quando accuſatio ſit exequenda, & quibus liceat accuſare, & quouſque. Accuſare nihil aliud eſt, quàm reum criminis deferre. Hunc ordinem, maſculo accuſante, vt in omni crimine, eſſe ſeruandum, vt inſcriptio proponatur, quæ magnitudinẽ criminis tempusque deſignet, ut alterutram partem digna legũ poſsit terrere authoritas, niſi id fiat, quod pro inſcriptione habetur, ut cum querelæ apud acta deponuntur, quod vt fiat, tãtùm in crimine iniuriarum conceditur, & excipitur crimen, abigeatus & adulterij, cùm iure mariti intẽditur, quo caſu inſcriptionis neceſsitas remittatur. verùm hodiè maritum inſcribere oportet, qui ſi non probet, iiſdem ſit pœnis ſubdendus, quas fuerat mulier paſſura, ſi accuſatio comprobata fuiſſet, vt C. de ac. l. qui de vno. & l. in cau. & l. ſi cui. & l. quamuis. & C. de iniur. l. vltim. C. de abige. Authen. vt liceat ma. & aui. collatio. 8. §. quia uerò. Cuius talis eſſe debet conceptio, ut diem quo facta eſt, contineat, Imperatoris annis numeratis. Accuſantis quoque & accuſati, & prætoris nomen apud quem accuſat hoc modo debet dicere inſertum. Ego Lucius Titius apud te Gaium prætorem uel proconſulem profiteor, Mæuiam leg. Iulia de adulterijs ream deferre, quam dico cum Gaio Seio in ciuitate illa, in domo illius, menſe illo, conſulibus illis commiſiſſe adulterium. Diem autem, uel horam inuitus nõ comprehendet, vt C. de accuſat. l. ſi quis. & C. de Adulte. l. quamuis. & in Authen. ut præpo. not. Imper. & ff. eo. Leg. libellorum. & ff. de adulte. Leg. accuſaturus. Item ſubſcribere debebit ſe executurum accuſationem uel alius pro eo ſi literas neſciat.

Si circa inſcriptionem errauerit, corrigere libebit ſi tempora ſuffragantur. Accuſatio verò ſic eſt exequenda, ut fideiuſſor ab utraque parte præſtetur pro lite exercenda, alioquin inopia idonei fideiuſſoris vterque in cuſtodia mittitur, donec de crimine iudicetur, ut ſi reo abſoluto accuſator per calũniã intendiſſe pronunciatur, pari mõ puniatur, niſi ſit ea cã quæ

ſine

sine metu calumniæ vindictam persequitur, vt pater, mater, filius, & extraneus hæres, qui suspicionem quã de morte sua, habuisse defunctus cauit, exequitur, cum inter voluntariam accusationem, & officij necessitatem hæredis multùm interest, vt ff. eo. l. si cui. & ff. de custo. reo. l. 2. C. de accusa. l. vlti. & C. de appel. l. eos qui. §. super his. ff. ad Senatusconsul. Turpil. Lege prima. & C. de calum. Lege, mater. Sed si reus confessus fuerit, non vtique pro iudicato habebitur, sed in carcerẽ ponetur, omnimodò condemnandus. Si verò abfuit per cõtumaciam, qui non est confessus, poterit relegari, non tamen deportati, vel capite damnari, vt ff. de custod. & exhi. reis. l. si confessus. & ff. eo. l. absentem. & ff. de requi. re. l. 1. C. eod. l. absentem. Neque inaudita causa quenquam damnari æquitatis ratio patitur, sed tempus statuetur, infra quod si non venerit, bona annotabuntur, deinde annus expectabitur, infra quẽ reuersus, si se crimine purgauerit, res arbitrio iudicis signatas recipiet: anno verò transacto innocentiam purgando audietur, bonis apud fiscum manentibus. Sed eo annotato si per viginti annos bona fiscus non occupauerit, posteà præscriptione vel ab ipso reo, vel ab hæredibus eius submouebitur. Quamcunque enim quæstionem apud fiscum, si non alia sit propria præscriptio, 20. annorum silentio præscribi diui Principes voluerunt, ut C. de requiren. reis. l. 1. & 2. ff. de requiren. reis. l. 2. & 3.

QVIBVS NON LICEAT ACCVSARE.

TITVLVS SECVNDVS.

QVidam prohibentur propter sexum in publico iudicio accusare, vt mulier cui interdum permittitur non exacta inscriptione, id est, cùm crimen perduellionis vel annonæ, vel suam, suorumque iniuriam exequitur, vt ff. eo. l. qui accusare. & l. certis. & C. ad legem Iuliam. de anno. l. fina. §. fin. & l. Cornelia. & C. qui accusare non pos. l. de crimine. Quidam propter ætatem, vt pupillus: aut propter sacramentum, vt miles: quidam propter potestatem, vt magistratus, vt ff. de iniurijs. l. nec magistratibus. Quidam propter delictum, vt infames, vt C. eo. l. criminis. Quidam propter turpem quæstum, vt qui pecuniam ob accusandum vel non accusandum accepit, vel duos reos subscriptos habet, vel eiusdem delicti est particeps, vt ff. ad. l. Iuliam repe. l. easdem. §. 1. & 2. Quidam propter suam conditionem, ut filius, etiam libertus, vel de pari, vel maiori crimine accusatus, vt ff. de publica. l. is qui. Excepta muliere, cui lenocinium obijcere marito permittitur etiam eo excepto, qui suam suorumque iniuriam exequitur. sicut etiam is prohibetur, qui à prima ætate in domo vixit, licet vt ingenuus, ut ff. ad l. Iuli. de adulte. l. 1. Nec non & frater. quòd si capitale crimen intendat, non solùm non est audiendus, sed etiam exilij pœna plectendus, ut ff. ad l. Pompe. de patri. l. frater. Excepto crimine adulterij, & patricidij, de facto tamen parentis vel patroni, suarum rerum defendẽdarum gratia, queri non prohibentur, ueluti si dicant vi se à possessione expulsos, scilicet non ut crimen in eos intendant, sed ut possessionem recipiant. Nam & filius non quidem prohibitus est de facto matris queri, si dicat suppositũ ab ea partum, quò magis cohæredem habeat, sed eam ream lege Cornelia facere permissum ei non est, ut ff. eo. l. hi tamen. Alij propter suspicionem calumniæ, ut illi qui falsum testimoniũ subornati dixeruut. Alij propter paupertatem, ut sunt qui minus quinquaginta aureis habent. Hi tamen omnes, si suam iniuriam, mortemve propinquorum exsequantur, ab accusatione non excluduntur, sed siquidem plures veniant, iudex idoneiorem eligere debet: quod erit æstimandum ex dignitate, & ex eo quod interest, dum tamen caueat, ne ob id crimen pluribus legibus reus fiat, neve de eodem sæpius accusetur, non solum ab eodem, sed nec ab alio, nisi sua interesse, se seque accusationem institutam ignorasse docuerit, vel si sciuit priorem præuaricatum, docebit, ut ff. eo. l. si plures. ff. de sepul. vio. Leg. tertia. ff. de libe. ho. exhi. & ff. eodem Lege senatus. & l. si cui.

Sunt tamen quædam crimina, in quorum delatione personarum delectus non habetur, cum & serui aduersus dominos audiantur, vt crimina maiestatis, & falsæ monetæ, & legis Corneliæ, arctioris annonæ populi Romani, de falsis cum suppressas tabulas testamenti queruntur, in quibus libertatẽ sibi relictam asseuerant, ut C. de Episc. & cleri. Lege, si quis. ff. de iudi. Leg. uix. & ff. ad legem Corneliam. de fal. l. nullo.

Sunt autem crimina, quæ notoria appellantur, quorum accusatio non exposcitur, sed per officiales præsidibus nunciãtur, ut C. eo. Leg. ea quidem. Accusare licet vsque ad viginti annos à die commissi criminis, excepto crimine iniuriarum, quod anno finitur, vt C. ad legem Corneliam. de fal. Lege, querela. & C. de iniur. Lege, si non conuicij. Necnon & peculatus, & eò quòd aduersus senatusconsultum apertis tabulis eius, qui de familia occisus dicitur, ab extraneo committitur quæ quinquennio finiuntur, ut ff. ad legem Iuliam. pecu. Lege peculatus. & ff. ad Sylla. Leg. in cognitione. Et exceptis criminibus ex lege Iulia, de adulterio uel stupro descendentib. quæ simili modo quinquennio finiuntur, ut ff. ad legem Iuliã. de adulterio. Lege, mariti. §. præterea. Et excepto crimine parricidij, & suppositi partus, & crimine concussionis, quod nullo temporis præscriptione depellitur, licèt ea decesserit, quæ partum supposuisse contendetur, ut ff. ad legem Pompeiam. de parricid. Lege fina. & ad legem Corneliam. de fal. l. qui falsam. §. primo. & ff. de concus. l. 1.

DE DIVISIONE CRIMINVM.

TITVLVS TERTIVS.

CRiminum alia publica, & priuata: alia nec publica, nec priuata. Item alia sunt ordinaria, alia extraordinaria, alia priuata & ordinaria, alia priuata & extraordinaria. Item alia irrogant infamiam ex genere delicti, alia ex sententia, alia ex genere pœnæ. Hæc sunt quæ ex legibus publicorum iudiciorum sunt introducta, ex eo dicta publica quòd cuilibet ex populo plerunque executio eorum detur, vt Iulia maiestatis, Iulia de adulterijs, Cornelia de sicarijs & ueneficis, Cornelia de testamentis, Viscellia de libertinis, & falsæ monetæ, Iulia de ui priuata, sepulchri uiolati, termini moti, Iulia ambitus, & crimen suspecti, raptus & præuaricationis interdũ, Iulia repetundarum, & Fauia de plagiarijs, Iulia de annona, & Cornelia de falsis, ut. ff. de publi. iud. l. 1. & Institu. de pub. iudi. in princ. C. de fal. mo. l. 1. & ff. de sepul. uiol. ff. de ter. mo. l. agraria. C. de rapto. vir. & ff. de præuarica. Eum quoque uel eam quæ seruo suo se supposuit, uel mathematicam artẽ exercuit, uel militiam deseruit, uel pro honore pecuniam dedit, uel ut latro itinera frequentata insidijs aggressionis obsedit, uel barbaros telis instruxit, uel incognitam ante peritiã conficiendi naues docuit, crimen publicum committere nemo ambigit, ut C. de mulie. quæ ser. pro se iunx. & de mathe. l. ult. & C. quan. liceat uni. si. iu. l. opprimendorum. & l. 1. C. quæ res expor. l. nemo. & C. de pœnis. l. ult. Cætera uerò sunt priuata, exceptis criminibus stellionatus, quæ nec publicis, nec priuatis iudicijs connumerantur, ut C. de crimin. stellio. & de pœnis. l. respiciendum.

Ordinaria, siue quorum pœna certa est, dignitatis ratione habita, uel omissa, ut crimen maiestatis, in quo est omnium æqua conditio.

In quibus criminibus iudex neque pœnam augere, neque minuere potest: nam ut ait Pomponius, facti quidem quæstioni arbitrio est iudicantis, pœnæ verò persecutio non eius uoluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur: veruntamen legum seueritatem debet cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, maximè cùm minor ætas interuenit. Quorum de numero est crimen quod lege Iulia maiestatis coercetur, & Iulia de adulterio stupro, & Cornelia de sicarijs, nec nõ Pompeia de parricidijs, Cornelia de falsis, Iul. de ui pu-

vi publica, Iulia de vi priuata, Iulia peculatus, & de residuis, illiciti collegij Iulia ambitus, & crimen raptus, & falsæ monetæ, & alia plura, vt C. de adulter. Leg. quamuis. & Instit. de publ. crimi. ff. ad legem Corneliam, de sica. l. eiusdem. C. de his qui paren. occi. l. j. & ad legem Iuliam. & de vi publ. pri. ff. de illici. col. l. qui illicitum. & C. de fals. mo. l. vlt.

Extraordinaria sunt, quorum pœna iudicis arbitrio mandatur, dignitatis & conditionis habita ratione, quibus quid fieri debeat, non dicitur, sed quid fieri soleat, interdum ostenditur, vt ait Vlpianus, ff. de iniu. l. vlt. & ff. de pœnis. l. moris. Hodie licèt eis, qui extra ordinem de crimine cognoscunt, quã volunt sententiam ferre vel grauiorem, vel leuiorem, dum tamen in vtroque modo rationem non excedant, vt ff. de pœnis. Leg. hodiè. Dignitatis, vt dixi, ratio habenda est, vt si sit decurio, decurionisve filius, vel parens, qui neque in metallum damnari, neque in opus metalli, neque fustibus subijci, vel viuus exuri, vel capite puniri debet, vt cùm parentem occidisset, vt ff. de pœn. l. moris. §. sed enim. Conditionis quoq; ratio habetur, id est, si sit liber, aut seruus, infamis, aut integræ famæ: nam maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos quàm liberos, famosos quàm integræ famæ homines punierunt, vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. vlt. Exceptis quibusdã delictis, quæ pagano aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant, nam si miles artem ludicram fecerit, vel in seruitutem se venire passus est, puniendum capite Menander scribit, vt ff. de pœnis. l. quędam. Quæ omnia inspiciuntur in ordinarijs, qui annonam attentant vel vexant, & in crimine sepulchri uiolati, concussionis, abigeatus, & præuaricationis interdum. id est, cùm extraordinaria crimina obijciebantur. Fures quoque & effractores, & expilatores, & sollicitatores alia rum nuptiarum, item matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosæ libidinis, extra ordinem puniuntur, ut ff. de extraord. cri. l. annonam. ff. de sepul. uiol. l. ult. & ff de abige. l. 1. & 2. ff. de effracto. & expila. Expilatæ hæreditatis termini moti, iniuriarũ Viscelliæ de libertinis, & Iuliæ repetundarum, & quorundã criminum stellionatus extraordinariam esse pœnam nemini venit in dubium, vt C. de accus. l. j. ff. ad l. Iul. repetund. l. lex. & ultim.

Publica & ordinaria crimina sunt crimen Iuliæ maiestatis, Iuliæ de adulterio & stupro, Corneliæ de sicarijs & ueneficis, Pompeiæ de parricidis, Corneliæ de falsis, Iuliæ de vi publica uel priuata, Iuliæ ambitus. Seruum quoq; qui dominam corrupit, nec non desertorem militiæ & publicos latrones, crimen publicum & ordinarium committere nemo ambigit.

Publica & extraordinaria sunt ista, crimen suspecti, & Iuliæ repetundarum, & termini moti, & Iuliæ de sacrilegijs, & Viscelliæ de libertinis, Iuliæ de annona, & Fauiæ de plagiarijs. Exceptis his, qui uiuentium filiorum miserandas infligũt parentibus orbitates, quibus certam pœnam Constantinus iniunxit, ut ff. de suspect. l. 1. & C. ad l. Fauiam. de pla. l. ul. Priuata & ordinaria crimina sunt, famosi libelli, seditionis, illiciti collegij, & suppositi partus, vt C. de famo. libel. Crimina & ex tempore sunt hæc, crimen iniuriarum, concussionis abigeatus, præuaricationis interdum, repetundarum, furti, effractores, expilatæ hæreditatis, ut ff. de iniur. l. 3. & ff. de cõcussio.

Ex genere delicti irrogatur infamia contra Imperatorem, uel eius Consiliarios, uel Remp. cogitantibus, & eorum seruis, & his qui pro eis interueniunt, & militi alienas res conducenti, ut C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis. C. de loc. & con. l. ult. Item infamia irrogatur ei qui eam quam in potestate habuit genero mortuo, cùm id sciret, & intra tempus luctus, in matrimonium collocauit ei, qui sciens eam duxit, etiamsi miles fuit, ignorantia. n. non iuris, sed facti excusatur. Quod uerùm est, siue non fuit in potestate, siue consensu eius, cuius in potestate fu, itmatrimonium contraxit, ut C. ex q. cau. infa. ir. l. decreto. ff. de his qui no. infa. l. 1. & l. liberorum. C. de secun. nup. l. 1. Notatur etiam qui eum quem in potestate habebat, ducere iussit, quo casu uenia dignus est, qui obtemperauit. ff. ex quib. cau. infa. ir. l. qui iussu. Excusantur tamen illi supradicti si ea fit quæ intra tempus luctus peperit, uel cũ qua carnalis commixtio non fuit, quæ eadem locum habent si fine morte sed diuortio matrimonium soluatur. Notatur qui lenocinium fecit, & qui cum bestijs depugnauit, quive in scænam prodijt artis ludricæ exercendæ causa & exercuit: si aũt non exercuit non notatur. non. n. ea res adeò turpis est, ut et consilium puniri debeat, ut ff. de his qui no. l. qui autem. Notatur qui bina sponsalia binasve nuptias sibi uel ei, quem in potestate habuit, constituit, quiq; sibi, uel filio suo pupillam suam nullo diuino impetrato beneficio in matrimonio collocauit. uidetur enim confessus de tutela, quia huiusmodi conjunctione fraudem administrationis tegere laborauit, ut ff. de de his qui no. infa. l. quid ergo. §. si quis. & C. de interdict. matri. in tu. l. si tutor. Ei quoque qui domum moribundi adscendit, ipsum uel alios qui ibi sunt, molestans, uel alio modo exequias prohibuit, uel usuras usurarum exegit, infamiæ pœna ipso iure irrogatur, ut C. de sepul. uio. l. 1. & in Authen. ut de funct. seu fune. §. sancimus. & §. si uerò. constitu. 13. ff. ex qui. cau. infam. ir. l. antep.

Ex sententia irrogatur infamia à iudice damnato: arbitri etenim sententia infamiam non importat, & non solùm condemnatus infamis efficitur, sed & deprehensus interdum, ut de ea legitur, quæ in adulterio deprehensa fuit, quæ siue post eà condemnetur, siue absoluatur notata manet. lex enim non sententiam sed factum notat, sed etsi confiteatur uel paciscatur ob malam conscientiam pecuniam numerando, sua enim sententia se condemnat, infamia notatur, ut ff. de his qui not. infa. l. quid §. ex compromisso. & ff. de ritu nupt. l. palàm. Non tamen ex omni crimine damnati infames efficiuntur, sed duntaxat ex eo, quod publici iudicij causam habet, nisi id crimẽ ex ea actione fuit, quæ etiam in pecuniario iudicio infamiam condemnato importat, ueluti furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, ut ff. ex q. cau. infa. ir. l. Athletas. §. item si quis.

Ex genere pœnæ fama aliquando minuitur, quoties manente libertate circa statum dignitatis pœna plectimur, sicuti cùm relegatur quis, uel cum ordine mouetur, uel cùm prohibetur honoribus publicis fungi, uel cùm plebeius fustibus cæditur, uel in opus publicum datur ad tempus, uel cum in eam causam quis incidit, quæ ex edicto perpetuo infamiæ causa numeratur, dum tamen animaduertamus in personis, tam plebeiorum, quàm decurionum esse illud constitutum, ut qui maiori pœna afficitur, quàm legibus statuta est, infamis non fiat. Ergo etsi opere temporario quis mulctatus sit, uel tantùm fustibus cæsus, licèt in actione famosa, ueluti furti dicendum erit infamem non esse, quia, & solus fustium ictus grauior est, quàm pecuniaria condemnatio, ut ff. de uarijs & & extra. cogni. l. cognitionum. §. minuitur. ff. de pœnis. l. in seruorum. Consumitur uerò, quoties magna capitis diminutio interuenit, id est, cùm libertas amittitur, ueluti cùm aqua, & igni in perpetuum interdicitur, uel cum plebeius in opus metalli, uel in metallum datur. Sed nouo iure nullus ex delicto seruus efficitur, vt ff. de uarijs, & extra. cog. l. cognitionum. §. ult. & in Auth. de nuptijs. §. quod autem.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIO, ET STVPRO, & incestu.

TITVLVS QVARTVS.

IN primis uidendum est, cum quibus stuprum committitur, cum quibus adulterium, item qui possint de adulterio & stupro accusari, & quo tempore sit accusandum, & quo ordine, & qui sint præferendi, & infra quod tempus, & quibus ex causis remoueantur, & quibus adulterium perimere liceat, & quo loco, & quæ sint hæc crimina, & quæ pœna. Adulterium quidem propriè committitur cum nupta, propter partum ex altero conceptum composito nomine. Stuprum uerò committitur in uirgine, puero, excepta concubina, non habita distinctione maris iure Romano, sed fœminæ duntaxat, ut dixi. lex tamen Iulia indifferenter hoc uocabulo utitur. His criminibus possunt puberes accusari. hæc. n. crimina post pubertatem incipiunt nec, in his merenẽ restitutionẽ, minores, nisi quatenus miseratio ætatis producit iudicem ad minorem pœnam, non enim excusabitur ætate aduersus

aduersus præcepta legum is, qui dum leges inuocat, cōtra eas committit, vt ff.eo.l.inter liberas.ff.de concu.l.j.In Authen.de trien.& se.§.sin autem.ff.de verb.sig.l. indifferenter. & ff.eo.l. si adulterium.ff.de mino.l.auxilium.

Accusare possunt de crimine omnes patresfamiliàs, patresfamiliàs dixi, quoniam filiofamiliàs, tunc demum etiam inuito patre publico iudicio reū facere permittitur, cùm de adulterio suæ vxoris conqueritur: proprij enim doloris vindictam persequitur, vt ff.eo.l.filiusfamiliàs. & Leg. inter liberas. §.filiusfamiliàs. Mulieres quoque non admittūtur etiamsi de suo matrimonio violato conquerantur. minores etiam agentes ante 25. annum prohibentur, nisi sui matrimonij iniuriam exsequantur: & quamuis etiam iure extranei accusent, ex casu recipiuntur. cùm sanè si iuuenili facilitate ducti, vel feruore ætatis accensi, ad accusationem prosilierunt, accusantibus eis nō facilè calumniæ pœna irrogabitur, vt C.eo.l.j.ff.eo.l.si maritus.§.lex Iulia. Excipiuntur tamen quidam robustæ ætatis, vt filius & libertus, quibus non facilè permittitur, sed tantùm iure mariti accusare conceduntur, quemadmodum si atrocem iniuriam passi essent, iniuriarum rectè agerent, vt ff.de accu. l.hi. Opinionis quoque accusantis ratio habetur, sicut in plerisq; criminibus habenda docetur, nec minus serui aduersus dominos torquentur, quod in crimine strupri non obseruatur etiam quando cum incesto committitur, vt ff.eo.vim passam, C.eo.adulter.

Accusandum est autem infra quinquennium continuum à die commissi criminis numerandum, infra quod 6. mēses vtiles ex die diuortij præstantur duo, infra quos iure mariti accusat, quatuor intra quos iure extranei admittitur, quibus transactis accusator auditur. Si verò ex die commissi criminis quinquennium transierit, ex die diuortij 60. dies sint, dicendum est maritum accusare non posse, vt quòd dantur sex menses vtiles sic sit intelligendū, ne crimen quinquennio cōtinuo sopitū excitet. Quod erit verū, siue de reo siue de rea, de lenocinio vel stupro quæratur. omnibus enim admissis ex l.Iuli.veniētibus quinqueniū est præstitū, vt ff.eo.quinqueniū.ff.eo.miles.§.adulterij.& ff.ad Turp.l.1.& ff.eo.mariti.§.præterea. Nisi cùm per vim est stuprum admissum, tunc.n. huic præscriptioni locus non erit, cùm vim publicam fecerit, vt ff.ad l.Iul. de vi pub.l. Iul.de vi pub.l.qui cœtu.§.qui vacantem. Est.n.casus quo sex menses non à die diuortij connumerantur, verbi gratia: Si mulier repudij oblatione sine vlla legitima causa à se dati decesserit, tunc.n.ne viduitatem stupri procacitate commaculet, accusatio repudiato marito iure permittitur, quo casu nōn à die diuortij, sed commissi criminis sex menses cōputari ratio permittet, vt C.eo.l.si mulier.& l.quamuis.

Ordo talis seruatur, quòd vbi inscriptio præmittitur, marito primùm accusante, diuortium sequitur, iure est in hac parte sopita, vt C.eo.l.quamuis. Personarum quoque quæ accusantur iste habendus est delectus, sit masculus an fœmina, & an nupta, an vidua. nam si masculus erit, ab eo poterit incipi, id est, si nupta nondum est, dummodò ante denunciationem nupserit, alioquin adulter ptimùm accusandus, & condemnādus est. Quòd si fuerit absolutus, non solùm ab eodem accusatore, sed nec ab alio accusabitur, nisi prius præuaricatio arguatur. Si verò fuit condemnatus, non ideò mulier erit cōdemnāda, sed religiosum iudicem sortita fortasśis pudicitiam defendet gratia vel iustitia, vel legis auxilio, cum ille fortasśis inimicis oppressis, vel falsis argumentis, vel testibus subornatis gratus, prouocare voluit vel non potuit, qui quidem si ante accusationem moriatur, nupta iure accusabitur, cùm etiam si eo viuo hæc vidua fuerat, ab ea incipi possit, vt in Authen.vt liceat ma.§.si quis ei.ff.de accusat.l.si cui.ff.eo.l. denunciasse, & l.adulter.§.si.ff.de priuatis delictis. Nuptam, dū nupta est, hac præscriptione lex tuetur. si tamen vxor cum seruo adulterium fecisse arguitur, diuus Pius rescripsit accusare potius mulierem eum debere, quàm in præiudicium eius seruum suum torquere. In crimine stupri huiusmodi distinctiones non habentur, vt ff.eo.l.si quis adulterium.

Præferendus est autem maritus non solùm extraneo, verū etiam patri, & non tantùm, si nunc primùm instituenda est accusatio, sed etiam si pater, vel alius accusationem instituit, eaque etiam abolita sit, dummodò doceat se non neglexisse, sed idoneis causis se impeditum, vt facilius iudicari de adulterio faciat. etenim verisimile est propensiore iure & maiore dolore accusationem eum executurum. eam quoque ream, si iusta vxor fuit, infra sexaginta dies vtiles ex sola suspicione faciet, dummodò noscat se non probando eiusdē pœnis hodiè subdendum, quas mulier erat passura, si accusatio probata fuisset. in crimine stupri patrem præferendum existimaui.

Vtiles dies sunt quibus solennia accusationum implere potuit, vt ff.eo.l.2.§.si simul. & l.& si maritus, §.vl.ff.eo.l.2. & l. vxor.C.eo.l.quamuis.& l.iure mariti. Authen.vt liceat ma.§.si quis. Post sexaginta dies ex die diuortij maritus & pater præfertur, infra enim hos soli admittuntur, nec ulli alij accusandi potestas datur, nisi prius lenocinij maritum reū faciat, vel accusationi renunciasse doceat: quibus transactis neutrius voluntas spectatur, præscriptionibus omnibus nouo iure in adulterij quæstione de medio abolitis, præter quinquennij temporis & lenocinij, quod marito ab extraneo obijcitur, exceptionem, & illam, quæ post dissolutum prius matrimonium ante denunciationem nuptæ competit. Indignum enim est, vt vltionem pudoris præstigiæ versuti iuris excludant; sed in crimine etiam priuato puto huiusmodi distinctiones haberi, vt ff.eod. si maritus, is cuius, & l. constante. Si postulauerit. & l.j.§.qui hoc.C.eo.ita nobis.

Cessat autem accusatio alia propter vtilitatem personæ, cū qua adulterium, uel stuprum commissum dicitur, alia propter conditionem accusantis. Propter utilitatem personæ cessat accusatio stupri, si sit ancilla vel ea, quæ meretricio more vulgo se præbuit, vt C.eo.l.etsi.& l.si ea.l.quamdiu. ff.eo. vxor. Adulterij quoque accusatio excluditur, si ea, quæ in reatu deducitur, vina intemperantiæ in taberna subministrauit. hæ enim sunt immunes à iudiciaria seueritate, quas vtilitas vitæ dignas obseruantiæ legum non credidit. mariti tamen etiam in has adulterium vindicare non prohibentur, quamuis si uiduæ essent, impunè in eas stuprum committeretur. Propter conditionē accusantis cessat accusatio, excipitur maritus, si duos reos subscriptos ex alio crimine habebat, ut ff.eo. l.inter liberas.§. maritus.& l.1. Hæc enim causa non cedit sibi in numerum cæterarum accusationem. Lenocinium uerò quòd marito opponitur ipsum quidem onerat, sed mulierem non excusat, quod certè non is fecisse creditur, qui nimiam uxoris credulitatem timens, quantumcunque patientiam præstitit, sed is duntaxat qui suam ignorantiam prætextu incredulitatis adumbrare nō potuit. Sed hæ præscriptiones quæ solent ex persona accusantis competere, in initio sunt opponendæ. Cæterùm reo semel recepto frustrà obijciuntur, ut ff.eo.l.mariti lenocinium.& l. si maritus.§. præscriptiones.C.eo.l.2.

Adulterum perimere marito permittitur, sed & patri adulterum simul cum filia, quam in potestate habet, ius occidendi datur, non solum in domo sua deprehensum, sed etiam mariti. sed marito quidem domi suæ deprehensum occidere licet, si tamen alibi deprehensum occiderit, non erit subueniendū, quamuis iustum dolorem temperare sit difficillimū. Patri idoneo, non etiam marito, mulierem & omnem adulterum permissum est occidere ꝙ plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, ut ff.eo.l.patri.l.nec in ea.& l. si maritus.& l.marito. Cæterùm mariti & calor & impetus facilè decernentis fuit refrænandus. Sed nouissimo iure hoc additum est, ut si quis suspicatur aliquem suæ uxoris uelle illudere castitati, etiam contestationes ex scripto ei tres destinauerit, habētes testimonia trium uirorum fide dignorum, & post has tres ex scripto contestationes inuenerit eum conuenientem suę uxori, siquidem in sua domo, aut ipsius uxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis, esse licentiam uiro propriis manibus talem perimere, nullum periculum ex hoc formidāti; sin autem in alio loco talem inuenerit, cum sua uxore loquentem, licebit ei puniendum eum tradere iudici nullam aliam probationem exquirenti, ut in Authen. ut liceat ma. & auiæ.§.his quoque. Facit huc, c.si quisquam. ext. de cohacle.& mulie.

Sunt autem hæc crimina publica, nam ex lege publicorum iudiciorū sunt introducta, & eorū accusatio in commune defertur, vt Instit.de pub.iud. Horū criminū pœna ordinaria est nam & adulterium gladio puniri oportet, & qui cum mascu-

lis

lis nefandam libidinem exercent. Stupri quoque flagitium pu nitur publicatione dimidiæ partis bonorum, si sit honestior: si humilis, coercetur cum relegatione, vt C. eo. l. cùm vir. & Inst. de publi. iudi. Adulteram competentibus vulneribus subactã in monasterium mitti oportet, marito tamen licentia erit permissa intra biennium ducendi. alioquin post biennium tondẽda est, ut perpetuò ibi consistat, vt in Authen. vt nulli iudicum. §. adulteram. & Lege, qnamuis. C. eo.

Quoniam incestum committitur per illicitum coitum, sicut adulterium & stuprum, videndum est, quid sit incestum, quæ sit pœna incesti, & quo tempore liceat de incesto accusare. Incestum est consanguinearum vel affinium, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. si adulterium. Contingit autem incestum committi simul cum adulterio, aliquando sine matrimonio, aliquando iuris errore, aliquando sanguinis contumacia, quæ ferè omnia suas admittunt distinctiones. Ferè dico, quoniam si incestum committitur in adulterio, vtpotè cum nouerca, nuru, priuigna, similiter vt adulter punitur, id est, capite: id enim remoto etiam adulterio eueniet. Si verò propter matrimonium illicitum incestum fiat, quanquam natura grauius est, quàm adulterii crimen, coerceri solet. Porrò si mulieres in iure errantes, per matrimonium incestum commiserunt, eas non teneri certum est, quamuis in adulterio deprehensæ nullam possent excusationem habere. Mares verò excusantur ætate, vel puniendi excusatione, vtiq; si error allegatur, & facilius si nemo eos reos postulauerit, vt ff. ad legem Iul. de adul. l. si adulterium. Palàm quoq; delinquentes leuius puniuntur, clàm uerò grauius: cuius diuersitatis illa ratio est circa matrimonium, quod palàm delinquentes ut errãtes maiori pœna excusantur. clàm committentes vt contumaces plectuntur. Huius criminis pœna si cum adulterio committatur, adulterij vt dixi, si autẽ propter matrimonium, pœna est confiscatio bonorum, tam cæterorum quàm dotis, exilium etiam & cinguli, si eo potitur, spoliatio, verberatio quoque si utilis est. fœmina quoque sciẽter talia peccante simili pœnæ subiuganda, substantia sic amissa, liberis quos habet legitimos, patris supplitio suæ potestatis factis applicetur, vt tamen pater alatur ab eis, quib. non extantibus fisco defertur, vt ff. de rit: nup. l. vlt. & C. de incest. nup. l. si quis. & in Authen. de incest. & ne. nup. §. 1. col. 2. consti. si. Incesti quoque commune crimen aduersus duas rectè intenditur, nec sicut adulterium quinque annorum præscriptione, sed 20. tollitur, ut ff. eo. l. vim passa.

AD SENATVSCONSVLTVM TVRPILIANVM, ET DE abolitionibus.

TITVLVS QVINTVS.

Videndum est quis incidat in Senatusconsultum Turpilianum, & quæ sit pœna Turpiliani: item quid sit abolitio, & quot genera abolitionis, & quibus sit abolitio necessaria, & quib. sit concedenda, & quib. cõcessa proficiat, & quãdo reum repetere liceat, & infra quod tempus.

In Senatusconsultum Turpilianum is incidisse uidetur, qui crimen publici iudicij detulit, & causa criminis ordinata, id est, inscriptionibus depositis, & fideiussore de exercenda lite præstito, eoque qui accusatur sub custodia officii facto, nõ impetrata abolitione ab executione criminis destitit, vt C. ad Senatusc. Turp. l. is demùm. Quapropter qui crimen stellionatus obiecit, vel expilatæ hæreditatis, et destitit, in pœnam Senatusconsulti non incidit, sed officio iudicis culpa eius coercebitur, vt ff. eo. l. si quis. Sed & qui crimen iniuriæ propriæ post interpositam denunciationem desistens commisit, vel libello Principi porrecto falsum se obiecturum minatus fuerit, licet non obiecerit, Senatusconsul. Turpiliano non tenetur, vt ff. eo. l. mulier. l. quæsitum.

Ex Turpiliano etiam pœna quinque librarum auri cum infamia imponitur, & legitima, id est, quam reus fuit passurus, vt ff. de præua. l. ab Imperat. Noscant ergo qui crimen intendunt, non fore impunitam licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii, quorum temeritas tribus pœnis subiicitur, aut enim calumniantur, aut tergiuersantur, aut præuaricantur, vt C. de cal. l. vl. Calumniari, est falsa crimina scienter intendere, vt ff. eo. l. 1. Præuaricari est vera crimina abscondere. Tergiuersari, est in vniuersum ab accusatione desistere. Sed non utique qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur: nam eius rei inquisitio arbitrio iudicis committitur, cuius pronnnciatione quid eorum accusator fecerit, manifestatur. Nam si ita pronunciauerit. Nõ probasti, pepercit ei. Si autem pronũciauerit, calumniatus es, condemnauit eum. quo casu licet de pœna nihil subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur. Nam, vt ait Papinianus, facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ verò persecutio non eius uoluntati mandatur sed legis authoritati reseruatur.

Abolitio est, ut æstimo, accusationis institutæ vtrique vel alteri facta remissio, quæ fit aut publicè, aut priuatim, aut ex lege. Publica quæ fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem. Priuata quæ fit actore postulante. Ex lege fit abolitio accusatore mortuo, vel ex iusta causa impedito, quò minus accusare possit, vt ff. eo. l. abolitio. l. aut priuatim. ff. ad l. Iul. pec. l. vlt. Similiter si propter mortem rei destiterit accusator, non potest Senatusconsulto teneri, quia morte rei iudicium soluitur, nisi tale crimen fuerit, cuius actio aduersus hæredes durat, veluti maiestatis & repetundarum, peculatus, & de residuis, hæreseos, apostatus, & illicitę negotiationis vt ff. eo. l. in Senatusconsultum. §. si propter mortem. & l. ex iudiciorum. & ff. ad l. Iuli. pecu. l. vlti. C. de hære. l. Manichæos. C. de aposta. Leg. vlt. ff. de his qui. ut indig. Lege ultima.

Est autem necessaria abolitio reis delatis, & his qui deferũt si desistant. Destitisse eum accipimus, qui vel accusationi renũciauerit, uel infra præstitutum à præside tempus, suum reum non peregerit, nisi sit talis, cuius de calumnia agi prohibetur, vt pater, patronus: uel nisi permissu Principis accusationem distulit, vt ff. eo. l. ab accusatione. §. destitisse. & l. destitisse. & l. in senatus. Detulisse quoque non eum accipimus, qui aliquem in hoc Senatusconsultum incidisse dicit, sed qui accusatorem summittit & instigat, atque adeò qui mandat alicui, & instruit eum ad accusationem capitalem, dando probationes allegando accusationes; & meritò, nam diffitendo de crimine quod mouet, & eximendo se periculo calumniæ uel desertionis, meritò calumniantis & desistentis pœnæ subiici debuit, nisi subornatur accusator probauerit crimen quod intendere suscepit, vt ff. eo. l. 1. §. incidit. Nec interest, an per se mandauerit accusationem, an per alium: sed etiam summissus accusator eodem Senatusconsulto plectitur, id est, propter hoc solum punitur, quòd ministerium alieni timoris receperit. Studebit ergo probationibus, qui crimen intẽdere de properati. Exceptiones quoque quæ sibi obstare possint, diligenter inquirat, ne, qualiscunque exceptione remotus, abolitionem petere necesse habeat, excepta muliere, & minore, qui si fuerint remoti propter sexum vel ætatem, & citra abolitionem Senatusconsulti pœnam euitant.

Concedenda est autem abolitio uel à Principe uel à competenti iudice, partib. præsentibus causa cognita, siue errore seu temeritate, uel calore ad accusationem prosiluerit: hoc. n. accusator explanans abolitioni locum faciet, ut C. de abol. l. 2. Sin autem per deceptionem, vel pecuniis à reo corruptus ad postulandam abolitionem uenit, redemptæ miserationis uox minimè admittit, sed aduersus nocentem reum inquisitione facta pœna competens ingeritur, non publica abolitio nec specialis indulgentia tales subducit, ut C. de calum. l. falsa. Hi autem qui suas suorumque iniurias defendunt, & qui cognatos suos in accusationem deducunt, omnimodò abolitionem petere non prohibentur. Prætereà interdum etiam inuito reo abolitio infra 30. dies permittitur, quib. transactis, nisi reus consentiat, abolitio non tribuitur. Sin autem vel fallaciter incusauit, vel syncera mente accusationem instituit, & reus aliquid iniuriæ inscriptionis illatæ tollerauerit, id est, si uel verbera uel carcerem sustinuit, abolitio non conceditur, nisi fortè qui hoc passus est ad petendam abolitionem suum consensum accommodauit, ut C. eo. l. fallaciter. Quod si ingenuorum uel plebeiorum, qui conscii uel participes criminum non

non erant, testimonij gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormentisque vexata, abolitioné etiam duarum partium consensu petitam, iubemus vigorem iudicijs denegari, & crimen propositum, cuius examen tormentis iam cœperat, agitari. Sin autem testibus tormenta minimè sint illata, & sic abolitio non dabitur in illis criminibus, vt in violata maiestate, aut patria oppugnata vel prodita, aut peculatu admisso, aut sacramentis militaribus desertis, omnia quoque quæ iure veteri continentur, in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda quę detulit, quàm reum ad purganda quę negat, debet vrgere. Abolitio verò concessa siquidem ante sententiam, in primam conditionem restituit: si verò post sententiam, pœnæ gratiam facit, sed infamiam ex sententia irrogatam non adimit, nisi cum in integ. se restituere Princeps dixit. tunc. n. ad restitutionem tantum indulgentia valet, quantum ad correctionem sententia valuit, vtque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio, bonorum ac dignitatis uno nomine amissorũ est recuperatio.

Repetere verò priuata abolitione indulta non semper licet, sed cùm Princeps concesit, uel cùm in crimine capitali, vt in re pecuniaria, abolitionem petiit; tunc. n. nihilominus accusationem restaurare conceditur, sed etiam non probando hoc quod proposuit, pœna mulctabitur, vt C. de gene. abo. l. vlt. C. de senten. pas. l. fi. §. fi. & C. de abo. l. j. & ff. eo. l. vlt. Tempus autem repetitionis est 30. dierum vtilium, à die quo feriæ finitę sunt, vel abolitio concessa, computandorum, vt ff. eo. l. aut priuatim.

DE QVAESTIONIBVS,

TITVLVS SEXTVS,

Sciendum est, quo ordine ad quæstionem est veniendum, & in qua causa quæstio sit habenda, & quomodo sit interrogandum, & qui aduersus quos non possint torqueri, & de fide quæstionis. Ad quæstionem ita veniendum est, vt epistola diui Adriani cauetur, cùm reus est suspectus, & alijs argumentis ita probationi amouetur, vt sola confessio seruorum deesse videatur. Idem diuus Adrianus Claudio Quartino rescripsit, quo rescripto illud expresit à suspectisimo incipiendũ, & à quo facillimè posse sciri verum iudex crediderit, vt ab eo, qui timidior est, vel teneræ ætatis videt, vt ff. eo. l. in criminib. & l. vnius. Interrogari seruos de facto suo non solùm in criminali causa, sed etiam in pecuniaria, veluti quando per eos depositi vel commodati nomine, vel in aliis causis legibus cognitis, res alijs præstitæ sunt, pesse non ambigitur, vt C. eo. l. interrogari. Ita tamen vt primùm æstimentur, adeò scilicet, vt si in quæstione decedant, vel deteriores fiant, duplũ à calumniatore præstetur, vt ff. de quæstio. l. certo. Sed liberi tantùm in criminali causa torquentur, exceptis compluribus, qui nec in crimine torquentur, eò scilicet, quòd ætas suspectiores eosdem facit ad mentiendi facilitatem. Torqueri tamen solent, & habena vel ferula cædi, exceptis mulieribus, & eminẽtisimis quidem nec non perfectisimis viris, & qui ex his sunt vsque ad pronepotes, vt ff. ad senatusc. Syll. l. 3. ff. eo. l. ex liberto. §. de minore. & C. de quæst. l. diuo. In decurionib. & eorum filijs idem seruari, Domicius Vlpianus in publicarum desceptationum libris ad perennem scientiam, & memoriam scriptum refert, excepto crimine & falsi & maiestatis, quod ad personã Principis attinet. in eo enim omnes omninò cùm res exigit torquentur. In pecuniaria etenim causa, ut dixi, non solùm liberi non sunt torquendi, sed nec statu liberi, nisi cum eorum deficit cõditio, vt ff. ad l. Cor. de fal. l. si quis decurio. Porrò nec serui quibus fideicommissaria libertas debetur, aliter quæstioni applicantur, nisi cum quæstionib. aliorum onerantur, vt ff. eo. l. is cui. Interrogatione verò quæstionem habiturus, nõ sic specialiter interrogare oportet, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter quis hoc fecerit; aliter enim magis suggerentis, quàm requirentis videtur, vt ff. de quæst. l. j. §. qui quæstionem.

Superest vt videamus, qui aduersus quos torqueri non possunt, & in primis seruos aduersus dominos torqueri non oportet, siue sint proprij, siue bona fide possesi, siue communes, nisi cum uel dominus socium vel vxorem interfecisse dicitur, vt C. ad l. Cor. de sica. l. vlt. & C. eo. l. hoc qđ. ff. ad senatusc. Syl. l. etsi certus sit percussor. Et exceptis adulterij criminibus, item fraudati census accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem Principis attinet, & cum de vlciscenda morte testatoris aduersus hæredem quæritur, vt C. de quæst. l. j. & ff. eo. l. j. quod non solum seruandum est in eo, qui tempore quæstionis est seruus, sed etiam in eo qui est redhibitus, vel distractus, vel in metallum damnatus, etiamsi se mistrum facinoris commisi confiteatur. Si uerò seruus fuerit uniuersitatis, & nõ singulorum, aduersus vnumquẽque interrogari posse placuit. In causa uerò pecuniaria, nec inopia probationum, serui aduersus dominum interrogantur, ut ff. eo. l. etiam, & ff. eo. l. extraneo. Quæstioni fidem non semper, nec tamen unquam habendã cõstitutionibus declaratur, etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ ueritatem fallit. Nam plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo posit: alii tanta sunt impatientia, ut in quouis mentiri quàm pati tormenta uelint: & ita fit, ut uario modo fateantur, ut non tantùm se, verum etiam alios criminentur. Prætereà inimicorum quæstioni fides haberi nõ debet, quia facilè mentiuntur, nec tamen sub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæstioni, sed causa cognita habenda fides, aut non habenda, dum tamen in unius serui uel liberi quæstionem fides rei non ponatur, ut ff. eo. l. 1. §. quæstioni. & §. ijdem.

DE CRIMINIBVS,

TITVLVS SEPTIMVS,

Cum criminum frequens sit usus, ipsorum quoque in iudicijs quæstio, quibus modis ipsa crimina committantur uideamus, & quæ crimina transeant ad hæredes, & quæ sint pœnæ corporalis & pecuniariæ. Crimen omne aut committitur proposito, aut impetu, aut casu. Proposito delinquũt latrones, qui factionem habent. Impetu autem cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum uenitur. Casu uerò, cum in uenando telum in feram, missum hominem interfecit. Quæ distinctio in omnibus criminib. aut iustam pœnam eligit, aut temperamentum admittit, vt ff. de pœnis. l. respiciendum. §. delinquunt.

Quorundam facta aut puniuntur, ut furta & cædes: aut dicta, ut conuitia, & infideles aduocationes: aut scripta, ut falsa, & famosi libelli: aut consilia, ut coniurationes & latronum cõscientia, quosque alios suadendo iuuisse sceleris est instar, ut ff. eo. Leg. aut facta. Sed hæc 4. genera consideranda sunt 7. modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Causa, ut in uerberibus, quæ sunt impunè uel à magistro, uel à parentib. illata. Puniuntur uerbera, cum quis per iram extraneum pulsauit, quo casu factum ad exemplum punitur, nisi crimen ulciscatur, quod fecisse non creditur, qui breui furore impeditur, non. n. quod ira fit uel dicitur, ante factum uel dictum æstimatur, quàm si perseuerantia animi indicium fuisse constiterit, ut ff. de reg. iur. l. quicquid. Sicut relegari iubetur, qui non mlao animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quę acceperat decesserit. qđ similiter in eis qui abortionis aut amatorium proculum dant inspicitur, nam etsi non dolo id faciant, quia tamen res mali exempli est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in Insulam, amissa parte bonorum, relegantur: ꝙ si ex eo mulier aut homo perijt, summo supplicio adficiuntur, ut ff. ad l. Cornel. de sica. l. eiusdem. ff. eo. l. si quis aliquid. Persona dupliciter spectatur, & eius qui fecit, & eius qui passus est. aliter. n. puniuntur ex eisdem facinoribus serui quàm liberi, & aliter milites, quàm plebei, nec non aliter qui quid in dominum pa rentemve ausus est, quàm quin in extraneum, uel in magistrũ, uel in priuatum, ut ff. eo. l. aut facta. §. persona. Nostri etenim maiores in omni supplicio seuerius seruos quàm liberos, famosos quàm integræ famæ homines punierunt, ut ff. eo. l. capitalium. §. fi. Exceptis quibusdam delictis, quæ pagano aut nullam

Iam aut leuiorē pœnam irrogant, militi verò grauiorem aut leuem, nam si miles artem ludricam fecerit, vel in seruitutem se venire passus est, capite puniendum Menander scribit, ut ff. eo.l. quædam delicta. Locus facit, vt idem vel furtum, vel sacrilegium sit, & capite luendum, uel minori supplicio, vt ff. eo.l. aut facta, §. locus. Fit sacrilegium, si res sacra de sacro auferatur. si enim res priuatorum in ædem sacram depositæ surreptę fuerunt, furti actionem, non sacrilegij, esse diuo Seuero placuit. Capite puniri locus facit, vt dixi, si in ecclesijs ministris aliquid iniuriæ importetur. Sicut plenius coercetur, qui à stabulo abegit domitum pecus non à sylua, vel à grege, vt ff. ad l. Iul. pecu.l. diui. C. de episc. & clericis. ff. de abig.l. oues. Tempus discernit emansorem à fugitiuo, & effractorem uel furem diurnum à nocturno. Emāsorem autem dicimus eum, qui diu vagatur & ad castra regreditur. Fugitiuū uerò, qui unū aut alterum gradum ad fugiendum promouit, ut ff. eo.l. aut facta. §. tēpus. ff. de re mihi.l.3. §. emansor. & l. qui cum. Qualitate, cū factum, uel atrocius, uel leuius est, ut furta manifesta à nō manifestis discerni solent, rixæ à grassaturis, expilationes à furtis, à uiolentia, petulantia. Grassatores qui prædæ gratia rixam faciunt, rixa aliter fit. Expilatores sunt atrociores fures, qui qualitate discernuntur à furibus & à petulantibus, qui libidinis cā ancillas rapiunt, ut ff. eo.l. aut. facta. §. qualitate. ff. eo.l. capitalium. §. grassatores, Quantitas discernit furem ab abigeo. nam qui unum suem surripuit, ut fur coercebitur: qui gregem, ut abigeus, qui tamen unum uel alterum sæpius abegerunt, non minus abigei sunt. Gregem faciunt 10. oues, porci etiam quinque uel quatuor, sed & qui unum equum vel bouem surripuit, abigeus est, ut ff. eo.l. aut facta. §. quantitas. ff. de abige.l. oues. §. qui sæpius. Euentus spectatur, ut à dementissimo quoque facta, id est, casus, sicut & ætas. nam si infans uel furiosus hominem occiderit, lege Cornelia non tenebitur, cum alterum innocentia consilij tuetur, alterum fati infelicitas excuset, ut ff. eo.l. aut facta. §. euētus. ff. ad l. Cor. de sica.l. infans. Quanq̄ lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo ambulauit, quàm eum qui occidit puniat. In lege enim Cornelia dolus pro facto accipiuntur, nec lata culpa dolo comparatur, rectius ergo dicitur, si non dolo crimen committitur, uoluntatem non exitum, spectari, ut ff. ad.l. Cor. de sica.l. in lege Cor. ff. eo.l. diuus. Exceptis duobus criminibus quæ culpa sola committuntur, ut in tutore suspecto & in commentariense legitur, in Inst. de suspect. tuto. §. suspectus. & C. ad l. Iul. ma.l. quisquis. Et excepto eo, qui contra Imperatorem uel eius consiliarios cogitauit, & qui profugum de sacrosanctis ecclesijs abstrahere tentauit, qui non solum si affectauit tenetur, uerum etiam pro sola cogitatione punitur, ut C. de his qui ad ec. confu.l. præsenti. Est uidere, quę crimina transeant ad hæredes. Transeunt autem, quando lis fuerit contestata, & condemnatio consecuta, exceptio crimine repetundarum, & maiestatis, hæreseos, apostatus, de residuis, peculatus, & similia inueniuntur, quæ etiam reis mortuis, cum quibus nihil actum est, exerceri placuit, adeò ut, nisi hoc crimen à successoribus purgetur, hæreditas fisco uendicetur, ut C. ad l. Iul. repe.l. sciant. C. de hære.l. Manichæos. C. de apost.l. ult. ff. ad l. Iul. pec.l. ult. C. ad l. Iul. ma.l. quisquis. & ff. ad l. Iuliam. ma.l. quisquis. Nō tamen quis maiestatis reus est damnatus in eadem erit cōditione, sed is duntaxat, qui perduellionis conuicitur, & qui hostili animo aduersus Principem vel Rempub. est animatus, cuius criminis pœna mors est, & bonorum ademptio, & successorū infamia, & pro his interuenientium, licet alias nullum patris delictū innocenti filio pœnæ esse debuit, vt in genere loquar, toties supplicij damnatione bona publicantur, quoties aut uita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur, vt ff. de bo. damna.l. j. Sed portio dimidia, id est, legitima bonorum patris liberis legitimis, & non in fraudem adoptatis relinquitur, vt ff. de bo. dam.l. cum. crimen maiestatis, in quo solis filiabus tantum Falcidia ex bonis matris res linquitur, quoniā minus ausuræ esse pro sexus infirmitate creduntur, cum in masculis hæreditarij criminis exempla metiuntur, ut C. ad l. Iuli. ma.l. quisquis. Si uerò fit crimen, propter quod pars bonorū publicatur, nulla pars liberis debetur, nisi iudicem moueat liberorum numerus, vt C. de bo. proscrip.l. vl. C. ad legem Iuliā. ma.l. nullus. Verùm nouissimo iure quia res non delinquit, sed personæ, bona non sunt publicanda, sed vel ascendentibus vel descendentibus, & ex latere vsque ad tertium gradum applicanda. Si verò vxorem habeant condemnati, dotem & propter nuntias donationem, & aliam largitionem propter matrimonium factam, debent habere. Si verò sine dotalibus fuerint conuictæ, quartam eius substantiæ permittuntur accipere siue filios habuerint condemnati, siue non. Si uerò neminem prædictorum habeant, tunc eorum substantia fisco sociatur, excepto crimine maiestatis, in quo veteres leges obseruantur, ut in Auth. de man. prin. §. oportet. C. de bo. dam.l. si quis.

Nunc genera pœnarum nobis enumeranda sunt, quib. præsides adficere quenquam possunt. Sunt itaque pœnæ, quæ aut vitam adimunt, aut seruitutem iniungunt, aut ciuitatem auferunt, aut exilium, aut coertionem corporis continent, aut damnum cum infamia, aut aliquam dignitatis depositionem, aut corporis diminutionem, quę pœnæ ex quibus criminibus imponantur, persequemur, ut ff. eo. Lege, si quis fortè. §. nunc genera. & Lege, aut damnum. Pœnæ criminum, ex quibus vita adimitur, aliquando adimitur gladio, aliquando suspendio, aut bestijs subiiciendo, aliquando è culeo. Gladio adimitur vita adulteris, in maiestatem committentibus, & his, qui cū masculis nefandam libidinem contraxerunt, nec non raptori, & incendiario, & ei qui famosum libellum composuit vel recitauit, & ei qui de sepulchro ossa detraxit, si sit humilior, summo supplicio adficitur: honestiores verò in Insulam deportantur vel relegantur, aut in metallum damnantur, vt C. ad leg. Iul. maiest.l. quisquis. C. ad l. Iuliam. de adulter. l. quamuis. C. de rapt. uir. C. de pœnis.l. capitalium. ff. de famo. libel.l. lex Corne. ff. de sepul. uio.l. ult. Prædicto quoque modo punitur miles qui pacem turbauit, uel qui in bello rem à Duce prohibitam fecit, vel mandata non seruauit, etiam si res benè gesta sit, ut ff. de re mil.l. 4. Sed qui uallum transcendit, aut per murum castra ingreditur, capite punitur. Nam & Romuli frater Remus fuit occisus ob hoc, q̄ muros transcendere voluit, vt ff. de re. diui.l. ult. Cuius conditionis habentur, qui Præpositum suum protegere noluerunt, uel deseruerunt, nam occisi capite puniuntur, ut ff. de re milit.l. omne. Vnde in his criminibus & in aliis q̄ pluribus gladio animaduerti oportet, non securi, uel telo, uel fuste, uel laqueo, uel aliquo alio modo. proinde nec liberam mortis facultatem concedendi ius ipsi præsides habent, multo magis nec ueneno necandi: sed nec damnare quem sic possunt, ut de saxo pręcipitetur, uel si liber sit, ut in uinculis habeatur, ut ff. eo.l. aut damnum. §. uita. cum §. seq. & l. si diuino. C. de pœnis.l. incredibile.

Igni exuruntur serui, qui cum suis dominab. rem habuisse deteguntur, uel suis dominis insidiati fuerint, uel artem mathematicam exercuerūt, hostes: item uiolatores monetæ, & aggeris Nili corruptores, & renunciatores consiliorū, & incendiarij plerunq; flammarū exustionibus mancipati torquētur, ut C. de mul. quæ se pro.l. unica. C. de mathe.l. nullus. C. de Nili agg.l. unica. ff. eo.l. si quis aliquid. 2. §. transfugæ. & C. de fal. mo.l. si quis. ff. eo.l. capitalium.

Suspendio aut bestijs subiiciendo adimitur vita latronibus in his maximè locis, in quibus sunt grassati, ut cōspectu ab eisdem facinoribus alii deterreantur, & solatio sit cognatis & adfinibus interemptorū, qua pœna interdū adficiuntur transfugæ ad hostes, consiliorū renūciatores, & seditionis & tumultus auctores populo concitato, qui pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut bestiis subiciūtur, aut in Insulam portantur, ut ff. eo.l. si quis aliquid. 2. Plagiarii quoque qui uiuentium filiorū miserandas infligūt parētibus orbitates, siquidem sunt serui, aut libertate donati bestiis subiiciunt, ingenui gladio conficiuntur: sed sacrilegi qui manufacta Dei templa effregerūt, aut bestiis damnantur, aut igni comburūtur, aut in furcam suspenduntur, ut C. ad l. Iuliam. de plag.l. ult.

Nudua pœna ex l. Pompeia de parricidiis adficitur, qui parētis, aut filii, aut filiæ, aut adfectionis eius, quę parricidii nomine continetur, fata præparauit, neq; gladio, neq; ignibus, neque ulla alia solenni pœna subiugatur, sed insutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, & uipera & simia, & inter eas ferales angustias constitutus, secūdū q̄ regionis qualitas tulerit, in uicinū mare uel in amnem proiiciat, ut oī elementorū usu carere uiuus incipiat, & ei cœlū superstiti, & terra mortuo aufera-

auferatur, vt ff. ad l. Iul. pec. l. lege Iulia. & C. de his qui paren. occi. l. vnica. Quo crimine tenentur hi, quorum dolo factum est, vel conscij criminis extiterunt. Nam, vt Scæuola ait, frater eius, qui tantùm cognouerat filium patrem veneno velle necare, nec indicauerat, relegatus est, & medicus supplicio affectus, vt ff. ad l. Pom. de par. l. frater. Serui efficiuntur damnati in metallũ, vel opus metalli: nam inter eos in vinculis tantum differentia est, sed non utique Cæsaris, vel fisci, sed pœnæ tantùm, in quo numero sunt, quibus aqua & igni perpetuò interdicitur. Verùm sciendũ est, in metallũ ad tempus neminem damnari debere, nisi vsque ad decennium. alioquin licet metallicũ opus faciat, velut liber manebit, vt ff. eo. l. aut damnũ. C. de bo. dam. l. in metal. C. de his q. pro. n. scrip. ha. l. 3. ff. eo. capitalium. l. fine præfinito. Sed si ad tempus damnatus refugit, duplicato tempore damnari solet, tantummodò quod ad pœnam supererat nisi cùm decennium fuerat duplicatio excessura: tunc. n. tempore pœna non arctatur.

In metallum damnantur plerunq; plagiarij, & fures, & effractores, qui gladio se defenderũt, nec tamen quenquàm percusserunt, vt ff. eo. l. aut damnũ. ff. ad l. Fa. de plag. l. vl. Nec non & humiliores, qui nondum viri potentes virgines corruperũt, ille quoq; qui instrumenta penes se deposita alteri reddit, pro personæ conditione aut in metallũ damnatur, aut in insulam deportatur, vt ff. eo. l. si quis aliquid. 2. §. qui nondum viri potentes. §. instrumenta.

Ciuitatem adimunt ea crimina, quæ deportationem iniungunt. Lex Cor. de sicarijs, qua altiores in Insulam deportantur, & Cor. de fal. & Iulia peculatus, quæ aquæ & ignis interdictionem cõtinet, in quam hodiè deportatio successit. Itẽ deportatur tutor, qui pupillam suam violenter stuprauerit, & qui vim publicam commisit, vt ff. ad leg. Iul. de sica. l. eiusdẽ. §. legis Corneliæ. C. ad leg. Ial. de vi pu. vel pri. l. si quis ad se. Sed & qui filium delectũ, vt inhabilis militiæ sit, debilitauit, præcepti diui Adriani deportauit, nec non & eum eadem pœna afficit, qui filium suum qui nouercam adulterabat in venatione necauit, eò scilicet, ꝙ latronis magis quàm patris iure eum interfecisset: nam patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere, vt ff. de remis. l. qui cũ vno. ff. ad l. Pompeiam. l. diuus.

Exilij pœna afficiuntur, qui ad tempus vel in perpetuũ relegantur. Ad tempus, vt receptores abigeorũ, qui decem annis relegantur, vt ff. de abig. l. vl. ff. de effract. & expila. In perpetuum, vt effractores: honestiores autem ordine ad tempus mouentur, iudices quoque pedanei si pecunia corrupti dicantur plerunq; à præside, aut curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur, & alij quàmplurimi, qui omnes & testamenti factionem non amittũt, & ciuitatem Romanam retinent. Exiliũ autem triplex est, aut certorũ locorũ interdictio: aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur præter certum locum: aut insulæ uinculum, id est, relegatio in insulam. potest etiam quis sic damnari, ne de domo sua exeat, vt ff. de interdict. & rele. l. exilium. ff. de interdict. & rele. l. vlt.

Corpore coercentur, qui uerberibus afficiuntur, vt qui per ignorantiam, aut fortuitu lapides finales furati sunt, vt ff. de ter. mo. l. diuus. Damno, cùm infamia afficiũtur, cùm vim priuatam vel ambitus crimen commiserũt. Nam & creditor, qui sine authoritate iudicis res debitoris occupauit, infamis efficitur, & tertia parte bonorũ mulctatur, & qui ambitũ commisit centum aureis cũ infamia punitur, vt ff. ad l. Iul. de vi pri. l. vlt. Dignitate deponũtur, qui militia exauctorantur, vel dignitate aliqua eijciũtur, vt milites qui sua arma alienauerũt, vel aliena surripuerunt, & aduocati decuriones, qui falsum instrumentũ cognoscente præside recitauerũt. Hi enim omnes in Corneliam falso tantùm recitatu, non facto incidunt, vt ff. de re mili. l. desertorem. §. miles. ff. ad leg. Corneliã. de fal. l. falsi.

Contractus prohibitionem continent extraordinaria crimina, ex quibus contrahentibus interdicitur aliqua negotiatio, vt in persona Dardaniorũ contingit, vt ff. de extraord. cri. l. annonam. ff. eo. l. moris est. Abscisionem posse aliqua crimina continere, ex eo colligi potest, quòd dicitur, nullũ sibi debere existimare permissum etiam alicui sceleratissimo alterutras manus aut pedes amputare, aut huiusmodi quædam inferre supplicia, per quæ articuli dissoluantur, quia membrorũ dissolutio grauior est vtriusque manus abscisione. Si verò criminis qualitas membri abscisionem exigat fieri, vnam solam manũ debeat amputari. pro furto verò nolumus omninò quodlibet membrũ ascindi aut mori, sed aliter eũ castigari. fures autem vocamus qui occultè etiam sine armis huiusmodi delinquũt. Eos verò qui violenter aggrediũtur, aut cum armis aut sine armis in domos, aut itineribus, aut in mari, pœnis legalibus subdi iubemus, hoc est, furca suspendi, ut in Authen. vt nulli. iu. in fi. C. de pœnis. Leg. si quis. Sed hoc quoq; neminem fugiat, ꝙ & si quis pro criminum deprehensorũ qualitate fuerit in metalllum damnatus, minimè in eius facie scribatur, cùm & in manibus, & in suris possit pœna damnationis vna subscriptione comprehendi, quo facies quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, maximè maculetur.

PLACENTINI DE VARIETATE *ACTIONVM, LIBRI SEXTI ET VLTIMI,* FINIS.

INDEX OMNIVM TITVLORVM, QVI IN HIS SEX LIBRIS PLACENTINI DE VARIETATE ACTIONVM CONTINENTVR.

TITVLI LIBRI I.

TITVLI LIBRI II.

TITVLI LIBRI III.

TITVLI

TITVLI LIBRI IIII.

TITVLI LIBRI V.

TITVLI LIBRI VI.

CLARISS. IVRISCON. ADAMANTII DIONYSII, D. IASONIS MAYNI AVDITORIS.

ADAMANTII DIONYSII I.C. COMMENTARIVS, DE Diuisionibus Actionum.

De prima diuisione. Cap. I.

a. P C

Vnde hæc diuisio sumpta sit.

ACTIONVM aliæ sũt Prætoriæ, aliæ sunt Ciuiles. Hæc diuisio partim sumpta est ex l. obligamur aut re D. de act. & oblig. partim verò ex. §. sed istæ. Instit. de act. Dicuntur autem actiones prætoriæ, quia à prætoribus introductæ sunt, qui æquitatem solam, & publicam vtilitatem cõspiciũt, quemadmodum Bal. colligit in Rubr. qui admi. ad bon. poss. po. C. & in l. ius aũt. §. ius ptoriũ. ff. de iust. & iur. & §. emãcipati. Inst. de hæred. q̃ ab intest. def.

Actiones prætoriæ vnde dicantur.

Prætoriæ & ciuiles quomodo differant.

Differunt prætoriæ à ciuilibus: quia si actiones sint prætoriæ, anno finiuntur: si ciuiles, durant perpetuò. l. in honorarijs. ff. de act. & oblig. Ex prædictis infert Ang. in d. §. sed istæ. statuta descendentia ex Marchionib. Episcopis & Ducibus esse prætoria, vt Bar. & alij senserunt. Bar. in l. fin. ff. de poen. & in l. 8. ff. de verb. oblig. idem in l. 1. ff. de bo. possess. & in l. 2. §. fi. ff. de vsucap. pro empto. Bal. in l. id quod pauperib. in 3. col. C. de epis. & cleri. & idem Bal. in l. siue pars. C. de dilat. & in l. si prædium. in 1. col. C. de ædili. actio. Itẽ idẽ in Rub. C. q. admi. ad bon. pos. po.

Statuta Marchionũ, Episcoporũ, sunt prætoria.

Huius rei comprobandæ gratia Angelus tale adfert exemplum in d. §. sed istæ. Quòd si ex statuto Marchionis Ferrariæ alicui deferatur successio, cui de iure communi non debet deferi: vtputa, si ex forma statuti inducatur, quòd agnati excludant matrem vel sorores, nam secundum eum, licet infra 30. annos quis adire hæreditatẽ possit. l. licet. C. de iure deliberandi. tamen quia in casu nostro successio defertur agnatis ex statuto, si infra annum hæreditas non adeatur, agnati excluduntur. Id quod singulariter est notandum, secundum Angelum ad limitationem. l. licet. C. de iure delib.

Limitatio ad l. licet. C. de iure deliberandi.

Hoc tamen accipiendũ est cum hac distinctione. Vt huiusmodi statuta dicantur iuris esse prætorij, quando tales duces, Marchiones, &c. non habent administrationem iure proprio, sed ab alio, quem superiorem recognoscũt. Quia hoc casu sunt loco prę sidis. glo. notab. in c. j. in verbo, obseruetur. si de inuest. inter dom. & vasallis. ori. in vsib. feud. Secus si habeant administrationem iure proprio, & superiorem non recognoscant, quia tunc habẽtur loco principis. Bar. in l. j. in. §. de qua re. ff. de postul. & in l. relegati. ff. de poe. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. Nam hoc casu eorum statuta censentur ius ciuile. Alex. Imo. in l. 5. ff. de verb. oblig.

Statuta Ducum, Mar. &c. quando sint prætoria, & quando non sint.

Deinde & hoc, cùm dicitur, Actiones prætoriæ sunt annales, limitandum est. Tunc enim annales sunt, cùm poenales dicũtur: secus autem si essent rei persecutoriæ: quia tunc perpetuæ dicerentur. l. in honorarijs. ff. de act. & oblig. & Io. Fab. in §. j. Instit. de perpet. & temp. actio. Hoc quod dixi de actionib. poenalibus & rei persecutorijs intelligendum est: nam aliter se res habet, cum de accusationibus agitur: illæ enim ex quacunque lege vel edicto descendant, perpetuæ sunt. Bal. in l. receptitia, in prima col. C. de consti. pecunia.

Actiões prætoriæ quando sint annales.

Accusationes sunt perpetuæ.

Vnum tamen non est omittendũ, quòd licet actiones prætorię poenales sint annales: actio tamen furti manifesti, quæ etiam ex prætoris iurisdictione descendit, est perpetua. Ratio est, quia delictum furti frequenter committitur, itaque hæc actio propter delicti frequentiã sit perpetua. Bart. in l. 1. ff. de fur. Ideoq; rectè subiecit Io. Fab. in §. j. de perp. & tẽp. actio. Instit. Quòd vix quisquam reperitur, quin aliquando furtum fecerit.

Actio furti manifesti, licet sit prætoria, tamen est perpetua.

Actiones autem ciuiles sunt illæ, q̃ ex remedijs Iuris ciuilis descendũt, & à conditoribus ll. fuerunt introductæ: vt puta ex legibus plebiscitis, senatusconsultis, principum placitis, & responsis prudentum.

Actiones ciuiles quæ dicantur.

Cognoscitur autem actio quando sit ciuilis, vel p̃toria ex ipsius origine, non autem ex persona actoris. glossa in l. 2. in verbo hæres. ff. de bon. poss. hære. pe. & hanc opinionem tenuit Iason May. §. sed istæ. de actio. Institu. reprobans glossam in d. §. sed istæ, quæ vult ex persona agentis, quando actio sit prætoria vel ciuilis, cognoscendum esse. Et subijcit Iason quòd vtilis rei uendicatio quæ datur contra illum qui dolo desijt possidere, dicebatur esse ciuilis inuẽtione, gl. in l. in honorarijs. in verbo, ex patrimonio. ff. de actio. & obligat. licet per extẽsionem possit dici prętoria, per l. electio. §. 1. de noxal. Quia ius prætorium dat nouam formam rei vendicationi: nam facit eam competere contra eum qui non possidet, contra ordinatam iuris ciuilis formam.

An actio sit ciuilis vel p̃toria, quemadmodũ cognoscatur.

Vtilis rei vẽdicatio, partim ciuilis, partim prætoria.

De secunda diuisione. Cap. II.

b. R P M

ACtionum aliæ sunt in rem, aliæ in personam, aliæ mistæ. Priora duo membra emanarunt ex §. omnium. Institutio. de actionibus. tertium verò ex §. quædam Institutio. eodem. Dicuntur autem actiones in rem, quæ non præsupponuntur aliquam obligationem, sed competunt ratione iuris, quod quis in re habet: puta ratione domini,

Reales actiones.

Dominus directus. vt si quis habeat directum dominium.l. si rem.ff.de rei vendica. Et dicitut dominus directus, qui plenũ habet dominium, & nullum alium (quantum ad dominium) superiorem recognoscit, teste Io.Fab.in d. §.omnium.

Vtile habens dominium, actione in rẽ agere potest. Possunt & ij agere actione reali, qui vtile habent dominium. Tales sunt emphyteuticarius & vasallus: hi enim superiorem habent.l.j. §.qui in perpetuum.ff.si ager.vect.vel emphyt. pe.l.si vt certo.§.si duobus.ff.Commoda.

Actio in rẽ, contra quemlibet possidẽtem datur. Competunt autem istæ reales contra quemlibet rem possidentem vel habentem facultatem rei restituendæ, etiamsi res in centesimi vsque manũ perueniret.l.actionum genera.ff. de actionibus & obli. & l.officium.de rei vendic.

Personales & reales actiones quẽadmodũ ob inuicẽ dijudicari possint. Reales à personalibus sic ex doctrina Bal. quam tradidit in l.certis annis.C.de pactis adijudicantur. Vbicunque reperitur actio sine obligatione, illa realis est: si verò procedit obligatio ex qua actio descẽdit, pro personali habenda erit.

In rem actio quando habeat locum. Verùm ut actio realis locum habeat, duo extrema sunt necessaria, videlicet, quòd agens sit dominus, vel quasi dominus, hoc est, habeat vtile dominium.Bal.in l.1.C.de alie. iud.mu.causa fac. Conuẽtus autem sit possessor, vel quasi, propter illum qui dolo desijt possidere.l.qui dolo.ff.de reg.iuris.& l.is qui.ff.de rei vẽdic.qui perinde tenetur ac si possideret. Sed istud sic limitandum est, vt non procedat, nisi quando post litem cõtestatam dolo desijt possidere: secùs si ante: tunc.n. non daretur rei uendicatio, sed actio in factum ad interesse ex tit.de alien.mutan.iudi.causa fac.

Actiones personales, Actiones autem personales sunt illæ, quæ proueniunt ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi. l.j.ff.de act. & oblig. Hæ nunquam egrediuntur personam obligatam: sed contra eam semper dantur.l. actionum.ff.de act. & oblig. Hinc vulgò dicitur, tales actiones personam rei sequi, sicut lepra leprosum.l.1.§.si hæres.ad Trebel.l.pe.C.de act. & oblig.

Actio in rẽ scripta. Aliquando tamen actio descendit ex contractu vel quasi, & non dicitur merè personalis, ut actio in rẽ scripta, quæ semper concomitatur possessorem rei, quemadmodum actio realis. Exempli loco sit actio ad exhibendum.l.3.ff. ad exhibendum. Idem dicẽdum est de interdictis quæ sunt in rem scripta.l.§.interdicta.ff.de interdictis.

Actiones mistæ. Actiones verò mistæ dicuntur, quæ nec sunt merè personales nec reales, sed dantur ad personales & reales præstationes. Nam per actiones reales petimus id, quod nostrũ est, vel id in quo ius habemus: nam natura realium est, vt petamus illud quod ad nos pertinet, ratione dominij vel quasi. Per actiones autem personales, petimus id quod non est nostrum sed nobis debitũ. Cùm ergo per aliquas agatur ad vtrumque, ideò mistæ appellantur. Exempli gratia. Si egero actione familiæ erciscundæ, respectu portionis meæ dicitur actio realis: quia per eam ad id ago, quod ad me pertinet iure dominij vel quasi: Respectu verò portionis cohæredis, est actio personalis: quia ago in hac, ad id quod meum non est. §.sic itaque discretis.Instit.de actionib. Dicitur itẽ actio personalis respectu personalium præstationum, puta fructuum & redituum perceptorum & impensarum factarum.

Mistæ quare sic dictæ. Diligenter tamen notandum, quòd huiusmodi actiones ideò dicuntur mistæ, quia participant de natura actionum tàm realiũ quàm personalium. Quare in textu.§.quædam. Instit. de actionib.non dicitur, quòd sint mistæ, sed quòd mistam causam habere videantur. Vidẽtur autem mistæ ab effectu potius, quàm ab origine appellari posse. Siquidẽ illæ tres actiones de quibus habetur in d.§.quędam, scilicet familiæ erciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, ab earum origine personales vocantur. De familiæ erciscundæ actione, & communi diuidundo, est textus in §.item. Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur. De actione finium regundorum est tex.in l. j.ff. finium regundorum.

Mistæ quid differans à personalibus in rẽ sciptis. Differunt tamen actiones mistæ à personalibus in rem scriptis. Nam personales in rem scriptæ concomitantur quecumque possessorem. Hincque dictæ sunt in rem scriptæ. Sed actiones mistæ, non dantur contra quemcunque possessorem, ideò, nec contra possessorem competunt. Nam actio familiæ erciscundæ tantùm inter ipsos datur hæredes. Idem dicendum de actione communi diuidundo, quæ non datur nisi inter eos, qui habent rem communem.l. j.in fin.ff.comm.diuid. Sic quoque actio finium regundorum datur solummodò inter eos qui fundos vicinos & quæstionem habent de finibus.l. j.ff. finiũ regun.

Familiæ erciscundæ actio habes naturam personal. quantum ad præscriptionem. Et quamuis actio familiæ erciscundæ sit mista, tamen quantum ad præscriptionem, habet naturam personalium. Nam quemadmodum in personalibus non præscribitur minori tempore 30. annorũ, ita etiam in actione familiæ erciscundæ, non præscribitur minori tempore 30. annorum.

De tertia diuisione. *Cap. III.*

c. R P M

Rei persecutoria unde dicatur. Actionum aliæ sunt rei persecutoriæ, aliæ pœnæ, aliæ tam rei quàm pœnæ. Hæc diuisio colligitur ex.§.sequens, Instit.de act. Rei persecutoria dicitur, quãdo res de qua agitur, actori abest, & reo adest. Talis est actio publiciana, vel rei vendicatio. Quarum vna si agam, Peto rem quæ mihi abest, hoc est, quam ego non habeo, sed adest reo, vel quã reus habet.

Pœnalis actio est triplex. Pœnalis verò actio triplex est. Quædam est pœnalis ex vtraque parte.s.actoris & rei, & dicitur quando actori nihil abest, & reo nihil adest. Exempli gratia. Egi condictione furtiua ad rem furto subtractam, & eam consecutus sum: postea ago actione furti ad pœnam dupli, si furtum non sit manifestum, vel ad quadruplum si sit manifestum. iuxta.l.si pro fure. §.j.ff. de condic.furti. Quædam est pœnalis ex parte rei conuenti tantum, & rei persecutoria ex parte actoris, quando rei nihil adest, & actori abest: Vt, tu deiecisti me violenter de fundo meo: in hac deiectione, ego certas res amisi, quæ tamen ad te non peruenerunt, possum contra te agere interdicto vnde vi, ad petendas res illas quas amisi, licet tu eas non habeas: l.j.in prin.ff.de vi & vi ar. Hinc apparet quemadmodum hoc interdictum sit pœnale ex parte rei conuenti, qui conuenitur ad illud quod sibi non adest: & rei persecutorium ex parte actoris, qui agit ad res suas amissas tempore deiectionis, quæ sibi absunt. Lex quoque Aquilia simili modo est pœnalis ex parte rei conuenti: nam si tu interfecisti seruum meum. tibi nihil adest, mihi autem abest: sicque quo ad te reum, est pœnalis, quoad me actorem, est rei persecutoria.l.item Mela.§.sed si plures. ff.ad l.Aquiliã. Quædam est pœnalis ex parte actoris, ex parte verò rei conuenti est rei persecutoria. Exemplum est, in actione in factum, quæ descendit ex edicto de calumniatoribus. Species facti talis fingi potest: Aliquis dedit tibi centum ut negotiũ meũ per calumniam faceres vel non faceres, vel me per calumniam accusares: certè possum agere contra te ad illa centum, quæ tu ob calumniam negotii accepisti, actione in factum, ex edicto de calumniatoribus.l.1.& l.generaliter. ff.de calumniatoribus. Vides qualiter ista actio ex parte mei actoris est pœnalis, quia ago ad id quod mihi non abest, & ex parte rei conuenti est rei persecutoria, cum sibi adsit illa pecunia quam accepit.

Rei persecu- Vltimò aliæ actiones, partim rei persecutoriæ partim

[Mist]oriæ & pœnales simul. partim verò pœnales sunt. Pone exemplum, in actione vi bonorum raptorum, quæ infra annum datur ad quadruplum, & in quadruplo inest simplum, sicque mista dicitur. Idem est dicendum in actione. l. Aquiliæ, quæ datur aduersus inficiantem, in duplum. l. contra negantem. C. ad l. Aquiliam. & l. eum qui. ff. de iureiurando. Similiter actio quæ datur contra hæredes, qui distulerunt soluere legata venerabilibus locis relicta, & passi sunt contra se litem contestari, tunc ratione moræ tenentur ad duplum, & in duplo inest relictum.

De quarta diuisione. Cap. IIII.

d. S D T Q

Actionum quædam dantur in simplum, quædam in duplum, quædam in triplum, quædam in quadruplum. §. omnes, de actionibus. Instit. Dicuntur autem actiones in simplum quæ descendunt ex contractibus, vt sunt rei persecutoriæ. *Actiones in simplum.* In duplum, vt est actio furti nec manifesti, actio depositi in quatuor casibus, scilicet, quando tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij causa depositum est, datur ad duplum. l. j. ff. depositi. Etenim cùm ex quadam necessitate res deponitur grauius est fallere fidem, quàm si ex voluntate fuisset deposita. d. l. j. §. marito. Item serui corrupti datur in duplum, & competit quando alicuius consilio seruus factus est deterior. Quo casu datur actio serui corrupti. l. j. §. persuadere. ff. de ser. corrupto. & l. si quis. C. de fur. & ser. cor. Habetque directa locum in seruis tantùm. Sed utilis competit pro filio corrupto: quia interest nostra, animos liberorum non corrumpi. l. vt tantùm. §. j. ff. de ser. cor. Item etiam pro filia corrupta competit vtilis patri. Item marito pro uxore corrupta, quia est in potestate mariti quantum ad operas. l. sicut. ff. de oper. liber. *In duplum.* *Vxor est in officio mariti.*

In triplum datur contra actorem, qui in libello maiorem quantitatem inseruit, vt executores litium maiora salaria consequerentur. Nam actor tenetur ad triplum eius, in quo rem ex hac iniusta petitione damno affecit. Quod verum est, nisi actorem pœnituerit aute litis contestationem, quia hic ad simplū expensarum tantummodò tenebitur, per gl. in l. vnica. C. de plus pet. *In triplum.*

Quò rectius hæc intelligantur notandum est, quod olim nuncijs publicis secundū quantitatem summæ petitæ sportulæ constituebantur. Hodie de consuetudine præstantur habito respectu ad longitudinem itineris, prout gl. docet in. §. tripli, in uerbo, in libello, de act. Instit. Auth. sed hodie. C. de Episc. & Clericis. Attamen aliquibus personis ista salaria remittuntur, præcipuè verò pauperibus. Et Bal. testimonio in l. si furiosi. C. de nup. qui mouetur arg. verbi, gratis, in d. l. si furiosi, aduocati à pauperibus sportulas recipere non debent. Qui idem confirmat in Auth. generaliter, in prima colum. C. de Episcopis & Cler. vbi refert, quòd in causis miserabilium personarum iudices non debent habere sportulas. §. ne autem, in Auth. de iud. & Auth. de manda. §. si tibi. Plura adferunt interpretes in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matri. Quod si notarius conscribat aliquod instrumentum de aliquo contractu pauperis, nihil nomine salarij ab ipso recipere debet, hoc confirmat post gl. Bal. ad l. tàm de mentis. in fin. de Episcopali audientia. C. Ideoque non sine causa Bart. in repetitione. l. omnes populi. ff. de iust. & iure, quosdā impios procuratores, & notarios conuenietissimo appellat uocabulo, excoriatores pauperum, canes curiarum, & deuoratores ciuium. *Sportulæ.* *Aduocati à pauperib. nō debent recipere sportulas.* *Notarij nihil debēt exigere à pauperib.*

In quadruplum verò datur actio furti manifesti, ita vt totum quadruplum sit pœna, & in eo rei persecutio non contineatur. §. præterea, in verbo, pœna. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. & §. ex maleficijs, de actionibus, Instit. Et hæc quæ hucusque dixi, procedunt de Iure ciuili. *In quadruplum.*

Deiure canonico, fur non tenetur ad aliud, quàm ad restitutionem rei. Bal. in l. post decisionem. C. de fur. & 12. q. 2. c. fraternitatis. & c. imitare Petrum. 6. q. 1. Hodie de iure Nouellarum, fur debet castigari. Auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & in §. pe. in Authen. vt nulli iud. colla. 9. *Fur de Iure canonico tenetur ad restitutionem rei tantùm.*

Sunt tamē quatuor casus, in quibus fures pro furto vltimo supplicio afficiuntur. Primus est in c. j. in §. si quis quinque solidos fuerit furatus, suspendatur, sin minus, scopis & forpice excorietur & tundatur. Sed ad hunc tex. posset responderi, furem non propter furtum solùm, quemadmodum textus habet, sed propter qualitatem alterius delicti, nempè ob violatam pacem, furca suspendi. Secundus casus est in l. pe. ff. de condict. ob caus. Potest & hoc modo ad hanc l. responderi. Nempe, hoc de facto, non autem de iure esse: vel, hoc esse speciale in seruo. Nam maiores in omni supplicio seuerius seruos, quàm liberos punierunt. l. capitalium. §. vlt. ff. de pœn. Tertius casus est in famoso latrone d. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. Vbi textus sic habet, Compluribus placuit famosos latrones vbi grassati sunt, furca figendos. Quartus est casus, si furtum esset enorme vt æquiualeret tribus paruis. Inno. in c. j. extrà, de cōstit. Bal. in c. j. §. iniuria. De pac. iura. fir. in vsibus feudorum. & hanc sententiam tenuerunt Bar. & Bal. in d. Auth. sed nou o iure. Rationē reddit Claudius Saturninus in l. aut facta. ff. de pœnis. qui inquit, Nōnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur: quoties nimirum multis personis grassantibus, exemplo opus est. *Fures quomodo puniātur iure nouiss.* *Aliàs tondatur.* *C. j. §. si quis 5. solid. interpretatio.* *Supplicia aliquādo exacerbantur.*

De quinta diuisione. Cap. V.

e. B S

Actionum aliæ sunt bonæ fidei, aliæ stricti iuris. Hæc diuisio petita est ex §. actionum. Instit. In quo enumerantur 17. Hisce, si annumeres cōtrarias, erunt 25. Præter illas reliquæ omnes sunt stricti iuris. Non autem ideò dicuntur bonæ fidei, quasi in alijs mala sit fides: cùm in omni contractu bona fides spectanda sit. l. bonam fidem. C. de act. & obli. Sed ideò dicuntur bonæ fidei, quia magis exuberāt in bona fide quàm aliæ, quæ stricti iuris dicuntur. In his enim multa ex bono & æquo veniunt, de quibus inter partes non est actum. In contractibus verò stricti iuris veniunt ea solùm, de quibus actum est inter partes vt uenirent. l. quidquid astringendæ. ff. de verb. oblig. *Quare dicātur actiones bonæ fidei.*

Ioannes Faber aliam adfert rationem, ob quā actiones bonæ fidei sic dicantur. Inquit enim, quia cōtractus, ex quibus descendunt actiones bonæ fidei, magis frequentantur, ideò magis exuberans bona fides in eis requiritur, propter maiorem eorum frequentiam, hincque vocantur bonæ fidei. Hæc opinio quā quis sit persuasiua, non tamen est vrgens, eamque reprehendit Iason May. in d. §. actionum. Qui tali mouetur fundamento. Si vera esset Fabri sententia, hinc sequeretur, quòd actio ex stipulatu etiam debuisset poni inter has actiones bonæ fide, cùm ille contractus stipulationis sit frequentissimus. Deinde sequeretur etiam quòd actio ex mutuo esset bonæ fidei, cùm contractus mutui sit magis assiduus, quàm nullus alius, vt voluit Bar. in Rub. ff. si cert. pet. Ideoque Iason dicit, quando pro ratione sufficiat sola volūtas. arg. l. humanitatis. C. de impu. & alijs sub. & in l. facto. ff. de vulga. & pupil. substit.

Quomodo actiones bonæ fidei ab actionibus stricti iuris differant.

Differunt tamen in multis actiones bonæ fidei ab actionibus stricti iuris. Nā, si quis teneatur actione bonæ fidei in diem, vel sub conditione, cogitur præstare cautionem ante euentum diei vel conditionis: quod non obtinet in contractibus stricti iuris. l. in omnibus. ff. de iudi. Item in actionibus bonæ fidei iuratur in litem, secùs in actionib. stricti iuris; nisi in certis casibus. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Item si quis in actionibus bonæ fidei restituat rem deterioratam, non liberatur à prima actione. l. 3. §. si reddita. ff. cōmodati. l. j. §. si res. ff. depo. Sed in actionibus stricti iuris liberatur aliquis à prima obligatione, licet rem deterioratam reddat, & agatur de dolo ratione deteriorationis l. eleganter. §. non solū. ff. de dolo. l. sequitur. §. exhibitionis. ff. ad exhibēdum. Ex quo infertur, quòd in cōtractu bonæ fidei, quis non cogitur accipere rem sine precio deteriorationis: secus in contractu stricti iuris, gloss. in l. qui sibi. ff. de sol.

In actione ex testamento veniunt vsuræ ex mora.

Vnum tamen non est omittendum, quòd licet aliquæ sint actiones habentes naturam actionum bonæ fidei: tamen quia non reperiuntur enumeratæ in §. actionum. erunt stricti iuris. gl. j. in d. §. actionum. Exemplum sit. In actione ex testamento, in qua vsuræ ueniunt ex mora. l. solidum. §. etiam. & l. Mæuius. §. j. & l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. Flo. de sancto Petro in l. in fideicommissi persecutione. ff. de usur. gl. in l. j. C. de usur. & fru. leg. Sic etiā in actionibus bonæ fidei, ex sola mora currūt vsuræ. l. mora. §. j. in bonæ fi. ff. de vsuris, & l. videamus. §. j. ff. eodem. Item sicut in actionibus bonæ fidei, quis non liberatur reddendo rem deterioratam, sic in actione ex testamento, l. hmōi, §. ædes. & ibi Bar. ff. de l. 1. & l. Meuius. §. fundo. ff. d l. 1. & idē Bar. ī l. Iulian⁹. §. j. ff. d verb. obl.

De sexta diuisione. Cap. VI.
f. P T

Actiones perpetuæ vnde sunt dictæ.

Actionum aliæ sunt perpetuæ, aliæ sunt temporales. Hæc diuisio fit ex Rub de perp. & tempo. act. Instit. Dicuntur autem actiones perpetuæ, quia olim sine præfinitione temporis durabant: sed hodiè sunt coarctatæ: quia si sint actiones psonales, tunc durant 30. annis. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. 30. vel. 40. annorum. l. neque vnum. C. quibus non obiici. long. temp. præscrip. Attamen præscriptione 30. annorum tollūtur, nisi interruptæ fuerint.

Præscriptio in personalibus interrūpitur sola citatione.

Interrumpitur autem præscriptio in personalibus, per solam citationem, cum sint merè odiosæ, vtpote, quæ procedunt solum ex mera negligentia nō petentis, & per citationem cessat ipsa negligentia. Et ideò, sic fit interruptio. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. Secus esset dicendum in præscriptionibus merè fauorabilibus, quæ causantur ex mero fauore præscribentium, propter titulū & bonam fidem non considerata negligentia non petentis: vt est usucapio triennii, quæ interrumpitur per sententiā solùm. l. si post acceptum. ff. de rei uendi. Verùm, quod diximus, præscriptiones in personalibus interrumpi per citationem, hoc limitandū & dicendum est, quando actor qui citari fecit, comparet: secus enim est, si fuisset contumax & non cōparuisset in termino citationis: quia citatio circumducitur Bal. in l. & post edictum. §. 1. ff. de iudi. & in l. 1. §. fin. ff. de eo per quem factum est.

Vsucapio triennij per solam interrumpitur sententiam.

Si verò sint actiones reales, perpendendum est an competant pro re mobili vel, immobili. Quòd si cōpetant pro re mobili, durant triennio: si verò pro re immobili, imponitur meta 10. annorum inter præsentes, & viginti annorum inter absentes si possidens habeat titulum. l. 1. C. de vsucap. transfor. Nisi esset actio hypothe. quæ in rem est. l. pignoris. ff. de pign. propter ius quod habet creditor in re hypothecata constitutum. Interdum verò præscribitur spatio 10. annorum, vel 20. annorum, quando extraneus habet bonam fidē & titulū. l. 1. & 2. si aduersus credi. C. Si verò possideat sine titulo, requiruntur 30. anni. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. Per debitorem autem uel eius hæredem actioni hypothecariæ præscribitur spatio 40. annorum: Per unum autem ex creditoribus, contra aliū etiam per 40. annos, in d. l. cum notissimi. & Bart. in l. 1. si aduers. cred. C.

Actiones tēporales.

Actiones autem temporales sunt illæ quæ anno finiuntur, vt sunt prætoriæ: nam officium prætoris anno concluditur, maximè autē, si tales prætoriæ sint pœnales: secus si sint rei persecutoriæ, quæ perpetuę sunt, excepta actione furti, quæ est prætoria pœnalis perpetua. Quod accidit propeer delicti frequentiam. Bar. in l. in honorariis. ff. de actio. & obli. l. aut facta. ff. de pœnis.

Furti actio est prætoria pœnalis perpetua.

De septima diuisione. Cap. VII.
g. T N

Actionum aliæ sunt transitoriæ, aliæ non. Hæc diuisio habetur in §. non autem. Instit. de per pe. & temp. act. Actiones in hæredes transitoriæ sunt illæ, quæ ex cōtractu descendūt, quia hæredib. actorum, & contra hæredes reorum competunt. Bald. in l. vnica. ut actio. ab hæred. C. & §. post mortem. Inst. de inutilib. stipu. & l. ex contractib. ff. de actio. & ob. & l. 1. C. de hæred. actio. & l. 1. C. si certum pet. Istud tamen non est uerum, quando testator in contractu dolum adhibuisset, si ad hæredem dolosi nihil peruenerit. §. aliquādo. Instit. de perpe. & tempo. actio. Exemplum. In actione depositi, quæ in quatuor casibus datur ad duplum contra depositarium, quando in deposito dolosè versatur inficiādo hoc quod depositum est causa tumultus, incendii, ruinæ, & naufragii: sed contra hæredem eius hæc actio in simplū tantùm datur. l. 1. §. 1. ff. depo. Aliàs hæres tenetur regulariter ex contractu defuncti, licet in eo dolus versetur. l. contractibus. ff. de actio. & oblig.

Actiones trāsitoriæ in hæredes.

Dixi regulariter, quia duæ excipiuntur species facti. Prima: in actione in factum, quæ competit contra agri mensorē. non datur contra ipsius hæredem. l. 4. ff. si mensor. fal. mo. dix. secunda est in actione tributaria, quæ non datur contra hæredem, si nihil ad eum peruenerit. l. illud. §. fin. ff. de trib. Similiter in duobus casibus actiones ex contractu descendentes hæredibus non competunt. Primus est, si pater marito filiæ dederit dotem, quæ postea diuertat à marito: si a patre extraneus hæres instituatur, nō habebit actionem ad repetendam dotem. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxo. actio. Alius est, quando patronus agit ad operas contra libertum, quòd si moriatur, extraneo hærede instituto, ad eum non transeūt operæ. l. operarum. ff. de ope.

Non trāsitoria actiones.

Actiones autem non transitoriæ ad hæredes sunt illæ, quæ oriuntur ex delictis: quia, actiones ex maleficiis descēdentes, nō dantur contra hæredes reorum. l. unica. C. ex delict. defuncto. Quod tamen nō esset uerum, si ad hęredes aliquid peruenisset: quia turpia lucra sunt ab hæredibus extorquenda. l. in hæredem. ff. de calumnia. Item non procedit si lis cum defuncto fuisset cōtestata, quia litis contestatio reddit actionem transitoriam ad hæredes d. l. vnica. Itē non haberet locū illud dictum, quādo pœna viuenti a lege esset imposita: tunc enim hæredes tenerentur. l. 3. §. quod autem. ff. quòd quisque iuris. Item, nō habet locum de Iure Canonico: quo Iure hæredes tenētur satisfacere de damno dato per defunctum, vt est tex. & ibi Panor. in c. si. extra, de sepul. & c. tua nos. ext. de usur. Bar. in l. 1. ff. de furtis,

Litis contestatio actionem transitoriam efficit.

Iure Canonico hæredes tenentur & defuncti dāno.

Vnum tamen non est omittendum, quòd licet actiones ex maleficiis descendentes, non dētur contra

in consi. 5. præsens consul.in j. col. uer.5.per totum li. 1. & in
consi.241.circa prima difficul.in 9. col. ver. 2. quomodo quis
li.2.cum si.vt per Fely.in c.qualiter. el 2. §. ad corrigendas.in
2.col.extra de accu. Tamen illa regula limitatur sing.per.d.§.
res.d.l.vxroem.procedere quando ille fuit priuatus a.l.secus
si ab homine,vt in d.§.hæres. nam tunc non illi quæritur cu-
ius contemplatione fuit apposita pœna,sed quæritur cohære
di vel substituto vel aliis abintesta.ita Ias. vt contra & ita etiã
ad idem se declarando.d.Alex.not.istum tex. in consi. 138.in-
cip.oportune consider. col. fin. in 1.li.& ante ipsum prius pro
sing.ad hoc citauit Ro.quem ipsi non alle. in sing.692.incip.
regula est &c.alle.etiam Bar.in l.paterfa.de hæ.in fi.cum alijs
adductis per Alex.& Ias.in locis.supra alle. quibus adde Pau.
de Ca.in consi.221.inci.antequam veniam.in 1.& 2.col.secun
dum nouam impressionem.& hanc limi. sequitur Hispa.no-
ster doc.proculdubio non indignus Ludou.Lusitanus in l.si is
qui ducenta.§.vtrum.in 16.col.ff.de re.du. Sed tam circa hoc
diligenter considerandum est.quia tex.in d.§.hæres,non vide
tur probare id ad quodsupra dicti doct.inducunt: imò totum
contrarium.nam dicitur ibi quod si testator grauauit hæredẽ
vt Titium adoptet alias quòd exheres sit dubitatur ibi nun-
quid illi qui adoptatus non est actio competat.Respon.text.ꝙ
fideicommissum quo quis rogatur vt adoptet non valet Ratio
assignatur ibi per gl.quia tale grauamen est contra bonos mo
res vel contra ius.& sic ibi tex.non dicit cui debeat applicari
illud fideicom.hæredes contemnentur. sed potius videtur in-
nuere ꝙ nulli quia cum grauamen non tenuerit habere pro nõ
scripto & ita videtur summare Bar.illum tex:& sic per conse-
quens ille hæres non priuabitur licet non adoptet cum graua
men,non teneat.& ita illum tex. intelligit Ias. sibi contrarius
in l.quidam cum filium.in 2.col.in 4.no. ff.de ver.ob.dicens ꝙ
ideo non ualet in tex. illo grauamẽ ut quis teneatur adopta-
re quia est contra bonos mores.& ibi Rap.cu. dat aliam ratio
nem & Pau.de Cast.aliam ut ibi per eum.& ad hoc idem illũ
tex.inducit Ias.in l.j.in 2.col.C.de his quæ pe.no. dicens ratio
nem esset quia ibi testator non mandauit fieri illud quod erat
de mero vel mixto imperio uel iurisdictionis uolũtariæ. ideo
grauamen non ualuit neque pœna:secus si mandaret quid fie
ri ꝙ spectare ad rem familiar. & ita procedunt prædicta iu-
ra.Et quamuis ista solu.siue ratio possit morderi tamen magis
communiter approbatur.& ideo nõ insisto.ex.supra dictis igi
tur manifeste colligitur ꝙ ille tex.male fuerit alle. per Ias.hoc
& supra dictos Doct.ad supra dictam regulã. super quo cogi
ta quia Bar.etiam in d.§.hæres non se firmat. imo magis vide-
22 tur,inherere opi.gl.In 3.parte princi.glo. colligitur vnum†.s.
quòd actio & causa sunt diuersa, contra Placen.ita cum gloss.
transeunt magis communiter doc.Io.Fab. tamẽ dicit ꝙ pro
opi.Pla.Azo in summa adducit tex.in l.an eãdem §. actiones.
ff.de exce.rei iu. vbi præsupponendo semper quòd obligatio
est mater actionis iuxta vul.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procur.
dicitur ibi quòd singulas obligationes singulæ causæ sequun-
tur.certum est dicit ipse quòd ibi causa non potestaccipi, nisi
pro actione,quia de alia causa intellgi non potest quæ sequa-
tur obligationem,nisi sit de actione quæ est filia.pro ista opin.
vltra alios ego pondero opti.tex.in l.si procuratorem.in prin.
ff.man.vbi causa accipitur pro actione. Sed Aret. hoc & Ias.
respõ.ad illum tex.in fi.gl.ꝙ ibi hoc uerbum Causæ, debeat ex
poni.in instantiæ iudicio ventilandæ.Sed hæc sol.non tollit du
bium neque illi tex.conuenit aliquo modo. & ideo ego puto
quòd opi.Pla.de facili possit substineri. & ad illum tex.posset
planius & uerius responderi ꝙ ibi causam in sui propio signi
ficatu capiatur pro illa sine qua obligatio contrahi non potest
ut est contractus, dicit tex.in l.iurisgen. §. sed cum nulla.ff.de
pac.& no.in l.a Titio.ff.de ver.obl.& ita expresse intelligit illũ
tex.Alex.in l.j.in 3.col.in fi.nu.26.& in 4.col. ff.de eden.& isto
modo sensus illius tex.est iste,quòd inter actiones in personã
& in rem hæc est differentia,quia in actione personali intentan
da debet sequi ex exprimi causa ex qua peto mihi deberi, ut
puta quia mutuaui.Subdit tex.vt cum in rem ago non expres-
sa causa ex qua rem meam esse dico,omnes causæ una petitio
ne apprehenduntur &c. hęc sunt uerba tex.qui retorqetur con
tra doc.communiter hoc & uidetur potius probare in termi-
nis opi.Pla.contra communem Are. & Ias. Sed contra Pla.ꝙ
ibi causa nullatenus pro actione neque pro instantia exponi
possit,pondero tex.ibi dum dicit At cũ ago,& sic loquitur de
actione & postea subdit non expressa causa quæ uerba claris-
sime innuunt aliud esse causam,aliud actionem siue instantiã.
Et ita illum tex.in d.§.actiones.ꝙ ibi causa accipiatur pro eo
quod est diuersum ab actione.vltra prædictã uidetur intelli-
gere Bal.in rep.Perusi.l.edita in 5.col.vers.item incidente.C.
de eden. & in 3. col. & ita etiam Abb. illum exponit in c. 2.
col.3.nu.13.de li.ob.& est gl.expressa. l. certi cond.in princ.in
uer.ex omni causa.ff.si cer.pe. & ibi omnes hoc tenet.sic expo
sitio quã hic Ias. facit nullo pacto conuenit:sed potest dici du
plicem esse causam. causa proxima & remota ut tradit Fely.
post Abb.in d.c.2.& Iason.infra.in §.omnium.in requisitis rei
uendic.& secundum hoc ille tex. retorquetur contra Fabr.&
Ias.si capiamus ut actionem pro remota. per supra dicta. &
tunc contra opin. Pla.ibi. Probatur autem pro proxima, &
tũc.opi.Pla.& Fab.multum conuenit. Secundo facit pro opi.
Pla.nã si actio in se non continet causam:ut ar. apud Dialecti-
cos continet in se maiorem & minorem,&c.sequitur quòd a-
ctio esset sine causa.& per consequens tanquã inepta,& iniu-
sta deberet reijci.ar.c.examinata.de iu.& §.sed cum nulla.l.iu
risgen.de pac.hoc tamen est inconueniens.ergo, &c. Sed ad
hoc potest multipliciter respõ.primò quòd nõ sequitur Actio
non continet causam.ergo est inepta quia distinguo de causa:
vt supra est dictum.aut loquitur de causa propinqua. & sic de
ipsa oblatione & fateor,aut de remota& extrinseca ut illa exẽ
plificata per Pla.& tũc nego quòd actio dicatur inepta.& esto
quòd dicamus in actione causam inesse non propterea sequit,
quòd sit vnus & idem causa & actio.patet.nam sub contractu
cõtinetur oblatio, & tamen aliud est contractus aliud oblatio
probatur vtrunque per glo.magistram in §.fi.insti.de oblig.&
per ista cõmunis opi.restat firma ad d.l.si procuratorem.Pos-
set respon.illud ibi accipi improprie propter subiectam mate
riam.Modo videamus an fundamenta quæ pro communi opi.
contra Pla.inducuntur subsistant.& primo ad illud quod dicit
Io.Fab.insolubile.videlicet quòd cum contractus sint facti &
23 causa ipsius actionis est,vt† dicebat Pla.ago ad 10.quia ven-
didi istud est factum.l.consilio.in fin.ff.de cu.fu.actio est ius ut
dicit hic tex.ergo non est idem causa & actio.

¶Sed ad hoc respondetur,quòd illud quod dicitur, quod con
tractus sunt facti:intelligitur à principio quando fiunt: & ita
procedat illud dictum: sed postq̃ sunt ineẽ producti,dicuntur
esse iuris. probatur in l.si vnus.§. pactus ne peteret. ff.de pact.
vbi dicitur, quòd stipulatio plus iuris quàm facti habet. nam
intelligitur,postquam est inesse producta.ita declarat Ias.in l.
sciendum in prin.ff.de uerbor.oblig.Adde quòd tex.in d.l.cõ-
silio,

ſilio.fortè hoc voluit ſentire.nam non dicitur ſimpliciter, quòd contractus ſint facti,ſed quod plus facti, quàm iuris habent: quæ verba innuunt,quòd etiam contineant ius, ſed non tãtum ius, quod tamen continent poſtquam contractus ſunt in eſſe deducti.nam tunc econuerſo plus iuris, quàm facti habẽt per ſupra dicta.Confirmo hoc à ſimili per l.deniq;.ff.ex quib.cau. ma.vbi dicitur quòd poſſeſsio plurimũ facti habet, & tamen in l.poſſeſsio quoq;. in prin.ff.de acqui. poſ. dicitur quòd habet plurimũ iuris.Nam illa iura ita concordãtur, quòd à prin. in actu acquirendi, poſſeſsio dicitur habere plurimum facti, poſtquam eſt acquiſita plurimum iuris. Et ita videtur tenere Alexan.in l.cum hæredes.§.in ijs.ff.de acqui.poſ.& per hoc facit ad propoſitum notabile dictum Archid.quem ibi poſteriores ſequuntur in c.conſuetudo.j.diſt.vbi arguit ex illo tex.qui dicit,quòd conſuetudo eſt ius,& tamen in c.j.de conſti. lib.6. dicitur quòd eſt facti. reſpondet ipſe, quòd conſiderato ipſo principio, quando ex actibus inducitur, eſt facti:ſed poſtquã eſt inducta,tunc eſt ius.& ita ſoluit contrarium. Ad propoſitum igitur redeundo.licet.n. cõtractus in ſui initio ſint facti, poſtquã uerò ſunt in eſſe deducti,& ſic in eo tempore,quo nobis competit actio,ſunt iuris per ſupra dicta. Et ideo iſta verba,quia uendidi,important ius: & iſto reſpectu talis cauſa bene poteſt dici actio,quæ etiam dicitur ius,& ſic inter contractum ſiue cauſam,& actionem non erit differentia.& per conſequens arg. Azo quod tanti doct. faciunt, reſoluitur, quinimo ſi rectius conſideremus,etiã actiones,licet ſint iuris,habẽt aliquid facti:ut late concludit idem Iaſ.infra ſuper gl.in uerſi. quamuis, prout quando deducuntur ad exercitium. nam illa perſecutio,& exercitiũ extrinſecũ facti eſt.& ſic mẽs Plac. fuit iſta,quòd cum ago actione ex empto,illa expreſsio facta in libello,quia uendidi,ſupple,& tradidi,dicitur actio:quod videtur ſentire Bar.in l.ex conducto.in prin.ff.loca. & hoc ſi intelligis reſpectu exercitij:ſi uerò reſpectu iuris,etiam Placen. bene dicit per ſuprà dicta.Et licet contrarium videatur tenere, inquantum ad hæc Bar.in l.cum mota.in fi.C.de tranſa.quem ibi ſequitur Iaſ.no.13.ubi reprobat opi.Cyn.dicentis,quòd ẽt actio eſt factum:nam dicit ipſe per iſtum text.quòd non eſt verum,ſed quòd eſt ius perſequendi, vt hic.Tamen diſtinguendo,vt ſuprà, illud dictum non obſtabit.

Teneas igitur per ſupra dicta opi. Placen. contra quam nihil videtur efficaciter obſtare, quod non reſoluatur ex ſuprà dictis,quę vltra adducta,tenet expreſſe Bal.& ibi latius declarat in l.ſub cõditione.in prin.ff.de cond.inde.pro qua eſt text. in d.§.actiones.ſecundum primam expoſitionẽ, quam ibi de-

24 di.Circa illud etiam,quod dicit gl. quòd † nomina actionum mutantur,ipſa cauſa manente,vt quando agitur de dolo patris vel patroni,vel alterius perſonæ vitæ emendatioris. nam tunc actio de dolo mutatur,& agitur actione in factum.Poſſet dici hoc dictum non eſſe verum.quia licet ob reuerentiam patris, vel patroni hoc inductum ſit vt actio mutetur per rationẽ, de qua in l.2.& l.liberto.ff.de obſeq. à lib. ex hoc tamen non eſt facienda regula generalis,vt regulariter nomina actionũ poſſint mutari,arg.tex.in §.ſed & quod principi.ſuprà de iur.nat. & c.in arg.de re iu.li.6.& ideo videtur,quod dictũ glo. reddatur dubitabile.Tamen defendendo gl.quòd l3 alias pſonę patris,& patroni multũ ſit deferẽdũ quo ad caſum,tñ in quo loquitur gl.non eſt inducta ſpecialitas mutationis actionũ in pſonis eorum,ſed hæc gñaliter procedit ĩ quacunq; perſona exploratæ cõditionis,uel in qua alio reſpectu haberi debeat conſideratio,vt patet ex no.per Bar.in l.j.ff.re. mo.& eſt pro hoc caſus in terminis in l.non dẽt.ff.de dolo. quẽ doc. ibi dicũt nõ eẽ alibi,& multum cõmendat Are.in l.continuus.§. illud ff.de verbo.obli.& Alex.in l.certi condictio.in prin.ff.ſi cert.pet. declarando tamen,ut ibi per Bart.qui dicit, quod eo etiam caſu quo agitur in factũ,non agi debet directo,ſed temperanda eſt illa actio cum adiunctione verborũ bonæ fidei,vt ibi dicit tex. & declarat optime Bar.deducendo ad practicam in l.infamẽ. ff.de pub.iudi.& ualde commendat etiam Barth. Veronen.in tract.cautel.caute.107.& 161.& Iaſ.in l.cùm mota.nu. 26. C. de tranſac.nam ſpecies agendi diſtinguitur ex medio concludendi poſito in libello,ut dicit Bald.in dicta l.non debet. quã ad hoc ualde commendat & eam ad hæc allegat Alex. conſil. 190.incip.reſponſiones,lib.2.& conſil.121.uiſo proceſſu. j. li. & idem tenet Angel.in conſil.249.& conſi.261.& Iaſo. in l.cũ quid.ff.ſi cer.pet.in j.lectu. & ad hæc dicit iſtum ſingularíſsimum Aret.infra de excep.in princip.ubi ſubdit, quòd licet pdictæ perſonę non infamentur de iure,tamen de facto bene infamantur,per tex.in l.apud Celſum.§.aduerſus.ff. de dolo.facit bon.tex.in l.2.ff.de obſeq.à lib.& lib.præſtan.Amplia & extende.d.l.non debet.ut ſingulariter per Feli.in capi.cæterum. nume.15.de iud.vbi videas.

Vltimo(ut nihil remaneat intactũ)ad illud,quod dicit glo.

25 in fi.quod † actio ex empto, & ſimiles, non ſunt actiones, ſed actionum nomina, ſicut dictio Homo,quę ſignificat hominẽ, & tamen non eſt homo. Adde, quòd iſta eſt communis opin. quam tenet Iaſ.poſt glo.ibi Ange.& Fabrũ in §.actiones. infra eod.idem Iaſ.in §.omnium,nu 57.infra eo.& in §.ruſus.poſt glo.in uerbo, reſciſſa. infrà eod.& dixi in dicto §.omniũ. nu. 33.& in locis ſuperius allegatis.Et exemplum de homine, quòd hic dat glo.ſequitur etiam Car.Alex. in ſimili caſu in c.fina.in forma arboris conſanguinitatis,verſic.j.dicitur beneficium, extra de conſang. & affini.& Bart.in l.Mæuius.§. duobus,nu. 6.de leg.2.& hæc opi.glo.poteſt comprobari.nam ideo actiones ex empto, & ſimiles nõ ſunt proprie actiones, quia cum adiuncto proferuntur,quo caſu non ſunt propria, ſed impropria,vt no.Barto.in l.Lucius.§.quæſitum.de leg.3.Iaſo.in l.videamus.ff.de in lit.iur.& in rub.ff.ſo.ma.verſi.Adde tex. vt homo mortuus,ſententia arbitri,& ſimilia,ut tradit idem Iaſ.in l.j.ff.de re iudic.& eſt gl.in l.j.in prin.ff.de pac.& alia. gl. in l. ſeruo manumiſſo.ff.de condi.inde.facit l.j.ff.de dona.vbi donatio conditionalis non eſt ſimpliciter donatio, ſed cum illo adiuncto conditionalis.ita de ſimilibus actionibus,de quibus hic gl.eſt dicẽdum.quæ per iſta ſit expedita. Et quæ vtilitas reſultet,an ſit nomẽ actionis,vel adiectio, Dic,quod magna:quia ſi eſt adiectio,illa actio erit bonæ fidei,vel ſtricti iuris, ſecũdũ quod prima actio originalis fuerat.exempli gratia, in actione reſciſſoria de qua in §.ruſus.infrà eodem. quæ competit illi qui prius habebat actionem realem,vel perſonalem, quæ per vſucapionem,vel præſcriptionẽ fuerunt ſopitę,facta reſciſsione à prætore,reſtituuntur ad primæuas actiones, & competit modo reſciſſoria,vt ibi dicit gloſſ. Vnde ſi prima actio erat ex vendito perſonalis.iſta reſciſſoria quę datur,non mutabit qualitatem actionis: quia cùm prima actio erat bonæ fidei, vt in §.actionum.infrà eod.ita iſta reſciſſoria.& econtrà ſi prima actio fuiſſet ſtricti iuris,& iſta erit huiuſmodi.Tamẽ ſi eſſet proprium nomen actionis,non fieret iſta diſtinctio, ſed ſemper eſſet ſtricti iuris,quamuis non reperiatur expreſſe in d. §. actionum,tamen etiam reſpectu præſcriptionis, vt declarat Areti. poſt Ioan.Fabri.in §.actiones autem. infrà eod.per tex. in l.3. §.ſi filius.quem ibi ad hæc not.Angel.cum §.ſequen.ff. de pecu.& leg.depoſiti.eod.titul.& leg.final.ff.de noua facit text.in leg.in bonæ fidei contractibus. ff. de pecul. & iſta videtur eſſe communis opin. vt patet ibi ex adductis per Aret.quamuis Iaſo.in dict.§.actiones,contrarium teneat. ſed prima opin. mihi placet, quia negari non poteſt: quod iſtud de peculio ſit quædam adiectio, quæ non debet mutare naturam primæ actionis,argumen.leg.falſa demonſtratio. de condictio. & demonſtrat.capit.maiores.de baptiſ.Item, quia uidemus,quod iſta actio eſt natiua,non datiua,ut concludit Paul. de Caſtr.in

26 leg.licet.§.fina.in fi.ff.de peculio.& † Bartol.in l. frater à fratre.ff.de condi. inde. ergo debet regulari ſecundum naturam oblationis, uel contractus: uel naſcitur, quia cauſatum ſapit naturam ſuę cauſę.leg.manumiſsiones.& ibi not. Bal. ff.de iuſtit.& iure. Gloſſ.aliud eſt, &c. Circa primam partem glo. Iaſo.hic eam reprehendit, inquantum, ſecundum eum, innuit aliam fuiſſe actionem olim, aliam hodie motiuis de quibus hic per eum. Aduerte, quod ſi recte conſideretur gloſſ. non ſentit id,quod vult Iaſon. ſed intendit hoc, quod ſolemnitas omnis actionum, & formula antiqua ſit ſublata, quæ alia fuerat olim, alia hodie: de ſubſtantia autem gloſſ.nihil dicit,ſed potius uidetur tenere, quod ſit eadem: nam quod denuo negatur, de alio affirmare videtur,vulg.capitul. nonne. de præſumptio.leg.cum prætor.de iudi. & hoc ueriſsime ſentit glo.Non ob.ponderatio Iaſ.dum dicit quod gloſ.noſtra ſe fundat ſuper verbo,eſt,quod eſt de præſenti,quaſi velit, quod aliud eſſet:quare dico, quòd hæc non fuit mens gloſſ. patet, quia

quia in d.l.nihil,gloſſ.idem dicit, quod hic. ergo non habuit
reſpectum ad illam legem,ſed ad ius antiquiſsimum , de quo
iure exacta illa ſolemnitas inducta erat, ut in d. l.2.§.deinde
ex his. de ori. iur. quæ tempore d. l.nihil.nondum edita erat.
nam illa forma,& ſolemnitas,quæ olim erat, & quæ refertur
in d.§.deinde, dũ dicit deinde ex his erat tpe legis 12.Tab.pa
tet ex d. §. deinde ex his legibus eodẽ tpe,&c.& ſic loquit̃ de
legibus 12.Tabu.de quibus loquitur §.ſuprà proximus,in quo
tempore actiones compoſitæ ſunt,ſed poſteà ſucceſsit Celſus
Iuriſconſultus auctor d.l.nihil . tempore Alexandri Imperatoris,qui fuit.24.Imperatorum.& compoſuit d.l.nihil,ſecundum quod tunc temporis , amota illa formula antiqua , alia
mitior obſeruabatur , ideo tex.d. l.nihil. non erat de illo iure
antiquiſsimo,quo caſu glo.noſtra quando quidem voluit ſentire illud quod dicit Iaſ.& ponderare illud uerbum,eſt , poſitum in diffinitione,rectè poteſt defenſari.Intentio igitur gloſ.
noſtræ eſt, (vt dixi) quòd aliud erat olim actio reſpectu formæ,& aliud hodie,ubi illa forma in diſſuetudinem abijt. ar.
tex.in §.ſed & ſolemnitas. ſuprà de uerb. oblig. Non obſt. illud, quod dicit Iaſ. quod propterea quod olim eſſet diuerſa
forma ab hodierna , quod non ſit verum: , quòd aliud hodie
ſit:cum illæ ſolemnitates ſunt qualitates , quæ poſſunt adeſſe,
& abeſſe præter ſubiecti corruptionem.l.inter ſtipulantem.§.
ſacram.de uerb.oblig.cum ſi.vt hic per eum.quia reſpondeo,
quòd bene verùm eſt , quòd ſolemnitates , & qualitates accidentales ab extra recedentes poſſunt adeſſe , & abeſſe citra ſubiecti corruptionem.l.falſa demonſtratio.ff.de condit. & demonſt.l.pacta conuenta.ff.de contrahen. empt. ita procedant
alleg.per eum . Sed nos loquimur,& gloſſ.noſtra in ſolemnitate ſubſtantiali, & formali , quæ dabat eſſe rei:nam talis qualitas bene attenditur.l.j.§.mouet.ff.de poſſh.& ibi Bar. & in l.j.
§.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerb.oblig.à qua qualitate , ſiue forma,ſi al quis recedebat , etiam in ſyllaba , cadebat à toto,ut
not.Innocen.& d.Ant.in Cap. Piſanis. per illum tex. dereſtit.
ſpol.& ſic non poterat abeſſe citra ſubiecti corruptionem, vt
patet in l.2.C.de formu.ſub. & probatur etiam hoc in l.quæſitum.§.illud fortaſſe.de legat.2.ſed hodie aliud eſt,quàm tũc
erat:nam cùm receſſum ſit ab illa exactiſsima ſolemnitate,
datus eſt alius modus agendi non ita ſtrictus,tamen eſt etiam
obſeruandus . nam hodie debet etiam forma ſeruari de iure
ciuili,qua omiſſa,etiam vitiaretur modus agendi , ut patet in
l non debet. ff. de dolo. & quę habentur in c.examinata. de
iud. & in cap. dilecti.eod.tit. Præterea dicit Iaſ.quòd in alio
gloſſ.noſtra malè loquitur,dum pręſupponit quod l.ſi ſeruus
nauem. ff. de fur. ſit hodie ſublata: nam eſt contra do.Bald.in
l.j.C.de for. ſub. Tamen aduertendum eſt quod gloſſ. noſtra
non dicit quod l.ſi ſeruus nauem , ſit hodie ſublata , vbi dicit
Iaſ.ſed bene dicit , quod illa exactiſsima forma agendi , quæ
olim vulgaris forma appellabatur,eſt ſublata , & ad probandum de illo nomine,vulgaris formæ gloſſ.adducit dictam l.ſi
ſeruus.vbi de illo nomine ſit mentio,non tamen per hoc dicit
quod illa lex ſit hodie correcta:quia licet l.ſi ſeruus vtatur nomine illo,uulgaris, tamen non eſt illud idem nomen cum illa
ſolemnitate,de qua loquitur in d.§. deinde. & licet hodie retineamus,& utamur illomet nomine,uulgaris,non tamen utimur ea forma.& iſta fuit ueriſsima mens gloſſ.patet , nam in
pluribus legibus , quæ notantur per eundem Acurſium in d.l.
ſi ſeruus,dicitur quod datur actio uulgaris, & tamen ſequeretur ſecundum intellectum Iaſ.quod iſta gloſſ.uellet, quod omnes illę leges aliàs multis uigilijs conditæ , quæ loquerentur
de illo nomine,eſſent correctæ quod eſſet : abſurdum, ar.l. ſi
quando.C.de inoff.teſta.non enim eſt inconueniens,quod utamur nominibus antiquorum , attenta origine,ſub alia tamen
forma , ut patet in ſtipulatione , quæ olim ſub magis ſtricta
forma procedebat , quę hodie immutata eſt retento nomine , & idem in teſtamentis ut patet inſtit. de uerb. obliga. §.
ſed & ſolemnia. & ſuprà de teſta.in princ. cum ſimil.Vel ſecundò,dicas , quod illud uerbum,uulgaris, in d.l.ſeruus , poteſt accipi alio modo , quàm iſti putant , uidelicet ut dicamus , quod contra dominum competit uulgaris formula,id eſt,actio uſitata,& communis , ſcilicet , in factum , & ex
edicto,nautæ cap.ſtab.nàm illud verbum ita exponitur in l.2.
ff.de præſcript.ver.& ita accipitur in tit.de vulg.& pupil. Vel
vulgaris formula,actio minus honeſta:quia vulgaris idem eſt
quod minus honeſtum.l.legitimos.ff.de legit.tut.& hoc ſatis
conſonat,cùm illa actio,de qua in dictis legibus non detur,ni
ſi contra illos,contra quos lex ſuſpicatur,vt in l.j.ff.de fur.aduerſ.nau.cau.ſtab. & §.fi. ſuprà de oblig. quæ ex quaſi delict.
naſc.& ideo dicit ibi tex. quod contrà illum qui in naui delinquit datur vulgaris formula,id eſt,actio minus honeſta,videlicet actio in factum quaſi directò intentatur,inducit infamiã
iuris,& facti,vt not.tradit Bar.in l.infamen.ff. de publ. iud.&
ideo minus honeſta dicitur ſiue vulgaris, quod idem eſt . Ponitur etiam hic alia declaratio per Io.Fab.ad gloſſ.iſtam, valet dum dicit,quòd ex quo hic in tex. dicitur quod actio nihil
aliud ſit quàm ius , &c. patet ,quod olim aliud erat, quã ius,
27 intellige,dicit ipſe,quòd aliud erat. † Nam erat quædam impetratio facienda coram magiſtratibus.Sed iſta expoſitio nõ
ſatisfacit:quia ſecundum hoc ſerui, qui de iure illo ciuili pro
mortuis habebantur l.ſeruitus. ff. de reg. iur. & ſuprà de iure perſo.per totum poterant olim agere,cùm actio eſſet quædam impetratio , quæ ſeruis non denegatur . vt in l.uniuerſis.
C.de preci.Impe. offe. quod tamen eſt inconueniens dicere,
quia tunc temporis actio etiam erat ius.d.l.nihil.ff.eod.tit. cuius ſeruus erat incapax.l.ſeruus.C.de iudic.l.vix.ff.eod.tit.ſed
ad impetrandum bene ſeruus admittebatur , quia impetratio
conſiſtit potius in facto, quod cadere poteſt in perſona ſerui.
l.3.C.de hæred.inſtit.vnde de tali facto ad actionem, non valet arg.vt concludit Fel.in cap.cauſam.el 2.per illum tex.extrà
de iud.vbi etiam not.Dec.poſt And.Sicu.& dixi latè in cap.j.
de reſcrip.lib.6.poſt Moder.Et finaliter iſta videtur communis reſolutio,quod impetratio,& actio ſunt diuerſæ, ut ibi latè traditur,& firmat Barb.in cap.ab excommunicato. nu. 10.
de reſcrip. alleg. Bal. in rub.C. qui admitt.& alia de quibus
ibi per eum.& pro iſta opi.facit do.Bar.in l.cùm mota. in fin.
C.de tranſact.vt ſuprà diximus.Eſt bene verum,quòd actio,licet non ſit factum , continet factum reſpectu proſecutionis,
ſed tamen pro hoc non eſt ſimpliciter factum,pro quo facit l.
fin.in princip.& ibi no.gl.in uerſi.an de iure.ff.de iureiurand.
28 † In vltima parte gl.ibi,ſed quæ erat olim differentia.Dicatis
breuiter, quod iſta eſt realis differentia quæ non patitur contrarium,quam ſub verbis obſcuris ſentit gl.in rubr.de interd.
videlicet,quòd differentia eſt quia interdicta principaliter,&
vniformiter omnia à prætore introducta ſunt.vnde omnia prętoria dicuntur,arg.l.ſi quis ne cauſam.ff.ſi certum peta.& tenet Spec.in tit.de cauſa poſſ. & proprię. in princ. & in tit. de
ceſſ.actio.§.j.& §.5.Actiones verò principaliter,& pro maiori parte à iure ciuili inductæ videntur . vnde reſpectu originis , & inductionis meritò ſecundum communem opi. actio
de iure ciuili dicitur,non prętoria,licẽt prætores aliquas introduxiſſent.& pro iſta.diſtinctione facit glo.j.in §. ſed iſtæ.infrà
eo.Poſſet etiam colligi differentia ex his , quæ not.Bartol.in l.
j.ff.de ope.no.nun.dum ponit differentiam inter edictum prætoris,& interdictum:nam edicta ſunt ad inſtar actionum , per
ea,quæ not.in l.ſi quis id quod.ff.de iu. omn.iud. & tamen dicit ibi Bar.quòd edictum erat ius pub. propoſitum publicè à
prætore ex officio ſuo : interdictum verò erat quando prætor dicebat ius particulariter inter duos. §.exibitoria. infrà
de interdict.Gl.quàm ius , ibi, & ſi quæratur, &c.Ex iſta parte gloſſ.colliguntur plures concluſiones. Prima concluſio eſt,
29 quòd † actio dicatur ius ciuile,vel prætorium : quia vtrumq;
diffinitur . Et ſic per hæc improbatur opi. dicentium quod
actio erat factum,vt ſuprà dixi,& ita improbat Bart.in l.cùm
mota,in fi.vbi Iaſ. C. de tranſact. quidam etiam Mod.in rubr.
C.qui admit.expouũt hic ius,id eſt,facultas.& ſic quòd actio,
ſit facultas perſequendi,&c.alleg.text. in l. contra iuris.§.j.de
pact.vbi ius donandi dicitur facultas ; quem text. ita exponit
Io.And.in tract.de regul.iur.in Mercu. in princip. & ſi hoc eſt
verum,ceſſat omnis difficultas gloſſ.& pro iſta expoſitione vltra ipſos facit text. in l.j. ibi. agendi facultas competere. ff.
quod cer.lo.ad idem text. in l.qui in poteſtate. iuncta l. filiuſfam. ff. de teſtam. vbi in l. qui in poteſtate poteſtas faciendi
teſtamentum dicitur ius,& in l.filiusfam.appellatur facultas.
facit etiam l.qui ſe patris.C.vnde libe.vbi hæreditas , quæ dicitur ius,ut in l.nihil aliud.ff.de uerb.ſignific. ibi appellatur facultas,& ibi ad hæc ponderat Deci.& facultas nihil aliud eſt,
quàm

quàm poteſtas perſeqnendi quando ſibi videtur, vt ſupra de his, qui ſunt ſui uel alie. iur. in prin. l. ſi quid. ff. de offi. procõ. in quibus iuribus ius pro poteſtate capitur. & iſta expoſitio bene adaptatur ad iſtũ tex. hinc eſt, ꝙ dicimus, ꝙ reus actori edere non tenetur, ſecus ec ontra. l. non eſt nouum. & l. fin. C. de eden. Ratio redditur per Alex. in d. l. fin. quia in poteſtate actoris eſt agere, quãdo velit: & ideo debet uenire iſtructus. l. ſi quando. C. de dila. iuncta l. purè. §. fin. ff. de doli excep. vbi ad literam hoc dicitur, quòd ceſſat in reo. & ideo cum actio ſumat nomen ab actore, poteſt dici, ꝙ ſit quædam facultas, ſiue poteſtas perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. Tamen iſtam expoſitionem reprehendit Are. in l. quamdiu. la 3. per illum text. ff. de acquir. hered. pro qua ego adduco vnum, quia cùm facul tas ſit facti, ut in l. j. §. adeundi. ff. quando appel. ſit. & in l. ſi ſeruus. §. 1. ff. de noxa. & in c. reijciuntur. §. hunc notandum. 23. quæſt. 7. cum ſimil. ut dixi in rub. C. qui admit. & a
30 facto deſcendat: nã † facultas a faciendo, dicitur vt in §. j. Inſtit. de iur. perſo. factum enim, & ius ſunt diuerſa, vt rub. ff. de iu. & fac. ignor. ergo iſtud verbum, ius, non poterit pro facultate exponi, cùm ſint inter ſe contraria: quia actio non eſt factum, ſed ius, vt dicit Bar. reprehendendo Cy. in l. cum mota. in fi. C. de tranſact. Sed tenẽdo primam expoſitionem ad arg. reſponde quod duplex eſt facultas, quædam dicitur eſſe iuris, quædam facti: doctrina eſt Bart. in l. j. ff. de cond. ex l. idẽ Bart. in l. cùm notiſsimi. in fi. prin. C. de præſc. 30. vel 40. ann. tradũt ſcriben. in l. licet. C. de iu. deli. cum concor. vt per Io. Fran. Balbum in fertili tract. præſcrip. in 4. par. 5. partis principa. Vnde in caſu noſtro hoc verbum, ius, capitur pro facultate iuris. Et iſto modo tollitur difficultas, quam ſuprà poſui in notabilibus probando, ꝙ actio non eſt ius perſequendi, &c. & ſic etiã verificantur, quæ dicit hic Iaſ. poſt alios, quòd actio eſt iuris, & facti, ſecundum quod per ſe conſideratur, vel deducitur ad exercitium: vt declarat ante ipſos notabiliter Bart. in l. 1. C. de
31 forma. † Sed aduerte, quòd ex iſta diſtinctione videtur colligi vnum, quod ex quo hic dicitur, quòd actio eſt ius perſequendi, &c. quod hic diffiniatur actio, prout deducitur ad exercitium facti, quod tamen eſt falſum: quia diffinitio non debet poni de ijs, quæ in actu, & exercitio hominis conſiderantur, ſed ſecundum effectum iuris, vt tradit notabiliter Bar. in rub. ff. de acqui. hæred. & ideo poteſt dici, quòd hic actio diffiniatur, prout eſt ius aptum natum ad perſequendum: ipſa tamẽ habilitas perſecutionis non eſt perſecutio, arg. ca. paſtoralis. de reſcrip. Vnum tamen ob. quia iſta qualitas iuris perſequẽdi hic definitur per gerundium. Gerundia autem ſignificant factum, non ſubſtantiam, vt dicit glo. & omnes ſuprà in rub. Reſponde, quòd hic ſignificant factum deducibile ſecundum mentem iuris. l. j. §. j. ff. quæ in frau. cred. & dixi ſuprà in rubr. qđ eſt notãdũ. Colligitur ſecũdò ex iſta gl. ꝙ actio eſt ius quo pſequimur: oblatio verò eſt ius ꝑꝑ qđ pſequimur. pro iſta opi. gl. vltra doct. facit doct. Bar. in l. 3. ff. de bo. poſ. vbi diffinit bo. poſ. qđ eſt ius perſequẽdi, &c. ſicut actio eſt ius perſequẽdi. & dicit, qđ eſt ius quo, non ꝑꝑ quod, vt ibi dicebat glo. Sed tñ illud dictum Bar. licèt quo ad tres terminos actionis ſit verum, non tamen procedat quoad bonor. poſſ. propter quam datur poſſeſſoria hæreditatis petitio. Iſta autem actio, quæ pro bon. poſſ. datur, bene dicitur ius, quo, vt hic dicit etiam glo. ſed bonor. poſſ. dicitur ius propter quod, & ita ipſe idem Barto. ſibi contrarius declarauit in l. j. nu. 6. C. qui admit. & hæc eſt communis opi. licèt nouiſsimi ibi aliud ſentiant, vbi aliquando di
32 xi. Tertia ſit concluſio. † quòd actiones origine ſunt de iure ciuili. patet hic, dum dicit glo. quod iſtud verbum, ius, in tex. noſtro capitur pro ciuili, vel prætorio, non iure naturali, neq; gentium: & ſic per hoc videtur velle, ꝙ actio ſit ius ciuile, non gentium. Habes ergo hic notare, ꝙ actiones ſunt de iure ciuili. Circa iſtam quæſtionem plura dicuntur hic per ſcriben. & per Moder. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & ibi Bar. dicit, ꝙ eſt vtilis indagatiò huius quæſt. propter deportatos, & bannitos, quibus interdicuntur actus iuris ciuilis, non autem iuris gent. l. quidam. ff. de poe. nam ex iſta inueſtigatione etiã conſtabit an eis interdicatur actio nec ne. Secũda eſt vtilitas, quã ponit Alex. in l. cum hæredes. in princ. verſi. & infert. ff. de acqui. poſſeſſ. quia ea, quæ ſunt de iure ciuili, poſſunt tolli a principe, ſecus quæ ſunt iuris gen. §. ſed naturalia. ſuprà de iur. natur. ſed conſtat actiones poſſe tolli a principe, igitur erũnt de iure ciuili. Et quia ſuper hoc articulo plura ſcripta de ſcriptis facta ſunt: nam Ang. hic, & Iaſ. nihil penitus addunt ad ea, quę hic prius dixit Io. Fab. ſed mutatis verbis longiùs euagantur. Et ideo ego magis neceſſaria colligens ſuper hac quæſt. dicã, qđ ſentiam. In primis igitur ſciatis, quòd cõis opi. eſt iſta, ꝙ actiones ſunt de iure ciuili, vt tradit Alex. in le. j. §. ſublata. nu. 2. ff. ad Trebel. & in l. 3. §. ſi is, pro quo, in 3. not. num. 5. ff. quod quiſq; iur. & tenet gl. j. in §. itẽ ſi in iudicio. j. de exce. & hanc dicit eſſe cõem Fely. in c. quæ in eccleſiarũ, de cõſti. poſt And. Sicu. & alios. & eã ſequitur Bal. Nouel. ĩ tract. de dote. in 3. parte. & And. Sicu. in rubr. de except. in cle. & in tract. de præſtan. Card. in j. q. j. partis, in prin. ver. & ideo tenet, gl. ſi. in l. actionũ genera. ff. de act. & obl. & Ange. in conſi. 202. inci. in q. Ioan. & per conſequens deportatis interdictis ab actibus iuris ciuilis non cõpetũt. Iſta cõis opi. fundatur ex quinq; iuribus hic adductis per Iaſ. & duabus rationibus, quarum vnam putat Iaſ. concludentiſsimã. Sed ad oĩa illa iura, q̃ adducuntur pro iſta parte, & ad text. &. in l. ſi ſorte. §. ſciendum. ff. ſi ſer. ven. poſſet nouiter vnica ſolutione rñderi: nã cũ illa iura vtantur iſto verbo, ciuili actione, vel ſimili, illa verba, & ſimilia non inferunt de neceſsitate, ꝙ actio non ſit de iure gen. nã poſſunt iſta eſſe ſimul, quòd actiones ſunt de iure gen. & qđ ius ciuile reſpectu executionis earũ, vel approbationis dicat eas eſſe de iure ciuili, vt patet in l. incõmodato. §. ſicut, iuncta l. j. ff. commo. & qđ ibi dicit gl. & hoc idẽ dicit gl. quæ cõiter approbatur: & hoc modo rñdendi vtitur in §. ſed iſtæ. in gl. j. j. eo. patet etiã, nam
33 † matrimonium eſt de iure naturali. Inſti. de iure natu. in prin. & tñ, quia ius ciuile approbauit, & ampliauit eius formã, dicitur eſſe de iure ciuili, arg. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iu. & Inſti. de nupt. per totum. & idẽ de appellatione, & alijs pluribus eſt dicendũ, quæ cũ verè ſint de iure gen. ius ciuile a ſuo noĩe aliquando denominat, ſed non propterea inferri põt, neq; negari, quin dici poſsint eẽ origine de iure gen. arg. §. octauò. s. de bon. poſſ. iuncta l. j. ff. vt ex legibus. & facit gl. in l. 2. ff. de fideicom. hæred. pet. q̃ dicit, ꝙ licèt actiones ex empto, & ſimiles cõcedantur a prætore, non tamen deſinunt eſſe ciuiles, vt declarat Ang. in conſi. 202. incip. in q. Ita eſt hic: nam licèt actiones ſint approbatæ de iure ciuili, non tñ deſinunt eſſe de iure gẽ. licet ius ciuile vtatur iſto modo loquẽdi, & dicat eas ciuiles: faciunt pro hoc ea, q̃ inter alia dicit Iaſ. in repe. l. admonẽdi. nu. 10. ff. de iureiu. vbi dicit, quòd licèt conſtitutiones principum confirment ius prætorium, vtputà circa reſtitutionem in integrum, beneficium abſtinendi nihilominus remanebit prætorium, & dicatur etiam in prætorium, patet in lege prima. C. ſi vt ſe ab hæredit. abſtinen. iuncto §. ſed his, ſuprà de hæreditate qualit. & differen. vnde actus debet adſcribi primæ cauſæ originali. leg. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. vbi Bartol. ff. de legatis ſecundo. & lege prima, vbi Bald. not. ff. de origin. iur. Adducitur ſecundo principaliter una ratio. Nam dicitur hic in textus noſtro, quòd actio eſt ius perſequendi
34 in iudicio. † Iudicia ſunt de iure ciuili, vt eſt gloſſa ſuprà de obligatio. in principio. in verſiculo neceſsitate. Adde Paulus de Caſtro in lege, minor. in fin. princip. ff. de procurator. ergo actiones ſunt de iure ciuili. Sed iſta ratio abſque eo, quòd non concludit, eſt falſa: nam non valet hæc conſequentia, Actiones proponuntur in iudicio, ergo ſicut iudicium eſt de iure ciuili, & ita actiones. nam iſta inter ſe nihil commune habet, & iſta conſequentia eſt a remotis: & ideo non infert argumẽ. l. Papinianus. ff. de mino. l. ad probationem. C. de probat. hoc probatur ex dictis eiuſdem Iaſ. ſuprà in princip. nu. 18. dum vult, poſt alios, quòd non eſt inconueniens, quòd producens, & productum ſint varia origine. patet vltra ipſum exemplo naturali, quia videmus quod gallina nigra facit oua alba. Philoſophi plura exempla ponunt, vt in Leone, Pardo, & Mulo, in quibus effectus a cauſa variatur, & hoc regulare eſt in cauſis æquiuocis. Probatur vlteriùs: nam videmus, quòd contractus emphyteuticus eſt contractus nominatus: quia habet elegans nomen gloſſ. in l. j. C. de iure emphyteu. vbi Barto. & Bal. quos ſequitur ibi Iaſ. nume. 69. & idem Bartol. in l. vnica. ff. de condi. ex leg. Et tamen ex eo producitur actio innominata, quod dicit eſſe mirabile Angel. in §. emphyteuſis, in Authentica de non alienan. Et hoc idem videmus in mutuo, qui

 eſt con-

est contractus nominatus, & tamen ex eo nascitur certi con-
dictio specialis, & generalis, quæ sunt innominatæ vt dixi
in l.certi condictio.in prin.ff.si cert.petat. Si igitur in ijs, quæ
se habent vt producens,& productum, diuersi effectus oriun
tur quantum ad originem:à fortiori est dicendum in casu isto
nam licet actiones persequantur in iudicio, non tamen sortiũ
tur naturam iudicij,sed sunt diuersæ à iudicio.nam si ego ver
sor,& distinguo per vitã in domo tua, propterea non sum de
genere tuo,probatur in simili per tex.in cap.quantò.de iudic.
35 vbi † ius patronatus debet in iudicio ecclesiastico proponi,
& tamen propterea spirituale merum non dicitur: idem pro-
batur in cap.tuam,de ordin. cogn: & præsupposito assumpto
vero ex alio,arg.Ias.& glo.est falsum, videlicet, quòd iudicia
sint de iure ciuili:quia antequàm ius ciuile esset conditum, iã
iudicia erant orta: patet in c.per uenerabilem.§.rationibus.ex-
tra qui fil.sint legi.ibi,Si apud te udicium ambiguum esse per
spexeris,venies ad sacerdotes Leutici generis,& ad iudicem,
qui fuerit illo tempore, &c. quæ verba ponuntur originaliter
Deutero.18.cap.patet etiam in c.nouit. extra de iudi.ibi,scri-
ptum est in l.diuina ita iudicabis magnum sicut paruũ, vt nõ
sit apud te acceptio personarum,&c.Ex quibus patet,quòd iu
dicia nõ sunt de iure ciuili,sed de iure diuino, qđ tenet expres
sè Specul.in procem.sui operis,versi. sanè placitandi. & sequi
tur Ang.de Are.in rub.infrà de excep. versi.veniamus ad secũ
dum,& videtur tenere Bart.in l.Iulianus.ff.de cond.indeb.Po
pulus enim Israel iudicibus regebatur, vt patet in toto Leuiti
co,& Deute.& lib.Iudicum.ergo falsa est illa glo.quæ ad hæc
solet communiter allegari, quando iudicia sunt de iure ciui.
& per consequens arg. ex ea. Tertiò pro ista parte adducitur
tex.in l.2.§.deinde ex his. ff. de orig.iur. ibi,ex his legibus eo-
dem tempore actiones compositæ sunt, ergò sunt de iure ciui
li.l.lege obuenire.ff.de verb.sign.Et iste est melior tex. qui alle
gatur pro communi.Sed tamen ad illum respondetur, quia fa
teor,quòd approbatione actio dicatur de iure ciuili, quemad
modum & matrimonium,vt dicit gl.in §.j. suprà de iure nat.
Origine tamen dicitur de iure gentium, vt colligitur ex dictis
Abb.in repe.c.per veras.versi.nec ob.de arbi.quẽ sequitur Fe-
lin.in cap.ad audientiam.el 2.de rescr.Et hoc vltra ipsos pro-
batur per d.l.2.dum dicit,compositę sunt,quod verbum deno
tat materiam præexistentem præcessisse, vt est gl. in procem.
Digestorum in prin.in verbo,compositam.in §.omnes.in prin
cip.Istit.in verbo,compositis.& in l.2.in prin.in verbo,nõ q.a.
ff.de orig.iur.quæ quidem præexistens materia erat de iure gẽ
36 tium a qua tanquam † a vetustiori, & digniori fieri debet de-
nominatio.l.decernimus.C.de episc.& cler.§.fi. infra de iure
natu.Nec obst.si dicas, quod ibi ponitur dictio,ex,quæ signifi
cat causam immediatam,l.j.§.ex incendio.& ibi Bart.ff.de in
cen.rui.nauf.& sic ex eo iure actiones compositæ sunt, id est,
ius ciuile fuit causa immediata.Respon.quod verum est,quod
ius ciuile fuit causa, & artifex immediatus ad componendas
actiones ex materia tamen iuris gen. vt diximus suprà de ma
trimonio idem etiam videmus de testamento. nam testamẽta
sunt iuris gen.gl.in l.quotiens.in prin.ff.de hære. insti. quæ lo-
quitur de testamento Isaac,qui instituit filium suum Iacob, &
idem tenet Bar.in l.interdum.ff.de condi.indeb. & tamen vi-
demus,quòd ius ciuile dedit formam, vt in l. hac consultissi-
ma.C.de testa.& redegit illam rudem,& informem antiquo-
rum obseruationem in alium modum, siue formam: propter
hoc tamen non negantur testamẽta origine fuisse de iure gẽt.
licèt possint etiam dici de iure ciuili vt latiss. probat Marcus
Anto.Bauerij Bononien.Insti.de testa.in prin. vbi plura alleg.
ad illud de dictione,ex.Posset responderi,quòd dictio,ex,po-
sita in d.l.2.non semper causam immediatã importet, vt dicit
Barto.in l.prætor ait.§.quod de fructibus.in fi.ff.de bon.auth.
iud.poss.& in l.cum filius.§.hæres meus.de lega.2. & in l.non
dubium.C.de legi.Et ex istis manifestè ostenditur,quòd com-
munis opi.non potest sustineri.Quid tenendum?Mihi videtur
quòd opi.contra communem sit verior:quia melioribus,& fir
mioribus innititur fundamentis. Et ex his quinque precipuè
argumenta solidè fundantur, ad quæ non est hactenus legiti-
mè responsum.Adducitur igitur primò text.opti.in l.rerum a-
motarum.ff.rer.amota.ibi natura iure gent. condici puto. &
tamen in leg.sequen.illa condictio dicitur,quòd est actio.Re-
spondet ibi Bart.dupliciter, primò,quòd ibi text.loquitur de
ea condictione,quæ olim manu regia expediebatur.Sed tamẽ
hæc sol.non solum est diuinatiua, sed etiam contra illum text.
qui appellat illam cõdictionem,actionem rerum amotarũ. &
si ille tex.non diceret,apparet manifestè,quia condictio est a-
ctio personalis,vt tradit Ias.in l.certi condictio.in princip.ff.si
cer.pe.& in §.sic itaque.infra eo.& minus regia expediebatur
eo tempore,quo actiones nondum fuerant compositæ, ut di-
cit idem Bar.in l.frater à fratre,ff.de condict. indeb. sequũtur
nouiss.Papien.in rubr.ff.de verbo.obliga.& maxime cum tem
pore Martiani conditoris illius legis, tam illã exactio manu
regia abolita erat,& modus agendi inductus:nam Martianus
auctor illius legis fuit tempore Alexand.Imperatoris,& duos
publicorum iudiciorum libros,& alia reliquit, vt à probatissi
mis habetur auctoribus,quod ex alio probatur solutionẽ Bar.
non esse veram: nam tempore iuris gent. quo contractus fie-
bant,ex quibus obligationes nascebantur, creditores conse-
quebantur debitum manu regia,ut dicit Barto.in d. l. frater à
fratre.& in l.Iulianus.ff.de condict.indeb. & ubi illa absoluta
potestis regiæ manus exercebatur,non erant actiones, vbi di-
cit etiam Barto.in l.rerum quidem.ff.rer.amo.sed in d.l. rerũ.
dabatur marito condictio,& sic actio: ergo cessabat illud re-
medium manus regiæ:& sic Bartol.non bene dicit,Præterea si
hoc eẽt verum,deberet prius inspici,an illa manus regia erat
37 officium iudicis,aut actio: nam † omne debitum de iure ciui
li non,nisi per has duas vias,consequimur.officium iudicis nõ
erat:quia non potest interponi ad priuatam vtilitatem. l. 4. §.
hoc autem iudicium.ff.de dam. infect. sed imploratur in locũ
deficientis actionis,vt dicit Barto.in leg.j.ff.de iurisd. om. iu-
dic.sed manus regia interponebatur ad priuatam vtilitatẽ, &
propria auctoritate Tartaros,& Venetos,secundum Bartol. in
d.leg.rerum quidem.igitur,&c.Item quia officiũ iudicis nul-
lam præsupponit obligationem, vul.l.qui per collusionem. §.
fin.ff.de act.empt.l.Quintus.ff.de emp.leg.Quintus.ff. de ann.
leg.sed ille,qui petebat a debitore suo centum ex obligatione
puta emptionis,vel alterius contractus, dicebat debitorem si
bi obnoxium.quod probare tenebatur eo iure, vt patet Ioan.
8.cap.vt patet in cap.licet vniuersis.extra de testi. qui loquitur
de iure diuino, quo longè antè ita obseruabatur: quia alias
non condemnabatur aliquis sine probatione, ut patet ꝑ Au-
lum Gellium.13.lib.Noctium Atticarum.cap.2.de quo memi
nit Lancio.Deci.& Ias.in leg.qui accusare.C.de eden. ergo il-
la petitio facta illo tempore quæ præsupponebat aliquẽ obli-
gatum erat officium iudicis(vt dixi)nullam pręsupponat obli
gationem. si non erat officium iudicis, necessario erat actio,
cùm sine actione nemo experitur.l.si pupilli.§. uideamus. de
neg.gest.& sic responsio Bartol.non est vera quo ad propositũ
nostrum:dictum tamen in se verum est, quod olim manu re-
gia ciuitates regebantur:sed illud intelligo, quo ad executio-
nem iustitiæ.patet, quia etiam hodie talis manus regia nõ est
sublata vt dicit not.Anto.de But.in capit. quæ in ecclesiarum.
de constit.quod dictum pro valde not. commendat Socin. in
rnbric.ff.si certum petat. Secus uerò quoad petitionem illius
quod debebatur ex aliqua obligatione: quia tunc bene pro-
ponebatur in iudicio petitio debiti: quia petebam Titium,
vel Sempronium condemnari. Et licet non cum illa solenni-
tate, qua hodie prosequimur: illa tamen informis petitio
pro actione habebatur. & istud credo verissimum quicquid
dicant Bartol. & sequaces: & isto modo conseruatur regula,
38 quæ habet, quòd † causatum sapiat naturam causæ.§.præ-
dictis.in Auth.vt lic.matri,& auiæ. & sic oblatio quæ est de iu
re gen.pariet actiones.& sic filias sibi similes natura,& origi-
ne:nam naturalissimum quippe est generare vnum tale, qua-
le est, vt dicit Aristo. in 2. de Anima. & est bon. text. & ibi
gloss.in leg. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. e-
dict. & alibi dicit gloss. quod pater prudens prudentem,
& nobilis nobilem generat,gloss. in leg. nullus. C. de decu.
libr. decimo, imò mirabilius voluit gloss. in leg. final.in ver-
sic.consequentia. C. de natu.lib. quòd filius spurius spurium
generat, & sic simile producit suum simile: sed obligatio
parit actionẽ,vt oẽs dicũt,l.licet.§.ea obligatio.ff.de ꝑc. ergo
dẽt parere similẽ, vt quemadmodũ obligationes sunt de iure
gen.ita & actiones ab eis ꝑductæ. Et pro hoc dico eẽ casum,
quem

quē ibi not.Bal. in l.eas. ff.de cap.dimi. vbi ex quo contractus
dotis eſt iuris gent.eodem modo & actio ab eo producta di-
citur iuris gent. pro quo etiam facit text. in l.cum amplius. §.
is natura.ff.de reg.iur. Secunda eſt ſol.Bar.quod ibi intelliga-
tur de iure gen.addita tamen actione de iure ciuili.ſed tamen
hæc etiam ſolutio eſt diuinatiua, vt fatetur etiam Iaſo. Vnde
mihi videtur,quòd ille tex. probet aliter non faciendo vim in
illa dictione,condici,vt debeat exponi pro actione, vt volunt
doct.hic,ſed potiùs pro exercitio actionis:& ſic erit ſenſus, ꝙ
quando vxor ſubtraxit marito aliquas res de iure gentium cõ
dici poterat actione rerum amotarum.& ſic actio ibi & condi
ctio ponuntur vt diuerſa:quia cõdictio ponitur pro exercitio
actionis,quod conſiſtit in facto:actio uerò eſt ius:& ius, & fa-
ctum ſunt diuerſa,vt in rub.de iuris,& facti ign.& dico ſuprà
in glo.verius tamen uidetur quod ſuperius dixi. Secundò,pro
iſta parte adducit tex.in l.ſi mandauero tibi.§.is cuius.ff.man
da.vbi deportatus retinet actiones,cui denegãtur ea,quæ ſunt
iuris ciuilis l.quidã.ff.de pœnis.ergo actio eſt de iure gentiũ.
Reſpondet ad iſtum tex.Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.ꝙ
actiones ibi deportato competũt non principaliter, ſed in cõ
39 ſequentiam contractus per eum celebrati, quo caſu † multa ĩ
conſequentiam conceduntur, quæ principaliter prohibentur
l.j.in prin.ff.de auct.tut.ſed actiones principaliter ſunt de iure
ciuili:ergo deportato principaliter nõ competunt. Sed hęc ra
tio non eſt vera:quia ibi principaliter datur actio.& iſta reſpõ
ſio eſt contra illud,quod ipſemet Bar.tenet in d.l. ex hoc iure.
dum dicit,quòd vtilitas iſtius inueſtigationis,an actio ſit de iu
re gen.vel ciuili,eſt in hoc: quia ſi ſunt de iure ciuili deporta-
tis negantur.Si verò fuerint de iure gen.conceduntur,& attẽ-
ta iſta ratione Bar.diceremus,quod ex omni cõtractu deporta
ti poſsint agere,cũ actio in quocunque cõtractu veniat in con
ſequentiã:quod eſt falſum,vt ꝓbatio, & cõtra ipſum eundem
Bart.in d.l.ex hoc iure.qui tenet,quod non poſsint agere. vn-
de tanquã doctina doctoris contrarij non eſt tenenda, vt di-
cit Abb.de Inno.in cap.extirpandæ.§.quia verò.de præben. &
præſertim quòd illa regula,ꝙ multa in conſequẽtiam,&c.nõ
ſemper eſt vera,vt patet in l.pupillus.§. ſed ſi per interpoſitã.
ff.de aucto.tuto.& in l.qui ſaccum.ff.de fur.& in l.non debet.
ff.de cõtrahen.empt.& ĩ l.quia proinde.ff.ad Trebel.vt tradit
idẽ Bar.in l.ſingularia ĩ 3.col.ff.ſi cer.pet.Tñ eſto,qđ neq; Bar.
ſibi aduerſetur,& qđ regula ſua de plano procedat. Ex alio il
la ſolutio,ſiue intellectus ad illum tex.non poteſt ſtare,qa ego
40 habeo,ꝙ † excõicatus æquiparatur deportato,gl.in §.minor.
Inſti.de capi.demi.& gl.in c.paſtoralis.de appel.tenet Bart. in
l.ex facto.§. ſi quis rogatus.el 2.ff.ad Treb.& in l.cùm pater.
§.hæreditatem.de leg.2.& tamen licèt excommunicatus poſ-
ſit contrahere,quemadmodũ deportatus, eo quia contractus
ſunt de iure gentium,quæ deportatis,& per conſequens excõ
municatis non denegantur.d.l.quidam.& tenet Abb.in c.veri
tatis.nu.35.per totum.de dolo & contu. per text.in d.l.quidã.
& Feli.poſt Abb.in c.ſi uerè.de ſent.excom. tamen excommu
nicati non poſſunt agere ex eo contractu,pendente excommu
nicatione,nec principaliter,neq; in conſequentiam, vt in c.in-
telleximus.de iudi.& ibi latè Mod. ergo eadem ratione neque
deportatus debet poſſe agere,neque principaliter,neq; in cõ-
ſequentiam.Ratio eſt,ne ſit melioris conditionis delinquens,
quàm bonus,arg.cap.eum qui,de præbend.in 6. & l.ſeruus.ff.
quod vi aut clàm.quæ ratio militat in deportato: quia æquipa
ratorum eadem debet eſſe ratio,& cõditio.l.j.§. lex Falcidia.
ff. ad leg.Falci.cum ſimi.& tamen,attẽta opi.Bar.ex quo actio
venit in conſequentiam,eſſet dicendũ cõtrarium: quod eſt fal
ſum ſpeciali ratione,vt crimina puniantur: alius ergo eſt ſen-
ſus illius tex.Dico igitur,qđ tex.in d.l.ſi mãdauero tibi.§.in cu
ius.malè allegatur per Bar.& alios,ꝙ ibi deportato competat
actio etiam ſi ſit de iure gentium: quia tex. ibi non loquitur in
deportato,ſed in eo cuius bona publicata ſunt,quo caſu nõ ſe
quitur Bona alicuius publicata ſunt,ergo eſt deportatus,quia
poſſunt iſta ſimul eſſe, quod alicuius bona publicentur & qđ
ſtatus ſuæ perſonæ maneat ſaluus, & illæſus. caſus eſt de hoc
ſingularis quem ibi no.Bart.in l.certa forma.C.de iure fiſc.lib.
10.facit tex.in l.Caius ff. ad Sillani. Nec ob. ſi dicas quod opi.
Bar.poſſet ſuſtineri per tex.in l.ſi victum. quem ibi dicit ſingu
larem Alex.ff.de re iud.vbi condemnato datur actio: quia,di-
co,quod illud ideo eſt,quia denegantur alimenta:quo caſu re
ſpectu alimentorũ,bene daĩ actio vt ibi dicit Alex.alia iura ad
ducens: & vltra ipſos facit bene tex.in l.ſeruos. ff. de aliment.
& cib.leg.quem etiam ad hoc ponderat Lancilotus Decius in
l.j.poſt glo.C.qui admit. qđ igitur fauore alimentorũ receptũ
eſt,nõ eſt trahendũ ad ius cõe. ꝓut eſt caſus ſingularis in l.cũ
ratio.ff.de bo.dam.iuncta l.quiſquis.C.ad leg.Iul. maie. & ſic
apparet quod ille tex.nihil probat.Ex his igitur opi. cõtra cõ-
munẽ accedẽtibus alijs fundamentis, quæ hic referũtur ad q̃
nõ bene eſt rñſum,manet defenſata:pro qua vltra p̃dicta acce
dant duo fundamẽta.Primũ eſt,quia videmus,ꝙ actiones dã-
41 tur ad illud quod eſt meũ,vel tuũ.§.j.infrà eo.ſed † meum,&
tuũ,ſunt de iure gentiũ.§.ex hoc iure. ſuprà de iure naturali.
igitur & actiones ſunt de iure gent.Sed hoc argu.poſſet retor-
queri per c.quo iure.8.diſt.Item quia non concludit ex eo,qa
aliquo tempore potuit eſſe meũ,& tuũ,quo non erat actio,vt
dũ oĩa manu regia adminiſtrabantur.Et aliquo etiam tempo
re datur actio ad nõ meũ,neq; tuũ,vt de depoſitario ad repe-
tendũ rẽ ſibi ab alio depoſitã.Scđò pro iſta opi.cõtra cõem fa
cit,quia qñ mediũ participat de vtroque extremo, ſortitur na
turã potentioris.l.quæritur.ff.de ſta.hom.not. Dyn. in regula,
qui tacet.de reg.iur.lib.6.& Bal.plene in c.j.de ſucceſ. feu.ſed
ius gentium dicitur eſſe potentius ipſo iure ciuili.§. ſed natu-
ralia.ſupra de iure nat.Itẽ dr̃ eẽ dignius, vt patet ex ordine ru
bricæ.Inſti.de iure nat.gentiu,& ciuili:ergo actio participans
de vtroque dr̃ ſortiri naturã potentioris,vt latè Iaſ.hanc regu-
lã probat in l.imperiũ.per illum tex.ff.de iuriſd.om.iud.Ita de
actione eſt dicendũ,quod licet participet de iure ciuili,atten-
to ẽt quod participat de iure gentiũ, quod debeat ab eo deno
minari.Sed ad hoc etiam reſponderi põt, quod illa regula po
ſita in d.l. quæritur.non procedit vbi datur diuerſa ratio con-
Sed aduerte,quòd iſta ratio Iaſ.eſt nimium generalis,& nõ cõcludit neceſſariò,reſpectu caſus de quo agitur,cum in multis differant iudex, & arbiter, non ſolum in his, quæ fiunt in principio iudicij ſed etiam in medio,& fine, ut deducit Aret. hic,in uer.differunt.in pluribus.& hoc idem prius tradit Lanfran.de Oriano in tract.de arb.q.35. & Bar.in l.licet.§.ſed & ſi filius.num.5.uer.ſed contra hoc oppo.ff.de pecu. & poſſet hic unus eſſe caſus in quo differrent, cum propoſitio actionis in principio iudicii fiat,ut in l.edicta.C.de eden.§.in fine, de pœna teme.litig.Vnde alia ratio uidetur magis efficax, per quam ceſſat difficultas,ut dicamus quod tex.noſter, gl.& doc.hic loquuntur in arbitris iuris, coram quibus in omnibus procedẽdũ eſt,ut coram iudicibus.quia parum differunt in effectu: qa iſti uocantur delegati, ut habetur in capitulo ab arbitrio, de officio deleg.libro ſexto.& tradit Corneus in conſilio 54. uidetur prima facie dicendum. in 2. uolumine. & habetur in l.fin. & ibi declarat Iaſon. C. de iudicis, & prius Felinus in capitulo finali, de ſententia & re iudicata, & idem Corn. in conſilio 178.incipiente,viſa in 3.libro. & Socinus in conſilio 27.incipiente,pro deciſione &c.in j.vol. Quod vlterius ratione ſuadetur:nam ſi iſte tex.loqueretur de arbitris compromiſſarijs,vt voluit gl.hic ſecundum quam ita intellexit Iaſon iſtum tex.dum allegat l.j.ff.de arbitr.quam prius allegat glo. hoc non poſſet ſtare,nam cum arbitria, & iudicia in initio iudicij differant:& ſic tempore ipſius litis conteſta. quæ per libelli porrectionem,ſiue actionis propoſitionem & reſponſionem rei fit,vt in cap.j.de lit.cõteſta. iuncta l. edita.C de eden. vt declarat Lanfran.loco ſuperius alleg. & Aret.hic,nec reus cogatur coram arbitrio reſpondere petitioni actoris, per quã lis conteſtatur,per conſequens ſequitur,quòd inanis erit talis propoſitio actionis coram arbitro, cùm perſequi non poſsit, niſi reo conſentiente, vt l.3.§.tametſi.ff.de arbit.& tradit Corneus,conſ.76. incipien.licet in hac.j.libro.quod ſecus eſt corã iudice,vt in l.inter ſtipulantem.§.j.in prin.de uerborum obli. & l.quoties.ff.de noxa cum ſi.vt per And.Sic.in c. præterea.de offi.deleg.declarando vt per Feli. in c.cùm olim. in princ. de teſt.Et hoc idem in arbitrio iuris procedit, qui iudex dicitur vt in l.ſi.C.de iudi.vt igitur talis æquiparatio tex.noſtri cum effectu fiat,eſt neceſſario dicendum, quod loquatur in arbitris iuris quibus ſupradicta ceſſent,& res de plano procedit. Sed tenendo intellectum Iaſon.quòd iſte text.loquatur de arbitro compromiſſario.ad iſta poſſet reſponderi, quòd non eſt verũ quod loquitur iſte §.de arbitro iuris ex quo ſimpliciter ex arbitro loquitur, & hoc verbum ſimpliciter prolatum comprehendit propriè arbitrum compromiſſarium,vt cõcludit Abb. & Moder.in c.vno delegato.per illum tex.ex.de off. dele. & l. duo ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.Neque ob.quod coram arbitro reus non cogitur litem conteſtari:quia hoc eſt falſum:nam licèt ipſum compromittere voluntarium ſit reſpectu perſonæ,facta tamen perſonarum electione eſt neceſſaria perſequutio ſicut coram iudice,vt concludit Bar.in rub. C.de pact.& d.Auth.in rub.extra de iud.& ibi nouiſsimi Papien.facit l.cum antea.C.de arb.& iſto modo bene procedit regula, l.j.ff.de arb.quod arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum etiam in principio iudicij,vt tradit Georgi.Natan in repe.cle. ſæpe.§.& quia.de verbo.ſig.& ſic per iſta defenditur hic Are. & Iaſon.quorum opi. eſt communis.Limitatur iſta concluſio non procedere in arbitratore, vt hic dicit Iaſ.quia coram eo actio proponenda non eſt, neque proceditur ordine iudiciario,vt hic per eum,& tenet Inno.in c.Quintauallis.de iureiur. & Bald.in l.fin.in 3.q.verſic.item quia coram.C. de cõtrahen. emp.& Raph.in conſi.31.poſt princ. & conſilio 7. & Corneus in conſi.113.uiſa petitione.in 3.libro.cum ſimilibus.& hoc ratione ſuadetur ſecundum Iaſon.quia arbitramentum eſt quædam tranſactio,vt tenet Bar.in l.ſi quis cum aliter. ff.de verbo. oblig.cum allegatis hic per eum, & vltra ipſum hoc prius tradit Alex.in conſilio 82.in cauſa vertente in ſi.j.volumi.& idem latius in conſilio 119.titulus queſtionis.in 2.col. verſiculo. ſed præmiſsis.ſecundo vol.& tenent in conſilio 54. in ſecundo libro.& Socinus in conſilio,224.incip.præſens conſultatio.col. j.verſic. confirmatur.in j.vol.& in conſ.182.in præſenti conſultatione in j.colum.libro.2.& tenet Lanfran. in tract.de arb.in princ.& Alex.in l.ſciendum, in 5.col.ff.de verb.oblig.& finaliter omnes inter alia principaliter mouentur per gl.in §.ſi verò.el 2.in ver.conuentus.in Auth.vt differentia iudic. & tenet idem Iaſ.in l.cum te,in princ.C.de tranſact.& Bar. in l.licet.§. ſi ſeruus.ff.de pec. hoc tamen eſt uerum largo modo,propriè autem non eſt tranſactio ut dicit hic Iaſ. & vltra adducta per hoc idem tenet Car.in conſilio 82.& Ioan. de Ana. in conſil.l. inci.in quæſtione.Fulgoſius conſil.73. & conſ.127.& cõſ.155. Vnde,in ſtatuto loquente de tranſactione arbitramentum nõ comprehenderetur, ut hic tenet Iaſ.& idem Iaſ.dicit hanc eſſe communem opi.in l.quod ſi Epheſi.§.fin. ff. quod cer.lo. & eandẽ firmat idem Iaſ.in l.tranſactionis nu.6. C.de tranſactioni.poſt Pau.de Caſt.ibi & idem Iaſ.in Auth. ſi uerò in fin.C.de iud.poſt Bald.in c.ſi.pro debilitate.de off.deleg. pro quo facit tex.in c.ſuper eo.& c.ſtatuimus, extra de tranſact.& hoc not. declarat Ant. de Burgos Hiſpanus ætatis noſtræ doctor egregius in c.cum cauſa de emp.& uen. per. plura ibi allegata per eum.Sed tamen aduertendum eſt,nam ex quo in arbitramento aliquid datur vel retinetur,propriè tranſactio videtur.l. j.ff. de tranſact.& ita contra Bar.& alios quos hic deducit Iaſ. tenet Pau.de Caſt.in conſi.24.incip. præſuppoſito ſine præiudicio.in primo uol. & hoc ſatis patet, nam arguitur de tranſactione ad compromiſſum,ut per Bar.in l.poſt rem iudicatam ff.de tranſa.& Alex.in conſi.35.incip.opportunè. lib.2.& ecõtra de compromiſſo ad tranſactionem, ut tradit idem Alex.in conſi.40.circa primum lib.5.ergo uidetur quod propriè tranſactio ſit & ſic ſtatuto comprehendatur, facit pro hoc quæ in no.quæſtione congerit Ro.in l.2.de re iudi.& reaſſumit Georgius Natan in repe.cle.ſæpe in prin.ubi nullã facit in hoc differentiam inter arbitrum,& arbitratorem. non tamen recedẽdum eſt communi quam ſingulariter, ultra alios, limita non procedere,quando arbitramentum eſſet à partibus ratificatũ: nam tunc propriè diceretur tranſactio; ſecus autem ante ratihabitionem.& ita procedit, & concordatur communis opi. ita no.declarat Io.Baptiſta de ſancto Seuerino in tract.de tranſa.n

sa.in 3.q.in fi.qui per hoc alle. Pet.de Anch. idem tenuisse in disputatione sua inci.cum.C.iaicus.quem etiam refert,& sequitur inter alia Soci.in consil.85.viso. compromisso in prin. primo li.sequitur etiam Deci.consi. 60. in prima parte & isto modo bene verificatur opi. Rom. in d.l.2. simul quod declarat prædictus Georg.in d.clemen.sæpe. † No. secundo ex isto text.secundũ Ias.post alios hic,quod arg.à sufficienti partium enumeratione valet,& ita communiter ad hoc allegat tex.iste de quo latiùs per eundem Iason. in l.patre furioso. in primo no.ff.de iis,qui sunt sui vel alie.iu.post Bar. & Bald.ibi & vltra ipsos est tex.Insti.de ob.quæ ex quasi contract. in princ & ibi no.Ang.& isto modo arguendi utitur Bar. in l. more in princ. ff.de iurisd.om. iud.dum arguit, quod ille potest delegare, qui habet iurisdictionem à principe, vel lega.sed subdelegatus non habet iurisdictionem à principe, neque à lege, quæ sunt partes enumeratæ in d. l.more,igitur &c. Et idem tradit Soci.in consilio 25.incipien.dominus Franciscus.col.fin.& cõsil.26.ex his,quæ in facto.in princ.& consilio 31.prosequendo ordinem &c.libro primo. Et ad vnum aduertas circa istud argu. à sufficienti partium enumeratione, quod licèt cætera argumenta à disputante reassumi non debeant per uerba formalia, sed sufficit effectum & substantiam argum.referre, vt dicit.do.Abb.in c.relatu.in princ. de cle. non resi.& in c.Abbate.in fi.de uerb.sign. tamen in isto arg. à numeratione partium non sufficit reassumptio in effectu,sed formaliter reassumi debet vt melius decidatur,& ei respondeatur. Ita dicit Albe.post Ia.de Are.in l.cætera. §. item quæri potest.de leg.1.& ratio fortè posset esse, quia istud arg. ab enumeratione partium dicitur arg.à toto,vt dicit Bar. in l.1. ff. de usuf.le.& qui totum dicere vult,nihil debet excludere.l.fi. C.quæ res pign. ob.pos.& c.Romanorum.19.dist.& exemplificat Bar.in d.l.1. & fortè hac de causa uoluit gl.quod istud arg.fallax sit,ut dicit gloss.in l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact. & ideo requiritur,quòd partes rectè enumerentur ut tradit Abb.in c.uenerabilem.per illum tex.nu.8.de electio.& ante ipsum dicit priùs Bal.in tract.de modo arguendi.& Albe.in suo dictio. in uersi. arg.à sufficienti parte etc.et tradit Petrus Gamma.in sua Dialectica iuris sub capite,de argumento a diuisione. nam si disputans omitteret unam partem,est uerisimile, quod rectè nõ intelligat arg.secus tamen est in alijs argumentis, quia potest in eis omitti maior ꝓpositio,ut dicit Bar.l.1.uers.quæro in hac

11 parte.ff.si cer.pet.per illum tex.et in uersi.3.quæro etc. † Not. tertio, quòd ad causandum rei uendicationem duo extrema requiruntur:dominium,vel quasi ex parte agentis:et possessio uel quasi ex parte conuenti,l.in rem et l.officium ff. de rei uendi.et idem tenet Ias. in §.item Seruiana, nu.94.infra eodem. Amplia hoc esse uerum in fortioribus terminis, quod procedat,etiam si ex parte agentis non sit dominium,uel quasi, sed possessio et ex parte rei conuenti non esset possessio. sed tantum nuda detentiatio,quia adhuc daretur rei uendicatio contra detinentem ipsi possessori, & sic in summa datur contra eum, qui habet facultatem restituendi. ita est text.in d.l.officium. circa fin. & tenet Ias. in isto §. numero 120. declarando, ut ibi per eum, & tex.in d.l. officium, pro valde notabili ad hoc commendat Abb. in consilio 109. incipien. tactum.in 2.volum. & ad hoc etiam alleg. Ias.in §. sed istæ, nume. 15.infra eo.

Et si dicatur,quòd actio realis non datur possidenti, vt hic, & in §.æque,infra eo.responde secundum gloss. ibi in uerbo, neget,quam optimè ibi declarat Ias. nu.58.quòd uerum est, quãdo quis possidet naturaliter,& ciuiliter,& detinet.ita procedit ille tex.secùs autem, quado detentatio esset penes reũ sola autem possessio ciuilis, vel naturalis, siue utraque simul sine detentatione esset penes actorem: quia tunc tali possessori bene competit rei uendicatio, & ita procedit d.l.officium. neque isto casu agendo videtur renunciare suæ possessioni, vt notabiliter distinguendo declarat Bar.in l.naturaliter. §.nihil commune.ver.quæro pro declaratione,numero 8.ff.de acqui.

12 poss. † Et ista de plano procedunt in rebus temporalibus: in ecclesiasticis verò ex quo non sunt in dominio alicuius §. in nullus.supra,de re.diuin. puto quod non competeret rei uendicatio,quod uerum est,de directa:vtilis tamen bene competit,vt tradit.Abbas. post Inno. in c.cum uenerabilis.in primo notabili.de reli.domi.& hac ratione etiam incorporalia vendicantur,vt dicit idem Ab.in c.examinata.ver.vnde dico. extrà de iudi.& ante ipsos optimè declarat gloss. in c.cum eccle

13 sia. in verbo quicquid iuris de cau. pos. & proprieta. † Not. quarto,quòd qui tenetur actione reali nullo iure dicitur obligatus.& ita istum tex.ad hoc alle.gl.in l.1.§. fi.in uersi.6.ff.de interdic.& Bar.in l.fin.C.qui.ex cau.ma.quod intellige,vt dixi suprà in princ.istius tituli in gloss.debetur,& ad hoc communiter solet allegari hic text.& ita alleg.Iason supra. in princip. istius titul.nume.4.& in §.item.si quis postulante.numero 36. infra eo.& ita dignoscitur realis actio a personali,ut tradit idẽ Iaso.in rubrica C.de inoff.testa. Aliam differentiam ponit idẽ Ias.in l.certi condictio.in prin.ff.si cer.pet.quia pro actionibus personalibus competit certi cõdictio.secus uerò pro realibus. Ratio est, quia condicere nihil aliud est quàm denuntiare: quia de iure antiquo requirebatur, quòd fieret priùs denunciatio debitori obligato antè, quàm ad iudicium traheretur,

14 & ita secum priùs de debito simul loqueretur. † vnde dicta est condictio, quasi simul dictio acta,quod est simul edictio. Sed in actionibus realibus cùm nullam præsupponunt obligationem, ut hic dicitur,ista denunciatio non requirebatur de necessitate,sed tantum de urbanitate l.debitores,ubi glo.Bar. & alij.C.de pig.l.quidam iberus.ff.de ser. ur. prædi. cum si.ut ibi dicit Iaso.Tu tamen aduerte ultra Ias. quòd licèt in realibus denuntiatio necessariò non requiratur, tamen facta est multum necessaria, & operatur duos notabiles effectus,quos ponit Felin. in c.2.in fi.de accus. quem uideas. Aduerte ulterius, quòd licet realis actio non præsupponat obligationem, dicitur tamen continere fortius ius,quàm contineat actio personalis, patet,quia ius competens actione reali dicit bonum, gl.in l.fideiussor.la 2. §.j. ff. de pigno.in uer. posit.Bar.in l.j.C. quando & quib.quar.pars.li.10.& per hoc alias dicebam ꝙ si creditor cedens dicit,& promisit se habere bonum ius in bonis debitoris, per ista uerba tenebitur de euictione cessionario,à quo res debitoris fuit euicta per anteriorem creditorem: quia per talia verba videtur promittere sibi competere contra illam anteriorem, pro quo facit optime doctri.Bar.in l.j.in fi. princ.ff.ad Macedo. & tradit Decius in consi. 104.& declarat etiam Roma. notabili. 16.incip.solitum est quod not. & istud est primum robur quod habet actio realis. & proptereà dicit tex.in l.plus. ff. de regul. iur. quod plus cautionis in rem est, quàm in personam, & ibi Decius allegat istum tex.& per hoc pluribus similibus comprobat, quod ius reale dicatur firmius & dignius,quàm personale,quod facit ad ea, quæ Alex.& Mo

15 der. tradunt in rub. ff. si cer. pet. † Secundum est,quia actio realis ex quo competit ratione dominij, ut hic dicitur,esset perfectior,quia qui semel est dominus, amplius fieri non potest. §. sic itaque,infra eo.quod secus est in actione personali: quia debitum personaliter adhuc potest deberi alia actione, leg.3.§.ex pluribus.ff.de acqui.possessio. quod est secus in rea li.c.inter dilectos.de fide instrument.& tenet Barb. in capitu

16 lo finali. numero 75. de rescriptis. † Tertio quia actio realis non potest tolli à principe sine causa. Alexand. in rubrica ff.si cert.pet.l.Lucius.ff.de euictio.Felin.in cap. cum omnes. & in c.quæ in ecclesiarum.de consti.Alex.consi.101. & in cõsi.290. in 2.vol.tamen princeps bene posset sine causa tollere personalem, vt ibi dixit Alex. & licèt nihil alleget, tu tamen habes doct.Bar.in l.creditor ff.de solutio. Bar. in tract.de tyrannide. q.7.& latè per Alex.in consi.57.in j.uol.in quibus locis concludunt,quòd debitor iussu principis, uel reipublicæ soluens alteri quàm uerò creditori liberatur ipso iure. intelligas,quando est obligatus personaliter secundum verum intellectum, facit pro hoc,quod scribit Alex.in l.cum hæredes. in princip. ver.& infert.ff.de acquiren.posses. & ibi Moder. Taurinenses.

17 † Quartò,quia uidemus,quod pact.de non petendo tollit naturalem obligationem ipso iure, quod intelligitur hoc procedere, quando debetur actione personali:secus si reali, ut declarat Aret. in §. præterea in gloss. j. Insti. de excep.per text. hic. Quinto vide singularem, & mirabilem doct. Bartol.in l. venditor. ff. de hær. & act. uen.dum ponit differentiam inter rem meam, & mihi debitam: & sic inter actionem personalem, & realem, & aliam decisio. Pau. de Cast. in l.quod re ff. si cer.pe.dum alleg.l.1.§.si rem. ff.depo. Alias differentias ultra præ-

ultra prædicta vide per glo. in c. dispendia in verbo personales de rescrip. lib.6.& alias ponit Ias.in l.ex hoc iure, 5.colū. versi.3.principalis fuit oppo.ff.de iust.&iure.quem videas.

18 † Nota vltimo,quod actio dicitur esse genus ad hoc alleg.istū tex.Bar.in l.si seruus communis Mæuij, & Titij.§.cum seruus ff.de stip.seruo.patet hic quia hoc verbum,actio,diuiditur in suas species, & illud verbum genera hic positum hoc probat s̄m quod videtur intelligere Bart. & ad hoc idem istum text. videtur allegare,glo.suprà in princ.in ver. debetur potest tamen exponi in duo genera.i.in duas species, prout est casus, in l.3.§.genera.de acqui.po.de qua dixi suprà in prin.gl. rubr. & ita etiam exponitur in c.duo sunt genera.12.q.j.vt per Moder.in c.ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. nec est inconueniēs, quod verbum generis,pro verbo speciei exponatur argum.l. quia,ff.ad Maced. & l.j.& 2.C.si aduer.cre.Bar. in l. iurisgentium.§.quinimò. ff. de pac.

19 † Glo. in ver.aliquos.do.Ias.hic format vnā oppo.ex mente glo.ponderando relatiuum quibus,vt hic per eum melius per Ang. Aret.in §. ius ciuile,suprà de iusti. & iur. vbi declarat, aliter naturā istius relatiui post Bar. in d.l. cunctos populos. Verum quia credo, quod ista non fuit intentio glos.ideo non refero.Dicas quod glos. hic non habuit respectum ad relatiuum,quibus: quia non est posita glossa super illo uerbo, sed super ver.aliquos. ut mens & verba glo.hic innuunt. nam ex quo dicitur hic,quod actiones proponuntur per aliquos apđ iudices,&c. quod alij sunt,qui etiam coram alijs iudicibus, proponunt. patet,quia tex.hic dicit aliquos.& sic non dat facultatem omnibus passim proponendi actiones suas coram quibuscunque iudicibus,sed aliquibus sic,aliquibus non. Et licet glo.hic dicat non esse verum. dicas tu hoc esse verum, quiā si sunt duo, vel tres habentes varias actiones, vnus ad 500.aureos,alius ad quinquaginta.clarum est,quod non est licitum omnibus proponere coram iudicibus passim, sed aliquibus ex illis coram vno, & alij coram alijs, secundū quod quantitas est in obligatione,quia de quantitate quingentorū, non omnis iudex potest cognoscere, vt tradit Alexand. in l.j. in glossa specialiter,de officio eius. & est textus,in l. defensores.C.de defenso.ciuit. & in §.& iudicare.eodem titu. in Aut. sed illa actio proponenda est coram maioribus magistratib. quibus specialiter hæc cognitio demandata est. alij autem inferiores,sed secundum gradum suum cognoscent de minori quantitate,vt patet in d.l.j.conclusio ideo text. dicit hic aliquos,quia non omnes possunt coram quocunq; iudice actiones proponere,sed aliqui sic,aliqui non declarando vt supra, & isto modo bene consonat quod glo.posita fuerit sup verbo aliquos. teneas tn̄q̄d tibi placet:q̄a in hoc nō ē vtilitas magna.

20 Glo. in ver. de quacunque, ponit vnum, quod † appellatione rei omnia continētur l.j.ff.si cer.pet. Ias.hic quærit de pluribus notabilibus quæstionibus circa istud verbum, & nihil concludit.sed tantum se remittit: & idem facit Ias. post Alex. in d.l.j.verum.quia ista sunt multum vtilia,vobis intendo declarare, vt in simili dicit Bar.in l.post contractum.ff.de dona. Primo igitur est videndum, an si dono res meas, sub isto verbo res comprehendantur actiones.Bar.in l.j.ff.de sta. ho. distinguit quod aut dico simpliciter dono res, & tunc comprehenduntur actiones,l.rei. de verb.sign.Secus si dico res meas quia illud,meas,denotat dominium,sed actiones meæ non dicuntur. igitur sub tali conceptione non comprehenduntur. ita ibi Bar.& hanc opin.videtur tenere Bald.in l.fin.C. de edi. di.Adr.tol.& istam opi.Bar.sequitur Ang.Are.in §.fi.supra de iust.& iu. & Ias. in l.Gall. §. videndū. circa fi.ff.de lib.&post.

Sed aduerte, quòd ista distinctio Bart.in vtroque casu videtur dubia,nam quando dico, dono res, illud verbum,res, debet intelligi de rebus corporalibus,quæ differunt ab actionibus.de hoc uidetur text.in §.fi.supra de iure naturali,qui vi-

21 detur ista,vt diuersa ponere maximè,quia † donationes sunt odiosæ.l.cū de indebito.ff.de prob.gl.in l.si maritus la.2.C.de donatio.inter vir.& vxor.ergo debet fieri stricta interpretatio vt fit in legatis q̄ dñr donatio,et in §.j.s̄.de leg.le. nummis.ff. de leg.3.& ita placet rn̄sio ad d.l.rei de ver. sig. Neq; ēt s̄m dictum placet,quia non est verum indistinctè,quod actiones nō dicantur meæ:patet in l.bonorum appel.in fi.ff.de ver.sig.vbi dr̄, quod actiones dñr esse in bonis nostris, & est casus nota. & in terminis in l.si legatus.§.j.ff. ad Trebel.& licet Bar. p̄ sua opi. allegauerit tex.in l.res.ff.de lega.3.ille tex.non reperitur. Sed credo quod voluit allegare,l.rei.la prima.ff.de verb.sign. Sed ad illum text.respondet ibi glo.& damnat istam opinion. quā tenet Bartol. & ultra gloss.quòd actio dicatur esse mea, & dicas dñr actionis,est casus notabilis in §.illud in Auth. de æquali.dot. quem ad hoc reputant superio. Moder. Taurinē. in l. si quis ui.§.differentia.ff.de acqu.pos.imò in hoc nulla uidetur differentia inter primum casum, & secundum. quia cū dico,dono tibi res,de necessitate, vt dicatur valida donatio, debet subintelligi,vel exprimi hoc uerbum Meas,quia res alterius donare non possum, & non esset perfecta hæc oratio, dono res, nisi adiungatur, uel subintelligatur,meas, quo casu idem esset, lex,qui mutuam. ff. mandati, quia expressio eorum, quæ insunt, nihil plus operabitur,ut habetur in l. cum quid.ff.si certum peta.& contrarium de directo tenet Bart. in l. Quintus.la 2.§.argento,de auro, & argen.leg. ubi concludit q̄ in donatione rerum mearum,uel bonorum meorum ueniant actiones.Ratio est secundū ipsum,quia verbū Rei,&uerbum Bonorum generale est.Secus si donatio esset facta sine illo uerbo generali,ut dicendo dono omnia mea:nam tunc secundum ipsum non uenient actiones: tamen istud secundum dictum etiam est falsum per tex.in d.l.si legatarius. ubi tex. dicit, quod si dico omnia mea ueniunt actiones, & sic uides, quòd circa hoc Bar. uariauit cuius doct. propter hoc tenenda non est,ut dicit Abb. de Inno.in repe.§.quia uerò.c. extirpanda uersi. circa secundum de præb. Sed etiam ipse Abb. circa hoc contrarius fuit, quia in uno loco tenet expressè, q̄ appellatione rei actiones non comprehendantur. ita Abb. in c.2.in prin. per illum tex.de religio.domi. & idem Abb. tenet totū oppositum in c.fi.uer.nam præscribendo. de præscrip. & in c. relatum el 2. in primo notabili de testa. Quid dicendum? Dicas quod opi. Bar. in d. §.argento est uerior,quam tenet idem Bar. in l. licet. C. de pac. Aret. in l.j. uer. ad secundum de acqui.posses. suprà alleg.& tenet Fel.in c. peruenit.el.2. de testibus cogē.cum concordan. ut per eundem in c. omnes leges,

22 prima distinc. † Istud tamen singulariter limitatur, nisi addita fuerint ista uerba, dono tibi omnia bona mobilia, & immobilia: quia tunc non comprehenduntur actiones,quia dicitur tertia species bonorum l.mouentium ff.de uer.sign. ita tenet Bar. in l. fi.ff.de usufr. leg. & Bald.in l. si constante. §. fi.in fi. ff. solu. mat. & hoc pro singulari commendat optimus practicus Ang. Areti. Institu.de inutilibus.stip.in princ.& pro ista limitatione allegat l. à diuo pio.§. in uenditione.ff.de re iudi. & notabiliter.reassumit Abb.Panor. in c.nulli ī 2.co. de re.eccl.nō alie.ubi hoc sublimitat,nisi aliud fuisset de mente profe-

23 rētis,ut ibi latius p̄ eū.† Limitatur secundò,nisi uerbū res,esset prolatum à teste.quia tunc non acciperetur generaliter, pro omnibus rebus pro parte,ne dictum testis sit generale,& ambiguum.ita notabiliter dicit Are.l.serui electione. §. j. in fi.ff. de le. j. & rō redditur per Feli.post Imo.ī c.auditis.ī 2.co.& seq.de p̄scr.quia indefinita in dictis testiū non æquipollet uniuersali.ut dicit Old.in consi.c.cū alijs alleg. ibi per eū:& hoc idē tenet Aret. in con.102.in causa col.3.Tn̄ in contrarium uidetur doctri. Bart.in l. Pomponius. §.sed ex his.ff. de procur. & tex. in l. si in rem in prin.ff.de rei uen.ubi probatur, quòd rei appellatio intelligitur de tota, non de parte, & si dico,hoc esse meum,intelligitur totum,non pro parte, ut concludit Decius in c. ratio nulla,de præbend.& præsupposito, quòd aliquando verbum,res pro parte capi possit negari non potest, q̄ dictum testis esset ambiguum & incertum,ex quo hoc uerbum,res,potest accipi multipliciter.& ideo non concludit iuxta ea,quæ traduntur in c. in præsentia de probatio.ubi est bonus tex.cogita tamen.Tertiò limitatur hoc procedere, q̄n donatio bonorum est generaliter facta non se restringens ad bona alicuius loci: secus uerò, si fieret restrictio,ut dicendo, dono tibi omnia bona mea talis loci: quia tunc actiones non ueniunt,quæ non circunscribuntur loco: ita notabiliter consuluit Socinus in consilio 101. viso testamento uersi. restat ergo uidere tex.in j. uolum. ubi plura adducit. & hanc opi. tenet, Ias.in l.à diuo Pio.§.in uenditione.in 4.not. ff. de re iudi. ubi dicit se consuluisse. Sed tamen aduerte quia istud dictum uidetur dubium: quia in donatione, licet non ponatur

C locus

locus, subintelligitur de loco, vbi quis donat l.si fundus.ff.de euict. cum alijs, vt per Felinum in c.j.de spon.quia aliàs nunquam donatio esset certa, & sic bona illius loci censentur donata, & per consequens idem effectus resultat quod actiones, tali casu circumscriberentur loco, & quod etiam de bonis loci vbi quis donat intelligatur, habes tex. notabilem in l.medico.in princ.ff.de aur.& arg.leg.nisi defendendo Socin. dicas quòd illud dictum procedat quando donatio est facta in extero loco, vbi nulla bona haberetr quod esset multum restringere dictum suum. vel potest dici procedere quando dictum est dono bona omnia vbicunque fuerint: tunc enim bene actiones comprehenduntur: de quo tamen cogita, Vt tamen omnia contraria possint ad concordiam deduci, aduerte si dici posset, quòd aut istud verbum Rei, vel Bonorum, est prolatum à lege, aut ab homine: primo casu appellatione rei, vel bonorum, etiam venient nomina debitorum, & procedat tex.in l.j.ff.si cert.pet.& l.rei.ff.de verb.signifi.si verò sit prolatum hoc verbum ab homine, & tunc subdistingue, Aut per verba vniuersalia, aut per indefinita: primo casu omnes res cõprehenduntur & actiones: secundo casu secus. & ita procedit dictum Aret. in §. fi. suprà de iure naturali. & pro ista concordia videtur domi. Alexand. & Aretin. in l. ait prætor, la 2. in princ. ff. de iureiuran. tamen non inficior quòd ista distinctio adhuc etiam potest morderi, adeò volubilis est humani iuris conditio: sed ne procedatur in infinitum, omitto. Et circa istam materiam vide plura concordantia per Felin.in cap. omnes leges. prima distinctio.

24 †Postremò videndum est etiam nunquid eodem modo, quo appellatione rei comprehenditur actio, ita etiam comprehendantur personæ, Et omissa longa disputatione, concludas, quòd sic, dum tamen illæ personæ sint seruituti subiectæ: secus si liberæ: vt est casus in l.omnia. §. final. de legat. 2.per quem text. volunt ibi Pau. de Castr. & Bal.quòd publicatis rebus vel bonis alicuius, etiam serui censentur publicati, per illum tex. & si concedatur alicui exemptio pro se & reb. suis, etiam serui venient. l.senatorum, vbi no.Bartol. & alij. C. de digni.libro. 12. & in not.casu tradit Andr.Sicu. in consilio 26 sapienter scripsit, in 3.colum.num. 9. in 2. volumi. & pro ista parte facit text.in l.Paulus.§.fin.ff.de pig. In contrarium tamen videtur facere tex.in l.serui electione.§. Labeo. de leg. j. ibi res aut persona.sed Solue, vt ibi per Iason.in secundo not. quia ille tex. procedit quando legatur certa res particulariter quo casu persona non comprehenditur, licet conclusio supra facta procedat quando generaliter res legatur, vel vltra ipsum posset dici quòd dato quòd persona exprimatur, nec tamen ꝑ hoc infertur quòd dictio, Res, de sui natura eam non comprehendat: quia ea quæ causa maioris declarationis ponuntur, non mutat ius commune.l.quæ dubitationis. ff. de re iudic.l. quæsitum.§.pe.vbi est casus notabilis.ff.de fundo instr.

Imò adeò verum est, quòd rei appellatio sit generalis: quòd non solum comprehendit personam seruam, vt supra dictum est, sed etiam liberam, & sic appellatione rei, omnis persona continetur: vt est text.in c.2.ibi rem, quæ culpa caret, &c.de constitut.quem ad hoc ibi ponderat Andre.Sicu.& Decius, & idem Decius in l.j.in vltimo notabili.ff.si cer.pet.& l. 2. §.j.de consti.pec.& ante ipsos hoc prius tenuit Bertachinus in tractatu de gabellis in 2.q.primę partis octauæ princ. post alios, quos ibi alleg.inferens ex hoc quòd stante statuto, quòd de qualibet re soluatur gabella, debet solui de homine libero, alleg.tex.& glo.in d.l.rei appellatio.de ver.sig.quod facit contra Pau. de Cast. & Bald.in d.l.omnia & pro ista opi. sunt plura iura, quæ hoc probant, ut suprà de re.corpo.& incorpo.ubi in nigro res corporales exemplificatur in homine: & tex.in rubr.ff.de rei.uen.iunct.l.j.§.per hanc, eo.tit. vbi qui petit filium suum, agit rei vendi.& sic rem uendicat.& tamen rub.dicit de rei uend.Tamen opi. Pau.de Cast.& Bal.uidetur uerior per supradicta, pro qua est decisio Alb.de Rosa.in tractatu.in 1. parte.q.156.incip.Rex Franciæ.quem sequitur Bertachi.in prælegato tract.ubi uult in fortioribus terminis, quòd si sit statutum quod de omnibus animalibus soluatur datium, non debet de hominibus solui, tanquam res dignissima: idem de seruis tenet Car.in cle.j.in 17.q.de deci.pro quo facit text. & glo.in c.6.die 35.dist. & hanc opi.tenet quidam Lucas de Parma in tract.de priuileg.fisci.in ulti.parte, q. 44.sed dum potest distinguere, quod aut sumus in materia odiosa liberis hominibus, & non comprehenduntur: aut in fauorabili, & secus, ar.eorum quæ no.Bar.in l.in potestate.ff.de his qui sunt sui uel alieni iuris.& hoc secundũ subiectã materiam arbitrabitur. Est bene verum ꝙ in casu.d.l.omnia.§.fi.hoc non procederet: quia personæ liberę nulla est obligatio l.inter stipulantem. §. sacram.ff.de uer.ob.& ideo dicamus in hoc subiectam materiam esse considerandam.& quod dictum est de persona, idẽ dicendum est de specie, quæ appellatione rei continetur: ut tradit Areti. in l.Gallus.in princip.in 5. col.ff.de lib. & posth. & idem dicendum est in facto, quod rei appellatione continetur.glo.in §. j.ubi no.Bal.suprà de oblig. Glo. summa, &c. Concludit unum quod sub ista diuisione actionum comprehẽditur illa quæ ponitur infra in §.quędam.& sic quod illę actiones de quibus ibi, non faciant speciem de per se: licèt quidam in rub.ff.si cer.pe.teneant contrarium: communis tamen opi. est cum gl.ut patet ex dictis per Alex. & Moder.in d. rubr. Et pro prima opi.multum facit: quia actio familiæ hercis.&communi diuidun.&c.de quibus in d.§.quædam.non dantur contra quemcunque possessorem: ut dicit Alexand. in d. rubri. ut per hoc dicamus ꝙ actionum realium naturam sortiantur, sed dantur solum contra cohæredem uel uicinum: ut est doctri. Bar.in l.j.ff.fam.her.ex quo datur intelligi ꝙ habeant naturã de per se separatam à mera realitate, sed, ut dixi, tene opinio. glo.de qua etiam dicemus latius in d.§.quædam.

25 Et ex quo Moder.hic referunt ad illud brocardum, † nunquid sub simplicibus contineatur mixtum Verùm, quia hæc materia ordinariè traditur in l.2.ff.de uer.ob.maximè per Moder.Pap.non curabo uos multiplicitate rerum onerare, ut dicit.text.in §.his igitur, Insti.de iusti.& iur.Sed de hoc uidete Io.Cro.de Monteferrato latissimè in repe.§.& quid si tantum l.Gallus.ff.de lib. & posthu.& in 5.& 6. char. ubi notabiliter totam istam materiã per regulas distribuit.& Ias.etiam sequitur opi.glo.hic in d.l.stipulationum in 2.col.de uerb.ob.& ibi Alex.dicit, quòd hic sub simplicibus non continetur mixtum ratione contrarietatis euitandæ propter §.quædam. infra eo. Vnum tñ teneatis menti, ꝙ licet regula sit cõiter per oẽs approbata in prædictis locis ꝙ in pœnalibus sub simplicibus non contineatur mixtum.Illud limitatur nisi odium pęnæ instiget ad finem aĩæ: ita notabiliter dicit Ant.de Bu.in ca.oĩs utriusq; sexus.per illũ tex.in 3.col.ver.2.quæro de pœni. & remis. quẽ approbat & sequitur Feli.in c.fi.ĩ j.col.de Simo.Gl.modis, di uiditur ut hic ꝑ Ias.ex cuius dictis colligũtur aliquæ conclões.

26 †Prima est, ꝙ ista uerba posita in tex.& alijs quibusdã modis, &c.cõiter intelligãtur de obligationib.q̃ ex quasi contractu & quasi delicto nascuntur: ut probatur in l.1. iuncta. l. ex maleficijs.ff.de ac.& obli.& ad hoc non dissentit gl.hic, si bene intelligatur: licèt Ias.dixerit, & male eã cõtrariũ tenere: qa ut vides, gl.in fi.cõcludit ꝙ ista uerba modis, idẽ important, quod tertia spẽs posita in d.l.j.ff.de actio.& ob.q̃ quidẽ tertia spẽs ſm uerũ intellectũ est illa quã supra diximus. Sed & in hoc aduerte D y.Io.Fabri.Ang.& Nico.de Neap.post Ray. de Forli.in §.item si quis in fraudẽ, in gl. magna infra eo.immemores eius ꝙ tenuerunt hic sibi contrarij, teneant, ꝙ illa uerba, ex uarijs figuris causarũ, &c.posita in d.l.j.non intelligãtur de quasi contractu uel quasi maleficio, quos reprehendit ibi Ias.in 25.col.nume.110.& 111.per dicta per eos hic. Et ista opi.communis mihi placet quam ultra ipsos ego dico, quod apertissimè probatur ex illis uerbis modis aliis, &c.nã de natura huius dictionis Aliis regulariter est implicare similia, nõ aũt diuersa, gl.notabilis ubi Bal.& alii ĩ Aut.sed nouo iure.C. de ser.fug.c.sedes.de rescrip.sed clarum est quòd nullus actus siue uinculum dicitur esse magis simile, & propinquum obligationibus ex contractu uel maleficio quam illa obligatio, q̃ resultat ex quasi contractu uel quasi maleficio: ergo illa uerba Modis aliis, debent intelligi de obligationibus ex quasi cõtractu & quasi maleficio. Retenta tamen opi. istorum ꝙ gloss. hic teneat pro firmo ꝙ obligationes ex quasi contractu & quasi maleficio cõprehendantur sub illis duabus speciebus.hic in

27 prin.tex.expressis. Ias. ex hoc colligit unum ꝙ † appellatione contractus venit quasi contractus.vide de hoc Ray. in l. 2. de lega.j. & Ripam in rub. de cau. pos. & proprie.nu.26.& extende

tende quod videtur etiam probari in l.ex contractibus.ff. de act. & obli. & in l.sed & cum aliquis.ff.de peculio. cum simi. ut hic per eum.

Sed maior est difficultas quid in statuto. & dicit quòd super hoc Bar.reperitur contrarius:quia in l. apud Iulianum. §. fin.ff.ex quibus causis in poss. ea.tenet quod statutum loqués, de contractu, non comprehendit quasi contractum, puta aditionem hæreditatis: cuius opinio. sequuntur nouissimi. Regienses in l. 2. in 3. char. de leg.j. per rationem.legis. Labeo nis.§.contractum.de verborum significatione: cuius contrarium voluit idem Bar.secundum eum in l.multum. & in l.more.ff.de acquir. hæredi. quem ipse sequitur rationibus de quibus hic per eum & vltra ipsum istam opinio. tenet Andreas. Barbatia in c. fi.de foro compe. & allegat plures gloss. super hoc per glo.ibi & istam opin.Bartol.in d.l.more: seruatur , in practica secundum Ias. in l.siue apud acta in 2.col.nu.5. C.de transactionibus tenet Roma.consi.12.incip.viso facto. in fi. & plenius eam firmat idem Ias.in l.Barbarius.in 2.col.ff. de offi. præto. & in l. si vnus. §.pactus ne peteret. in 9.colu.ff.de pact. & And.Sicu.in c.2 in 16.col.nu. 82.de consue. Sed tamen pro vera resolutione dicas contrarium resecando multoquium Iaso.quòd opi. Bar.in d.l.apud Iulianum est magis communis, quicquid ipse hic teneat: vt patet ex adductis per Alex. in l.stipulationum aliæ. in 2. col.in prin.ff.de verbor. obl. mouetur ; quia contractus dicitur propriè qui est vltro citroq; obligatorius.l.Labeo.§.contractum.ff.de verbo.signi.sed obligatio, quæ nascitur ex quasi maleficio non est vltro citroque obligatoria, vt patet. igitur &c. & per istam rationem tenet hanc opi.Abb.in consi. 61.incip.quinque dubia col.8.lib. 1. & in ca. qua fronte.de appell. Ange.in consi. 302. visis, & diligenter, Alex.in consi. 76. visis dubitationibus.col.3.in 5.vol. & idem Alex.dicit hanc opi. esse magis communem in consi. 207. inci.ponderatis in j.col.nu.8. in 6.vol.nouiter reperto. Et istam op. dicit communem Alex.in d.l.mutum.in 2.col.nu.7. & ibi responde motiuis & rationibus hic positis per Iaso. quæ fuerunt Roma. & aliorum. & hanc etiam opin. latè firmat idem Alex.in d.l.more,in 2.no.& in l.si quis mihi bona, §. si coram in num.8.eo.titu. & tenet etiam Alb. de Rosa.in tract. statut. in j. parte.q.c.& idem Ias. attestatur communem in d. l. Barbarius.in 2.col.de offi.præto.cum si.quæ curiosus adinueniet. Et pro ista opi. vltra prædicta adde bene facere quod no. Anto.de Bu.in c. fi.col.3. de cau.pos.& proprie vbi vult quòd statutum loquens de possessione, non habet locum in quasi possessione. quod dictum sequitu. Alex.in l. 3.in prin. ff. de acq. pos. vbi plura dicta refert: & vltra ipsum bene facit dictum Bal. in l.cogi.C.de peti. hære.vbi dicit, ꝙ statutum loquens de possessore,non habet locum in eo qui pro possessore habetur: de quo vide etiam Io. And.in regula pro possessore. de regu.iur. in mercuria.Ita est dicendum hic quòd statutum loquens de contractu non habet locum in quasi contractu , à similitudine rationis:vt c.cum dilecta de confir.vti.vel inut.prę tereà quia quasi contractus dicitur esse mixta species , vt ex ista glo. colligitur:tenet Alex. in l.2. de verb.oblig. & nouissi. in l.2.de le.j.per ea quæ notantur in l.j.ff.de actio. & obli. sed mixtum non comprehenditur sub simplici in materia statutaria:vt dicit Bal.in l.omnes populi col.10.ff.de iustit. & iur.per tex.in l.quid ergo.§.j.versi.ex sententia.ff.de his qui not. infa. iuncta l.j.§.is qui ff.de exerci.& ita arguit Ioan.Cro. de Monte ferrato in repe.§.quid si tantum in 22.col.ver. 8. conclusio. l. Gallus.ff.de lib.& posth.Et hanc opi.firmat & dicit veriorem Iason sibi contrarius in l.3.in prin.in 2.col.ff.de acquir.pos.defendendo opin. Ant.de But.in d.c.fi.à motiuis.Areti.in rubric. illius tit.& per eandem rationem hoc idem tenet Carol.Roy. in d.rub.de acq.poss.col.fi.& nouissi.Pap.in repe.rubricæ, de causa pos.& proprie in 6.col.nu.26.Non ob.ratio Ias.quæ fuit prius Roma.& deinde Cuma. quia ad eam respondet Alex. in dicta l.mutum. & vltra ipsum ego respondeo & dico non esse verum quod in terminis statuti de quo per Bart. in l. apud Iulianum.§.fin.illa tantum ratio fuit , ne mulieres per fraudem circunueniantur: quia illa ratione attenta sequeretur , quod mulier posset contrahere cum patre, non habito consensu cōsanguineorum: cum in patre cesset dolus & fraus.l.furioso puberi.ff.de cura.furio.l.isti quidem.quod met.cau.cùm soleant parentes pro filiabus consilium capere l.nec in ea in fin. ff. de adulte. & tamen videmus quòd etiam prohibetur contrahere cum patre sine consensu consanguineorum:vt tenet Roma. in l.pactum quod dotali & Pet.Philip.cor.ibi & Ias. col. pen. vers.extra glo. C.de coll.vbi reprobatur ibi Bald. qui contrarium tenet, & illud dictum Roma.videtur sequi: Alex. in l. si quis mihi bona.§.si coram.in 8.nu.ff.de acqui.hæred. & dixi latè in alio tamen casu in c.fi.in prin.in 3.no.de iudi.libr.6. Et vltra ipsos ego probo manifesta ratione : quia in tali statuto inducta est forma quę licet aliter facilius expediri possit tamen ea non obseruata reddit actum nullum de iure ciuili : secus de iure gentium vt tenet Abb.in c.j.in fi.de resti.in integr. post Innoc.in c.quia propter.de elec.Ias.in §.sed istæ.in 28.colum.nu. 140.infrà eo. post Fel.in c.j.in 19.col.de consti. & tradit Ias.in l.2.in j.col.de iur.om.iud.& Alex.& alij in l. 1. ff. de lib.& posth. & est tex.in l.3.§.in bello.ff.de re mili.& in c. cui de non sacerdotali, de præhen.lib.6.Hinc videmus quod licèt aliquis magis commodè forte posset contrahere stipulationē per nuncium vel epistolam, tamen ex quo data est forma, requiritur quod ad vnguem obseruetur: vt per seipsum quis stipuletur l.1.ff.de verb.ob.si videtur in proposito quod ex quo stat,voluit adesse consensum consanguineorum in contractu mulieris:quod illa forma etiam in patre debeat obseruari.

28 † Et illa consideratio Ias. quòd quando in statuto non potest reddi nisi vna ratio quod censeatur expressa, habet locum qñ illa ratio colligi potest ex verbis statuti vel legis: in dubio tamen non præsumitur, quod statu.vel lex mota fuerint ex vna ratione tantùm sed plures præsumuntur,licet non appareant & dicenti contrarium incumbit onus probandi : ideo prohibetur extensio talis statuti. ita notabiliter dicit Saly. in l.si serui vestri in 9.col. C.de noxa. quod dictum pro nota. refert, & sequitur d.Alex.in l.si constante in principio.in 3.col. ver. sed quid si petenti.ff.so.mat. & idem Ias.in aut.quas actiones col. 6. ver.adde idem esse. C.de sac.san.eccl.& in l.j.in 3.col. C.de suc.edic.nouissimi Taurinen.in repe.ru.ff.so.ma.in 2. column. ver.cauete.& idem Ias.in d.l.quamuis ad fin. nam vbicunque ratio legis est dubia, non potest ad extensionem procedi.quia tunc non dicitur ratio necessaria,sed magistralis: vt dicit Bal. in l.maximum vitium.in 3.col.C.de libe.præ.Et propterea dicit Bald.in consil. 473.incip.circa quæstionem præcedentem, in 2.col.in vlti.volu.quod ad iustificationem statuti sufficit rudis æquitas laicorum , ex quo in lege ratio non est de substantia,quando non est expressa lege non omnium.ff.de legit. Sed in statuto de quo loquitur Bartolus in dicta.l. apud Iulianum. non præsupponitur aliqua ratio expressa: ergo vnica tantum reddi non debet: vt ex illa fiat extensio ad similes casus per ea quæ supra diximus. Vnde circa hoc aliam rationem assignat Io.de Imo.in rub.de acquir.hære.dicens quod in vero cōtractu poterat magis & facilius decipi mulier , quàm in quasi contractu: quoniam contractus pendet à voluntate plurium : aditio autem siue quasi contractus non requirit nisi consensum vnius: propterea statutum stante hac ratione non vendicabit sibi locum, Attende modo:quia ista ratio non est uera : quia sicut quis contrahendo potest decipi, ita & fortius adeundo : quia in hæreditate multa latent incommodi , æs alienum , & alia onera : ut in §. primo , & suprà de auctorita. tuto.lege final. C. de iure deliber. Et istam differentiam etiam uidetur improbare d. Alexand. in lege prima. §. fuit quæsitum in penul.column. ff. ad Trebellian. & propterea opinio. contra communem potest defendi, quam ulterius ea probo uno notabili in simili.Clarum est quod fundus dotalis prohibetur à lege alienari fauore mulieris: ut toto tit.ff. de fun. dota.& negari non potest, quod talis dispositio sit exorbitans , à regulis iuris cōmunis:ut in l.in re mandata.C.mand.& tñ illa prohibitio legis extēditur ad quasi dotem.l.fundus.ff. de fun. dota.& eodē mō illa prohibitio extenditur ad fundū datum, pro matrimonio putatiuo.ut in l.dotali.§.hæredi.eo.tit.ita uidetur dicendū in proposito ꝙ licèt prædictū statutū exhorbitans sit:quia prohibet ne mulier possit liberè contrahere & disponere de rebus suis: & hoc in fauorem eius.ꝙ tale statutū,licet de cōtractu loquatur:tñ attēta similitudine rōnis, ad quasi cōtractū debet extēdi.c.cū dilecta.de cōfir.uti.uel inuti. Comprobatur hoc ex dictis Areti.rub. ff. de acqui. pos. col. penul.

 & fi.

& fi.ſed concordando opin. Circa hoc poſſet dici non ſe re
ſtringendo ad vnicam rationem ſtatuti, vt voluit Iaſo. quod
aut in quaſi contractu militat omnimoda ratio & æquitas, quę
in quaſi contractu: & tunc ſtatutum prohibens contrahere
comprehendit quaſi contractum: vt per aliquas auctoritates
probat Decius in l. qui cum alio. de reg. iur. col. fi. & ita proce-
dant ſuperius dicta. Secus uerò vbi omnimoda ratio nõ con-
currit, & iſto modo poſſent concordari opin. pro qua diſtin-
ctione optimè facit, quod dicit in ſimili, q. Soci. in l. poſsideri,
in prin. in 3. col. de acqui. poſ. & in hoc ſubiecta materia attē
di debet: vt dicit Bal. in l. j. C. com. de vſuca. Vel poteſt di-
ci ꝙ aut talis hæreditas eſt opulenta & ſine aliquo debito: tũc
bene poteſt mulier adire non habito conſenſu conſanguineo-
rum: ſecus ſi hæreditas eſt grauata, ita dicit Ange. tenendum
in conſi. ſuo vltimo quem refert & ſequitur And. Sicu. in l. mu
tum. §. eum cui. in 2. col. & rationem aſſignat: quia quando hę
reditas eſt opulenta & ſine debitis, mulier reperitur in lucro:
ergo illud debet poſſe acquirere ſine vlla ſolennitate ſtatuti:
quod quidem ſtatutum proſpexit vtilitati mulierum: ergo nó
debet iſto caſu in earum damnum redundare. l. quod fauore,
C. de legi. Et pro iſto dicto Ang. videtur eſſe glo. no in l. 2. ff. de
accepti. quæ vult quòd licet pupillus obligari non poſſit, ſine
auctoritate tutoris, illud fallit, niſi illa obligatio tendat in cõ-
modum ipſius pupilli: quam gl. ibi Ang. multum no. pro ſta-
tuto Florentino, de quo hic diſceptatur. & pro hoc facit nota
bile dictum Bald. in l. contra iuris. ff. de pac. in prin. qui vult ꝙ
licèt eccleſia non poſsit facere contractum ſine ſolennitate le
gis, fallit niſi ſit ſibi vtile. ad idem facit glo. notabilis in l. qui-
cunque. C. de bonis quæ libe. quam ibi multum no. Bal. & fa-
cit quod dicit Nico. de Neap. in l. obligari. ff. de aucto. tuto. &
quod dictum eſt, bene procedit in hæreditate opulenta: ſecus
in lucroſa, per ea quæ habentur Inſt. de aucto. tut. in princ. &
tradunt nouiſsimi in rub. de verb. obl. in 9. char. per glo. in l.
ſi quis mihi. §. ſi quis. ff. de acquiren. hære. & ita puto quòd o-
pin. iſtæ ad concordiam reducantur. & vltra prædicta pro iſta
quæſtione, vide repe. in l. 2. de leg. j. & repe. in authentica ſa-
cramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. & Moder. Mediolanen.
in l. 2. in 2. char. de ver. ob. vbi quærunt, nunquid ſtatutum de
quo ſuprà comprehendat donationem cauſa mortis & ſtipu-
lationem. Dic vt ibi per eos & per Roy. in d. l. 2. Ex quorum di
ctis iſta materia latius extendi poſſet vltra ſuos terminos: &
ideo omitto. Et quamuis etiam per iſtam rationem contra-
rietas Bart. quam hic ponit Iaſon, poſſet reſolui, tamen aliter
poteſt declarari: quia in d. l. mutum. Bar. non loquitur de ſta-
tuto prohibente contractum, prout loquitur in d. l. apud Iul. §.
fi. ſed de ſtatuto prohibente obligationem. quo caſu vera eſt
eius opi. vt in illo caſu etiam quaſi contractus prohibeatur ex
eo, quia obligationis verbum generalius eſt ad contractum,
& quaſi. l. omnem. vbi doct. ff. de iudic. & ſic quantum attinet
ad d. l. mutum. non eſt ſibi contrarius Bar. quia loquitur in cõ-
tractu: & ſic in diuerſis terminis. Et hanc differentiã pro con-
cordia Bar. ſequitur Matheſi. notabili. 168. in ci. no. quod eſt
differentia & Ang. Aret. in §. hæres quoque. in prin. Inſtitut. de
obl. quæ ex quaſi contractu naſ. licet poſteà videatur variare,
& ſe implicare cum illa ratione quam hic ponit Iaſ. neq; etiã
in d. l. more, meretur allegari contrarius: quia ibi nihil firmat,
ſed diſputat ad vtranque partem: quo caſu, vt contrarietas eui
tetur, iuxta tex. in c. cum tu. de teſti. & in l. vnica. C. de inoffic.
dona. eſt dicendum quòd illa opin. videtur Bart. ibi tenere quã
29 alibi firmauit: † quia illa præſumitur opin. doc. vbi plenius ſcri
pſit. ar. tex. notabilis in l. diui. ff. de iur. pa. & tradit notabiliter
Abb. in c. bonæ, el 2. de poſtu. præla. & per hoc limitatur glo.
in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. Cum igitur Bar. alibi ſæ
pe teneat opi. poſitam in d. l. apud Iulianum. vt ibi tradunt do
cto. & eam ibi deliberatè & conſultè firmauit, ſi poſteà repe-
ritur eam diſputare & vtranque partem tenere, illam videtur
amplexus per quam euitetur contrarietas, & de qua alibi eſt
locutus per ſupra dicta. & tenet Fel. in c. propoſuiſti col. fin. de
probat. imò fortius dicit Bald. in l. de tutela. C. de in integ. re-
ſtit. minor. quod doctor non eſt propterea ſibi contrarius, li-
cèt hodie credat vnum, & cras aliud. quotidie enim ex nouis
motiuis nouæ generantur opiniones: vt dicit Bal. in l. j. colũ.
2. de his qui ante aper. tab. Et ideò non debet tolli facultas vl-
terius conſiderandi: quod dictum valde commendat Andr.
Sicu. in c. niſi ſpecialis. in decimaquarta colum. nu. 45. de offi.
leg. & in conſi. vlt. in j. vol. & dicit Bald. in c. ne innitaris. in fi.
extra de conſti. quod quis non prohibetur diſcutere vtranq;
partem, & modo declinare in vnam & modo in aliam: quia,
vt inquit diuus Paulus Apoſtolus, Cum eram paruulus, loque
bar vt paruulus: cum autem vir factus ſum, euacuaui quæ par
uulierant: alias ſequeretur quòd opi. quas quis in iuuentute
firmauit, data maiori lectione non poſſet eas diſputare: quod
tamen eſt abſurdum: quod in fortioribus terminis no. Anto-
nius de Bu. in cap. cum venerabilis, de exceptio. vbi vult quòd
aduocatus poteſt hodie allegare vnam legem ad vnum pro-
poſitum, & cras in alia cauſa dicere quòd illa lex nõ faciat ad
propoſitum: & tamen per hoc non dicitur ſibi contrarius: vt
dicunt quidam Mod. Bononien. in §. his igitur, chart. 10. in 3.
col. ſuprà de iuſt. & iu. pro quibus facit quod dicit diuus Tho.
ſecunda ſecundæ. q. 110. art. 3. quòd licèt aliquis vnam rem va
riè & diuerſimode recitauerit, non dicitur mentiri, & ſic con
trariari. Et iſto modo poteſt Bar. defendi. Iſta tamen com-
munis concluſio limitatur pluribus modis: vt per Alex. in d. l.
apud Iulianum in apoſtil. ad Bar. & in d. l. mutum. & l. more. &
in l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. vt ibi per eum. Inter quas li
mitationes ponitur illa de patre, videlicet quod tale ſtatutum
non prohibeat patrem contrahere uolentem cum filia, etiam
ſi non adſit conſenſus conſanguineorum, per dictum Bar. in l.
pactum quod dotali. in 21. q. C. de tranſac. quod dictum ultra
adducta per Alex. in dictis locis, ſequitur & pluribus ſimilibus
comprobat Iaſ. in l. præſes in 2. col. in prin. & in l. tranſactionẽ.
in 2. notabili. C. de tranſa. Decius in d. l. pactum in fi. Alex. con
ſil. 106. quo ad præſens. in fi. in j. vol. & alibi ſæpe. de quo ta-
men dicto dicas, ut ſuperius dixi, ꝙ mihi non uidetur uerum
propter formam datam à ſtatuto. In ea. glo. ibi item de inter-
dictis omnibus, &c. habes ex iſta glo. ꝙ interdicta ſunt extra-
ordinaria. Et per hoc dictum glo. optimè comprobatur opin.
Pau. de Ca. in l. j. §. hoc autem. ff. de ope. no. nun. dum aliter re-
ſpõdet ad oppo. quàm ibi facit Bar. dum concludit, ꝙ ideò re
medium illius interdicti de ope. no. concurrit cum interdicto,
quod vi aut clam: quia alterum eſt ſpeciale, alterum generale.
ſed Pau. ibi dicit ꝙ iſta non eſt ratio: ſed quia ambo remedia
ſiue interdicta ſunt extraordinaria, ut hic eſt gl. quo caſu duo
remedia extraordinaria concurrere poſſunt: ut in l. quemad-
modum. §. magiſtratus. ff. ad l. Aqui. cum ſimilibus, quod no.
pro intelligentia iſtius glo.
30 † Glo. in uer. iure. Colligitur ex iſta glo. unum, quòd ille, qui
tenetur actione reali, non dicatur obligatus per tex. noſtrum.
Cõtra tamen iſtam glo. oppo. omnes doc. hic: quia actio de pe
culio eſt in rem. l. quæſitum, in prin. ff. de pecul. & tamen præ-
ſupponit obligationem, cum in ea poſſit interuenire fideiuſ-
ſor. l. creditorem. ff. ad Mace. & tamen fideiuſſor non poteſt ac
cedere, niſi ubi datur obligatio ſaltem naturalis: vulga. l. fi-
deiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſ. Circa iſtud con-
trarium docto. laborant: & certè miror quòd ita clauſis oculis
ſuper hoc pertranſierint. Et ideò breuiter & realiùs dicas ne-
gando aſſumptum, quòd actio de peculio dicatur realis: im-
mo eſt in perſonam. caſus eſt de hoc expreſſus in §. in perſonã.
infrà eo. & in l. ſumma cum ratione. §. fi. ff. de pecu. per quæ iu
ra ita tenet Bar. in repe. l. frater à fratre in 6. col. ff. de condit.
indeb. & ita eſſe communem opi. atteſtatur Iaſon in §. actio-
nes aũt. nu. 28. infrà eo. & inter perſonales in arbore ponitur.
Et ideo contrarium doc. in nihilum reſoluitur, & extat opi. gl.
firma pro qua hic eſt tex. clarus. Non ob. tex. in d. l. quæſitum.
quia dico ꝙ ille tex. probat contrariũ, & non dicit ꝙ actio de
peculio ſit realis: ſed ꝙ intentatur rectè, etiam ſi tẽpore propo
ſitionis nihil ſit in peculio, ꝙ priuilegiũ, dicit ibi tex. extendi-
tur ad actionẽ ad exhibendum & realem. per quod datur in-
31 telligi ꝙ actio de peculio non eſt realis, ſed perſonalis † In fi.
gl. Concludit gloſſ. quòd qui tenetur officio iudicis, non eſt
obligatus. pro quo eſt tex. uulg. in l. qui p colluſionẽ. ff. de act.
emp. l. quintus. ff. de an. leg. Iaſ. tñ hic dicit ꝙ licet officium nõ
præſupponit obligationẽ: tñ põt officio iudicis etiam nõ deſer
uienti alicui actioni accedere fideiuſſor: ut no. Bal. in l. Marcel-
lus. in 2. columm. ff. de fideiuſſo. & per text. in l. cum quis §. ſi
quis pro reo. ff. de ſol. & eſt caſus ſecundum eum in l. pecu-
niæ.

niæ,§. fi.iuncto. §.pe. ff. de ver. sign. quem Iaso. dicit optimè probare isto modo inducendo. Nam fideicommissa, de iure Digestorum, petebantur officio iudicis non iure actionis, vt in d.l.pecuniæ.§.pe.& ibi glo. & tamen pro fideicommisso accedit fideiussor, eo quia fideicommissa dicuntur debita: vt dicit tex.in §.fi.d.l.pecuniæ.ergo officio iudicis accedit fideiussor. Tu autem dicas, & tene menti, ꝙ ille qui tenetur officio iudicis, bene tenetur realiter: quia officium iudicis habet instar actionis realis, ita notabiliter dicit Bar.in l.3. §. Cato, in 4.oppo.nu.5.ff.de ver.ob.& Bal.in c.2.in 8.col.de proba.facit tex.in l.quidam.§.is autem. ff.de eden.& quod dicitur in d. l. qui per collusionem non præsuppónere obligationem, potest intelligi de personali.& secundum hæc plura dicta doct. defenduntur.nam fideicommisso accedit fideiussor, licet petantur officio iudicis: quia sunt debita, quæ dixi. Tamen circa hoc multum me facit dubitare doctri.Bar.in l.si tertius. §. si quis, prius.in pe.col.ff.de aqua plu.arc.Nam clarum est secundum communem opi.de qua in l.j.C.de eden. quòd editio fit officio iudicis, vt ibi probatur, & tamen dicit Bar. in d.§. si quis prius, ꝙ ius edendi est personale: & idem tenet Car.in cle.j.§. cæterum. in 4.q.de vsur. Decius in c.j.in 39.& 40.col.extrà de proba. Tamen potest dici quod illud officium iudicis, saltem quo ad singulares successores, dicatur habere vim realis actionis. ex quo datur quodammodo ad instrumenta mea, vt innuit tex.in l.prætor ait.in princ.ff.de edend. ibi, vt id quod mei causa confecit, meum quodammodo est, &c. de quo plura disputando admisi in d.l.j.vbi videas.& illud dictū Barto. in d.§.Cato.multum commendat & sequitur ibi Ias.in 10.column.nu.26. Sed modò ad plura est aduertendum. Nam illud est in primis falsum, ꝙ officio iudicis non inseruienti alicui actioni, & sic officio nobili possit accedere fideiussor: qđ manifestè ostendo: nam officium iudicis nobile competit per se: vt no.omnes doc. vbi idem Ias. in l.j.ff.de iur.om.iudic. & vt hic dicit, licèt ad aliud propositum Io.Fabri.est debile, & frigidum, nec præsupponit aliquam obligationem, vt supra ē dictum, ergo non potest accedere fideiussor: vt est tex. in l.creditorem.ff.ad Mace.nam saltem naturalis debet obligatio dari l.j.l.fideiussor. §.fideiussor, de fideiusso.sed cùm Ias. & alij dicant nullam præsupponere obligationem, ergo neq; naturalem: quia qui totum dicit, nihil excludit l.Iul. de lega.j.c.soluto.de maio. & obe. Et hinc est quod in officio nobili, quis ex interpellatione extraiudiciali non constituitur in mora: vt tenet hic Faber: & prius tenuit Cy.in l.j.C.de alie.iu.mu. cau. fac. in 5.q.in fi.Bal. & Bar.in l.j.ff.de iurisd.om.iud.& Lud.Roma.in l.j.in 9.col. ff.de arbi.pro quibus est text.singularis qui ita intelligi debet in l.cum postulassem in princ. ff. de damn. infe.vbi tex.loquitur in causa damni infecti, in qua debet implorari officium iudicis nobile.l.4.§.hoc autem iudicium.eodem titulo & ita illum tex.tenendo hanc opin. intelligit Iaso. licet non ita declaret, in l.j.in pe.col.ff.de offi. procon. & cla-
32 rus in l.vinum in 7.col.ff.si cer.pet.† Secus tamen est si aliquis conueniretur officio iudicis mercenario. Nam ex quo deseruit, actioni contrahitur quoddam vinculum propter vim, & virtutem quam recipit ab actione. & ideo interpellatio iudicialis bene constituit in mora, prout dicit Cy. & alij superius allegati: in isto.n.iudicis officio mercenario deseruienti actioni, posset intelligi dictum Ias.hic.nam tale officium, licèt non præsupponat obligationem, præsupponit tñ quasi obligationem, prout est glo. notabilis secundum Ang. ibi in l.seruum. §.fi.ver.peti possit.ff.de verb.obl.quam ibi commendat Alex. alia adducens.nam largo modo dicitur obligatus qui tali officio iudicis mercenario conueniri potest: tenet Bar. in l.fin.ff. de iniurijs. Alex.in l.j.in antepe.col.ff.de iur.om.iud. Ias. supra eo.in prin.in 10.col.num.63. Deci.in l.j.in 9.col. C.de eden. & tali officio bene conuenit, vt fideiussor accedat, cū detur in eo aliquod fomentum, quod non est in officio iudicis nobili: de quo tñ officio iudicis, vide Alex.in consi.7.col.pen. in 2.volu.& lat ùs in l.j.in 12.& seq.col.ff.de leg. 1.& in l.1.§. 1.ff.ad Treb. Non obst.inductio Ias.de l.pecuniæ.§.pen.& fi. ff.de verb.sig.quia salua eius pace dixerim, inductio eius ē falsa.nā præsupponit vnum quòd iure digestorum fideicommissa petebantur officio iudicis, non iure actionis.hoc non est verum.nam casus opi.est in contrarium: vt habetur per Bar. in l. 1.ff.de leg.1.vbi allega. in 5.col. & sequitur d. Lancelotus Decius dicens eam cōem in l.legatum.la. j.in j. col.ff.de leg.j.alleg.pro hoc tex.vbi est casus in l.si res.ff.de leg.3. & ita per istum
33 tex. hanc opi.tenet Ias.sibi contrarius, in d.l.j.in 2.col.de leg j.cogita. † Circa illud etiam quod dicit Ias. quòd actio de peculio, de in rem verso, & quod iussu &c.cum si. non sint actiones propriè, sed adiectiones, siue qualitates. Adde gl.suprà in princ.istius tituli in ver.actio.in fi.vbi dixi.& hoc idem tenet gl. j.in §.actiones.infra eo.vbi Ias.hoc repetit, & ibi dicitur, & declarat notabiliter Ias. in l.Centurio.in 9. col.num. 25.de vulg.& pupil.

Gloss. possideat.diuiditur in duas partes. in prima ponit requisita rei vendic.ex parte actoris.in secunda ea quæ requiruntur ex parte rei. Secunda ibi, item ex parte. Circa primam partem vide quæ dico suprà in notabilibus, & plura dicit hic Iason distinguendo hoc verbum, Dominium, vt hic per eum, quæ prius omnia posuit latè Alexand. post Bar.& communiter doct. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. pos. & latius nouissimi Papien. in repe. rubri. de cau.pos.& proprie.in 9. 10.& 11.colum. In secunda parte glo.dicas breuiter, omissa disputatione, quòd glo. potest defendi absq; alia expositione istius verbi, quasi dominium.†nam illa expositio Bald.in cap. j.de inuesti.rei ali. non probatur iure: & ideò tenenda non est: ar.glos.in l.1.C.de legi. neque valet arg. Ias.vtilis rei vendicatio competit emphyteutæ & superficiario: ergo non dicitur quasi dominus.hoc non concludit: quia modi agendi possunt variari.l.non debet.vbi Bar.ff.de dolo.dominium autem, & quasi dominium secus quo ad effectum actionis in rē. vt tradit Socin. post alios in l.si à te.§.si quis.ff.de excep. rei iudi.licèt possessio respectu rei conuenti posset mutari, vt ibi traditur: respectu autem actoris secus: aliàs excluderetur: vt no.in. c. examinata. de iudi. patet quia tex.in d.l.j.§.quod autem.ff.de superficie. dicit quasi in rem actionem dari superficiario. Et quo arguitur, ꝙ sit quasi dominus: quia in hoc iura non refragantur, quæ de actione tantùm vtili loquuntur. Nec ob.quod si essent quasi domini, quod non daretur eis actio cōtra dominum: vt dicitur de publiciana: quod tamē est falsum: vt l.j.ff.si ager.vectig.quia hoc non arguit: quia in argumēto, à simili non requiritur quod talis similitudo concurrat: vt tradit Abb.in c.translato, de consti.l.pe.& fi. C.de colla. c. constitutus.vbi Abb. de app. & text. in d.l.j.non dicit quòd actio datur contra dominum, sed contra municipem: tamen de hoc non curo cum respectu alterius effectus, quasi domini dicantur. Neque etiam placet quod dicit Ias. quod bonæ fidei emptori rei vendi. vtilis non competat, ex quo competit publiciana: quia hoc est falsum: nam exponendo rei vendicationem videtur includere publicianam, prout est text. & ibi glo.in l. Marcellus.ff.de rei vendic. cum si. Et per ista cum laude Dei ē expeditus iste.§.extra gl.plura hic congerit Ias. in materia rei vendicationis, quæ per te videas, & formam libelli prosequitur satis inuolutè. tu verò videas pro clara & notabili formatione libelli Hermandum in summa de libellis in princip. Et quamuis omnes practici ponant: ipse tamen magis accommodate reassumpsit: vt declaro in voce: quoniam in scriptis, non placet formas libellorum prosequi qui ad practicam pertinent, & plura sunt tabulariorum scrinia atque hincinde practicæ diuersorum doctorum & formulæ vagantur: & tamen prosequi & attingere intendo quæ ad theoricam & veram textuum & glo.intelligentiam pertinere videbuntur.

Ludo. Gome. Hispa. Doctor.

SVMMARIVM SVPER §. AEQVE.

1 *Quot sunt genera seruitutum.& nu.5.*

Quæ sit seruitus personalis, & an sit propriè seruitus, 2. & 5.

Seruitus de sui natura debet esse formalis, non causalis, & quomodo intelligatur hoc.

Res alicuius non dicitur sibi seruire.

2 *Seruitutes de quibus in tex.sunt ciuiles.*

Seruitus quæ consideratur in seruis, est de iure naturali.

Seruitus quæ in seruis consideratur, ortum habuit ab ebrietate.
Contra impedientem aliquem vti seruitute quam habet in seruis agitur in actione iniuriarum.
Seruitus personalis extinguitur morte illius cui debetur.
Seruitus, quæ habetur in seruis, morte habentis eam non extinguitur, sed transmittitur ad hæredes.
Legatarius non est dominus serui, si ei legatus est vsusfructus, declarando vt hic.
Beneficium restitutionis in integrum concessum minoribus est personale.
Priuilegia personalia possunt amitti abusu.
In libero homine non cadit seruitus.
4 *An facultas capiendi ligna ex nemore tuo, vel aquam ex cisterna, vel decoctio panis in furno tuo & similes, sint seruitutes seu obligationes personales.*
6 *Quæ sit seruitus realis, & qualiter cognoscatur, & an sit propriè seruitus,*
Actus dicitur proprius, qui recipit extrema habilia.
7 *Quotuptex est actio mixta.*
8 *Dictio æquè, quid importat.*
9 *Vbicunque lex vel statutum vtitur dictiõe, Fortè, idem vult disponere in eum in quo non est apposita, quod disponit in eum in quo est apposita.*
Præsumptio iuris est contra hæredem non facientem inuentarium, quòd subtraxit bona hæreditatis, & ideò si bona hæreditaria non sufficiunt creditoribus, tenetur de suo propter talem præsumptionem, etiamsi verè non subtraxit.
Dictio, Fortè, inducit causam impulsiuam.
Doctor consulens per verbum, Forte, non dicit dubitatiuè respondere sed assertiuè,
Per verbum, fortè, respondent sæpe periti.
10 *Iudex debet proferre sententiam certam.*
Sententia lata per verbum, fortè, valet.
Sententia lata per verbum videtur, & per verbum, credo, & similia, valet, ibidem.
Dictio, Fortè dubitationem importat, sed quãdo profertur, in materia, iuris certitudinem facit. ibidem.
Sententia impropriatur vt possit sustineri. ibidem.
11 *Aquæ ductus concessio est seruitus realis ampliando vt hic.*
Intellectus l. Lucius. de serui. rust. prædio. ibidem.
Si concedo seruitutem tibi & vni ex filijs tuis quem elegeris, non valet respectu filiorum.
Seruitus realis dicitur illa quæ fit propter necessitatem fundi cui debetur, qua cessante non dicitur seruitus realis. ibidem.
Personalis seruitus quæ principaliter conceditur contemplatione personæ. ibidem.
12 *Pro seruitutibus rusticis & vrbanis cuiuscunque speciei competit confessoria & negatoria, & quomodo procedit. Et an sit idem in iuribus spiritualibus imitando, vt hic, & 13. & 14.*
Qualiter debeat peti ius patronatus. ibidem.
Intellectus glo. in l. rem §. loca. ff. de rei vend. ibidem.
Iura spiritualia quæ actione defenduntur, vt ius decimarum, & iurisdictionis ibidem.
13 *An bonæ fidei emptori competat confessoria.*
Bonæ fidei emptor dicitur quasi dominus.
Quòd tempus requiratur in præscribendis seruitutibus continuis & discontinuis, ibidem.
14 *Quæ actio competat feudatario.*
Quæ actio datur pro constituenda seruitute.
15 *Quæ dicatur seruitus prospectus, & qualiter differat à seruitute, ne prospectui officiatur, & à seruitute luminis. vide remissiuè.*
16 *Quæ differentia sit inter proijcere, & immittere. vide remissiuè.*
17 *Non inconuenit quòd exempla in aliqua materia inferantur etiam extranea & non facientia ad propositum.*
Aliquando iurislator vtitur ratione impertinenti.
Exempla ponuntur non vt ita sint, sed vt sentiant addiscẽtes.
Exempla non restringunt regulam.
Aliquando ponitur lex non faciens ad titulum.
18 *Quomodo exponatur verbum Suas, positum in tex.*
Verbum suas positum in aliqua dispositione sine adiuncto, in dubio intelligitur, id est, proprias & non alterius.
Illud dicitur meum largo modo, in quo habeo aliquod ius.
Illud dicitur esse suum propriè in quo quis habet plenam dispositionem & dominium.
19 *Dictio, Item, de natura sua repetit omnes qualitates præcedentis orationis & quando.*
Repetitio debet fieri in necessarijs tantùm.
20 *Negatoria verbis affirmatiuis, confessoria verbis negatiuis proponitur.*
Confessoria vtilis datur fructuario creditori & superficiario ratione quasi dominij. ibidem.
An quasi domino possit in pignus dari res in qua habet quasi dominium. ibidem.
Creditori pro seruitute pignoris datur confessoria. ibidem.
Vsufructuarius est quasi dominus. ibidem.

AEQVE. Supponenda sunt in primis pro introductione materiæ istius text. ea quæ hic Faber, Ang. & Ias. † præmittunt: videlicet tria esse genera seruitutum. nã quędam est personalis, quædam realis, quædam mixta. Personalis est illa quæ consistit in seruis nostris: & idem quod Ias. hic tenet Barth. Veronen. in tract. serui. urba. prędio. in c. 1. Sed antequam prosequamur alias duas species siue genera, videndum est prius, an hæc sit seruitus vel non. & colligendo ibi dicta doct. hic clariùs ex multis constat quòd non, primò, quia seruitus de sui natura debet esse formalis. nõ causalis: hoc est, debet habere alienam rem dominantem & constituere formam de per se. nam si habet causam à seipsa non ab aliena re, non dicitur seruitus: quia res sua non dicitur sibi seruire. ita est casus in l. vti frui. ff. si vsusfr. pet. cum igitur serui nostri in dominio nostro sunt, vt Insti. de iu. perso. per totum: ergo ministerium eorum non potest dici seruitus cũ res nostra nobis diceretur seruire, contra. d. l. vti frui. † Secundò, ego hanc opin. probo: quia seruitutes de quibus tex. noster loquitur, & ad quas conseruandas competit confessoria & negatoria, ciuiles sunt: vt hic patet, iuncto §. aliæ. infrà eod. sed illa seruitus quæ in seruis nostris consideratur, est de iure naturali. glo. est per illum tex. in c. ius gentium. j. dist. & glo. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. & firmat Bar. in l. ex hoc iure. in fi. ff. de iustit. & iure. Nam ab ebrietate initium sumpsit, & sic ab ipso impulsu naturę ortum habuit: vt probatur in c. sexto die. 35. dist. cùm igitur sit species seperata in omnibus, nec attinet ad materiam nostram, cum pro tali seruitute nec detur confessoria neque negatoria, sed agitur actione iniuriarũ contra impedientem. l. iniuriarum. §. si quis me prohibeat. ff. de iniurijs, cum concor. datis ibi in gl. igitur non est seruitus. Et licèt posset dici quòd etiam seruitutes prædiales siue reales sint de iure gen. vt videtur innuere text. in §. fi. in fi. Insti. de vsu & hab. Tamen ille tex. potest tolli secundum expositionẽ glo. ibi in verb. exposuimus. Vltimò hoc manifeste suadetur. nam videmus quòd de natura seruitutis personalis est quòd extincta persona illius cui debetur, seruitus extingatur. l. sicut. §. fina. ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. non solum. §. tale. ff. de liber. leg. Sed ista seruitus quæ debetur nobis à seruis nostris, morte nostra non extinguitur: quia transmittitur ad hæredes, §. in fraudem

fraudem, suprà qui & ex quibus caus. maio. non poss. cũ multis concor. igitur &c. Et propterea Ioan. Fab. hic fortè videns obstacula, dicit quòd posset dari seruitus personalis quæ dicatur vera seruitus, & formalis habens de per se formam defendentem à dominio alterius, vt puta, quando alicui legaretur, ministerium serui: quia tunc est seruitus formalis: quod pa-
3 tet: quia † legatarius non est dominus serui neque vsufructuarius, quod patet: quia tales operas transmittit ad hæredes: l. 2. ff. de vsufr. leg. Ang. tamen hic dicit quod huiusmodi ministerium seruorum non est seruitus, sed quædam obligatio personalis, nam cum huiusmodi ministerium serui non extinguatur morte, d. l. 2. ergo non est personalis. & hinc est quòd contra prohibentem tale ministerium non datur confessoria nec negatoria, sed actio iniuriarum. vulg. l. qui pendente. ff. de act. emp. & hanc opin. dicit Ang. tenere Pe. & Cyn. Bald. & Saly. in rub. C. de vsufr. sed Ias. hic tenet contrarium, quòd immo sit seruitus. & idem quod Iason tenuit prius Dy. & Io. Fabri. hic. mouentur inter cætera per doctri. Bart. in rubr. C. de vsufr. & quia titulus. ff. de oper. seruo. ponitur inter seruitutes personales, non ob. dicit ipse, quod non extinguatur morte. d. l. 2. quia est verum respectu illius cui debetur, morte tamen serui bene extinguitur. aliter tamen respondet vt hic videas per eum. Et pro ista opi. Ias. facit: quia non est verum quòd ista seruitus substantialiter in persona fundetur, qua mortua cesset: quia sequeretur quòd viuente persona seruitus non posset perire, donec moreretur: hoc tamen est falsum: vt in §. finitur supra de vsufruct. vbi Ang. patet etiam in beneficio restitutionis in integrum concessum minoribus: nam est personale: & tamen transmittitur ad hæredes. l. interdum. ff. de mino. l. non solum. ff. de in integrum restitut. patet etiam, quia etiam priuilegia personalia, licet persona non moriatur, possunt tamen extingui abusu: vt tradũt Fe. Abb. & alij in ca. cum accessissent, per illum text. de consti. & l. j. ff. de nundi. c. priuilegium. 2. q. 3. & habes aliud exemplum l. fi. ff. de offi. proconsul. Tamen his non obstan. teneatis opi. Ange. quæ est communis pro qua efficaciter facit. nam in libero homine non cadit seruitus. l. Titio centum. §. Titio centum, de condi. & demonstr. & tamen ministerium hominis legari potest. l. 3. ff. de vsuf. leg. accedat, quia in l. j. ff. de seruitu. ti. generali non connumeratur hæc inter seruitutes: & videtur de hoc esse casus in l. j. de ope. seruo. vbi dicitur quòd opera seruorum in facto consistit. ergo non est seruitus: quia seruitus est ius, l. via. in prin. ff. de serui. & Bar. in l. j. eod. tit. & ita etiam tenet Bart. Veron. in tracta. serui. vrb. c. 6. & attestatur istam esse communem opinionem.

Non ob. quod supra dixi: quia licèt aliter, quàm morte finiatur vsufructus, illud tamen ex facto personæ, quod aliquãdo accidit: mors verò regulariter interuenit & extinguit vsumfructum, & propterea consideratio Aret. non tollitur. Nec illud ob. de beneficio restitutionis in integrum: quia ad illud respondet Ioan. An. in regula, priuilegium. de regu. iu. lib. 6. videlicet quòd illud est propter rem in qua minor lædatur: vt
4 ibi per eum. † Et quod dictum est de ministerio seruorum, idem est de alijs obligationibus de quibus hic dicit Ias. videlicet de facultate capiendi ligna ex nemore tuo, vel aquam de cisterna cum alijs similibus: nam hæc non sunt seruitutes, sed obligationes quædam personales: vt tenet Bal. in l. fi. C. de condi. indebi. & in rub. C. de vsufruc. & latius prosequitur Bar. Veronen. in prædicto tract. c. 8. & in effectu communis opin. videtur ista, quam etiam tenet Bar. in l. mella. §. fin. per illum text. ff. de alimen. & cib. leg. licet aliter illum text. retorqueat contra Bart. & communem opin. Fran. Gammari. in tractu. seruitutis. 15. q. prin. j. col. fol. 6. dando nouum intellectũ, de quo ibi per eum: vbi finaliter concludit quòd facultas capiendi aquam ex cisterna, uel ligna ex nemore tuo, vel decoctio panis in tuo furno, vel calcis decoctio, siue fructuum perceptio, sunt seruitutes personales principaliter per tex. in d. l.
5 mella. §. fi. † Ex istis igitur patet quod non sunt nisi duæ species seruitutis, uidelicet realis, & mixta, quæ etiam personalis appellatur: vt tenet hic Angel. in 2. col. & prius Bal. in rubr. C. de vsufr. & est text. in l. j. ff. de serui. titulo generali, & quia cum persona semper finiuntur. l. sicut §. fin. ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. non solum. 2. §. tale. ff. de lib. le. licet propriè mixtæ potius appellari debent, vt concludit Bar. Veronen. in præ-
6 facto tract. c. 3. † Realis autem est illa quæ à re rei præstatur, sicut est vrbana vel rustica: vt est casus in l. vnus ex socijs. ff. de serui. rusti. prædio. cum si. Qualiter autem ista realis cognoscatur effectus est maximus: nam triplex vtilitas resultat: & ideo pro notabili resolutione istius cognitionis & effectus, vide prædictum Bar. Veron. in prædicto trac. c. 2. in j. col. vers. sed dubium est pulchrum, quem non refero: ne de libris libros faciam, cum cuilibet videndi pateat locus. Non tamen omitto quod ista diffinitio realis seruitutis communiter tradita aliqualiter potest impugnari ex eo, quia non videtur propria species seruitutis: quia ille actus dicitur proprius qui recipit extrema habilia: nam si damus filium, est necesse quòd demus patrem, qui vere vel fictione iuris sit capax habitu, vel actu ad habendum filios. §. minorem. supra de adop. sed in casu nostro vnus fundus, qui est res inanimata, non est aptus natus præstare seruitium alteri fundo, cum ad hoc non sint creati, sed vt homini seruiret. §. fi. supra de iure naturali: ergo seruitus realis non est propriè seruitus: sed illa quæ debetur à re personæ: & sic illa qnam doc. appellant mixtam.
7 † Mixtæ autem siue personales secundum aliquos in tres alias species subdiuiduntur, in usum videlicet, vsumfructum, & habitationem. licet hic Ias. num. 12. incidenter dicat eas esse quatuor addendo ministerium seruorum, sequutus glo. in l. si quis binas ædes. ff. de usufr. Sed ex supradictis patet quòd communis est in contrarium: quia non est seruitus: quæ autẽ sint istæ seruitutes, & qualiter inter se differant, vide not. & copiosè per præfatum. Bar. Veronen. in d. tract. serui. vrba. prædio. c. 3. & 5. & 6. ad quem recurras omnino. & ex ibi dictis per eum possent plures species seruitutum colligi: sed tamen omnes quo ad propositum nostrum reducuntur ad duas species gener. videlicet rustica: aut vrbana. quæ qualiter intelligantur declarat hic Iason, & prius idem Veronen. cuius verba tacito auctore sibi adscribit Iason in prædicto tract. cap. 11. vbi posteà ibi has subdiuidit in nominatas & in innominatas: de quibus ibi per eum. Iste tex. diuiditur & summatur, vt hic
8 per Ias. † Nota primò ex isto text. ibi æquè. quod istud aduerbium, æquè, est continuatiuum casus præcedentis, ita hic simpliciter aduertit Ias. in princ. licet nihil allegat: nam suprà dictum est de actionibus realibus in §. omnium. subdit posteà tex. noster, æquè si agat ius sibi vtendi &c. supple, est etiam actio in rem: & sic probat quòd confessoria & negatoria dicantur reales. Sed aduerte quòd quamuis ista continuatio fiat respectu nominis, non tamen respectu rei: quia actiones reales, de quibus suprà in §. omnium. dantur ad res corporales. & sic tu collige ex hoc, quòd ista dictio, æquè, non coniungit casus, pariformiter, sed cum disparitate & dissimilitudine: pro hoc facit not. doctri. Bar. in l. cum pater. §. dulcissimus. de leg. 2. & in l. Lucius, in princ. ad Treb. & facit bene tex. in §. post mortem. suprà de hære. quæ ab intest. defe. nam istud uerbum denotat hic qualitatem actionis, non effectum: ut est, elegans doctri. Bar. per illum tex. in l. si finita. §. si ante. in princ. ff. de dam. infec. nam clarum est, quòd istæ actiones, de quibus hic sunt etiam reales: & sic eiusdem qualitatis sunt illæ positæ suprà, §. proximo: sed non eiusdem effectus. Et pro hoc facit tex. in §. sed & si usque, Insti. qui. mo. tutel. fini. in contrarium tamen uidetur notabilis casus in l. interdum. In princip. ff. de hære. insti. ubi est casus quod ista dictio æquè, in totum parificat casus non solum in qualitate, sed etiam in effectu & substantia: per quem text. in pulchro casu consuluit Corneus in consi. 240. incip. Bonaura. in antepe. & pen. col. in 2. lib. & Socinus in cons. 108. inci. casus. in prin. in 3. uo. Et idem Corneus in consil. 75. incip. quanquam uidetur. in fi. in j. uol. facit quæ uoluit etiam per illum tex. Rom. in consi. 99. & Alex. in consi. 170. incip. in inspectis uerbis testamenti. in j. col. in 5. uol. ad idem est text. not. in l. legata inutiliter. §. fi. ff. de le. j. quẽ Bar. allegat in l. re cõiunctim, in 6. oppo. de leg. 3. Et secundũ hoc bene uerificatur põderatio quã facit Ias. in l. legato generaliter. in 7. notabili. ff. de leg. j. dũ ibi ponderat dictionẽ, æquè: licet pro sua opi. nihil allegat. Sed breuiter posset dici ꝙ istud regulatur secundũ subiectam materiam: nam aliquando significat paritatem casuum in totum, ut in iuribus suprà allegatis. & est bonus text. in le. inuitus. ff. de fideicommissar. libertate. aliquando uerò ponit diuersitatem casuum respecto effectus: in §. nostro.

patet,quia non solum hæc actiones de quibus hic, dantur ad iura incorporalia, vt supra dixi, sed etiam primum exemplũ positum hic in tex.est seruitutis personalis, & non realis, dũ dicit,ius vtendi,&c.vt in l.j.ff.de serui. pro quo exemplo, non competit directa confessoria,sed vtilis.l.j. §.fi. de superficie. vt infrà dicam: & sic ista dictio æquè variatur secundum varietatem casuum.pro quo vide notabilem doctri. Bart. in d.l. si finita. §. si ante, in fi.de dam.infect. vbi per hoc infert ad concordiam testium: quod dictum sequitur Roma. in consil. 301. in proposita consultatione.in 2. colum. vers.5.probatur. tenet Oldra.in consi.178. Nota secundò,ibi,fortè, secundũ Ias. hic,quòd vbicunque lex vel statutum vtitur ista dictione fortè,debet intelligi, vt idem velint disponere in eum, in quo non est apposita ista dictio,fortè,quia disponit in eum in quo est apposita, cle. j. de appel.Adde quod idem not. Ias. in le. si ex falsis.in vltimo notabili. C.de transac. & prius Alexan. in rubrica.ff.de acquir.hær. in j.col. & idem Alex.in l.in ratione. §.quod vulgo.nu. 13.ff. ad leg.Fal. vbi notabiliter voluit ꝙ licet præsumptio iuris sit contra hæredem non facientem inuẽtarium,ꝙ subtraxerit bona hæreditatis : & ideò si non sufficiunt creditoribus bona hæreditaria,tenetur de suo propter talem præsumptionem tantùm : quamuis constet hæredem, per confessionem legatariorum nihil ex hæreditate subtraxisse,nihilominus tenetur:quia tex.in §.sancimus. in Auth. de hære.& fal.loquitur per dictionem,fortè,quæ inducit causam impulsiuam, de cuius natura est idem disponere in casu, in quo cessat effectus quod disponit in casu in quo effectus consideratur. & mouetur ibi Alex. per tex. in d.cle. j. & pro hoc videtur mihi tex. in c. 2.de sponsa.iuncto.c. requisiuit. eo. tit.& est tex.in c.iuuenis. eo.tit.quem ibi ad hoc not. Mod.post Hosti.& hoc dictum sequitur Andr. Sicu. in repe. ca.Raynaldus. in 44. & 46. & 54. & 161. col. extrà de testa.tenet etiam Iaso. post Alex. in l.in substitutione. nu.6.de vulg. & pup.vbi solet, communiter allegari dictum Angeli ibi,quòd doctor consulens per verbum fortè, non dicitur dubitatiuè respondere sed assertiuè: quia per uerbũ,fortè, respondẽt sæpe periti,l.si duo. §.j.in glo. ff.de arbit.& hoc tenet glo.in c.2.in ver.fortè, de testa.vbi allegat illum dictum sacræ Scripturæ; Si cognouissetis, me,forsitan & patrem meum &c. & ita etiam hic capitur. hinc dixit singulariter Feli. in c.accedens.el.j.col.fi.vt lit. non contesta. ꝙ licet iudex debeat proferre sententiam certam, & non dubiam. l. 2. & 3.C.de sen.tamen si proferat per verbũ, fortè,vt puta,Condamno Titium Sempronio in decem : quia fortè est debitor : quod talis sententia valet, & perinde iudicatur, ac si illa dictio non esset apposita.pro quo alle. text.in l. cum quo, in j. col.ff.ad l. falsi. vbi tenet, quòd per istam dictionem profertur decisio certa & non dubitatiua, licet contrarium tenuerit Cuma.in d.l.in substitutione. & malè secundum ipsum alia adducens: & idem tenet Felin.in c.cùm contingat.in fi.2.colum. de offi.deleg.& Ias.in d.l. in substitutione.& quo ad illud de sententia idem tenet Deci.in c. super literis.in 4.columnn.in gl.fin.de rescrip.& in notabili casu tradit Soci.in consi. 33.inci. circa primum.in j.col.j.volum.Et ratio prædictorũ videtur vltra istos esse satis clara ex eo,quia illa dictio,fortè,ponitur in decisione iuris: nam quando verba de se dubitationem important, proferuntur à legislatore in materia iuris certitudinem & veritatem important.text. est de hoc in c.j.de iudi. lib. 6. & ibi dixi in primo notabili.nam ibi probatur: & responsio facta à Papa denotat certitudinem & veritatem, vt dicit Andre. Sicul. ponderando illum tex.in cle.gratiæ.in 2.col. de rescr. & tamen ibi Papa respondet per verbũ, videtur. quod alius dubitationem importat. & hoc dicit notandum Ias. in l.clam possidere. §.qui ad nundinas. in 11.columnn.de acqui.pos.dum allegat dictum Bal.in ca. bonæ. col. penul.de appella.Et ideò dicit Domi.in d.c.j. in princi. quòd per verbum,videtur,respondent sæpe periti.& ita hic videtur dicendum ꝙ licet dictio,fortè, regulariter dubitationem importet:tamen si proferatur in materia iuris à Iurisperito, importat certam iuris decisionem. Et hic est quòd sententia lata per verbum,videtur, valet: vt in lege, diui. §.j. ff. deliberali, cau.not. Alex.& Ias. in l.j.col. fi.ff.de re iudi. & idem dicunt, per verbum,credo,per plura iura ibi alle.per eos:ergo eodem modo erit dicendum ꝙ valeat sententia lata per verbũ, fortè.

9 † Sed aduerte vlterius, ꝙ quantum attinet ad istam dictionem, fortè,negari non potest quin regulariter dubitationẽ importet: ut latè probat And.Sicu.in d.c.super literis in 31. col. nu. 247. per text.in l.j.iuncta glo.ff.de rei ven.& idem repetit in c.2.in 4.col,de testa.& in d.c.veniens,vt lit.non contest. & est tex.in l.& si fortè.ff.si ser.ven.Sed aliquando impropriatur secundum subiectam materiam, vt actus sustineatur.quod et in sententia admittitur.vt l.& puto. §.j.ff.famil.hercisc.& no. Ias.in l.sed & si possessori. §.item si iurauero.ff.de iureiurand. in 8. no.& in l.si tibi.colum.j.ff.si cert.pet. Felin.in c. auditis, de præscript. Barba.in c.pe.in 2.colum.de emp.& vend.cũ si.

Sed tamen vltra prædicta in hac materia potest colligi vna doctrina ex his quæ distinguendo scribit Barba.in repet. cap. Raynaldus, in 2.col. de test.& de ista dictione, fortè, & vltra ipsum vide latè Corsetum in repeti. ad Abb. in ver.fortè. & vltra ipsum vide Barb. consi. 13. nu.10.clementissimi Dei.&c. in 4. col. primo lib. & consi. 25. nu.9.eo.lib.& consi. 89. nu. 3. in 4.lib. & Ant.de Prato in tract.de secun.nup. fo.25,co.2.

10 † No. tertio, ꝙ aquæ ductus concessio est seruitutis realis : quod est verum non solum simpliciter, quando constituitur de prædio ad prædium , vt in l.vnus.ff.de serui.rustic. prædio. & in l.j.ff.de seruitu.cum simi.sed etiam quando adijcitur pactum quòd non transeat ad hæredes ex parte recipientis. ut in l. seruitutes. quæ est l.4.de serui.& tenet hic Ias. cuius verba latè posuit prius Bar.in tracta. serui. rusti. prædio.capitulo de seruitute aquæductu, fo. 63. secundum paruam impressionem à quo tacito auctore decerpit Ias. ea quæ hic posuit. Tamen circa vnum quod hic dicit Ias.est aduertendum inquantum vult ꝙ quando conceditur ductus aquæ ad certam domũ & quocunque ille voluerit respectu istius adiectionis, ista cõcessio non dicitur seruitus, sed quædam obligatio personalis. l. Lucius.ff.de serui.rusti.prædio. nam istud non est verum: quia text.in d.l. Lucius. non se fundat in illa adiectione : quæ licet ibi expressa sit, debet haberi pro superuacua.arg. tex. in l.in vendentis.C.de contrahen.emp. & pro hoc facit dictum singulare Ioan. And.in addi. ad Spec. in rubrica de dona.circa med.vbi vult quod si concedo tibi seruitutem ad fundum meum & vni ex filijs tuis quemcunque elegeris : ꝙ illa adiectio incerta vitiatur, & non valet respectu filiorum: quod dictum pro singulari commendat Ludo. Roma.in nota. 530.incip. concedo tibi seruitutem: & tamen nemini dubium est ꝙ filij illius donatarij erant certi respectu relationis: ar.l.nominatim.ff.de lib.& posth.& l. certum.ff.si cert.pet.& c. ex parte, de offi.deleg. & tamen illa adiectio non valet : à fortiori, est dicendum in casu nostro,vbi illa adiectio in totum erat incerta. arg. tex.& quæ ibi no.in l.vbi autem. ff. de verb. oblig. & in l.cum post. §.gener.ff.de iur.dot.faciunt quæ no.Alex.in
11 l. Gallus.in princ.uer.quæ autem.ff.de li.& posth.Si † igitur talis adiectio non valuit : ergo non præstabit impedimentum concessioni principali, neque eam aliquo modo immutabit, sicut si non esset posita regula,non præstat.de regu. iur. lib.6. nec ideo quia tex.in d.l.Lucius appellat talem concessionem personalem, est dicendum hoc fuisse respectu illius adiectionis, quasi,quæ si non fuisset apposita,esset seruitus realis.nam hoc non est verum:quia talis concessio etiã cessante tali adiectione non fuisset seruitus realis,ex eo quia seruitus realis dicitur illa,quæ fit propter necessitatem fundi cui debetur seruitus.lege ergo.ff.de seruitute rusticorum præd. not. Bartolus, in l.stipulationes non diuiduntur.in 4.q.prin.& in l.4.§. Cato in 6.q.princ.ff.de uerb.oblig.& cessante tali necessitate non dicitur seruitus realis,ut dicit glo.in l.j.§.in prædijs.in glo. 2. ff.de serui.rustic.prædio.Sed in casu isto talis concessio aquæ ductus non respicit commoditatem domus,quia non indiget irrigatione aquæ:igitur non dicitur seruitus realis.dicitur tamen personalis: quia contemplatione personæ ille ductus aquæ concessus est principaliter ut puta,pro balneo uel cisterna in domo constituenda : quæ omnia sunt ad commoditatem personæ: & hac causa ibi textus hanc concessionem personalem appellat, considerans illud quod principaliter intenditur: argum. §.purpuram. supra de re.diui.& l.si quis ne causam.si cer.pe.uerum quia ista seruitus,licet secundario constituitur ad domum,ideo concludendum uidetur, quòd sit potius seruitus mixta quàm personalis : super quo tamen cogitabis

12 tabis. † Nota quartò quòd pro seruitutibus rusticis & vrbanis cuiuscunque speciej competit confessoria & negatoria & hoc procedit in domino fundi dominantis, & seruientis: secus in quasi domino: quia tunc confessoria directa non competit: vt l. 2. ff. si serui. ven. sed vtilis. l. j. §. fin. de superficie. cũ si. & idem pro quibuscunque iuribus specialibus: vt iure præsentandi quod competit patrono, & similibus: quia contra impedientem datur confessoria: & idem est pro decimis, & iurisdictione: vt dicit hic Io. Fab. & sequitur Iason, pro quo. al leg. Bald. in rubr. C. de vsufruct. Sed tamen gl. dicit contrariũ in l. rem. §. loca sacra. ff. de rei vend. quæ vult. ꝙ ius patronatus debet peti condictione ex iure canonum: quam glossa, ibi sequitur Bar. & Ang. Et quod non competat pro talibus iuribus confessoria, tenet expresse Bal. in c. significante. in pe. col. extra de ap. quod pro iurisdictione & pedagio & similib. officium iudicis competat, non confessoria vel negatoria, & in iure patronatus. hoc tenet Bal. in c. quanto. de iudi. Sed And. Sicu. ibi in 8. colum. no. 27. ver. quærit hic etiam Bal. sequutus, glossam in d. l. in rem. §. loc. dicit ꝙ non est verum, sed quod cõpetit vel condictio ex iure canonum, vel ex lege, vel rei vendicatio vtilis: per text. in c. examinata, de iudi. vbi hoc tenet In noc. & commendat ibi Abb. in 5. col. & idem Andre. Sicu. in 6. & 7. col. Quid dicendum? Breuiter teneas opin. Io. Fab. hic ꝙ pro talibus iuribus detur confessoria & negatoria: quam opi. tenet Bald. in l. cum res. col. fi. versic. item quasi. C. de proba. & tenet Andr. Sicu. in c. examinata. in 16. col. post gl. ibi & Imol. extrà de iudi. & Specu. in titu. de cau. pos. & proprietatis. §. nunc videndum. ver. si ergo de iure patronatus. in tit. de relig. domi, in j. col. & Inno. in c. inter quatuor in j. col. de ma. & obe. & tenet Pau. de Ca. in l. vt pomum. ff. de seru. in fi. & vide Rochum de Curte in trac. de iure patro. in ver. ius. in 4. col. ver. quæ autem actio. & vltra ipsos tenet expresse Old. in consi. 188. inci. quod prosequens. pro qua opin. allego. gl. in terminis in c. cum ecclesia Sutrina, in verbo quicquid iuris. de cau. pos. & proprie. & dixi suprà §. proximo in tertio no. & pro hoc facit quod no. Deci. in consi. 81. inci. viso puncto. in 3. col. lib. 2. Et hanc dicit esse communem opinionem Iason. in l. si prius. in j. col. ff. de ope. noui. nunc. quæ omnia tene mẽ

13 ti. † Limitatur tamen ista regula non procedere in bonæ fidei emptore habente seruitutem: quia non competit ei confessoria vel negatoria, sed publiciana. l. si ego. §. j. ff. de publicia. secundum Pau. de Ca. & declarat Ias. in d. l. si prius in j. col. Tamen aduerte: quia uidetur glo. magna in contrarium. infrà eo. nam si istæ actiones competunt domino vel quasi, bonæ fidei emptor dicitur quasi dominus: vt in §. sequen. tenent communiter omnes: tamen primum est verius: quod maximi est effectus, ex eo, quia in seruitutibus continuis, & quasi continuis præscribendis sufficiat tempus 10. anno. inter præsentes, & 20. inter absentes, & in discontinuis tempus, de cuius initio non est memoria in contrarium: vt dicit Bar. & alij in l. 2. C. de serui. & aqua. & glo. cum text. in l. seruitutes. la in l. 2. C. de serui. & aqua. & glo. cum text. in l. seruitutes. la grande, ff. de serui. & in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. Et illa præscriptio ita demum inducitur si constitutio seruitutis facta sit à non domino: quia quando à domino, non est necessarium remedium præscriptionis. l. clauibus. de ff. de contrahẽ. emp. l. sequitur. §. lana. ff. de usuca. isto casu non haberet locum præscriptio tanti temporis, de cuius initio non esset memoria: etiam si esset seruitus discontinua: cum contra habentem publicianam non currat nisi commune tempus, videlicet. 10. vel 20. annorum. vt dicit Pau. de Cast. in d. l. seruitutes. col. fi. uer. est & alius casus, motus per l. fi. C. de præscrip. longi temporis. & per text. in d. l. si ego, quod dicit sup. & tenet etiam Faber hic, & Bar. Vero. in d. tra. serui. vrb. in 19. cap. col. fi. & Moder. Taurinenses in tracta. præscriptio. in secunda parte quartæ principa. in 10. q. in 2. col.

Et sic sequeretur ex hoc quòd non esset dare casum seruitutis discontinuæ in quo procederet prædicta præscriptio temporis de quo non est memoria: quia si talis seruitus constituitur à domino, non est necessaria præscriptio, vt suprà est dictum: si à quasi domino & sic ab illo quem putabam esse dominum, ex quo tali casu competit publiciana, etiam prædicta præscriptio non procederet: & per consequens communis, traditio doctorum redderetur inanis, nisi velimus restringere publicianam in casibus onerosis: super quo tamen cogita. Alia tamen requisita circa præscriptionem seruitutum latius prosequuntur præfati Moder. post Bar. Veronen. in prædicto tracta. c. 19. & 20. vbi videndum est. Secundò limitatur prædicta regula tex. nostri. quod non habeat locum in feudatario: quia illi non competit confessoria neque negatoria, sed quasi rei vendicatio vt concludit Ias. in §. sequen. in 11. col. nume. 57. super quo tamen uide Specula. in loco suprà allegato.

14 † Tertio limita istum tex. procedere quando seruitus est constituta, tunc bene datur confessoria & negatoria si perturbetur: secus autem in seruitute constituenda: quia datur actio ex illo contractu: & ita tenuerunt quidam antiqui, & huic limitationi nihil est quod obest: quia text. in l. corruptionem. C. de vsufruc. alleg. hic per Ias. nihil facit, sed potius pro hac parte: & ista opin. uidetur multum rationabilis. & per hoc remouentur multa contraria, & actionum utilitas & locus cõseruatur. Quarto limita istum tex. procedere in confessoria & negatoria speciali: secus in generali, limitat. Iason. in re pet. l. quominus. in 10. col. num. 54. ff. de flumi. Sed ista limitatio uidetur dubitabilis ex eo, quia iure non probatur: & ideo non est tenenda: ut tradit idem Ias. in l. illam. C. de collatio. & quia nulla uidetur substantialis differentia inter confessoriam & negatoriã specialem & generalem, tamen notanda est hæc limitatio, maximè in practica: quia dum casus accidit, magnum est habere decisionem alicuius doctoris in terminis ẽt fine. l. loquentis: per ea quæ dicit Alex. in l. sed & si quis. §. quæsitum, col. fi. ff. si quis cautio. & Ias. loquens de Paul. de Castr. in l. non est minus. col. fi. C. de procura. nam decisiones, quæ sunt in terminis, sunt securiores, & ibi cessant omnia argumẽta: ut dicit Albe. Brunus in tracta. de statutis. arti. 6. q. 2. in fin. col. 3. & Io. ignei in rep. Auth. ex causa. col. 19. C. de libe. præte. & ideò dicit Ang. in consi. 14. nos Carolus. col. 2. quod allegare regulas generales, ubi est decisio in terminis, est pauperis doctoris. ut dicit Felinus in cap. j. in 4. colum. de præscrip. & ideo in actu practico laborandum est, ut inueniamus decisionem in terminis. quia talem inuenire est doctissimi doctoris: ut dicit idem Felinus in capit. cum ordinem. columnn. 4. de rescriptis. & hoc uolui dixisse, quamuis paululum extra rem: quoniam multos scio sponsos Penelope, ut cum omnia ignorent, omniũ sapiẽtes uideri uolunt, & nisi quod ipsi cogitant, nihil putant rectum. Quintò limita, ut per Alexandrum in lege, si prius, in principio, Digestis. de operis nou. nunt. secundum doctrinam Bartoli in lege, fin. digest. de alien. iud. mut. cau. fac. quem etiam sequitur hic Iason: tamen illa limitatio uidetur dubia, ex quo ille text. non loquatur de alienatione iuris, sed rerum de quibus non bene argumentatur: ut dicit hic tex.

15 † Nota quintò tex. ibi prospiciendum. quòd seruitus prospectus est illa quæ mihi conceditur, non ut cœlum uideam, ut fenestra, uel ut ad me perueniat claritas diei, simili modo: sed ut utar amœnitate uisus secundum quantitatem, & modum fenestræ. Nam si fenestra mea habebat prospectũ, non tamen ad cœlum neque ad amœna, & tu concedis seruitutem prospectus, intelligitur eo modo, ut est: secus si de nouo & in genere prospectus concedatur: quia tunc tam ex parte superiori cœli, quàm inferiori hincinde dari debet, ut not. allegans plura iura declarat Barthol. Veronen. in tract. serui. vrba. prædio. c. 33. & ibi ponit cum duobus capitulis sequentibus in quo conueniat hæc seruitus, & in quo differat à seruitute si prospectui officiatur, & à seruitute luminis, uel ne luminibus officiatur: uideas ibi: nam omittam quia nihil addendum occurrit: declaro tantum tibi in uoce.

16 † Nota sexto differentiam inter proijcere & immittere: de quo uide latè præfatum doctorem Veronen. in d. tract. c. 3. & sequ. ubi latius hoc declarat & per plures conclusio. discutit

17 † Glo. in ver. altins tollendi. ibi & ita hic inserit exemplum negatoriæ. Ias. & alij reprehendunt hanc expositionem ut fatuam. Tamen dicas non esse inconueniens, quod exempla, in aliqua materia inserantur etiam extranea: ut patet infrà, §. sed istæ, ub. Imperator intendit tractare de realibus actionibus usque ad §. in personam, & tamen inter illas reales immiscuit aliquas personales: ut patet in §. inter. si quis in fraudem, infrà, eod. patet etiam in §. præiudiciales, infrà, eod. ubi Impetator inter actiones prætorias ponit unam ciuilem: ut dixi

dixi in §. actiones autem, in primo not. infrà, eod. ita hic potuit inter confessoriam inserere exemplum negatoriæ & econtra, sicut etiam videmus in pluribus locis, ꝙ legislator ponit exempla impertinentia & non facientia ad propositum: arg. tex. in c. nouimus. §. fi. & ibi no. omnes, de ver. sign. Sic etiam videmus ꝙ aliquando iurislator vtitur ratione impertinenti, vt in c. non debet. de consang. & affi: & ibi expresse not. Ant. de But. & alle. pro hoc tex. in c. quærenti, de offic. delegat. vbi hoc no. Barba. in 2. colum. & pro hoc est bonus tex. in c. pen. §. prohibemus. de offi. le. lib. 6. secundum quod eum ponderat Bernar. Bisigne. in decisio. Rotæ antiquiori in titu. de concess. preben. decisi. 5. Sed posset dici ꝙ licet istud exemplum negatoriæ inter exempla confessoriæ positum sit, ordine tamen intellectus censetur positus loco suo: vt est tex. no. in simili in c. 2. causam. de rescr. facit tex. in l. 8. §. si prius. ff. de vul. & pupil. nam exempla ponuntur non vt ita sint, sed vt sentiant addiscentes. l. obligationum substantia in fi. ff. de ac. & obl. l. prætor. §. videamus. ff. de colla. bo. & ideò regulam non restringunt vul. §. hactenus. suprà de gradi. l. damni infecti. ff. de dā. infect. & ita etiam videmus ꝙ aliquando etiam ponitur lex nō faciens ad titulum: vt patet in l. alearum vsus. C. de religio.
18 & tex. in c. ex tuæ. §. fi. de cleri. non resid. & alibi sæpe. In fi. gl. ibi vel pone hoc exemplum. &c. istud exemplum sequitur Dy. hic, Ias. declarando, ut hic per eum, & secundū hoc istud verbum, Suas, positum in tex. debet exponi, id est uicini, non suas, idest proprias eius qui agit pro seruitute: & taliter, exponendo si rectè consideres, etiam ista verba comprehendunt illum casum oneris ferendi, quem excipit hic Ias. quia licet ille qui debet seruitutem, teneatur non solum ad patientiam, sed etiam ad factum. l. eum debere. ff. de serui. vrb. prædio. illud nihil habet commune cum actione: quia propterea confessoria non alteratur. nam si ago contra te, vt teneas altius ædificatum, vt onus feratur, uel vt tigna immittantur, siue ego siue tu teneamur ad ædificandum vtroque modo ista verba suas ædes, id vicini, sunt bene exposita neque alterantur.

Sed Areti. hic dicit ꝙ ista expositio non satisfacit, vt exponatur, suas, idest uicini. & idem tenet Faber: Iason tamen dicit esse congruam expositionem: immo si talia verba exponātur suas, id est proprias, non vicini, adhuc opinio Dy. stat, quia illud potest dici suum in quo ius habemus: lege, talem. §. si quis ita. ff. de hæredibus institu.

Sed tamen aduerte quòd opinio Aretini mihi videtur verior: quia ubicunq; istud uerbum suas, in aliqua dispositione simpliciter ponitur sine adiuncto, in dubio exponitur, Suas, id est proprias non alterius, de hoc est text. secuudum quod ibi declarat Bar. in l. cum in testamento. ff. de auro & argento leg. & ita exponit textum in l. debitorem in princip. ff. ad Trebel. ad idem textus in l. Saluius. ff. de leg. præstan. ibi patrem suum &c. tenet etiam Alex. in consilio 23. consideratis, in j. colum. in 2. volu. & in consilio 56. in j. colum. in j. volum. & sequitur Hyppol. de Marsil. in singu. suis not. 21. Andr. Sicul. in c. iudicante. in 9. colum. de testamen. Sed in tex. isto hæc uerba ædes suas, proferuntur simpliciter, & sine adiuncto: igitur debent exponi, suas, id est proprias agentis confessoria. Nec obstat. d. l. talem. §. si quis ita. quia ibi ideò est, quia intentio testatoris erat instituere illum libertum quem sciebat iam manumisisse. & sic illa verba recipiunt declarationem ex mente testatoris. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstratio. Et quamuis aliquando illud meum dicatur, in quo habeo ius: vt tradit Perusinus in capitulo, Si tibi absenti. in tertio not. de præbendis, libro sexto. illud est largo modo. propriè; tamen illud dicitur esse suum in quo quis habet plenam dispositionē & dominium. de quo etiam per Bartolum. in lege, quintus. §. argento. ff. de auro & argento leg. & isto respectu domus sua dicitur quæ est alterius: vt in §. sed & lex, supra de iniuri. & sic vtraque opinio posset sustineri inspecta subiecta materia.

Postremò dum Iaso. hic reprehendit vltimo loco exemplū Ioan. Fabri de statuto uel consuetudine, qua cauetur, ne domus posset nisi usque ad certam mensuram eleuari &c. dic istud exemplum esse uerum, & communiter comprobatum hic per doct. nec est uerum quūd ipse dicit quòd confessoria, datur pro seruitutibus, non pro libertate: quia contrarium tenet idem Iason suprà in secundo nota. numero 35. dum uult quòd confessoria datur non solum pro seruitutibus, sed etiā pro quocunque iure spirituali: ut puta pro iure patronatus, & iure præsentandi, in quibus clarum est quòd non agitur de seruitute, sed de libertate: declarat aperte Speculat. in titulo. de causa poss. & proprie. §. nunc uidendum. §. si ergo, & alij plures quos retuli suprà in quarto notabili, & est communis opinio ut dicit idem Iason in lege, si prius. in prima column. ff. de ope. noui. nuntiatione, quia si tu impedis me uti quasi possessione mea præsentandi: ago contra te confessoria, & eodem modo in iure decimarum: ut ibi latius dicitur. & in hoc non est dubium.

19 † Glossa magna diuiditur, ut hic per Iasonem. in eadem ibi uidelicet dic non repeti: nam quamuis omnia quæ hic tradūtur in glossa sint modicæ utilitatis: tamen ut aliorum uestigia sequamur conclusiuè & breuiter procedam.

Istud igitur dictum glossæ reprehendit Iason hic dicens, ꝙ immo ista uerba altius tollendi, posita in textu, debent repeti. non quia ponuntur per dictionem, Item, de cuius natura est repetere omnes qualitates præcedentis orationis, quando oratio sequens est imperfecta ratione uerbi uel suppositi. ut notat Bartolus in l. à sententia. ff. de appellatio. & in lege, prima. per illos textus. ff. de publica. cum simil. ut dixi. in §. item seruiana. infrà eodem.

Sed tu defende glossam, quia ex quo textus in positione illius exempli non apponit illam dictionem, non, utique neque nos eam apponemus: uulgari capit. ad audientiam, de decimis. cum sim. Non ob. quod dicitur de dictione, item: quia illud est verum quando qualitas præcedentis orationis est necessaria, in sequenti, uel aliquo modo respectiua: tunc enim bene censetur repetita in sequenti oratione: alias secus. ita dicit Bart. in l. in repetendis. colum. prn. de lega. 3. & notabilis per eundem consi. 39. incip. colum. reliquit. ubi notabiliter dicit, quòd si aliquis reliquit uxori suæ aliquid, puta fundum, cum ista dictione, Si castè uixerit: deinde dixit, Item relinquo domum: in ista oratione non censetur repetita illa conditio, si castà uixerit: ratio est, quia illa non est necessaria, & repetitio debet fieri in necessarijs tantùm. ita ibi Bart. cuius consiliū, in notabili casu approbat Soci. in consil. 10. incipien. quamuis. in 6. col. li. j. licet ibi corrupte eum allegauerit: & hoc idē tenet Cuma, in consil. 22. incipien. testator. in 10. col. Et ideò in tex. isto fateor quòd uerbum præcedentis orationis in isto exemplo altius tollendi repeti debet: quia illud est necessariū ad perfectionem orationis. secus uero in illa dictione nō, quia illa non est necessaria: & isto modo de plano procedet exemplum negatoriæ hic: quia si ego constitui tibi seruitutem in domo mea, ut non liceret mihi altius tollere: postea si uolo altius tollere, potero agere contra te negatoria, ut liceat mihi altius tollere: & ita negatoria erit concepta uerbis affirmatiuis, ut dicit postea glo.

20 † In eadem glo. ibi, sed quæritur quare nomina talia, &c. Dicas breuiter quòd ista est communis conclusio quòd negatoria uerbis affirmatiuis, confessoria negatiuis proponitur. & opi. Placen. non est uera respectu expressionis faciendæ in libello, sed tamen respectu intentionis: quia ille qui agit confessoria, intendit quòd aduersarius patiatur, & confiteatur sibi debitam seruitutem: tunc iste effectus resultans ex confessoria bene est affirmatiuus, & econtra in negatoria. & ita istud dictum Placen. & gl. nostræ concor. Bar. in l. si prius. in quinta oppo. ff. de ope. no. nun. quæ ibi sequuntur communiter scriben. & sequitur hic Aret. & alij. licet ibi nouissimi Bononien. more suo quibusdam umbris ueritatis aliter interpretentur dicta Bart. contra Ias. sed eos non teneas: quia mittent te in errorem, quod plerunq; contingit impugnantibus glo.

In eadem glo. ibi, item, quare istæ dicantur, &c. concludit glo. quòd confessoria intellige utilis datur fructuario creditori & superficiario ratione quasi dominij. Ias. hic impugnat in omnibus membris dicens in primis ꝙ illud quod dicit gloss. de creditore non est uerum: quia si esset quasi dominus, non posset in re illa pignus constitui. l. si ex sextante, §. latius. ff. de exceptio. rei iudic. cum si.

Sed tu tene glo. & dicas ꝙ non est uerum ꝙ quasi domino non possit in pignus dari illa res in qua quasi dominium habet, per tex. secundum quod ibi declarant Bart. & Bal. in pen. col.

colum.in l. in rebus.C.de iure do.vbi declarant per hoc d.§. latiùs: quia licet perfecto & pleno domino res sua pignorari non possit.vt l. neque pignus.ff.de reg.iur. Tamen non pe fecto domino & reuocabili, vt est creditor, bene res illa pignorari potest: vt concludit Deci.in d.l.neque pignus. in prin. vt est text. in l. non quocunque.in princ.de leg.j. Et propterea creditori pro seruitute pignoris datur confessoria vtilis. lege, creditoris.ff.de oper.nou.nunt.l.ei qui pignori. ff. de seruitu. quæ cum actio sit realis,non potest dari nisi domino,vel quasi per ea quæ dicta sunt supra,id est in.§.proximo per illum tex. & quòd creditor dicatur quasi dominus: tenet expresse Ioã. Fab. in §. idem iuris.in princ.suprà de inuti.stipu. Et idem dicendum est in alio exemplo glo. scilicet,in vsufructuario qui dicitur quasi dominus,quicquid dicat hic Ias. prout est gloss. not.in l.proprietatis dominium.C.de proba.quæ solet ad hoc semper allegari, quòd vsufructuarius in vsufructu dicitur habere dominium: & de hoc est casus ad literam in l. in venditione.ff.de bon.auctori. iud.poss.& tenet Paul.de Cast.in consilio 219.incip. visis & ponderatis. in primo vol.ergo competit sibi confessoria non directa,quia illa non competit nisi soli domino.l.2.ff.si serui. vend.sed vtilis,& ita procedit& declaratur text.in l.vti frui. ff. si vsusfruc. pet. Et hanc opinio. tenet Bar.Veronen.in tract.serui.vrba.præd.in 14.col.& ante ipsum Bald. in rub.C.de vsufru.& in l.2.in fin.vers. extra quæro. C. commun. delegat.

Glo.neget,disceptat circa intellectum istorum verborum, per quam neget &c. Et breuiter dicas quòd licet prima solu. glo.sit vera in se communi,de qua dixi supra in §.proxi.tamẽ non congruit isti literæ: quia text.non vult dicere illud quod dicit glo. & Ias.sed hoc,quòd licet in iuribus incorporalibus detur confessoria, & negatoria: tamẽ istud genus negatoriæ, in rebus corporalibus proditum non est: quia ille, qui possidet, non agit contra dominum, dicens illi ius non compere, quia non reperitur: sed bene quis agit ad talem rem, quia dicit esse suam, & sic rei vendicatione, sicut agitur confessoria: tamen ista alia species actionis quæ dicitur negatoria non reperitur exẽplata in rebus corporalibus quæ differat à rei vẽdicatione.& hoc est quod voluit dicere hic tex.

SVMMARIA SVPER §. SED ISTAE.

1 *An iste, §.incipiat ab isto versicu.an versicu.an verò à versi,altæ.nu.2.& 3.*
Non inconuenit aliquando leuia pertractare.
Leuia incitant ingenia iuuenum.
Leges abrogatæ sunt inutiles, & eas allegans incidit in pœnam falsi, & quare addiscuntur:
2 *Dictio,sed,quando ponitur in eadem materia, ponitur causatiue, & sic exponitur pro quia, reddens causam materiæ superioris,*
Quando sunt plura dicta in vna lege de eadem materia,illa dicta non debent notari signo.§.sed signo versiculi.
Quæ sit differentia inter signum.§.& versiculi.
3 *Auctoritates plurimorum faciunt communem opin.*
4 *Quare hic §.non fuit positus immediate post §. omnium supra eo.*
Publiciana datur ad instar rei vendicationis.
In arbitrarijs qualitercunque faciat Imperator non est redarguendus
5 *Quare prætor non extendit rei vendicationem ciuilem ad casum istius tex. vt etiam competat illi qui emit à non domino,quem credebat esse dominum.*
Bonorum possessor habet maximam conformitatem cum hærede,ibidem.
An statutum loquens de hærede, habeat locum in bonorum possessore,ibidem.
Dominus & non dominus sunt contraria, & tamen dominium, & quasi dominium non sunt contraria. ibidem.
6 *Quæ sit Publiciana.*
Quare dicitur in diffinitione quod est prætoria.
Nunquid publiciana sit actio directa, vel non.
Quando actio producitur ex verbis & mente legis, dicitur directa.
Prætor non potest remedia directa inducere.
Publiana datur ad istar rei vendicationis, quæ causatur ex præscriptione. 10. vel 20. anno. per quam acquiritur vtile dominium.
7 *Quare in diffinitione Publicianæ, dicitur quòd est perpetua.*
Qubre dicitur,bona fide.ibidem.
Quare ponuntur in diffinitione publicianæ ista uerba.In re, uel ad rem. num.8.
Ille dicitur habere ius in re,qui habet dominium ipsius rei. ibidem.
Ius ad rem habet ille qui habet quasi dominium.
9 *Publiciana non competit domino.*
Ille qui actionem habet,dicitur rem habere.
Princeps non potest nobis tollere sine causa actiones reales.
Ius ad rem de facili per Principem tollitur.
Ius ad rem morte principis tollitur.
Ius ad rem non est considerabile.
Ius ad rem non dicitur quæsitum, sed quærendum.
10 *Quare dicitur in diffinitione publicianæ, Traditione facta, vel quasi &c.*
Per venditionem rei ab alio possessæ, et consignationem illius transfertur in emptorem dominium, non autem possessio. ratio diuersitatis.
11 *In omnibus casibus in quibus procedit vsucapio,habet locum Publicianã limitando,vt hic.nu. 12.*
In furtiuis non procedit vsucapio.
Per seruum proprium acquiritur possessio domino ignoranti etiam quo ad vsucapionem ex causa peculiari; extra tamen causam peculiarem si acquiratur possessio per seruum, non tamen acquiritur vsucapiendi conditio.
Licet possessio acquiratur domino ignoranti per procuratorem, non tamen vsucapiendi conditio, quæ scienti competit,
12 *Mala fides superueniens de iure canonico impedit præscriptionem, non tamen publicianam.*
Pro re furtiua empta bona fide competit publiciana.
Quotiescunque de aliquo quæritur, præsupponitur, quod ex omni alia parte habilitas extremorum concurrat.
13 *Licet rei vendicatio detur contra possidentem cum titulo, non tamen publiciana,declarando, vt hic latè, numero 14.& 16.*
Vigilare cuilibet licitum est pro commodo suo,etiam in alterius damnum,ibidem.
Quando aliquis habet causam ab eo quem poterat conuenire, non dicitur habere plus iuris quam ille primus,
Pœna non habet locum nisi iure exprimatur,ibidem.
Paria sunt dicere contra legem,vel sine lege,ibidem.
Possumus iudicare contra communem quæ non habet legem pro se, ibidem.
Publiciana quibus casibus detur contra titulo possidentem, ibidem,
Priuilegium possessionis maximum est, ibidem,
14 *Plura non desiderata seu affectata prosunt,*
Nunciatio noui operis est personalis,ibidem.
15 *Nunquid publiciana detur contra possidentem titulo pro hærede.*

Argumen-

Consuetu-

Conſuetudo poteſt validare libellum licet de iure non valeat.

Inter libellum alternatiuum & diſiunctiuum eſt differentia maxima.

Aliquando iſta verba alternatiua, & diſiunctiua confunduntur.

38 *Dictiones diſiunctiuæ ſunt, vt iſta dictio Vel, & Aut, quarũ natura eſt diſiungere verba & ſignificatum.*

Ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram.

Dictiones alternatiuæ ſunt hæ, Siue & Seu, quarum natura eſt verba diſiungere, & coniungere ſignificatum in effectu.

Quæ ſit natura dictionis Seu.

39 *Ad hoc vt detur publiciana, quid requiritur.*

Nunquid de iure Authenticorum ſufficiat tantum bona fides ex parte emptoris, an verò requiratur etiam ex parte venditoris, &c.

40 *Duplex eſt vitium, ſcilicet reale & perſonale.*

Duplex eſt ſucceſſor, quidam eſt vniuerſalis, alius eſt particularis.

Quid eſt vitium reale.

Vitium reale auctoris nocet omni bonæ fidei ſucceſſori, donec res perueniat ad manus veri domini, intelligendo vt hic.

In rebus immobilibus furtum propriè conſiſtere non poteſt.

41 *Vitium reale quid ſit.*

Vitium reale auctoris nocet ſucceſſori tam vniuerſali quàm ſingulari.

Vitium perſonale auctoris non nocet ſingulari ſucceſſori bonæ fidei quò ad preſcribendum ex perſona ſua &c.

1 SED Iſtæ, &c. antequam ad tex. deſcendamus, operæpretiũ videndum eſt, † nunquid iſte. §. incipiat ab iſto ver. an verò à ver. aliæ. Et quãuis hæc inueſtigatio modicæ vtilitatis ſit: tñ non inconuenit aliquando leuia pertractare: nam, vt inquit, Ant. de But. in c. 3. in 2. col. de vita & honeſta. cle. ſæpius de his interrogati eſt magis verecundum neſcire reſponſum, quinetiã, quia ꝑ hæc læuia ingenia iuuenũ excitantur, & ſolẽt hæc interdũ facilius plurimorũ animos mouere, q̃ ea quæ penſate & vtiliter dicuntur: vt tradit in notabili caſu Bar. Veronenſis in tractatu cautel. cautel. 67. incip. ſunt multi. poſt Ant. But. in c. per tuas. qui fil. ſint legi. Nam bonarum artiũ diſciplinæ non tam vtendi cã q̃ propter ea quæ ſingulariter enumerantur in c. legimus. el. 2. 36. diſtinct. addiſcuntur, ac etiam vt ocium propulſetur: vt dicit tex. in c. nunquam, de conſecra. diſt. 5.

Hinc eſt, ꝙ licèt leges abrogatæ inutiles ſint, & eas allegãs incidat in pœnã falſi: vt tradit Bar. per illũ tex. in l. fi. ff. de fal. cum ſimilib. vt per Felin. in c. j. in 4. col. de conſtitutio. tñ permittitur earum habere notitiam, non vt eis vtamur: ſed vt plura ſciamus, vt dicit Io. de Anna. in rub. de ſortileg. col. j. ac vt eas aliquando valeamus confutare: vt dicit Domi. in d. c. legimus. el. 2. gl. no. in l. j. in gl. j. in fi. ff. de coniug. cũm emãci. libe. Et ideò hanc qõnem ſuper qua ẽt antiqui patres rixati ſunt decreui q̃ breuiſſimè attingere, ſuper qua breuiter Iaſon hic concludit quod cõiter iſte. §. allegatur in verſ. ſed iſtæ. Et ideo quod ab iſto ver. incip. §. & non in verſi. aliæ: rationibus de quibus hic per eum: quibus adde quod ita iſtum §. in verſic. ſed iſtæ. alleg. gl. in §. ſunt præterea. infra eo. & Abb. in c. cùm ſuper in j. & 2. co. de cau. poſſeſ. & proprie. & Alex. in apoſtil. ad Bar. in l. j. ff. quorum bonorũ. & Bal. in l. nullo in fi. C. de rei vendicatio. cum pluribus alijs. Sed iſtis non obſtantibus teneas totum oppoſitum videlicet quod iſte. §. incipit ſecundum cõmunem allegationem à verſi. aliæ. & non à ver. Sed iſtæ. quod ratione & auctoritatibus demonſtro. Primò probatur ex sẽſu & ex verbis iſtius verſi. Sed iſtæ. nam hic verſiculus dicit, ꝙ iſtæ actiones de quib. habita eſt mentio, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendunt. & ſic eſt idẽ dicere quod ſunt de iure ciuili. & ad hoc allegat Iaſ. ſupra in princ. iſtius tituli, nũ. 39. in illa qõne, An actiones ſint de iure ciuili. & ad hoc idem allegat. Bal. not. in tract. dotis in 3. parte in j. & Andr. Sicu. in rubr. de excep. in clemen. in 2. col. & tñ clarum eſt quod iſte ſenſus non congruit materiæ de qua intendit tractare imperator in verſ. aliæ, dum ſubdit, Aliæ aũt ſunt quas prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet. & ſic à verſi. aliæ incipit ponere, actiones proprias quibus non conuenit ſenſus verſiculi, Sed

2 iſtæ. Meq; etiam patiuntur verba: † nam illa dictio ſed qñ ponitur in eadem materia, ponitur cauſatiuè. & ſic exponitur ſed pro quia, reddens cauſam materiæ ſuperioris. vt eſt tex. iuncta gl. in l. Iulianus. §. fi. ff. ex quib. cau. maio. Item ex verbis ſequentibus ibi: quarum mentionem habuimus &c. certum eſt ꝙ iſta verba non poſſunt niſi ad ſuperiora referri, & non ad ſequentia: ergo iſte verſiculus videtur continuatiuus. §. præcedentis, non aũt principium §. ſequentis. & pro iſta parte bene conueniunt ea quæ hic Citramontani dicebant. vt refert hic Iaſ. Nec ob. quod iſte verſ. Sed iſtæ, ſignetur rubro. vt §. quia non debet ſignari, vt §. ſed vt verſi. Nam qñ plura ſunt dicta in vna lege, de eadẽ tñ materia, illa dicta nõ debẽt notari ſigno §. ſed ſigno verſiculi, vt dicit Præpoſi. S. Ambroſij Car. meritiſſimus in c. ſatyra. 2. diſt. pro quo dicit eſſe glo. notabilẽ in capi. vnico. §. ſub ea. in verbo ſic. ſ. &c. de poſtula. præla. lib. 6. ſecus vero vbi dicta diuerſa ſunt: quia tali caſu materia per §. diſtingui debet: vt no. Imo. in l. 3. §. filius. in fi. ff. de liber. & poſthu. & refert Dec. in c. prudentiam. §. ſexta in princ. extra de offi. deleg. ubi per hoc infert contra cõem quod §. ad §. debet fieri continuatio. de quo ibi per eum. Et eſt differentia inter ſignum. §. & Verſiculi: quia §. ſignatur per lineam ductam in modum. C: in prin. ſui paulatim ingroſſatę: Verſiculi vero ſignantur per virgulam diuiſam ad modum crucis: vt colligitur ex his quæ dicunt ſupradicti doctores.

3 † Secundò hoc probatur auctoritate plurimorum qui communem opi. ex numero & auctoritate facere videntur: iuxta ea quæ traduntur maximè per Abb. & Decium in ca. prudentiam. de officio delega. nam in pluribus iſtum §. in ver. aliæ. allegat Spec. in tit. de cau. poſ. & proprie. §. nunc dicendum, uerſi. in reali. & Bar. in l. j. ff. de publi. & ibi gl. & in l. inter oẽs §. recte, in 1. col. ff. de furtis, & in l. celſus in fi. 2. col. ff. de vſuc. & in l. gerit. in fi. & l. is põt, in 8. col. ff. de acq. hær. & in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuq; priua. & in rep. l. de quibus, in 4. q. prin. ff. de legi. & in l. ſi mater. §. eandem. uer. quæro pone. ff. de excep. rei iudi. & Bal. in l. fi. in verbo oppo. C. de edic. di. Adri. tol. verſ. põt aũt probari & Corneus conſi. 23. in primo volu. in 1. & 3. col. & conſi. 35. in 8. col. in fi. eo. lib. Io. Fab. ſuprà de inuti. ſtipu. in princ. Et iſto modo etiam allegat gl. magnam in §. item ſi quis in fraudem, infra eodem. & glo. in §. ſi quis in aliena tabula. ſuprà de rerum diuiſio. Et Roman. in conſi. 54. incip. viſis circa id. in ſecunda col. Abb. in c. ex literis, in 3. col. num. 8. de conſuetu. & Io. de Ana. in c. ſiguificaſti, el 1. in 2. col. de homicid. Alex. in l. ſi finita. §. eleganter, in 2. col. ff. de damn. infect. Felin. in c. ſecundo, in 2. col. de libel. obla. Et Hyppol. de Marſi. in tractatu de fideiuſſo. in 7. col. & glo. in l. eum qui. §. ſi petenti in uerſi. duntaxat. ff. de publicia. & alibi ſæpe docto. Ex quibus manifeſte colligitur quod iſte. §. cõmuniter allegatur in uerſi. aliæ. non autem ut in uerſi. Sed iſtæ. ut putat Iaſ. His breuiter pręmiſſis Iaſon hic querit de duabus quæſtionibus.

4 † Prima eſt, quare hic §. non fuit poſitus poſt §. omnium, ſupra eodem, quemadmodum in libris digeſtorum poſt titulũ, de rei vendicatio. ponitur titulus de publiciana, & ita deberet fieri hic. Soluit Iaſ. quod utrunque factum eſt ratione. Nam attenta intentione Imperatoris, quæ eſt ponere prius actiones, ciuiles, deinde prætorias: merito poſt. §. omnium, poſuit materiam ſeruitutum, quarum actiones ſunt ciuiles; & non bene poterat ibi poni. §. noſter, quia publiciana eſt prætoria. Iõ hic fuit reſeruata in diuiſione prætoriarum actionum. In libris uerò digeſtorum iſta ratio non concurrit: quia ibi poſuit titulos ſecundum ordinem materiæ: qua attenta poſt titulum de rei uendica. bene ponitur publiciana: cùm detur ad inſtar

rei vendicationis.l. eum qui. §.in publiciana.ff. de publici. ita concludit hic Ias.Tamen aduerte quòd ista consideratio Ias. non videtur solida: quia bene ratio sua procederet, quando omnes actiones ciuiles positæ fuissent supra, in §.omnium. & in §. æquè. Nam isto casu, respectu ordinis diceretur hoc pos se sustineri. Sed non est ita factum: quia videmus quòd Imperator infrà ordine turbato ponit alias plures ciuiles: vt patet in §.sequens, & §. Item mixtæ, & §. actionum, infra eod. vbi ponuntur actiones communi diuidundo, item actiones mandati, petitio hæreditatis, & plures aliæ quæ secundum ordinē deberent poni vel statim post. §.omnium.vel post §. æquè, supra eodem. & sic inter ciuiles: cuius tamen contrarium videmus. Præterea ratio Ias.casu quo esset vera, bene procederet respectu. §. æquè, supra eodem. Sed illa non arguit quod iste.§.potius deberet poni hic primus inter prætorias, quàm §.rursus.& alij positi, infrà eodem: qui etiā de prætorijs actionibus loquuntur. Et ideò videtur dicendum, quòd ista sint de arbitrarijs: vt in simili dicit Ioan. Andre. & Abb. in rubrica, de exceptio.in quibus qualitercunque faciat Imperator, redarguendus non est: vt tradit Alex. in consilio 64. in princip. in 4.volum.& Decius in rubrica. C.de testamen. milita. Nam videmus quod in libris Digestorum, titulus de testamen. milit. est positus post titulum de test. cuius contrarium obseruatur in libris Codicis. Item videmus quod etiam in libris digestorum prius posuit Iurisconsultus tractatum successionum ciuilium, deinde prætoriarum: cuius contrarium obseruauit in lib.C.vnde concludenter non potest aliter dici, nisi quòd ita sibi placuit. Vel, vt dicit Rimi.in d.rubrica.C.de testamen milit.& Moder.in repe.in rubrica. C.qui admit. in 8. column. & Galiaula in rubrica.ff.de verborum obligati. in prima col. hoc factum fuit aliqua ratione tunc vrgente, quæ modo non apparet: vt tradunt Moder. in rubrica.C.de bo.pos. contra tabu.per gloss.ibi & Alex.in consi. 55. in 14.col. in 4.volu.

Et si aliqualis ratio in proposito nostro dari potest ista videtur magis colorata quòd ideò post §. omnium. & sic post rei vendicationem positut est.§.æquè, continens materiam serui tutum, ex eo, quia seruitutes etiam vendicantur: vt patet in rubro & nigro.ff.si serui. vendicetur: & toto titulo si vsufru.pet. verùm quia etiam publiciana ad instar rei vendicationis datur d.l.eum qui §.in publiciana.ff.de publician. Ideo ponitur & situatur hic.§.aliæ.quæ ratio non militat in alijs §§. prætoriarum actionum, sicut in isto.§.& ideò prius in ordine prætoriarum ponitur: super quo tamen interim cogitabis.

5 † Secundò quærit hic Ias. quæ est ratio quare prætor nō extendit rei vendicatio.ciuilem ad istum casum: vt etiam competat illi qui emit à non domino, quem credebat esse dominum: sicut extendit petitionem hæreditatis, quæ est ciuilis, & competit hæredi ad bonorum possessorem: vt in titulo. ff.de pos.hære.pet. Respondet hic Ias.post Ioann. Fab. quòd ratio est: quia bonorum possessor habet magnam conformitatem cum hærede: vt patet in l.conditionibus.§. si patronus. ff. de condi.& demon.& per dictum Bart.in l.j.§. bonorum. ff. ad Trebel. vbi vult quòd statutum loquens de hærede, habet locum in bonorum possessore: hoc enim non est propter aliud nisi propter maximam conformitatem quam habent inter se: sed dominus & non dominus non habent conformitatem: immo sunt contraria: & ideò rei vendicatio, quæ datur domino non competit in casu nostro non domino, & sic actui contrario. ita concludit hic Ias. Tamen aduertendum est quòd Iason.hic malè loquitur in quantum vult quòd emptor bonæ fidei, de quo hic, dicatur non dominus: hoc est falsum: quia dicitur quasi dominus: vt dicit idem Ias. infrà, in sequenti euidē tiali dum diffinit publicianam: & ita debet agens publiciana exprimere in libello: vt tradit Barto.in l.prima in princ. ff. de publicia.& notabilius in l.si mater.in §. eandem. in versi. quæro pone.ff.de exceptio.rei iud.& dicemus infrà in glo.vnde licet dominus & non dominus sint contraria: dominium tamen & quasi dominium non sunt contraria: vt in terminis tradit Specula. in titulo de cau. pos. & proprie. §.nunc dicendum restat.versic. quid si reus. sed habent inter se maximam conformitatem: vt in l.eum qui.§.in publiciana. ff. de public. vbi in omnibus casibus in quibus habet locum rei vendicatio, quæ competit domino, habet locum publiciana, quæ datur quasi domino: per quod manifestè datur intelligi, quòd inter ista sit maxima conformitas: quæ tamen non reperitur, inter hæredem & bonorum possessorem. nam licet aliqualis similitudo sit: non tamen tanta, vt inter dominia & quasi: vt patet ex adductis suprà, iunctis his quæ tradit Are.in l.stipulatio ista habere licere.in princip.in quarto notabili. per illum tex.ff.de verborum obligationibus.& ad tex.in dicta l.in conditionibus.§.cum patronus allega. hic per Iaso.respondet idē Iason sibi contrarius in l.j.in 2.col.ff.de vulg.& pupilla.vbi latè prosequitur illam quæstionem, nunquid statutum loquens, de hærede, habeat locum in bonorum possessore.præterea ex alio consideratio Ias. procedit: quia licet non debeat illi competere, rei vendit. directa: deberet tamen vtilis competere, sicut creditori & vsufructuario: vt in l.qui. ff.de serui.& l.creditoris. ff. de ope.noui nuncia.& l. 1. §. item Iulia. ff. de remissio. & l. j. ff.si vsusfruct. peta.tamen videmus quòd inuenit publicianam.Patet igitur ex istis quod ratio Iaso. non est vera. Quid igitur dicendum? Cogitetis quia temporis angustia nō patitur in singulis immorari propter onus duarum lectionū, & interim magis placet opinio contra Iaso.ex eo, quia prætores de more pleniora & duplicata remedia inducebant, etiā in casibus iam prouisis à iure ciuili: vt patet in §.item ab intestato. & §.quos autem, suprà, de bo.pos.& l extraneum. C. de iure delib. vnde licet in proposito nostro rei vendicat. posset videri sufficiens, vt daretur bonæ fidei emptori: tamen abundans cautela non nocuit.

Successiuè Ias. hic prosequitur diffinitionem publicianæ, vt hic per eum: sed breuius & melius sic potest diffiniri,

6 † Quòd publiciana est actio in rem, prætoria origine, vtilis, perpetua competens alicui ratione iuris vel rei, bona fide quæsitis facta traditione vel quasi, à possidente quem putabā esse dominum ex titu. habili. Dicitur in diffinitione, quòd est prætoria origine: vt in l. 1.ff.eodem. & hic, ad differentiā actionum quæ à prætore per extensionem dantur: ut in l.j.ff. de pos. hære. pet. & l.1.ff.commoda.& ibi glo. cum multis similibus. & per hoc posset dubitari, nunquid hæc actio esset directa uel non: quod uidebatur per ea quæ tradit Bart.in l.curatoris. C.de nego.gest.cum uult quòd quando actio producitur ex uerbis & mente legis, dicitur directa: sed ista est huiusmodi: igitur, & cætera.

Tamen communis est opin. quòd sit utilis: quod uidetur probari per text. hic, secundum quod infrà inducam, Et ratione suadetur: quia prætor non potest remedia directa inducere. §.quos autem, suprà, de bo.poss. sed hæc actio datur ad instar rei uendica.quæ causatur ex præscriptione. 10.uel 20.annorum, per quam acquiritur utile dominium.glo.in l. j. ff. de pub. & in §.j. suprà de usucap.& pro tali dominio competit utilis rei uendicatio, non directa: cùm non sit directus dominus: eodem modo & publiciana dicetur utilis, cum competat illi qui adhuc non est directus, neque utilis dominus. & ita cō seruantur ea quæ not.in l.nam & ipsum.ff.de legibus. Et ideò in diffinitione dicitur utilis.

7 † Item dicitur in diffinitione quòd est perpetua, quod ex eo ostenditur, quòd quia est rei persecutoria, & datur post annū: vt est tex.in l.in honorarijs.circa fin.ff.de actio.& oblig. nam licet reperiantur actiones rei persecutoriæ annales, illud est uerum secundum communes sententias, quando sunt pœnales ex parte rei: ut tenet ibi Bar.& uidetur tex.in l.huius actionis.§. actiones.iuncta l.nouissimè.in fine princ.ff.quod fal.tuto.auto. Item sunt annales quando dantur contra ius ciuile, ut est actio redhibitoria de qua loquitur tex.in dicta l.in honorarijs, uersiculo, sed cùm recisa, quæ qualitates in ista actione non concurrunt: & ideò est perpetua.

Item dicitur bona fide: quia istud est principale requisitum in hac actione: ut in l.traditionem, ff.eodem titulo. & hoc procedit etiam si emptio esset nulla: quia dum tamen adsit bona fides, competit publiciana l.eum, in princ pio.& §. si à minore, eodem titulo. & tradit Corneus in consilio. 23. uiso puncto.in 2. colum. primo uolu. Sed est modò uidendum, de illis duobus uerbis in re, uel ad rem positis hic per doct. in diffinitione, an possint sustineri sub aliqua legitima expositione. & Pet. de Bellaper. hic exponit ius in re, propter seruitutem, quam habemus in fundo pro qua competit publiciana,

l.si ego

l.si ego.§.j.ff.eod.Ius ad rem dicitur,quando ego non ago ad seruitutem,sed ad aliam emptam ab illo quem credebam esse dominum. Tamen ista expositio reprobatur hic per Ioã. Fab.& Iaso.& bene, iudicio meo:quia ille dicitur habere ius in re, qui habet dominium ipsius rei. Sed ius ad rem habet ille,qui habet quasi dominium,l.2.§.in hac,el secundo, ff.ui bo nor.rap.& tamen istud ius in re non cadit in habente seruitutem:immo dico quod non uideo differentiam in iure respectu publicianæ in eo qui agit ad seruitutem, uel ad rem, quã bona fide posidebat: & ideo illa expositio non congruit,per hoc tamen doctores hic non dant aliam expositionem, per quam declarentur dicta uerba.

8 † Et ideo ego retenta tali additione pro uera, exponerem ista uerba quatuor uel quinque modis:ius in re mobili in qua usucapionis ius datur:ius ad rem in re immobili pro qua etiam competit publiciana:ut in l.si ego,§.fina.ff.de publi. In qua re immobili usucapionis ius proprie non datur : ut supra, de usucapio.per totum sed præscriptio per quam non acquiritur directum,sed utile dominium tantum,ut traditur per omnes in l.traditionibus.C.de pact. Vel secundò, ista uerba intelliguntur,ut dicatur in hac actione habere ius in re ille qui possidebat & cecidit à possessione: quo casu datur publiciana, ut hic,& in l.1.§.fina.& per totum ff.eodem.Ius uero ad rem, dicatur illum habere qui nunquam rei possessionem habuit, cui datur etiam publiciana:ut in casu l. cum sponsus §. is cui. ff.de publiciana.& in l.si seruus.eodem titul. cum similibus: ut per glo.in l. quæcunque in princ.eod.titu.Et pro ista differentia quod habens possessionem, dicatur habere ius in re, secus ille qui possessionem non habet.est notabilis decisio Felin.in cap.ad audientiam.el.2.in 8.col.uersic.no.etiam.extra, de rescrip.dum allegat Io.An.in cap.j.de re.permut.libr.6.Et tradunt Moder. per illum text.in l.sciendum. §. si fundum. ff. qui satisd. cog. Vel tertio potest dici ius in re respectu domini, cui etiam competit publiciana : vt in casu.l.si ego. §. si petenti.ff.eo.ius autem ad rem dicatur respectu non domini, & isto casu de plano diffinitio procederet.

9 † Tamen ista expositio non potest stare: quia non est verũ, quòd publiciana competat domino,secundum veras conclusiones quas seriatim refert Iason in 11. colum.nume. 59. vbi fortè videbimus. Vel quartò & verius potest dici quòd illud verbum Ad rem,positum in diffinitione,non rectè ponatur ex eo,quia ille qui actionem habet,dicitur rem habere, l. qui actionem,ff.de reg.iur. & per consequens dicitur habere ius in re: quod probatur.nam clarum est quòd princeps non potest nobis tollere sine causa actiones reales: vt dicit Alexan. & alij in rubrica.ff.si certum peta. Non alia ratione, nisi quia in eis dicimur habere ius in re:quia si diceremur habere ius, ad rem, illud de facili per principem tollitur:cap.fina.de con cess.præbend.lib.6.& not.Felin.in cap.in nostra, in 5. column. de rescrip.& ideò est quòd tale ius morte etiam principis tollitur:vt dicit Felin.in cap.constitutus.col.pen.de rescrip.Nam tale iu.ad rẽ non ẽ considerabile, l.quod autem.ff.quæ in frau. cre.not.Bald.in l.nemo martyres.C.de sacrosan.eccl.cum cõcord.vt per Andream Siculum in cap. cùm olim,in 5.columnnumero 35.de consue.quod non procedit in actione reali nobis competenti,quæ dicitur esse in bonis nostris, l. bonorum, ff.de verbo.significa. Aliàs si contrarium diceremus,diffinitio esset contraria: quia suprà præsupponit in publiciana ius esse quæsitum ; ergo non est in rem : quia ius in rem non dicitur quæsitum,sed quærendum.d.c. fin.de concess.præben.lib.6.

10 † Item dixi in diffinitione,Traditione facta vel quasi à possidente,quia si non esset posidens qui venderet,non transfert, quasi dominium, & si publicianam, sic me non inducit in vacuam possessionem:quod secus est in vero dominio:nam per venditionem rei ab alio possessæ,& consignationem illius trãsfertur in emptorem dominium, licet non possessionem,ut est tex.notabilis & fortè,singularis in l.si fundum.ff.de fund.dot. & ibi notat Odofre.circa finem.& hanc differentiam tradit, etiam Corneus consilio 110. incip. licet videatur, in 2. colũ. in primo volumine.Et rationem diuersitatis ponit notabiliter, Odofre. in l.j.in 2.colum.ff.de publicia.& in l.cum res. C. de rei vendicat.videas ibi per eum: & declaro infra, in glosa. ex causa: Et hæc est vera traditio.Quasi traditio dicitur,quando res est penes me ratione alterius tituli, vt puta, commodati, vel depositi: & eam à cõmmodante emo, putans eum dominum:nam isto casu non fit corporalis traditio:verùm quia res reperitur penes me, habetur pro tradita, & sic dicitur, quasi traditio:vt in l.siue autem.§.j.ff.de publicia.

11 † Secundò principaliter pro intelligentia materiæ præsupponit Ias.vnam regulam,quòd in omnibus casibus in quibus procedit vsucapio, in illis etiam habet locum publiciana l.eũ qui in princip. ff.de publicia. Istud tamen limitatur secundũ Bald. in l.nihil.C.de vsucap.pro hære.& in l.j.in 2. colum. C. si plures vna sen.procedere affirmatiuè: secus vero negatiuè: quia tunc regula non est conuertibilis:nam vbi non procedit vsucapio,potest competere publiciana: vt ibi per eum. Tamen Alex.in d.l.nihil in apostil.ad Bald.eius verba tacito, auctore hic ponit: Iason dicit quòd illud dictum Baldi non videtur verum per text.in l.siue autem.§.hæc actio.ff. de publicia.vbi textus si loquitur negatiuè, & tamen procedit regula: nam in furtis:vt ibi dicit text.non procedit vsucapio : & ideo non competit publiciana. Et pro ista opi. vltra alios adde tu tex.in l.cum,§.bonam fidem.ff.de publicia.Et melior tex.in l. traditionem.eo.ti.quem ad hoc pro ista opin. alleg. Corneus in consi.130. incip.in l.eleganter col.penul.in 4.col.& latius, in 238.incip. quanquam.eod.lib.& ante ipsum, illum textum ad hoc allegat Alex.in consi.89.incip.excellentissimi in 2. colum.lib.5. Sed his non obstan.teneo opi.Bal.in d.l. nihil, pro qua dico esse casum in terminis in l. si seruus. ff. de publicia. quem ita induco.Clarum est quod licet per seruum proprium acquiratur possessio domino ignoranti,etiam quo ad vsucapionem ex causa peculiari, extra tamen causam peculiarem: & si acquiratur possessio domino ignoranti per seruum, non tamen acquiritur vsucapiendi conditio: text.est in l.j. §. item acquirimus.ff.de acquiren.poss.iuncta.l. possessio quoque. §. & si possessio. illo eod.ti.vbi dicitur quod licet possessio, acquiratur domino ignoranti per procuratorem, non tamen vsucapiendi conditio quæ scienti competit. Et tamen ego habeo quòd si res fuerit vendita & tradita seruo,vel procuratori ignorante domino,quamuis non acquiratur vsucapiendi seu præscribendi conditio: competit tamen publiciana. casus est rotundus in d.l.si seruus.ergo opinio Bald. est vera quòd regula negatiua non procedit:quia potest competere publiciana, vbi vsucapio non habet locum. Sed affirmatiue regula bene procedit, videlicet, competit vsucapio:ergo & publiciana, ut dicit Bar.qui hoc argumento vtitur in l.3.§.ex cõtrario in princip.vers.quæro quæ est possessio.ff.de acq.poss.

12 † Confirmatur ista opi. quia certum est quòd mala fides superueniens de iure canonico impedit præscriptionem. c. final, de præscriptio. Et tamen non impedit publicianam, vt tradit notabiliter Bal.in l.inutile.in prima colum. versic. sed an per ius canonicum. C.de furtis.& est textus in ca. Abbate de re iudic. libro 6. Tertiò pro ista opin. videtur esse casus in l. cum sponsus, §.in vectigalib.ff.de public. & licet gl. ibi conet ad illũ tex.rñdere, nõ tñ ille textus tollitur quo ad ꝓpositũ nostrũ,qui clarè & indistinctè loquitur. Et hanc opi. tenet. Ale. sibi contrarius in l.j.§.hæc quæ,in fin.ff.de acq.poss.& in l. tertia.§. ex pluribus.in fin.eod. titu. Non ob.tex.super quo se fundat Ias.& Alex.contra Bald.in d.l.siue autem.§.hęc actio.quia respondeo quòd ibi ideo publiciana non competit,quia emptor non erat in bona fide. pro quo intellectu est casus ad literam in l.traditionem, eo.titu. & pro ista responsione videtur esse tex. secundum quod ibi intelligit glo.& Ang.in ver.sciens in l.nec vllam.§.omnibus.ff.de pet.hære.& sic ideo, quòd licet res furtiua vsucapi nõ possit, vbi tamen quis eam emit,bona fide,ex quo est titulus & possessio, & sic duo requisita ad hanc actionem, competit publiciana.& d.§.hæc autem actio. procedit im emente cum mala fide,vt innuit text.in d.l.traditionem.in vers.sciens. à contrario sensu prout in simili ponderatur text. per glo. in d.§.omnibus. & facit etiam text. in lege eum. § prætor ait. ff.de publiciana.licet illi textus, per glossam ibi corrumpantur.

Sed nos loquimur in tempore bonæ fidei, quia quotiescunque de aliquo quæritur, præsupponitur quod ex omni alia parte habilitas extremorum concurrat.l.si quæramus.ff.de testa. c.j. de æta. & quali.li.6. Posset tamen dici concordando opinio,

nio. quòd aut vsucapio est prohibita propter vitium, vel impedimentum rei, tunc vera est conclusio Iaso. hic, quòd regula, procedit tam affirmatiuè, quàm negatiuè. & ita procedat tex. in l. eum sponsus. §. si res. eo. titu. aut vero vsucapio nō est prohibita propter impedimentum rei, vel vitium principaliter, sed alio respectu. & tunc contraria opi. procedat, est tex. in d. §. in vectigalibus: fateor tamen quòd ista distinctio posset etiā moderari. tamen ne in infinitum decurramus, pro præsenti lectione ista sufficiant.

13 † Vltimò præmittendum est secundum Iaso. quod licet rei vendicatio detur etiam contra possidentem cum titulo. l. officium. circa fi. ff. de rei vendi. publiciana tamen non datur contra eum qui possidet cum titulo. l. si autem. §. si duobus. vbi Bartolus ff. de public. Sed aduerte quòd licèt illud pro expedito habeatur per Ias. quòd rei vendicatio detur contra titulo possidentem: non tamen probatur: in d. l. officium, concludenter, immo videtur textus innuere contrarium in uersic. aliquam exceptionem, quæ posset esse quando reus possideret, & haberet iustum titulum, Nec ob. tex. in fi. vbi eum alle. Ias. quia dico quòd licet depositarius & commodatarius habeat titulum: non tamen possident: vt ibi dicit text. & sic deficit, vnum extremum: & ideò potest conueniri. vbi autem darentur ista duo, titulus & possessio, videretur dicendum quòd ratio d. l. siue autem. §. si duobus. procedat etiam isto casu. Tamen pro opi. Ias. quòd rei vendicatio detur contra titulo possidentem videtur melior, tex. in l. j. C. de alie. iu. mu. cau. fac. Sed etiam ad illum tex. potest dupliciter responderi: quia ibi textus non dicit quod ille potentior, cui res fuit vendita, possidebat: sed quod res tradita ei fuit: vnde ista sunt diuersa in se: vt patet in d. l. siue autem. §. si duobus. dum ponit vt diuersa. nam potest esse quòd alicui res tradita sit, & quod non possideat, vt not. in c. licet. el secundo, de præben. lib. 6. & in l. si fundum, ff. de iu. do. Vel secundò, & melius respondetur: nam dato quòd ibi ille potentior possideret ex titulo emptionis: tamen dico quod non illo respectu potuit conueniri: quia rei vendicatio detur contra titulo possidentem: sed quia habemus regulam quam tradit Bar. in l. si rem & pretium. & in l. cogi. in fine. ff. de peti. hære. cum multis alijs, vt tradit Ias. in l. j. C. de inof. test. quòd quando aliquis habet causam ab eo, quem poterat conuenire, non dicitur plus iuris habere, q̄ ille primus: & ista regula qualis est etiam quo ad publicianā, & petitionem hæreditatis: vt ibi dicunt præfati doctores. cū igitur in d. l. j. ille qui alienauit in potentiorē, poterat à me conueniri: ideò si potentiori vendidit, dato quod per illam venditionem emptor consequatur titulum, & deinde possessionē, tamen ille titulus & possessio non plus iuris tribuunt, quàm venditor habeat: & ideo conueniri etiam potest. patet igitur quod ille text. etiam non facit & isto modo possent alia iura resolui, quæ adduci possent. Tamen non est recedendum, à communi, quæ habet, quod rei vendicatio datur contra titulo possidentem: secus in petitione hæreditatis, & publiciana, & ratio redditur per Bart. & communiter omnes in l. hæreditatis. C. de peti. hæredita. quia agens petitione hæreditatis, ideò excluditur à titulo possidente: qui a agens fundat se in titulo, & reus in titulo, & possessione. & licèt ista ratio militaret in rei vendicatione, tamen rei vendicatio multum differt. quia agens rei vendicatione non fundat se in titulo, sed in dominio quod est magni momenti: vt dicit ibi Bar. & sequitur Iaso. in §. actionum. num. 218. iu 34. col. ver. item datur. infra eodem. vbi allegat alia, & dicit hanc esse communem opi. quāuis, vt suprà dixi, & tu etiam acutius poteris considerare, nō multum videtur vrgens, neque quouis modo solida ratio illius: quia priuilegium possessionis maximum est: vt patet in l. j. §. qui à me. ff. de vi & vi arm. & in c. in literis. de rest. spo. & c. si à sede. de præben. lib. 6. cum similibus vt per docto. omnes, in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessio. si igitur possessio sola multum iuuat, quantò magis quando est iuncta cum titulo, vt in casu nostro? de quo tamen cogitabis.

Retenta tamen communi opinio. pro vera declaratur, primo quod procedat, quando actor haberet titulum ab vno, & reus ab alio: nam tunc non datur publiciana, neque petitio hæreditatis contra titulo possidentem. secus uero quando ambo haberent titulum ab eodem: quia tunc ille debet preferri cui res prius vendita est, & tradita: per not. in d. §. si duobus. & l. quoties, C. de rei vendica. & ita in not. casu declarat Decius in consilio 144. incip. in casu proposito. in fine, in primo volum. & ante ipsum hoc idem sentit Alexan. in consi. 90. nume. 24. in 6. volu. nouiter impresso. & Corneus in consi. 25. incip. circa primum. in 12. column. in primo volumine, per dictū. §. si duobus. & in consilio 201. licet videatur. in tertia columna eodem libro. Alexand. in consilio 79. in secunda columun. in 5. volumin. quod tamen intellige & declara, vt dico supra in diffinitione. Sed aduertendum est, quia licet ista declaratio ab omnibus approbetur, dubia tamen videtur: quia ille uidebatur isto casu præferendus cui primò res uendita fuit: licet incontinenti non fuerit sibi tradita: ex eo quia contractus emptionis solo consensu contrahitur: vt supra de obligatio. quæ consensu. in princip. neque est de contractibus qui re contrahuntur: ut patet ibi, & suprà, quibus modis re contrahitur obliga. per totum. hinc est, quòd sola promissio de vendendo est venditio: vt tenet Bartol. in lege, iuris gentium, in principio. ff. de pactis. ex quo talis contractus, ut ibi dicit Bartol. non requirit ad sui esse executionem rei: & quamuis ex post traditio requiratur, illud est quo ad effectum, translationis dominij: ut in §. traditæ: suprà de re. diui. Dico ergo, quod si res prius mihi vendita est, deinde uendatur, & tradatur alteri, quod ego potior esse debeo: nam uenditio tibi facta non ualuit: neque traditio debet esse potentior ipso contractu: cum sit accessorium ad contractum: argumen. l. in pupillari. ff. de uulg. & pupil.

Non obstat textus in dicta. l. si duobus. quia ad illum dupliciter respondetur: primò quod textus ibi procedat, quando eodem tempore facta fuit uenditio duobus, neq; apparet, de prioritate tituli, sed solum de prioritate traditionis: ut uidetur probare textus in dicta l. quoties. & ideo ibi text. determinat, quod ille cui prius res radita est, præferatur: ratio est: quia præsumitur quod prius sibi fuerit uendita: ut dicit Bald. in capitul. si facta. si de feud. fue. controuer. & in capit. licet: de probatio. & in capitulo. cæterum. de rescript. & in l. post sententiam. C. de sentent. Vel secundo respondetur, quod ibi prælatio consideratur respectu publicianæ, non respectu contractus, qui potiorem dat titulum: ratio est potest: quia in publiciana requiritur pro forma substantiali traditio: ut in l. traditionem, ff. de publici. & hic: sed quo ad hoc ut quis potior sit, aliud est dicendum. & ita etiam respondetur, ad dictam le. quoties. & secundum hoc illa iura ita intellecta bene procedunt de iure canonico. Per quod ista opinio iustificatur, ut patet ex his quæ dicit Imo. in clemen. prima in principio. de renunciatio. post Hostien. & Ioann. And. in cap. continebatur. de his quæ fi. à præla. & tenet Roma. in authent. similiter. in 9. col. C. ad l. Falcid. & in consilio. 70. & 298. incipiente. circa præmissa.

Non tamen recedas à communi opinio. secundum, quam in hoc est differentia inter utrumque ius, vt latius dixi. in d. l. quoties, pro qua faciunt ea, quæ dixi supra in princip. istius tituli numero 10. & quæ dicit Thom. Ferratius cautel. 48. & ad prædicta potest colligi solutio ex his, quæ Aretin. adducit in consilio 28. incipien. dilig. in prin.

Limitatur secundo prædicta conclusio, nisi titulus esset procuratus. ita Bartolus, dicto §. si duobus, & ibi sequitur Alexandr. latè in apostill. de quo non facit mentionem Iason hic. & idem tenet Iason, in dicto §. actionum. ubi latius ponit, infra eodem. & pro ista limitatione, ultra ipsos, facit: quia plura non desiderata, siue affectata prosunt, quæ affectata nocent. §. tria. ubi docto. institut. de excusation. tutor. & ibi Christophorus Porcus, dicit quod si aliquis affectat gradum rectoratus per practicas, quod non excusatur ab oneribus propter dignitatem. & hanc regulam latius prosequitur Iason, ubi etiam hanc limitationem sequitur in lege si uero, in principio, columna finali, ff. qui satisdare cogantur, & ibi cumulat plures notabiles decisiones. & ante ipsum latè prosequitur Alexand. in lege secunda, §. simili modo. per illum textum, ff. si quis cautio. & reassumit plenius Felin. in capitulo finali. in prima columna, extrà de testibus. & ibi in specie sequitur hanc limitationem

tionem Bartol. pro qua bene facit, quod dicit text. in l. contra qui publicam, C. de re milita. lib. 12. quòd ad cõmoda & honores non ambitione, sed labore vnumquemq; conuenit deueniri: vt latè prosequitur Barto. Bologni. in repe. Authenticæ, habita. colum. 6. C. ne fil. pro pat. & plura exempla ponit And. Sicu. in cap. finali, in antepen. colum. nume. 79. de foro compe ten. & vltra ipsos latè etiam comprobant Modernio. repet. videlicet quidam Thomas Parpalia in l. si quis maior, in 8. nota bi. colum. 19. C. de transactioni. & vltra ipsum hoc firmat Roma. in consi. 424. incip. circa propositum thema.

Sed diligenter aduertẽdum est, quòd ista limitatio in proposito nostro publicianæ non probatur aliquo iure. quo casu per similia diuersa non debet induci pœna gloss. in capitulo fina. de iu. pat. neque priuari titulo possidens possessione sua. facit text. in §. cùm igitur. ibi, non est lex tale, quod dicens, in Authen. de non alie. & l. sed & si quis §. diuus. ibi, pœnam in eum statutam non esse, ff. de relig. & sump. fune. cum si. quæ congerit Felin. in c. querelam. column. j. de iureiur. cum igitur casu isto non sit lex dictans, quod habens titulum procuratum & possessionem, possit conueniri publiciana: igitur standum erit regulæ positæ. in l. siue autem, §. si duobus. ff. de publicia. & erubescimus, cum sine lege loquimur. le. illam. C. de colla. vbi fortius vult Ias. post Ant. de But. in c. tua nos. de vsu. ꝙ possumus iudicare contra communem opi. quando habet casum legis pro se: quia paria sunt loqui sine lege vel contra legem, vt dicit Bald. in c. in Genesi. col. fi. de elec. quã sequitur Ias. in d. l. illam. & in l. singularia. in 7. col. ff. si cer. pet. & ibi di xi. Nec ob. quòd in casu nostro possidens procurauit titulum: quia dico, ꝙ hoc non debet isto casu sibi nocere, si fuit diligens & vigilans quærendo defensiones pro commodo suo contra alium. l. pupillus. ff. de his quæ in frau. cre. & l. fi. C. de posi. nam talis non reperitur prohibitus: Tamen non recedas à communi malè fundata, quoniam omnia eius fundamenta loquuntur in ti. procurato, non in defensione iuris sui, sed am bitione. Præterea pro ista parte facit: quia præsumptio est pro possidente, ꝙ bene & legitimè possideat, neq; curratur de titu. prædecessoris: vt notat Innoc. in c. illud, de præsumpt. & in c. innotuit, de eo qui furt. or. susce. no. Domi. de Ro. in decisio. 109. in titu. de proba. in nouis: licet Alexan. in l. Pomponius, §. cum quis. 6. colum. ff. de acquirẽ. poss. & in consi. 89. 3. colum. lib. 2. Tertiò limitatur, nisi ille qui habet tit. & possessionem, illum consequutus esset à fure, vel ab alio qui tenuisset cum vitio: ita limitat Bald. in l. in ciuilem. C. de fur. & ibi Alexan. in apostil. ad eum, & Ias. hic, vt & idem Ias. in l. rem quæ nobis. nume. 15. ff. de acquirẽ. possess. Alex. in consilio. 90. numero 24. in 6. uolumine nouiter edito, cum pluribus alijs similibus. Tamen considerandum est, quòd ista limitatio non videtur solida: per text. in l. 3. §. opus. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. vbi arg. illius text. not. Barto. quòd si te poteram publiciana conuenire, quia eras in vitio, arg. illius text. si alienas rem in alium, ex quo ille habet titu. & poss. dicit Barto. quòd non potero eum conuenire: sed debere agere actione in factum contra alienantem: & sic videtur ibi decisio contra istam limitationem. Sed pro defensione aduerte quòd illud dict. Barto. non est verum, si ita intelligatur. nam in cõtrarium est casus in l. 2. C. de alie. iu. mu. cau. fac. & facit regula suprà dicta, nisi saluando Barto. dicas, quòd Bartol. non loquitur quando alienans non fuit in vitio: quod tamen est dicere contra text. ibi, qui præsupponit illum scientem qui conueniri poterat, attento quòd ei nouum opus nuntiatum erat: & ideo potest aliter dici, vt distinguamus inter scientem & ignorantem emptorem, vt primo casu procedat regula supradicta, secundo casu opi. Bart. vel tertiò dicas quod dictum Bart. non est verum, & illud reprobat Ias. in l. j. C. de inoffi. test. Non ob. tex. in d. l. 3. §. opus. quia, vt aliàs ibi dico, ideò ibi nuncians non potest agere contra emptorẽ: quia illi nuntiatum non erat: nam nuntiatio noui operis, vt ibi dicit Barto. est personalis, & non transgreditur personam. l. fi. ff. de contrahen. empt. Sed actio publiciana est realis, & sequitur rem, Præterea ratio Barto. & argumentum ex illo text. non
14 concludit. Et quando, & in quibus casibus petitio† hæreditatis detur etiam contra titulo possidentem, vide Socinum in tracta. regularum, fallentia. 256.
15 Et iuxta hoc quærit Ias. † hic, nunquid publiciana detur contra possidentem titulo pro hærede? & dicit, quòd super hoc aliàs multum dubitauit. Sed tamen idem Ias. hoc habet pro expedito. & concludit quòd sic, in §. actionum, num. 218. infrà eod. & licèt & hic dicat se non reperisse alibi hanc quæstionem esse tactam, tamen non est uerum: quia eam prius po nit Alex. in l. Neratius. in addi. ad Barto. ff. de acquir. hære. ubi dicit se aliàs super hoc consuluisse, & se remittit ad ea, quæ di xit in §. actionum. infrà eo. vbi hoc tangit Ias. & ideo uidetur probabile argumentum, quòd lectura Iasonis super super isto titulo fuit Alexandri: ut solet uulgò dubitari: ut dixi in princ. istius commenti. Tamen quicquid sit, videndum est in quo fundetur principaliter ista opin. Nam Ias. hic dicit, quod possidens pro hærede non habet titu. vt tenet Barto. & gloss. in l. pro hærede, in princ. ff. de peti. hære. & in l. j. ff. pro hærede. & prr hoc dicit errasse in terminis quendam doctorem quem super hoc dicit se interrogasse, & post plures dies respondisse, quòd publiciana non datur: quia possidens pro hærede dicebatur titulum habere: quod falsum est, secundum ipsum, qđ vlterius probat: quia videmus ꝙ petitio. hæreditatis nõ datur contra possidentem titulo, vt suprà est dictum: & tamen datur contra possidentem pro hærede. l. pro hærede in princ. & l. eleganter. ff. de petiti. hære. Sed tamen super hoc diligenter considerãdum est: quia credo quòd Ias. hic grauiter decipiatur, ductus errore viarum: & ille doctor bene sibi responderit. Nam aduertendum est, ꝙ titulus pro hærede est duplex: quidam erroneus & sine causa, alius est cum causa. talis titulus sine iusto errore acquisitus nõ valet quo ad usucapionem: quia habetur pro non titul. l. j. ff. pro hærede. & ita procedunt dicta Barto. allegata per Ias. secundo casu. quando quis iusto errore possidet pro hærede, talis iustus error habetur pro tit. & iuuat ad usucapionem. l. Celsus. ubi Bart. ff. de usucapio.
16 † Est modò dubium, nunquid contra possidentem tali titulo detur petitio hæreditatis? Et certum est, quòd sic: sed nõ datur publiciana. & in hoc fuit deceptus Iason. ratio diuersitatis est: quia agens petitione hæreditatis fundat se in titulo uero & possessione defuncti, quæ est antiquior, & trãsit ad hæredem, qui eadem persona censetur. l. cum miles. ff. ex quibus cau. ma. & l. hæres, ff. de usucap. & l. 2. §. filium. ff. pro hære. & ille qui possidet pro hærede, tuetur se titulo putatiuo. ita dicit Alex. in l. fi. in 29. nu. uer. in ea. C. de edic. di. Adri. tol. unde con currente ueritate & fictione, ueritas debet attendi. l. filio. ubi Bart. ff. de libe. & posthu. Bal. in l. 3. col. 2. C. de hære. insti. Et ꝙ talis iustus error qui ad usucapionem habetur pro titulo, non excludat petitionem hæreditatis, tenet Bal. expressè in d. l. fi. in 7. col. in oppo. uers. attende. C. de edic. di. Adria. tol. & Bar. in l. j. ff. quorum bono. Ista ratio nõ procedit in publiciana, & propterea possidens cum tali titulo putatiuo, bene excludit agentem ista actione: ut dicit Alex. in apostil. ad Bart. in d. l. 1. ff. quorum bono. quem sequitur Io. Fran. Bal. in repe. l. Celsus. in fi. 2. notabilis. ff. de usuca. posita in suo fertili trac. præscrip. Quod ulterius hoc tibi ratione fortissima probo: quia clarũ est, ꝙ agẽs publiciana fundat se in titulo putatiuo: vt hic, & in l. eum qui. ff. eod. & possidens pro hærede fundat se in titulo putatiuo & possessione: quæ duo simul iũcta istam actionem publicianam excludũt: ut est casus in l. siue autem. §. si duob. ff. de publicia. Et ideo concludo quòd quamuis titulus pro hærede non excludat agentem petitione hæreditatis per supradicta: excludit tamen agentem publiciana. Pro qua opi. ultra prædicta uidetur doctri. Alex. in consil. 89. colum. fin. in prin. in 5. vol. & sic opi. illius doctoris fuit uera, & dictum Ias. non procedit. Quartò ego limito contra dictam conclusionem ultra doctores hic non procedere, quando possidens habet causam siue titulum ab eo, cui agenti non posset referri quęstio dominij: nam tunc bene competit publiciana contra titu. possidentem. ita notabiliter limitat Bal. in c. j. de contro. inter do. & empt. quod dictum pro singulari ad istud propositum approbat in notabili casu Soc. in consi. 86. incip. in causa agitata, col. fin. libr. j. his breuiter pro intelligentia materiæ præmissis uenio ad text. Aliæ. uidetur & summatur iste text.
17 ut per Aret. † In tex. ibi, aliæ. no. quod licèt ista dictio, Regulariter. similitudinem casuum implicet. uulg. Authẽ. sed nouo iure. & ibi gloss. de ser. fug. cum si. ut per Socin. in leg. quidam relegatus. per illum text. ff. de re. dubijs, & modi capi. 2. uper

illum tex.extrà, de iud.& tenet Corn. in consi.91.in primo volumi.cum si. Tamen hoc limitatur, nisi talis dictio ponatur inter extranea:quia tunc non implicat.ita dicit Abb. in ca.sedes.in fin.de rescript. & tenet Ias.in l.si quis posthumos, §.filium.ff.de lib.& post. ad idem facit tex.in Authent. vt defuncto fu.in princip.ibi, milites & seruos alios.& pro ista limitatione est text. hic, vbi ista dictio ponitur in materia extranea origine & specie, videlicet inter actiones ciuiles & prætorias quæ differunt a ciuilibus naturà & origine. alijs modis limitatur dicta regula, vt latissimè scripsi post alios in clemé.j.de rescrip.quæ refero in voce.

18 † In tex.vbi ex sua iurisdictione.&c. Nota hic esse text.pro opi.Bart.& Moder.in l.j.in princ.& in §.qui mandata, per illum tex.in princ.ff.de offic. eius cui man. est iurisdictio.& gl. in l.& quia.ff.de iur.om.iud.dum volunt, ꝙ ille dicitur delegatus qui reuocari potest, & non habet propriā iurisdictionem, sed demandatam. Ille verò ordinarius qui propriam iurisdictionem habet a lege, a quo non potest auferri:vt probatur in d.l.j.in princ.secundum quod exponit Bart.& Pau.de Cast.& ibi Alex.in 3.volumi. quod probatur ex verbis illius legis ibi, suam iurisdictionem mandant, &c. nam si fuissent delegati, text.non vteretur hoc verbo sua.vt d. §.qui mandata:ergo illi dicuntur ordinarij qui dantur a lege: nam tunc dicuntur propriam iurisdictioné habere, vt hic tex.concor.tex.in §.in personam infrà, eò.imò fortiùs si lex vteretur hoc verbo Delegamus, adhuc tales dari a lege sub illa expresione dicerentur ordinarij:vt notabiliter concludit Ias.post Paul.de Cast.in l.a iudice.in fin.C.de iud. secus vero si a principe essent taliter dati:quia illi dicuntur delegati qui dantur ab homine: quia nihil proprium iurisdictionis habent: sed vice illorum funguntur a quibus dantur.d.§.qui mandata. Et hanc distinctionem inter iudices datos a lege vel ab homine, sequitur Alexā.in l. more.in tertia columna, nume.13.ff.de iu. omnium iudicum, vbi hoc limitat.Et propriè in casu nostro de prætore est text. in l.quarta §.duobus.ibi, suæ iurisdictioni reseruauit &c.ff.de damno infecto. quem ibi in hac materia adduct Moder. vnà cum §.in personam. Et per hoc notabiliter Ias. in l.ait prætor. in principio, in prima columna.ff. de re iudic. infert ad statutum, quod loqueretur de iurisdictione propria, vel habentibus iurisdictionem: quia debet intelligi propriè de ordinarijs, non de delegatis secundum Inno. in cap.tua, de offic. vicarij. & ita cognosces quando lex loquitur de ordinario vel delegato. Nam si loquitur per ista verba, sua vel propria iurisdictio, intelligitur de ordinaria: secus si de mandata vel delegata, quod est maximè vtilitatis, scilicet propter effectus quos laté tradit Ias.in l.ius autem ciuile.in princ.ff.de instit. & in 3. versicu.effectus est magnus. Et alium effectum huius differentiæ ponit Abb.in cap.cæterum.in princip.num.2. de iudicijs, videlicet quia iurisdictio ordinaria etiam quo ad casum particularem prorogari faciliter potest de loco ad locum:sed nō sic in prorogatione de persona ad personā: sed in iurisdictione delegata totum contrarium obseruatur: vt laté declarat ibi Aretinus post Abbatem in c.j.in fi.vers.not.singulariter, de delega. Præterea, quia iurisdictio ordinaria delegari potest ēt si competat de iure speciali, vt dicit Abb.in d.c. cæterum, per illum tex.Sed istud cōfunditur per gl. in l.j. in ver.specialiter. C.ne lic.potentio.quam ibi multum notat Ias.post Paul. & alios.& idem Ias.in l.a iudice.in fi.C.de iudic.Or audi, quia illa gloss.mihi non videtur vera per tex.in l.j.in princ. ff.de offi. eius cui man.est iurisdi.vbi ita demum ordinarius in casu speciali delegari non potest, quando ille casus specialiter minoribus denegatur, & maioribus tantùm conceditur: secus vero regulariter. Et hoc rōne fundatur ex eo, q̄a ille q̄ in casu speciali ordinarius est, nō minus dicitur habere potestatem quo ad illum casum ordinarium, quàm habet ordinarius generalis quo ad omnia. Nam arg. de toto quo ad partem ualet in iurisdictione:ut dicit per illum textum. in c.super quæstionum. §.nos autem.de offi.delega.ad idem facit tex.in c.pastoralis. §.item cum totum.& ibi notat glos. in uerbo, citationes, eod. tit.quem ad hoc allegat Decius in l.cuius effectus.ff.de re.iur. & sic opi.Abb.defendit contra omnes. Sed modò tu aduerte ꝙ quantum attinet ad istam differentiam, nulla est differentia inter ordinariū & delegatum in text. nostro:quia cùm loquitur de iurisdictione prætoris, prohibetur talis delegatio.ut dicit singulariter Bartol. in l.4.§.si intra, in fin.ff.de dam.infect. quod dictum dicunt Ias.Imol. & alii quos refert.& l.a iudice. in 4.sing.uersicu.3.ibi.C.de iudi. & Decius in d.c.cæterum, in prima columna. & alium multum singularem effectum ponit Bald.in leg.præscriptione.in penultima. columna. quæstione 8.C.si contra ius uel utilita.pub.quem sequitur Iason.in §.omnium.nume.68.suprà eod.quem uideas omnino:licet aliàs de illo dicto dubitauerim in c. dispendia.de rescri.lib.6.ubi contrarium tenui.

19 † Item habes etiam ex dictis uerbis istius text. quòd prætor potest statuta condere probatur, quia hic dicitur, quòd actiones prætor ex sua iurisdictione introduxit, & non approbatione iuris ciuilis:& ita ad hoc ponderant istum text.moder.Hispani in l.iuris gentium.§. prætor.in 4.col.ff.de pact.ubi allegant alia iura.

Et hoc comprobo per ista uerba text. dum utitur dictione Ex sua, de cuius natura est, causam immediatam importare.l. non dubium, vbi Ias.no.C.de legibus. Et per istum tex.sic declaratum confunditur opi.omnium Moder.in rubr.C.qui admit.dum uolunt, ꝙ prætores non possint statuta condere per prius, sed per posterius:nam sola propositio edictorum nō habebat uim legis nisi a populo recepta essent & approbata:& tunc dicebatur ius honorarium. & ideo est, quòd prætor non facit quem directò hæredem: item præcepta eius sunt annalia, & similia, ut ibi:nam per edicta apparet, quòd non sunt uera:nam cum ex seipsis iurisdictionem habeant, nō est uerum quòd habuerint approbatione populi, quod ulteriꝰ probatur per tex.in §.prætorium.suprà de iure nat. ubi ad literam dicitur, ꝙ ius prætorium non modicam habet iuris auctoritatem: quia magistratus qui honores gerunt, huic iuri auctoritatem dederunt. pondera igitur magistratus.l. prætores.ut in le.2.§. eodem tempore.ff.de ori.iuris.ergo si ipsi auctoritatem dederunt:non igitur populus, facit text. in §.sed eas, suprà de bono. possessio.

20 † In text.ibi necessarium est exemplis, &c. eo quod in materia generali necessaria sunt exempla per quæ mens legislatoris aperitur.concordat text.in §. item si in iudicio.j.de excep.& ibi no.Are.& bonus tex.in l.ut responsum. ff.de trāsac. & licet aliàs sint de bene esse, quando materia potest propria cogitatione percipi:tñ necessaria sunt ad declarādum regulā: ut tradit Ias.in l.in actionibus.in l.2.col.fi. ff.de in lit.iur.facit tex.in l.prætor.§.Iulia.ibi, ut exemplo res manifestior fiat.ff. de col.bo.tunc enim pro inductione iuuenum poni debent:ut in §.hactenus.& l. dāni infecti. ff.de dā. infec. quod procedit quando simpliciter proferuntur: secus si geminata fuerint:ut est gloss.no.in clem.1.in uer.diocœsanos.de iu.patr.quam ad hoc commendat Ias.in l. si constante.in 14.colum.ff.solu.ma Moder. Hispani in l.iuris gentium. §. quinimò.fol.44.col.1.ff. de pact.& Moder.in tract. permut.in 5.col.

21 † In tex.ibi, plerumque, no.secūdum Are.hic, quòd ista dictio, Plerumq;, denotat regulam uniuersalem esse in contrarium. Sed tu aduerte quod text.est de directo in contrarium. in §.fi.s.de legit.par.tutel.& ibi no.glo. quæ uult, quòd dictio Plerumq;, ponat regulam. & ita etiam expresè not. Bar.in l. 1.in 2.lec.de tutel.& 2.dist. tenet Soc.in l. si nominatim, in 4. nota.ff.de condi.& demon.& per hoc uidetur, quòd secundū istos casus de quibus hic, cum §.seq.prætor regulam introducat.pro quo uidetur facere text.in ca.1.de offi.delega.lib.6.& hoc expresè firmat Dec. per plura iura, quæ ibi adducit in l. 1.in 2.col.uer.3.noto.ff.de reg.iur.sed Are.potest defendi optimè:quia ista dictio in isto tex.facit exceptionem, habita consideratione ad alias actiones reales, in quibus prætor nō promittit, ut is qui agit, dicat se quasi usucepisse, quod non usucepit:nisi solum in hac actione publiciana:quamuis in ea hoc ponatur pro regula: tamen respectu aliarum actionum, quæ plures sunt, erit exceptio.ar.gl.not.no.in l.Iulia. §.1.in uersicu.quanti minoris.ff. de actione emptio. quæ uult regulam constitu.debere ex pluribus casibus, & ex paucioribus fit exceptio. Et ideo dicas, quòd ista dictio de natura sui ponit regulam in casu frequenti & præsupponit exceptionem. l.ege tertia.ff. de offic. præfec. uigil. licet aliquando secundum subiectam materiam contrarium contingere potest, ut hic.

Et hoc de plano procedit in dictione Plerumque: secus in dictione

in dictione, Interdum, quæ operatur totum contrarium: quia ponit exceptionem, & denotat regulam in contrariū: ita concludit Ias. in l. iuris gentium. §. prætor ait. in 8. nota. per illum tex. ff. de pac. & ante ipsum hoc idem tenet Corneus in consi. 13. incip. uidetur in præsenti. in j. col. in 4. uol. allega. text. in l. interdum, ff. de condi. indebi. quem ibi ad hoc no. Saly. & Fulgo. l. interdum. ff. de uerb. sign. Pau. de Cast. in l. legitimæ. ff. de pac. cum si. ut ibi per eum. & per Ias. in repet. l. admonendi. in primo no. num. 7. in 2. col. ff. de iureiur. & ultra ipsos est bonus tex. in l. seruitutes. §. stilicidium. ff. de ser. urb. prædio. & in l. si ut certo. §. interdum. ff. commod. & secūdum hoc dictū Ange. bene procederet in ista dictione, & quod dictū est de dictione, Interdum, idem uidetur dicendū de dictione, Aliquando, ut in l. aliquando, ff. ad Velleia. quamuis etiam reperiatur quod ponat regulam: ut suprà quib. mo. re contrahi. obliga. in principio, & notant nouissimi repet. in capitulo primo. num. 47. extra. de iudi.

22 † Nota primò secundum Ias. q̄ actiones quędam sunt ciuiles, quædam prætoriæ. Ciuiles sunt illæ de quibus hic in text. Prætoriæ quas ex sua iurisdictione prætor introducit. Iuxta hoc quærit Iaso. de una quæstione, utrum actiones descendentes ex statutis Ducum, Marchionum & Episcoporum sint ciuiles uel prætoriæ. Et breuiter in hoc communis conclusio uidetur, quod ex quo talia statuta sunt prætoria, q̄ sint actiones etiam prætoriæ, ut patet ex adductis, hic per Aret. & Ias. Et ultra ipsos hoc idem tenet Alexan. in l. more. in 4. colum. ff. de iu. om. iudicum. & latissimè Riminal. probat & Moder. repet. in rub. C. qui admitt. in fin. & in principio cum similibus: ut latè disputant nouissimi in l. iuris gentium. §. prætor ait. in 5. & 6. colum. ff. de pactis. & tenet Ias. in l. a iudice. in 4. colum. uersic. 3. limita. C. de iudic. Vtilitas est maxima secundum Areti. hic: quia si sunt prætoriæ, finiuntur anno, secus si sunt ciuiles. quia erunt perpetuæ: ut infrà de perpe. & tempo. act. in princip.

23 † Adde ultra per eos adducta alias notabiles utilitates: q̄a si talia statuta sunt prætoria, prohibitio facta per talia statuta non annullat actum ipso iure, sed ope exceptionis, glossa est notabilis in l. 3. §. sed utrum. in uer. non puto. ad fi. ff. de mino. quam ad hoc multum commendat iuncto text. Ias. post Paul. de Castr. in l. non dubium. in 5. columna. uersicu. 5. & ult. C. de legibus. & ibi Iason dicit esse notandum pro statutis Ducum, Comitum & Episcoporum, de quibus hic agitur. & per hoc facit glo. in lege, substitutione. ff. de uulg. & pupil. secus si prohibitio fiat a lege ciuili. Sed considera: quia ista differētia mihi non satisfacit ex eo, quia aut ius ciuile expresse prohibet actum fieri, & tūc ex quo dat formam, actus in contrarium est nullus, ut dicit Bald. & doctor. in lege prima, ff. de liberis & posthumis. & isto respectu non est differentia inter ius ciuile & prætorium: quia etiam si ius prætorium constituit aliquid fieri, dicitur induci forma & actus in contrarium non tenet. prout est casus in l. prætor. ff. de collat. bonor. & quod fortius est etiam si illa forma fuerit leuis: tamen de iure prætorio annullat actum: ut concludit Alex. in l. 2. §. prius in 10. col. uersic. passus. ff. de uulga. & pupil. ubi allegat. d. l. prætor. & idem tenet Iason in l. 2. §. 1. in 4. columna. uersicu. in eadem gloss. ff. solu. matr. & in l. cum quid. in pen. colum. uersi. adde etiam in 2. lec. ff. si cert. peta. & in l. Gallus. §. quidem recte. in q. colum. & §. etiam si parente in secundo. nota. ff. de liber. & posthu. & & Lancelo. Decius in l. si ego, ad finem, ff. si cert. peta. & Decius frater, in consi. 11. quoniam iudicantium. in 8. col. j. parte. & idem Ias. in l. si is qui pro emptore. colum. 17. ff. de usuca. Alex. in l. fin. in j. col. fin. C. de iu. deli. Feli. in rub. de probat. in 2. colum. cum similibus. in quibus locis præfati docto. concludunt per text. in d. le. prætor. per conditionem ibi induci formam: & tamen illa dispositio erat prætoris: vt ibi patet. ergo quo ad hoc non est differentia inter legem ciuilem, & prætoriam prohibitiuè loquentes. Aut uerò lex ciuilis prohibitiuè expresse non loquitur: & tunc non inducit annullationē actus ipso iure: vt est tex. in c. si capitulo. de conces. præb. lib. 6. & in c. dilectus, de præben. glo. in clem. j. de iu. pa. & eodem modo est de iure prætorio, & sic nulla est differentia. patet ergo q̄ illa ratio doct. non est uera. Non obstat glos. in d. l. 3. §. utrum cum si. quia illæ loquuntur quando prætor non loquitur prohibitiuè: & idem est de iure ciuili tali casu, ut est dictum. Ad prædicta bene facit quod tradit Abb. in statuto, in consi. 91. in 2. colum. in j. parte & videtur esse casus pro ista æquiparatione edicti prætoris & legis in l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. j. Secunda est vtilitas vltra ibi adducta per eos: quia verba legis ciuilis præceptiua affirmatiuè producunt actionem & exceptionem. text. est notabilis in l. si statuas. ff. de acqui. rer. domi. secus verò quando illa verba proferuntur a lege prætoria etiam cum ista dictione, omnino obseruentur. casus est notabilis in l. pen. in verbo, omnino obseruantur. C. de pact. quam ad hoc ponderat Ias. in l. legem, in primo notabili. C. eod. tit. cuius verba formaliter posuit ibi prius Riminal. & sequuntur Moder. Tau. & hanc eandem differentiam sequitur idem Ias. in leg. iuris gentiū. §. prætor ait, in j. colum. in 4. no. ff. de pact. & in repe. Authenti. sacramenta puberum. in 21. colum. super glos. in versic. custodiantur. C. si aduers. vendi. De quo tamen ultra eum vide latè per Barto. in l. j. ff. de condi. ex leg. quæ omnia tene mēti vltra doctores hic, & vltra prædicta vide alium effectum quem pono infrà in gloss. j. † Et per hoc infert Aretinus hic quòd si per statutum istorum deferatur succesio alicui, cui de iure communi non deferretur, puta si ex forma statuti disponatur quòd agnati excludant matrem vel sorores: tunc tales agnati excludentur a tali succesione per annum: licèt de iure ciuili aditio hæreditatis duret 30. ann. l. licet. C. de iu. deli. quod dicit no. pro limita. d. l. licet. Tamen Ias. hic dicit quod in hoc non mediocriter errat Aret. Nam licèt verum sit, quòd actiones descendentes ex talibus statutis sint prætoriæ, non tamen est verum quòd anno finiantur. Nam ita demū finiūtur, si sunt pœnales: secus autem si sunt rei persecutoriæ. ita est text. in l. in honorarijs. ff. de actio. & oblig. & ibi Barto. in l. fin. ff. de pœn. Sed tu aduerte quod opi. Angeli est ipsa veritas, & Ias. labitur. Nā licet verum sit, quòd actiones rei persecutoriæ inductæ a prætore sint perpetuæ: vt patet hic de publiciana. & declaro infrà in §. pœnales. tamen si tales actiones sunt contra ius ciuile, sunt etiam annales. casus est de hoc expressus in dict. l. in honorarijs. in versi. sed cum recisa, &c. & pone exemplum & in §. sequen. nam rescissoria actio prætoria est, verum quia datur ad rescindendum vsucapionem, quæ est remedium inductum a iure ciuili: vt in l. j. ff. de vsuca. durat anno. d. l. in honorarijs. & ita ad hoc ponderat. d. l. in honorarijs. in l. fi. in fin. C. qui. ex cau. ma. sed in casu nostro istud statutum, quo admittuntur agnati & excluditur mater & soror, est contra ius ciuile: vt patet supra in tit. ad Tertullia. & in §. in nostra. de hære. quæ ab intesta. in quibus iuribus manifestè probatur, quòd sorores & mater præferuntur alijs masculis vlterioris gradus, non ita proximioribus, & admittuntur insimul cum agnatis in pari gradu propter æquitatem. l. maximum vitium. C. de libe. prę. quod tenent Mod. in trac. quod stan. masculi. filiæ fœminæ, &c. in prima parte: ergo actiones ex tali statuto productæ, erunt annales, & non perpetuæ: & hanc opin. simpliciter firmat Io. de Monteferrato. in repe. l. omnes populi, in 7. colum. ver. prima conclusio. ff. de iust. & iu. licèt supradicta non adducat. & idem Angel. Aret. suprà de diui. st. pu. in fin. Quinimò posset dici, quòd tale statutum dicatur pœnale: sed de hoc non curo. ex quibus manifeste apparet quòd reprehensio Ias. non est vera. Imò etiam posset dubitari de validitate dicti statuti, attento q̄ communiter concluditur in d. rub. C. qui admit. q̄ prætores non possunt statuta condere contra ius ciuile. vt ubi latè exorditur Bulgari. post Bald. & Paul. & reassumunt latiùs nouissimi repet. Et supradicta conclusio procedit secundum Ias. quando tales Duces, & alij de quibus suprà superiorem recognoscunt, secus autem si superiorem non recognoscerent: quia tunc dicerentur talia statuta ius ciuile: vt per Bar. i l. j. §. de qua re. ff. de postu. cum similibus, hic allegatis per eum, quibus adde q̄d hanc distinctionē sequitur etiam Bart. in d. l. j. ff. de qua re. ff. de postu. cum similibus in l. hostes. ff. de capt. Dec. in l. j. ff. de offic. eius. & latè Mod. in ca. quę in ecclesiarum in 12. colum. de cōsti. cum similibus. vt per Alex. in l. Centurio. in 5. col. ff. de uulg. & pup. Quibus non obstan. poteit attentari in cōtrarium, quod etiam si tales Duces, Comites alij, de quibus suprà, superiorem non recognoscant, tametsi statuta eorum de iure loquendo non dicantur ius ciuile: quia dato quod aliqui de præsenti superiorem non recognoscant; negari tamen non potest, quin tales dignitates origine

origine sua dicantur subditæ Imperatori, quemadmodum & cæteri Reges.ut est tex.in c. volumus.11.quæstione.j.exceptis Regibus Hispaniæ, qui regnū a faucibus infidelium eruerūt: & sic non habuerunt ab Imperatore.vt dicit glo.singularis in c.Adrianus.il 1.64. dist. Cū igitur origine omnes tales dicantur superiorem recognoscere, ab origine debent statuta huiusmodi & actiones denominari:vt dicit not.glos.j.j̄.eo.& in l.j.ff.commo.nā ab originali causa, posterior formatur euentus.l.j.C.de impo.lu.des.lib.10.& l.qui id quod.ff.de dona.& istam distinctionem siue differentiam videtur etiam confutare Ange.Are.in d.titu.§.de diui.stipu.in fi. & pro ista opi.facit quod dicit Ange.in consi.207. in causa accusationis,& tenent hāc opi.Mod.repe.videlicet Lancelotus Galiaula,licet in alio proposito in l.Centurio.fol.4.in 2.col.ff.de vulga.& pupil.ubi alios consulentes adducit.& hoc regulare est,quòd origo rei attendi debeat quo ad iurisdictionem & actus subsistentiam: vti n no.casu tradit Bal.in l.j.per illum tex.ff.de orig.iur.quam valde commendat Aret.in l.ex ea parte,§.insulam.ad fin.ff.de uerb.obl.& prosequitur latè Ias.licet de Aret.non meminerit in l.more.in vltimo no.ff.de iuris. om.iud. quibus adde notabile dictum Abb.in c.gradus in 3.col.ver.venio ad tertiam.de restitu.spo.& est gloss.magistra.in ca.statutum.in ver.canonicis.de rescrip.lib.6.& in not.casu consuluit Petr.de Ancha.in consi.339.incip.pro maiore in 2.col.in princip.Suadetur hoc vna ratione: quia clarum est quòd quo ad effectū iurisdictionis statuendi, tantam iurisdictionem habet in suo territorio Comes subditus, sicut non subditus in suo regno,& Imperator in vniuerso: vt latè per plures auctoritates probat Decius in c.pastoralis.in 2.colum.de ap. & hoc in duce Mediolani firmat Pau.de Cast.in consi.34.super j.dubio.in 2.vol.Felin.in c. quæ in ecclesiarum.in 12.col.de consti.& Ias. in l.ex hoc iure in 3.col.ff.de iust.& iur.Socin.in consi.3.col. 5.in 3.lib.

Oldr.tamen in consi.69.inci. consueuit dubitari,fuit in alia opin.videlicet quòd nullus dicatur recognoscere de iure Imperatorem.de quo latè ibi disputat:& tenendo suam opi.quæ in puncto iuris etiam defendi potest, posset in proposito nostro fieri vna regula quòd actiones non expressæ hic, vel in §. in personam, infra eo.non dicantur prętoriæ. Istam regulam ponit Alex.in rub.ff.si cer.pet.in 2. col. & isto modo actiones descendentes ex statutis istorum non dicerentur prætoriæ,cū hic non reperiantur expressæ.Tamen quicquid sit,mihi videtur per supradicta,quòd tales actiones dicatur prætoriæ. Neque ob.quod dicit Alex,quòd potest illud negari cùm in text. nostro solum exempla ponantur causa euidentioris declarationis:vt hic dicitur.& ideo exempla non restringunt regulā, vt supradictum est,& c.j.ne cle.vel mo. §. hactenus §.de gradi.& l.damni infecti.de dam.infec.Non ob. etiam quæ adducit Old.quia dicta sua non faciunt ad propositum nostrum cùm loquantur de regibus qui fuerunt à Deo vncti & creati: vt in c.j.§.vnde in veteri.de sacra vnctio. & tenet expresse per plura iura Pet. de Anch. consi.339. incip.pro maiori diligentia,in prin.nos verò loquimur de ducibus,comitibus, & alijs inferioribus,quorum nomina descenderūt à iure ciuili,in quibus ita videtur concludendum,quòd statuta eorum dicantur ius prætorium,neque possunt se æquare Imperatori potestate statuendi:argu.tex.in c.dudum.de præben.li.6.& cle. ne Romani.de elec.cum alij adductis per Mod.in c.quod super his. de ma.& obe.& per nouissimè repeten. in l.omnes populi.ff. de iusti.& iu.& ista de iure videntur vera,licet de facto sequamur tempora nostra. Sed quātum attinet ad statuta episcoporum,mihi magis placet opi,contra communem: vt ius ciuile dicatur ex eo, quia eorum iurisdictio perpetua est; prætores vero erant temporales:quod ego sic probo;quia clarum est ꝙ si episcopi æquipararentur prætori sicut Comites & marchiones æquiparantur,diceretur,sicut episcopi Spectabiles,per ea quæ dicit Barto.in l.j.ff.de offi.eius.sed tamen hoc est falsum: quia dicuntur Illustres:vt in c.fi.de re iud.in 6.& tenet Bal. in l.nullus.C.de decurio. Hinc est ꝙ sicut Illustres possunt ꝓferre sententiam per alios:vt in l.2.C. de sen.ex per.rec.eodē modo episcopus,ut in d.c.fi.facit gl.in l.j.ff.de offi.pręfec.præto, quæ æquiparat episcopum præfecto prætorio,qui etiā illustris dicitur:& ideo episcopus potest in causis mittere procuratorem sicut illustris:vt in c.fi.5.q.iuncta.l.quæcunq;.cum authē. seq.C.de procur.& plura alia priuilegia illustrium ponit Ias. in d.l.j.quæ competunt episcopo.ergo non est verū ꝙ prætori æquiparetur,& sic eius statuta ius ciuile dicentur. Neq; obstat quod Duces,Comites & huiusmodi habeant etiam perpetuam iurisdictionem, quia dico esse verum, tamen ex quo recognoscunt superiorem,dicuntur habere iurisdictionem temporalem.episcopi verò licèt Papam recognoscāt,illud est per viam obedientis religionis ecclesiastice,non autem recognoscunt respectu iurisdictionis vel alicuius tributi:imò concurrunt in iurisdictionem:vt in c.si a sede.de præben.lib.6.& hāc opi.videtur sentire Alex.in rub.ff. de iurisd.om.iudi.licèt ista non adducat: non tamen recedas a communi. † Et dominus Ias.hic dicit, quod illud quod dictum est, quod actiones pœnales prætoriæ sunt annales, est verum secundum ipsum quo ad accusationes. Accusationes enim sunt perpetuæ ex quacūq; lege vel edicto descendant: vt dicit Bald. in l.receptitia. in princip.C.de const. pec. Tamen tu aduerte, quod istud dictum non est verum,neq; iure probatur: imò patet contrariū i l.adulter.C.de adul. vbi accusatio de adulterio finitur quinquēnio. patet etiam in l.in cognitione.ff.ad Silleia.& in l.querelam.C.de fal.& in l.2.C.de aposta.& l. peculatus.ff.ad l.Iul. pecul.cum similibus infinitis, quæ breuitatis causa omitto:in quibus iuribus facillimè probatur, accusationes ciuiles non esse perpetuas.Illud tamen dictū bene procederet de iure canonico,de quo statutum est, ꝙ vndecunq; & quocunq; crimina clarnerint,debent puniri.c.admonere.& ibi not.gl.33.q.2. tenet Abb.in c.licet,in 10.colum.de probatio.post Henricum Boych.ibi, qui latius loquitur.

Cogitabam si posset dici pro defensione Bal.ꝙ regulariter de iure ciuili accusationes dicantur perpetuæ, qñ agitur ciuiliter actione in factū: quia tūc tales accusationes durarēt perpetuò,hoc est 30.annis:iuxta l.fi.C.de præscri.30.vel 40.anno. vt dicit Abb.in c.cū venerabilis. in gl.antepe. de except.secus verò qñ ageretur criminaliter:per d.l.querelam. cum alijs supradictis:& quod vtroq; modo possit agi,est casus in l.qui nomine.ff.de fals.& secūdum hoc bene verificatur,quod dicitur in l.qui falsum,§.accusatio,eo.tit.de fal.& in l.fi.de falsis.Hoc tamen fallit in accusationibus prætorijs, quæ durant anno:ut in l.si cōuitij. C.de iniurijs. ubi actio iniuriarū prætoria durat anno:ciuilis vero,quæ datur in tribus casibus,est perpetua secundum opi.Marti.quam ponit gl.in l. sed & ex.§.de iniurijs. cum qua transeunt magis communiter doc. vt ibi dicit Ioan. Fab.& sequitur Saly. simpliciter in d.l.si conuitij. & isto modo dictū Baldi posset sustineri, exceptis tamen casibus supradictis;actiones prætoriæ sunt etiam perpetuæ,de quibus omnibus videas quæ dico in §.pœnales,j̄.eod.vbi est propriè locus. Dicit tamē Ias.posse vnum attentari, videlicet ꝙ illud qđ supradictum est, actiones descendentes ex statutis Ducū,Comitum & similium esse annales, procedat quod eorum officium esset annale:secus si perpetuum,vt regulariter Comites & Marchiones:nam isto casu posset dici, ꝙ actiones descendentes ex eorum statuto,etiam si sint pœnales,dicantur perpetuæ.& hoc videtur probari ſm eum j̄. de perpe. & tempo. actio.ex ratione quam assignat text. Tu pro ista opin.vltra ipsum dicas esse tex.in c.memini.de offi.deleg.quem ibi in terminis nostris ponderat And.Sicu.in 7.col.in fi.& in 8.col.quæ faciunt ad omnia supradicta. Tñ veritas est in contrarium:qa licèt prædicti iurisdictionem habeant perpetuam, eam tñ recognoscūt ab alio superiore, ad cuius nutum eorū statuta reuocari possunt,per ea quæ traduntur in cle.2. de rescrip.& in l.si angustæ,de le.2. & quia inferior non debet eandem potestatem cum superiore habere: vt in c.dudū. de præbē.lib.6.& sicut ipsi ius ciuile condunt,& perpetuum:ita & Comites,Duces & huiusmodi.& ideo ista cōsideratio procederet,qñ prædicti superiorē non recognoscunt, per ea quæ superius dicta sunt:& vltra ibi dicta adde latè Feli. in c. cùm non liceat.cum 3.seq.ubi latè prosequitur qui recognoscūt,& qui nō:ex cuius dictis allegationibꝰ facilè isto principali articulo vtraq; pars sustineri posset,iunctis his,quæ Firmianus tradit in suo repertorio,in uerbo,Comes,& Io.Fran.Balbus in trac. præscrip.in 2.parte sextæ partis princ.in 2.q.

26 † Not.secundò ibi tradita fuerit.quòd in publiciana requiritur traditio uel quasi,ad idē tex.in l.traditionē,& in l.j.ff.eo. supple

supple, vel quasi traditio: vt l. siue autem. in prin. & §. j. ff eod. Et iuxta hoc occurrit dubium, nũquid ex quo dominium acquiritur ecclesiæ sine traditione: vt l. fin. C. de sacrosanct. eccl. cum simili. vt per Alex. in consi. 23. & sequen. in tertio vol. acquiratur etiam publiciana. Breuiter ego teneo quòd sic: nam clarum est, quòd qui vult consequens, debet etiam velle antecedens. l. illud, ff. de acquir. hæredi. & l. ad rem mobilem. ff. de procur. sed fauore ecclesiæ inductum est, vt dominium fingatur translatum in ecclesia. d. l. fin. ergo etiam fingi debet quòd possessio sit translata, quæ est antecedens, per quod dominiũ acquiritur: vt in l. j. in prin. ff. de acqui. poss. & habetur in l. traditionibus. C. de pact. facit pro hoc not. dictum Compostellani Io. And. in cap. transmissa. de elect. quod refert & sequitur Roma. in consi. 337. incip. quo ad primum. in j. colum. vbi dicunt, quòd missio in possessionem vel quasi canonicatus, facta ab habente potestatem conferendi, habet vim collationis: quasi quòd illud sit necessarium antecedens. Præterea validum est argumẽtum de loco & persona ad actum siue rem, c. sicut. de consec. dist. j. & no. Bald. in l. precibus. in 10. col. C. de impube. & alijs substi. Sed dispositio. d. l. fin. quæ loquitur in ecclesia, extẽditur ad ciuitatem, & deinde ad municipium & castellum: ergo eodem modo illa lex loquens de dominio, poterit extendi ad quasi dominium, propter conformitatem & similitudinem. l. eum qui. §. in publiciana. ff. de publi. bene facit glos. magna & ibi doct. in l. minor. §. j. ff. de euict. vbi vult quòd libellus loquens de dominio potest verificari de quasi dominio, Bald. & gloss. in l. per hanc. C. de tempo app. & in c. fraternitatis. ĩ 5. col. de testi. accedat quod dicit. Card. & Abb. in ca. bonæ, de postu. præla. vbi dicunt quòd si aliquis dicat se habere ius in re, licet intelligatur de dominio, vt in c. cum ecclesia. de cau. poss. & proprie. tamen etiam potest intelligi de possessione largo modo, cùm pluribus similibus: vt per Ias. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero, ff. de iureiur. & ita videtur hoc dicendum, quòd dispositio d. l. fi. loquens de dominio, habeat locum in possessione, vt ecclesiæ competat publiciana. & pro ista parte vlterius facit notabilis doctri. Abb. in c. ecclesia. il j. in prima colum. ver. quæro igitur primò, &c. vt lit. penden. qui vult quòd dispositio Authen. litigiosa. C. de litigio. quæ corrigit. l. 2. eod. tit. quæ loquitur de dominio, extenditur ad quasi dominium: & idem tenet do. Anto. ibi & Innocen. in cap. ecclesia. in fin. de constit. cum similibus. ecce quòd lex correctoria loquens de dominio extenditur ad quasi dominium: ergo a fortiori de ecclesia est dicẽdum, quòd dispositio. d. l. fi. quæ de dominio loquitur, extendatur etiam ad publicianam, & sic ad quasi dominium. bene faciunt pro ista parte ea quæ dixi, supra, in §. omnium. num. 27. & vlterius pro hoc facit, quod dicit Bald. Nouel. in tracta. dotis in 8. parte in 6. speciali in 4. columna, vbi concludit quòd dispositio l. in rebus. C. de iu. dot. quæ loquitur de dominio, extendatur ad dominium etiam in odiosis. Tamen his non obstantibus teneo communem opinionem, quòd ecclesiæ non competat publiciana, nisi actualiter tradatur possessio. primo per textum in lege eum qui, §. finali. & l. sequenti, ff. de publiciana. vbi probatur ꝙ quo ad hoc vt competat publiciana, requiritur ꝙ procedat contractus habilis ad translationem dominij, & quod fuerit tradita possessio, & quod vtroq; tẽpore habeat bonam fidem: & sic ista ponuntur vt diuersa, igitur de vno ad aliud non infertur. Præterea quia possessio habet plurimum facti. l. in bello, §. factæ. ff. de capt. vnde licet lex fingat fauore ecclesiæ quòd translatum sit dominium: illud ideo est, quia dominium est iuris, & lex bene fingit circa ea quæ sunt iuris: sed circa possessionem, quæ facti, secus: vt est casus in l. deniq;. ff. ex quib. cau. maio. & tenet in terminis iuris nostris Ias. in leg. si is qui pro emptore. in 22. colum. ff. de vsucap. facit tex. in l. commissa. ff. de pub. & glo. in l. cum duobus. §. idem respondet. ff. pro socio. Dispositio igitur d. l. fi. C. de sa. san. eccle. uolens fauore ecclesiæ dominium præsumi fuisse translatum, non habebit locum in possessione. pro quo facit tex. in l. cum hæredes in prin. ff. de acquirẽ. pos. vbi licet in aliquo dominium sit translatum: non tamen dicitur translata possessio, quæ requirit corporalem apprehensionem, vt in casu nostro. & ita in terminis nostris ponderat Alex. illum tex. dict. l. cum hæredes. in princ. & quia nihil commune habet possessio cum dominio: vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. possess. & pro ista parte bene faciunt tex. in l. j. §. fin. cum l. sequen. ff. de pub. vbi dicunt illi text. quòd ideo prætor traditionis fecit mentionem, propter nonnullos casus, in quibus dominium transfertur ipso iure: ut ibi exemplificat Iurisconsultus: quasi ex hoc apertè volens quòd in illis requiratur acquisitio possessionis quo ad hoc, vt publiciana aliquo modo habeat locũ, quæ sine traditione non competit. Non obstant adducta in cõtrarium. Et primò quantum attinet ad primum argumentum, negari potest quòd possessio sit antecedens necessarium ad translationem dominij de iure ciuili ex vsucapiendi conditione acquisitum, de quo nos loquimur: secus in dominio, quod nobis acquiritur de iure gentium: vt tenet Ias. in leg. j. in princi. ff. de acquiren. possess. & nouissimi in rub. eod. titu. ex quo quia extant ista simul quòd per traditionem acquiratur nobis dominium, sed non possessio: vt est casus in l. si fundum, ff. de fundo. & no. gloss. in leg. si stipulatus §. j. in verbo stipulatus. ff. de vsur. not. Ias. in §. sic itaque. in primo not. infrà eo. nam quo ad transferendum dominium sufficit traditio possessionis non vacuæ. Secus verò quo ad transferendam possessionem, vt suprà dixi nume. 10. & 13. per text. in d. l. si fundum. patet igitur quòd traditio possessionis non est necessarium antecedens ad translationem dominij, quæ potest de per se fieri sine translatione possessionis: vt s̃. est dictum. Regula igitur prædicta procedit, quando possessio vacua traditur quò ad effectum translationis dominii. & illa regula dic. l. illud. recipit plures alias notabiles limitationes, quas nouissimè congerunt Mod. Taurinen. in l. j. in j. colum. ff. de oper. no. nun. & inter alias, illa potissimum est notanda ad propositum nostrum videlicet ꝙ illa regula procedit, vbi antecedens quòd includitur sub conquenti expressè, pro forma deberet requiri: aliàs secus. ita declarat not. Alexan. in l. fin. in 3. colum. C. de hære. instit. facit. l. prætor. §. 1. ff. de ope. no. nun. quæ no. per Mod. in l. j. ff. de lib. & post hu. vel si saltem non requiritur pro forma, esset tamen necessarium, vt declarat Feli. in cap. 2. in quarta colum. de fid. instrumen. quod tamen secus est in translatione dominij, quæ potest fieri etiam sine translatione possessionis: vt dicit Iacob. in l. traditionibus. circa fi. C. de pact. cum similibus, quæ pono infrà isto §. super gloss. iusta causa. & sic possessio non est necessarium antecedens ad dominium. Ad alia quæ dixi quòd valet argumentum de loco ad rem &c. dico quod est verum vbi est eadem ratio, vel reperitur facta prouisio a lege: sed in casu isto non est eadem ratio, cùm possessio & dominium sint diuersa: d. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. hære. ergo dispositio d. l. fi. quæ de dominio loquitur, nõ habebit locum in possessione, cùm ex diuersis non infert. l. neque. C. de probat. & l. matrem. eo. titu. & maximè quia d. l. fin. est correctio iuris communis: ergo prohibita est extensio, secundum communes regulas, Authen. quas actiones. C. de episc. & cle. Bart. & Mod. in l. si constante. in 9. q. primæ partis. ff. solu. mat. habebit ergo locum in casu in quo loquitur, & sic in dominio: possessio verò non fingetur tradita, nisi actualis fiat acquisitio, & tunc competet publiciana: aliàs non. Neque obstat quod dictum est de libello loquente de dominio, quod potest intelligi de quasi dominio: quia illud procedit quando aliàs actus siue libellus sustineri non posset: pro quo fit latissima interpretatio, si materia subiecta patitur: vt tradit Ias. in d. l. sed si possessori. §. item si iurauero. nam quantum ad validandũ actum recedimus a regulis iur. l. in lege Aquilia, si deletum. ff. ad leg. Aqui. & tradit Ias. in l. j. in 2. lect. in fin. ff. solu. matr. & in l. qui. hoc anno. ff. de verb. oblig. Ioan. de Ana. consi. 40. in prin. Decius in consil. 4. ad clariorem rei, in 3. col. in secunda parte, & consi. 57. superioribus diebus. in secunda eolumna. in secunda parte, & consi. 70. in casu proposito. in prima colum. cum similibus: vt per Moder. in le. j. ff. de offic. eius. sed in terminis dict. l. fi. illa dispositio aliàs sustineri potest in solo dominio: ideo non debet fieri extensio maximè in correctorijs ad quasi dominium siue ad possessionem. facit pro hoc quod not. Bar. in l. si finita. §. si de vectigalib. in j. col. ff. de dam. infec. vbi vult qđ licet respectu dominij non currat cõtra ecclesiã præscriptio minor quadragenaria: tñ respectu quasi dominij & publicianæ præscribitur cõtra ecclesiã cõi tẽpore. ita tene ibi Bar. & expressiꝰ Io. de Imo. & Bal. in l. siue aũt. §. si duob. ff. de public.

publi.& in l.j.col.j.ver.vltimo.C.de anna.excep.not. Ange.& Imo.in l.vsucapione.ff.de vsuc. sequitur Corneus consilio 16. viso primo.colum.fin.& consi.117.incip.multa. col.fin.2.vol. & consi.142.videtur prima facie. colum. 4.in 3.vol.in quibus locis assignat vnam concludentem rationem,quam tenet Iason in Authenti. quas actiones.circa princip.C.de sacrosanct. ecclesi.& post Are.in §.res fisci. C.de vsucap.vides ergo quod dispositio loquens de dominio,non habet locum in quasi dominio,& proprie in libello.illa decisio non est vera,ut per plura cōcludit Bar.in l.si mater.§.eandem,in pe.col.ff.de except. rei iud.Non obst.quod dictum est de Authen.litigiosa.C.de litigio.quia non est uerum,quòd in d.Authen.litigiosa,fiat correctio iuris communis respectu dominij, secundum unā opi. quæ satis uidetur probari. nam correctio fit ibi circa modum iudicij & litis inducendæ,quę quandoque per lit.contestationem,aliquando per solam conuentionem committitur,ut ibi dicitur.uel retento eodem intellectu, quòd correctio fiat circa dominium,dico quòd in d.Auth.litigiosa.sicut est correctoria,debet fieri correctio circa id de quo loquitur l.2.eo.ti.quæ si in quasi dominio loquitur, ad illud etiam correctio adaptatur.sed hoc nullo pacto consonat, quia d.l.2. de quasi dominio non loquitur, neque d.auth.litigiosa. ergo circa illud non fit correctio. & si concedatur ꝙ corrigatur in dominio, quòd puto uerius respectu qualitatis seu modi,qui facit rem litigiosam,adhuc ista opi.procedit,pro quo est notabilis decisio Io. An.in cap.fi.colum.fin.ut lit.pen. cum alijs ibi alleg.per eum. Concludas igitur in hac quæstione cum opi. Bartol.in l.j.ff.de publiciana.Nam cum quæris,an ecclesiæ competat publiciana sine traditione: distingue quòd aut ille qui uendidit uel donauit ecclesiæ,possidebat, & sic per consequens habebat publicianā,tunc ecclesiæ competet non nomine suo,ex quo non est translata possessio, sed tanquam ex persona & accessione auctoris a quo causam habuit.& ita procedit dictum Bal.Nouel.& dispo.d.l. in rebus. Aut uero ille qui uendidit vel donauit ecclesiæ non habebat publicianam, uel possidebat, uel si bona fide possidebat,non habebat titulum, & isto casu ecclesia non poterit intentare publicianam,neq; nomine suo,quia non possidet, neque ex persona actoris, quia illi non competebat: & tali casu bene requiritur traditio quo ad hoc ut competat ecclesiæ,& ita uř esse de mente Bar.in d.l.j.§.j.cuius distinctionem videtur approbare Socyn. in consi.61.incip.præsenti consultatione.col.fin.in j.lib.& latiùs sequitur Petr.Phili.Corne.in consil.35.in 9.col.in j.uolu.& in consil.201.incip. licet videatur.in 2.colum.eo.uolu.tenet Bald. Nouel.in tract. dotis,in 8.parte,in 7.speciali.in 4.columna.& ultra ipsos pro ista bene facit do.Bald.in simili in l.omni nouatione.in fin.C. de sacrosanct.ecclesijs,vbi vult quòd licet aliàs contra ecclesiam non currat minor præscriptio 40.annorum,tamen ecclesia agendo sumit adminiculum & fundamentum statuti disponentis quòd instrumentum habeat executionem paratam, poterit sibi obijci exceptio præscriptionis x.annorum ab eodem statuto inducta.Ad idem bene facit quod dicit idē Bald. in l.j.in fi.C.de contrahen.empt.vbi dicit quòd licet aliàs statuta laicorum non ligent clericos neq; ecclesias,c.ecclesia,de constitu.tamen si clericus vel ecclesia vtatur adminiculo statuti,obstabit ecclesiæ exceptio ex statuto proueniens. faciunt etiam not.per Barto.& Bald.in l.planè.ff. quod fal. tu.auct.& latius per Philip.Fran.in regula possessor.colum.3.de re iud. lib.7.& finaliter hanc opin.tenent Io.And. do. Ant.Imo.Car. Abb.in 2.de consue.Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua,vers. 58.& Bald.in d.lib.& in d.l. siue autem.§.si duobus. ff.de publi.& in d.l.fin.& alij plures, quos breuitatis gratia omittam: quamuis hic articulus pro sua materia maiora exigeret, qui ex prædictis facilè dubius in vtramque partem reddi potest.

Glo.j.diuiditur, vt hic per docto.Ex qua aliquæ conclusiones colliguntur. Prima est quòd actio rei uendicationis utilis quæ datur contra illum, qui dolo desijt possidere, est ciuilis origine,attenta persona actoris:licet possit dici prætoria approbatione:cum ista cōclusione communiter transeunt doct. Sed aduertendum est:quia contra istam conclusionem fortiter facit tex.in l.electio.§.j.ff.de noxa. & text.quem hic Bald. alle.pro se in l.si plurium.la 2.in princ.eod.titu.Nisi ad illa iura respondeas,vt hic per glos.ꝙ scilicet approbatione dicitur actio talis prætoria.Sed tunc instatur,quia omnia nostra facimus,quibus auctoritatem impartimur,l.2.de vere.iu.enucle. c.vt nostrum. de appella. sed si prætor confirmabit actionem ciuilē:ergo videtur simpliciter suam facere,vt solutè pretoria dicatur:arg.l.ius ciuile,ff.de iusti.& iu.& c.cum aliquibus. de rescrip.lib.6.vbi est bonus text. Sed ad istum respondetur ꝙ ille qui confirmat,nihil de nouo inducit,le.hæredes palam.ff. de testa.cum similibus:vt per Moder. in l.more. ff.de iur.om. iud.nisi ex illa cōfirmatione efficeretur nouus actus:vt in d.c. cum aliquibus,quod non contingit isto casu,ex quo ius ciuile de se has actiones adinuenit,quibus potuit potestatem & vigorem dare. Et hoc idem gloss.dicit de actione commodati & petitione hæreditatis:quæ licet a prætore dicātur inductæ, ciuiles tamen sunt,& altera centumuiralis dicitur: vt dicit et Bar.in l.j.in 2.col.num.7. C.quorum bonorum.facit tex.in l. prætor.ff.de lib. leg.de quo aliàs suprà memini me dixisse in alio proposito. Et in primo est maximus effectus an ista actio sit merè prætoria,an tantum approbatione, ex eo,quia si merè prætoria sit,erit annalis,ex quo datur propter dolum, & sic ex delicto,quæ est pœnalis,vt in l.in honorarijs, ff.de actio.& obli.no.glo.in §.pœnalis,infrà eodem.secus verò quando est tantū approbatione prætoria: quia tali casu erit perpetua: vt est videre in possessoria hæreditatis petitione,q̄ est actio prætoria extensione:& tamen est perpetua:& sic de alijs ciuilibus origine extensis a prætore est dicendum, vt dicit Io.Fab.post Iac.qui hoc pro regula & in terminis tradunt infrà de perpe. & temp.act.in princ.ver.occasione huius &c.& allegat plura de quibus ibi per eos. Secunda conclusio est,quòd ius agendi colligitur ex persona actoris, le.j.& 2.ff.si pars hæredi.peti.Et hoc intelligitur considerata etiā origine,non qualitate actionis,quæ potest mutari ex persona rei,vt videndū est in rei vendicatione directa quæ mutatur in vtilē,si reus dolo desijt possidere:sed ista mutatio non officit origini,per ea quæ not.Bar. in l.quāquam.§.Iulia. ff.de aqua plu.recen.vbi est doctrin.magistralis circa hoc quæ totam istam quæst. declarat.quam sequitur & multum not.Alex.in consi.220.in 2.vol.

27 † Gloss.& si quæ sunt. ista gl.reprehenditur hic per Dy. inquantum sentit,quod actiones descendentes ex contractu vel quasi,ex maleficio vel quasi, ex varijs figuris causarum sint de iure ciuili:quia hoc est falsum,vt patet in actione de constituta,quæ est prætoria.§.de constituta.j.eod.& tamen descendit ex contractu,vt l.j.& l.3.de constit. pec.item actio nego.gest. quæ est prætoria & nascitur ex quasi contractu, vt s̄.de oblig. quæ ex quasi contractu.in princ.l.3.in princ.ff.de nego.gest.& plures aliæ,quas hic enumerat Ias. Tamen Aret. Ias.& communiter alij dicunt,quod glos.hoc non voluit sentire & ideo non meruit reprehēdi. Adde tu ultra ipsos:quia gl.hic loquitur exemplificatiuè,& exempla regulam non restringunt,l. g. damni infecti.la 2.ff.de dam.infe.& ibi Barto.& in simili casu tradit Ias.in §.præiudiciales.in 8.col.nume.34.j.eodem,& in l.nulli.col.fi.C.de iudi. Nam exempla ponimus nō ut ita fiat, sed ut sentiant & intelligant rem facilius addiscentes. tex.iuncta glos.in l.obligationum substantia. in fi.ff.de actio. & obli. nam per subauditiones & coniecturas tex. neq; gl.debent impugnari,vt dicit not.gl.in c.cupientes.§.quod si per 20.in uer. petere.de elec.lib.6.quam dicit singularem Alex.in authen.ex causa,in prin.C.de lib.præte. & Ias.in l.fi. col.4.C.de sac.san. eccle.& in no.casu tradit Hyppo.de Marsi.in l.furem.col.1.ff. de sica. Sed tamen tenendo opi.Dy. posset dici,ꝙ glo.habuit hanc intētionem, uidelicet quòd ista exempla sunt actionum ciuilium,qđ patet secundū ius qđ allegat:nam alleg.§.1.s̄.eo. ubi glo.et in uerbo,modis,hoc vř tenere iuncto illo tex.& sic negari non potest ꝙ ista exempla restringantur secundū text. qui loquitur de actionibus iuris ciuilis:argu.l. fi.§.cui dulcia. de ui.tri.oleoq;.leg.& c.2.de rescrip.lib.6.nam dictū doctoris intelligitur ſm iura per eū allegata:ut dicit Bar.in l.nō solum. ff.de libe.leg.l.Imperatores.ff.de in di.adiec.Ias.in le.1.in 10. col.ff.sol.ma.Bar.in l.fi.in prin.ff.de cōdi.inde.cū igitur gl.hic sentiat ꝙ actiones descendentes ex contractu uel quasi,ex maleficio uel quasi,sint ciuiles,per consequens vř negare esse p̄torias:cum positio unius sit exclusio alterius.§.j.s̄. de his qui sunt sui uel alie.iur.l.cū prætor.ff. de iudi.cū similibus, ut per doct.in c.nōne.de pręsump.nā simul ciuiles & prætorię eē nō possunt

possunt. Nec ob quòd exempla non restringant regulam, quia illud est verum, nisi sæpius repetantur. quia tunc bene regulam restringunt ad casum propositum. gl. est notabilis in cle. j. in ver. diœcesanis. de iure patro. quam ad hoc multum commendant Mod Bononien. in tract. permuta. in 5. col. & dixi s. in nota. text. sed istud exemplum glos. in tract. actionum ciuilium est sæpius reperitum: vt, suprà dixi igitur, &c.

Et per hoc cessat illud quod dicebatur quòd per subauditiones non debent iura reprehendi: quia est verum, nisi euidens sit coniectura subauditionis faciendæ: vt tradit no. Feli. in c. significasti. in pe. col. de fo. comp. & in c. tua nos. in 2. col. de iureiuran. Tamen non est recedendum ab opi. Aret. & Ias. hic, quæ videtur verior: pro qua est gloss. j. in §. pœnales. j. eo. quæ videtur aperire mentem suam secundum quod declarát ibi doc. dum ibi gloss. vult ꝙ actiones pœnales descendentes ex maleficio sint etiam prætoriæ, quas hic dixit descendere à iure ciuili: ergo manifestè colligitur quod glos. hic non voluit taxatiuè loqui, & dicere quòd actiones descendentes in casibus de quibus hic, sint tantũ ciuiles, sed quod etiam reperiantur prætoriæ: vt in d. glo. 2. tenuit: in alio tamen ista glo. videtur malè loqui, dum hic tenet quòd actiones descẽdentes ex quasi contractu, vel quasi ex maleficio, non dicantur ex varijs figuris causarum: cuius contrarium tenuit gloss. suprà in §. j. in ver. modis omnibus. secundum quod ibi induxi: & illa est
28 communis opi. † Gl. aliæ in rem, concludit nullam esse actionem prætoriam mixtam: & ad contrarium de l. j. alleg. in glo. dicas. breuiter non esse verum petitionem hæreditatis esse mixtam. nam communis opin. est in contrarium: vt per Alex. & Moder. latè in rub. ff. si cert. pet. pro qua opi. vltra ibi adducta est tex. in l. j. ff. de rei ven. & dicit Bart. in l. sed si lege. §. petitio, ff. de petiti. hære. quòd quemadmodum diuersæ naturæ non possunt esse sub eodem subiecto: vt quòd quis sit homo & asinus: ita neq; mixtura actionis realis & personalis nõ potest cadere sub vna actione. & sic concludit quod sit realis: vnde in statuto loquente de actione, comprehenditur: vt in notabili casu tradit Signorel. in consi. 49. quem nouissimi Mediolanen. sequuntur in l. 2. in prin. in 2. col. ff. de verb. obl. Non obstat tex. in l. hæreditatis. C. de peti. hæredi. quia illa mixtura de qua ibi dicitur, est quo ad effectum præscriptionis, per rationem quam ponit ibi Bart. & de ista quæst an petitio hæreditatis sit mixta vel non, dico latissimè vltra alios in §. quædam, super glo. confines. quæ tenet quod est mixta, infrà eodem. & ibi pono contrarietates doctorum. In fin. gloss. ibi, & primò hic de realibus &c. sed quæro quæ est ratio, cur prius de illis cùm persona sit omnibus rebus dignior. l. iustissimè, de ædil. edict. Responde vt per Alexan. & Moder. in l. j. ff. si cer. pet. pro quo faciunt ea quæ latè dixi in §. omnium in 4. not. suprà eod. Gloss. necessarium. concludit vnum quod princeps non necessitatur exempla ponere, cùm sit solutus legibus, vt l. princeps. ff. de legibus, & secundum hoc verbum, necessarium, debet exponi. s. vtile. Et hoc modo exponit glo. in l. j. solu. matrimonio. Sed considera quòd aut dispositio legis potest inuestigatione intelligi: tunc isto casu bene procedit gloss. nam vigilantibus ius ciuile scriptum est, l. pupillus. in fi. ff. de his quę in frau. cred. & suprà in proœmio. §. quorum. Sed vbi inuestigatione non posset sensus legis colligi, ego putarem isto casu non solùm vtilia esse exempla: sed necessaria, & quod tali casu princeps necessitetur illa ostendere, vt lex obseruetur, aliàs lex obscura nobis insidiaretur: vt dicit text. iuncta gloss. C. de no. cod. fac. in princ. neque talis lex iuuat ad decisionem causarum, vt dicit Bald. in l. ambiguo, ff. de reb. dub. & ideo dicit Barto. in l. ea, ff. de contrahen. emptio. quod testis obscurus æquiparatur tacenti verum. & idem Barto. in lege, quicquid. ff. de verborum obliga. inuehit contra quendam scribam, cuius dictamen nõ intellexit Papa Ioannes, quia obscurum: & propterea ignorantia iuris obscuri excusat: vt dicit Cardi. in clement. fin. in 4. q. de regu. Felin. in cap. de quarta. in 8. columna, de præscript. & exceptio obscura habetur pro non exceptione. Bart. in l. 3. §. si duobus. ff. de adi. leg. Et ideo tali casu exempla requiruntur, vt res clarior reddatur, & veritas comprobetur l. j. §. nunquid, ff. de postula. tenet Bart. in l. nemo. C. de sen. nam nihil magis proprium est legibus, ꝙ claritas: vt in Authenti. de test. imperfect. in principio. nam claritas est de substantia legis, capitu. erit autem, 4. distinctio. aliàs sententia lata contra legem obscuram non intelligibilem valeret, secundum Bald. in cap. fina. de constitutio. facit gloss. suprà de obliga. quæ ex quasi delicto, §. ideo. Iason post Imo. & Roma. in l. cum prolatis, in fin. ff. de re iudic. & Petr. de Anchar. in capi. j. in secunda columna, eodem titu. libro 6. Et ideo isto casu non procederet ratio gloss. neque sua expositio: sed illud verbum, necessarium, extaret propriè in suo significatu. Et licèt princeps sit solutus legibus, neque sibi necessitas imponatur: est verũ, nisi ratio postulet: quia tali casu bene rationi subiectus est, quia est animal rationale & politicum: hinc est quòd contrahendo obligatur: vt in captu. j. de probatio. vbi latè Moder. tradũt post Abba. Cùm igitur in casu præfato ratio expostulet exempla proponere, vbi aliàs res esset obscura, dicerem tali casu principem necessario astringi ad ea ponẽda. Nam si vult obseruari, debet ponere ea quæ sunt de substantia legis, sine quibus lex contemni posset, per suprà dicta argum. l. illud, ff. de acquir. hæred. cum similibus.

Glo. ex iusta causa. diuiditur in duas partes. In prima exponit text. In secunda declarat & limitat. secunda ibi, & hoc.
29 † Collige vnum ex ista glo. quòd ita demum datur publiciana, si venditor transtulit quasi dominium: aliàs non: per l. traditio. ff de acquiren. rerum domi. cum allegatis hic in glos. Et ex hoc inferas quòd si venditor reputabatur dominus, non possidebat rem per traditionem illius, non transfert quasi dominium & per consequens neque publicianam, ex quo non est tradita possessio vacua. rato est: quia publiciana datur illi cui facta est traditio habilis ad vsucapiendum: sed venditor non habuit possessionem: ergo in emptorem bonæ fidei non transtulit, & per consequens emptor tanquã non habens causam habilem ad vsucapiendum, non potest agere publiciana, vt requirit hic tex. dum dicit eius rei possessione amissa, & in l. 2. & l. fine. & per totum, ff. de publiciana. & hoc tali ratione suadetur: nam clarum est ꝙ si aliquis mihi venderet domum verè tuam, quam possides: licet eam mihi assignaret, nõ trãsfert in me possessionem: quia ipse venditor non possidebat: vt dicit tex. in d. leg. traditio. hic alleg. in gloss. nam nemo potest plus in aliũ transferre, quàm ipse habeat, quia esset iniquum, & ius præstaret occasionem fraudis. nõ trãslata igitur in eum possessione, publiciana non competit, quia cùm aliquis tenetur ad tradendum, debet tradere possessionem vacuam, non ab alio occupatam l. cum res. C. de proba. & leg. minus. C. de acquiren. possessio. l. penultima, ff. qui mod. pig. vel hypothe. soluitur. & l. quem prædium. C. de distractio. pig. cum simili-
30 bus. † Sed ista non procedunt in venditore domino vero, quia per solam traditionem etiam rei non vacuæ, bene transfertur dominium. text. nota. in l. si fundum. ff. de fundo dot. quem ad hoc pro sing. commendat Ias. in l. j. col. 3. C. de ser. fugi. & in l. si procurator. C. de eden. Alex. in l. traditionibus. in fine. C. de pact. cum similibus, vt infrà dicitur. Ratio est quia venditor transtulit isto casu quod intendit, scilicet dominium, quod est diuersum a possessione, vt dicit Ias. post alios quos ibi alleg. in §. sic itaque, in prin. nume. 2. infrà eo. & dixi suprà num. 10. & 26. l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acqu. poss. ad quod quidem dominium conseruandum vel vendicandum posset talis dominus cedere actionem suam. l. fi. C. de hære. vendi. vt tradunt latè Domini. de Ro. in deci. 139. in no. in tit. de cessio. actio. Sed ille putatiuus dominus qui non possidebat, nihil poterat transferre, & ideo constituitur diuersum ius, & ita notabiliter istas rationes diuersitatis sequitur Odofre. pater veritatis in l. cùm reo. C. de proba. & in leg. j. ff. de public. & valde commendat Corne. in consi. 101. incip. licet videatur. in 2. col. licet de Odofre. mentionem non faciat. & hanc eandem opi. latius prosequitur Ioan. And. in addi. ad Specul. in §. nunc dicendum. versi. in actione. in additio. incip. fuerit, in tit. de cau. poss. & proprie. & hanc eandem opin. tenet idem Corne. vbi alia allegat in consi. l. incip. in causa. in 2. volum. in princ. & in consi. j. col. fi. in 3. volu. & in consi. 88. incipien. viso suprà scripto. colum. fi. in eo. lib. & in consil. 288. quamquam. in quarto volumi. & per totum illud consilium ponuntur omnia requisita publicianæ, & hanc eandem opin. tenet Soci. in consi. 56. incip. viso processu. in j. colum. in 3. volum. Et quod dictum est sufficere quo ad translationẽ dominij traditionẽ possessionis non

non vacuæ factam a domino, illa tamen traditio non erit sufficiens ad præscriptionē, & sic isto casu tex. in d. l. si fundum, non procedat: ita dicit Alex. in l. 3, §. ex contrario, col. fin. ff. de acquir. poss. Ias. in l. traditionibus. circa fi. C. de pact. & Areti. in rubr. ff. de acqui. poss. in fin. quod not. Alia limitatio colligitur ex his quæ dicit Alexan. in l. fundi venditor. col. fi. de acqui
31 ren. possessio, quam declaro in voce. † Glos. casu nota ex ista glo. secundum Areti. hic, quia ad hoc solet communiter allegari, quòd furtum non connumeratur inter casus fortuitos. Pro quo Iason hic allegat duas glo. videlicet in l. 3. §. hoc edicto. in verbo sine culpa. & gl. in l. nauta. §. fin. in versic. futuro. ff. naut. caup. stab. adde vltra ipsum aliam expressam in l. si res pupillares. in glo. j. ff. de admi. tuto. Dicit tamen Ias. quod ista gloss. non probat id quod dicit Are. etiam si referatur ad text. quia text. hic non loquitur nisi de casu, & non de casu fortuito: nam ista dictio profertur simpliciter sine illo adiuncto, fortuito: & ideo non intelligitur loqui tex. de casu fortuito. & licèt Iason pro ista sua opi. nihil alleget, tamen videtur pro hoc casus in l. qui ædes, iuncta le. quòd si fortuito. ff. de incen. rui. nauf. His tamen non obstantibus potest Are. defendi. & dico quòd ista dictio, casus, posita in tex. & glos. nostra simpliciter prolata significat casum fortuitum: vt est text. in l. in rebus. ff. commo. & si alibi cum adiuncto reperitur, illud fit causa maioris declarationis: iuxta. l. qui mutuam. ff. manda. cum similibus: ut per Feli. in c. venerabili. col. j. de offi. deleg. sicut in c. j. de reg. iu. lib. 6. dictio licitè, ibi posita abundat, secundum Io. An. ibi: per hoc tamen nō infertur quòd si sine adiuncto proferatur, quòd non importet idem. l. quę dubitationis, ff. de regu. iur. vt patet in d. l. in rebus. & pro hoc defenditur Aret. Et pro ista opi. Areti. facit: quia gl. hic vtitur dictione, imò, quam ponit inter dictionem, casus, & dictionem, furtū, & rapinam, de cuius dictionis natura est poni inter diuersa, leg. si Stichus, imò Pamphilus. ff. de manu. testa. Hinc est quòd si iudex sententiam proferat hoc modo, Titium condemno, imò absoluo: quòd talis sententia erit absolutoria: quia natura talis dictionis est aduersari præcedentibus: vt tradit Roma. in consi. 24. inci. idem de iure &c. per allegata ibi per eum. & ad idem est bonus tex. quem ibi not. Abb. in c. accedens, il j. vt lit. non contest. cum concor. vt per Feli. in c. nemo. de simo. & sic attenta proprietate talis dictionis, glos. sentit quòd furtum non sit casus fortuitus.

Sed ex alio mihi uidetur, ꝙ nullus eorum benedicat. & dico hic esse gl. probantem apertè contrarium, videlicet quòd furtum sit casus fortuitus. & primò pondero istam gl. ibi dum dicit furtum, rapinam, & aliam vim &c. Clarum est quòd ista dictio, vis, idē est quod casus fortuitus, l. si ea res, ff. de act. empt. l. j. C. commo. & tamen dicit glo. & aliam vim, videtur ergo clarè innuere ex virtute illius dictionis, alia, quæ implicat similia in qualitate, & quantitate, vulg. glo. in Auth. sed nouo. C. de ser. fug. c. sedes de rescrip. quod furtum, & rapina sit casus fortuitus: nam non diceret, Vel aliam vim. Et ista opi. contra istos satis suadetur ex his quæ tradit Bal. in l. j. in 2. q. C. deposi. dum concludit furtum esse casum fortuitum quēadmodum incursus latronum. & idem tenet Alex. l. argentū. in apostil. ad Bart. ff. commo. & allegant tex. in l. eum qui. in princ. & in fi. ff. de fur. & in l. si quis. §. Imperator. ff. deposi. Non ob. pōderatio quam faciebam de dictione, imò: quia respondetur ꝙ dictio, imò, qn̄ concurrit alia ratio alterius qualitatis adiūctę, tunc non extat correctiuè, sed additiuè & copulatiuè: vt est tex. in l. iubemus nulli. §. œconomos. C. de sacrosanct. eccle. & l. imò. ff. de libe. cau. & in §. quibus. C. de no. cod. fa. tenet Are. in c. tibi. de rescrip. lib. 6. Quid dicendum? Are. hic videtur ponere vnam distinctionem per quam intendit concordare dissonantes opin. licèt supradicta non referat: dicit enim ꝙ aut potest imputari culpa illi cui casus accidit: & tunc non dicitur furtum casus fortuitus; aut verò imputari nō potest, & tūc procedant contraria, quæ omnia declarat per exempla, ut hic per eum: & reperit idem Iason & sequitur, licèt confusè, eius opin. Tamen ista distinctio non satisfacit, eo quia furtum & incendium semper præsumūtur facta culpa cohabitantium: vt tradit Bald. in l. si creditor. C. de pig. ac. per l. si vēdita, ff. de pericu. & commo. rei ven. cum similib. vt per Hyppo. de Marsi. in l. j. in princ. col. 15. ff. de sica. Et ideo Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. an vero hæredi. ff. de eden. distinguit ꝙ casus fortuiti sunt in duplici genere: quidam sunt manifesti, vt ruina & incendium, & isto modo furtum non erit casus fortuitus: qui-
32 dam sunt casus occulti, & in isto genere est furtum. † Tamen ista distinctio non videtur sufficiens: quia non procederet in furto manifesto: ideo reperio quòd Abb. fortè sentiens istam difficultatem, aliter distinguit in ca. j. extra commo. in 3. col. ver. & ista faciunt. dicit enim quòd licet super isto passu glos. iuris ciuilis reperiantur contrariæ: tamen potest ita distingui, quòd aut per violentiam fuit res tibi subtracta: & tunc est casus fortuitus non data negligentia, puta quia non transibas per loca periculosa: aut verò committitur furtum clandestinè. & tunc, aut est persona a qua etiā diligentissimus non præcauisset, vt ab vxore, filio vel famulo fido: & tunc est casus fortuitus, per ea quæ no. in l. quæ fortuitis. C. de pig. ac. secus verò si persona non erat talis de qua diligentissimus non fideret: & isto modo omnia ad concordiam reducuntur. & ista distinctio mihi placet, & videtur communis, prout colligitur ex deductis per Bald. in d. l. si creditor, & Alex. in d. l. argentum. & per Ang. Are. hic, pro qua distinctione vltra prædicta tu adde in terminis Ludo. Rom. in consi. 403. inci. quo ad primum, in tertio dubio. qui plenius quam Abb. loquitur & hanc eandem opi. tenet Ioan. Ignei doc. Moder. in repe. l. contractus. in 28. col. ver. idem dicas. ff. de regu. iur. & ibi enumerat plures species nouas casus fortuiti. de quo vide etiam per Alexan. in consi. 207. visis & opportunè ponderatis. per totum, in secundo volu. & per Ias. in l. domus. col. j. de leg. j. Glo. magna diuiditur in quinque partes principales. In prima colligit vnū nota. ex tex. In secunda ponit quatuor formas libellorum, quarum tres reprobat. In tertia ponit requisita publicianæ ex parte actoris. In quarta ponit requisita ex parte rei. In quinta infert ex prædictis ad regulam, quam sex modis limitat. Secūda ibi, vnde & sic. tertia ibi, ex prædictis. quarta ibi, ex parte rei. quinta ibi, nam contra possidentem, &c.

33 † In tertia parte glo. collige vnum quòd aliquando Imperator docet mentiri. ad hoc idem istum text. allegat Spe. in tit. de cau. poss. §. nunc dicendum, in prima col. nu. 21. & seq. Tamen tu aduerte quòd ista glo. neq; Spec. bene loquitur: quia secundum communem impressionem hodiernam in tex. hic est dictio, quasi, in prin. & in fi. & ideo bene diceret gl. si illa dictio esset sublata: quia si intentans publicianam assereret se vsucepisse, mentiretur: sed vbi diceret se quasi vsucepisse, verum diceret: & propterea glo. hic. j. in ver. dic ergo. dicit supplendam esse ad tex. dictionem, quasi. & ita etiam dicit Ias. suprà eo. in primo no. cui fortè erat tex. sine illa dictione: & breuiter credo ꝙ antiqua litera ita se habuit: vt patet etiam ex dicto Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de cau. pos. & proprie. §. nūc dicendum. ver. in actione reali. in verbo. §. aliæ. Tn̄ hodie vt suprà dixi, cōmuniter in text. habetur illa dictio, quasi, & propterea istud dictum gl. non procederet: & super hoc volui videre vsq; ad x. libros variæ impressionis, in quibus hæc dictio repetita inuenitur. sic ergo dicas non esse verum ꝙ hic Imperator doceat mentiri. nā lex non permittit quod mendacium dicatur: vt dicit Spe. in ti. de accusa. ver. item repellitur. & in l. fi. ff. de rei ven. Non ob. modo tex. alleg. hic per gl. in d. l. j. C. de bo. ma. in illis verbis propriè iuris, quia respondetur quod ibi pater vendendo, non mentitur dicendo rem filij esse propriam: quia intelligitur quo ad administrationem: vt patet in c. si tibi absenti. de præb. lib. 6. & in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. nam proprium aliquando dicitur, ꝙ aliquo iure ad nos pertinet l. talem §. si quis ita, ff. de hære. instit. vel potest in hac materia dici quòd potest quis mentiri in iudicio pro iure suo conseruando: & tunc licitum est mentiri, ita dicit Angel per illum text. in l. si quis de libertate, ff. de iniurijs. allegat de hoc esse text. & gloss. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. aut verò mentitur non pro conseruādo iure suo, sed pro alieno auferendo: & tunc non licet. & isto modo glo. hic in primo capite poterit defendi. Et vltra prædicta in quibus casibus liceat mentiri, & in quibus non: vide tex. in c. primum 22. q. 2. vbi ponuntur octo species mendacij. In eadem gloss. ibi, dic ergo. habes ex gloss. quatuor species libellorum, quarum tres reprobat gl. hic: & quantum ad duas species cōmuniter tenetur reprobatio gloss. hic per doctor. negari non potest

potest quòd talis propositio libelli non esset vera, per quam efficeretur actor mandax & periurus. & dum aliqui respondebant, vt hic dicit glo. quòd illud mendacium fiebat lege permittente: Ias. hic post Dy. negat hoc legem permittere, ex quo in tex. ponitur dictio, quasi, quæ est nota diminutionis: vt latè de hac dictione vltra Ias. tradit Fel. in c. gratum. col. fi. de offi. dele. & idem Ias. in §. præterea. nu. 41. infra eo. Tamen tu aduerte quòd tenendo literam antiquam prout erat sine dictione quasi, vt supra fatetur Ias. & dico, supra in prin. gl. illa bene dicebat: imò etiam hodie posita tali dictione, adhuc potest sustineri opi. illorum antiquorum. nam licet, dictio quasi, improprietatem significet: tamen vbi profertur à lege, significat veritatem & augmentum. doc. est no. Bart. in l. si iuxta. col. pe. in fi. ff. ad l. Corn. de fica. vt in illo dicto, Quasi vnigeniti à Patre. facit tex. in l. item mella. §. sed & si seruum. ff. ad l. Aquil. tenent nouissimi Papien. in rub. extra de iud. fol. 10. col. j. Sed in casu nostro profertur a lege: ergo importat ueritatem: & sic adhuc non esset sublata responsio antiquorum. Præterea ista consideratio Dy. & Ias. non facit ad propositum: quia uerum esset quando in libello esset posita illa dictio: quasi, sed in glo. hic præsupponitur contrarium, scilicet quod dictum sit se usucepisse. & hoc faciebat dubium an diceretur periurus. & glo. hic facit difficultatem in hoc, an data & præsupposita tali forma libelli, ualeat, uel non. Sed tu tene primam opi. quæ uidetur uerior distinguendo, ut supra, quia inficiari nõ potest quin dictio, quasi, posita hic improprietatem significet: quia si ueritatem importaret usucapionis, non daretur publiciana, sed rei uen. directa. l. j. ff. de Publicia. Non ob. dictum Bar. in d. l. si in rixa, quia fateor quòd prolata a lege aliquando ueritatem inducet: hoc tamen secundum subiectam materiam debet intelligi: ut patet in l. si dari, ubi glo. & Alexand. ff. de uerb. obl. nam ubi profertur a lege, & significat improprietatem: & idẽ in l. hoc colore. ubi no. Bar. ff. de inoffi. test. cum concor. ut latè per Ias. & Soci. in l. j. ff. de acqui. pos. & in l. certi condictio.
34 §. quoniam. nu. 5. & in l. creditor, ff. si cer. petatur. † Item aduerte quòd aliter posset responderi ad dictum gl. hic, uidelicet, ꝙ ille qui format libellum, ut supra est dictum, iurando de calumnia non erit periurus: quia iuramentum de calumnia nõ tendit ad hoc, ut iuret an uerum in petitione dicat, uel nõ: sed iuratur per uerbum Credo, ꝙ calumniosè non mouet litem. d. l. 2. hic allegata in gloss. dictum uero gloss. haberet locum in iuramento de ueritate dicenda, ꝙ quis nõ tenetur subire, nisi fuerit clericus ex dispositione noua iuris canonici: ut in c. j. de iura. calum. lib. 6. & in casibus de quibus ibi: nam iuramentum calumniæ & ueritatis sunt diuersa: quia in iuramẽto calumniæ iuratur per uerbum credo, ut dixi, sed in iuramẽto ueritatis iuratur de scientia quæ per credulitatem non habetur: ut no. tradit Marianus. Soci. in c. fi. de iu. calum. & sic in casu gloss. illud iuramentum calumniæ non induceret periu-
35 rium. † Sed esto ꝙ etiam de ueritate iuraretur, adhuc in casibus præmissis periurium non committeretur: quia iuramentum debet interpretari secundum uoluntatem iurantis. l. fin. C. de non num. pecu. & c. humanæ aures. 22. quæstione 5. & iurans intendit petere illam rem, dicens esse suam iure quasi dominij: & licet in libello dicat se dominium, illud uerbum debet impropriari, ꝑ quasi domino, ut libellus sustineatur: ut latè tradit Ias. in l. si tibi pecuniam. ff. si cer. pet. Nam istud dicitur esse nostrum largo modo, in quo ius habemus, licèt non directum, l. in uenditione. ff. de bo. aucto. iudi. pos. ubi appellatione domini, uenit usufructuarius, dato quod propriè dominus dicatur directus. l. j. ff. si ager. uectig. Tamen in libello hoc admittitur, qui debet largissimè interpretari quo ad uim comprehensiuam: ut dicit no. Abb. in c. cum ecclesia Sutrina. in 2. colum. per illum tex. de cau. poss. & proprie. & tenet Bald. in marga. sua in uer. uerbum: uer. quarto. & uerba libelli impropriantur, ut sustineantur: argu. glo. no. in l. & puto. in prin. ff. famil. hærc. cum similibus, ut per Roma. in consilio 245. inci. ad primam, ubi singulariter loquitur: & iuramẽtum regulatur eodem modo quo & libellus: quia interpretatur eo modo quo melius valere potest. l. cùm pater. §. filius matrem. de legatis 2. & sicut videmus quòd verbum possessio, pro quasi possessione exponitur, vt in l. 2. ff. commu. prædio. ita verbum, vendicatio, posset in libello pro quasi vendicatione exponi, & dictio, vsucapio, pro quasi vsucapione, & dato quod actor, qui taliter formauit libellum iuret siue de calumnia, siue de ueritate dicenda, non erit periurus: quia iuramentum intelligitur largo modo de illa re quæ est sua aliquo iure: & illud verbũ, usucepisse, interp. etabitur pro quasi vsucepisse, per no. doctr. Bar. quem omnino videas in l. 2. C. de his qui ex pub. ta. li. 10. vbi dicit quòd valet libellus formatur in motuo per verbum, commodauit, qui exponetur. id est, mutuauit, quod dictum sequitur Ro. in d. consilio. & isto modo illæ, duę primæ formæ poterunt sustineri. Tertia forma est Peto à te rem, quam posides,
36 quæ pertinet ad me iure dominij vel quasi, &c. † Contra istã formam duo vrgent principaliter, quæ hic referunt doc. Primò motiuum Dy. dum vult ꝙ quando duæ actiones sunt origine contrariæ, licet tendant ad eundum effectum consequendi, non possunt eodem libello cumulari. l. contra maiores. C. de inoffi. testa. declarando vt hic per Ias. sed publiciana & rei vendicatio sunt origine contrariæ: quia alia à prætore inuenta vt hic, altera à iure ciuili, l. in rem. ff. de rei vend. ergo non possunt vno libello cumulari: sed si ista forma libelli procederet: Peto rem iure dominij vel quasi: duæ actiones diuersæ siue cõtrariæ eodem libello poneretur: igitur &c. Sed ad istam rationem licet alij non respondeant, dicas quòd non est uerum ꝙ publiciana & rei vendicatio sint contraria: vt est in terminis decisio Spec. in titulo, de cau. possessio. & proprie. §. nunc uidendum. in secunda columna vt dixi suprà in euidentialibus: nam si essent contrariæ, dispositio facta in vno ex contrarijs excluderet positionem alterius: hoc tamen cessat in publiciana & rei vendicatione: vt patet in l. eum qui, §. in publiciana, ff. de actio. & obligatio. vbi dicunt illa iura ꝙ tanta est confinitas inter rei vendicationem & publicianam, ꝙ in publiciana omnia habebunt locum quæ de rei vend. disponuntur. ad idẽ text. in l. minor. §. si seruus. ff. de euic. & tamen si essent contraria, non possent compati sub eadem dispositione. ar. c. nonne, de præsump. & l. si ancillam. ff. pro suo. & ideo dicit text. no. in capi. omnis. de poe. dist. j. quòd quis malus & bonus simul esse non potest, cùm sint contraria: sed ista inter se compatiuntur: igitur non sunt contraria: licet uerum sit, quòd in aliquibus sint diuersa: illa tamen diuersitas non est potens, vt prohibeatur in uno eodemque libello cumulatio: vt concludit Abb. in cap. 2. & Lancelotus Galiaula celebris doctor in repetit. l. centurio, in 16. columna, ff. de vulgar. & pupil. numero 85. nam licèt dominium & quasi dominium propriè sint diuersa largo modo, tamen aliquando vnum continetur appellatione alterius: ut in no. casu tradit Corneus in consilio 295. incip. videtur prima. in 2. columna, in 4. vol. pro quo alleg. l. ait prætor, §. is autem. ff. ex quib. cau. ma. & c. cum ecclesia Sutrina. de cau. poss. & proprie. cum alijs, ut ibi per eum: & idem de utili dominio apparet in lege, in vẽditione. ff. de bo. aucto. iudi. pos. & in casu isto probatur etiam in l. eum qui. §. si petenti. ff. de publicia. & ibi videtur casus pro isto libello, & pro secundo hic posito in gloss. ista verò inter contraria non procederent, quia vnius positione non continetur aliud, sed necessario remouetur: vt supra est dictũ: quod secus est in dominio & quasi, vt supra dixi: quia ad positionem dominij ponitur etiam quasi dominium: vt tradit no. Bal. nouellus in trac. dot. in 6. priuilegio octauæ partis principalis, in quarta col. & seque. ver. quintò limita. Præterea regula supradicta procedit quando actiones essent contrariæ in exercitio: tunc enim eodem libello cumulari non possent: secus verò si origine tantum: vt in casu nostro: & ideo cumulatio non impeditur per doc. quam tradit Bar. in l. edita. C. de edendo. & reassumit ibi
37 Decius in 17. col. ver. 3. regula. † Secundò contra istam formam libelli adducit Ang. Are. hic vnum, videlicet quòd ex quo est alternatiuus, dicitur esse incertus & dubius: tex. est in l. prętor edixit. §. quod autem. ff. de iniurijs, sed incertitudo vitiat. l. fi. de ann a. exce. cum allegatis hic per eum, igitur &c. Sed tu ad istud breuiter respondeas quòd quando libellus est disiunctiuus, & vtraque pars disiunctiuè tendit ad eundum finem, talis libellus admittitur: ita concludit Alex. in l. Gallus. §. si eius. in prima colum. ff. de lib. & posthu. vbi plura pro hoc allegat. & idem tenet in l. vbi autẽ §. qui illud. ff. de verb. obli. Abb. in c. ex parte. B. in 3. no. de fo. compe. sed in casu isto istæ duæ partes disiunctiuè positæ in libello tendunt ad eundem finem:

finem:ergo talis incertitudo non uitiabit.est bene verũ quod actor in prosecutione tenebitur liquidare inquantum poterit vnum caput ex illis: vt hic tradunt latè Ias. post Are. & latiùs Alex.in locis superius alleg.per glos.in l.j.§.si quis.in uer.pondus.ff.deposi.cum si.

Item pro ista parte facit qđ dicit Bartol.in l.in actione.ff.de furt.& in l.si in rem.in princ.ff.de rei uen. Et breuiter iste libellus cõmuniter hodie & de iure & de consuetudine procedit. de iure habes tex.notabilem. in c. Abbate sanè.de re iudi.lib.6.& hanc opin.tenet Soci.in consi.55. viso processu in j.col.li.4.& Cor.in consi.l.incip.in causa.in prin.in 2.vol.& tenent alij quos hic refert Ias.Et quod de consuetudine obseruetur,tenet hic gl.quam sequitur Bar.in l.de quibus.in repe.in 4.vol. principali in 7.col. ff. de leg.& Alex.in l. si finita §.eleganter.in 2.col.ff.de dam.infe.qui dicit quòd ista est gloss.singularis de iure ciuili post Roma.ibi ad hoc, quòd consuetudo potest validare libellum,licet de iure valeat: quod expresſius tenet Pau. de Cast.in consi. 65. viso quodam libello. in 2. col.in 1.uol.& ibi posuit omnes rationes quas hic ponit Ias.& Are. contra istum libellum: licet prædicti patres de illa mentionem non fecerint, & ista sequitur etiam Fel.in c.significantibus post Ant.de But.Abb.& Maria.Soci. de libel. obla. in 6. colum.& Moder.rep.in l.centurio,numero 85.de vul.& pu.Non ob.suprà dicta ratio doc. ꝙ iste libellus sit alternatiuus quia ad id, respondet.Bal.in l.j.in 2.col.uer.modo quæro.& in 3.uersicul. oportet.C.si plu. vna sententia & in repe.Perusi. leg. edita. C. de eden.in fi.quod iste non est libellus alternatiuus: vt doc.& glossa dicunt,sed disiunctiuus,inter quæ est maxima differentia.nam disiunctiuus libellus est resolutiuus in alteram partẽ quam videtur eligere actor in prosecutione:secus in alternatiuo:quia nihil eligo,neque resoluitur in aliquam partem:Ias.tamen hic per longiora verba hoc dictum Bal. referens dicit ꝙ licet cum opi.Bal.videatur concordare.gl.in d.c. Abbate.quæ appellat istum libellum disiunctiuum, tamen quòd sibi non placet,ex eo,quia ista uidentur confundi, & vnum pro alio capi:vt per Bar.in l.si is qui ducenta.§.verum.ff.de reb.dub.cum simi.& quòd in hoc recurrendum esset ad Grammatico:& nihil aliud dicit.Sed aduertendum est quòd verba Bal. sunt posita cum maximo mysterio & ex mente iuris:licet Ias.dicat ea esse obscura. nam licet aliquando ista vocabula, Alternatiua, & Disiunctiua,confundantur,vt videmus in alijs similibus verbis,scilicet,adoptio,arrogatio, emancipatio & manumiſſio, quæ aliquando vnũ pro alio capiuntur.§.præterea. suprà qui-

38 bus modis ius pa.po.sol.l.librum.l.3.ff. de offi. procon. † Tamen proprie sumendo quod licet verbum suis terminis est cõtentum,& ideò pro vera solutione & declaratione dictorum Bal.est considerandum quòd in iure nostro reperiuntur dictiones disiunctiuæ & alternatiuæ:disiunctiuæ sunt, vt ista dictio Vel,& Aut,de quarum natura est disiungere uerba & significatum.c.inter cætera.de rescrip.l.si quis stipulatus. de uerb.obli. cum similibus.in istis talibus dictionibus procedit ista secunda forma libelli: nam licet disiunctiuè sit conceptus, tamen ex quo ad ueritatem disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram in effectu, actor in persecutione eliget vnam partẽ ex expresſis in libello:sed in alternatiua secus est: ut sunt istæ dictiones Siue,& Seu:quarum natura est quòd licet verba disiungant,coniungunt verò significatum in effectu.de prima dictione habes tex.in glo.in l.ad perlegendum.C.de in lit. dan.tu.dum ponit ibi gloss. exemplum Alexandri, siue Paris, nam in effectu illa dictio verificatur in eadem persona, licet verba sint disiuncta:& ita dicit Ang.Aret. Institut.de excepi.in rub.in prin.& Decius.in rub. extra eo.& Bar. in l.si is qui ducẽta.§.vtrũ.nu.2.ff.de re.du. De dictione Seu, habes notabilem tex.in l.si quis ita.ff.de aur.& ar.lega.per quem tex. dicit Fran. Cremo.in notabilibus suis,singulari 56.quod si lego tibi digestum uetus, seu infortiatum quod ratione istius dictionis seu, vtrumque debetur:& tenet Roma. in singulari 555. inci. lego Titio & pro singulari etiam commendat Alex. in consi.193.in 2.colu.in 2.vol.& latè per Gerardum de Petra sancta in singulari suo.15.incip.no.quòd mare. cum pluribus concor.vt per Ias.in l.cum quidam in j.col.C.de uer.sig.& ibi And.Sic.in addi.ad Bal.vbi hoc limitant.& istam disiunctionem inter alternatiuam & disiunctiuã expresſè sentit per prædicta iura Paul. de Cast.in consi.162.visis & ponderatis in 2.col. in 2.uolu.cũ simi.ex quibus apertisſimè concluditur illam dictionem non disiungere verba, sed significatum & effectum coniũgere: vt est etiam text.in l.cum quis decedens.§. si.de leg.3.& istæ dictiones dicuntur proprie alternatiuæ.Modo intentio Baldi videtur esse ista, quòd libellus alternatiuus non valeret ex eo, quia non posset resolui in prosecutione in vna ex partibus alternatiuè expresſis, ex quo tales dictiones in effectu coniungunt: & tunc fuisset in potestate actoris probare simul & semel dominium & quasi dominium: neque ex natura dictarũ dictionum hoc posset fieri: & ideo talis libellus non valeret, sed exemplum.gl. loquitur in libello disiunctiuo per dictionẽ Vel,& ideò recipit resolutionem,& valet.hanc puto fuisse mẽtem Bald. licet non fuerit declarata neque exemplificata isto modo,vt.dixi:propterea notabis perpetuò ad declarationem eius & doctorum hic:quia qualiter posset decipi,ut decipitur hic Ias.uolens se ad Grammaticos referre, quorum doctrina tanquam pertinax in hac nostra legali sapientia,quæ de bono & æquo procedit,plerumque reijcitur,exemplo illius Pet.Baylardi de quo per gl.in l.quinque pedum,C.fi.reg. & tradit Ias.

39 in §.sic itaque,in 5.no.infra eod. & ibi dixi. † In eadem gl. ibi item 4.ꝙ bona fide accepit,concludit gloss. ꝙ quò ad hoc, ut detur publiciana, requiritur bona fides & titulus. & hoc expeditum est iure fforum. per l.eum qui. §.prætor ait.ff.de publicia. Sed maius dubium est nunquid de iure Authenticorũ sufficiat tantùm bona fides ex parte emptoris, an uerò etiam requiratur ex parte uenditoris,uel si uenditor non habeat bonam fidem, noceat bonæ fidei emptori. Ias.hic refert plures opin.nam quidam fuerunt inter quos est Bar.in l.rem notabis in j.colum.ff.de acquir.poss.qui dixerunt,quòd illa mala fides uẽditoris noceret emptori bonæ fidei per Authen.malæ fidei. C.de præscrip.long.temp. & hanc opinio. ultra adducta hic per doc.in fortioribus terminis firmat Bald.Nouel.in tract.de dote in 6.priuilegio 8.partis principalis.in 4.colum.uer limita. ubi concludit id, esse in causa dotis: licet sit fauorabilis.

40 † Tamen uos tenete contrarium,& pro uera cognitione istius articuli præmittendum est prius quòd duplex est uitium: unũ reale,& aliud personale.l.uitia.& ibi no. C.de acqui.pos.item duplex etiam est successor: quidam est uniuersalis, alius est particularis:textus est nota.in lege fluminum.§.adijcitur.ff.de dam.infe.l.j.§.illud.ff.quorum lega.& latè tradit Felin.per regulas & fallentias in c.quia sic.in fi.columnæ.de iudi. Alexan. & Ias.in l.quidam.§.nihil, ff.de eden.de quibus seriatim uidẽdum est,quibus habitis & realiter cognitis facilè percipietur ueritas istius articuli. Vitium igitur reale dicitur, ut uiolentia & furtiuitas:intelligas de uiolentia, expulsiua:in his igitur facias istam regulam, quod uitium reale auctoris nocet omni bonæ fidei successori, donec res perueniat ad manus ueri domini,purget uitium suum,l.sequitur §.quod autem, ff.de usucap.& not.gloss.in d.l.uitia.Et istud quod dictum est,quòd tale uitium non purgatur nisi res perueniat,& reuertatur ad manus ueri domini intellige procedere in rebus mobilibus in quibus usucapio habet locum & furtiuitas:secus in rebus mobilibus:quia in istis quo ad purgandum uitium uiolentiæ,propriè furtum consistere non potest:sed sufficit quòd illa res reuertatur in potestatem possessoris expulsi, licet dominus non sit:ita singulariter declarat Bar.in l.certe.§.Iulianus.per illum tex.ff.de preca.Et reassumit notabiliter Bald.in l. si partem.C. de usucap.pro emp.& idem Bartolus in lege seq.§.si dominus ff.de usucapio.Et ista omnia de plano procedunt in rebus obtentis per uim expulsiuam:secus uerò est in obtentis per uim compulsiuam,scilicet per metum,quia illa uis non afficit rem uitio reali,& ideo dicta Authen.mala fidei, de isto casu nõ habebit locum quò minus successor bonæ fidei posſit præscribere:ut latè & magistraliter declarat Alex.post Bartolum in l.ui uel metu: C.quod met. caus.& per hoc sit expeditum pri-

41 mum uitium. † Aliud est uitium personale, quod est quando aliquis mala fide posſidet rem,nõ tamen per uim uel furtum item quando posſidet quis clam uel precario: quia talis non potest præscribere communi tempore, de quo est quæstio nostra,scilicet 10.uel 20.anno. longisſimo autem tempore bene posset de iure ciuili præscribere:ut tradunt Bart. & Alex. in l. Pomponius.§.cum quis,ff.de acqui. poss.

In istis

In istis igit facias duas regulas & conclusiones: prima est q vitium reale auctoris nocet successori tantum vniuersali, ut est hæres qui succedit in vniuersum ius defuncti siue fuerit singularis, vt bonæ fidei emptor, vel alius: vt in §. furtiuæ, suprà de usucapionibus, & iuribus supra allegatis. Secunda conclusio est quod vitium personale auctoris non nocet singulari successori bonæ fidei inquantum ad præscribendum ex persona sua: secus si uteretur adminiculo possessionis auctoris sui malæ fidei: quia tunc nec de iure antiquo Digestorum neque codicis posset præscribere: vt latè declarat glo. per illum textum in l. an vitium. ff. de diuer. & tempo. præscrip. tamen de iure nouissimo Authen. vt in d. Authē. malæ fidei. bene nocet: vt And. Sicul. concludit in consilio 4. columna pen. in tertio uolumine, de quo statim videbimus. si uero fuerit successor uniuersalis, habeas istam doctrinam quod regulariter mala fides auctoris, etiam ex uitio personali nocet hæredi, qui dicitur esse successor vitiorum. leg. cum hæres. in principio, ff. de diuer. & temporum præscriptionibus, & hoc siue hæres velit vti accessione possessionis defuncti, siue non, secūdum magis communes conclusiones: vt tenet Abbas in capitulo si diligenti. in sexta columna, versiculo, sed circa prædicta. & in capitulo nihil, in secunda columna, de præscriptio. & istam opinionem dicit magis communem Iason in d. l. Pomponius. §. cùm quis. vbi planè attingit istum articulum post Alexandrum vbi pluribus modis limitant: de quibus ibi per eos. Ex supradictis habes claram cognitionem quando mala fides auctoris noceat successori particulari. de quo nos loquimur quò ad præscribendum. Tamen per hoc adhuc non habetur perfecta resolutio, nunquid dispositio dictæ Authenti. malæ fidei. noceat quò ad publicianam. Et Iason hic concludit quod per dictam Authen. malæ fidei. nón est correcta publiciana ex eo, quia ille textus non tollit præscriptionem, sed in longius differt. nam cū aliàs habens causam à bonæ fidei possessore præscriberet per decē vel viginti annos: modò per illum textum inducitur q si auctor à quo causam habui in mala fide, fuerit in decem annis vel viginti, nō sufficiant, sed 30. vel 40. & sic ille textus differt tempus præscriptionis. cùm igitur non tollatur præscriptio: ergo neque publiciana. facit pro ista opinione Iason. illa regula, quòd illud quod differtur, non aufertur. l. cùm furiosus. ff. de iudicijs, & §. itaque Institut. de singul. rer. per fidei religionem. Et hanc opinionem videtur tenere Angelus Aretinus in §. furtiuæ. columna penultima, suprà de vsucapionibus, vbi limitat d. Authenticam malæ fidei, duodecim modis, quos repetit hic idem Aret. in 7. colum. vbi eandem opin. tenet, de quo meminit Ias. in §. item seruiana. in 25. columna infrà eo, & latius reassumit Soci. in tract. suo regularum, nume. 33. vbi 16. limitationes ponit. inter quas duæ uel tres faciunt pro ista opinione: & idem tenet Oldr. in consilio 19. thema tale est. circa fin. & ista est communis opinio. ut attestatur Alex. in consilio 39. visis scripturis. in 2. volum & in l. Pomponius. §. si iussu. circa fin. ff. de acquir. poss. & in l. rem quæ nobis. columm. 3. eod. tit.

Sed contra istam opinion. obstare videtur unum: quia tenendo cōem regulam, quòd vbi nō habet locum præscriptio, non competit publiciana. vt in l. si ego. §. partus. ff. de publ. nec in casu l. cum sponsus §. in uectigalibus. eod. tit. ista communis opinio. destrueretur cùm in d. Authen. malæ fidei: præscriptio impediatur: ergo eodem modo, & censetur prohibita publiciana: quod in terminis tenet Bal. nouel. in tracta. de dote. in 8. parte. in 6. speciali. in 4. columna. Nisi sustinendo communē ad ista respōdeas, quòd arg. de vsucapio. ad publicianam non procedit negatiuè, ut suprà dixi. & credo quod sit magis communis opinio. & tex. in d. Authen. malæ fidei. loquitur de præscriptione: nos autem loquimur in usucapione, ex qua publiciana competit, & ille textus, in usucapione non procedit: ut dicit Bar. cuius opinio. in hoc communiter approbatur in l. Pomponius. §. cum quis, ff. de acquir. poss. & Alex. in consilio. 134. incip. in causa & lite. colum. fin. lib. 2. concordando tamē opinio. potest dici, quòd si habens causam ab auctore malæ fidei uelit vti accessione temporis, isto casu procedat contraria opin. aut verò velit ex persona tantum sua incipere præscriptionem, & tali casu publiciana non corrigitur. ista distinctio probatur in l. Pomponius. §. cum quis, ff. de acqui. poss. & ista est veritas. In eadem gl. ibi, quod credat se hodie dominum non esse &c. ex ista gloss. videtur probari unum quod agens publiciana potest esse in mala fide. & istud de plano procedit de iure ciuili in quo titulus à principio, & bona fides sufficeret per ea quæ infra statim dicam: sed dubium est quid de iure canonico: nam de illo iure expeditum est q si aliquo tempore præscriptionis superueniat mala fides, impeditur præscriptio & vsucapio. prout communiter per omnes traditur in c. fi. de præscr. & in regula possessor. de reg. iur. lib. 6. & non sufficeret à principio habere titulum & bonam fidem: & secūdum hoc publiciana etiam non habet locum: quia quo remouet ut præscriptio & vsucapio, remouetur publiciana: per ea quæ supra latè dixi in 11. num. contra Ias. qui tenebat ibi, quod ista regula procedebat negatiuè, non autem affirmatiuè: cùm tamen ueritas sit in contrarium: vt ibi latiùs probaui ratione & auctoritatibus. Tamen ad istud argumentum respondet hic Ias. ex mente Bart. in l. ancillæ. C. de fur. videlicet q licet de iure canonico præscriptio neq; vsucapio tali casu non habeat locū, dabitur publiciana, in qua diuersa ratio concurrit: quæ potuit esse secūdū ipsos, quia præscriptio est cōtra æquitatem, & præiudicat domino cū illi auferat saltem vtile dominiū, lege, si quis emptionis. C. de præscriptio. 30. vel 40. an. adde textum quod præscriptio dicitur esse iniquum præsidium, & contra æquitatem naturalem, in §. habeat itaq; in authent. ut ecclesi. Roma. columna ij. quem textum summe not. Ang. in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usucap. & in rep. l. j. circa fin. C. de iudi. & Bald. in l. j. C. de præscriptio. xxx. ann. cum sim. si igitur tam exosa est præsriptio, meritò per ius canonicum fuit correcta: sed illa correctio non debet extendi ad publicianam, quæ fauorabilis est, nec contra dominum datur: ut in l. penult. & fi. ff. de publicia. Sed ista ratio nihil ualet: quia eodem modo usucapio deberet impediri, cum per eam maius præiudicium dominis inferatur respectu directi dominij. l. traditionibus C. de pact. & tamen circa illam non est facta correctio: quia est fauorabilis: & ideo ubi illa non procedit, non debet dari publiciana, & contra istam rationem etiam obstant ea quæ hic Ias. adducit. & ideo ipse Ias. assignat aliam rationē quā putat incōuincibilem, super qua multum exaltat uocē suam: dicit enim, quòd licet quo ad hoc ut competat publiciana, requiratur a principio bona fides & titulus, quæ possunt causare usucapionem: tamen si tempore quo quis agit, sit in mala fide quæ potest impedire usucapionem: tamen non impedit publicianam, in qua sufficit quod a principio bona fides interuenit: quod ita probat, quia clarum est quod publiciana ita demum competit, si a possessione cecidit: alias non datur: ut hic est text. sed si cado a possessione, usucapio interrumpitur: ut l. naturaliter. in princ. ff. de usucap. & tamen competit publiciana: ratio est, quia semel potui præscribere uel usucapere.

Audi modo & aduerte, quòd ista ratio Ias. de qua tantum gloriatur, nihil ualet: neque tollit dubium. Nam quæstio glo. nostræ quam ipse Ias. ponit, est, nunquid publiciana sit correcta de iure canonico. Et ratio tendit ad probandum quod nō sit correcta de iure ciuili: quia de iure ciuili fundamentū eius de plano procedit: quia sufficit quod bona fides adsit a principio præscriptionis longi temporis: licet postea superueniat mala fides. l. j. §. hoc tantummodo. C. de usucap. transfor. l. sequitur. §. de illo. ff. de usucapio. Nam bona fides de iure ciuili regulariter attenditur tempore traditionis. l. si aliena res. in princ. ff. de usuca. cum si. ut per Mod. in suo tract. præscri. in 2. parte. 3. prin. quæst. 7. & propterea non est mirū q licet posteà sim in mala fide q publiciana competat: cū eo casu præscriptio habet locum. Sed de iure canonico hoc non procedit: nam in præscriptione requiritur bona fides omni tempore præscriptionis: & si in aliqua sui parte superueniret mala fides, interrumpitur præscriptio & usucapio. casus est clarus in c. 5. de præscri. & ibi notant omnes & Bar. in l. naturaliter. col. 2. uer. quæro utrū superueniēs. ff. de usucapio. Bal. & Ang. col. uersi. dixi secūdo. C. de præscr. long. temp. si igitur isto casu impeditur præscriptio, & usucapio: ergo & publiciana non habebit locū cessante bona fide, lege, eū qui. ff. de publiciana, neq; ratio Iason erit bona, quòd sufficit quòd à principio interuenerit, per supradicta.

Et ideo

Et ideo ego puto, quòd ista difficultas potest tripliciter resolui. & primo dico, quòd doctores hic non intellexerunt glossam nostram: quia glossa ista non dicit quòd requiratur in publiciana quod agens sciat se non esse dominum, quando agit: quia malè diceret per supra dicta: sed dicit quòd debet credere se dominum non esse, & isto casu bene loquitur glo. Nam ista sunt multum diuersa, quòd aliquis sit in mala fide tempore actionis competentis, uel quòd credat se dominum non esse: quia in primo casu impedit præscriptio: ut supra dixi in secundo casu per doctri. notabilem Bar. in l. ij. §. sed si sub conditione. circa medium. uer. oppo. ff. pro empt. ubi uult quod in materia usucapionis, licet quis nō putet se dominum, tamen dicitur esse in bona fide, si credidit dominum esse tradentem: allegat pro hoc tex. in l. j. eo. tit. & in l. 3. ff. de usucap. & ita Bart. ibi sequuntur Ang. & Imo. & hoc idem tenet Azo in summa. C. de usucap. pro emp. in 3. col. & secundum hoc rectè procedit tractatus de publiciana: quia licet credam, siue quadam opinione existimem me non esse dominum tantum, non impedit usucapio neque per consequēs publiciana: & isto modo declarando resultat ex istis una notabilis limitatio ad tex. in d. c. fi. de præscriptio.

Vel secundò potest dici, quòd non est incoueniens, quòd de iure canonico competat publiciana in casu quo usucapio non habet locum: per tex. expressum, & ibi gloss. in c. Abbate sane, de re iud. lib. 6. Neque obstat quod publiciana regulatur secūdum terminos usucapionis, iuxta tex. in d. l. eum qui. quia latius supra dixi, num. 11. uidelicet quod regul ad. l. eum. procedat affirmatiue, scilicet quòd ubi habet locum usucapio competit publiciana. sed non ualet negatiuè, ut si prohibeatur usucapio etiam publiciana per doctri. Bald. quam ibi latius comprobaui in l. nihil C. pro hærede. & ratio est quia argumentū negatiue de maiori ad minus nō ualet: ut no. in Authe. multo magis. C. de sacrosan. ecc. & tenent Moder. in l. j. ff. de offic. eius. & sentit gl. in d. l. eum. Patet igitur quòd licet de iure canonico per superuenientiam malæ fidei prohibeatur usucapio: non tamen denegatur publiciana. Et si dicatur quòd ius canonicum non debet permittere quod quis teneatur in mala fide propter periculum animarū, per ea quæ traduntur in c. cum contingat. post glo. ibi de iureiur. & in c. ij. de constitut. lib. 6. ubi late dicit post repetentes. Quia dico tibi quòd illud procedit, quando quis ex titulo lucratiuo præscriptionis vel vsucapionis rem vellet defendere: quod non admittitur: secus si ex titulo oneroso. nam cum ecclesia sit cultrix iustitiæ, non putauit iustum esse vt emptor qui de suo pretium numerauit à principio cum bona fide, re sua defraudetur, per hoc tamen non permisit, vt eam possit præscribere: & ideò dominus rei liberam viam habet ab isto emptore vendicare rem. neque publiciana impediet eum quòd non procedat de iure ciuili propter obstaculum præscriptionis, vel vsucapioni, quæ compleri poterat tali casu. Concludo ergo quòd ius canonicum permittendo quòd possit agi publiciana, propter hoc non tuetur malæ fidei possessorē: vt patet etiam in c. in literis. de restitu. spoli. ubi ius canonicum permittit ꝙ fur spoliatus possit agere interdicto recuperandæ possessionis, vt restituatur in totum: per hoc tamen non approbat possessionem eius: cum dominus liberè possit petere: argumento eorum quæ notantur in capitulo, eum qui. de præbendis, libro sexto.

Vel tertiò potest assignari alia ratio, vt dicamus ꝙ glossa ista malè loquatur & sine lege & ideò non est tenenda. vnde Bar. in l. nemo. C. de sentent. reprehendit iudicantes secundū dictum glossæ quando non habet legem pro se. Nam eius auctoritas est probabilis, & non necessaria. vt no. in l. prima. C. de legib. Dico igitur, ꝙ agens publiciana quo ad possit habere effectum, requiritur quod dubitet tempore quo agit an sit dominus, vel non: & tunc bene competit publiciana: quia si sciat vel credat uehementi opinione, non poterit agere obstāte mala fide: per ea quæ traduntur communiter in d. l. eum. & secundum istam rationem omnia dicta doctorum poterūt cōseruari. Ratio igitur istius dicti est: quia ille à principio fuit in bona fide, si postea quando vult agere, dubitat an sit in bona fide vel non, & sic dubitat de dominio: potest non obstante illa dubitatione finire & complere præscriptionem vel usucapionem de iure canonico. ita tenet gl. & Inno. in c. si diligenti. & c. fi. de præscr. sequitur Bart. in l. naturaliter. columna 2. circa fin. ve. sicu & ex hoc dico. ff. de vsucap. quia tali casu reputatur in dubio esse bonæ fidei: nam æquiparatur dubitans ignoranti: vt dicit Ias. in l. quandiu. C. qui admit. per tex. notabilem in l. manifestisimi, §. j. C. de fur. & idem Ias. in l. prima, columna prima. & fi. ff. de condi. indebi. Ang. Aretin. supra de vsucap. in principio, columna secunda. & istam dicit esset communem opin. Alex. & Iason in l. possideri. §. fi. in 2. columna, ff. de acquirenda poss. declarando tamen eam & limitando, vt per Decium, in lege, qui cum alio. numero 2. ff. de regulis iuris. post Iason in lege, nec his. §. hæres. in quinto notabili. ff. de acquir. hæredit. & in lege si per errorem. in prima no. ff. de iurisdictio. omnium iudicium. sic ergo sicut ignorans finire præscriptionem potest, ita dubitans: si igitur præscribere potest, poterit agere publiciana tam de iure ciuili, quàm canonico: & sic res de plano procedit. Et quamuis prima ratio potest sustineri & videatur esse eadem cum ista: tamen non est ideo multùm diuersa, quoniam de illo dicto Barto. in d. l. 2. in materia præscriptionis de iure canonico multum dubitant Moder. in c. fin. de præscriptio. In eadem gloss. ibi cum sit de sua conscientia &c. gloss. communiter allegatur per doct. vbique ad hoc, quòd in consistentibus in animo alicuius statur eius iuramento, ita istā gloss. allegat Roma. in consilio 54. incipiente, visis circa id, &c. in 2. colum. & consi. 228. pro pœna &c. & consi. 59. ad discutiendum. in 3. columna, & consilio 410. vt clarior. Alex. in consilio 19. in prima columna, 2. volum. Oldr. consi. 286. in electione. Pet. de Anch. in consi. 158. rationes quæ superius in fin. & consilio 163. Lazarus. Abb. consilio 35. videtur primo. in primo volumine. Decius in consilio 256. aliàs est 53. incip. in causa inquisitionis, columna fin. in secunda parte. & est gloss. in regula, præsumitur, de regul. iur. libro sexto. & hanc opi. Bart. in l. inter omnes. §. rectè, ff. de furtis. Abb. in capitulo, vidua, de regul. cum multis concordantijs quæ ponunt Moder. in cap. cognoscentes. de constit. vbi ad istam regulam duodecim limitationes ponuntur tam per apostillantes ad Abb. ibi, quàm per legentes, & plures alias congerit hic Iason. & ante ipsum fuerunt Pe. Rauen. in alphabeto iuris, in verbo, ignorantia. Et plures alias limitationes cum magna congerie allegationum ponit Hyppolit. de Marsi. in l. q ignorās. in 3. & 4. col. & in l. q falsam. in 10. col. ff. ad l. cor. de fal. vbi istam regulam ampliat, & limitat, & reassumit idem Hyppolitus in repe. rub. de probatio. in 27. col. & in tracta. de fideiusso. in 7. col. & Moder. repe. in l. is potest. num. 316. cum seq. ff. de acqui. hære. per Ias. in l. constitutiones. C. de iur. & fac. igno. & per Felin. in c. quosdam. de præsumptionibus. in c. pastoralis. de excep. & in c. significasti. de homi. & aliam singularem & peregrinam limitationem ponit Claudius de Aquis Moder. Taurinensis in l. j. §. p procuratorem. ff. de acquir. poss. ubi declarat etiam limitationem quam ibi Alexand. ponit ad istam regulam. Ex quibus locis liceat plenius exhauriri materiam quàm hic Iason scripserit. Nam prædicti doctores plures notabiles decisiones ponunt ad istam glossam tam in ciuilibus quàm in criminalibus quæ non refero: quia fortè nihil ad rem, & onus duarum lectionum non patitur in singulis immorari.

SVMMARIVM SVPER §. RVRSVS.

1 *Quot sunt species restitutionum in integrum: & quæ sit fauorabilior. & numero. 2.*

Quæ est differentia inter istum. §. & §. suprà proximum.

Actiones rei persecutoriæ quæ dantur contra ius ciuile finiuntur anno.

Hæres repræsentat personam defuncti.

3 *An remedium istius tex. habeat locum quando quis vellet restitui ad compellendam præscriptionem.*

Præscriptio habetur pro completa quando paucissimi dies restant, limitando, vt hic.

In præscriptione odiosa oportet vltimam diem esse ex toto comple-

completam: secus in alijs in quibus dies cœpta habetur pro finita.

4 Quot sunt genera absentiæ, & quæ sint nu. 5. & 6.

Non minus defenditur patria literis, quàm armis.

Causa studij est multum priuilegiata.

Causa studij præfertur causæ dotis.

5 Duplex est vtilitas publica.

Militia est minor studio.

Doctor habet dignitatem.

7 Absens & præsens pluribus modis capi possunt. vide remissiuè.

8 Qua sit actio institoria & rescissoria, & qualiter differunt inter se.

Hodie non requiritur in rescissoria, remedium rescindens.

Vbi competit actio, cessat officium iudicis.

Remedia iuris ciuilis subueniunt ipso iure.

Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.

Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem.

9 Dictio Rursus, an sit repetitiua pro vna vice tantùm.

Dictio, rursus, & dictio, iterum, idem sunt: de quo ibi latè vide.

10 Dictio, Intra, includit vltimum diem.

11 An præsenti contra præsentem detur restitutio, & quo casu.

12 An præsenti competat rescissoria contra absentem.

Vna pars alternatiuæ per alteram declaratur.

Futura præcauenda sunt.

13 Ad hoc vt competat actio istius tex. requiritur quod præsens contra quem præscripsit absens, neminem posset conuenire.

Citatio ad domum reddit citatum contumacem, ac si fuisset citatus personaliter.

Intellectus legis, vt perfectius. C. de anna. excep. ibidem.

14 Quomodo intelligatur ista regula, quod impedito agere, non currit præscriptio. & de quo impedimento loquatur.

Impedimentum iuris impedit præscriptionem inchoari, sed non inchoatam.

Impedimentum feriarum repentinarum est impedimentum iuris.

Opinio quæ reducit nos ad concordiam, in dubio sequenda est.

15 An impedito impedimento iuris etiam culpa sua currat præscriptio.

Non dicitur impeditus ille qui de facili impedimentum remouere potest.

Causa immediata, non mediata attenditur, ibidem. causa originalis incipi debet, ibidem.

16 Dictio Tunc, denotat extremitatem temporis, et restringit, dispositionem ad illud tempus.

In vulgari substitutione expressio vnius casus ad alium porrigitur. fallit, vt hic.

17 Res publica quæ dicatur propriè.

Quid comprehendat illa clausula prætoris, si qua mihi iusta causa videbitur. vide hic & remissiuè.

Consanguineus & vicinus præsumuntur scire facta consanguineorum & vicinorum. & qualiter intelligatur.

18 An priuilegia istius tex. competentia absenti causa reipublicæ, competant etiam absenti pro castro vel pro iure alicuius municipij.

19 An priuilegium concessum ciuitati extendatur ad castrum.

In priuilegijs est prohibita extensio ex identitate rationis.

20 Absens causa reipublicæ potest pro se rem præsentis pluribus modis vsucapere. vt hic.

Ad præscribendum quid requiratur.

Ciuilis possessio est potentior & nobilior naturali.

Qualiter amittat ciuilis possessio.

Vitium personale non impedit præscriptionem.

21 Per alium possidendo puta per seruum vel filium, possumus absentes præscribere.

Quæ est differentia inter absentiam illius qui abest causa reipublicæ, & illius qui ab hostibus detinetur.

Qui possidetur, non potest possidere.

Possessio in facto consistit.

22 Qui dicantur propriè hostes.

An stante statuto quòd bannitus possit impunè occidi, filius possit occidere patrem bannitum.

Bannitus largo modo dicitur hostis, non autem propriè.

Casus magis qualificatus non comprehenditur sub simplici.

Maius est delictum commissum in ciuitate, quàm in rure.

Plus est veneno occidere quàm gladio.

Cautela ad liberandum filium qui commisit crimen læsæ maiestatis.

Si pater vellet delere patriam, potest filius armari contra illum, & an in foro conscientiæ.

21 Vbicunque lex vel statutum repugnat fini æterno, est nullum, nec debet obseruari.

Lex temporalis debet esse ad similitudinem legis Dei.

Deus constituit Imperatores, vt per ora eorum leges conderet.

23 Quæ differentia sit inter hostem, & reum crimine læsæ maiestatis.

Hostis potest esse subditus, vel non subditus.

Nemo potest fieri reus criminis læsæ maiestatis, nisi fuerit subditus. & quid in papa, & episcopo. numero 24.

Quis dicatur infidelis & rebellis: vide remissiuè.

24 Omnes homines sunt subditi Papæ.

25 An illi qui muniunt hostes armis & alijs ingenijs belli, dicantur hostes.

An piratæ sint hostes, & an possint impunè occidi & derobari.

Piratæ quolibet anno, in Cœna Domini excommunicantur.

Qualitas adiecta verbo, dicitur adiecta ad tempus verbi.

Finita causa odij finitur odium.

Inimicitia semel causata adhuc durare præsumitur.

26 Verbum, Potestas, quid significet.

In dubio appellatione potestatis intelligitur de habente merum & mixtum imperium.

27 An & quando priuilegiatus vtatur priuilegio contra priuilegiatum.

Hæres institutus, & grauatus de restituendo, si decesserit sine hærede, intrando monasterium, dicitur habere hæredem.

Priuilegia concessa scholaribus per Authentic. habita. C. ne fin. pro pa. non competunt scholari agenti contra scholarem.

28 Si vsucapio sit pro maiori parte completa in absentia, & finita in præsentia, absens restituitur in tempus quo fuit absens.

29 Absenti ex iusta causa constituuntur. 20. miliaria diurna.

Mille

Mille passus faciunt vnum miliare.
Quinque pedes faciunt vnum passum.
Quindecim digiti faciunt vnum pedem.
Ecclesia gaudet immunitate. 40. passuum circum circa.
30 *Quando est aliqua domus in confinio duarum parochiarum, & dubitatur de cuius parochia sit, quomodo debet fieri commensuratio.*
Si sunt duæ domus proximæ quorum vnam habet hostium in vna via, & aliam in alia, non dicuntur vicinæ.
31 *Absenti ex necessaria causa subuenitur remedio istius text. secus si fuerit absens ex iniusta causa.*
An si absens ex iusta causa, ignorauit contra se esse præscriptum, possit restitui.
32 *Annus ex quot diebus constat.*
Quot sunt species anni.
Secundum hodiernam consuetudinem duplex est, annus, videlicet legalis & naturalis seu communis vel vulgaris.
Legalis annus est ille qui constat ex 365. diebus.
Naturalis annus siue communis est ille qui incipit à natiuitate Domini: & quare dicitur naturalis.
33 *In dubio de quo anno intelligimus, exemplificando, vt hic. numero. 36.*
Libellus dicitur interpretari eo modo vt melius valeat.
34 *An appellatione anni intelligatur de bissextili.*
35 *Quot dies faciunt mensem.*
Septimana à numero dierum dicitur.
Qualiter sit computatio mensium, & quot septimanæ faciunt mensem.
36 *In dispositione prætoria in dubio appellatione anni intelligitur de vtili, sed in dispositione ciuili in dubio de continuo intelligitur.*
Quid sit tempus continuum, & quid vtile.
Qualiter probatur quòd quis non habet copiam iudicis.
37 *An liber Institutionum fuerit compositus ante librum Codicis quem habemus.*
An restitutio de qua in text. competat etiam minoribus.
Ea quæ alienari prohibentur, vsucapi non possunt.
Res minoris quando possunt vsucapi.

RVRSVS. Pro intelligentia istius. §. & totius materiæ est primò præsupponendũ
1 vltra alios † quod duplex reperitur restitutio concessa à prætore. prima fuit minoribus de qua loquitur titulus ff. de mino. alia fuit concessa maioribus: vt patet toto titulo, ff. ex quibus cau. maio. quæ dr̃ longè fauorabilior quàm illa quæ conceditur minoribus: vt est gl. notabilis quam ibi cõmendat Alex. assignans rationem diuersitatis inter istas duas restitutiones in l. cum quidam, in prin. ff. de acquir. hæredi. licet in hoc contrarium velit Soci. in consi. 153. quod est ordine primum in 2. volu. in 9. col. & gl. in l. nec non. ff. ex quib. cau. maio. Ista tamẽ concessa maioribus habet duplicem causam: prima est ne absentes à præsentibus lædantur, nam si casu aliquo amisi possessionem meam habitam bona fide, si tu eam occupasti, mihi reuertendi datur actio publiciana: quę licèt à nomine inuentoris ita nominetur, dicitur tamen rescissoria: vt dicit gl. in l. in honorarijs. in versic. redditur, ff. de actio. & obligatio. quæ cõpetit aduersus te ex auxilio prætoris qui vult me quasi vsucepisse quod non vsucepi. & nõ vsucepi & sic mediãte ista actione restituitur mihi res: & de ista restitutione visum fuit suprà §. proximo. Alia est causa de qua in isto §. quo modo præsentes ab absentibus lædũtur quo casu prodita est hæc actio quæ vocatur rescissoria quæ datur ad rescindendam vsucapionem factam ab absente causa reipublicæ vel alia legitima de causa. nam quando reuertitur, datur ista actio ea ratione: quia tẽpore absentiæ vsucapientis non habebat ille contra quem vsucapio facta fuit. quem posset conuenire: propterea à prætore
2 subuenitur. † Et sic habes ex istis duabus causis colligere differentiam §. suprà proxi. & istius. nam suprà in §. proximo datur actio, per quam actor affirmat se vsucepisse, quod non vsucepit: hic uerò in §. isto datur actio per quam actor negat aliũ vsucepisse quod vsucepit: & per hoc colligitur etiam ꝙ ista actio de qua in §. nostro, sit realis: quæ omnia probantur ex principio istius §. dum dicit rursus ex diuerso: quæ quidem verba sunt reiteratiua eiusdem casus in qualitate sub contraria decisione l. quicunque. C. de epis. & cleri. propter illam decisionem ex diuerso, quæ verba optimè probant ꝙ supradictum est. & facit tex. in §. suprà proximo, vers. ecce plerunque. & ista actio est transitoria ad hæredes l. cùm miles. in principio ff. ex quib. cau. ma. Et hoc videtur speciale in hac actione: quia cum regulariter sit inductum quod actiones rei, persecutoriæ quæ dantur contra ius ciuile, finiuntur anno, vt est casus in terminis: de ista actione in l. in honorarijs ff. de actio. & ob. tamen licet hæc actio ea ratione finiri deberet cum per eam rescindatur vsucapio inducta à iure ciuili: & sic contra hæredes dari non debuit: tamen hæres repræsentat eandem personam defuncti attenta continuatione possessionis quæ ad hæredem transit, & id præiudicium parit: ideo datur hæc actio. Sed aduerte: quia probabiliter dici potest quòd d. l. in honorarijs. loquatur de officio iudicis rescindente, non autem de actione rescissoria quæ realis est, & sequitur rem vt hic probatur. nam ista actio rescissoria non est noua actio: sed illa prior, quæ mihi competebat ad rem vendicandam quæ per præscriptionẽ erat disiuncta & per officium iudicis rescissa vsucapione restituitur: vt no. in l. in causæ §. fina. ff. de minor. & per Cy. in l. fin. q. 4. C. ex quib. cau. ma.

Vel dicas ꝙ tex. in d. l. in honorarijs. procedit quãdo actio ad quam me restituit prætor, esset vsucapta: quia ex quo per vsucapionem in totum actio extinguitur, si deinde prętor me restituit, ista actio quæ modo mihi competit est datiua & ista bene erit annalis: secus quando talis actio non esset vsucapta sed præscripta: quia tunc ex quo non est in totum sublata actio directo, sed reddita fuit inefficax: tunc talis actio restituta à prętore dicitur natiua, ex quo habet præexistentem materiã, & talis dicetur perpetua: quia sapiet naturam illius in cuius locum subrogatur: iuxta not. in l. certi condictio. in prin. ff. si certum petatur. Vel tertio dicas vtroque modo esse annales: per dictam l. in honorarijs. tamen per lit. contesta. efficiuntur perpetuæ l. fin. de tempo. in integ. restit. pe. vt l. fin. de præscrip. 30. vel 40. anno. Item aduerte ad aliam differentiam inter restitutionem de qua loquitur iste tex. & ff. ex quib. cau. ma. & illam quæ fit causa miserationis: quia ista conceditur officio iudi. iusta de causa, & eam concedit præses: illã vero quia conceditur causa miserationis, concedit princeps. ita notabiliter Bart. di-
3 stinguit in l. j. §. fina. ff. de quæstio. † Item vlterius no. pro intelligentia istius tex. ꝙ remedia istius §. & tit. ff. ex quibus cau. ma. quod non habeant locum, quando quis vellet restitui ad complendam præscriptionem: quia certat de lucro captando gl. est notabilis in l. 4. §. Labeo. ff. de acquir. pos. & in l. j. C. de ann. excep. hoc tamen fallit, nisi parum tempus superesset ad præscribendum, gl. est singularis in l. j. §. qui autem. in ver. habiturus ff. de vi & vi ar. quæ ad hoc allegat text. in l. si fundum in fi. ibi si paucissimi dies ff. de fundo do. ubi probatur ꝙ præscriptio habetur pro completa quando paucissimi dies restãt quam pro singulari alleg. Bal. in cap. fin. col. 4. de præscrip. & facit tex. in l. rerum mixtura. §. Labeo. ff. de vsuca. nam istis casibus interpellatio non interrumpit præscriptionem: ꝙ no. pro limitatione l. vt perfectius. C. de anna. excep. de qua dico infrà in pe not. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. & notandum in practica in d. l. 3. §. Labeo. Ista tamen limita procedere in præscriptione fauorabili: secus si in odiosa: vt est glo. no. in l. in vsucapionibus ff. de diuer. & tempo. præscri. quam sequitur Ro. in d. §. Labeo. & facit gl. in l. 3. §. minorem ff. de mino. quæ vult ꝙ in pręscriprione odiosa, prout in illa 30. anno. oportet vltimam diem ex toto esse completam: secus in alijs in quibus dies cœpta habetur pro finita d. l. in vsucapionibus. & hanc conclusionẽ sequitur Alex. & Ias. in d. §. Labeo. & Fel. in cap. illud. in fin. col. versi. 8. conclusio. de præscriptio.

† Secundo

4 † Secundò præsupponenda sunt ea quæ dicit Ias. hic quòd quinque sunt genera absentiæ. quibus adde glo. in l. aut religione ff. de procur. quæ dicit quòd sunt tres tantum species: prima necessaria, vt in bannitis: alia probabilis, vt studentiũ, alia voluntaria, vt errantium. quam glos. sequitur Feli. in cap. consultationibus. in secundo notabili, de off. dele. tenet quod sunt quinque genera, vt hic dicit Ias. tenuit prius Spec. in titu. de senten. §. iuxta. versi. est etiam nulla. & §. quoniam. versi. porrò, vbi omnia quæ latè congerit Bar. post gl. in l. fin. in 1. 2. & 3. colum. ff. de integ. rest. plenè discutientur. & dictã gloss. in l. fi. videlicet sunt quinque genera absentiæ, sequitur Matthæus de Afflictis Neapolitanus in trac. prothomiseos. fo. 2. col. 2. & Andreas Sicu. in capitul. consultationibus, in secunda columna de offic. deleg. Est igitur prima quæ dicitur probabilis necessaria, vt causa militiæ & alterius expeditionis. Secunda probationis, vt studiorum. Tertia necessaria tantum, vt religionis. Quarta voluntaria sine contumacia, vt causa mercantiæ. Quinta est voluntaria cum contumacia: ita Ias. hic post Bart. in d. l. fin. Sed tamen aduertendum est ad plura: quia non videtur verum quòd causa studiorum dicatur probabilis tantum: sed etiam materia quemadmodum causa militat: quia non minus literis necessaria defendimus q̃ armis leg. nemini C. de aduo. di. iudic. & sic tex. ibi nõ plus militibus tribuunt, quàm doctoribus: imò ad regimen imperij hæc duo sunt necessaria, & uidetur anexxa: ut supra in proe. in princ. & causa studij multum priuilegiata est: ut tradit Abbas in c. fi. in fi. de iudi. ubi uult, quod adeo sit publica causa studij, quod præfertur causæ dotis: quẽ sequitur quidã Petrus modernus in trac. de doc. in ij. parte §. 17. ubi alia ponit in fauorem doctorum. & alia plura priuilegia tradunt latissimè Moder. in repe. auth. habita. C. ne fil. pro pa. & aliqui in l. j. ff. so. ma. notabilius prosequitur Signorolus de homodeis in trac. de præceden. doctoris & militis per totum. Et istam causam dicit iustam & probabilẽ Decius in d. c. consultationibus, in quinto notabili. Tertia etiã causa non uidetur uera: quia religionis ingressus magis accedit causæ uoluntariæ, quàm necessariæ. capitulo, ad apostolicam. de regu. & capitulo sicut. & ideo uidetur quòd ad tres species possent ista membra reduci secundum glossam in dicta l. aut religionis

5 † Posset tamẽ ista diuisio sustineri, si dicamus quod duplex est utilitas publica: una principaliter considerata ut militia, altera secundariò, ut studiorum. de prima potest probari quia milites principaliter propter rem publicam cõstituunt. hinc est quòd priuati non dicuntur, sed publici l. licet inter priuatos. C. de pactis. & l. quisque. C. ad legem Iuliam maiesta. & tales alẽdi sunt à republica: ut notat Speculator in titulo, qui filij sint legitimi. uersic. quid de adoptiuo. & hoc respectu imperator non dedignatur se militem appellare: ut not. Barto. in rubrica. C. de milit. testa. Sed causa studiorum est secundariò publica: ut no. Bar. in l. j. ff. so. matr. Sed etiam istud non satisfacit: quia non uideo quòd aliquo pacto militia maior sit studio, immò minor: cùm doct. dicatur habere dignitatem: ut in cap. quanto. de magist. ubi omnes notant: miles uero non ut l. penulti. ubi late Ias. C. de pact. & tradunt moder. omnes in capitulo clerici. de iudi. inter quos late Felin. & Decius differũt, quinimo sola militia non est causa restitutionis, sed occupatio circa exercitium militare: ut tradit Bartolus per illum text. in l. fin. C. de restitut. mili.

Hinc est quod hodie milites nostri temporis, quia non sũt in expeditione armorum, non gaudent priuilegio text. nostri, neque aliorum priuilegiorum: vt dicit Bartolus per illum text. in l. miles, ff. ex qui. cau. ma. Et quòd causa studiorum omni casu sit dignior militia, latius probat Ludouic. Bologninus in addi. ad Signorol. in dicto tractatu de præceden. doct. & mili.

6 † Alibi tamen Baldus in margarita sua in verbo sententia, ver. sententia lata in absente, ponit quatuor genera absentiæ sub diuerso modo loquendi: dicit enim quod absentia necessaria, iusta, & fauorabilis est illa quæ fit causa reipublicæ & testimonij. Alia est necessaria & odiosa, vt est absentia bannitorum l. Papinianus exuli, ff. de mino. Alia voluntaria & fauorabilis, ut in l. nemo, ff. ex qui. cau. maior. Alia voluntaria simplex non fauorabilis nec odiosa, vt causa rei familiaris & mercantiæ & solatij: de quo in l. fina. de in integr. restit. Sed omnis absentia aut est necessaria aut voluntaria: nam necessaria est duplex: quædam priuilegiata & vnica legis, quædam detestabilis & odiosa. Voluntaria est triplex: quędam habens prærogatiuam, vt causa studiorum: quia reipublicæ interest, vt mundus peritis viris illuminetur: vt dicit tex. in Authen. habita. C. ne fil. pro pa. vt deducit Alex. & mod. in l. j. ff. solu. matrimo. in penul. col. quædam odibilis & contumax: quædam neutra, puta habens quandam artem mecanicam, vt mercantiæ & similem artem vel causam: ita ibi Baldus, & deducit Inno. in c. quærelam. de procurato. & finaliter absentia omnis regulatur secundum subiectam materiã: vt est gloss. in Authen. de fideiusso. in prin. in ver. præsentes.

7 † Et tradit plenè Feli. in cap. quoniam frequẽter. colum. pe. ver. circa septem: vt lit. non contestata. vbi subdit ꝙ licet præsens & absens pluribus modis capi possint, per adducta ibi per eum: tamen quo ad proprietatem verbi, absens dicetur ille qui non est in ciuitate. quod facit ad statuta de: quo etiam vide per Alex. in l. j. in prin. in 2. notabi. vbi not. Moder. ff. de obligationibus. & notabiliter per eundem in l. 2. voluntatem. in secunda columna num. 10. & 11. ff. solu. matrimonio.

8 † Vltimò circa prædicta aduerte: quia datur actio institutoria & rescissoria: vt hic declarat Ias. & ista differunt inter se secundum Nico. de Neap. quia institutoria datur sine officio rescindente: Ista verò rescissoria secus. per tex. in l. quamuis §. cum essem. & l. debitrix §. j. ff. ad Velleia. Ias. tamen hic dicit ꝙ ista iura non loquuntur in hac materia, vt hic per eum. Tu breuiter dicas quòd ista bene probant in uerbo, statim, qđ hic ponderat Iason. & licet exempla hic posita non conueniãt non tamen restringunt regulam quominus in hac materia adduci possint: imò dico tibi vnum quòd hodie non requiritur in rescissoria iudicium rescindens: nam ex quo datur nobis à lege hæc actio, vt in §. isto. vbi competit actio cessat remediũ extraordinarium, scilicet officium iudicis: bene fateor quòd illo tempore quo à prætore durante eius officio, proponebantur edicta similia, requirebatur imploratio sui officij: modo autem, quia edicta per viam actionis recepta sunt à iure ciuili. & remedia ciuilia subueniunt ipso iure, ut dixi supra post alios in §. sed iste. in primo notabili allegando gl. in l. 3. §. sed vestrum. ff. de minor. & l. statuas. ff. de acquir. rerum dominio. cum similibus: vt per Ias. in l. legem. in principio. C. de pactis Ideò dicendum est quod ille cui competit actio de qua hìc, sufficit quòd absque alia imploratione iudicis conueniat aduersarium, & ponat libellum in quo facti seriem narret: quia tunc datis legitimis probationibus aduersarius condemnabitur isto remedio ordinario, quod facit cessare, vt dixi, illud extraordinarium: vt in l. in causæ. de minor. Bartolus in l. prima §. j. in prima columna, ff. de operis noui nuntiatio. quia non possunt simul concurrere. vt ibi dicitur: & latè reassumit Bartolus in l. in prouinciali. §. j. eodem titulo, quicquid dicat hic Iason & alij. Sed aduerte vlterius, quia poteris tu replicare & dicere ꝙ per dispositionem istius tex. non conceditur nobis indistinctè actio: nisi ita demum prius rescindatur vsucapio, scilicet officio iudicis: probatur ibi, rescissa vsucapione, quæ verba. cum sint ablatiui absoluti, resoluuntur in conditionẽ, id est, si prius rescindantur; vulga. l. à testatore, ff. de conditio. & demonstratio. dicam ibi infrà super glo. rescissa. Et inquantum Ias. hic nu. 12. vult quòd aliquando officium iudic. dicatur remedium rescissorium: vt quando præscribitur officio iudic. adde circa hoc aliquid per eundem Ias. in §. fuerat, col. 8. infrà eodem. & in l. prætor. §. ff. de ope. no. nun. & Alex. in l. sicut, in apostil. ad Bar. C. de præscrip. 30. vel 40. an. & latissimè per Ioan. Fran. Balbum trac. præscri. in 4. parte. 4. partis princ. quæst. 30.

9 † No. j. in tex. ibi rursus. ꝙ ista dictio est repetitiua pro vna uice tantũ: ita Bar. in l. eum qui certarum. §. fin. ff. de verb. obli. tenet Ias. in l. quicquid astringendæ. in pen. col. de uerbo. oblig. per tex. l. fideicom. §. si quis decem. ubi etiam notabiliter Bar. de leg. 3. Adde similem tex. per omnia in l. j. §. si cui ff. ut lega. no. ca. & est bonus tex. in l. quinque. C. de episco. & cleri. & in l. j. §. rursus. quando appel. sit, & cap. rursus. qui cler. uel uouen. & Rursus, idem est quod Iterum l. notabili §. j. ff. de peculio. & ex hoc infertur ꝙ potestas data arbitro in compromisso, ut semel & iterum compromissum prorogare possit: quod hoc duabus uicibus intelligitur: ut dicit Alex. in l. qui bona §. fin. ff. de dã. infec. sic etiam potestas data arbirto

bitro prorogandi, pro prima vice intelligitur: ita dicit Bald. in cap. fin. col. 9. versi. si nautem. de consue. & in cap. olim ex literis. col. 2. de rescrip. extra. & prius Spec. in tit. de arbitris. §. excipitur. ver. sed quid si fuerit. & finaliter istud reducitur ad illam regulam l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signific. videlicet ꝙ actus simpliciter prolatus intelligit pro vna vice: quã per plures decisiones Ias. prosequitur. in l. duobus §. si ei qui, in penultima columna ff. de iureiuran vbi etiam de prædicta doc. Specula. facit mẽtionem: & hoc non tam procedit respectu dictionis, Rursus, quàm dispositionis simpliciter platæ, quæ istam naturam habet: vt exorditur idem Ias. in l. diuortio §. quod in anno. columna 2. ff. solu. ma. & in l. decem. in 5. col. ff. de verb. obli. & in l. placet. in tertia col. ff. de libe. & posthu. Alex. consi. 16. quarto volu. & latè Felin. in c. fi. in prima & secunda col. de treu. & pace. & secundum hoc nihil operatur ista dictio, Rursus, cũ sine ea idem effectus resultet ex simplici dispositione. Præterea quia in terminis dictæ dictionis, rursus, videtur in contrarium text. in l. veluti §. hæc vox, ff. de eden. vbi dictio, Rursus, siue iterum, quod idem est, non repetit semel tantum, sed in infinitum, & idem significat quod Toties quoties: & sic videtur quòd istæ decisiones corruant.

Et ideò pro vera resolutione istorum iurium dicas, quòd aut istud verbum profertur à lege, aut ab homine. primo casu procedat tex. in d. l. veluti §. hæc vox, cum similibus: nam debet intelligi Toties. & idem dicendum est in statuto: vt no. distinguit Bal. in l. j. versi. 4. quæro. C. de his quæ pœnæ no. sequitur Alex. in consi. 70. viso consilio. lib. 2. & ideò si ex forma statuti cõpromissum debet fieri, intelligitur quòd toties debeat compromitti quoties causa decidatur: vt tradit Ro. in consil. 504. inci. in casu propositæ rei post Bal. in l. qui per salutem. in fin. ff. de iureiur. hoc tamen declaratur, vt per Bal. in d. cap. fin. col. 9. versi. dubitatur insuper. & in consi. 249. nobiles viri. col. j. lib. j. Secundò casu procedant iura suprà alleg. ita notabiliter declarat Alex. licet prædicta non adducat, in l. si cum dotem §. j. ff. solu. mat. idem in l. qui bona §. fi. in prin. & in l. si finita. in j. col. num. 4. ff. de dam. infec. & cum hac distinctione Alex. transeunt alij. Sed mihi non videtur solida: quia tex. in d. l. quicunque. & in l. si noxali, §. est autem. ff. de peculio. & in d. c. rursus. loquuntur quando istud verbum à lege exprimitur: & tamen non intelligitur nisi de prima uice. Vnde mihi magis consona & realis videtur solutio Are. in l. eum qui certarum §. j. in 2. col. ff. de verbo. obli. videlicet ꝙ hæc metiri debeat secundũ qualitatẽ præiudicij: vt ibi latius exorditur, & sentit prius Bar. in d. l. fideicom. §. si quis decem. de leg. 3. & clarius in d. l. j. §. si cui. vt leg. no. cau. Neque obstat quòd ista dictio, Rursus, non est causa, vt actus pro prima vice intelligatur, vt suprà est dictum: quia respondetur ꝙ erit causa in casibus in quibus simplex dispositio pro pluribus uicibus intelligitur: eo casu non nisi pro prima vice intelligantur, quãdo est posita dictio, Rursus. & sic in omnibus casibus positis per Fel. in d. c. pe. de treu. & pac. ille effectus resultabit: quòd no. alia significata habet hæc dictio. Rursus, quæ videas per Brixiensem in suo repertorio sub eadem dictione, & Albericum in suo dictionario in

10 verbo, Rursus. † No. 2. ibi intra, ꝙ ista dictio, Regulariter includit ultimum diem anni: ita est tex. in l. j. & ibi expresse not. Bar. ff. de offi. præfec. vrb. & in l. j. §. ꝙ dicimus. ff. de succe. edi. & hæc dictio potest intelligi, ꝙ respiciat initium & finem temporis: ut in l. 4. §. si intra, ff. de dam. infec. quod facit pro testibus deponentibus per istud uerbum: de qua dictione uide in l. si ita §. fin. ff. de ma. testa. cum multis concor. ut per Mode. Bononien. in rep. l. 2. in 13. col. C. de pac. in emp. & uend. & ibi latè apostillantes. ad idem est tex. in l. uxorem §. legauerat. &

11 §. codicillis. & §. concubinæ. ff. de leg. 3 † No. tertiò quòd præsenti contra absentem causa reipublicæ uel alia iusta de causa præscribentem datur actio rescissoria: ut hic, in text. præsenti uerò contra præsentem: secus, quia talis non restituitur secundum Ias. hic alleg. text. in l. ab hostibus §. si damni ff. ex quib. cau. maior.

Hoc tamen intellige non esse uerum in distincte: ut dicit Ias. sed ita demum, quamuis certus est ꝙ res quæ præscribitur est sua: tamen ignorat eam possideri ab alio: secus uero si ignoret esse suam: quia tunc licèt esset præsens bene daretur restitutio. ita tenet Bar. in l. Aemilius. col. fin. ff. de mi. & declarat notabiliter Bal. in rep. l. fi. in 13. col. uer. sed iuxta hoc, C. de præscri. long. tem. Et de hoc uidetur esse notabilis doctri. Bar. in l. j. §. si quis autem propter. ff. de it. actuque priu. & ista ignorantia dicitur probabilis: vt cùm quis succedit alteri: ut notat Bartolus in l. ab hostibus. §. sed quid simpliciter. in tertia col. ff. ex quibus causis maior. dum allegat tex. in capitulo cùm quis. de regulis iuris, libro sexto. Secus si ignorantia esset supina: nam tunc non restitueretur: ut tradit Imo. in repe. capituli fin. in 31. columna, uersiculo, sed hic est aduertendum. de præscriptio. & tenet Alex. in addi. ad Bar. in d. §. si quis autẽ propter: & secundum hoc procedit dictum Iaso. hic. Et ista de plano procedunt in præscriptione communi: secus uero si esset decursa præscriptio 40. annorum. tunc enim etiam si in iusta ignorantia quis fuisset, non restitueretur, siue esset præsens siue absens: ita notabiliter notat Fel. in capitulo uigilanti. in secunda col. de præscriptionibus per textum in l. fina. C. de fund. pa. libro undecimo, & ante ipsum hoc tenet Alex. in consilio 151. uiso themate. & cõsi. 163. uiso processu causę, in 2. uol. alle. tex. in l. omnes. in fi. C. de præscri. 30. uel 40. anno. ubi dicitur ꝙ talis præscriptio præbet plenissimam securitatem. Ista enim uerba, plenissimam securitatem, impediunt restitutionem in integrum. gloss. est magistra in l. ait prætor §. permittitur. in uer. imputandum. ff. de mino. & ibi plura alia allegat, quę uideas per eum, quæ latius reassumit Decius in consi. 79. & pro tenui facultate &c. in j. par. & añ ipsum. Soc. i consi. 164. uisa bulla. & consilio 193. subtiliter. in 3. col. in j. parte: licet super hoc sint plures uarietates doctorum, & ideo pro nunc non firmo, propter breuitatem temporis: quin etiam quia non expedit in singulis im-

12 morari, quę regulariter non traduntur hic per doc. † Iuxta hoc mouet dominus Iason vnum contrarium: quia videtur ꝙ illo modo competat isti præsenti rescissoria, quia aut iste absens dimisit in ciuitate procuratores, aut alios consanguineos & affines, quos ille contra quem præscribit, posset conuenire: aut nullos dimisit. Primo casu non debet adiuuari neque restitui, cum posset agendo contra procuratores vel affines præscriptionem interrumpere. l. Item ait §. fi. cum l. sequenti, ex quibus cau. maio. Et ideò si non fecit, est sibi imputandum: & ideo restitui non debet sibi actio dictis iuribus. Aut vero nullos dimisit absens: & tunc etiam non debet iste præsens audiri, cum potuit interrumpere præscriptionem beneficio l. vt perfectius. C. de anna. excep. videlicet per denuntiationem factã coram iudice, vel ad domum: vel si talis absens de proximo non sperabatur redire, prouidere vt daretur illi absenti curator bonis, contra quem poterat procedere ordinariè ad diffinitiuam sententiam & ad executionem. l. ab hostibus. in principio ff. ex quib. cau. maio. & ideo si huiusmodi remedia non intentauit, non debet restitui. Ias. hic respondet, vt per eum. Nam quia eius responsio non eneruat contrarium, & quia etiam non bene probatur, ideo non refero. nam non est uerum ꝙ remedia istius tex. fuerunt data principaliter, ut quis possit peruenire ad suum, cum ex sua prima actione esset præsenti consultum satis: sed principaliter ista actio fuit inuenta ad rescindendum vsucapionem: quo casu remanet præsenti libera actio prima, quæ sibi competebat, ad quam restitutus est, quæ vocatur cum illa adiectione rescissoria: sic ergo principalis intentio prætoris fuit interrumpere præscriptionem: hic effectus habetur ex dicta lege, vt perfectius. quia per remedium illius legis conseruatur quis in libertate suæ primæ actionis, quemadmodum per remedium prætoris. Et ideo videtur pari ratione quod quemadmodum negligens restitui non debet ad hanc actionem, cum per eum steterit quo minus liberè posset vti actione sua: ita & in terminis dictæ l. ut perfectius, est dicendum. & sic videtur, ꝙ ad hoc illa lex non sit resoluta. & forte hac ratione dicit Ias. ꝙ non quiescit dñs ex illa sua responsione. Vnde mihi uidetur ꝙ posset ad l. vt perfectius, pluribus modis responderi. Primo qđ tex. in d. l. vt perfectius, loquitur de absente uagabundo uel latitante, q. de facili non sperabat reuerti, q. reliquerat domiciliũ, ut uidetur innuere glo. singularis in l. cũ hæreditas ex trebelliano ff. ad Trebellianũ. quã ibi sequũtur communiter scribentes & Bal. in l. cũ notissimi §. imo. C. de præscriptio. 30. annorũ. in fi. & Felin. in cap. illud, colum. pen. uersi. 7. conclusio. de præscrip. de quo uagabundo præsens

præsens non poterat certificari, neq; sperabatur eius reditus: quo casu præsenti subuentum est per remedium dictæ l. vt perfectius, & quod est subsidiarium, secundum Alexand. in dicta l. cum hæreditas. non autem procedit illa l. vt perfectius, in alijs absentibus ista de causa qui sunt reuersuri, de quibus loquitur tex. noster: nam in talibus prodita sunt remedia sua, videlicet quòd si de proximo speratur, debet expectari, vt eo pręsente fiat defensio: sinautem non speratur antequam præscribat, tunc debet procedi iuxta ordinem traditum per Bartol. in l. ignorare. ad finem. C. de restitut. mili. attento quod habet domicilium: vt etiam tradit Ias. allegando tex. in l. pen. ff. de leg sed melius facit tex. in l. aut longa, ff. de procur. si vero non reliquit domicilium, tamen absens speratur venire, quia non est vagabundus: & tunc competit solum remedium istius text. Et quod istud sit verum, quod tex. in dicta l. vt perfectius. procedat in absente iniusto qui transtulit alibi habitationem, vel vagabatur, patet: dum ibi dicitur vt nemini absentia vel potentia &c. & sic remedia illius text. loquuntur in casu in quo aliquis non poterat consequi ius suum propter calumniam absentis vel potentis: & ita una pars alternatiuè per aliam declaratur: vt not. Bart. per illum tex. in l. j. ff. de reb. dubijs. & Decius in c. fin. de offi. deleg. & istum sensum ad dictam l. ut perfectius. videtur etiam sentire Fel. in c. cùm, in 16. column. ver. tertiò requiritur. extra de constitut. dum inter alia requisita illius legis, dicit quòd requiritur quòd protestatio, de qua ibi contineat causas metus: alias enim omnes leges & remedia text. nostri essent frustratoria & reuocata per illam legem: quod non est dicendum, l. præcipimus. C. de appellat. cum similibus. & quia nullus esset ita mentis inops, qui vellet expectare ꝙ absens præscriberet, & post finitam præscriptionem restitui, cum sibi consuli posset via faciliori: dicta l. vt perfectius. ad interrumpendum præscriptionem & obstandum principijs, quod quidem facilius videtur quàm post causam vulneratam remedium prætoris quærere: vt dicit text. in l. fin. C. in quibus causis in integrum restitu. & in l. j. C. quando liceat sine iudice se vendicare: futura enim præcauanda sunt l. qui bona §. cum inter, ff. de damno infec. cum similibus. & sic inutilia essent ista remedia prætoris, nisi intelligatur, vt dicta l. perfectius, de absente ex alia causa, puta vagabundo, vel latitante, vel per potentiam contendente, quo casu tunc non habet locum remedium istius tex. quia vbi specialiter est prouisum contra absentem, cessat hæc actio. ita not. dicit Bartol. in l. prima §. idem Pomponius. circa fi. ff. de dolo. Posset etiam dici quòd licet præsens posset interrumpere præscriptionem ex remedio dictæ l. vt perfectius. tamen si non vteretur illo remedio, posset habere istud prætoris, de quo in tex. nostro: nec ex eo quod illud omittat, excluditur ab isto, argumen. tex. in l. suum C. de iure delibe. & l. minor. §. si seruus ff. de euic. & l. nec his §. hæres, ff. de acquir. hæredita. Non tamen omitto vnum verbum quod circa hoc dicit Bal. in l. cùm notissimi. in §. imò. in fin. C. de præscrip. 30. annorum, vbi dixit quòd remedium d. l. vt perfectius, competit vbi possessor habet domicilium: aliàs cessaret remedium illius legis. & ita tenet idem Bald. in d. l. vt perfectius. in princ. vnde ego ex istis verbis colligo vnum intellectum ad illam legem diuersum à primis, uidelicet quod in casu text. nostri & materiæ actionis rescissoriæ non competit remedium illius l. vt perfectius. Probo: quia

13 † quo ad hoc vt competat ista actio, requiritur vt præsens cō tra quem absens præscripsit neminem posset conuenire, vt puta, quia non reliquerat absens procuratorem, neque habebat consanguineos, neque domicilium. nam si procuratorem, affines vel amicos habuit, si præsens non procedat contra eos per missionem in possessionem bonorum absentis, iuxta l. ignorare. C. de resti. mili. & l. item ait §. hoc autem. ex quibus causis maio. postea non iuuatur. nam stante hoc remedio cessat restitutio, nisi minus sufficiant bona: iuxta tex. & practicam quam ibi ponit Bart. in l. ergo. ff. ex quibus causis maio. aliàs non restituetur iste talis: & per consequens actio rescissoria locum non habebit. Idem si absens domicilium habet. nam debuit præsens facere citationem ad domum, etiam si nullus esset: quia citatio ad domum reddit citatum contumacem, sicut si fuisset citatus personaliter: vt dicit Innocen. in c. ex parte, de testi. & mitteretur in possessionem: vt in l. item ait, §. hoc autem, d. l. ignorare. Nam in isto casu sufficit in valuis, siue ostio domus quod affigatur cedula citationis: vt tenet expressè Bal. in d. l. vt perfectius. in fi. prin. & declarat no. Bar. in l. 4. §. prætor ait, ff. de damno infect. & tunc datur remedium missionis in possessionem. vt l. item ait, §. hæc autem, ex quibus causis maio. igitur si præsens hoc non fecit, non debet restitui. Ergo quo ad hoc vt restitutio concedatur, & habeat locum rescissoria, requiritur quòd iste præsens non potuit agere aliquo remediorum prędictorum: quia non habebat domicilium vel procuratores, vel alios: quo casu remedia d. l. vt perfectius. tanquam subsidiaria tunc competunt, cum non habet locum hęc actio. namad illud remedium d. l. vt perfectius. saltem requiritur domicilium: vt suprà est dictum. & sic habes vltra omnes hanc materiam latius declaratam. Vlterius circa dictam l. vt perfectius, vltra prædicta vide Bald. in c si autem. in princip. de rescrip. Et ad l. ignorare, quam hic allegat Iason. C. de restitu. & mili. & circa practicam dictæ l. ergo, cum ll. præceden. vide Decium post Alexand. & alios quos ibi allegat in cap. consultationibus. in antepen. column. de offic. deleg. Vel etiam quartò posset responderi ad dictam l. ut perfectius, quod dispositio text. nostri procedat in casibus in quibus illud remedium de quo in d. l. vt perfectius. non habet locum: vt dixi supra in fin. primi præsuppositi. Et ultra prædicta circa intellectum d. l. vt perfectius, uidendum est per Alexand. succinctè in l. si eum. §. qui iniuriarum. in j. column. ff. si quis cautio. per Bartol. in l. non solum. §. morte. in 2. column. ff. de oper. no. nun. per Card. consil. 128. redemptoris postulato &c. in 2. column. per Abb. & alios in c. nihil. in 2. column. de præscrip. & per Ioan. de Ana. qui alium ponit intellectum in c. in literis. prima col. de rapto, & per Io. Frāc. Balbum in tracta. præscriptio. in tertia parte. 6. principalis, in prima quæstione, in 5. column. Sed iuxta hoc iterum opponitur: nam si requiritur quo ad istam actionem rescissoriam quod præsens non habeat quem posset conuenire: tunc non debuit aduersus eum procedere vsucapio, neque præscriptio: per regulam

14 communem. l. 1. in fin. C. de anna. excep. quod † impedito agere non currit pręscriptio. Do. Iason. hic respondet quòd illa regula procedit in impedito impedimento iuris: secus in impedito impedimento facti: vt hic. nam tunc si impedimentum est iustum, licet agere non possit, currit tamen præscriptio: sed restituitur, l. & Atillicius. vbi Bart. ff. de ser. rusti. prædi. si tamen impedimentum facti esset iniustum, tunc bene currit præscriptio, sed non restituitur l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cau. ita concludit latè Bartol. in leg. senatus ff. de offic. præsi. cum similibus: vt hic per eum. Limitatur tamen illud quod dictum est de impedimento facti, secundum Iason. ꝙ non procedat de iure cano. quia taliter impedito etiam si impedimentum peruenerit culpa sua, non currit præscriptio. text. est singularis secundū eum in c. diuersitatem. de concess. præben. hæc Iason. Ex cuius dictis plura colliguntur. primum est quod impedito impedimento iuris non currit præscriptio: & ita procedit illa regula tradita in dict. l. j. C. de anna. excep. quā simpliciter sequit Are. in l. pacta nouissima. in 2. col. C. de pac. idem Ias. in §. item si quis in fraudem. nume. 87. infra eod. & alibi sæpe Corse. consilio 191. incipien. satis. in tertio volu. & consilio 304. incipiente, videtur. & in penultima colum. eodem libro. sequitur Alexan. in l. fin. §. donec. column. fin. C. de iu. delib. vbi vide. & Domi. in consi. 142. pro intellectu &c. Et melius cæteris & latissimè super hoc distinguit declarans omnia membra quæ posuit Bartol. in d. l. senatus, Henricus Boich. in cap. auditis. in 2. distinctione, extra de præscrip. vbi omnino vide. & vltra prædicta uide etiam Matthæum de Afflictis in tractatu prothomiseos, fo. 10. colum. 1. vbi refert distinctiones omnium antiquorum ante Bartol. & post Barto. circa istam materiam. Tamen tu audi diligenter, ista regula ita indistinctè intellecta, vt intelligit Iason. & alii supradicti doct. videtur dubitabilis: quia ille qui propter prętorem impeditur, vel propter repentinas ferias inductas a principe non potuit agere, est impeditus impedimento iuris. l. 1. & l. omnes. C. de feriis. & tamen contra eum currit præscriptio, licèt restituatur. Casus est in l. sed & si per prætorem. in prin. & §. si feriæ. ff. ex qui. cau. ma. & facit quod uult Bald. in repe. l. fin. colum. 14. C. de præscrip. long. temp. vbi uult quod impedimen-

tum iuris impedit præscriptionem inchoari, sed non impedit inchoatam: & sic contra Bartol. & Iason ipsi tamen impedito isto casu dabitur restitutio: vt vult ibi Bald. sic ergo ex prædictis videtur quod intellectus d.l.j.C.de an.excep.red datur dubius.

Et ideò pro vera resolutione illius tex. & istius materiæ aliter distinguẽdũ est ex mẽte Abb. Panor. q̃ mihi magis placet, in c.ex transmissa, in fi. colum. antepe. nu. 14. quem ibi latè sequitur. Feli. in fi. col. de præscri. & Balbus in tract. præscri. fol. 62. in 3. col. videlicet quòd aut quis directè impeditur seu inhabilitatur à iure ad agendum & ipso facto impeditur præscriptio durante impedimento, siue impedimentũ acciderit à principio, siue post inchoatam præscriptionem. exemplum in filiofamilias durante patria potestate. ut loquitur. l.j.C. de an. excep. & in muliere durante matrimonio in rebus datalibus. ut loquitur. l. in rebus. C. de iu. do. quæ pro ista regula unà cũ d.l.j. de an. excep. solet allegari. Aut directè quis non inhabilitatur ad agendum, sed extrinsecus uenit impedimentum: & tunc licet illud sit ueridicum, tamen currit præscriptio. sed datur restitutio: & sic procedit contrarium de impedito propter ferias repentinas. uel si per iudicẽ steterit. d.l. sed & si per prætorem. Et hoc uerum. nisi ubi contrarium reperiretur expressum quòd præscriptio non curreret: quia tunc seruandum est illud ius: & ita concludit Abb. loco ut suprà. cuius opin, mihi satis placet. quamuis aliàs prioribus scriptis displiceret, uerũ quia perniciosi uel potius inquieti ingenij est cuncta insequi, eque in aliquo satisfieri: ideò illa tanquam paulò cauillosa mittenda duxi.

Et ultra prædicta uide aliud fortissimum contrarium contra d. regulam. quod imò impedito impedimento iuris currit præscriptio: per Bald. in l. quoties in j. colum. C. de preci. impe. offe. & solue ut ibi per eum. Secunda conclusio colligitur ex dictis Ias. hic quod illud quod dictum est de impedimẽto facti, quod non impedit perscriptionem, non procedit de iure canonico: nam taliter impedito non currit præscriptio etiam si illud impedimentum uenerit culpa sua: ita est tex. singularis secundum Ias. hic in c. quia diuersitatem, de concessio. præbẽ. Adde ultra Iaso. quod hanc eandem opin. dicens illum text. singularem, tenuit prius Alexa. in consi. 58. uiso & perlecto, in fi. in 5. uol. post Imo. in d.c. quia diuersitatẽ. & Do. in consil. 42. quia reuocatur in dubium & c. in fi. per illum tex. Et Barba. cõ si. lj. illud offeram & c. in 11. columna, num. 17. lib. ij. ubi dicit esse differentiam in hoc inter ius canonicum & ciuile: & idem dicit Hyero. Zanetinus in tract. contrarietatum iuris canonici, & ciui. contrarietate 86. & Rota in decisionibus antiquoribus sub titulo de iure patro. deci. ij. cum similibus: ut per Rochum Curtium in tract. de iu. patro. in uer. ius q. 27. & sequen. Tamẽ aduernendum est ad duo primo, nunquid uerum sit quòd tex. in d.c. quia diuersitatem, supra alleg. loquatur in impedimẽto facti: secundo, posito quod loquatur, nunquid sit uerum dictũ Ias. Alexan. & aliorum quod procedat etiam si processerit culpa impedimenti.

Circa primũ reperio quod do. Feli. in c. cũ inter. col. 10. uer. limita secundo dummodo & c. extra de excep. tenet quod d. c. quia diuersitatem, loquitur in impedimento iuris, & hoc ante eum tenet expressè domi. Ant. in d.c. quia diuersitatem, in 3. col. super gl. suspensionis. & ita Iaso. hic reprehendit per illã doctrinã Fel. do. Frãc. Balbus in trac. præscriptionũ in prima parte sextæ partis in princip. in 22. casu in 3 col. fol. 63. & ultra ipsum ita uidetur intelligere. d.c. quia diuersitatem, do. Car. in consi. 128. inci. redemptoris postulato suffragio &c. in prima columna, dicit quod impedito præscriptio nõ currit. pro quo alleg. d. c. quia diuersitatem. & l. prima. C. de anna. excep. & d. l. in rebus. C. de iure doti. quæ iura, clarum est per supradicta quòd loquuntur in impedimento iuris, & ad hoc idem allegat Rochus Curtius in trac. de iure patro. in uerbo honorificum. in 27. 7. quæstione. j. & idẽ And. sicu. in consi. 41. circa dubium. in princip. dum loquitur de impedimento feriarum repentinarum, quod idem est impedimentũ iuris. ut tenet Abb. clarè in d.c. ex transmissa. de præscriptio, vt supradiximus, & tamen pro illo impedimento alleg. d.c. quia diuersitatem; ergo opin. Iaso. & aliorum circa intellectum illius text. non est vera. Pro saluanda tamen opin. Ias. Alexand. & aliorum patrum potest probabiliter dici quod dict. capitul. quia diuersitatem. loquitur de vtroque impedimento. & ita ibi Abbas notabiliter declarat in tertio notabili dicens, quòd ille text. loquitur de impedimento iuris in eo quod loquitur de excommunicatione & suspensione: in eo verò quod loquitur de tempore quo stetit in curia propter absolutionem, loquitur de impedimento facti: & sic ex ista declaratione possunt omnia dicta concordari: sed ista consideratio Abb. licet uideatur colorata, non satisfacit: quia in dicto capitulo quia diuersitatem solum consideratur impedimentum respectu absolutionis ab excommunicatione, uel suspensione quæ fuit causa impedimenti: & remotio huius totius impedimenti dependet à diligentia uel negligentia petendi absolutionem. Nam ut ibi dicit tex. ex quo ille Archiepiscopus non fuit negligens in petenda absolutione, quia fuit detentus in curia: ideo sibi non imputatur tempus conferendi: & hoc est impedimentum dicti quod ibi consideratur: ipsa uero excommunicatio uel suspensio non consideratur quo ad hoc, ut sint impedimento petendi uel non petendi absolutionem, sed potius stimulant, ut petatur, arg. tex. in c.j. de excep. lib. 6. & ideo Abb. ibi malè cõsiderauit illum tex. Tenenda tamen est opi. Abb. ut doct. concordentur: nam inter opi. illa potior est, per quam Doctor. ad concordiam reducuntur: vt dicit Imo. in l. de pupillo. §. fi. ff. de oper. no. nun. idem in l.j. in prin. ubi alij, eo. tit. & in l. si finita. §. illud. ff. de dam. infect. Moder. in l. cum dotem. §. si pater. solu. matrimo. & in l. centurio. ff. de vulg. & pup. & gloss. in c. scientes. in gloss. magna, circa fin. de censi. not. in c. contingit. de rescrip. & alibi sæpe, ut per Christophorum Nicellum in
15 tract. contrarietatum Bar. in differentia 128. † Secundò est uidendum, nunquid sit uerum dictum Iaso. & Alexand. in prædicto consilio 58. & aliorum doctorum dicentium quod etiã si quis impeditus sit culpa sua, tamen non currit præscriptio: Iaso. hic, ut uides, tenet quòd non currit præscriptio: & in hoc reputant singulare. d.c. quia diuersitatẽ. & refert ita super hoc consuluisse famosissimum canonistam do. Ioa. de Ana. & hæc eadem uerba formalia posuit Alexander prius in l.j. §. si quis autem propter, in apostil. ad Bartol. ff. de itine. actuque priua. Tamen breuiter in contrarium est communis opinio per glos. in d.c. quia diuersitatem. in uerbo suspensionis. nam ibi in potestate alicuius culpa sua impediti est remouere impedimentum: & si non remouet, sibi est imputandũ: quia tunc bene currit tempus: ut per plura concludit Felinus in c. ex transmissa. de præscrip. in 10. colum, tenet expressè Bal. in c.j. in fi. c. eod. titu. & ibi Abbas & Felin. in 5. columna per text. iuncta glossa in d.c. quia diuersitatem. & Abb. in c. fi. per illum text. de elec. facit regula iuris, damnum. de regu. iur. lib. 6. & contrariam opinio. Alexandri. & Iason. latè reprobat Balbus in tracta. præscriptio. in 4. parte quartæ princip. in 3. quæstione. in 2. colum. in fi. cum sequen. ubi inter alia contra Alexan. adducit tria consilia Romani, de quibus etiam per Felinum in locis ut suprà. dic ut ibi per eos: & vltra ipsos illam eandem opi. Alex. in dicto consi. reprobat Philippus Decius in c. cum inter. columna. 8. ver. prædicta conclusio, extra de excep. post Felin. in 9. col. ver. propterea. vbi alia adducit. & vltra ipsum ita intelligit And. Sicu. in consi. 8. scribitur præclarè. in 2. 3. & 4. colum. lib. 1. & hoc etiam tenet Feli. in c. uigilanti, in 3. colum. de præsc. & hæc conclusio in iudicando & consulendo tenenda est cõtra Alexandr. vt dicit idem Balbus in prædicto loco in fin. quæst. Et hoc ratione suadetur, nã qui potest facere, vt conditioni pareat, iam posse videtur. l. qui potest facere, ff. de re iu. per quem tex. Bal. in l. sed & si per prætorem, §. 1. ver. sed nec ad nos. ff. ex qui. caus. ma. dicit ꝙ non dicitur impeditus ille, qui de facili impedimentum remouere potest. & idem Bald. per illum tex. in l. quibus diebus. in princ. de condi. & demon. & consi. 192. super eo. &c. in tertio libr. & est tex. vbi no. Abb. in c. fin. de electio. sed in casu nostro impeditus potuit remouere impedimentum, igitur &c. Tamen pro defensione Iason. Alexandri & aliorum potest dici quod est verum, quòd quando impedimẽtum processit culpa impediti immediata, quod currit præscriptio: secus quando illud impedimentum etiam proueniens culpa impediti ad hoc non fuit ordinatum, sed postea euenit mediante alio impedimento: nam tunc bene excusat: quia talis causa mediata non inspicitur, sed immediata. l. sed

ta.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vul.& pup. & l. fi.in C.de vsufr.& no.Bal.nouel.in tract.de dote,in sexta parte 37.priuilegio,col.fi.& ita in terminis nostris nota. declarat Roma. in consil.9.incip.quod pars.sequitur Fel.in c.j.in 5.col. versi. sed dum Abb.de præscri.allegat.glo.in c. statutum §.cum verò in ver.non audes.de rescri.lib.6.& hoc idem Fel. tradit in c.quæ in ecclesiarum.25.colum.versi.non ob.etiam,& ibi Decius,de constitu.post Bartol.in l.2.§.fi.ff.si quis cautio,& idem Fel.in c.cùm oporteat in 6.column.& in c.repellantur. col. 2. de accusa.& in c.de cætero,de sen.excom.cum simi.vt per eundem in c.cum iuris,in 10.colum.de excep.cum alijs concor. vt per Claudium Modernum Taurinen.in l.naturaliter.colum.7.versic.successiuè quæritur,ff.de vsuca.& istam declarationem sequitur Rochus Curtius in tract.de iure patro.in verbo compe tens.in 2.q.octauæ prin.Sed aduerte,quia licet ista dicta.doct. videatur in se vera,nō tamen satisfaciunt quantum ad tex. in dicto.c.quia diuersitatem.de quo hic principaliter tractatur: quia licèt ibi excommunicatio vel suspensio non fuerit causa immediata, vt ille Archiepiscopus non posset beneficia conferre sed tempore quo in curia fuit detentus, quod in causa fuit vt absolui non posset: & ideo ex quo per eum non extitit tempus semestre datum ad conferendum, non illi imputatur: quia non fuit negligens:per hoc tamen non infertur quòd excommunicatio non sit principalis causa & originalis illius im pedimenti,quæ attendi debet:vt l.j.de orig.iur. & ibi no. Bal. in pulchra.quæst. & Aret.in l. ex ea parte. §. insulam in fi. ff.de verb.ob.& Ia.sin l.moræ.in vlti.no.ff.de iurisd.om.iudi.vt latissimè dixi in d.l.j.Nam ille Archiepiscopus ad istum finem excommunicatus fuit,vt debito satisfaceret obedientiæ, quod per petitionem absolutionis innitur, quam si negligēter omisisset.clarum est,ꝙ fuisset conferendi potestate priuatus: & illa priuatio propter excommunicationem principaliter contingeret:causa ergo quare illa priuatio conferendi non contin git in dicto.c.quia diuersitatem,fuit:quia Archiepiscopus negligens,non fuit,& in animo bene talem suspensionem vel excommunicationem timebat,& illis parebat:& ideò illa excōmuni.non potest producere effectum non data contumacia & negligentia:sed si negligens fuisset.bene illa erat in causa priuationis:per ea quæ no.Abbas, in c.j.de iudic. Neque ob.ꝙ erat causare mota:quia dico quod causa remota etiam attenditur,quando ex ea resultare potest aliquis effectus : vt est casus in l.certi condictio.& ibi no.Decius & prius Felin.in c.solitæ:de maio.& obe.& ante ipsos latè probat Soci. in consilio 156.incip.pro fundamento. in 5.col. 2. lib. & tenet gloss. in d. c.quia diuersitatē.in verbo suspensionis.quā sequit Fel.in c.cū inter.in 9.colum. versic. cousidera.de excep.nisi soluendo supra dicta dicas.quòd in d. c.quia diuersitatem. ideò illa causa remota siue culpa non ordinata ad impedimentum,non considerat ur.quia non tendebat in præiudicium tertij : aliàs esset considerāda,per ea quæ Alex.tradit in l.quamuis. in 2. col.ff.
16 solut.matrim.† Notatur quartò ex isto tex.quòd dictio Tunc, denotat extremitatem temporis, & restringit dispositionem ad illud tempus.l.4.§.fin. ff. de condi.& demon. cum si. vt hic per Iason.quibus adde And.Sicul.in c.quoniam frequenter.§. porro.in 3.columna,numero 8.vt lit.non contesta.& alia plura pro hoc alleg.quidam Anto.de prato Modernus in c.perue nit.in 28.char.columna prima,de emptio. & venditio.in certo.suo tractatu de secundis nuptiis.Item adde quòd per istam dictionem Tunc, in pulchro casu consuluit Roma. consi.131. incipit prima dubitatio, quod consilium repetit in consilio 138.noua superuenit.quos sequitur Decius in capitulo, pastoralis,secundo notabili, per illum textum de exceptioni.& vltra ipsum in pulchro alio casu consuluit Corneus,consi.97.incipiente,licet in hac col.fin.in 4. vol. & per Philippum.Francum in c.Præterea,secundo in 4.colum.de appellatio.vbi ponit vnum not. casum de ista dictione, ex nunc pro vtex tunc. Pro quo vide quæ scripsit in clementina unica in gloss.ex tunc, de concessione præbend.!& notabiliter per Ias.in l.j.in fin. C. de condicil.& remissiuè per Alexand.in l.lecta,post glo. ibi ff. si.cer.pet.& notabilem quæstionem disputat idem Ias. de ista dictione,ex tunc,in l.is qui pro empt.nu.254. in 79.column.ff. de vsucapionibus.vide notabiliter per Alexand.in l.huiusmodi.in princ.ff.de ver.obl.& in l. in substitutione. in princ. ff.de vul.& pup. de huiusmodi dictione Tunc, per Barba.in consilio 21.præclarè dixit.nu.17. in 2.lib. & in consi.73. incipiente, magnanimus.in 5.colum.num.8.in 4.libro:vbi multa iura ad hoc allegat.& Pau. de Castr. in consil. 183.incipiente, ex facto,in 2.colum.Raphael fulgosi.consilio l.incipiente,quidam Raymondus.& Ro.in consilio 154. & consilio 231. Tamen vltra omnia ibi dicta nota vnum dictum singulare de ista dictio ne quod est multum vtile pro substitutionibus: nam nos habe mus quòd licet in vulgari substitutione expressio vnius casus ad alium porrigatur.l.3.C.de hæredibus instituentis. Tamen hoc fallit quando in vno casu expresso apponitur dictio Tunc. quia in solo casu expresso substitutio restringitur, & ad alium casum non ita porrigitur:notabiliter consuluit Pet.de Ancha. in consilio 356.incipent. in serie testamenti.in 2.columm. & reassumit Decius in consi.514.incipiente pro resolutione. in 2. colum.nume.5.in secunda parte.& in consi.277.in casu ad me &c.in j.col.in eadem parte. & in consi.89. viso puncto. in 2.col.in fi.nu.3.& consi.63.& pro tenui facultate.in 2. colum.
17 in prima parte : quod tene menti. † Glo.reipublicæ. Ex dictis glo.collige primò, quod res publica dicitur tantùm ciuitatis Romanæ: temen tu dic ꝙ etiam res publica potest dici aliarum ciuitatum:quia hoc verbum pluribus modis capitur, vt dicit Bartol.in Authentic.de hære.& falci.in princ.in 2.column.propriè tamen bene loquitur gloss. hic sed contrarium procedit largo modo:vt dicit Card.in clementin.pastoralis.in 15.nota.de re iudic.& idem dicit Bartol.in l.cum rem. C. qui poti.in pign.habeant.Secunda fit conclusio ex ista gloss. Quod clausula illa prætoris,Si qua mihi iusta causa videbitur, compræhendit plura:de quibus remissiuè per Ias. vnum tamen te ne menti vltra hic adducta per eum & alios quod remedium siue beneficium talis clausulæ nunquam competit,quando est consultum læso per aliam viam siue remedium: ita notabiliter tenet Bartol.in l.1.§.idem Pomponius. ff.de dolo. Et generaliter tale remedium competit omnibus succedentibus in ius alterius:vt notat Bar.in l.Aemilius.columm. fin. de mino. ratio est: quia beneficium illius clausulę datur ex iuxta causa, quam præsumitur habere successor,vt in l.qui in alterius.ff.de regu iur.etiam si ille successor fuerit consanguineus vel vicinus : quia licet talis præsumatur scire facta consanguineorum & vicinorum.l.cognati.ff.vnde cognati.& c.quosdam. & sequenti.de præscriptioni. quo casu viderentur esse in iniusta ignorantia, quibus per illam causam non subuenitur : tamen illa præsumptio scientiæ non tollit aliam præsumptionem for tiorem.d.l.qui in alterius.nam illud quod dicitur ꝙ coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, est uerum quo ad effectum cognationis,& sanguinis.ita loquitur d.l.octaui.& l.conati.secus vero quo ad alia extra affinitatem.dicit Bal.per illum tex.in l.quoniam. C. de iudi.delega.& ad aliud de vicino respondet etiam Bald.in l.1.C.de collum.deteg.post gloss.ibi, quod illud intelligitur in factis,quæ latere non possunt, vt puta,vicinam esse publicam meretricem : secus de his quæ oculis non subiiciuntur. concludas ergo quod in omni casu in quo datur iusta ignorantia subuenitur lapsis ex æquitate illius clausulæ : vt est glo. not.in l.si partam.§.1.in versic.non utendo.iuncto text.ff.quemadmo. seruit.amit. & gloss. in l.1. C.de pa.pote.& tenet Bartolus in lege ab hostibus.§.sed quod simpliciter.in 3. columna, ff.ex quibus causis maior. & est bona gloss.in le.2.gloss.fi.C.de iure emphyteu. cum simi.Secundo.
18 † Ista gloss.iunctis dictis Iason.hic,colligitur secunda conclu sio quod priuilegia restitutionis, & per consequens rescissoriæ actionis, competentia absenti causa reipublicæ competit etiam absenti pro castro vel pro iure alicuius municipii. pro ista conclusione Do.Iason.adducit in simili doctrin.Bartoli in lege finali.in 1.columna, C.de sacrosanctis eccle. cui vult ꝗđ priuilegia illius legis fin. concessa ciuitati, & ecclesiæ, ut ibi competunt etiam municipio seu castro. Sed dicit Iason. quod Bartolus contra morem suum tenuit contrarium in leg. si finita. §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto. post gloss ibi. nec aliter resoluit istam contrarietatem, nec determinat quid tenendum. Et ideo pro clara, & vera resolutione dictorum Iason.& istius gloss.ad duo erit aduertendum. Primum erit dictum Bartoli, sibi contrarii, & quæ sit eius uerior opin.

Secundò, nunquid priuilegium conceſſum ciuitati extendatur ad caſtrum ſeu municipium.

Circa primum communis concluſio eſt, ꝙ priuilegia l. fi. C. de ſacroſan. eccle. competentia ciuitati competunt municipio; quam vltra doct. ibi dicit eſſe communem domi. Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. & idẽ Alex. in conſi. 1. in 4. col. in princip. & colum. fi. 4. lib. & hanc opin. tenet Bar. poſt aliqualem diſceptationem in Authen. de hære. & falci. in prin. in 2. col. mouetur iſta ratione: quia ex quo tex. in d. l. fi. loquitur de beneficio principis, latiſsimè debet interpretari, l. fi. ff. de conſtit. principum. & proprius ad gl. noſtram facit quod vult Alexand. in d. §. ſi de vectigalibus. videlicet quòd reſtitutio, de qua in tex. noſtro, & in titulo ex qui. cau. ma. competens ciuitati, procedit etiam in caſtro, reprobata gloſſ. quæ contrarium tenuit in l. res publica. C. ex quibus cau. ma. licet Iaſon hic inaduertenter allegauerit illam pro opi. gl. noſtræ: & hanc opi. latè tenet Io. Fabri hic in penul. & fi. col. Et iſtam opin. dicit ét eſſe communem & veram Balbus in tracta. præſcrip. in 3. parte. 5. principalis, quæſtione. 2. rationibus de quibus ibi per eos faciunt quæ tradit Abb. in c. j. in 3. col. de reſti. in integr. & pro iſta opin. facit quia vbicunque militat eadem ratio, nunquam prohibetur extenſio: dato quòd maior ratio ſit in vno caſu q̃ in alio, tex. notabilis in l. j. §. quod autem ff. de aleato. Et iſto caſu argumentum de maiori ad minus bene procedit, ſiue de toto quo ad partem: vt tradit Abb. in c. paſtoralis. §. item cùm in totum. de offi. deleg. Bar. in l. iuris gentium. §. adeò in pen. oppoſitio. ff. de pac. cum ſimi. vt per Decium in l. cuius effectus. ff. de regu. iur. Or aduerte, ꝙ uidetur dicendum ꝙ diſpoſitio d. l. fin. non habeat locũ in municipio, ex eo quia inficiari non poteſt quòd diſpoſitio illius tex. eſt correctoria iuris communis: vt ibi concludunt omnes: tenet Abb. in c. eccleſia. il primo, vt lit. penden. ergo non debent extendi ad municipium, iuxta no. in Authen. quas actiones, C. de ſacroſan. eccle. & per Bar. in l. ſi conſtante. in 9. quæſtione. j partis. ff. ſolu. matrimonio. Præterea, quia diſpoſitio d. l. fi. continet priuilegium, vt patet in l. priuilegia. eodem tit. de ſacroſan. eccl. & ſtatim dicam: ſed in priuilegijs prohibetur extenſio: igitur &c. Non obſt. dictũ Bar. in d. Auth. de hære. & fal. cum ſuperius allegatis: quia motiua ſua procedunt in beneficio ſiue indulgentia principis quæ nõ ſunt contra ius commune: nam tunc lata debet fieri interpretatio, lege finali, ff. de conſtitutionibus principum. ſecus autem eſt in priuilegijs quæ ſunt contra ius commune: vt in d. lege finali: quia tunc talia priuilegia ad caſum expreſſum reſtringuntur: vt notat gl. 2. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. & gloſſ. in l. bene à Zenone. in uerſi. cum enim. C. de quadri. proſcriptio. facit l. ius ſingulare. & lege. quòd vero. ff. de legi. cum alijs: vt per doctor. in capitulo, ſane, de piruilegiis. Hinc eſt quod priuilegium conceſſum uni eccleſiæ non habet locum in alia: ut tradit Bald. per illum text. in l. non tantũ. §. non omnia. ff. de excuſa. tuto. & hoc idem pro regula ponit Bal. in l. j. in princi. C. de legi. & quod de loco dictum eſt, idem eſt dicendum de perſonis, etiam ſi detur identitas rationis: ut dicit text. in d. c. ſane. & ideo priuilegium conceſſum regi, ad reginam non extenditur, neque ad filios, niſi exprimatur: ut dicit Geminia. in c. ne aliqui. per illum text. de priuileg. lib. 6. in 4. not. & tradit Car. in conſi. 135. incipiente, puto. in fi. & ad prædicta bene faciunt quæ Ang. ſcribit in conſi. 272. incipien. quoniã. Iſta igitur omnia in beneficio principis non procedunt, in quo lata ſit interpretatio. & ita procedit doctri. Bart. & iſtam differentiam inter beneficium & priuilegium ſequitur Alex. licet in alio propoſito in l. quia perſonale. ff. ſol. matr. & Mod. in d. l. fi. de cõſti. prin. Sed tamen puto omnia iſta ſingulariter declaranda, per quæ gl. in d. l. res publica. poterit defendi: vt dicamus ꝙ communis opi. procedit in caſtris populoſis habentibus aliquod regimen: ſecus verò ſi non eſſent populoſi: & ita procedat. gl. in d. l. res publica. & rationes in contrarium allegatæ. iſta fuit notabilis declaratio. Roma. in conſi. 423. incipien. pro pleniori diſcuſsione. in ſecundo dubio. ſequitur etiam dom. Abb. in conſil. 99. incip. in quæſtione quæ ad præſens vertitur. in 1. colum. j. li. & vltra ipſos de hoc videtur eſſe in ſimili caſus in c. ſtatutum. in prin. ibi, in ciuitatibus & locis inſignibus, de reſcript. libro 6. facit tex. in c. tuæ. de cle. non reſi. & ad idem eſt optimum conſilium Paul. de Caſtr. licet prædicta non alleget. in conſil. 30. incip. vt bene attingatur in 2. volum. in nouiſ. & licet præfati docto. contraria ſuprà dicta non adducant: poſſunt tamen taliter reſolui, quòd licet verum ſit, quòd priuilegia non extendantur de caſu ad caſum: hoc eſt verum, niſi fauore reipublicæ, quæ iſto caſu conſideratur: per ſupradicta per docto. Bartol. in l. quemadmodum. C. de agri. & cen. li. 11. & in l. ſi conſtante. in 9. quæſtione, 1. partis, ſol. ma. Vel dicas ꝙ illa regula procedit in paribus vel maioribus locis ſeu perſonis: ſecus in minoribus: quia ad illa poteſt fieri extenſio à paritate rationis, per ea, quæ ſcribit Bald. in ſua margarita in ver. priuilegium. ver. 7. & Roma. conſi. 180. & Baldus in Authentica. habita. in 5. nota. C. ne fil. pro pat. & Abb. in c. nonnullis. de priuileg. Vel tertiò limitatur illa regula non procedere ratione communis maioritatis: per ea quæ Socinus in tradit in conſilio. 12. incipien. quoniam. in 6. columna, in 1. libr. & reaſſumit latius Hyppo. de Marſi. notab. 180. incipien. plura &c. pro quo facit no. dictum Bald. in l. fin. C. ad l. fla. de plag. Circa contrarietatem Bartol. quam refert hic Iaſon. & ſuprà retuli, eſt conſiderandum quòd Ange. in §. res fiſci. in principio. ſuprà de vſucap. de quo Iaſon. hic nullam mentionem fecit, poſuit prius hanc contrarietatem, & ibi ſecundum Roma. concordat, & deinde impugnat. de quo vide etiam per Alex. in d. §. ſi de vectigalibus.

Non tamen omitto quòd Nicellus in tract. contrarietatum Bartol. concor. 6. & in concor. 62. aduertit ad hoc contrarium Iaſ. hic: & dicit quod ſi rectè aduertatur, Bartol. non eſt ſibi contrarius: quia in §. ſi de vectigalibus. non tranſit cum opinio. gloſſæ, ſed aliam ſolutionem dat in qua reſidet ibi, dũ dicit, Sed dic melius & planius. Et poſtea idem Nicelus in cõtrarietate 62. aliter nititur concordare. ſed quia dictla ſua ſunt implicita & contraria in his duobus locis, ideò ab ea ſolutione recedit, quæ forte melior eſt prima. Sed tu dic contra Nicellum: quia licèt aliam ſolutionem det Bar. in d. §. ſi de vectigalibus. tamen primam etiam approbat pro vera, & dicit tenendam menti: quo caſu aliter concordari puto, ex his quæ ſuprà dixi vt fiat diſtinctio inter municipia pupoloſa & nõ populoſa: nam ſecundum primum caſum loquitur Bartol. in d. l. fin. & iuxta ſecundum caſum loquatur in d. §. fin. de vectigalibus. ſecundum conſilium Roma. & aliorum quos ſuprà deduxi, quæ omnia breuitatis cauſa non repeto: cum in fonte
19 eos videre poſsis. † Secunda quæſtio eſt, nunquid indiſtinctè priuilegium conceſſum ciuitati extendatur ad municipium. In hoc Iaſon ſe remittit breuiter. Communis concluſio uidetur iſta quòd in fauorabilibus prout in beneficijs principum extendatur: ſecus eſt in priuilegijs odioſis & ſtrictis. ita eſt deciſ. Roma. in d. §. ſi de vectigalibus. quam licet ibi quadam emulatione ductus Alexander eam impugnet: vt patet ex his quę contra eum dicit in l. ſi cum dotem: §. eo autem tempore. in j. columnn. nume. 4. ff. ſol. ma. tamen cum Roma. videtur tranſire in d. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. de dam. infecto. licèt idem Alexandr. confusè loquens videatur circa hoc contrariari ibi dictis in rubr. ff. ſolut. matrim. vbi. etiam circa hanc materiam Bartol. iterum fuit ſibi contrarius, perpendit Nicellus & conatur concordare in d. tract. contrarieta. Bar. in contrarieta. 215. dic ut ibi per eum. Et illam diſtinctionem Roma. tenet d. Abb. in c. Rodulphus. de reſcriptis. & ibi eam latius approbat Andr. Sicu. in 15. columnn. licet quidam Moder. Hiſpani in l. ciuibus. ff. de rebus dubijs, pro poſſe conentur hanc concluſionem communem infringere per plures rationes de quibus ibi per eum: ſed tu tene primam opini. quæ eſt uerior, quam etiam ſequitur latè Andr. Sicu. in clemen. ne Romani. §. eo autem, el 1. in antepen. columnn. & ſequent. de electio. & omnes Mod. in rub. ff. ſolut. matrimo. ex quorũ dictis poſſet fieri cõpẽdioſus tractatus, & ſunt plena repertoria in uerbo ciuitas. ad quæ curioſus data occaſione recurrere poterit. Poſſet etiam dici quòd aut eadem ratio conceſsionis militat in caſtello ſiue municipio, quæ in ciuitate: & tunc bene priuilegium ciuitatis extendetur ad municipium: ſecus verò ſi ratio non militat: pro quo videtur eſſe gloſſ. iuncto tex. in cap. ſicut antiquitus. 17. q. 4. Obſtat tamen vnum, quia in priuilegijs eſt prohibita extenſio ex identitate rationis; vt in c. ſanè. de priuileg. proinde recurrendum eſt ad ſuprà dictam diſtinctionem; vt conſideretur an priuilegium ſit fa-

sit fauorabile, an odiosum, & deinde fiat ista subdistinctio paritatis rationis.

Gloss. abesset, diuiditur in duas partes: in prima ponit quãdo absens potest per se vsucapere, in secunda qualiter per alium. secunda ibi, item per alium. ex qua duæ colliguntur conclusiones.

20 Prima est ꝙ † absens causa reipublicæ poterit per se rem præsentis pluribus modis vsucapere, vt puta, si secum detulit, vel domi reliquit, animo tamen possedit. Ex ista conclusione duo sunt notanda. primum est, ꝙ ad præscribendũ requiritur alterum de duobus, videlicet possessio ciuilis & naturalis, videlicet quando quis rem secum detulit: vel ciuilis tantum, quæ animo retinetur: ita est hic gl. Et circa hoc de ciuili est notandum: nam adeò est efficax ista ciuilis possessio & potentior ac nobilior, quòd vincit naturalem possessionem, contra quam præscribit: non tamen econtrà. naturalis sola sufficit ad præscribendum contra ciuiliter posidentẽ, nisi ciuilis possessio fuerit amissa per obliuionem 10 annorum: vt declarat Dy. in c. sine possessione. circa fi. de reg. iu. li. 6. Abb. & Fel. in c. vigilanti. col. 4. de præscri. Bar. & Alex. in l. si de eo. §. si fortè, ff. de acqui. pos. & quod sola ciuilis sufficiat & non naturalis, est casus vbi per omnes in l. j. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. poss. & notat plenissimè per Mod. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. & latè sequitur Iason. in l. j. in 10. co. nume. 44. C. de ser. fugi. Adde Ang. Aret. in §. sed aliquando, Institut. de vsucapi. & per Ias. latè in d. §. ex contrario, qui per quæstiones distinctè hoc prosequitur: & amittitur ciuilis possessio negligentia longi temporis, vel animo: vt deducit Bar. in l. Celsus. in 2. colum. num. 13. ff. de vsucap. & alios modos amittendi refert Ang. in d. §. sed aliquando. in fi. & sequitur latè Alex. post alios in l. si de eo. §. j. ff. de acqui. pos. & plenè Fel. post alios in d. c. vigilanti. in penult. columna de præscrip. & istam esse communem attestatur idem Alexand. in consil. 114. visis & sæpius recensitis in j. col. lib. 5. & tunc isto casu bene naturalis sola sufficit: vt suprà est dictum. Sed modo est aduertendum pro vera intelligentia prædictorum, & dicti Bar. in d. l. Celsus. dum vult quòd ciuilis probatur animo. quod illud procedit quando ille qui ciuiliter posidebat, declarat animum suum: quo casu cũ aliter probari non posset eum amisisse possessionem, vel nunquam amisisse, dictum illius facit plenam fidem. ita singulariter voluit Arch. in c. pontifices. 7. quæstione 1. sequitur Felin. in d. c. vigilanti. col. fi. de præscriptio. & in c. causam quæ, in prin. eod. tit. Et quod dicit Bar. etiam de negligentia longi temporis, intelligitur de decennio: licèt in hoc sint variæ opinio. tamen communis est ista, ꝙ de decennio intelligatur: vt firmat Alexand. in consi. superius alleg. & in cons. 34. ponderatis verbis. circa fi. 3. li. & firmat latè Cor. in consi. 16. incip. repetito. in 3. col. 2. libro. Ad vnum tamen aduerte vltra prædicta, ꝙ licet absens per se ciuiliter posideat, & illa ciuilis possessio uincat naturalem occupatam ab alio: tamen si iste qui naturaliter possidet, vendiderit rem habenti bonam fidem, ille emptor poterit præscribere: quia per occupationem naturalis possessionis factam per venditorem non contraxit vitium reale, sed personale, quod non impedit præscriptionem. ita est tex. in l. si nulla. vbi omnes. C. de acquir. pos. & tex. clarus in §. quod autem, suprà de vsucap. & licet glo ibi teneat illum. §. esse correctum per l. fin. C. vnde vi. tamen gloss. in d. l. fi. tenet contrarium & cõmuniter ibi approbatur: tamen isto casu debet seruari distinctio Authentic. malæ fidei. C. de præscrip. longi temporis.

21 † Secunda conclusio glossa est, quòd per alium posidendo videlicet per seruum vel filium, possumus absentes præscribere: vt in captiuo, &c. Aduerte pro intelligẽtia tex. nostri, gl. & terminorum, licet doct. hic certè non absque iniuria nihil dixerint, quod gloss. ista cũ mysterio loquitur: nam vides hic in tex. quod ponũtur plures species personarum absentium, quæ præscribere possunt siue vsucapere, quæ præsentes. vt in absente causa reipublicæ, & capto ab hostibus &c. gl. hic in prin. nihil dicit de captiuo absente, sed de absente causa reipublicæ, qui quidem non solum per se animo tantum vel animo & corpore simul potest præscribere, sed etiam per alium, dum gloss. dicit per aliũ exemplificat de captiuo, & nihil aliud dicit. Ideò pro vera resolutione dicatur ꝙ inter absentiam illius qui ab hostibus detinetur, & illius qui abest causa reipublicæ, est longa differentia: nam iste qui est apud hostes non potest per se ipsum præscribere, secundum terminos istius gl. in prin. ratio est: quia cùm ab alio posideatur, nihil posidet. l. cum hæredes. §. in his. ff. de acqui. hære. sed præscribit per alium & ita procedit text. in l. iusto. §. fin. ff. de vsucapio. qui dicit captum ab hostibus posse vsucapere. nam intelligitur per alium, non per seipsum, & ita illum tex. declarat Dy. in regula, sine possessione, de reg. iu. li. 6. vnde isto casu si redeat postliminio, videtur omni tempore possessionem continuasse fictione postliminij, & eiusdẽ fictionis virtute vsucapionem, & per consequens dominiũ per eam acquisiuisse: sed ubi posideret per se, & capitur ab hostibus, perditur possessio: & quamuis postliminio reuertatur, non extenditur fictio ad possessionem, quæ in facto consistit, & consequenter ad vsucapionem, quæ solet ex possessione proficisci: vt plene no. Bart. & ibi est text. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & Dy. in d. regula. sine possessione. vbi dicit de hoc esse casum in l. in bello. §. factæ. ff. de capt. Et quæ sit ratio diuersitatis inter primũ & secundum, uide tex. quem ibi declarat Are. in uer. per omnia. in §. si ab hostibus, Insti. qui. mo. ius. pa. po. sol. & prius Bar. in repe. l. si is qui pro emptore. in 4. col. ff. de usucap. & late Ias. post Alex. in l. cũ hæredes. §. in his ff. de acqui. pos. & in d. l. si is qui pro emptore. vbi pro hoc septem rationes diuersas adducit, quarum illa cõmuniter tenetur, quã ponit Bar. in d. l. cum hæredes, & supradicta habent locum quando captus ab hostibus per seruum possidebat ex causa peculiari: & vt no. in l. iusto, §. fi. & in d. l. si is qui pro emptore, de vsucap. declaro ĩ uoce. Gl. in verbo in hostium diuiditur in tres partes prout tria dicta ponit diuersa. secunda ibi, si ergo: tertia ibi, in hoc differunt. Ex prima parte

22 colligitur quòd † illi dicuntur propriè hostes qui bellum populo Romano, vel populus Romanus illis indixeruut. d. l. hostes alle. in glo. & per hoc ego infero esse dubiam doctrinam Bar. in l. adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adult. vbi vult ꝙ stante statuto, ꝙ bannitus posit impune occidi, filius poterit occidere patrẽ, ea ratione motus, quia banniti hostes nostri sunt. & contra patrem hostem patriæ potest filius armari, & eũ occidere. l. minimè. ff. de reli. & sump. fune. vt ibi per eũ. tamen secundum istam gl. si hostes sunt propriè illi qui populo Romano bellũ inducũt, certum est quòd bãnitus, eo solo, quia bannitus cũ bellũ nõ indicet, hostis propriè non dicetur: & ꝑ consequens in statuto prædicto, quod cũ sit odiosum, conuenit restringere. regula, odia, de reg. iu. li. 6. nõ includetur filius, qui alia ratione prohibetur contra patrem venire, non ratione statuti: vt in l. vtrum. de patri. & habetur in l. 1. & 2. C. de patribus qui fi. distra. l. veluti. ff. de iust. & iu. & licet banniti dicantur hostes, illud est largo modo, non tamen propriè. & ideò in tali statuto non comprehendentur. arg. l. j. ff. de fonte. quia propriè hostis est ille, cui publica voce bellum indicitur à populo Romano. l. hostes. & l. quo nos. ff. de verb. signi. Præterea quia licèt ille qui venit contra patriam Romanã, dicatur committere crimen maiestatis. l. fallaciter. C. de abolitio. tamen si venit cõtrã priuatã ciuitatẽ licèt sit patria, non dicetur illud crimen incurrere, ex eo quia aliæ ciuitates excepta Roma, funguntur vice priuatorũ. l. eũ qui vectigal. ff. de verb. signi. gl. in l. 1. ff. ad l. Iul. maie. quod est uerum, nisi veniret ad delendam patriam: aliàs secus vt per plura concludit Nellus de sancto Gemi. in tractatu de banni. in 1 parte 16. q. 2. temporis. si igitur in maiestatem non committit: ergo tanquam hostis nõ poterit pater à filio trucidari: cum isto casu præponderat ius sanguinis. Nam illi qui sunt hostes patriæ, cõmittunt crimen læsæ maiestatis ꝙ si in priuatis ciuitatibus haberet locũ, iã pœna teneret ẽt filios: per l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. quod est falsũ. & ita etiam tenet Augusti. de Arimi. in apostil. Ang. de malefi. in ver. che hai tradito. in 1. col. & illã opi. Bar. in d. §. liberto. latè reprehendit Deci. per uiuam rationẽ, allegans etiam cõtra Bar. plures auctoritates in c. quæ in ecclesiarum. in 5. col. extra de constit. & quidã nouissimi in d. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Nã ratio est euidens, quare tale statutum filium non cõprehendat: quia ex quo statutum de homicidio loquens non extẽditur ad parricidiũ, quod qualitatem habet supereminentem. l. fi. ff. de parrici. & c. occidit. 23. q. 8. inde ex hoc resultat regula quæ habet quòd casus magis qualificatus non comprehenditur sub simplici. vt est text. in l. viro passam. §. præscriptione,

ptione, iuncta l. mariti, §. hoc quinquennium ff. de adu. facit tex. in c. statutum: de elect. li. 6. & tradit in terminis Io. de Ana. in consi. 63. facit pro hoc text. in l. commodissimè. ff. de li. & post. & c. susceptum. de rescrip. li. 6. Nam in parricidio duplex committitur peccatum, & homicidium, & parricidium: & ita fit contra duo præcepta decalogi, cuius primum est vt parentes veneremur, alterum ne occidamus: ex quorum transgressione duo delicta resultant. argum. l. plura dicta, ff. de actio. & obli. at in homicidio simplici ista non concurrunt: ergo statutum loquens de illo in parricidio non vendicabit locum, cùm verba statuti non verificentur. ar. l. 3. §. toties, ff. de dam. infec. l. ita aût, in prin. ff. de admi. tu. facit pro hoc quod vult Pet. de Anch. in consi. 150. inci. ex narratis. quem sequitur Feli. in c. in quæstionibus. col. j. ver. in contrariū. de accusatio. vbi vult ꝙ dispositio. c. cū non ab homine. extra de iudi. non habet locū in homicidio qualificato, vt in parricida & fratricida, vel assassino. vt in c. j. de homi. lib. 6. l. j. §. ait.

Item quia qualitas istius criminis non concurrit: ergo statuti ratio cessabit. vt no. Bar. in l. j. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pu. facit quod no. Io. And. in c. j. de homici. lib. 6. Et quod qualitas ista dicatur maior & debeat attendi, probatur vlterius in simili per ea quæ dicit Bald. in l. cum ancillis, in 3. col. C. de nup. vbi inquit, maius esse delictum commissum in ciuitate q̃ in rure: ergo eodem modo hîc est dicendum, ꝙ valet ar. de loco ad personam. l. j. §. Offilius. ff. ne quis eum. & pro ista parte bene facit quod in simili dicit Alberi. in tract. statu. in vlti. parte q. 98. inci. quid si statutum. ubi notabiliter concludit ꝙ statutum concedens capienti bannitum liberationem alterius banniti pro pari uel minori crimine: ille qui bannitum, qui armis aliquem occiderat, accepit & præsentauit, non poterit vigore talis concessionis liberare alium bannitum pro homicidio cum veneno. Ratio est: quia plus est veneno occidere quàm gladio. l. j. C. de male. & math. quæ omnia nemini dubium est facere in proposito nostro: quia licèt iste pater bannitus sit, non tamen propter hoc quo ad filium desinit esse pater, licet indignus, vt dicit tex. in Authen. de incest. nup. in fin. prin. in ver. si verò contigerit. Et pro hoc facit ratio tex. in l. milites. la 2. §. fi. ff. de re mili. & l. quicunque. §. filium. eo. ti. per quæ iura notabilem cautel. tradit Bar. Veronen. in tract. cautel. prima in ordine, vbi refert in contingentia facti plures insignes doctores obtinuisse, quòd si filius commisit crimem læsæ maiestatis, ꝙ si vult pater quòd liberetur, offerat eum iudici, si condemnetur: quia tunc non est ita puniendus propter charitatem paternam, qui in hoc maiorem habet prærogatiuam quàm alij offerentes, vt ibi per eum, cū simi. vt per Fel. in c. j. col. 2. de offi. deleg. & in c. quærenti, in 2. col. eod. tit. & per Ias. in l. j. C. de his quib. vt indig. Hippo. in l. j. col. 6. de quæstio. & in l. vnius. §. seruus. col. 2. eo. ti. à cōtrario igitur est dicēdū in filio respectu patris: ar. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. test. iunctis his quæ Barba. adducit in repe. l. cum acutissimi. in 7. fo. de fideic. propter rationem intensiuam illorum iurium. Fateor tamen quòd si pater vellet delere patriam, illo casu armari potest filius, & procedit tex. in l. minimè. ff. de religio. sed eo ipso ꝙ est bannitus, non delet patriam, non suscitat gentem: igitur ratio illa cessat in casu nostro: imò secundū forum conscientię etiam illo casu filius abstinere deberet, vt manus suas fœdaret sanguine paterno: cū post Deum immortalem eiusque religionem, ponatur parentum pietas & reuerentia in pręceptis diuinis, cùm secundùm Platonem, nullum perfectius Dei simulachrū in terris venerari possumus quàm parentes ipsos. & posset ex hoc inferri quòd cùm parētum reuerenti aab initio generis humani ortum habuerit, antequam ciuitates condi cœperunt, quòd potius patri quàm patriæ sit subueniendum. ar. tex. in l. pe. ff. de postul. quia patria à patre, non pater à patria nomen habuit: cum prius pater fuerit: tamen super hoc non insisto: sed quantum attinet ad casum nostrum, illa decisio per prædicta redditur dubia; quamuis opinio Bartoli communis sit: vt attestatur Hyppo. de Marsi. in l. j. §. præterea in 9. colum. ver. alius est etiam. ff. de quæstio. nam nullus præter ipsum, quem viderim, propter diuersitatem opi. declarauit quæ sit communis: quam opin. vltra deducta per eum & alios reperio eundem Bar. firmasse in d. l. minime. in l. postliminiū §. filius. ff. de capti. & ibidem dicit, ꝙ hæc quæstio fuit de facto Tuderti, & ita fuisse decisum. & transit etiā Alex. dicens ita esse decisum in Baldazo in addi. ad Bartolum in d. §. liberto. ex mente Imo. & Ang. in l. triticum. ad fi. ff. de verbo rū ob. & ita etiam dicit fuisse determinatum per consilium Perusinum d. Angel. Aretin. in tractatu maleficiorum in clausula, ex interuallo. in fi. & vltra ipsos hanc eandem opinionem tenet Abbas. in consilio 106. incip. placet mihi, in j. volum. & Ang. consilio 223. Io. An. in rub. de his qui fil. occ. & ibidē Pe. de Anch. & Gerardus de Petra sancta in singularibus suis singulari. 2. incip. tu scis. pro qua opinione facit ratio: quia in qualibet materia semper intelligitur excepta patria: vt per plura iura probat Andr. Sicu. in repet. l. cum acutissimi in 92. colum. C. de fideicom. & cum ista opin. uidetur trāsire Ias. in l. militē. in fi. C. de procura. ubi limitat, ubi non ageretur contra patriā iure publico. ut ibi per eum: quæ omnia tanquam noua adde ad Bart. per quæ uidetur quòd hæc sit communis. Tamen mihi nunquam placuit per supradicta, & quia nimiū dura aliàs latè reprobaui loco suo, & inter alia vltra supradicta hoc probabam vna ratione: nam vbicunque statutum seu lex repugnat fini æterno, est nulla, nec debet obseruari: vt in epistola, inter claras. C. de sum. Tri. c. fi. de præscri. & bonus tex. in c. inter hęc. 33. quæst. 2. c. erit autē lex iusta. 4. dist. facit bonus text. in c. consuetudo. j. dist. & in c. non licet, cum quatuor seq. 10. dist. sed tale statutum, etiam si expressè hoc concederet filijs, esset huiusmodi: ergo &c. Quòd sit huiusmodi, patet. Nā secūdum legem Dei, ad cuius imaginem debet esse lex temporalis, §. cūq; hoc. vbi no. Ang. in proœ. Insti. nam ideo Deus constituit de cœlo Imperatores ad hoc vt per ora eorum diuinitus leges conderet, §. quia igit. in Auth. de instru. cau. & fi. & ideo ab Imperatore dicuntur leges emanare diuino quodam motu. l. fi. C. de præscrip. long. temp. cum igitur secundum legem Dei, filius tenetur patri obedire & honorem ei exhibere, qui potestatem sui habet. l. parentes. ff. de in ius vocan. l. veluti. ff. de iust. & iu. & l. 2. & l. liberto, ff. de obsequijs. qui potestatem sui corporis non habet, sed pater l. j. & 2. C. de pa. qui fil. dist. ergo lex vel statutum obuiās huic fini, non valet, cum debeat esse sanctio sancta, iubens honesta, prohibens contraria: vt dicit tex. elegans in l. nam & Demosthenes, ff. de legi. Et per hæc
23 remanet notabile istius gl. declaratū. † Et vltra prædicta, quæ differentia sit inter hostem & reum crimine læsæ maiestatis, ponit Bal. in l. nihil. C. de vind. lib. & in l. 2. C. de fal. mone. quē sequit hic Ias. nā hostis potest esse quicunque subditus & non subditus: sed nemo potest fieri reus crimine læsæ maiestatis, nisi fuerit subditus. ita Bal. pro quo adde tex. notabil. in cle. pastoralis §. rursus. de re iudi. quem no. Car. & Imo. & latè discutit Bart. in extrauag. qui sunt rebelles. in ver. rebellando. & in ver. rebellis. & in ver. tenore. in quibus locis latè etiam declarat, quis dicat hostis, infidelis, & rebellis. & reassumit Decius
24 post Abb. & alios in c. sanè, in 4. notabili de offi. deleg. † Hoc tamen quod dictū est de crimine læsæ maiestatis, de plano procedit in Principibus secularibus: respectu verò Papæ credere omnes machinantes in eum esse tali crimine irretitos & reos: cum illi sit subdita vniuersa caro: vt tenet expressè Abb. in c. quod autem. in j. col. de pœni. & re. allegat tex. in c. cuncta per mūdum. & cap. per principalem. 9. q. 3. facit tex. in cap. solitæ. de ma. & obe. & no. Inno. Abb. & Mod. in c. j. de consti. & hoc videtur sentire Bar. in d. extraua. in uerbo, rebellando. in j. col. & pro hoc facit qualitas tex. in c. felicis. de pœnis. li. 6. & cle. si quis suadente. eo. ti. pro quo facit quod no. Ioan. de Ana. in c. qualiter. & qñ. il 2. §. fi. in 5. col. đ accusa. Amplia illa dicta Bal. notabiliter quòd procedant etiam in clerico episcopo committente crimen læsæ maiestatis contra principem secularem sui domicilij vel originis, qui licet non dicatur subditus Principi seculari, etiam si uellet se subditum facere: prout notabiliter concludit Signorolus de homodeis in consilio 21. incipien. statuto ciuitatis. column. 2. tamen puniri possunt propter domicilium, quod subest illi Principi: vt notabiliter concludit Card. Alexand. in cap. in primis. §. de persona, in j. & 2. column. 2. quæstio. j. post Roma. & alios quos refert in consilio 365. moti per text. in cap. si quis laicis. 22. quæstio. 5. Sed And. Sicul. in c. at si clerici. in fi. principij, extra de iudi. cōtrarium tenet. & ibi Decius per text. in d. cle. pastoralis. §. Rursus. & per dicta Bald. in d. l. nihil. & in d. l. 2.

in d.l.2.& respondet ad tex.in d.c.si quis laicus, qui est palea. vt ibi per eum.& pro ista opinione sua facit optimè tex.in c. cum non ab homine.secundum quæ ibi declarat Aret. de iudi.& gl.in c.satis peruersum.56.distin.& istam opin.dicit esse communem Car.vt suprà,quamuis primã opin.teneat Abb.in d.c.at si clerici.& plures alij:vt ibi per Moder.sed Card.vt suprà notabiliter distinguendo opin.concordat. Et quod dictũ est non subditum non committere crimen læsæ maiestatis, procedit etiam si ille habuerit feudum à principe contra quẽ machinatur:dum tamen in terra sua non habuerit domiciliũ vel originem:vt dictum est suprà de episcopo. ita notabiliter dicit Card.Alexan.vt suprà in 3.col.ver. rex Robertus.& inter alia allegat tex.pro hoc notabilem in d.clem.pastoralis.de re iudic.quæ omnia tene menti:sed tamen mihi hæc opi.non satisfacit:quia ille qui feudum ab alio accepit, tenetur illi fidelitatem iuratam seruare:vt in titulo de pace Constant.per totum.patet in c. j.de forma fidelitatis. si igitur machinatur in dominum,a quo feudum habet,videtur ꝙ ab eo puniri possit tanquam proditor,cui fides rumpi potest l.j.§. non fuit. ff. de dolo.& facit pro ista opin.bene tex.in l.fin.C.de dila.lib.10.& ea quæ Barth.Veronen.tradit in consil.34.incip.si vnquam.in 3.col.& Hyppo.notabili.16.

25 † Et an illi qui hostes muniunt armis scutis & alijs machinis belli dicantur hostes?Dic ꝙ sic, vt tradit Ana.in c.ita quorundam.in 2.col.ver.quid autem.de Iudæ.Et an piratæ sint hostes propriè,vide Ioan.de Ana.in c.2. in 2.col.super gloss.2.de homici.vbi dicit ꝙ tales possunt impunè occidi & derobari: & tales quolibet anno in cœna Domini excommunicantur ut tradit idem Ioan.de Ana.in c.3.in 2.col.de rapto, vbi uideas per eum.Ista tamen declarantur procedere, dum durat tẽpus piratus:aliàs cessat talis pœna.quia qualitas dicta verbo debet adesse tempore verbi.l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa. cum simi.vt tradit Decius in consilio 14.in casu in 2.col. & cõsil.55.visis his.col.pen.& consi.57.in prin. & consi. 74.& seq. in 2.parte.& Are.supra de legit.ag.fuc.in prin. nam finita causa odij finitur odium.l.Titia. §. vsuras.de leg. secundo, & ibi notabiliter Bar. infert ad quæstionem quæ facit ad istud propositum de qua ibi per eum.ad idem facit tex.in §. si verò quis dicat.in Authen. de testib. vbi vsque adeò infestus est, donec de crimine iudicetur &c. hinc dicimus ꝙ cessante infamia cessat effectus eius.l.reus.ff.de mune.& hono. facit l.qui de libertate.ff.de lib. cau. & ita istam limitationem per plura firmat Soci.in consilio.262.in causa magnifici,in 2.col. versiculo quinimò in 2.volu.tamen mihi videtur dubia: quia certum est ꝙ inimicitia semel causata, adhuc durare præsumitur.l.in ipsius.vbi not.Bal.C.fami.hær.& idem Bal.in Authen. si dicatur.C.de testi.tenet.Alex.in consi.78. in causa & lite, j.lib.pro quo facit tex.in c.accusatores.el j.3.q.5.& quod per illum dicit glo.in c.per tuas.in ver.capitalis. de simo. & idem Alex.in consil.99.in causa inquisitionis, j.lib.col.j. & de hoc videtur esse casus notabilis in c.cùm P.Manconella. de accusa. sed tenendo limitationem Socini ad ista reperio, ꝙ respondet Decius in c.j.in 2.notabili,in j.& 2.lectura, extra de iudi. tamen illę solutiones non releuant:quia ad suprà dicta iura & auctoritates per me alle.non respondet: quia fortè non vidit. Non ob.etiam tex.in d.§.si verò.quia illa dictio,Donec,non implicat:vt euitetur cõtrarium de d.c.cũ P.per tex. & quæ ibi Abb. dicit in c.Ioseph.de ver.sig. Ad d.§.vsuras cum alijs allegatis, respondeas,quòd non loquuntur præcisè in odio vel inimicitia causata,prout in casu nostro,& ideo teneo firmiter opi.cõtra Soci.quam vltra prędicta fundo vna ratione: quia ea quæ solo temporis tractu non mutantur, semel in esse posita semper præsumuntur l. si cui. §. ijsdem ff.de accusa. & l.non omnes §.à barbaris,ff.de re mili.cum concor.quæ ad propositum nostrum tradit Felin.in c.scribam. de præsump. Sed odium & malitia solo temporis cursu non mutantur: quia semel posita semper durant,cùm sint passiones animi:vt in c.semel malus. de reg.iur.lib. 6.& tenet expressè Bald. in l. ex persona igitur &c.Præterea facit,quòd cessante causa non cessat effectus con summatus,Bartol.in l.cùm lite.ff.iudi.sol. columna prima.no. Mod.in capitulo cùm cessante.de appel.Gl.potestate.De signi

26 ficatu huius verbi vltra hic deducta vide Fel. post alios † in rub.de offic.delegat.col.fi.in dubio tamen appellatione potestatis, intelligitur de habente merum & mixtum imperium. ita Paul.de Cast.in l.eum,ff.de iu. om. iudi.licet ibi Alex. latè super hoc disputet.& de potestate contentiosa non voluntaria:gl.in l.j.ff.de offi.pręsi.sed in isto tex. intelligitur de potestate quæ comprehendit proprietatem & dominium:vt no.ẽt Bald.in l.presbyteros.la j.C.de epis. & cle.Tu tamen circa significatum istius verbi vide vsque ad centum expositiones notabiles per reuerendum do.Io.Fran.de Paninis in suo eleganti tracta.de offi.& potestate capituli sede vacante,fol.5.in j.& 2.col.& ibi alleg.gl.istam cum pluribus concordan. In fi.glo.

27 dic vt dixi suprà in gl.in versic. adesset. † Glo. in ciuitate & c. ibi,ff.ex quib.cau.ma.l.fi.Ex ista parte colligitur regula ꝙ priuilegiatus vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum:cum tamen regula sit in contrarium in c.auditis, de resti. in integ. Ang.hic fatetur regulam,& dicit ꝙ hic ideo priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum:quia aget de damno euitando:quo casu illa regula d.c.auditis, non habet locum per tex.& ibi Bar.in l.verum §.fi.ff.de minor. Et istam opi. vltra ipsos tenet etiam Ro.in consi.117.incip.amplissimè. in 3.charta secundum impressionem paruam:& hanc limitationem tenet Bar.in l.maritum.in fi.ff.sol.ma.pro qua etiam facit tex.in c.cum pro causis.de sen.excom.& ibi no.Feli. tenet etiam Decius in consi.167.& pro tenui.in fi.in j. parte.& consi. 57.inci. superioribus diebus.in fi.verbis in 2.parte. & tradit notabiliter Hypp.de Mar. in singulari suo.99.inci.priuilegiatus.Fel.in c.dilecti.in 4.col.in prin.de exceptio.tamẽ Ias. hic dicit quod quo ad terminos nostros ista consideratio Aret. non est bona: quia in casu isto ille absens, qui præscribit contra absentem non est priuilegiatus in casu quo pręscribit, sed bene ille contra quem præscribitur: quo casu cessat regula. Vel secundò dicas secundum Bartol.in d. l. fin.& in Authen. quas actiones,C.de sacrosanct.eccle. quòd ille qui præscribit, est priuilegiatus in genere propter absentiam, non autem in specie: quia ex eo quod præscripsit, sibi non competit priuilegium rescissoriæ:sed illi absenti contra quem est præscriptum, vnde competit istud priuilegium:& ideò dicitur in specie priuilegiatus:quo casu resultat vna regula, quòd licet priuilegiatus non utatur priuilegio contra pariter priuilegiatum.d.c.auditis.& l.sed & si milites,in prin.ff.de excusa.tuto. cum similibus. tamen quando vnus est priuilegiatus in genere, alius in specie, tunc bene concurrunt: & species derogat generi. Ita concludit Bartol. in locis. supra allegatis, licèt non ita specificè. Cuius opinio. vltra ea quæ dicit Iason in specie sequitur Pau. de Mon. pico. in repetitio l.Titia, §. Titia. in 32. columñ. ff. de lega. 2. & Barba. in consilio 38. incipien.difficile est.in 7.colum.in tertio volumine. tenet Abb. in d. c. auditis. in pe. nota. & in c.ad aures. de præscrip. Facit quod dicit Bal.in c.j.in 2. column.extra de proba. dum loquitur de fisco contra fiscum in casu editionis.Sed aduerte quòd adhuc uidetur quòd ista resolutio sit dubitabilis, per textum in §.sed & hoc præsenti.in Authentic.de sanc. episco. ubi licet hæres institutus & grauatus, vt Titio restituat, si moriatur sine hærede, intrando monasterium dicatur habere hæredem. Tamen ubi substituta esset alia ecclesia, monasterium non uteretur illo priuilegio contra eam. & tamen nemini dubium est, quòd illa ecclesia substituta est priuilegiata in genere, & monasteruim in specie. Et pro ista parte faciunt quæ dicit Bald. in l. secunda, per illum textum. C. de priuileg. ubi dicit quòd priuilegia quæ scholaribus tribuuntur per Authentic. habita. C. ne fil. pro pat. non competunt scholari agenti contra scholarem: & tamen clarum est, quòd scholaris contra quem agitur, est priuilegiatus in genere sicut hic ille absens qui præscribit, contra quem agit iste alius absens in terminis dictæ l. fina. Ad idem bene facit quod Old. dicit in consilio 119. Titius. in fine.& quod in notabili quæstione tradit Ioannes Andr. in regula,in iudicijs. de regu. iur. libro 6. & Petrus de Ancha. in consilio 36. accedat dictum Romani in repetitione Authentici,similiter.in 40.speciali vltimæ voluntatis. vbi tenet quòd ecclesia hæres instituta non detrahit falcidiam ex legato relicto alteri ecclesiæ. & idem tenet Roma. in l. Marcellus. & sequitur Alexand. ff.ad Trebellia. & idem Alexand. in l. j. §. ad municipium ff. ad legem falcidiam. Et ideò mihi

mihi efficatior videtur solutio Angeli Aretini hic quod ideò in casu dictæ l.fina.priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegium:quia agens certabat de damno euitando: vt dicta l. verum §.fin.& ita tenet Bartolus in dicta l.maritum,cum alijs suprà allegatis.idem tenet Baldus in Authentica perpetua. C. de sacrosanctis ecclesijs.Pet.de Anch.in consilio 36.incipiente,contra Ioan.in 2.columna.Paul.Cast.consil.37. incipien.ut bene attingatur.in fine,2.volumine.Vel secundò responde, ꝙ quando vnum priuilegium cōpetit in habitu,& aliud in actu, bene priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum: vt est casus notabilis in cap.si parte, de rescriptis, lib. 6.Et sic ex diuersis respectibus plura incōpatibilia tolerantur quæ aliàs non possent subsistere:vt tradit Bar.in repe.l.si is qui pro emptore.in penultima col.ff.de vsucapio. & tradit Fel.in c.cū M. in 6.col.ver.nec obstat prædictis. extra de constit.& Moder. latè disceptant in l.j.in 9.col.ff.sol.matri.Et iste conuersus tali casu toleratur,quando certatur in iudicio in quo actor & reus distinguuntur,vt in casu nostro. Nam actor agit vt prohibeat absentem vti præscriptione, præscribens dicit sibi licere.quia aliàs si nō discuterent, non opus esset rescissoria:quo casu iste vsus priuilegij contra priuilegiatum ex regula communi procedit,quæ habet ꝙ regula prohibitiua attendatur,non permissiua.l.tutor §.liberti. ff. de suspec.tuto. Alex. in l.si conuenerit, in prima col.numero.4.ff.de re iudicata. & in l. prima. §.primo,in fine ff.de operis noui nuntiatio. præsertim isto casu qn̄ præscribens agit de damno euitando:quo casu dicitur habere potentiorem causam quæ attendi debet: vt dicit Alex. in cō silio.121.in primo volumine.facit dicta lex verum. & pro hoc facit tex.& quod ibi notat Abb.in primo notabili in capitulo fina.de ordi.cogni. Accedat ad hoc: quia cum causa ista indiuidua sit respectu actoris & rei, semper causa prohibitiua attenditur ex parte illius personæ pro qua iura maiorem inducunt fauorem.ita dicit Ias.in l.3.per illum tex circa fi.C.de inoffi.testa.sed clarum est quòd iura reo magis fauent: ut. in l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.ig tur &c. Et ista materia uide per Iasonē in d.Auth.quas actiones. circa finem & text.in lege fiscus.ff.de iure fisci.& notatur per Angelum Aretinum in §.itē si in iudicio.in 7.& 8.col.infrà de exceptio.ubi circa istam regulam latè distinguit.

28 † In eadem gl. ibi ab hostibus. circa istam quæstionē quā hic ponit gl.& Iason breuiter communis conclusio est ista, ꝙ si usucapio sit pro maiori parte completa in absentia, & finita in præsentia, quòd ille absens restituatur tantum ad tempus quo fuit absens, reliquum uerò temporis cedat in utilitatem usucapientis.Istam opin.dicit communem & ueram Paul.de Cast.Saly.post Bal.in l.quo tempore.C.de resti.mili.& cum ea transit Ioan.Fran.Balb.in tract. præscrip. in prima parte sextæ partis principalis.nu.26.fol.63.Et istam q.latè & nouissimè disputat solemnis doct.Taurinen. Ioan. Ignei in repe. l.contractus.in 56.col.cum duabus seq. ff. de reg.iur. Et circa contrarietatem Bar.quam super ista quæstione ponit hic Iason uide concordiam positam per Christophorum Nicellum in tract.

29 contrarieta.Bar.concordantia.9. † In eadem gloss.ibi l.si cui. §.tandiu.istud tenetur communiter,quod absenti ex iusta causa,puta reipublicæ,constituuntur sibi 20. miliaria diurna pro reuersione:& ille tex.facit pro oratoribus. & computatio miliarum ex numero passuum:ut hic dicit Ias.& prius tradit Alexan.in l.j.ff.si quis cautio.& omnes concordant in hoc, quòd mille passus faciant unum miliare, & 5. pedes faciunt unum passum,& 15.digiti faciunt unum pedem:ut est gl.no.in capitulo,sicut antiquitus 17.quæstione 4.quæ declarat tex. ibi uolens ꝙ ecclesia gaudeat immunitate quatuor passuum circum circa.nam ibi gl.declarat qualiter mensuretur passus, ꝙ

30 est utile ad multa. † Sed iuxta hoc nota.quæro:est una domus in confinio duarum parochiarum, & dubitatur de cuius parochia sit,ut decimas soluere possit:à quo loco debet fieri commensuratio?Dicas breuiter quòd à situ ostij ipsius domus,tanquam à nobiliori: & tūc domus erit illius parochiæ quæ proximior erit.ita no.colligit ex dictis Bartoli in l. ꝙ conclaue.in fine,ff.de dam.infec. Sed quid si domus habet duas portas: dicit ibi Ang.quem ibi sequitur Alex.in apostil.ad Bart..quòd inspicitur anterius ostium tanquam nobilius: arg.l.cùm in diuersis,ff.de relig. & sump.func.& no.in cap.ecclesiastico,3.q. 2.& dicit not.Bar.in l.si quis in graui.§. surdus, ff.ad Sillania. ꝙ dato ꝙ duæ domus sint proximæ: tamen si vna habet ostiū in vna via,& alia in alia,nō dicuntur vicinæ. & facit ad q.quā tradit Roma.in l.si tertius.de aqua plu. arcen. & istam sequitur Felin.in cap.omnes.de maior.& obe.ar. tex.in dicto cap.si

31 cut antiquitus. † In eadem gl. in fi. habes ex gloss. ꝙ absenti ex necessaria causa subuenitur remedio de quo in tex.hic: secus si fuerit absens ex causa iniusta, vt puta pro cōmodo suo vel mercantia. Sed maius dubium est, nūquid retento eodem themate, ꝙ aliquis fuit absens iniusta de causa, an casu quo ignorauerit esse præscriptum contra se, possit restitui? De sciē te non est dubium.Bar.singulariter in l.j.§.si quis autem propter,ff.de iti.actuque priua.tenet ꝙ sic:& alibi sæpe, vt refert Ias.cuius verba seriatim prius fuerunt Alex. in apost.ad Bar.in d.§.si quis autem.vbi plures doct. alleg.tenentes prò & cōtrà Bartolum,& tandem ibi approbat & sequitur opin. Bar.quāuis Ias.hic non se resoluat:sed solum transcribit illam congeriem auctoritatum,& cū hac opi. Bart. transit Abb.in c.vigilanti.in vltimo nota.de præscriptio.vbi Felin. post plures auctoritates dicit hanc esse communem opin. quam post longam disputationem firmat etiā Soci.in l.cū filius.§.in hac, de ver. obl.& pro ista opin.pluries consuluit Alex. in quibus pluries variauit,& reperitur contrarius: vt latissimè refert Io. Frā.Balbus in copioso tracta.præscript.in quarta parte quartæ partis principalis.q.29.vbi plenè infinita consilia & dicta doct. refert & ampliat & limitat,quibus parum aut nihil posset addi, quin ibi virtualiter non colligat: & ideò teneas interim istam opi.quæ est communis & approbatur latissimè vt ibi per eum quam Felin.in dicto capitulo,vigilanti,limitat septem modis

32 quos non refero:quia nullus hic prosequitur ista. † Gloss. annum.Diuiditur in duas partes principales.secūda ibi, hodie. sed secundum Ias.diuide in quatuor:vt ibi per eum.

In prima colligitur quòd appellatione anni,in dubio in dispositione prætoris intelligitur de vtili, non continuo. concord. gloss. magis clara in §. primo, infrà de perpet.& tempor. actio.

33 † Vlterius aduertendum est & notandum ex ista glo.in principio,ꝙ in dispositione prætoria in dubio appellatio anni intelligitur de vtili.Pprobatur.nam tex. hic simpliciter de anno loquitur:& tamen gloss.exponit,id est, vtili. Et de hoc habes glo.no.& magis claram in §.j.in versi.annum,infrà de perpe. & temp.actio.quam sequitur Bald. in l.genero. in 2.col. ff. de his qui no.infa.Secus verò si annus esset positus in dispositione ciuili:quia in dubio de continuo intelligitur, nisi de vtili exprimatur:vt est gl.in rub.ff.de perpe.& temp. actio. & ibi no. Bar.quas glo.ad hoc multum commendat And.Sicu.in c.quærenti.in 2.col. ff.de offic.deleg.& in consil.8.in 3. col.in primo vol.& in consi.41.in prin.in 2.vol.& vltra ipsos est gloss. Insti. de vsucap.in principio,quæ alleg.tex.in l.nunquam, §.in vsucapionibus,ff.de vsucap.& ibi not.Paul.de Cast. & notabilius per eundem in consi.228.incip.ego Paul.de Cast.in 2.volùm. Et quod dicatur tempus utile & quod continuum declarat gloss.magistra in versi.continuum,cle. j.de resti.in integ. quæ dicit quòd tempus continuum dicitur quod continuè currit diebus feriatis & non feriatis, in præsentia siue in absentia,siue sit copia iudicis siue non. tempus uerò vtile non currit diebus feriatis,diebus absentiæ, & quibus non est agendi copia,& hoc est quod dicit gloss.hic: pro quo allegat optimè text.in l.ff.de diuer.& temp.præscrip.quem non allegauit glo. in d.clemen.j.Ad idem pro istis tribus requisitis in tempore vtili est tex.in l.2 §.dies.ff.quis or.in bo. pos.ser. & illam gloss. in d.cle.j.sequitur Felin.c.pen.in 2.col.uersi.no.tertio, de test. Et qualiter quis probabit quod non habet copiam iudicis,no. Bar.in d.l.j.in fi.dicens quòd sufficit quòd actor se præsentet ante tribunal,seu in loco iuris solito: neque necesse habet alibi iudicem perquirere:ut est tex.no.in l.j.§. adeundi. quando appel.sit.quod tamen declara, ut per Moder.in c. consuluit. per text. illum & gloss. ibi,de offic.deleg.dum alleg. bonum text.in §. sedebunt.in Authen. de iudi. quòd annus constet ex 365.diebus d.l.cum hæres.§.Stichus. Adde vltra deducta hic per doc.text.& ibi bona gloss.in c.quadragesimæ.de consec.dist.5.& glo.magistra.in cap.si propter.in versi.primi anni.de rescriptis,libr.6. & ibidem Archidia.ponit multiplicem spe-

speciem anni, videlicet naturalis qui incipit à quolibet die computando 365. dies vsuales, vt de Ianuario ad Ianuarium: & hoc vtimur apud Latinos incipiens a ianua anni, c. ieiuniũ. 76. di. legitimus. vt de Aprili ad Aprilem secundum Lunationes: & hoc est apud Hebræos & Græcos: vt in d. c. ieiunium; & cerimonialis, qui computatur de festo ad festum: & hoc apud omnes gentes: vt in c. j. de consec. distin. j. vt in computatione Paschatis, corporis Domini & Natiuitatis. & emergens, qui est ille annus in quo fit aliqua demonstratio magna vel factum insigne: vt exitus de Aegypto, destructio Hierusalem: & secundùm istum annum emergentem variæ fuerunt computationes gentium, secundum quod illis magis conuenit. Nam Iudæi & Græci a prima olympiade, Romani computant ab vrbe condita. Christiani quidam ab incarnatione Domini, quidam a Natiuitate: vt tradit glo. in rub. C. de indictio. libr. 10. & glo. in Auth. vt præpo. no. impe. in verbo Authore. cum seq. & vide Barto. in l. si quis ex argentarijs §. initium. in 4. col. in 2. lectu. ff. de eden. & per Abb. in ca. inter dilectos. in 7. col. de fide instru. & in c. 2. eo. titu. vbi per Moder. latè & ibi etiam videre poteris qualiter Indictio enumeretur. quibus adde Præpositum in c. iuuenis. in j. col. de sponsa. Secundum tamen hodiernam consuetudinem duplex est annus, legalis videlicet & naturalis, aliàs communis appellatus siue uulgaris, de quo est decisio Bart. in l. libellorum. in prin. in 3. col. nu. 25. ff. de accusa. Legalis annus dicitur, qui constat ex 365. diebus: vt d. l. cum hæres, §. Stichus. de statu. liber. Naturalis verò siue communis est ille qui incipit à natiuitate Domini: qui quidem annus ideò naturalis dicitur: quia, vt dicit glo. in clem. j. versi. certam diem. de reliqui. & ve. san. fuit compositus secundum cursum solis reuertentis ad eundem punctum: ob quam causam, cùm prius non essent nisi decem menses, additi sunt duo, videlicet Ianuarius & Februarius, de quo ibi per glo. Sed modò vtilitas est videre in dubio de quo anno intelligemus, vt ponamus in practica: aliquis percussit Titium per aliquot dies ante Natiuitatem: demum libellum accusationis percussus porrexit post aliquos dies Natiuitatis, & dixit sic: Ego accuso talem, q. a hoc anno de mense Decembris percussit me. nunquid ille libellus procedit? Omissis disputationibus veritas est, ꝙ talis libellus sit validus. Ita tenet Bartol. in l. j. §. annus ff. de itinereq; priua. & in d. le. libellorum. vnde talis libellus debet intelligi de anno legali, scilicet 365. dierum, & ita bene verificantur illa verba libelli hoc anno, id est, infrà illos 365. dies. & ita etiã tenet Bald. in l. diuortio. in fin. princip. ff. sol. matri. sed intelligendo illa verba de anno naturali non posset procedere talis libellus: & ideò debet interpretari eo modo quo melius valeat: vt dico suprà in §. sed istæ. in glos. magna, & ita in qualibet dispositione videtur dicẽdum: per textum in l. anniculus, la 2. ff. de verbo. signi.

34 † Sed modò oppo. contra glo. hic vltra alios dicit, hic glos. dum allegat dictum. §. Stichus. quòd appellatione anni non intelligitur de bisextili. Nam prout in terminis d. §. Stichus, si relinquo libertatem seruo, si hæredi per annum seruierit, dicitur ibi, quòd tantum intelligitur de 365. diebus, non de anno bisextili qui auget vnum diem: quia illo die non tenetur seruire seruus, & est liber. Vnde erit magna utilitas propter hæreditates & alia sibi relicta, quæ sibi acquirentur, si est liber: secus si seruus. Oppo. quia si illo anno contingat bisextus. illi duo dies pro vno reputantur l. cum bisextus. ff. de verbo. significa. ergo malè ibi distinguuntur.

Sed aduerte: quia reperio ꝙ gl. in cap. quæsiuit §. fin. de verbor. significa. respondet ad hoc dicens, ꝙ text. in d. §. Stichus. hic allega. per glo. procedat in odiosis, in quibus illi duo dies pro vno non reputantur, & sic limitatur text. in d. l. cum bisextus. contraria vero, scilicet d. l. cum bisextus. & text. in d. ca. quæsiuit, procedat in fauorabilibus, in quibus pro vno die reputantur. & ita videtur etiam sentire gl. in d. §. Stichus. & glo. in d. §. si propter. de rescriptis in 6.

Tamen hæc resolutio non placet: quia text. in d. l. cum bisextus. generaliter loquitur, nec distinguit. & contrarium videtur sentire glo. ponens de hoc plures opinio. in l. 2. ff. de diuer. & tempo. præscrip. vbi Barto. sequitur opinio. Hugo. positam ibi in glos. scilicet, vt fiat differẽtia, an terminus statuatur per numerum dierum vel mensium: & tunc bisextus comprehenditur d. l. cũ bisextus: aut verò datur terminus per numerum dierum, & tunc bisextus non computatur: quia in ueritate plures dies sunt: ut statim declarabo. Sed contra istam distinctionem est tex. de directo in d. §. Stichus. qui loquitur per numerum annorum: & tamen includitur bisextus. Vnde circa hoc magis clarè distinguit Abb. in d. c. quæsiuit. in fin. ut dicamus, ꝙ aut datur terminus per numerum dierum, vt puta quòd talis sit suspensis per 40. dies, vel ꝙ seruiat: & tunc tam in fauoralibus quàm odiosis bisextilis computatur. Aut terminus datur per numerum annorum vel mensium: & tũc procedat gl. in dict. c. quæsiuit.

35 † Et vltra prædicta scias, ꝙ magna fuit altercatio inter antiquos in computatione mẽsium & hebdomadarum: nã quidam dicebant singulos menses constare ex 28. diebus: & propterea dicebant quatuor septimanas facere vnum mensem, secũdum vulgares. Nam septimana a numero septem dierum dicta est: ut tenet Domi. in c. quam sit. de elect. lib. 6. & ibi alij, & hoc de se patet. pro quibus faciebat text. in l. cum bisextus, ff. de verborum significatione.

Alij dicebant mensem constare ex 30. diebus cum dimidio; pro quibus allega. text. in l. vbi lex. ff. de regulis iuris. vbi dicit, quòd ubi lex facit mentionem duorum mensium, intelligitur de 61. die.

Alij pro 31. die mensem accipiebant: pro quibus est l. 2. in uer. ꝙ si primo. C. de tempo. & repa. appella. & text. in l. fin. eo. titu. Alij accipiebant mensem ex 30. diebus: pro quibus sunt plura iura: ut in leg. scimus. §. si autem. C. de iure delibe. & in Authen. iubemus. C. de iudi. & C. de adulter. l. si mariti, ff. eo. l. si maritus, §. hæc. & in l. si maritus. & in prin. & in l. miles, §. sexaginta. eo. tit. in l. si uẽditor, ff. de redhibi. & de ædil. edict. & in l. ædiles. la 2. §. j. & l. qđ si nollet. §. si quis ita. & in §. fiat igitur. in Auth. de hæredi. & Falci. & in Authen. ut cum de appella. cogno. §. 2. cum similibus.

36 † Et ideo propter istã diuersitatem quidam dicebãt recurrendum esse ad Calendarium: alij dicebant relinquẽdum esse arbitrio iudicis? alij dicebãt tenendum esse hanc ultimã opi. pro qua concordant plura iura. Finaliter ista est communis conclusio, quod aut aliquid promittitur habito respectu ad mensem currentem in quo fit promissio, ut puta promitto tibi centum hoc uel isto mense: & tunc debet fieri computatio mensis occurrentis secundum ordinem Calendarij, uidelicet ꝙ si promissio sit facta mẽse Februarij, quòd fiat computatio 28. dierum secundum quod ponitur in Calendario. Et hoc qñ promissio esset facta in principio mensis: si uerò esset facta in medio, debet haberi ratio computationis utriusq; mensis & præsentis & sequentis: ut de quolibet accipiatur dimidiũ secundum numerum dierum eius positum in Calendario: secus uerò quando promissio non fit demonstratiuè & respectiuè: sed simpliciter, hoc modo, Promitto tibi dare centum, uel facere uestem intra duos menses: nam tunc debet intelligi mensis pro 30. diebus, per iura superius allegata. Et hanc opi. dicit planiorem, minus scrupulosam & communiter seruatam a uulgo Bald. in c. licet, de supp. neg. præla. ubi subdit, ꝙ secundum hanc computationem quatuor septimanæ faciunt mensem, capiendo septimanas duas pro 15. diebus. & hoc idem uidetur tenere Car. in cle. j. §. sane. de sta. mo. Et istam etiã opi. approbat Ant. de But. in d. c. licet. cuius lecturam uos qui eius uolumina non habetis, reperietis insertam in lec. Abb. Panor qui super illis titulis non legit. hãc etiam tenet Alex. in consi. 42. in 3. uol. cum pluribus concor. quæ breuitatis causa omitto: & per ista poteris cõcordare & intelligere multa iura, quæ de anno & mense loquuntur, super quibus memini, ꝙ fuit alta cõtẽtio inter uos his diebus, quam ex prædictis facile decidere potestis.

37 † In ead. glo. ibi hodie. uidetur hic sentire glos. ꝙ hic liber Institutionum fuerit compositus ante librum Codicis quem habemus: quod Are. & Ias. hic de plano fatentur, moti per tex. in l. meminimus. C. de legi. hære. tamen ille text. iudicio meo non restringit: quia prout est in libro meo, ibi non fit mentio de Institutionibus, sed de Constitutionibus per eum editis, quę uerba possunt de alijs constitutionibus intelligi positis in prima compilatione Codicis. Sed esto, ꝙ ille tex. de Insti. mentionem faceret; non sequitur per hoc consequentia necessaria, quòd

ria, quod liber Codicis fuerit posterior: probatur per text. in in §. sed dediticiorũ. ĩ. de liberti. ubi expressè text. facit mentionem de constitutione quadam Codicis positæ in tit. de lati. liber. tol. vt ibi declarat glo. ad idem est tex. & glo. in §. sed ea omnia. ĩ. de hær. quæ ab intest. & in §. sed nostra. ĩ. de empt. & ven. vbi etiam fit mentio de constitutione posita in lib. Codicis & alibi sæpe in hoc lib. reperitur facta mentio de constitu ipsius Iustiniani, vt in §. idem iuris. j. de except. & in §. personam. j. eo. ergo datur intelligi, ꝙ hic liber fuit posterior: argu. tex. in c. j. de cõsti. lib. 6. & in Auth. si quis in aliquo. C. de edẽ. vnde per hoc non est concludens argumentum fieri qđ vnus. liber posterior vel prior sit altero. Cum videamus etiam in doctoribus nostris, ꝙ alter alterum se alleget. Nam Ias. in l. huiusmodi. §. si is cui, in 2. col. & in l. cum tibi. §. cum seruus de leg. j. & alibi sæpe alleg. Feli. & Feli. alleg. Ias. in c. ex tenore. in 3. col. de rescrip, & in c. 2. de libel. obla. in 2. col. & alibi sæpe: & tamen fuerunt contemporanei. Quid igitur dicẽdum? Teneas opi. gloss. pro qua dico esse casum in terminis. C. de uet. iur. enuc. l. 2. ante finẽ. vbi dicit ibi Imperator ꝙ fecit librũ Institutionum, seu elementorum in tertio suo consulatu: & tamen librum Codicis quem habemus, fecit in 4. consulatu, vt dicit idem Imperator in §. fi. C. de emenda. iusti. co. & ibi hoc no. glo. & ista opi. est verior, quam tenet expressè gl. ĩ. in proœ. istius libri in §. omnes. in uersi. adimpleuimus. quam sequitur ibi Ioan. Fab. & alij & hoc expressè tenet Bart. in l. qui se patris. in 2. col. nu. 9. C. vnde liberi. Nec ob. text. in d. §. dedititiorum. cum si. quia illi text. intelliguntur de constitu. positis in prima constitutione Codicis, quam non habemus, quæ prior fuit cæteris: vt ex illis iuribus clarè probatur. Tamẽ d. §. idem iuris, vrgentius probat. nam ibi fit mentio de constitu. ipsius Iustiniani quæ hodie reperitur in Codice.

In eadem glo. ibi, sed dico. habes ex glo. ꝙ dispositio istius text. circa annum vtilem non censetur correcta per l. fin. C. de temp. in integ. resti. quia illa lex loquitur de quadriennio concesso pro remedio rescindente, qđ fit a iudice: text. verò noster loquitur de remedio rescissorio. & ista est communis opin. vt colligitur ex dictis doct. in d. l. fin. & hic.

Sed aduertendum est: quia videtur ꝙ ista opi. nõ sit vera: & quod hodie quadriennium competat læsis siue pro intentando remedio rescindente, siue rescissorio, ꝙ ita probatur: quia dispositio dictæ l. fin. emanauit ad tollendam disceptationem anni vtilis, ꝙ olim competebat pro læsionibus reparãdis tam ipsis minoribus quàm maioribus: vt ibi dicitur. Sed in casu nostro ista disceptatio vtilis anni tota erat in iudicio rescissorio: vt patet hic in tex. iuncta ista gloss. ergo fuit sublata per d. l. fin. Prætereà & fort. us: quia d. l. fi. disponit ꝙ illud quadriennium hodie competat non solum ad petendam restitutionem sed etiam ad finiendã litem. & ita tenet Alex. in consi. 62. egregiè & eleganter. in 6, vol. nouo. sed lis non esset finita, si adhuc post quadriennium posset intentari remedium rescissorium, per istum text. ergo vt illa verba verificentur, est necessariò dicendum, ꝙ dispositio istius tex. sit correcta. Præterea quia d. l. fin. subrogatur in locum remedij dati a prætore: ita dicit Ias. post Christophorum de Castel. in repe. l. admonendi. in 5. col. in fi. ff. de iureiur. sed remedium prætoris non reperitur aliud quàm istud, de quo in tex. nostro, circa annum vtilem, qui non nisi vnum tantum concessit & nõ duos annos utiles: ergo dispositio. d. l. fi. subrogata in locum istius tollit istam. Neq; ob. quod non est facta expressa reuocatio: quia respondetur, ꝙ non requiritur nisi de bene esse: sed sufficit ꝙ lex posterior sit contraria primæ: vt est casus in c. j. de constitu. lib. 6. imò in d. l. fin. satis colligitur expressa reuocatio ex uerbis illius text. & ideo concludo, quòd hodie quadriennium de quo. d. l. fina. fit inductum tam pro remedio rescindẽte quàm rescissorio: quia videntur quodammodo annexa, quicquid dicant gloss. & doctores hic.

Gloss. rescissa. diuiditur, ut hic per Ias. In gloss. ibi, sicut & minores petunt, &c. sentit hic, quod hæc restitutio quæ competit maioribus de qua hic, etiam minoribus cõpetat: quod tenet Ias. hic nu. 91. post Dy. quam refert & probari uidetur ultra ipsos in l. in causæ. la 1. §. fi. ff. de mino.

Tamen in contrarium uidetur text. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces. ubi probatur, quòd præscriptio contra minores nõn currit. facit tex. in l. fina. C. ex quib. cau. maior. ibi exemplo utilis rescissoriæ, &c. Nam regula est, quòd ea quæ alienari prohibentur, usucapi non possunt l. si fundum. ff. de fun. dot. & l. lex quæ tutores. ff. de admi. tut. si igitur usucapi non possunt, ergo non competit resc. ssoria, cũ rescisio præsupponat habitum habilem, scilicet usucapionem, ut hic est tex. & quia hoc remedium prætoris maioribus cõcessum est, & de minoribus non dicit: vt in rub. ff. & C. ex qui cau. ma. igitur minores non admittũtur, nisi specialiter de illis caueatur.

Teneas contrarium, quòd remedium rescissoriæ competit etiam minoribus, per d. l. in causæ. & per l. fi. C. de temp. in integ. restit. pen. cum simi. Nam negari non potest, quòd ratio, quæ consideratur in restitutione concessa maioribus in termi nius istius tex. militat a fortiori in minoribus, qui propter ętatem faciliùs labi possunt: ergo habebit locum eadem iuris dispositio, etiam si maior ratio sit in uno casu quàm in alio l. j. §. quod autem. ff. de aleato. & tradit in not. casu Dec. in consil. 54. aliàs 258. in casu Domini. in 3. col. in 2. parte, & in consilio 76. aliàs 278. consultus a reuerendo, &c. eod. lib. Neq; obstat si dicatur, quòd ex quo ista sunt priuilegia concessa maioribus, quòd non debeãt extendi de persona ad personam cap. fanè. de priuileg. quia respondetur, quod illa regula non procedit, vbi est eadem ratio respectu finis: ut patet per glo. & docto. in l. miles. ff. de re iudic. per glos. in l. illud. in uer. alia causa. C. de sacrosan. eccle. & ita tenent expressè Moder. in repe. in l. Centurio. in 6. col. uersi. 2. ff. de uulga. & pupil. Vel secundò respon de, quòd ista sunt priuilegia in corpore iuris clausa, ut patet: & ideo de illis iudicandum est, ut de iure communi: ut dicit Præposi. Alex. in c. ignorantia. post Domi. ibi 37. dist. & Car. in consi. 52. col. 2. & traditur in ca. cùm ordinem. de rescriptis. & in Auth. habita. C. nẽ fil. pro pat. Nõ obstat etiam, quòd in rebus minoris non procedit usucapio: quia respondetur, quòd illud est uerum quando non præcessit titulus solennis qui requiritur in alienatione rerum minorum. Secus verò, ubi solẽniter alienatio esset facta, in qua reperitur læsus minor: quia tunc competit remedium istius text. ita dicit Cy. in l. fi. in 4. q. C. ex quibus cau. maio. & nota in l. siquidem. de prædi. mino. vbi de hoc videtur tex.

In eadem gl. ibi & ideo. collige duas conclusiones. Prima, quòd rescissoria non est proprium nomen actionis, & ita est communis opi. tamen in contrarium videtur tex. in l. necnon. §. in actione, ff. ex quib. cau. ma. qui tex. suadetur ex illa regula. quæ habet, quòd uerba simpliciter prolata intelliguntur simpliciter esse talia, non secundum quid & qualificatiuè. l. j. ff. de dona. & dixi. ĩ. in princip. tituli, ad aliud propositum, & tenet Ias. in alio in l. j. ff. de re iud. Sed in d. §. in actione. est huiusmodi: ergo talis actio nõ erit qualitas vel adiectio, sed proprium nomen, pro quo considera: quia magna ex hoc resultat utilitas per ea, quę superius dixi nobis in §. j. & dicetur in §. actiones. infra eodem.

Secundò collige ex ista gloss. quòd rescissoria dicitur actio utilis, effectus est magnus, ex his quæ dicit Barto. in l. j. de act. & oblig. & in l. curatoris. C. de neg. gest. Et licèt super hoc dubitet, hic Io. Faber, mihi tamen uidetur, quòd sit casus in l. fin. C. ex qui. cau. maior. quòd ista actio sit utilis. In fine glo. habes, unum, quòd rescissoria non competit, nisi præcedat iudicium rescindens. ista est communis opin. quam tenet Io. And. in regula indultum. de regu. iur. lib. 6. in princip. Et licet super hoc uariauerit Barto. ut ponit hic Iason: tamen eius diuersitas rectè concordatur per Nicellum in suo tractatu contrarietatum, differentia x. Ista conclusio principaliter fundatur in ista ratione, quam hic ponit Ias. quod tex. iste utitur uerbo, rescissa usucapione, quæ sunt ablatiui absoluti, qui resoluuntur in conditionem. l. a testatore. cum similibus. de conditio. & demonstra. Et de natura conditionis est, quòd adimpleatur præcisè. l. qui hæredi. eodem titulo. igitur, &c. Or aduerte: quia ista ratio non est sufficiens: quia consensus istorum uerborum text. est talis, quòd si usucapio rescindatur intra annum, tunc bene poterit res peti. tex. non dicit, quòd possit peti alia actione, sed eadem: quia illa rescisio operatur hoc, ut fiat adiudicando a iudice probato dominio: ut suprà latiùs dixi: neque probatur contrarium aliqua lege. Neque obstat illud de ablatiuo absoluto: quia illud fateri posset eo modo, ut di-

xi: licet illa regula patiatur alias limitationes quas ponit Iason in l. qui fidem. in principio. ff. de transactionibus.

SVMMARIA §. ITEM SI QVIS IN FRAVDEM.

1 *Quatuor sunt remedia ad reuocanda alienata in fraudem credi. & quæ sint, & qualiter competant.*

2 *Quæ est differentia inter alienationem simulatam siue imaginariam ex vna, & alienationem veram; sed factam in fraudem.*

Alienatio simulata seu imaginaria non valet. Sed quid si interponatur super ea iuramentum, an valeat iuramentum.

Iuramentum regulatur secundum naturam contractus super quo interponitur.

Iuramentum debet habere tres comites.

Cognitio iuramenti pertinet ad iudicem ecclesiasticum.

3 *Iuramentum validat contractum aliàs inualidum.*

4 *Alienatio vera facta in fraudem creditorum, non est nulla ipso iure, sed venit annullanda, limitando, vt hic numero primo.*

Mitius agitur cum lege, et Deo, quàm cum homine. et qualiter intelligatur. 567.

Offendens legem, committit solum contra vnum, sed offendens ministrum legis, offendit duos; videlicet legem, & hominem.

An arbiter sit minister legis.

Arbitri procedunt ad instar iudicum.

Omnis ille, qui habet aliquot exercitium, vel curam circa administrationem iuris, dicitur minister iuris.

5 *Lex dat condemnatis qaadrimestre ad soluendum.*

6 *Homo quærit vindictam.*

An committens in sana mente peccatum mortale, & deinde effectus furiosus moriatur, non facta pœnitentia peccati, sit damnatus.

An ille qui in sana mente commisit homicidium, deinde effectus furiosus debeat puniri.

7 *Lex potest facilius actum annullare quàm homo.*

Factum contra præceptum hominis nō est nullum, licèt contrà faciens teneatur ad pœnam.

Si delegato committatur causa, vt iustitiam faciat, licèt illa clausula insit a iure, tamen si exprimatur ab homine, inficit ipso iure sententiam iniustam.

8 *Excommunicatio lata non seruata forma a iure. valet, secus si est data forma ab homine, quia ipso iure non valet.*

Si aliquis ex dispositione l. tenetur facere certum actū cum consilio alterius, si tamen ille actus fuerit factus sine consilio illius, valet, secus si tale mandatum fieret ab homine.

9 *Verbum, Fraus importat semper animum deprauatum.*

Non datur fraus sine dolo.

Datur dolus bonus & malus.

In Deo cadit dolus bonus.

Dolus se habet vt genus respectu fraudis.

10 *Remedium istius tex. competit etiam si debitor in frau. cre. non solum rem tradiderit, sed etiam si dominium in aliū transtulerit. & quomodo procedit.*

Ille qui est dominus, tradēdo rem suam, facit dominum accipientem.

Prohibita alienatione prohibetur translatio omnis iuris directi siue vtilis, siue cuiuscunque alterius iuris.

11 *Ista dictio, Traditio, præsupponit contractum alienationis præcedere.*

Traditio nuda, & sine causa non valet.

Qui non processit actualiter ad traditionem, non dicitur alienasse.

An, prohibita alicui alienatiōe alicuius rei, possit eam dare in pignus. vel in ea constituere vsumfructum.

Constitutio vsusfructus, est quædam constitutio seruitutis.

Qui vendit rem, dicitur alienare.

In venditione non requiritur, quòd venditor transferat dominium, sed quòd simpliciter tradat. et quando procedit.

11 *An si debitor non alienat in fraudem, competat actio de qua in tex.*

Sæpe de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines.

Dicenti quem alienasse in fraudem, incumbit probatio.

13 *Habens rem titulo oneroso à debitore alienāte in fraudem, ita demum potest conueniri actione Pauliana, si de fraude participat, limitando, vt hic. & ratio limitationis numero 15.*

Amplius iuris habet patronus in bonis liberti, quàm creditor in bonis debitoris.

Facilius ius defendit aliquem in conseruando suo, quàm sibi debito.

14 *Libertus potest donare & relinquere filijs in fraudem patroni.*

Debitor non potest donare, & relinquere filijs in fraudem creditorum: Ratio.

Illud dicitur esse fortius ius, quod est generalius & maioris comprehensionis.

Actiones reales dicuntur fortiores & digniores personalibus.

Testamentum de iure communi est firmius testamento militis.

15 *Qui in vno grauatur in alium releuari debet.*

An & quando patronus teneatur refundere pretium emptori, seu accipienti a liberto alienante in fraudem patroni.

Omnia remedia, quæ dantur creditori, dantur patrono, & econuerso.

16 *Habens rem titulo lucratiuo, potest conueniri actione de qua hic, dato quòd de fraude non participet.*

An sit par ratio lucrum amittere, & damnum sentire & quando procedit.

Aliud est lucrum extorqueri, aliud damnum infligi. ratio.

Damnum, est diminutio patrimonij.

Licèt amissio lucri radicati, & acquisiti non sit propriè damnum: est tamen incommodum.

17 *Lucrum radicatum per successionem plurium personarum perdere, est damnum. ratio.*

Postquàm hæreditae est adita, et acquisita ipsi hæredi, mutat nomen hæreditatis, & transfunditur in patrimonium ipsius hæredis.

18 *Debitor alienans omnia bona, dato quòd consilium fraudis non admiserit, tamen lex præsumit cum in fraudem alienasse, & ideo siue sciuerint siue ignorauerint illi qui acceperunt, conueniuntur ista actione, limitando & declarando. vt. 20. 21. 22. & 23.*

Verbum, Alienare, importat omnem modum trāslationis.

In venditione omnium bonorum præsumitur fraus ex parte vendentis, non autem ex parte emptoris, nisi probetur, etiam si venditio fuerit facta minori precio quām valeāt bona, limitando vt, infra. 19.

19 *Quæ requiruntur ad hoc, vt contractus iudicetur simulatus.*

Consanguineus præsumitur a iure scire facta consanguinei.

Intricatio

Cessio

Cessio bonorum non potest fieri ab alienante in fraudem. ibidem.
Lex. 1. C. qui bo. ced. pos. qualiter intelligitur. ibid.
Subauditiones non debent fieri. ibid.
Iudex postquam unum elegit remedium, illo non sufficiente, potest alium eligere. ibidem.
45 *Actiones reuocatoriæ quot sunt.*
Caluisiana actio an sit una, vel duplex. ibidem.
Actiones reuocatoriæ, an sint personales. ibid.
46 *Actiones familiæ, erciscundæ et finium regundorum, an plures sint.*
Actiones rei persecutoriæ, an sint omnes speciales. ibid.
Actio ex maleficio, vel quasi, qualiter oriatur. ibid.
47 *Dolus an sit delictum, & qualiter. ibidem.*
Dolus, an sit maleficium. ibid.
Contumacia est delictum, & qualiter. ibid.
Crimen, delictum, & maleficium, an differunt. ibid.
Argumentum de fraude ad dolum, & econtra, an valeat. ibidem.
48 *Actio reuocatoria, quomodo oritur ex quasi contractu.*
Quasi contractus quomodo fiat. ibidem.
Retentio bonorum debitorum per creditores in quo casu fieri potest. ibidem.
49 *Edictum de alie. iudi. mut. causa facti, quare non habeat locum in ultima voluntate facta dolo, secus est in actione reuocatoria.*

ITEM si quis in fraudem. Circa istum §. plura præmittit hic Ias. enumerans omnes species alienationis factæ in fraudẽ plurium personarum. †Vos autem omissis superfluis propius ad materiam istius tex. accedẽdo præmittitis quatuor esse remedia prodita a iure tam ciuili, quàm prætorio ad reuocanda alienata in fraudem creditorum. Primum remedium est actio Pauliana de qua hic tractatur, quæ datur ad consequendas res mobiles siue immobiles corporales alienatas in fraudem creditoris per ipsum debitorem, participante tamen in fraude ipso emptore, quando titulus est onerosus, vt infrà videbimus: pro quo est tex. in l. ait prætor. § ita demum, cum duobus sequentibus. ff. de his, quæ in frau. cred. Secundum remedium est actio in factum, quæ datur ad reuocanda iura & nomina debitorum, alienata in fraudem per ipsum debitorẽ de qua actione est tex. in l. in hac. ff. de his, quæ in fraudem credi.

Tertium remediũ est interdicti fraudatorij, qđ propriè cõpetit quando quis alienat res, quæ non sunt suæ, in fraudem creditorum, ut in tutore pupilli accedente tamen fraude illius in quem fit alienatio, prout est casus singularis in l. pupilli. in prin. ff. de solu. quem post Barto. ibi multum commendat Ias. hic, & in l. qui seruandarum. ff. de præscript. verb. vbi dicit, quòd quemadmodum de actione pastus pecoris, de qua ibi, non habetur mentio in iure, nisi in d. l. qui seruandarum. secundum Pau. de Ca. eodẽ modo neq; de isto interdicto fraudatorio in casu isto non cauetur alibi, nisi in d. l. pupilli. quam etiam idem Ias. commendat. j. num. 101. & ad hoc idem commendat Baptista de S. Blasio in suo epilogo actionum in rub. de interdicto fraudatorio. & Petr. de Rauen. in Alpha. iuris in titulo de solu. & ibidem Ludo. Bolog. in suis primis interpretationibus: & ante ipsos ponit Spe. in titu. de reb. eccl. nõ alie. in fi. & ibi prosequitur materiam istarum actionum. Quartum remedium est, quãdo debitor in fraudem liberat aliquẽ debitorem suum deferendo ei iuramentum in fraudem: ut in l. nam & postea. §. sed & si quis. ff. de iureiur. & isto casu creditori competit utilis actio aduersus illum debitorem liberatum, prout erat directa, quæ competebat illi debitori liberanti, & l. nomen. C. quæ res pign. obligar. poss. & tradit Ias. per illum tex. in d. §. sed & si quis. in j. colum. vbi eadem repetit, quę ponit hic. de quibus omnibus in discursu latius dicendũ erit. Secundò præmitte secundum Iaso. hic, ꝙ differentia est inter alienationem simulatam siue imaginariam ex vna, & alienationem veram, sed factam in fraudem: quia prima non valet ipso iure. l. nuda. ff. de contrahen. emp. cum si. vt per Are. in §. j. in 3. colum. j. de except. etiam si super ea iuramentum interponatur: vt dicit gl. no. i l. emptione. C. plus valere qđ agitur. Secũda verò valet: sed reuocat per remedia de quibus suprà, & ita Bart. in l. post contractum. in 2. col. ff. de dona. quem sequitur Ias. in l. non dubium. in j. col. nume. 5. C. de legibus. Sed aduerte, antequam ad alia descendamus, ꝙ licet verum sit & expeditum, ꝙ alienatio simulata & imaginaria sit nulla ipso iure: tamen est dubium, nunquid iuramentum super ea interpositum valeat. Et glo. in d. l. emptione. quam sequitur hic Iason, tenet quòd non. Et vltra allegata hic, per eum sequitur eam Alex. in l. si donatione. in 2. col. C. de colla. & latius Corneus in consi. 135. visis articulis, in 3. colum. in j. uol. & Soci. in consi. 65. circa primam. in 6. col. j. uol. & Ias. in l. cum ea. C. de transac. & in d. l. non dubium. cum si. ut ibi per eum. Ratio ibi redditur post Bald. in d. l. emptione. Quia iuramentum regulatur secundum materiam cõtractus super quo interponitur. c. peruenit. & c. quemadmodum, de iureiuran. l. fin. C. de non nu. pecu. Sed ille contractus simulatus non habet fundamentum consensus: quia est tanquam corpus sine spiritu. ut dicit Bald. in l. j. C. plus ual. quod agitur. igitur iuramentum nõ ualebit, cum nihil addat, nisi uinculum religionis. nam iuramentum debet habere tres comites, Iudicium, Iustitiam, & Veritatem, quorum altero deficiente non ualet: gl. & tex. in Auth. quod eis. C. de impub. pro quo uide plura notanda per Soc. in d. consi. pro quo est text. in d. l. fi. quam allegat glos. in d. l. emptione. & dic, vt ibi latiùs per eos. & idem tenet Bald. in l. j. 2. col. uersi. modò solet. C. de ope. libe. ubi plus subdit, ꝙ cognitio talis iuramenti pertinebit ad iudicium ecclesiasticum, iuxta text. in c. fi. de fo. compe. libr. 6. ex quo non habet consensum neq; spiritum, & idem tenet Bald. in l. nec patronus. in fi. eo. tit. & alibi sæpe. & idem tradit Cor. in consil. 121. inci. duo obijciuntur. in 3. col. in 2. vol. & Feli. no. in c. j. in 11. col. de spõsa. in uer. ulti. pro intelligentia. † Tamen in contrarium facit,
2 quia iuramentum ualidat cõtractum alias inualidum. c. quãuis, de pact. lib. 6. & tradit latè Abb. in terminis nostris in c. cũ contingat. 11. col. de iureiur. Alex. in consi. 20. ponderatis. in 2. col. in 3. uol. & in consi. 38. uisa. in 3. col. eo. li. Sed pro concordia prædictorum tu distingue, ꝙ aut iuramentum ponitur simpliciter super contractu simulato, nec apparet quod partes in eo uoluerint: & tunc bene ualet tale iuramentum propter vitandam contradictionem, & ligat in foro iudiciali: ita Alex. in l. nemo potest. in 3. col. ff. de lega. j. ubi pro hoc allegat Imo. in d. c. cùm contingat. & plures alios & Alex. sequuntur ibi communiter Moder. maximè repet. Bononien. Tamen in hoc casu contrarium tenet Soci. in consi. 83. incip. pro certo, in j. col. nu. 6. in 3. uol. & Alex. in d. l. nemo loquitur dubitatiuè. Tamẽ eius opi. sequitur Ant. de Burgos, doctor Hispanus, in c. ad nostrã, 3. not. de empt. & uen. quæ uidetur uerior propter figuram iuramenti. & uide Feli. in c. si cautio. i 17. col. de fide instr. & declarat Abb. in c. cùm contingat. & idem dicas si iuramentum esset positum taliter, scilicet, Iuramus contenta in instrumento esse uera: quia tunc tenetur ab obseruandum istud iuramentum: nec possunt uenire contra instrumentũ dicendo eũ fuisse simulatum. Ita tenet Anto. de Butrig. in d. c. cùm contingat. quem refert & sequitur cũ pluribus alijs consulentibus Marcus Anto. Bauerij. in tract. de virtute iuramenti, in 64. speciali. Tamen in hoc contrarium consuluit Soci. in consi. 27. inci. uisis instrumentis. in 6. col. num. 26. usq; ad fi. in 4. uol. & ideo dicas, ꝙ supradicta procedunt antequam plenè probetur de simulatione: quia tunc non est nullus contractus ipso iure, propter iuramentum: probata tamen ea. procedit dictum Soci. Et ita ipsemet Soci. distinguit in consi. 47. uiso instrumento. in fi. eod. lib. quamuis idem Soci. sibi contrarius indistinctè teneat primam opi. & firmat esse communem, à qua dicit non esse recedendum in iudicando & cõsulendo, in consi. 82. super quæstionibus. in j. & 2. col. in 3. uolu. quam tenet Imo. in d. l. nemo potest. & Abb. in sua disputa. incip. stante statuto. & ista est cõmunis quam firmat idem Soci. in consi. 83. inci. pro certo. in j col. num. 6. in 3. uol. & dicit, quòd isto casu glos. in d. l. emptio non procedit. Si uerò apparet, quod partes interposuerũt iuramentum

ramentum hac intenſione,vt contractus ſimulatu ſeruetur:&
tunc non valet per rationem de qua ſuprà. & procedit gloſ.in
d.l. emptione. licet in hoc peti debeat abſolutio : vt tenet Fe-
dericus conſi.279.Et ratio poteſt eſſe:quia ex quo apparet de
clara voluntate iſtorum , ſi contractus eſt ſuſpectus, iſto caſu
iuramentum facit magis ſuſpectum:argu. c.ſuper hoc.de re-
nuntia.& eſt glo.notabilis quam ibi approbat.Bart.in l.ſi quis
ſub conditione.ff.de condi.inſtit.& per iſta remanet perfectè
declaratā glo.in d.l.emptione circa quam vltra prædicta,quæ
latè tradit Ange.Aret.inſtitu.de excep. in princip.col.26.cum
ſeq.& ibi plura ponit in materia ſimulationis.& circa dictam
glo.l.emptione,plura ponit Io.Bapt.de Caſtel.in allegati. ſua
ſecunda,inci.inquantum verò.poſita in fi.ſingularium Frāciſ-
ci Cremenſis:ex quibus quàm facillimè caſum omnem ſimu-
lationis intelliges , ad vnum tamen vltra ibi dicta attende:q̄a
confert maximè ad declarationem multorum iurium , & di-
ctorum per doct. Quod triplex dicitur eſſe ſimulatio : prima
eſt apparitiua,quādo ille qui vendit , manet in poſſeſsione rei
venditæ.l.ſicut.§.ſuperuacuam. ff.quib. mod.pign.vel hypot.
ſol.& dicitur apparitiua reſpectu rei poſſeſſæ.Alia eſt ſimula-
tio,quando cōtractus fit in ueritate , ſed modico tempore eſt
duraturus.ut l.3.§.ſi ab ignoto.de ma.Tertiò modò dicitur ſi-
mulatio, quando contractus ſimulatus apparet factus , & de
mente inter partes.agitur quod nihil fit:de quo loquitur.l.nu-
da & lex imaginaria.ſupra allegatæ.ita notabiliter habes tres
ſpecies ſimulationis.declarat Bart.in conſi.65.factum tale eſt
Petrus Nicole.Et ſecundum hoc tu concordabis.leg.emptor,
de aqua pluuiali arcen.cum his,quæ habentur in l. eleganter.
§.1.ff.de dolo.& per gl. magiſtram & not. in l. apud Celſum.
§.idem actoris.ff.de exceptio.doli, dum in l.emptor probatur
ſecundum Bartolum,quòd ex contractu ſimulato & ficto non
transfertur dominium neq; poſſeſsio.Et tamen in d.l.elegan-
ter.& in dict.l.apud Celſum probatur oppoſitum,videlicet ꝙ
ex contractu nullo,cui dolus dedit cauſam , transfertur domi
nium.Nam tu concorda quod d.l. emptor.loquitur de vltima
ſimulatione . ſed in duobus primis caſibus bene transfertur
dominium.Et iſto modo declarantur multa dicta obſcura,ꝙ
notabiliter latiùs reaſſumit & declarat dicens menti eſſe te-
nendum Ange.Areti.de exceptio.in princ.in 3.col.in fine ver-
ſicu.ex quo no.& ibi aſsignat rationem,quam uide.Et iſta no.
2 quia quotidie accidere poſſunt. † Aut verò alienatio eſt vera,
ſed facta in fraudē creditorum:& concluſio eſt, ꝙ nō ſit nulla
ipſo iure : ſed veniat annullanda per remedium iſtius text. &
alia ſuprà poſita. Hec tamen limitatur ſecundum Iaſ.hic pro
cedere quando alienatio eſſet facta in fraudē hominis:ſecus
in fraudem legis,per text.notabilem in l. ſi libertus, ff.de iure
pat.& ibi not.Bart.cum ſimilibus:vt hic per Iaſonem. quibus
adde quod ita conſuluit in pulchro caſu per dict.l.ſi libertus.
Aret.in conſi.47.incip.viſis & diligenter.col.finali.Tamen di-
cit hic Iaſ.ꝙ contra hoc obſtat regula illa communis,quæ ha
bet ꝙ mitius agitur cum lege,q̄ cum homine.l.Celſus ff.de ar
bit.& l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. cum ſimilibus, imò etiā
non ſolùm cum lege,ſed cum Deo mitius agitur, quàm cum
homine:vt dicit glo.in l. ſi quis rem.§. voto. ff.de pollicita.&
tenet Iaſ.in l.generaliter.in prin. ff.de verb.oblig.

Ad iſtúd contrarium, vt dicit Iaſ. hic reſpondet Bald.in l.j.
in j.oppo.C.ſi quid in frau.pa. quod regula dict.l. ſi. libertus,
procedit quando fit contra legem , tunc enim duriùs agitur
cum lege,q̄ cum priuato,puta patrono:ſecus uerò ſi fit contra
miniſtrum legis non priuatum : quia tunc durius agitur cum
miniſtro,& ita procedit d.l.Celſus, cum ſimilibus & iſta ſolu
tio fuit Cyn.in l.ſi quis maior.C.de tranſac.& in l.in crimina-
li.C.de iuriſdi.om.iud.Et ratio eſt,quia qui offendit legē,com
mittit contra vnum : ſed offendens miniſtrum legis,offendit
duos,videlicet legem & hominem:& hanc dicunt veram eſſe
rationem d.l.Celſus. Domi. de Rot.in deciſi.19.incipien.nota
quòd non admittitur. in tit.de ſen.excommu. in antiquis.Sed
iſtam ſolutionem reprehendit Barto.in l.amplius non peti.ff.
rem rat.habe.in 2.col.& in l.ſi inſulam.in 8.opp.in 2.col.ff.de
verbo.oblig.dicens non eſſe uerum, quòd arbiter ſit miniſter
legis : quia habet ſimplicem actionem: neque oritur actio ex
eius laudo.leg.diem proferre. de arbit.cum ſimi.ut hic refert
Iaſ. Sed aduertendum eſt antequam ad reſponſionem,quam
dat Bart. veniamus , ꝙ iſta reſponſio non tollit conſideratio-
nem Bald nam inficiari non poteſt, ꝙ ille magis cōtemnit qui
peccat contra duos, quam contra vnum.argu.text.in l.3.C.de
epiſ.aud.& dum dicit Bart. quòd arbiter non eſt miniſter iu-
ris,hoc eſt falſum,ſiue loquamur in arbitro iuris ſiue compro
miſſario,qui procedunt ad inſtar iudicum per l.j.ff.de arbi.&
l.fi.C.de iudi.facit.l.pen. C.de pac.& quæ ibi not.nam omnis
ille dicitur miniſter iuris , qui aliquod exercitium , vel curam
circa adminiſtrationē iuris habet, §.ad hoc autem.in Authē.
de non aliena. & iſto modo notarius etiam miniſter iuris di-
citur:vt ibi dicitur. Nam iſtud eſt verbum generale compre-
hendens omne exercitium cuiuſcūq; tam gubernatorum uel
rectorum,quàm alterius:ut not.Archidi.in c. præſenti.col.fin.
de offic.ordi.lib.6.Et ſic videmus,ꝙ ſimplex nuntius, licèt nō
habeat iuriſdictionem , dicitur tamen miniſter iuris , vt dicit
Alex.in l.hæres.col.fi.ff.de acquir.hære. Nec obſtat,quòd ar-
biter non habebat iuriſdictionem , neq; dabatur actio ex ſua
ſententia:quia dico,quòd iſta ſunt a remotis,ex quibus nō in-
fertur:quia non valet conſequentia, aliquis non habet iuriſdi
ctionem:ergo non eſt miniſter iuris:probatur in c.cùm mini-
ſter 23.q.5.& c.nō ſolùm.cum duobus ſeq.& l. ſi quis in hoc.
C.de epiſ.& cle.& per d.Alex.in d.l.hæres.Et ideo concludas
quòd iſta ſolutio non eſt bona, & opi.Bal. reſtat firma, quam
tenet Socin.in l.ait prætor.la 2.§.ſed ſi quis.ff.de iureiuran. &
videtur tenere idem Bart.ſibi contrarius in l.3.col.fi.uerſic.&
hæc materia.ff.de leg.1. Cuius doctri. in d.l.3.approbat Alex.
in l.ſi inſulam.in 7.col.ff.de ver. ſig. Nec obſtat quod dicebat
Iaſo.quia puto quod mitius agebatur cū miniſtro legis quàm
cum lege,ut d.le. amplius non peti.iuncta l.in ſeruitute.§.pe-
tijſſe.ff. de bon. liber. cum alijs hic allegatis per eum : quia
reſpondeo quod d.l. amplius non loquitur de miniſtro iuris,
ſed de priuata perſona:quo caſu ille tex. potius facit pro opi.
Bald.Vel præſuppoſito pro vero,quòd ille tex.de iuris miniſte
rio loquatur,poteſt ſecundò reſponderi quòd tex.in d.l.in ſer-
uitute.§.petijſſe. cum ſi. ſpeciali ratione procedit in fauorem
libertatis.ne per ſolam litis conteſtationem turbetur ſtatus li-
berti,quòd eſt magnum præiudicium:vt not.in l.quia circa.ff.
de proba.& in l.cùm proponas.C.de re.cre. Et ideo mihi vi-
detur,quòd alia ratione reſponſio Bal.non ſit vera:quia fateor
quod faciens contra hominem miniſtrum legis peccat gra-
uius,q̄ faciens contra legem, qn̄ præceptum hominis concur-
rit cum præcepto legis:quia tunc militat ratio Bal. quòd duo
hic contemnuntur & lex & homo . & quia etiam iſto caſu eſt
fortior prohibitio:vt eſt doc.Bart. in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.
j.vbi dicit , quòd ſi teſtator prohibet alienationem , non valet
prohibitio,niſi inſeratur cauſa,per illum tex. Tamen vbi repe
ritur facta prohibitio a lege,ſi illo caſu teſtator prohibet, non
requiritur inſertio cauſę propter concurſum prohibitionum
legis,& hominis . faciunt pro hac parte quæ adducit Dec.in
c. perſonas.2.col.de appellatio. verſi.tertiò, concluſio prædi-
ctæ,&c.ſed in d.l.Celſus non concurrunt iſta:quia illud præce
ptum arbitri de ſoluendo intra calendas, non erat expreſſum
in l. ſed erat volūtarium ipſius arbitri:imò potius erat contra
5 legem quia † lex dat condemnatis quadrimeſtre ad ſoluendū
l.2.& 3.C.de uſufr. rei iudi.& l.4.§.ſi quis, ff.de re iudi.& in c.
quærenti.de offi.deleg.& tamen arbiter in d.l.Celſus,dat mē-
ſem.ergo non fuit illa ratio d.l. Celſus.quòd ibi durius agitur
cum homine : quia contemnitur lex & homo:quia ex prædi-
ctis patet,quòd non eſt verum . Imò attentari poſſet vnum,ꝙ
in terminis d.l. Celſus non agatur durius cum homine,q̄ cum
l.per tex.in l.ob commiſſa.& in glo.C.de adulte.& not.Bal.in
Authē.ad hæc.col.pe. C.de vſur.& in l. diuus Mar.C.de inge.
& ma.& in l.ſi ea.C.qui accuſ.non poſſ. vbi tenet quod in ter-
minis legis non purgatur mora ſicut dicitur in d.l. Celſus , de
homine , & ſic nō agitur ibi durius cum homine iſta ratione,
vt ibi dicebat gl.cum ſimilibus , vt traditur in l.ſi inſulam,de
6 verbo.oblig. † Nec obſtat, ꝙ durius agatur cum homine q̄ cū
Deo:vt d.l.ſi quis rem.§.voto.quia illud non facit ad propoſi-
tum.Nam illo caſu diuerſa ratio concurrit:nam Deus eſt mi-
ſericors,de quo ſcriptum eſt,Quotieſcunq; ingemuerit pecca
tor,non recordabor iniquitatum eius , de pœni.diſt.3.ſcelera
tor.& pium eſt,cum multis ſimilibus. homo autē quærit vin-
dictam:vt toto titulo ad Silleia.de his quib.ut indig.& bonus
textus,

textus, in lege, milites §. socer. ff. de adulte. tenet Ange. in cõsi. 244. incipiente in splendidissima, & Marcus Ant. Baue. in §. 1. in 3. col. institu. de testamen. imò contra illam glo. facit doct. Barto. in l. nunquam. §. si vi, aut clam. ff. de vsucapio. vbi dicit Barto. ꝙ si aliquis in sana mente committat peccatum mortale, & deinde effectus furiosus moriatur, non prius facta pœnitentia illius peccati, erit damnatus: & tamen secus est in sententia hominis. vt tradit Alex. in l. furiosum. C. qui testamẽ. fa. poss. vbi dicit, ꝙ si aliquis in sana mente committit homicidium deinde effectus sit furiosus, non punitur, & illa est communis opi. & sic vide, ꝙ glos. illa quam allegauit Iaso. uidetur dubia. Sed tamen regula in se est vera, quòd mitius cum lege agatur quàm cum ministro: per ea, quæ latè adducit Andr. Sicu. in repe. c. Raynal. in c. j. fo. 27. de testa. vbi istam regulã cõprobat. 17. motiuis, licèt. non aliter resoluat, & in repe. rub. de testa. in fi. col.

7 † Sed Bart. in d. l. amplius non peti. & in d. l. si insulã. & l. si libertus. dat aliam resolutionem, reprobata, vt vidistis per eum, illa ratione Cyn. & Bal. uidelicet quòd aut pœna respicit annullationem actus, & durius agitur cùm lege quàm cum homine, qualiscunq; sit ille homo: vt dicit hic Ias. ratio redditur: quia lex faciliùs potest actum annullare quàm homo propter maiorem potentiam. l. non dubium. C. de legi. & ita procedit d. l. si libertus. Aut pœna non concernit annullationem actus, sed extrinsecus venit. & tunc procedit. d. l. Celsus. & ita cum hac resolutione. Bart. resides hic Iason. Adde tu quòd hanc resolutionem Bart. sequitur Bald. sibi contrarius. in c. sicut. de coha. cler. & mulie. in 2. col. ubi formaliter dicit, quòd respectu annullationis actus, durius agatur cum lege: sed ratione pœnæ contemptus durius agitur cum ministro legis: quia viua maiestas, vel viua auctoritas ei non debet esse ludibrio. d. l. Celsus. & ista sunt vera secundum ipsum, nisi in casibus a iure expressis: & hoc idem tenet Andr. Sicu. in c. si diligenti. in 28. col. nume. 120. de fo. compet. ex ista opin. allega. gloss. in l. suggerente. C. de offi. eius qui vi. alt. ge. & Bal. in Authen. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. inducendo, vt ibi per eum. & hoc etiam tenet Ioannes de Monteferrato in repet. 2. §. Cato. in 5. col. ff. de verbo. obligationib. & Felin. c. significauerunt. in vlti. col. in ver. in quo considera. de excepti. & istam opin. Barto. sequitur Abb. in c. cùm olim. col. penul. num. 6. de arbi. & Ioan. de Monteferrato in repe. l. nemo potest, in 7. col. in princ. ff. de lega. j. Decius in l. imaginaria, in fi. ff. de reg. iur. sequitur Felin. in c. pastoralis §. fi. col. pen. de offi. delega. & in c. cæterum. col. 15. versi. restrict. de rescrip. & Præpositus in c. 1. in 3. col. quæ sit prima cau. bene. amit. in ver. feudo. Tamẽ aduerte: quia Cardi. in cle. constitutionem. §. insuper in 2. col. de elec. dicit, quòd per illam rationem Bart. non habetur adhuc clara resolutio: quia Barto. non assignat rationem diuersitatum: quare quò ad actus annullationem, durius agitur cum lege quàm cum homine: & ideo dicit ipse quòd ratio est: quia lex potest inducere formam substantialem, qua omissa actus non valet. ca. quia propter. de elec. quod secus est in homine: quia factum contra præceptum hominis non est nullum: licet contra faciens teneatur ad pœnam. ca. dilectus. 2. de præben. sed subdit ipse, quòd adhuc ista ratio non releuat, quando datur ab homine potestas cum forma: quia tunc etiam factũ contra formam esset nullum. c. cùm dilecta de rescrip. & cle. prima & ibi glos. de iu. pat. Et ideo subdit quòd tutius est tenere opi. Cyn. licet quandoq; possint reperiri casus diuersi in iure. ita dicit ibi Car. Sed aduerte: quia ista etiã resolutio non tollit dubium, nec resoluit difficultatem. d. l. Celsus; quia illa opin. Cyn. superius fuit reprobata: neq; per hoc etiam iustificatur opinio Barto. Vnde mihi non videtur, quòd ex alio illa opin. Bart. non videtur vera. quia quo ad annullationẽ actus, ita durius agitur cum homine, imò fortius quàm cum lege, probatur per doct. eiusdem Barto. in l. diem proferri. §. stari. ff. de arbitr. vbi si data sit facultas a partibus arbitro, cum hoc, vt ꝓnuntiet secundum ius: licèt ista clausula insit a iure: tamen exprimatur ab homine. & arbiter pronuntiet contra ius, sententia erit ipso iure nulla: secus verò si a iure. & ita illud dictũ Bar. sequitur & commendat Abb. in c. cùm dilecta. in 5. col. de rescrip. & Andr. Sicu. in repe. c. Raynaldus in 102. co. de testa. & Feli. in c. ius generale. j. dist. in 2. col. vbi plures alios allega. sequentes illam opi. Bart. & hoc dictum sequitur d. Anto. in c. Quintauallis, de iureiur. Fulg. consi. 61. & Io. Crotus de Monteferrato, in repe. §. Cato. in repet. in 5. col. ff. de verb. oblig. Ad idem contra Bart. facit quod not. Hosti. & alios quos refert in c. fi. de præb. vbi dicit, quòd si delegato committatur causa, vt iustitiam faciat, dato, quòd ista clausula insit a iure: tamen si exprimatur ab homine committente causam, inficit ipso iure sententiam iniustã: & sic plus operatur prouisio hominis quo ad annullationem, quàm legis: quia vbi datus est ordo, ab homine, ipso iure non valet, quod inordinatè factum est: vt dicit

8 Bald. in l. j. in j. col. C. de appel. secus si a lege. † Ad idem facit quod not. Inno. & Io. de Imo. in c. Pisanis. de restitu. spo. vbi dicit Innoc. quod si excommunicatio lata est, nõ seruata forma a iure, valet: secus verò si est data forma ab homine: quia ipso iure est nulla. Postremo contra doct. Barto. videtur in terminis decisio Hostiẽ. in c. cùm olim. de arbi. vbi vult, quod si aliquis ex dispositione legis tenetur facere certum cum consilio alicuius: si tamen ille actus fuerit factus sine consilio illius, valet & tenet actus: secus verò si tale mandatum fieret ab homine: quia tunc tale actus esset nullus ipso iure. alle. in ar. d. l. Celsus. & istud dictum approbat Andre. Sicu. in c. cum dilecta, in 18. col. nume. 128. de rescrip. & in d. c. Raynaldus, fo. 27. in 2. col. & in rubr. de testa. col. fi. & alibi sæpe. Ex quibus omnibus manifestè colligitur quod resolutio Barto. non est vera, & adhuc contraria urgẽt. Quid igitur dicendum? Mihi videtur, ꝓ nunc propter breuitatem temporis, quòd minus periculosa sit vna distinctio, quam ponit Abb. circa istam materiam. in cap. dilectus. il 2. col. fi. de præben. quem videas, quia latè loquitur, & declaro in voce. est bene verum, quod nisi suppleas aliqua, illa distinctio potest morderi. Postremo non inefficax mihi videtur æquius cogitanti illa resolutio Bartoli in d. l. si insulam. & in alijs locis supra relatis, si omnes casus æqua lance librentur. Nam negari non potest, quod sola prohibitio legis inducit actus nullitatem. text. est in l. non dubium, & ibi no. Ias. in 7. nota. C. de leg. & tamen secus est in prohibitione hominis: vt in c. si capitulo. de concess. præben. libr. 6. illa tamen resolutio Bart. debet restringi, quod procedat quando lex affirmatiuè præciperet: & secũdum hoc bene loquitur Bar. secus si negatiuè: quia tunc nulla est differentia inter prohibitionem legis & hominis respectu nullitatis: vt tradit Decius latius post Abb. declarando in ca. pen. in pen. col. de consti. & isto modo cõcordari possunt opi. Plura possent hic dici: sed modo estote contenti his paucis. Item quod dictum est alienationem factam in fraudem creditorum valere, sed posse annullari: Limitatur hic per Iaso. nisi talis alienatio fiat per manumissionem seruorum: quia talis alienatio seu manumissio est nulla ipso iure: vt §. quib. alie. licet vel non. in princ. ibi, nihil agit, &c. & ita transit hic Ias. post communiter alios. Tamen aduertendum est, quod illa non videtur limitatio ad regulam quæ ponitur in §. nostro. sed text. ille secundum regulam procedit: q̃a illa alienatio siue manumissio fuit prohibita a lege. probatur dũ ibi tex. dicit quod lex Aelię scientia impedit libertatẽ &c. vnde ea ratione, quia alienatio est facta cõtra prohibitionem legis actus est nullus ipso iure. d. l. si libertus, de iur. patr. secus si eẽt prohibitio hominis, videlicet ꝑtoris: ut hic, & hoc, q̃a agitur reuocatoria: & sic ille tex. non meretur allegari in proposito. Absolutis euidentialibus uenio ad tex. qui diuiditur

9 & summatur, vt hic per Ias. † Nota primò ibi in fraudẽ. quod prætor meritò hoc verbo vsus est: q̃a importat semper deprauatum animum: neq; fraus sine dolo datur l. iuris gen. §. sed si fraudandi. vbi no. omnes, ff. de pact. dolus vero datur bonus, & malus: vt in l. j. §. non fuit, ff. de dolo. ubi dicit Bart. quod ẽt in Deo cadit dolus bonus. Et propterea dolus se habet vt genus & differt in hoc a fraude: vt tradit Alex. in d. §. sed si fraudandi. & Barb. in c. j. commo. & acommodate per Decium in l. generaliter, ff. de reg. iu. cum similibus: vt hic per Ias. & ideo prætor non usus est isto uerbo: quia est incertum, quia est genus: vt habetur in l. incendium. C. si cer. pet. Tamen in contrarium est glo. in c. j. in versi. fraus 81. distin. quæ uult totum oppositum. Sed dicas illam gl. nõ esse ueram uel corruptam:

10 ut ex prædictis patet. † Nota secundò ibi, tradiderit, secundum Ias. ꝙ remedium istius text. competit etiam si debitor in fraudẽ creditorũ, non solum, ut hic dicit tex. rẽ tradiderit, sed etiã si dominium in alium transtulerit: per text. in l. sciens, ff. de con-

de contrahen.empt. Tamen aduerte, quod ista suppletio Ias. non est necessaria: imò est superflua: quia iste text. non loquitur, vt putat Ias. de simplici traditione: sed etiam de translatione dominij. patet ibi dum dicitur, rem suam alicui tradiderit. quæ verba clarè probant, quòd tradens erat dominus: quia illa dictio Sua, denotat dominium, l. quintus. §. argento. vbi Bart. ff. de aur. & argento leg. tradit idem Bart. in l. cum res, col. fi. C. si res alie. pign. da. fit. & ille qui dominus est, tradendo rē suā, facit dominum accipientem l. cùm manu sata. ff. de contrah. empt. & no. Bart. in l. j. ff. de act. emp. & Ang. in §. item pretiū, suprà de emp. & vend. Dictum verò Ias. procederet vno casu tātum & valeret, quando text. hic simpliciter de traditione loqueretur & res, quæ tradi deberet, consisteret in specie: secus verò in genere: quia etiam si de traditione simpliciter dictum sit, intelligitur de ea per quam res accipientis fiat, & transferatur dominium. gloss. est notabilis iuncto text. in l. qui delegato. in ver. dare. de lega. j. & tradit Barto. in l. ex empto. ff. de actio. emp. Cùm igitur text. hic clarè loquatur de traditione rei suæ, non est opus coniecturis l. continuus, ff. de verb. obli. Subdit Ias. quòd istud quod dictum est de traditione, procedit etiam si alienauerit: per tex. in l. j. §. j. & §. fin. ff. de his, quæ in frau. cred. nam prohibita alienatione prohibetur translatio omnis iuris directi, siue vtilis, siue alterius cuiuscunq; iuris. l.
11 fi. C. de rebus alienis non alienan. † Sed aduerte, quod etiam ista suppletio ad istum text. est inepta ex eo, quia istud verbum siue Dictio, Traditio, præsupponit cōtractum alienationis præcesisse tanquam necessarium antecedens, ad quē adimplendum requiritur traditio regulariter, l. traditionibus. C. de pac. nam istud uerbum generale est ad omnē speciem alienationis: & quo ad hoc vt valeat, requiritur prius necessario, vt dixi, quòd alienatio præcedat: quia aliàs traditio nuda & sine cā non valet l. nunquam nuda, ff. de acquiren. re. domi. tenet Ias. in l. singularia in 5. col. ff. si certum petatur, vt not. Alex. in l. a Titio, ff. de verborum obligationibus, & in l. si fundum. eo. tit. cùm igitur Imperator hic vsus sit hoc verbo, necessario debet intelligi ex causa habili præcedente, & sic manifestè per istud verbum cōprehenditur, & denotatur omnis species alienationis præcedentis, quæ traditionem requirit: aliàs ineptè hic Imperator daret remedium, si non esset generale. Et hoc viua ratione cōprobatur: quia quando non proceditur actualiter ad traditionem, quis non dicitur alienasse: vt notabiliter tradit Bald. in c. j. §. aut si libellario, colum. fin. quib. mod. feu. amit. & in cap. imperialem. in princ. in j. col. versicu. sed nunquid si contrahat. de probi. feu. alie. per Feder. & sequitur Ias. in l. filiusfa. §. diui. in 8. col. de lega. j. & in l. fin. C. de iu. emph. ergo sub isto verbo Tradiderit, cōprehenditur omnis alienatio: cum alienatio dici non potest, nisi fiat traditio, per supradicta, quod not. Et per hoc vides, quòd ista ampliatio Iaso. hic non est necessaria. Et dum Ias. postea subdit, quod istud quod dictum est de prohibitione alienationis non procedat, quando prohibitus alienare daret rem in pignus, vel in ea constitueret vsumfructum: per dictum Ang. in l. benignus. ff. de legib. Istud dictum mihi non videtur verum, & est contra illud, quod hic, in principio istius notabilis dicit idem Iason. alleg. text. in l. fi. C. de re alie. dum ibi dicitur, quòd prohibita alienatione prohibetur translatio omnis iuris directi vel utilis: sed constitutio vsusfructus est translatio vtilis dominij. le. in uenditione, ff. de bo. auctori. iu. poss. & est quædam constitutio seruitutis: ut supradictum est in §. æquè, post Iaso. in euidentialibus. & tamen debitor in fraudem creditorum nō solum prohibetur alienare, sed etiam seruitutem constituere, tex. est & ibi declarat gl. in verbo, non utendo, in l. alienationis, ff. de uerbo. signifi. quę pro hoc alleg. d. l. fi. ergo dicendum est illud dictum non esse verum, neq; illud quod dicit de pignore, uidetur solidū: quia in contrarium est decisio Bald. in l. manumissiones, ff. de iusti. & iure. & in l. voluntas. C. de fideicommis. Bartol. in leg. multum interest. ff. de verborum. obligatio. Abb. in capitu. fina. de reb. eccle. non alie. & in capitu. fina. de eccle. ædi. & videtur esse tex. in l. qui autem. §. apud Labeonem. ff. de his, quæ in frau. cred. cum similibus: vt declarat Felin. in cap. fina. in 4. colum. ver. uerum autem uideatur. de accusat. Minus etiam satisfacit, quod dicit Paulus de Cast. in l. in ambigua. ff. de legi. quem refert & sequitur hic Iaso. dum vult, quod non dicatur quis propriè alienare, nisi trāsferatur dominium: quia hoc est falsum. & ipse Iason hic sibi contrarius uidetur innuere oppositum in principio istius notabilis, dum ponderat hic uerbum Tradiderit. quod apertius suadetur: quia clarum est quòd ille qui vendit rem, dicitur alienare. dict. l. fina. & c. nulli. de reb. eccle. non alie. & tamen secundum communes regulas in uenditione non requiritur, quòd uenditor transferat dominium: sed quòd simpliciter tradat quando uenditio est facta de specie, vel uenditor non est dominus l. ex empto. ff. de actio. emptio. & per ea quæ dixi suprà. tamen clarum est, quòd per talē uenditionem fraudatur creditor: quia res sibi abest, & potest agere reuocatoria, de qua hic, quæ datur quando alienatio est facta in fraudem: ergo ista actio competit etiam si non est translatum dominium, sed usucapiendi conditio. Dictum tamen Paulus de Cast. posset procedere, quando non esset facta traditio: per ea quæ suprà dicta sunt. quæ omnia sunt bene notanda.

12 † Nota tertiò hic secundum Areti. argumentum a contrario sensu, quod si debitor non alienat in fraudem, non competit hæc actio: quod Ias. dicit esse indubitatissimū. Mihi tamen non uidetur uerum: quia nullo modo potest colligi hic tale argumentum a contrario sensu: quia aut debitor omnia bona in fraudem alienauit: & tunc dato quòd hanc intentionē fraudandi non habuerit, lex tamen præsumit consilium fraudandi interuenisse ex illo facto, leg. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. credit. & isto. casu non potest considerari casus in quo cessat fraus, in quo si cessaret lex, præsumitur interuenisse. Aut debitor alienat partem, & nō præsumitur quòd dolo uel fraude fecerit: quia sæpe de facultatibus suis amplius quàm in his est, sperant homines. §. in fraudem, suprà qui ma. non poss. & dicenti alienasse in fraudem, incumbit probatio: ut hic dicit gloss. j. per l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. nisi residua bona non sufficerent creditoribus præsentibus: quia tunc in dubio etiam fraus præsumeretur. & text. in d. §. item si quis in fraudem, non procederet duplici ratione. Primò, quia ibi non cōstat, quòd debitores essent de præsenti, & quòd maiorem partem alienasset. Secundò, quia loquitur ille tex. quando in ultima voluntate: ut infrà uidebimus: exceptis igitur istis duobus casibus nescio, ubi tale argumentum potest fundari: quia ultra ista duo capita, uel omnium bonorum uel partis, non datur medium: in uno præsumitur a iure fraus in dubio: in alio non, nisi eo modo, ut dixi. Patet ergo quod Aret. & Iason. hic errore labuntur, & fatua est isto casu expositio Ias. dum vult, quod istud dictum seu notabile Areti. fit indubitabile, quando non adesset fraus nec animo, neque re, neque euentu: quia respondet hoc esse impossibile, neq; posse adaptari ad uerba Areti. ex eo, quia Areti. loquitur de debitore alienante: ergo dato, quod animum non habeat fraudandi, dico quòd reipsa fraus præsumitur, quia per factum animus declaratur. c. dilecti. de appellatio. & l. pro hærede. ff. de acqui. hære. & eo ipso, quod creditores de præsenti habet, debet cogitare illam alienationē esse in fraudem, nisi tot habeat bona de quibus non obstante alienatione plenissimè posset satisfacere. & de isto casu non est uerisimile Areti. intellexisse: quia esset fatuum hoc adnotasse, & ideò teneas, quod tibi placet: quia non est vis in hoc.

Gl. j. diuiditur in duas partes. In prima declarat text. In secunda ponit vnam longam distinctionem: secunda ibi, & de
13 hac fraude. † Ex hac parte collige duo: primum est, quòd habens rem titulo oneroso a debitore alienante in fraudem, ita demum potest conueniri actione Pauliana, de qua hic, si de fraude participet. d. l. qui autem. §. hoc interdictum, allegata in gloss. Ista conclusio limitatur tribus modis per Ias. hic post alios. Primò non procedere in accipiēte a liberto in fraudem patroni: quia dato, quod ille qui accepit titulo oneroso, de fraude non participet, potest agi reuocatoria: per l. j. §. si quid in fraudem. ff. si quid in frau. pat. Huius limitationis duplex ratio assignatur hic per Doctor. prima, quia plus iuris habet patronus in bonis liberti, quàm creditor in bonis debitorum. §. in nostra, §. de successio. libert. & facilius ius defendit aliquem in conseruando sibi quàm sibi debito. Ista ratio displicet Iasoni hic, non tamen dicit quare sibi displiceat.

14 † Mihi etiam videtur inepta: quia non uideo quòd patronus plus iuris habeat in bonis liberti quàm creditor. Probatur: quia

tur. quia libertus potest donare & relinquere in fraudem patroni. lege prima. §. primo. & §. si libertus, ff. si quid in fraudem patron. debitor autem non: quia æs alienum antecedit etiam quartam filiorum, in cuius locum idem succedit, leg. Papinianus. §. quarta. ff. de inofficioso testamento. tradit latè Ias. in alio proposito. infrà numero quinquaginta. & leg. quoniam nouella. C. de inofficioso testamento. nam patrono solum dicitur debita tertia in bonis liberti, non sic creditori dicitur deberi certa pars bonorum. sed indistinctè habet omnia obligata, sed etiam si in hoc nulla videatur differentia ratione obligationis, cum vtrique competat actio ad consequendum suum debitum: ex alio tamen videtur, quòd creditor habeat fortius ius: quia patrono competit actio certo casu, videlicet quando maior est centenario libertus, vel moritur ab intestato sine liberis. dict. §. sed nostra. creditori verò indistinctè, & qualiter habet debitorem obligatum siue sit diues, siue pauper, siue habeat liberos, siue non: moriatur testatus, vel intestatus: quo casu illud dicitur esse fortius ius, quod est generalius & maioris comprehensionis: vt tradit Alexander & Modernio. in rubrica ff. si certum petatur, vbi per hoc concludunt, quòd actiones reales dicantur fortiores, & digniores personalibus: quia magis comprehendunt: quia dantur contra quemlibet possessorem: & propterea etiam testamentum de iure communi videtur esse firmius quàm testamentum militis. lege eius militis.. §. militia missus. ff. de militari testamento.

15 † Vnde alia assignatur ratio: quia patronus quando agit contra emptorem, debet refundere pretium emptori, dicto §. si quis in fraudem. creditor verò secus: & ideò si in vno grauatur, in alio releuari debet, leg. eum qui, ff. de iureiurando.

Ista ratio licèt approbetur hic per Iasonem, tamen mihi non satisfacit: quia non est verum, quòd patronus in refundendo pretium emptori, grauetur: nisi quando emptor fuerit magis patronus priuilegiatus quàm grauatus: & in hoc, iudicio meo, tanti patres grauiter in terminis errarunt: nam ista ratio bene procederet quando patronus grauaretur refundere pretium accipienti a liberto & participante in fraudem: sed hoc est falsum: nam patronus, si quo casu verum sit quod teneatur pretium refundere, ita demum refundere pretium tenetur, quando quis emit à liberto alienante in fraudem bona fide & sine dolo: quo casu priuato creditori non daretur actio aduersus talem emptorem dicta leg. qui autem, §. hoc interdictum. datur tamen patrono refuso pretio & hoc in priuilegium: quia cùm aliàs perderet rem, datur sibi hoc remedium speciale: quia si sua putat interesse rem habere, vel quia eam forsitan affectionem habet, vel vilius vendita est, subuenitur sibi: vt dando pretium emptori eam consequatur: & hoc quando emptor non participauit de fraude: si verò emptor de fraude participasset, isto casu dico, quòd omnia in patrono obseruantur, quæ in creditore dicta sunt: vt hic dicit glossa per legē, patronus, ff. de probatio. & facit bene textus in leg. si libertus, ff. de iure patr.

Imò dico tibi fortius contra doctores, quòd etiam isto casu, quando quis emit bona fide liberto alienante in fraudem patroni, quod si iusta venditio est, non auditur patronus etiam propter particularem affectionem etiam oblato pretio, ut suprà dixi ad reuocandum talem venditionem: sed per omnia in eo prædicta iura obseruantur sicut in creditore. Non obstat textus in lege prima. §. si quis in fraudem, ff. si quid in fraudem patrono. quia miror hos patres ad hoc allegasse illum text. credo in veritate, quòd de recenti non viderant: vt dicit Abbas, & Anton. de Butrig. in capitu. quia nonnulli. de clericis non residen. quia textus in dicto §. si quis in fraudem. loquitur quando libertus in fraudem patroni vendidit rem vnius dimidia iusti pretij bonæ fidei emptori de fraude creditorum ignaro: vt ibi dicit textus patronus videns hoc, vult agere beneficio lege secunda. C. de rescindenda venditi. quod remedium competebat etiam iure veteri, vt ibi patet. & probatur per iura allegata in glossa dictæ legę secunda. & in lege, in causæ, ff. de minor. §. Pomponius. quem textus ita intelligit Bartolus, in lege post contractum. columna finali. ff. de donatione. Dicit igitur ibi Iurisconsultus, quòd tali casu patronus potest admitti ad petendam rem: & tali casu erit in electione emptoris supplere iustum pretium, vel recepto pretio a patrono rem restituere: vt precisè dicitur in dicta lege secunda. ibi ergo non agebatur de remedio textus nostri, neque erat in potestate patroni, vt isti petant compellere emptorem, vt recepto pretio rem restitueret: cum hoc in arbitrio emptoris relinquatur: neque ibi emptor fuit in fraude: ut apertissimè dicit text. patet ergo, quòd ille textus nihil facit ad propositum actionis, de qua text. noster loquitur, sed de alio remedio rescindendæ uenditionis propter deceptionem valoris rei, quæ incidit in contractum: quod quidem remedium non fuit ibi: specialiter inductum in fauorem patroni, quin non possit etiam competere creditori: sed solùm hac ratione textus, ibi de patrono dixit: quia videbatur in eo maius dubium, cum certaret de lucro: de alijs uerò non cauit: quia res erat expedita.

Concludas igitur, quòd omnia remedia, quæ sunt data creditori, dantur patrono & econtra. Et sic infero, quòd creditor poterit agere contra bonæ fidei emptorem in casu dicto §. si quis in fraudem. videlicet quando debitor minus iusto pretio in fraudem vendidit, sicut potest agere patronus. Ratio est: quia in eo, quòd plus res valet, reperitur emptor locupletior, & dicitur hic ex causa lucratiua. vt est tex. notabilis quem ibi exemplicat glos. in leg. apud Celsum §. auctoris autem, ff. de exception. doli. facit textus in lege prima. §. si is qui quadringenta, ff. ad Trebel.

16 † Secunda sit conclusio ex glo. quòd habens rem titulo lucratiuo, potest conueniri actione de qua hic, dato quòd de fraude participet. lege penultima. C. de reuo. his quæ in fraudem credito. cum alleg. in gloss. ratio assignatur. hic per docto. & Iason: quia non est par eadem ratio lucrum amittere & damnum sentire, lege fina. §. licentia. C. de iur. delibe. & lege fina. C. de codicil. & bonus textus in leg. Proculus, ff. de damno infecto

Aduertendum est, quòd ista ratio militaret eo casu tantum quo lucrum non fuisset acquisitum, vt cùm est in spe: quia tūc lucrum amittere, non est damnum sentire: vt loquitur text. in leg. qui autem. in principio. ff. quæ in fraudem credi. secus verò est, quando lucrum acquisitum est, & radicatum: quia tale lucrum perdere, dicitur esse damnum, leg. liberto octuaginta, ff. de bon. libe. cum multis concor. ut per Alexand. in lege si fideiussor. §. in fideiussorem. in secunda columna, ff. qui satisd. cogantur.

Et sic uidetur, quòd ista conclusio glosse restringenda sit: quod esset nouum in hac materia. Tamen tu aduerte, quòd ratio text. in leg. qui autem. §. similique modo. & lege finali. §. licentia. hic allegat in gloss. uidetur concludere etiam post lucrum acquisitum, dum dicunt aliud esse, dum lucrum extorquetur, aliud dū damnum infligitur. nam illud uerbum. Extorqueri, denotat lucrum esse translatum & radicatum. capit. conquerente. de cle. non resid. lege finali. C. ne fil. pro. pat. & l. fideicommissa, §. si rem. de lega. 3.

Et ideo pro concordia istorum iurium posset dici, quòd licet amissio lucri & radicati & acquisiti dicatur damnum, illud non est propriè: quia damnum est diminutio patrimonij, lege tertia. ff. de damno infecto, quæ ratio cessat isto casu. Est bene verum, quòd licet damnum propriè non sit: est tamen incommodum tale lucrum perdere. ita notabiliter dicit Bartolus in lege secunda. in gloss. suspectum, ff. soluto matrimo. & declarat ibi latiùs Alexander in quarta columna, & in hoc est differentia inter lucrum spe & re.

17 † Vel secundò potest dici, quòd illud quod dicitur lucrum radicatum perdere esse damnum, procedit quando dicitur radicatum per successionem plurium personarum: vt propriè loquitur dicta lege liberto. quia tunc uidetur mutare naturam lucri & transfundi in speciem propriorum bonorum: argumen leg. Titius, & quod ibi notat Bartol. ff. ad Trebellia. & lege. sed & si plures. §. filio, de vulgari, & pupillari. & tradit Barto. in rubrica, ff. de acquir. hæredi. in princip. in quibus locis habetur, quòd postquam hæreditas est adita & acquisita ipsi hæredi, mutat nomen hæreditatis & trāsfunditur in patrimonium ipsius hæredis, & sic illud lucrū aliter iudicatur in per-

persona primi acquirentis, quàm in persona secundi: & ita illum text. videtur intelligere Alexand. in leg. si mihi & tibi. in principio, columna finali, de legatis primo. & ita ibi resoluit textus in dicta lege qui autem. & plures alios intellectus patitur ille textus, in dicta lege liberto. ut ibi refert Iason & Moder. ampliatur illa conclusi. 27. Iason. hic post Angelum Areti. quod procedat etiam si tempore contractus iste qui habet ex titulo non oneroso, fuisset in bona fide: dum tamen tempore traditionis esset conscius fraudis: mouetur per gl. quam dicũt singularem in l. qui autem §. hoc interdictum. in uersi. cessare, ff. quæ in frau. cre. sed ego multum miror de istis patribus facere differentiam isto casu: nam in primis glos. in d. §. hoc interdictum. non loquitur in causa lucratiua in qua à fortiori est inductum, ut etiam si nunquam de fraude participet habens tali titulo: tamen reuocatur res ab eo per dicta iura l. penul, C. de reuo. his quæ in frau. cre. & illa differentia an quis fuerit in bona fide uel tempore contractus uel traditionis, adhibetur in contractu emptionis, & sic titulo oneroso: ut tradit idẽ An-
18 gel. in §. si quis à non domino. in prima glos. suprà de re. diui. & in §. actionum. colum, ij. infra eod. & est text. in l. si existimans, ff. pro soluto & l. si is qui pro emptore. §. si. ff. de usucap.

† In eadem glos. ibi l. omnes. §. Lucius, habes ex gloss. quòd debitor alienans omnia bona, dato quòd consilium fraudis non admiserit: tamen lex præsumit eum in fraudem alienasse: & ideò siue sciuerit siue ignorauerit, illi qui acceperunt conueniuntur ista actione. ita dicit text. in dicta l. omnes §. Lucius. quem ad hoc idem allegat Soci. in consilio ccxx. uisis compromisso. in iij. columna, in secunda quæstio. Tamen ille text. in donatione loquitur, prout ibi dicit Bartolus post alios, quos allegat. & idem Bartolus in l. qui testamentum, ff. de probatio. post glos. ibi quòd ex qualitate personarum hoc apprehenditur: nam filijs & libertis tradidit: ut ibi dicitur: quæ qualitas personæ facit præsumere donationem potiùs quàm contractũ onerosum: ut dicit Bartol. in l. cùm quid. in pen. colum. ff. si cer. peta. Felin. in capi. si cautio. in prima colum. de fide instrum. Alias de natura illius uerbi, tradidit, esset importare omnem alienationem ut supra dixi in secundo notabili. per textum in l. traditionibus. C. de pact. & hoc fortè uoluit dicere gloss. hic dum dicit quòd ille text. procedit quando omnia bona alienauit: & sic utitur uerbo generali alienauit, quod importat omnem modum translationis d. l. fina. C. de non alie. Et istud de plano procedit attenta ratione d. §. Lucius. dum uult competere reuocatoriam. etiam si illi qui acceperunt bona, ignorauerint fraudem: quæ uerba clare innuũt text. loqui in donatione, & sic in titulo lucratiuo in quo non fit distinctio an sciuerit uel ignorauerit is qui accepit: ut dicit hic glos. in princ. Per quod manifestè apparet quòd d. §. Lucius. non procedit in uenditione omnium bonorum, in qua licet fraus præsumatur ex parte uendentis, non tamen præsumitur ex parte emptoris habentis titulo oneroso, nisi probetur iuxta l. quoties. §. qui dolo. de probat. & ideò hac actione non tenebitur l. ait prætor §. si quis particeps, ff. quæ in fraud. credito. Et per hoc redditur dubia gloss. & doctri. Bar. in l. qui testamentum, ff. de proba. cum similibus, qui voluerunt quòd dict. §. Lucius. procederet in emptione & venditione nec etiam releuat neque tollit dubitationem illa restrictio, quam ponit hic Iaso. quæ fuit prius Andr. Barba. in apostil. ad Barto. in l. post contractum. in prima colum, ff. de donat. & ibidem etiam tenet Alex. & ante ipsos Io. de Imol. ibi quẽ sequitur Soc. in cõsi. xiiij. circa dubia &c. in secunda colum. in quarto uolu. videlicet, quòd dict. leg. Lucius. procedat quando venditio omnium bonorum esset facta longe minori pretio quàm valerent bona. quo casu resultat præsumptio simulationis & fraudis: vt habetur in capi. ad nostram. de emptione & venditione: quia dico, quòd non est
19 verum † nam in contractu quo ad hoc, vt simulatus iudicetur, requiruntur tria: vt latè tradit Barthol. Veronen. in tractatu de simulatione contractus, in sexto principali casu vel ad minus duo, scilicet paruitas pretij & pactum de retrouendendo: vt dicit Abbas in dicto capitu. ad nostram, cum multis concor. vt per Thomam Ferrarium in cautel. decimaseptima. Et ideo isto casu dabitur remedium lege prima. §. si quis in fraudem, ff. si quid in fraud. patro. videlicet vt suppleatur iustum pretium vel res restituantur recepto pretio: per hoc tamen venditio tantum fuerit facta minori pretio non arguitur in dubio dolus emptoris, nisi probetur: quia posset emere bona fide: vt quando dolus incidit re ipsa: quia tunc non dicitur propriè fraus nec dolus: vt tradunt omnes in leg. si quis cum aliter. de verborum obligatione, vt dicitur in dicto §. si quis in fraudem. & lege si debitor, ff. quæ in fraudem credito. & quia istud esset diuinare ad dict. §. Lucius. Et ideo cogitabam quòd possit saluari gloss. in dicta lege, qui testamentum. cum similibus, quòd procedant vno casu, videlicet quando venditio omnium bonorum per debitorem esset facta consanguineo, vel coniuncto: qa ipso casu ex parte vtriusq; præsumeretur fraus ex parte venditoris, non est dubium per dict. §. Lucius. ex parte verò emptoris, quia præsumitur a iure, ꝙ tanquam consanguineus sciuerit facta consanguinei propter coniunctionem: argumen. leg. octaui, ff. vnde cogna. præsertim cum text. in dicto §. Lucius. loquatur de filio naturali. de quo habetur vrgens præsumptio scientiæ: vt tradit Iason in lege exigendi. C. de procurato. ideo in casu in quo loquitur dicto §. Lucius. videlicet in filio, vel alio coniuncto, bene procederet talis ampliatio: & ita singulariter istum passum seu difficultatem videtur intelligere Bartol. in leg. post contractum. in prima columna, versicu. quid de venditione, ff. de dona. licet doctores hic non aduerterint, & hanc declarationem ad dictã legẽ, omnes. §. Lucius. clare firmat Vitalis de Cambanis doctor subtilis, in tracta. clausula. in titulo de fraude. fol. centesimoquadragesimosecundo. in quarta columna secundum paruam impressionem. vel dicas postpositis omnibus, quòd opinio gloss. & Bartol. in dicta lege qui testamentum. est verior. nam licèt verum sit, quòd dolus in dubio non præsumatur, & quod dolus re ipsa nõ sit proprie dolus: tamen illud fallit, nisi appareat enormis læsio, prout est in dicta leg. Lucius. quia tunc bene præsumitur dolus vt notat Bartol. in lege fina. suprà de prætor. stipulat. cum similibus: vt tradit Alexand. in lege si superstite. C. de dolo. & idem Roman. in consilio quingentesimoquarto. visis. columna fin. & in consilio nonagesimo. uiso themate. in fin. Petrus de Ancharano, in consilio trigesimooctauo. pro clariori. & Andr. Sicu. xliij. columna septima libro primo, & ista uidetur esse ratio verissima & fundamentalis dictæ leg. Lucius. neque satisfacit quouismodo illa ratio, quòd ideo in dicta lege Lucius. præsumatur dolus ex eo, quia fuit contractum cum consanguineo, qui præsumitur scire facta consanguinei: quia dico hoc non esse verum: quia in his, quæ sunt facti, ꝓsumitur potius ignorantia quàm scientia etiam in coniunctis: vt tenet expresse Baldus in lege quoniam. C. de iur. delibe. & sequitur Decius in consi. ij. in secunda parte. cùm igitur isto casu simus in facto, non potuit haberi illa coniectura scientiæ in dicta leg. Lucius. ex qua posset argui dolus.

20 † Et dicta leg. omnes. §. Lucius. procedit etiam si omnia bona alienata non fuerint, sed maior pars: vt est glossa singularis secundum Iason hic, in leg. nomen, §. filio. de legatis tertio. cum similibus: vt hic per eum. facit quod dicit idem Iaso. post Lancelo. Decium in lege prima, in secunda columna. C. de pact. dum discutit intellectum leg. si vnquam. C. de rer. do. & in l. cum accutissimi. in secunda columna. C. de fideicom. & in l. generaliter. §. cùm autem. in princi. & in ij. & 5. colum. C. de institu. & substi.

Tamen aduertendum est, quòd istud dictum non procederet in titulo oneroso, non probata fraude, nisi in casu, vt suprà dixi. in titulo verò lucratiuo in quo expeditum est: aliàs autem non debet fieri iniqua interpretatio fraudis in dubio, quando quis habet titulo oneroso: argumen. leg. meritò. ff. pro socio. & ita vult gloss. in dicto §. Lucius. in verbo vniuersa. quæ tenet, quòd ille text. non procedat in alienatione partis bonorum.

Item procedit dicto §. Lucius in alienante melioramenta: per text. quem dicit, hic Angel. Areti. singularem in leg. summa in principio. ff. de pecul. cum alijs hic allegatis per Iason, & ad idem commendat Andr. Sicul. in tract. de præstan. Card. in tertia quæstione. j. partis, in decimaquinta colum. & eandem opin. tenet per illum text. dominus Vitalis de Cambanis

nis in fertili tra. clausularum, in clausula, an reductioni ad arbitrium boni viri, &c. fol. 227. secundum paruam impressionem Parisien. vbi alios commendantes ad hoc illum text. & Roma. in repe. rubricæ, ff. de arbitr. fol. 7. in 2. colum. Areti. in §. in fraudem, suprà quib. alie. licet. Tamen dicit, hic Ias. quod ille text. non probat hoc, & mihi etiam ita videtur: & ita expressè tenet Alexand. in l. in quartam. in septima colum. nume. 14. ff. ad leg. Falcid. vbi subdit, quòd ille text. bene est singularis ad hoc, quod dicit de intricatione rationum, quæ arguit fraudem: quod facit contra istos secundum eum, qui post requisitos plures creditores rationes intricant, & de bonis suis diuersimodè disponunt: & ita etiam tenent ibi Moder.

Dictum tamen de rebus preciosis, in se uerum est: nam si alienans maiorem partem pręsumitur esse in fraude, ut supradictum est, eadem ratione, & a fortiori res precisiores occultans præsumitur in fraudem: quia si sunt preciosiores cęteris, dicetur alienata maior pars bonorum. Cogitabam etiam si posset dici, quòd text. in d. l. summa. posset probare assumptum Angeli isto modo: quia ex quo text. præsupponit intricatum peculium & occultatum, datur intelligi, quòd res preciosę fuerint: quia magnitudo rei pensatur ex affectione animi: argumen. text. in l. si in emptione, ff. de minor. & quę tradunt doct. i l. in actio. ff. de in lit. iu. & in l. unica. C. de sen. quæ pro eod. quod inte. facit etiam text. in argumen. in cap. si te. de renunc. libr. sexto. & habetur in capitu. & si quæstiones. de simon. & quia peculium forsitan in pecunia consistebat, quę cęteris rebus dicitur esse preciosior, Cùm omnia per pecuniam facta sunt, & sine ipsa factum est nihil: ut dicit Bald. l. 2. C. de constitu. pecu. & illa solet abscondi & conseruari tanquam fideiussor pro futuris calamitatibus l. chorus. de legat. 3. & iuxta illud, in pretio pretium nunc est &c. Fateor tamen quod etiam iste intellectus in totum non satisfacit: tamen ut pręfati docto. defendantur, licitum est aliquo modo diuinare, ubi ratio maximè concurrit. Item ampliatur tertio dict. §. Lucius. in quo quis non vno tractatu omnia bona alienaret, sed minutatim. ita tenet Bartol. in leg. nomen. §. filio, ff. de legat. 3. cum alijs allegatis, hic per Iason, quæ prius adducit Alexan. in apostil. ad Barto. in dict. §. filio. vbi opponit contra istam ampliationem de doctrina Barto. in l. si peculium. la 2. ff. de pecul. lega. vbi dicit Bartol. quòd multum distet, an quis omnia bona vendat vno tractu, an particulariter & minutatim: quod inducit ad quæstio. patriæ suæ: nam est ibi statutum, quòd emens omnia bona debitoris, teneatur ad debita soluenda, dicit Bartol. quòd vt quis posset euitare illam pœnam statuti, poterit emere minutatim bona, & non vno ictu: quia tali casu non procedat statutum. ita in proposito est dicendum quòd dict. l. omnes §. Lucius. quæ loquitur de alienatione omnium bonorum, non procedet, quando bona particulariter vendita fuerint. & ita illam doctri. Barto. in dict. leg. si peculium. vltrà ibi tradita per Alexand. pro singulari commendat Ludo. Roma. in singulari 558. incipien. de hoc hodie. & in pulcha quæstio. adducit pro singulari Ias. in leg. prima. in secunda colum. numero tertio. C. de repu. hære. Sed pro prima opin. quæ videtur esse communis, consuluit Petr. de Anchara. sequens Bartol. in dicto §. filio. in consil. 57. incipien. quidam in prima columna. Et pro ista opin. vltra alios mihi videtur esse text. in ratione sui, in cap. tres sunt. de pœni. distinct. j. ante fin. vbi di-
22 cit text. quòd † ita nos grauant plura peccata minuta simul postea collecta, quemadmodum vnum grande peccatum: pro quo gloss. ibi alleg. text. in argumen. in leg. necessario, §. si quis sæpius, ff. ex quib. causis maio. & l. si plures. §. cumulum, ff. de pactis. subdit posteà ibi text. ponens hæc verba, quid enim interest ad naufragium vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, impleat nauem atque submergatur? ita hic dicendum est, quòd nihil interest, an totam substantiam suam quis distrahat vna uice, an paulatim ad illum finem deueniat: vt est doctri. Barto. in l. inficiendo, §. infans, ff. de furt. nam sine habito non est curandum de modo, leg. cùm seruus, ff. de verborum obligatio. lege tertia. C. de institu. & substitu. nam clarum est, quòd vtroque modo creditor reperitur defraudatus: & ab euentu res iudicatur, leg. quædam, ff. de reb. dub. & leg. sed an ultimo. in fin. ubi est glossa nota. ff. de nego. gest. cũ similibus.

& sic uides pro ista opin. quòd opin. Bartol. in d. l. si pretium. confunditur. ad idem pro hoc facit quod not. Alexan. in l. scire debemus. in fin. princ. & ibi Ias. ff. de uerbo. obligat. ubi cõcludunt, quòd si ille qui uult donare magnam quantitatem, donat plures quantitates quæ de per se non requirunt insinuationem, præsumitur esse in fraude: & ideò iudicari debet pro una donatione ex una quantitate, quo ad hoc, ut insinuari debeat: pro quo alleg. Bart. in l. Modestinus. in fine, ff. de donati.
23 & alia de quibus ibi per eos. † Sed tamen pro concordia istarum opi. tu dicas quòd aut debitor alienauit particulariter & minutatim omnes res uno & eodem tempore pluribus personis, ut puta, Titio unam domum, alteri uineam, & sic de singulis: & isto casu procedat tex. in d. l. omnes. §. Lucius. & doc. Bar. in d. l. nomen, §. filio. cum sequacibus. Ratio est: quia tales alienationes, quæ tempore fiunt, pro una reputantur: quia quæ incontinenti fiunt, inesse uidentur, l. lecta, ff. si cer. peta. & ex uicinitate actus dolus arguitur, argumen. eorum quæ not. Bartol. in leg. si ita. §. final. ff. de fund. instructo. facit text. in lege si uentri. §. final. ff. de priuileg. credito. Aut uerò illæ particulares alienationes ex interuallo factæ sunt: & tunc dico procedere doctrinam Barto. in l. si peculium. pro quo bene facit tex. subtiliter ponderando in l. scire debemus. de uer. obl. & ratio uidetur isto casu: quia tũc debitor potius uidetur hoc facere ex magna necessitate cui subueniri putabat de die in diem per uenditionem unius rei, quæ postea non dato alio suffragio non sufficiebat: & ita accidit paulatim, ut quod diminuere non intelligimus, transire sentimus: & maxime hoc in dubio procedit. Et pro ista distinctione allego tibi doctrinam notabilem Bal. in simili, in l. quicunque in j. colum. uersi. ij. no. & uersi. item facit ad quæst. C. de ser. fugi. vbi uult Bal. quòd si aliquis continuato proposito sæpius cognoscit uxorẽ alicuius, non dicitur committere nisi unum adulterium, & pro uno punitur: secus si ex interuallo eam cognosceret non continuato proposito: quia reputarentur plura adulteria: & idẽ est in producente falsos testes: ut ibi per eum. & istam doctrinam Bald. multum commendat Felinus alia allegans in c. sicut. de testi. in j. colum. per quem in simili tu poteris præfatam quæstionẽ terminare & alias plures. ꝓ quo uide ulterius latè Hyppolitũ de Marsil. in l. si. col. 3. uersi. item ad quæstionem, ff. de sica. ubi plura ad propositum scribit per duas col. quæ per te uideas cõprobando maximè illud dictum Bald. ad quem omnia supradicta addere poteris. Deinde hic Ias. sumpta occasione satis superuacua cumulat plures modos præsumptionis doli, quæ per te uideas: quia sunt extra glos. quos latè ultra ipsum sequitur solemnis doctor Vitalis de Cambanis in trac. clausula. fol. 48. fol. 141. secundum paruam impressionem, ubi plures coniecturas ponit circa text. in d. l. omnes. §. Lucius. & hoc idem facit Aretin. in §. in fraudem supra quib. alie. licet uel non. Ad unum tamen aduerte quòd licet in prædictis casibus & coniecturis detur creditoribus remedium istius text. ut prius fiat excussio bonorum per reuocatoriam &c. Tamen ubi donatio omnium bonorum esset facta, non requireretur iste circuitus: sed indistinctè posset donatarius per creditores conueniri: ita notabiliter istam materiam declarat Guido Papæ in decisione parlamenti Delphinatus quæst. 105. alleg. gl. in l. ij. de hære. uel ac. uen. & tex. in simili in l. si maritus. in secundo re-
24 sponso, ff. de fun. do. quod est multum notandum. † In eadem glo. ibi §. in fraudem. colligitur ex ista parte glos. quòd ignorãtia proprij patrimonij in actibus inter uiuos est tolerabilis. Hoc tamen est uerum secundum Bart. in authen. cum testator. C. ad l. falci. in ultima uoluntate, in qua loquitur text. in d. §. in fraudem. ratio est: quia in supremo uitæ exitu quis non reperitur liber neque expeditus, ut res plures memoria consequi possit. l. hac consultissima. §. at cùm humana. C. de testa. quæ ratio nõ militat in actibus inter uiuos: & ideo text. in d. §. in fraudem. in ultima uoluntate intelligitur. Ias. hic grandi supercilio reprehendit opi. Bar. dicens nõ esse verum quòd text. in d. §. in fraudem. loquatur tantum in actibus morientiũ, sed etiã in actibus uiuentiũ: ut hic intelligit glo. & ille tex. uidetur probare referendo eum ad principium: pro quo est etiam tex. qui non potest euitari secundum eum in l. in fraudem, ff. qui & à qui. non tamen per hoc assignat Ias. aliquam rationem concludentem siue ponderationẽ illorũ iuriũ. Tñ pro ista opi. pon

dera tex.in dict.§.in fraudem. in ratione sui ibi, sperant homines &c. ista enim verba magis conueniunt viuentibus superstitibus quàm morientibus, iuxta illud. Spes pascit agricolas & leg. fina. vbi est text. C. de pac. videtur doctrin. Bart. in leg. si vxor. §. diuus. ff. de adulte. & §. ex conditionali, suprà de verbor. oblig. quia viuentes sperant, morientes verò iam amplius sperare non possunt, neq; velle, l.j. C. de sacrosan. eccl. nã constituti in articulo mortis pro mortuis reputantur: licèt habeant sana interualla & multis diebus superuiuant, dum tamen ex illa infirmitate decedant: vt dicit Iason in d.l.j. col.5. versi. adde in quantum. & in leg.j.§.j. col.3. ver. quis autem, ff. si quis ius di. non obtemp. & alibi sæpe, allegat text. quem dicit singularem in leg. alumnæ. §. fin. ff. de adimen. legat. & facit optimè text. in l. qui duos, ff. de manu. testa. quamuis prò & contrà super hoc multa cumulet Andr. Sicu. in repe. rub. C. qui admi. in 61. col. Item pondero tex. in d.l. in fraudem, ff. qui, & a quibus ibi dum dicit, ꝙ frequenter accidit his qui transmarinas negotiationes, &c. quæ verba innuunt actum esse inter uiuos.

25 † Tamen omnia ista euitari possunt, cùm illa verba, sæpe de facultatibus suis amplius quàm in his est, sperant homines, vtiq; in actibus morientium militant. In quo articulo magis propensiores esse creduntur morientes ad dãdam libertatem seruis propter attritos labores & seruitia plurima: & hoc innuit tex. in d.l. in fraudem. sperantes, ꝙ post mortem ipsorum adhuc bona per filiorum, vel aliorum hæredum industriam crescent. Et quia illa ratio, quæ est generalis, militat tam in actionibus morientium quàm viuentium: ergo generaliter in utroque casu habebit locum. de hoc est in simili notabilis decisio Philippi Decij in consilio 260. incip. quærit breuiter. col. fin. vbi concludit, quòd dispositio l. qui autem. in princi. ff. de his, quæ in frau. cre. quæ loquitur in lucro hæreditatis vel legati, habet locum in lucro dotis propter generalitatem rationis, vt ibi probatur. Nec obstat, quòd morientes non habent spẽ: quia hoc est falsum: quia spes omnis communis est, & nullus est adeò confractus viribus & decrepita ætate grauatus, vt nõ adhuc credat per annum viuere: vt eleganter dicit D. Hieronymus in secunda parte epistolarum titulo tertio, epistola 40. licèt quod Hieronymus de anno dixerit: Seneca in secunda parte epistolarum ad Lucillum epistola prima, de die dicat: imò dicit lex, quòd nullus est adeò, senex, quin præsumatur uiuere per quinque annos: quam ad hoc ibi ponderat Paul. de Cast. & Alex. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. & tamen nemini dubium est, quòd senes dicuntur esse in periculo mortis: vt dicit Imo. in c. si. ut lit. non constet. & facit quod dicit Abb. in c. magnæ. de voto. patet igitur, ꝙ illa verba sperant, etiã in morientibus verificari possunt. Vnde reperio quòd Aretin. in consilio 47. incip. visis diligenter, &c. in 1. colum. aliter impugnat Bart. in d. Auth. sed cùm testator. dicens, quòd præsupposito, quòd tex. in d.§. in fraudem. loquatur in ultima uolũtate: non tamen satisfacit consideratio sua: quia ratio Bart. militaret qñ aliquis fecisset testamẽtum in vltimo mortis articulo: quia eo tempore obliuio quàm facilè præsumitur. & isto modo procedit tex. in dict. l. hac consultissima. §. at cum humana. sed hoc non procederet quando in sanitate qui testamentum fecisset: quod frequentes accidit: ut colligitur ex dictis Ias. post Bal. & Saly. in l.j. in 4. col. versi. nunc uidendum. C. de sac. san. ecclesi. quia tunc non potest dici, ꝙ testator mortis cogitatione turbatus non recordetur de rebus pertinentibus ad se. & ita per istam rationem Bart. reprehendit Ang. in d. Auth. sed cùm testator. imò subdit Areti. ꝙ non est uerum, ꝙ testator etiam in infirmitate præsumatur immemor de pertinentibus ad se: vt est text. in l. filio. ff. de adimen. lega. quem ad hoc idem Andr. Sicu. alle. in c. ab excommunicato. 32. de rescri. & ideo ipse cõcludit, ꝙ generaliter præsumatur ignorantia proprij patrimonij, siue in actu ultimæ voluntatis, siue inter uiuos ad excludẽdum præsumptionem fraudis, pro quo allegat tex. in §. preualuisse. suprà qui ma. non pos. & §. si quis autem. & §. si verò expressum. & ibi glo. in Auth. de hære. & Falci. Et quod in simili dicit Bart. in l. quoties. ff. de hære. instit. vbi uult, ꝙ si notarius aliquid dictum a se, uel a partibus omittit in scriptura, præsumitur hoc fecisse per errorem: pro quo dicto plura congerit Iason in l. singularia, in 19. colum. ff. si cert. peta. & in l. errore. C. de testamen. Tamen istis nõ obstantib. mihi videtur quod opinio Barto. sit verior: uidelicet quòd dispositio d.§. in fraudem, in actu morientium intelligatur, quòd ita ostendo: quia clarum est, quòd in actibus uiuorum ista est regula, quòd ignorantia proprij patrimonij non præsumitur: per text. in le. quisquis. C. de rescind. uenditi. & l. quanquam. ad Velle. capitu. ab excommunicato. de rescri. tenet Corneus consi. 40. col.3. in 4. volu. & ideo sperare quis non potest amplius quàm habeat: cum debeat esse certus: quæ ratio non militat in ultima uoluntate, vbi propter acerbitatem morbi quis multoties legat amplius quàm sit in suo patrimonio: ut in l. qui quadringenta. ad leg. Falcid. per rationem quam assignat Barto. in dict. Authẽ. sed cum testator. ex text. l. hac consultissima, §. at eum humana. Neque obstat, quod dicit Aret. quòd illa ratio non militat quando quis testaretur sanus: quia respondetur, quòd ille casus

26 nõn consideratur † a communiter accidentibus, iuxta le. nam ad ea. ff. de legib. prout in simili casu tradunt Moder. Hispa. in l. quidam relegatus. in 9. & 15. col. ff. de re. iu. & Decius in leg. prima in tertio notabili. ff. de reg. iur. & ideo uidemus quod lex prouidet mulieri, quando intercedit pro alio, non quãdo donat: ex eo, quia raro deuenit ad illam liberalitatem, & si aliquando possit non contingere: tamen remedium Velleiani non habet locum in illo casu contingenti de raro. l. sed si ego. in fina. ff. ad Velleia. cum similibus, & ita hic est, dicendum, ꝙ licet accidat aliquando, quòd quis testamẽtum faciat in sanitate: tamen quia lex frequenter considerat, quòd fiat cogitatione mortis præambulæ, & sic in infirmitate. dicta §. at cũ humana. & lege, quãquam, & l. iubemus. C. de testamen. ideo ille casus sanitatis non consideratur. & ideò fortè hac ratione voluit Bar. in l. prima. C. de sacrosanctis eccle. in ix. columna, versiculo, quartò quæro quid si sanus animo: quòd dispositio dictæ l. primæ, non habet locum in eo, qui testamentum facit in sanitate. sic ergo attento illo tempore communiter considerato potest sustineri ratio Bartoli, quòd propter illam causam præsumatur obliuio: licet aliquando accidere possit, ꝙ quis non obliuiscatur: vt quando testamentum facit in sanitate. & ista ratio videtur solida, quæ comprobatur per tex. in c. fin. qui ma. accus. possunt. suadetur vlterius dictum Bart. quia clarum est, quòd in ultima voluntate differens ratio est, quare obliuio possit argui potius quàm in contractibus, arg. tex. suprà de aucto. tuto. in princi. quia vt plurimùm actus ultimæ uoluntatis sunt impliciti: & in factis implicitis etiam inter uiuos præsumitur obliuio, per ea, quæ dicit Bart. in l. si quis delegauerit. ff. de noua. & in l. quod iussit in fi. ff. de re iudi. quæ ratio multum militat in hoc casu, ex eo, quia præsumitur uelle mori cum illo testamento ultimo. Bald. in l. omnium. circa fin. C. de testamen. & non potest esse certus talis testator etiam si in sanitate testetur de certa quantitate sui patrimonij, ex quo potest postea superuiuere, & plura bona alia acquirere: quæ bona futura censentur deducta in illo testamento, & si esset factum tempore paupertatis, cum quo præsumitur velle mori: vt in notabili casu tradit Pau. de Castro, & Iason in l. sancimus, per illum textum. C. de testamen. facit le. Titius Lucius. §. hæredem. ff. ad Trebellia. secundum quòd inducit Bartol. & Bal. in rubrica. C. de verborum significatione, in vltima quæstio. & Cremo. in notabili 23. incipien. quidam ditissimus, sed clarum est quod futura bona perpendi non possunt: igitur de illis non est determinata veritas. dict. leg. C. qui accusa. non pos. & not. in leg. antiqui. C. si pars hæ. peta. cum similibus, vt per Soci. in consilio sexto prædicta in prima columna. libr. primo. ergo in illis præsumatur ignorantia. & sic isto casu bene uerificabuntur verba dict. §. in fraudem, & opin. Barto. erit vera: pro qua vlterius est decisio Angel. in §. illud quoque. in Authenti. de trien. & semis. & opinio Barto. sequitur quidam Moder. vocatus Robertus Venusinus. in repeti. leg. is potest. numero 288. ff. de acquirendi. hæredita. & Angel. Areti. in dicto §. in fraudem. & ita quidam Moder. repe. dicunt istam opinionem, & intellectum communiter approbatum, in lege prima. in decimaquinta columna. ff. si certum petatur. non obstant adducta per Areti. quia illud negari potest. quia ille text. quem ipse pro opi. sua allegat, est ille super quo disceptatur. Nec obstat dictum Bar. in d.l. quoties. §. si. quia ideo ibi præsumptio capitur in bonam partem: quia nulli inferebatur præiudicium: aliàs contrarium esset dicendum. per ea, quæ decidit Abbas, in c.

in capitu.cùm in iure, in primo notabili.de offi. delega.& in capi.j.de cle.non resi.& Feli.in cap.fin.in 3.c olum.versi. fallit primò.de præsump.& per ista possunt resolui dicta sua: licèt de facili vtraque pars sustineri posset comprobando d.Areti. ex not.per Alex.& Pau.de Cast. & latius repet.in l.is potest,ff.
27 de acquir. hære. † In eadem gl.ibi.& hæc distinctio per omnia,&c.ratio istius gloss.redditur hic per Ias.post Areti.quam videas.ego autem dico, ꝙ ideò patrono prædictis casibus cõpetit reuocatoria,propter priuilegia plura,quę sibi concedũtur a iure in premium libertatis,quæ pretio numerato æstimari non potest.l.libertas.ff.de re iudicata.quæ enumerat quidã Paulus de Citadinis in suotractatu iuris patrona.fol.28.& ꝗa consonum est, ꝙ qui in vno grauatur,in alio debeat releuari.l. eum qui,ff.de iureiur.sed patronus grauatur in hoc, ꝙ post datam libertatem tenetur ad alimenta ipso liberto, dum eget: aliàs priuatur iure patronatus. captu.j. de infan.& langui.vbi Abb.& l.vnica.§.sed scimus.C.de lat.libertate tollenda. l.nemini.C.de epis.audien.& l.j.§.pœna.ff.de libe.agno.latiùs in l.nec filium.C.de patr.po. igitur consonum esse,vt in bonis liberti asignetur patrono certa portio, quam posit vendicare:sicut creditor suam, cùm fortior dicatur ista obligatio rationibus supradictis. In eadem gloss.ibi, in vltima voluntate, habes ex glo. ꝙ legata relicta in fraudem creditorum vendicantur ista actione:quod dicit Ias. nõ habere dubium per textum,quem non uiderunt doct.in l.qui autem.§.penul.ff.quæ in frau.credi.Adde text.in l.ait prætor.§. si fraudator.ff.quæ in frau.cre.facit tex.in l.primo gradu.eod.titu. Tamen aduerte: quia per hoc Iaso.non resoluit contrarium, l.si vniuersæ.C.de lega.probatur, ꝙ si testator reliquerit legata in fraudem creditorum,quòd sunt nulla ipso iure:& per cõsequens remedia istius text. quæ requirunt rescisionem alienationis, non procedunt in legatis, Quòd autem legata ipso iure nõ valeant ex illo text. satis suadetur:in verbo nihil de cuius natura est annullare actum ipso iure.l.si.C.de nat.libe. & ita dicit Are.post Bald.in l.si.ff.de libe.& post. cum concord. quæ dedi suprà in prin.istius tit.nu.4.& 5. alia congerunt Moder.repe.in l.naturaliter,§.nihil.ff.de acquirẽ. pos. Sed tu poteris dupliciter respondere.Primò,quòd ille text.procedit solum quando quãtitas legata esset,quæ de facili consumitur, & tradita cũ difficultate repetitur: secus verò in legato aliarum rerum: quia in illis legatis valet mero iure: licèt rescindatur constitutio de euẽtu fraudis,& sic ille tex.non obstabit: ita ibi illum tex.declarat Bald.& sequitur Alex. & Baptista de Sancto Seuerino.
28 † Vel secundò, posito ꝙ ille text. generaliter procederet: pro hoc non impeditur remedium istius tex.ex eo,quia fraus non potest detegi,nisi ex euentu:vt hic dicit glo.& tunc petetur a iudice fieri rescisio de facto, quatenus alienatio de facto process t.iuxta tex.in l.j.ff.de ferijs.& in c.accedens,vt lit. non contest.quam regulam facit Inno.in c.quæ regula.de electio.cum similibus vt per Anto. de Burg.Hispa.nostrum.in ca. cùm dilecti.15.col.de empt. & ven.post Feli.in c.qualiter.il j. fo.3.de accu.& Moder.Hispani latè in rub.š.de iusti.& iur.in 12.col.cum pluribus concordantijs quæ posui in Alphabe.iuris Pe.Raue.in ver.factum.& isto modo fiet petitio debiti prima actione: videmus etiam quòd in casibus in quibus priuatio est inducta ipso iure, ꝙ requiritur sententia declaratoria priuationis.c.cùm secundùm.de hær.lib.6.eodem modo põt potest dici hic, quòd licèt legatum sit nullum:tamen ꝙ potest peti,vt sententia declaratoria rescissoria proferatur.neque est inconueniens, quòd nullum posit fieri nullum:arg.text.in l. omnes.ff.de vsu.queád.caue.Vel tertiò principaliter potest dici,quòd licet legata sint nulla ipso iure,nihilominus quis potest vti remedio istius legis, tanquam quòd tali casu lex successerit in locum iudicis rescindentis: argum.l.Iulianus.ff.de conditio.& demonst.tradunt rep.in l.si constante.colum.ij.ff. soluto matrimo. Et quia habita rescisione non debet inspici qualiter vel a quo facta sit.l.tertia.C.de institutionib. & substitutionibus,quia habito fine non est curandum de causa,l.prima vbi Bartolus.ff.de in ius vocan. latè Moder.in leg. de vnoquoque.ff.de re iudl.vbi colligitur regula, quòd licet quis citari debeat necessariò ad iudicium,capitulo primo,de cau.pos. & propri.clementi.pastoralis.de re iudi. tamen vbi quis præsens in iudicio reperitur non requiritur citatio:dicta l.de vno, ex eo, quia habito fine non curatur de causa: sic ergo adpropositum inferendo dico, quòd d.l.si vniuersæ,non per hoc impediat remedia istius text. In eadem gloss.ibi leg.j. §.si is quadringenta, &c. rationem istius differentiæ inter actus inter viuos & vltimam voluntatem ponit hic Iason: vt per eum.
29 † Tamen mihi non satisfacit, ex eo, quia confunditur per textum.§ in fraudem. secundum communem intellectum.suprà qui manu.non poss.qui quidem tex.loquitur in vltima voluntate:vt suprà latius diximus:& tamen dicitur ibi, quòd sæpe de facultatibus suis amplius quàm in his sunt,sperant homines:nam potest quis tantum confidere de hærede suo forte industrioso,quòd post mortem eius lõgiùs hæreditas crescet:vt sæpe videmus.nam interest honoris mori testatus.l.Iulianus.de acquiren.hæred.& iniuria fit defuncto, si bona eius venundantur a creditoribus:& ideo præsumptio est, quod ꝗs eligat sibi hæredem industriosum per quem honor & testamentum conseruetur: prout de hoc videtur casus in terminis in §.licèt suprà qui ma. non poss. & ideo ratio sua nil valet.

In fine gloss.habes differentiam inter fideicommissarias & directas libertates: pro qua opin. vide text. & ibi Odofre. & Bald.ponentes rationes diuersitatis in leg.prima. & secunda, & fin.C.qui manu.non possunt. & idem tenet glos.in l.in fraudem.in fine.ff.qui, & a quibus.
30 † Gloss.creditorum. Colligitur ex ista gloss. secundum iura quæ allegat & secũdum communiter scribentes hic, quòd appellatione creditorum in terminis istius text. largo modo veniant creditores omnes siue ex contractu uel quasi, siue puri, siue in diem vel sub conditione.Circa istam gl. Ias. hic remissiuè procedit: per cuius doctrinã non habetur perfecta veritas istius gl.quæ est necessaria in hac materia. Et ideo pro clara resolutione colligatis vnam conclusionem generalẽ ex ista gl.quod reuocatoria cõpetit omnibus creditoribus hic enumeratis.Tamen vt hæc cõclusio verificetur, est prius videndũ vtrum isti tales dicantur propriè creditores, quo ad hoc,vt dispositio istius textus, vel alteriꝰ odiosa & pœnalis simpliciter loquens de creditore comprehendat tales. Et in primis, quo ad debitorem ex contractu vel quasi, non est dubium:sedquo ad creditores ex maleficio,est maior difficultas:omissa tamẽ disputatione quæ traditur per doctores hic, & plenius in rubrica.ff.si certum petatur. per repetit. in 5.colum. & in l. j. ff. eodem,per alios ordinariè.

Mihi videtur vltra alios quòd tales dicantur propriè creditores & debitores:ꝑ quo dico esse casum in terminis. in l. sed vtrum. ff.de pet.hære.cuius verba hæc sunt.Nihil interest, an ex delicto uel contractu debitor sit.põdero verbum, Sit,de cuius natura est ponere veritatem & proprietatem rei: vt tradit Ias. l.nemo potest in j.colum,in 2. lect. de legat.j. & in l. qui quartam.col.j.nu. 5.eo.tit. & alibi sæpe post Bal.in l. qui fortuitis,C.de pig.act.& Bar.in l.si maritus.§.legis,ff. de adulter.

Et quod talis debitor & creditor ex delicto propriè sit debitor, & per consequens creditor dicatur,est etiam tex.in §. ex quibusdam.infrà de pœ.te.liti. quicquid dicant doctores.ĩ d. l.j.ff.si cert.pet.volentes quòd talis non dicatur propriè debitor, sed largo modo attento communi vsu loquendi: vt tenet Alex. vltra ibi deducta in consil. 17.incip.requisitus.in fin. j.vol.Rom.consi. 223. incip.ista captura ad fi.Bart.in consilio 169.incip.statuto ciuitatis Tuderti. Fulgo.consi. 123. ad finẽ. Sed quo ad terminos tex. nostri & materiæ reuocatoriæ alienata in fraudem, ego teneo quòd isti propriè creditores dicãtur, per supradicta.& est casus in l.qui in fraudem.ff. qui & à quib. facit.l. quia ratio, ff. de condi.insti.& bonus textus. in d.l.sed vtrum vt suprà dixi. Non obst. motiuum Rofred.hic;
32 quia vltra responsiones hic datas per Ioan.Fab. & Ias. † ego aliter respondeo, & dico quòd licèt non sentiat totale damnum, dicitur tamen incommodum sentire:vt tradit Alexand. in l.2:in 5.col.solu. matr.& in hoc minimo damno non præsumitur, quòd prætor voluerit creditorem grauare; quia isto casu de minimo curatur, vt l.proprietarius.ff.de dam. infect. & §.Gallinarum.Insti.de rerũ diui.& est gl.in c.cum olim. in ver.præiudicium.de conse.quam no.Feli.in c.super eo,de off. deleg. & Ias.in l.quoties.C.de preci.impera.offeren.& hoc ne crimina remaneant impunita. vulgar.l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquil.& hoc maximè in dubio procedit:quia iura generaliter

neraliter loquuntur de isto remedio dando creditori: & ideo ad minus damnum, vel ad ius acquisitum, cuius priuatio pro damno reputatur, extendi debet arg. l. liberto. ff. de bo. libe. fa ciunt quæ no. Alex. in l. fina. §. in computatione. in j. col. nume. 26. C. de iure deliberan.

32 † Limitatur tamen ista conclusio vno casu non procedere in indulto concesso a principe debitoribus, vt non conueniantur in quinquennium: quia isto casu poterunt conueniri a creditoribus debitores ex delicto: & tale indultum non comprehendit debitores ex delicto, sed alios debitores & creditores. Ita tenet Roma. in singulari 179. inci. quid si Titius. & Bald. in consil. 449. incip. ponitur. in 3. volu. & hanc conclusionem latè per plura firmat Ias. in Auth. res quæ, in 5. colum. versic. 6. & ulti. nume. 20. C. commu. delega. & tenet Alex. in l. j. ff. si cert. pet. per l. si rerum. vbi bonus text. ff. de re iudi. & tex. in l. sed & si ea parte. in princip. ff. quod cum eo. Et pro ista parte facit bonus tex. in l. fin. §. fina. ff. de his, quæ in fraud. cred. vbi probatur, quòd beneficium ne quis possit conueniri nisi inquantum facere possit, non comprehendit illum qui dissipauit bona in fraudem credito. Ad idem tex. in l. pen. ff. de iure doti. & l. etiam. §. licèt. ff. soluto matrimo. & l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nuptiarum. facit vlterius, quia concessio facta aliquibus, debet intelligi de habilibus. l. gradatim §. lege. ff. de mu. & hono. & inhabiles & odiosi in dubio censetur exclusi, vt latè per illũ tex. dicit Ias. in l. 2. §. prętor. in primo notabili. ff. qui satisda. cogan. facit tex. in leg. Lucius. §. Lucius. ff. de lega. 2. & l. testamento Centurio. §. cũ ita. ff. de manu. testa. cum similibus: vt per Alex. in consi. 38. incip. in causa mota. in fine libro primo. quod consilium repetit in consil. 87. in causa, &c. tertio libro. Tamen aduertendum est, quia contra prædicta videtur doctrina. glo. ordinaria & communiter approbata in c. sanctorum 12. quæst. 2. quæ uult ꝙ iura loquentia de redimendis captiuis, habẽt locum & comprehendunt illos qui ex delicto suo sunt carcerati, & illa glo. pro hoc allegat text. in cap. si res. 14. quæst. 6. & plura alia iura, quæ omnia volunt, quòd inhumanum non est subuenire etiam illis qui deliquerunt: & illam glo. in dicto capitulo sanctorum, pro singulari ad hoc allegat Bald. in Auth. similiter. in prin. C. ad l. Fal. & in l. illud. in princi. C. de sac. san. eccl. quos sequitur Ioan. de Ana. in cap. significauit. in 4. col. de Iudæ. & ibi latiùs Felin. hoc tenet. Et pro ista parte bene facit quòd Alex. dicit in consil. 75. videtur in præsenti. in 5. volu. vbi vult quod sub immunitate concessa ciuitati, Iudæi comprehendantur. Et licèt istud dictum tolli possit ex eo, quia ex hoc Iudæi comprehẽtur: quia materia est indifferens, per tex. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusa. tuto. ut latè Ias. tradit in rubr. ff. de iustit. & iur. & in §. in personam. nu. 16. j. eo. post Bal. in l. j. num. 6. C. de sac. san. eccl. & Are. s. per quos age. pos. in j. colum. Tamen per hoc alia supradicta non tollũtur: super quibus reperio varias opi. vt patet ex adductis per Alex. in l. quamuis, in j. col. nu. 16. ff. solu. mat. & per Moder. Hispanos in repe. in l. filiusfa. §. diui. fol. 19. nu. 362. cum seq. de lega. j. post Crotum ibi. Et ideo pro concordia istarum opin. & iurium prædictorum tu facias tres casus. Primus est, quando aliquis incidit in paupertatem culpa sua ordinata ad illum casum: & tunc subueniendum non non est: sic procedit tex. in d. l. pen. & l. fin. ff. de his qui in frau. cre. cum si. suprà allega. Secundus est casus quando culpa sua non fuit immediata causa neq; ordinata ad causam paupertatis: itaq; paupertas nõ obuenit illi debitori propter delictũ suum, sed ex alio casu: & tunc puto, ꝙ tales debitores ex delicto comprehendentur sub supradicto indulto quinquennij, & ita procedit gl. in d. c. sanctorum cum alijs alleg. & quod tali casu culpa non ordinata ad casum paupertatis nõ debeat attendi, est tex. in c. quia diuersitatem. de conces. præben. & doctri. Bar. in l. 2. §. fi. & in l. 4. in prin. ff. ne quis cau. Tertius est casus quando agitur de præiudicio tertij. & tunc indistinctè tali non est subueniẽdum: ita tenet Alex. in l. Marcellus. §. res quæ, ad Trebel. & in d. l. quamuis. arg. c. deniq;. 14. q. 5. & l. si pignore. §. j. ff. de fur. & si dicatur, ꝙ in omnibus istis tribus casibus potest considerari præiudiciũ creditoris, rñdetur non esse verũ, nisi eo casu quo creditor ex delicto ageret ad interesse, & æstimationẽ dãni: vt in l. Aquilia. sed vbi ageret ad merã pœnã, ex quo tunc pœna dicitur lucrũ ex parte creditoris: vt dicit Bal. in l. j. per illũ tex. C. si rec. prouin. non infert tunc præiudiciũ: quia non sentit dãnum: argu. l. ꝙ autem, ff. quæ in fraud. cred. & maximè in casu prædicti indulti per quod non tollitur debitũ, sed differtur: prout est casus de tali indulto in l. quoties. C. de pre. Impe. offe. & ibi oẽs Moder. & hoc quantũ attinet ad creditores ex delicto, circa quos vltra prædicta vide Ludo. Bologni. in rep. rubricæ, ff. si cer. peta. in 5. col. vbi quædam longo verborum ambitu congerit, quæ non curo referre.

33 † Quantum verò ad creditores in diem vel sub conditione, vltra alios conclude succinctè, ꝙ creditores in diẽ vel sub conditione, propriè creditores nõ dicantur: & ideo in statuto loquente de creditore vel debitore non comprehenduntur: pro qua opi. videtur text. in leg. grege. §. si sub conditione. ff. de pig. vbi dicitur, quòd pendente conditione, nihil interim debetur. Nam, vt dicit tex. in §. ex conditionali. Insti. de verb. oblig. spes est tantum debitum iri, & sic speratur esse debitor: ergo non est: si non est, non cõpetit reuocatoria: cum non entis nullæ sunt partes. l. eius. ff. si cer. pe. nec potest rẽscindi qđ non est, l. decem. ff. de verb. ob. & pro hoc pondero etiam tex. in l. j. ff. de donat. vbi donatio conditionalis non est propriè donatio. ratio est: quia non est simpliciter talis. sed cum illa aliqua qualitate, puta sub conditione, vel alia quælibet, non dicitur propriè talis, prout de hoc est tex. in l. quæsitum. §. illum fortasse. ff. de leg. 3. l. si cui lana. de leg. 2. & tenet Ias. in l. j. in j. colum. in prin. ff. de re iudi. & idẽ Ias. not. declarat in l. si tibi pecuniã in 2. col. nu. 6. ff. si cer. peta. & ideo homo mortuus non est homo propriè, sed homo mortuus: & sic cum illa qualitate. glos. s. in prin. istius tituli in verbo actio. in fi. & ibi dixi: faciunt ea, quæ vult Ias. in simili in §. oĩum. nu. 5. ver. aduertite. s. eo. nã qualitas adueniens enti, qualificat ipsum ens, vt in c. statutũ, de electio. in 6. Et pro ista parte ultra alios est casus singularis in l. si ita scripsisset. de leg. 2. p quem dicit ibi Bal. ꝙ in legato creditorũ suorum nõ ueniunt ea, quæ debentur ipsi testatori in diẽ vel sub conditione. quẽ tex. ad hoc inducit Alex. qui hanc partẽ tenet in cõsi. 106. inci. visis & opportunè &c. in 2. col. 5. uol. Et ad hoc idẽ alleg. Roma. consi. 164. inc. nec quinquaginta. in fi. ubi dicit, ꝙ ille q cessit debita sua ecclesiæ, non intelligitur cedere debita in diem, vel sub cõditione. Et hoc idẽ per illum tex. concludit Io. Crotus de Monteferrato in repet. l. si constãte. in prin. ff. sol. ma. & pro hoc facit tex. iuncta gl. in l. hæredẽ. ff. manda. vbi in conclusione hereditatis non uenit ius competẽs hæredi in diẽ uel sub cõditione: & tenet Ang. Aret. in §. sub cõditione. in fi. s. de uer. obl. de quo tñ uide latè. Alex. in cõsil. 2. in 4. uol. in 4. col. facit text. in l. si cũ fideicõmissaria libertas. §. si sub cõdition. ff. qui, & a quibus. & hoc de plano procedit.

34 † Posset tñ attentari cõtrariũ, ꝙ dicatur propriè creditor siue debitor: nã certũ est, ꝙ ille propriè dr̃ absolui siue liberari, qui propriè fuit obligatus. l. decẽ. ff. de uer. obl. & l. si concubina. §. j. ff. re. amot. facit tex. in c. cũ cõtingat. de offi. deleg. sed debitor sub cõditione soluẽs propriè liberatur. l. Stichum. §. usumfructũ, ff. de solutio. ergo ꝑpriè fuit obligatus. Tñ non recedas a cõi. & hoc ar. de facili põt tolli negando maiorẽ & dãdo instantiã de minori: & patet ẽt instãtia ex l. 2. §. solet, & ibi gl. ff. d hæredi. uel actio. uen. & est casus de hoc in l. j. ff. de ope. no. nun. ex quo Alex. ibi. no. in 2. no. ꝙ illa regula nõ semper est uera, qa aliqñ liberatio nõ ꝑsupp onit obligationem de quo latè ibi ꝑ eũ. Inspecto tñ cõi usu loquendi, ut supradictũ est, propriè creditores dicuntur. Et hoc satis suadetur: qa cõis usus loquendi derogat proprietati uocabuli: ut dicit Bar. in l. Labeo. ff. de suppel. lega. & latissimè Feli. in prooe. Greg. col. j. usq; ad 8. quicquid dicat Barb. qui contrariũ tenet in rub. extra de instru. in xj. col. Ex supradictis põt decidi vna qõ nota & quotidiana, quam etiam ponit hic Ias. post alios. & clarius & utilius ego prosequar. Dictum est suprà secundum cõem & ueram opin. ꝙ debitor sub conditione non est proprie debitor sed speratur esse turus. §. ex conditionali. Instituta, de uerborum obligatio. dum ibi dicitur ex conditionali stipulatione tñ spes est debitum iri, &c. Dubium est ergo, numquid reuocatoria, de qua in textu nostro dr̃, competat futuris creditoribus, utputa, gerebã aio mutuo accipere magnã pecuniæ quantitatem: ante tñ quàm acciperem, alienaui omnia bona, deinde pecuniã mutuo accepi: dubitauitur, nunquid iste creditor possit agere reuocatoria ad bona alienata ante pecuniam acceptam. Et primò pro parte affirmatiua facit gl. hic in

hic in verbo, creditorum, quæ vult, quod remedium textus nostri competat creditori conditionali, qui ante conditionis euentum non dicitur creditor, per iura superius per me allegat, sed dicitur futurus: eodem modo & competit isti. Sed ad hoc respondetur quòd longa est differentia: quia creditor sub conditione saltem largo modo dicitur creditor respectu obligationis contractæ: sed in casu nostro nulla erit obligatio contracta tempore alienationis, ergo &c.

Item creditor conditionalis transmittit, dicto. §. ex conditionali, quæ omnia cessant in casu nostro. † Secundo pro ista par
35 te facit tex. in l. si filia. ff. de diuor. & in l. filiæ. so. mat. vbi est casus quod si pater dat dotem filiæ, & stipulatus est sibi reddi, si in matrimonio decedat, dicitur ibi quòd si filia consulto diuertit, vt patrem lucro dotis defraudet, maritum verò lucro afficiat, quod pater potest nihilominus æquitate suadente conse qui dotem. Ita videtur in casu nostro, quod si iste alienauit omnia bona hac intentione, vt postea pecunias istius creditoris recipiat, quod isti creditori ex æquitate subueniri debet.

Et pro ista parte facit text. quasi in terminis in capitulo si te. de renunciatio. libro sexto. qui textus melius facit. Tamen etiam hæc possunt euitari. nam ideò in dicta l. si filia, subuenitur patri propter stipulationem præcedentem, quæ ad illum casum extenditur. In casu vero nostro nullum erat vinculum, neque obligatio contracta ante pecuniæ numerationem: & ideò isti creditori non debet reuocatoria competere, cum quo ad hoc, vt competat rescissio. initium contractus considerari oportet, non autem temporis: in quo si alienatio facta fuisset, competeret: arg. tex. optimi in proposito. in l. si Gaudentius. C. de contrahen. emptio. quia qualitas iuncta verbo debet adesse tempore verbi. l. ex facto. ff. de vulg. & pupilla. Decius in consilio 14. num. 8. & consilio 55. numero sexto, secunda parte, cum simi. Tertiò facit. l. ait prætor. §. ita demum. ff. eodem. & l. cum ratio. §. ex bonis. ff. de bon. dam. vbi si habens creditores alienauit omnia bona sua, & post alienationem alios sortitus est creditores, ex quorum pecunijs, satisfecit: dicitur ibi quod isti creditores secundi poterunt agere reuocatoria ad bona alienata antequam essent creditores: & in l. cum ratio §. ex bonis probatur etiam iste effectus, dum ibi dicitur quòd si formidans ex accusatione bona amittere, adoptauit aliquem, quo ad hoc si sequeretur condemnatio, posset ille portionem bonorum detrahere, quòd secuta postea condemnatione illa adoptio irritatur, neque valet. Ita in proposito videtur dicendum, quod isti creditori competat rescissoria.

36 † Tamen responde, quod ideo in d. §. ita demum competit reuocatio: quia secundi in locum priorum successerunt eo, quia de pecuniis eorum primis est satisfactum: alias enim non competeret reuocatio: vt tenet ibi Bar. & omnes: & est etiam text. in l. nisi priores. eo. tit. ff. quæ in fraudem credito. Et hoc ratione probatur. quia subrogatus sapit naturam primordialem illius in cuius locum subrogatur. l. item veniunt. §. item prædiximus ff. de petitio. hære. glo. in l. certi condictio. in princip. ff. si cert. peta. Sed in quæstione nostra cessat subrogatio. ideò non competit tale remedium. Non obstat etiam d. l. cùm ratio. §. ex bonis. quia ibi facta fuit alienatio post accusationem criminis commissi: vt tenet ibi glo. in verbo in reatu. & text. hoc clare innuit quo casu ex delicto erat acquisita obligatio: quod quidem delictum censetur retrotrahi ad tempus illius fraudulentæ cogitationis: arg. eorum quæ dicit Bart. in l. non solùm, §. si mandato. ff. de iniurijs. quem comprobat Iason in le. j. in 6. col. C. de ser. fugit. Quarto adducitur hic per Ias. text. qui dicit esse optimum. in l. in fraudem creditorum. ff. qui & à qui bus. vbi datæ libertates testamento in fraudem prioribus creditoribus dimissis. hoc est satisfactis propter residuos alios creditores, dicit text. irritæ sint. ecce ergo quod futuri creditores impediunt siue rescindunt libertates ante creditum datas Sed dicas quòd ille text. nihil penitus facit: quia ibi illi residui creditores, non dicitur quod fuerunt post datas libertates, sed erant creditores ante dationem. tamen prioribus satisfactis isti qui erant posteriores illis, non tamen futuri remanebant insoluti, propterea dicit residuos creditores.

Nam illa dictio, residuos, de sua propria natura significat partem remanentem ex reliquo, & sic importat totum, quod remanet. ita est textus in l. 2. C. de hære. institu. l. quod si Mæuius. eo. ff. glo. in c. quanquam de vsur. libro 6. Et propterea dicitur ibi quòd irritæ sunt libertates: aliàs si de futuris loqueretur, qui post datas libertates contraxerunt, non impedirent libertates. vt est casus expressus in l. si quis cum sciret. ff. quæ in frau. cre. & ita illa duo iura realiter concordantur: licet glo. ibi variauerit in solutione, & difficultatem auget, quæ isto modo cessat. Quintò facit text. in l. fin. §. idem rescripserunt patres. ff. ad municipa. vbi si pater ideò manumisit filium, ne si postea publico munere fungeretur, pro eo teneretur. dicitur ibi quòd nihilominus si postea filius ad apicem dignitatis ascendit, quod debet teneri,

Sed ad illum textum facilis est responsio, nam ibi illa emancipatio fuit facta in fraudem legis, de qua constitit: quo casu longa est differentia, vt tradit Bartolus per textum ibi in l. si libertus. in principio. ff. de iure patro. & Baldus in l. j. in prima oppo. C. si quid in fraudem patro. de quo latius suprà fuit dictum. quibus adde bonum textum in l. fine hærede. §. Lu-
34 cius. ff. de administratio. tuto. cum alijs. vt per Aretinum, in l. cum demum. in fi. ff. de acquirenda hæreditate. † Et quia textus in d. §. idem rescripserunt. fauore publicæ vtilitatis vlterius procedit disponendo in casu illo. & pro ista solutione in simili facit text. in l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sillen. facit etiam text. in l. j. §. biduum. ff. quando appellandum sit. & bonus textus in l. prima. §. fina. ff. de feriis, quos allegat ad hoc propositum cum pluribus alijs Iason in l. non dubium. in 4. colu. versiculo tertio limita istam regulam, numero 19. C. de legi. & isto modo soluendi vtitur, Decius Iurisconsultus optimus, in c. meminimus. de appella. & idem Iason in l. filio, secunda columna. de lega. primo. & vtitur etiam Barthol. Veronen. in repetitio. Authenticæ, sed nouo iure, in 3. columna. C. de ser. fugiti. & alibi sæpe doctor. Pro parte verò negatiua quòd futuris creditoribus rescissoria non competat, adduco primò textum in l. debitor. C. de iure fisci, vbi est casus ferè in terminis, quod si aliquis post alienationem bonorum cum fisco contraxit, dicitur, ibi quod illa bona alienata non sunt obligata fisco creditori post alienationem assumpto, & ita ille textus allegatur per Paulum de Castro ibi quod in generali obligatione bonorum non veniunt bona quæ per prius exiuerant patrimonium debitoris. Ad idem est bonus textus in l. si quis post hac. in principio. & §. j. C. de bonis proscriptorum. Et hoc regulare est etiam in quolibet priuato: vt est text. in l. penultim. ff. quæ res pigno. obliga. poss. facit tex. in l. fin. §. Lucius. de dona. & facit in arg. tex. in c. primo, ne sede vacan. Sed ad ista potest tripliciter responderi. primò quod loquantur quando debitor futurus alienans habebat alia bona residua, quæ sufficiebant ad debita. vt patet in dictis iuribus. quæ loquuntur tantum de vno fundo. Vel secundo potest dici quod ideo ibi non fuit facta rescissio: quia non constitit de fraude. alias secus, ut habetur in l. prima. C. de iure fisci, lib. 10.

Vel tertio potest in hac materia dari vna distinctio, quæ fuit Petri de Bella pertica hic, videlicet quod aut quis incontinenti postquam alienauit, contraxit nouos creditores, & præsumitur quod in fraudem eorum antè alienauerit, ex vicinitate actus l. si uentri. §. fi. ff. de priuileg. credi. Et quia quæ incontinenti fiunt inesse videntur. lege, lecta. suprà dicta ff. si cert. pet. Et isto casu bene competit reuocatoria, & ita per illa iura tenet Pau. de Cast. in consi. 137. incipien. primò quæritur in tertia col. primo uolumine secundum nouam impressionem. Aut uero post alienationem ex interuallo, post contraxit dictos creditores, & tunc reuocatoria non competit. & ita omnia iu
35 ra poterunt concordari. † Glossa, possessis. Conclusio glo. est, quæ communiter tenetur, quod antequam agatur reuocatoria debet fieri excussio in bonis debitoris. Et licet circa hoc opinio. sint inter antiquos: ut dicit Bart. post glossam. in l. prima. C. de reuoc. his quæ in fraudem credito. Tamen magis communis conclusio est, quod requiratur excussio: quam ultra alios ego per istum textum firmo, dum dicit, bonis à creditoribus possessis, quæ uerba cum sint ablatiui absoluti, denotant conditionem expressam. ut dicit Bartol. in l. j. in 7. quæstione principali ff. de conditio. & demonstr. & ita intelligit text. in l. à testatore. ff. de conditione & demonstratione. latè Iason in rubrica, soluto matrimon. Et conditio ponit formam. quæ si non obseruatur, remedium prætoris non competit: ut est casus

notabilis in l. ait prætor. ff. de collatio. bono. & notat Alexā. in l. secunda, §. si prius. in j. colum. ff. de vulga. & pupilla. & in terminis ablatiui absoluti hic tenet Decius in consilio 11. & pro tenui. in quinta colum. ver. secundo principaliter. in j. parte. Et maximè hoc procedit in ablatiuis absolutis prolatis à lege: secus verò si ab homine: vt in l. ab emptione. ff. de pactis, licet aliquando istud varietur secundum subiectam materiam: vt patet in capitulo translato. de constitutio. & ibi notat Decius in secunda lectura. Et secundum hoc posset attentari contrarium, videlicet quòd ista verba ablatiui, posita in isto textu non inducerent formam: quod ex eo patet: quia saltē, quando est notorium debitorem non esse soluendo, non requiritur excussio vt tenet hic Faber, Aretinus, & Iason, & latius reassumit Hyppolitus de Marsi. in tractatu de fideiussor. in secunda colum. & tamen si fuisset inducta forma, etiam in notorijs deberet obseruari, argumento text. in le. 3. §. de illo, alias factæ. ff. de re milita. & capitulo fi. 22. quæstione secunda. Nec obst. quòd ablatiui absoluti inducant formam: quia hoc negari posset: nam licet importent conditionem, non tamen expressam, vt formam inducāt: vt tradit notabiliter Paulus de Castr. in l. in ratione. §. penulti. ff. ad l. Falcid. & prius Bald. in rubrica. C. de institu. & substitu. & clarius per Io. Fab. in §. huic proxima institut. de leg. Et per hoc dictum Bart. in dicta. l. prima. in 7. quæstione confunditur. Sed breuiter dicas quod dictum Bar. est verum, quod tenent nouissimi Papien. in rubr. ff. solu. matri. in principio Ias. in l. cum mota. in quinta columna, C. de transa. & ibi latius per Claudium de Aquis, modernum Taurinen. & Alex. in consi. 119. in prima colum. in primo volumine. Non ob. quod ablatiui absoluti denotāt formam respectu conditionis, & forma debet obseruari: quia respondetur illud esse verum, nisi res sit notoria: ita notabiliter dicit Bald. & Pau. de Cast. in l. j. C. vt quæ desunt aduo. vbi dicunt quod stante statuto, quod de cicatrice non possit ferri sententia, nisi medicis adhibitis, & de ea referentibus: si tamē notorium esset cicatricem esse remansuram, dicunt quod valet sententia, & istud dictum pro notabili approbat Feli. in c. cum dilecta, in 19. colum. ver. hoc limitat. de rescriptis. & Decius in consi. 73. aliàs 275. incipien. in causa. in 4. colum. in secunda parte: tamen concor. vt per eundem Decium in consilio 74. in eodem casu. eo. lib. vt igitur istud remedium competat, necessaria erit excussio.

Hæc tamen communis conclusio limitatur multis modis: vt hic per Iasonem. Et prius tradit Bertachin. in repertorio suo, in verbo discussio: & nouissime latius prosequitur & reassumit per plura Hyppoli. de Marsil. in tractatu de fideiussor. in j. 2. 3. & 4. colum. cum alijs: ut deducit idem Ias. in l. decem, in textu & gloss. de verborum obligatione. Aretin. & alij. in l. si ego. & l. fin. ff. si cert. pet. & per Soc. in tractatu regularum fallen. 134. Et Corn. in consi. 109. incip. viso in lrā a. & b. in j. vol. vbi late per eos: quæ omnia in specie vobis non refero: quia limitationes communiter approbantur: & non duco denigrare papyrum & chartas superuacuis implere, poteritis tamen vltra adducta hic per Iason. & alios ex suprà dictis locis, dum expediet, plenissimè materiam exhaurire. Tantum modo vt prosuimus, pertinentia & necessaria ad text. & ad gloss. prosequar, reliquis prætermissis, ne Crispini scrinia compilasse videar.

39 † Non tamen est omittendum vnum circa prædicta, quòd in casibus suprà dictis ita demum toleratur, ut discussio omittatur, puta in casu notorio, nisi lex ulterius procederet annullando: per ea quæ notanter Bald. tradit in l. prima, ff. de lib. & posth. & recentiores ibi tradunt. & idem prius Alexan. in d. l. prima, quæ desunt aduoc. quod tene menti, propter ea, quæ dicta sunt de ablatiuo inducente formam.

Gloss. permittit. Ex ista glossa, secundum declarationem Iasonis ex mente Bartoli colligitur vnum: ꝙ actio, de qua hic, competit infra annum aduersum illum qui recepit in fraudē, ad ualorem pretij dati: si tamen res recepta plus duplo pretij numerati valeat, in eo quod est plus, datur actio in perpetuum. per textum in l. ait prætor. §. hæc actio hic allegato, in glossa, quem ita ibi intelligit Bartolus.

Or aduerte, quia opinio istorum patrum non est uera, & glossa ista hoc non dicit, neque tex. allegatus per eam, quia clarum est, quòd contra eum qui recepit in fraudem sit ex causa onerosa, siue lucratiua, datur ista actio infra annum. casus est in l. quod autem. §. j. & fi. & per totum. ff. quæ in faud. cre. & ita uerba edicti posita in l. j. eod. tit. generaliter sonant. & ratio est in promptu: quia ex quo ista est actio prætoria, & uenit ad rescindendum actum iuris ciuilis, puta uenditiones, q̃ isto casu approbantur à iure ciuili: ut in l. si sciens. ff. de contrahen. emp. debet esse annalis, per regulam traditam per le. in honorarijs. ff. de actio. & obliga. in uer. sed cum rescissa. & ibi notat Bar. & ideò falsum est quòd sit perpetua. Non obst. text. in d. l. ait prætor. §. actio. quia dico quòd ille textus non dicit, quòd actio sit perpetua contra illum qui in fraudem recepit: sed solum contra fraudatorem, & habentem causam ab eo, puta hærede uel bonorum possessore. nam si aliquid ad istos peruenit post factam alienationem, uel dolo desijt peruenire, sicut prodita est actio contra recipientes in fraudem, ita & contra istos fraudatores: sed dissimiliter: quia prima est annalis, ista est perpetua. Ratio est clara: quia isto casu ista actio est rei persecutoria, & non tendit ad rescindendum contractum approbatum à iure ciuili: & ideò est perpetua per regulam dictæ l. in honorarijs. ut dixi suprà in §. rursus. Et ꝙ ista sit mens, istius gloss. probatur ex verbis dicti. §. actio. dum ibi de fraudatore loquitur uel quolibet alio. Nam ista uerba de fraudatore clarum est quòd intelliguntur de ipso debitore alienante in fraudem: ut in l. si fraudator. ff. quæ in frau. cre. & illa uerba, uel quouis alio, intelligit de hærede illius uel possessore: quia dictio Alius, secundum communes regulas significat similitudinem. c. sedes. de rescr. gl. in auth. sed nouo. C. de ser. fugit. & certum est quòd nullus est magis similis fraudatori, quàm hæres eius & bonorum possessor. qui personam eius repræsentant. & sic concludo quòd actio perpetua, de qua loquitur ista glo. & tex. in d. §. actio. datur solum contra fraudatorem, & habentem ab eo causam. Et ratio dubitationis erat, in d. §. actio. quia uidebatur non debere dari contra ipsum, argu. tex. in l. solita. C. de re. pig. tamen illa non ob. datur contra ipsum. Nec ob. l. solita. quia ibi fuit prius actum contra debitorem: & ideo bis eadem res extorqueri non debet: secus vero hic: quia licet possit agi contra recipientes, poterit etiam ista actione perpetua agi contra fraudatores quando bona reuocata non sufficiunt: quia agitur contra diuersas personas, ad diuersas res: nisi in casu singulari. l. fideiussores, ff. de fideiussor. quam multum extollit Alex. in l. decem. ff. de uerb. obli. & ibi Ias. in 5. col. post Bald. in l. fi. in fi. & ibi Moder. ff. si certa. pet. Præterea ex alio exemplū Bar. nō procedit in terminis nostris, ex eo quia si res uendita per debitorem ualet ad duplū, plus non competit istud remedium extraordinarium, cùm detur ordinarium, uidelicet rescissio alienationis: per tex. in l. 1. §. si quis rem, ff. si quid in fraud. patr. quod quidem remedium generale est: ut in l. 2. C. de rescin. uend. & pro hoc facit in simili quod dicit Bald. dum quærit de fisco, in l. fi. C. de his quæ in frau. cred. ubi etiam uidetur casus pro opin. Ias. hic, nisi prædicto modo resoluat prout ibi disceptat glo. quod credo uerius.

† Glo. magna in uersicu. petere. Ex qua parte glo. colligitur quòd actio in factum & actio Pauliana idem sit: & quòd illud uerbum Pauliana, sit adiectio. idem tenet gloss. in l. in hac hic allegata in glo. & eandem opin. firmat glos. in l. j. ff. de his quæ in frau. credi. quam sequitur Bartolus in dicta l. in hac. & in l. 2. ff. si quid in fraud. patr. Tamen Soci. in consi. 108. incipiente. in hac consultatione, in prima & tertia & quarta columna, in primo uolumine, uidetur ponere vt diuersa. & pro eo est glo. quæ uidetur ponere, ut diuersa actionem in factū & paulianam. in le. debitor §. petant. ff. de his, quæ in fraud. cre. & hæc opin. est uerior & communis prout inferius dicam latius in 3. parte glo. In eadem glo. ibi, etiam non restituto ei pretio. Colligitur ex glo. quòd reuocatoria competit creditori contra emptorem bonorum alienatorum in fraudem, nullo ei restituto pretio. cum hac conclusione gloss. doctor. communiter transeunt quadam tamen distinctione adhibita: vt hic per Iasonem. Mihi tamen uidetur quòd indistinctè emptori pretium sit restituendum, etiam si sciuerit alienata esse in fraudem: ubi est totum dubium. Nam regula est communis quòd in emendo & uendendo deceptio & fraus interuenire potest l. in causæ. la seconda. §. Pomponius. ff. de mino. l. itē pretio

pretio. ff.loca.capit.cum dilecti.de emptio.& uenditio.etiam cum damno alterius,vt ibi probatur: quia vnicuiq; vigilare licet pro commodo suo, etiam in alterius damnum l. pupillus, in fi.& l.qui ante.§.sciendum.ff.de his quæ in fraudem credit. l.fi.C.deposi.& talis dolus,vel fraus,etiam in casu nostro non impedit translationem dominij.l.si sciens, ff. de contrahenda emptione. Quod igitur fit lege permittente pœnam non meretur:vulg.l.Gracchus.C.de adulterijs.alias sequeretur, quòd quis legis clypeo deciperetur: quod non est dicendum. l.prima in fine.C.de his qui ve.æta.impet.ca. de viduis.27.quæst. secunda.nam inde iniuriæ nasci non debent vnde iura nascuntur. capitulo qualiter,de accus.l meminerint.C.vnde vi.dicédum est igitur quòd iste emptor,etiam scienter emens,non debet pretium amittere, cùm lex approbet talem venditionem, dict.l.si sciens.& ideò pœnam sentire non debet: cùm lege nõ caueatur, vt puniri debeat.arg.text.in.l. at si quis §. diuus autem Marcus.ibi pœnam tamen in eum statutam non esse, ff. de relig.& sumpti.fune.

Et pro ista parte pondero textum in ratione sui,in l.prima. §.sed si rem,ff.si quid in fraudem patro.dicitur ibi, quòd si libertus vendiderit rem in fraudem patroni,pretium autem rei alteri donauerit,quòd non poterit agere reuocatoria contra emptorem:sed contra illum cui donauit:ratio ibi redditur,quia fraus patrono in pretio facta non est:ergo innuit clarè textus quòd emptor inquietari non debet,ut rem amittat,non reddito pretio: nam ex quo pretium numerauit,non dicitur facere deteriorem conditionem creditoris ex quo lex approbat talem emptionem,& non annullat. Et pro hoc videtur facere text.in l.ex his.ff.quæ in fraud.credi. Non obstat modò quæ in contrarium possent adduci:primò quod si emptor scienter emens non perderet pretium,sequeretur,quòd frustra daretur creditoribus reuocatoria,cum nullum ex hoc emolumentum sed potius damnum consequeretur,si pretium creditores restituere deberent,quod forsan debitor alienans disperdit: quia respondetur,quod dupliciter erit subuentum creditori:primo casu quando non inuenitur pretium quod debitor accepit, agat contra ipsum debitorem, vt incarceretur:iuxta.l.fi.§.fi. ff. quæ in fraudem credi. & tali pœna afflictus confitebitur,quod de pretio habito pro re factum fuerit. Nam si donauit, agetur contra donatarios habentes ex causa lucratiua:per d. l. j. §. sed si rem.supra alleg.si verò absconderit,poterit eum consequi.nã certum erit,quod duorum alterum eueniet: aut quod illud occultauit,aut quod donauit,& tunc de persona constare poterit. Secundo erit proficua creditoribus hæc actio,quando alienatum fuisset ex causa lucratiua. Tertio poterit agere contra emptores eo casu quo rem minori pretio emerint ad supplendum iustum pretium iuxta.l.j.§.si quis in fraudem.ff.si quis in frau.patro.alias autem non poterit emptor compelli,nisi ei restituatur pretium:cùm secundum ll.mercatus fuerit,nec dicatur fur,cùm ibi pretium absit.

41 † Non obstat tex.in l.si debitor.hic alleg.in gloss. quia ideo ibi pretium restituere non coguntur:quia ille emptor non solùm simpliciter sciens emit in fraudem:sed dolus causam dedit contractui.& inducendo debitorem alias non commissurum dolum,neque minori pretio venditurum,argum. in.l.eleganter.ff.de dolo.& ideo singula quæ non prosunt,multa collecta iuuant.l.instrumenta.& l.rationes.C.de proba.cum sim. vt per glo. in l.2.in princ.ff.de exc.tutor.& gloss. in capit. tres sunt,de pœn.distinctio.prima.& ideò ibi ponitur.& ita illum text. in l.si debitor.intelligit Imo.in l. post contractum, ff. de dona.aliàs quando dolus & fraus non dedisset causam contractui,ex simplici scientia non cooperante dolo, non tenetur per supradicta:vt facit tex.per locum à speciali in le.hi qui.C. de rescin.vend.nam ibi speciale est quod emptor emens scienter in fraudem reipublicæ perdat pretium : ergo in contrariũ est ius commune.l.j.ff.ad muni.Et hoc facit, quia sola scientia non nocet etiam in grauioribus . est tex.not.in clem.volentes.§.notarij.de vsuris.facit quæ vult Bart.in l.j. §.sed in eo. ff. ad Silleia.& firmat Felin.in cap.de cætero.column.fi.ide re iudicata Hyppolitus latè in singulari 164. cum similibus.

Et hoc vlterius suadetur : quia si in pœnam fraudis emptor deberet amittere rem & pretium etiam eo casu deberet emptor amittere quo pretium reperitur apud debitorem, cum eo casu adhuc non cesset fraus, neque ratio istius conclusionis : & tamen hoc est falsum per l.ex his,ff.quæ in frau.cre. ergo patet.quòd text.in d.l.si debitor,non loquitur in simplici, scientia fraudis:sed alia concurrebant de quibus suprà. Non obstant alia iura quæ à simili induci possent. quia cùm sint pœnalia,ad istum casum non debent extendi,vt tradit Soci. latè in consi.107.in 3.col.libr. 1.& sunt iura clara in le.quæ interpretatione.de pœ.c.odia.cum simi. de reg.iur.& regula quæ à iure communi.eod.titul. & libr.

Non obstat tex. in l.si fundum.C. de euictio. quia ibi emit rem alienam,quo casu dicitur fur,vt est tex.in l.si seruum. C. de fur. sed hæres erat debitoris alienantis, & ideò poterat vẽdi,d.l.si sciens.secus in d.l.si fundum. & ideo in pœnam amittit pretium, & applicatur fisco.est glo.communiter approbata in cap.1.in ver.ex empto: de prohi.feu.alie.per Fede.& tamen in casu nostro si pretium reperitur,fisco non applicatur, sed debet restitui emptori d.l.ex his.

42 † In eademglo. ibi; quo casu in carcerem detruditur, &c. collige vnum quod debitor,qui alienauit in fraudem,si non habet in ære, luit in corpus, nam incarcerabitur. l.fi. §.fi.hic all. ad idem concordat lex finalis,ff.de in ius vocan.cap. finem litibus, de dolo & contuma.

Hoc tamen procedit quando est obligatus ex maleficio, vel quasi: vt declarat do.Abb.in c.2.per illum tex. de maledi. tenet Ias.licet Abb.non alleg.in l.si idem cum eodem.in 5.co. ff.de iu.om.iud.& est de hoc glo.expressa,in c.si res,in verbo. cruciatus 14.q.6. & hoc satis probatur hic in gloss. dum innuit,quod si iste debitor pretium acceptum nõ distraxisset in malos vsus,quod puniretur in carcere: sed ideò puniri debet,quia pretium etiam dolo distraxit: vt innuit text,in d.l.fina. & secundum hoc bene verificatur dictum glo.hic circa fi.dum vult,quod ista actio ex quasi meleficio oriatur,vt ibi dicetur: ergo iste debitor, & emptor participars de fraude. qui ex quasi maleficio tenentur,debent puniri in corpus,iuxta prædictam regulam, quam etiam firmat idem Iason in §.pœnales.super glos. in eum infra eodem.& in §. finali. ver. eum quoque nnmero. 13. ver.4.supradicta infrà eodem.vbi hanc regulam , 12. modis limitat. Secundo limita regulam istius gl. vt procedat in vilibus personis debitoribus:secus in egregijs, & nobilibus , nam tunc si non haberent in ære, non luerent in corpus. ita tenet Sali.in l.& si seuerior.in 3.col.C.de infa.tenet Feli. in c. ad liberandum.in j.colum.extra de Iudæ.& videtur hoc tenere. Bartol.in l.j.in fi.ff.de pœnis,quos latè sequitur Bart.Bolo. in repet.Authen.habita.in 12.colum.versic.& stante. C.ne fil. pro pa.& vltra ipsum tenet Hyppol. de Marsil.dum alle.Bart. in d.l.1. in l.diuus.in 2.colum.ff.de quæstion. & illam doctri. Bar.sequitur etiam Ias.in Authen.ad hæc in fi.C.de iudic.aliæ plures limitationes dantur ad prædictam regulam , quas ponit Iason in locis superius allegatis,de quo aliquid plus dicã, in d.§.pœnales.Sed circa istam limitationem est aduertendũ quod videtur quòd nobiles etiam puniri debeant in corpus : licèt dissimiliter, per illam regulam quam habemus,quòd in iudicijs non debet esse acceptio personarum c. nouit. de iudic.& in c.in iudicijs,de regulis iuris,lib.6.& hoc regulariter procedit,nisi in casibus à iure expressis: vt tradit Alex.in l.fin.col.2. versi.& ad allegata.C.de edendo. Si igitur nobilis vel egregia persona fraudat creditores suos, non est illi indulgendum. quia fraus & dolus nemini patrocinari debet c.sedes.de rescri.l.in fundo,ff.de rei vendi. immo atrociori pœna deberent puniri quia,vt inquit Iuue. satyra. 8. Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet,quantò maior qui peccat , habetor.pro quo est text. in l.presbyteri. C.de episcop.& cleric. & in c.2.in fine,de transla. epi.& cle. 2.vbi Car.de vita & honestate. cle. Tamen quia in casu nostro taxata pœna est in d.l.fi. in fi.ideo illa imponi deberet.cùm contrarium non reperiatur cautum.neque obstat huic opin.quæ Bar. dicit in d.l.desertorem,in princip.ff.de re milita.cum aggregatis per Felin. in cap.cùm quidam,de iureiur.vbi tex.pro prædictis.quia illa dicta procedunt quando nobilis vel egregia persona posset pœnam corporalem pecunia redimere; quia tunc mitius in corpore punietur,quàm vilis : secus verò in casu nostro, vbi non esset soluendo: quia tali casu,ne fraus & dolus remaneant impunita, & creditores damnum patiantur, ego crederem , quòd in

calibus

43 talibus non fiat differentia, per supradicta. † Et ista conclusio & regula glo. nostræ procedit etiam si ille debitor alienans in fraudem cessisset bonis: quia licèt cessio bonorum aliàs cedentem à carceribus liberet l.j. C. qui bonis cedere possunt. istum tamen alienantem in fraudem non liberaret isto casu. Ita est text. singularis secundum primum intellectum glo. ibi, quem ibi approbat Bar. in d.l.fi.§.fi.ff.quæ in frau.cre.idē Bar. in l.alia §.eleganter.in fi.ff.sol. matri.cum alijs deductis, hic per Ias. Et vltra hoc ipsum idem tenet Bart.Soci.in tractatu regularum fallentia 46.& 47.faciunt quę no.Bal.in consili.31.in 5.parte.& declarat notabiliter excellens vir dominus Vitalis, de Cambanis in tractatu clausularum fo.281. sub clausulam, cessionis bonorum.in prin.& d.l.fi.§.fi.ad hoc quidem exclamat singularem Ioan.de Pla.in l.j.in fi.de iure fis.lib.10.& latius cæteris per plura dicta hoc exornat And. Sicu.in cap.quæ in ecclesiarum.in 5.col.nu.15.& seq.de constitutio. Extat igitur conclusio ex his dictis Ias.& doc.hic ꝙ debitor, qui malo modo distraxit bona in fraudem, debet incarcerari: neque iuuatur cessione bonorum.

Sed modo aduertendum est circa ista. primò ꝙ regula glo. nostræ & Doct. ꝙ debitor debeat incarcerari, non probatur in d.l.fi.§.fi.ff.quæ in frau.cred. videlicet ꝙ debitor exutus omnibus bonis possit in carcerem detrudi: imò ille text. probat in contrarium. Nam dicitur ibi in prin.d.§.fin. ꝙ iniquum est dari actionem in eum, cui bona lata sunt: quia inanis est actio quam inopia debitoris excludit l.nam his, ff.de dolo. & postea dum tex.dicit dari actionem quo ad pœnam, &c.loquitur quando debitor tantùm partem bonorum alienauit, non omnia bona. patet ibi. Dum dicit, si verò quædam de his dispersisset, &c.& sic tex. præsupponit ꝙ aliam partem occultasset, vel sibi pro victu reseruasset vnam partem bonorum: iuxta l. pen. ff.de cessio.bono. quia illa dictio, Quædam, est particularis, & ponit exceptionem à regula l.quædam, ff.de iure codi. & l. q̃dam.ff.de acqui.rerum do.c.cùm dilectus. de dolo & contu. ob quam cām datur contra talem fraudatorē actio in pęnā, vt illud quod sibi retinuit, extorqueatur propter fraudem: vt hac pœna affectus detegat vbi bona reposuit: aliàs non consonat, quod text. de exuto omnibus bonis loquatur: cùm isto casu, plus incommodi quam commodi affert illa detrusio in carcerem creditori. Nam creditor tenetur eo casu alimenta præstare ipsi debitori carcerato, iuxta gl. in l.fi.in ver. agnoscere. C. de eroga.mili.anno. quam ibi valde no.doct.& Angel.in §.fi. in fi.infra eodem. quod tamen cessat quando non in omnibus debitor est exutus: quia tunc datur contra eum actio ad pœnam, videlicet quod condemnetur etiam non relicta sibi veste: vt dicit glo.in d.l.fi.§.fi. quam commendant hic omnes, licet non in hoc puncto.

44 † Sed ex alio mihi videtur quòd docto. & glos.hic grauiter decipiantur, ꝙ tex.in d.§.fi.non loquatur de carcere prout gl. hic & doc.dicūt probatur ibi dum dicit quòd prætor dat creditori actionem in pœnam. illa enim verba. In pœnā, non consonant, vt pro carcere exponantur; vt dicunt docto. quia carcer de iure ciuili in pœna non datur: vt dicit text. ad literam, in c.quamuis.de pœnis lib.6. l.aut damnum.§.solent.ff.de pęnis. sed illa pœna debet intelligi de illa de qua cauetur in l.seruorum.in fi.ff.de pœnis. vel de simili alia corporali. vel melius & verius de pœna, vt nihil sibi relinquatur vnde possit sustentari, quod videtur maxima pœna: vt in l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiestatis. Secundò principaliter aduertendum est, ꝙ non est verum, quod dicit Ias.& alij supra relati, ꝙ si debitor, qui alienauit in fraudem, cesserit bonis, ꝙ adhuc possit in carcerari: cum sit contra tex.in l.j.C.qui bonis cedere possunt. qui indistinctè loquitur: & per consequens non debet eius fauor per subauditiones restringi: vt dicit glo. singularis in capitulo cupientes, §.quod si per 20.in verbo petere.de electio.li.br.6. quam ad hoc etiam commendat Iason in l.fina.in 4. columnn.C.de sacrosan.eccl.& Hyppo.de Marsil.in le.furem. in prima colum.de Sica.cum simili, vt per Andr.Sicul.post Anto. in c.cum re.in 15.columnn.de rescrip. Sed potius illius l. fauor conuenit ampliari.cap.odia de reg.iur. libro sexto, & quia cessio est contraria detrusioni in carcerem. nam ad positionem vnius sequitur: vt concludit Felin.in capitulo. ex rescripto.nume.11.de iureiur. & tex.in d.l.fin.§.fin.non patitur illum intellectum primum gloss. ibi cum in illo text. non fiat mentio de cessione. vnde dicere ꝙ ibi à debitore fuit facta cessio, est aperta diuinatio ad illum text. & lacerare. dicta l.j. vt de hoc etiā perpendit Ludouicus Bologni. in primis interpretationibus suis. Tamen ab istis motiuis Ias. & alij possent defendi: quia licet in dicta l.prima de illo remedio carceris non caueatur, hoc tamen nobis per aliam regulam iuris conceditur, qua cauetur ꝙ quando iudex vel pars vnum remedium eligit, & illud non sufficit, potest alium eligere.l.j.§:quid ergo, ff.de ven. inspi.l.consentaneum.& ibi hoc tenet Bartol.in fi.C.quomodo, & quando iud. vbi vult ꝙ dato, quod in actorem sit translata possessio bonorum, potest tamen adhuc facere capi reū, personaliter: quia donec sibi plenè non est satisfactum, & actualiter semper potest recurrere ad istud remedium: vt per plura probat Ias.in l.j.in princ.in 6, colum.nume.23. ff.si quis ius di.non obtempe. Sed in casu nostro per cessionem non est plenè & actualiter satisfactum creditori fraudato: igitur, &c. & ideò ex alio mihi videtur quòd ista regula supradictorum doctorum est falsa. Nam præsupponunt vnum, ꝙ iste debitor, qui alienauit in fraudem & sic per consequens tenetur ex maleficio: vt suprà dixi in secunda parte, & dicam infrà latiùs, vnā cum glo. possit cedere bonis, limitando per hoc l.primā. C.qui bonis cedere possunt. cùm regula cōmunis sit in contrarium, quam firmat idem Iason in terminis nostris sibi contrarius in §.fin.versic.eum quoque.num.18. in 9. limitatione infrà eodem. & tenet Bald.in l.prima in 5.quæstione. C. si quid in fraudem patro. licet Ias.eum pro opinio. prædicta, & male allegauerit: & hanc esse communem cum multis concordan. firmat Barthol. Veronen.in consilio 9.incipien. quidam ex delic. in fi.prin.& columna prima. si igitur iste debitor non potest cedere bonis, ergo nulla est specialitas, ꝙ possit incarcerari, præsupposito ꝙ hoc dicat dicta l. fi.§.fin. & sic malè dicit Iason ꝙ per hoc limitatur dicta l.j.C.qui bonis cedere possunt. cogita. † In eadē glo. ibi, est & Fauiana, quæ cōpetit, &c. Conclusio glo. est ꝙ tres sunt actiones reuocatoriæ. vna quæ vocatur in factum Pauliana: secunda Fauiana quæ competit patrono: tertia Caluisiana quæ competit tam patrono, quàm creditori. Et licet cum hac opinione glos.concor. Odofr.in libellis suis, folio quarto. Breuiter resecatis opin. varijs quæ reperiuntur circa hoc, de quo hic latè per docto. cōmunis opin. est contra glo. videlicet ꝙ sint quatuor actiones reuocatoriæ: nam actio in factum & Pauliana sunt duæ actiones distinctæ: vt dicit glo. hic in principio: licèt postea ab illa opin. recesserit & hoc firmat eadem glo. sibi contraria in l. debitor. in versiculo petant, ff.de his, quæ in fraudem creditorum, & aliæ duæ de quibus dictum est suprà. & ita esse communem attestatur Bartolus in lege finali, ff.si quid in fraudem patrono. Et vltra ipsum hoc prius firmat Specu. in titulo de rebus ecclesiasticis non alie. per totum, & ibi ponit formam libelli vniuscuiusq; & sequitur Socinus, in consilio centesimo octauo, inci. in hac consultatione. in prima & tertia columm. in primo volumi. & Ioan. de Sancto Blasio in tractatu suo actio 17. & 18. actione, idem tenet Ioan. Crispus de Montibus in suo arbore & tractatu de terminis actio. & hæc opin. mihi placet: licet de facili possit sustineri opi. contraria. Aduertendum est ad aliud, ꝙ dum doctor. omnes hic concludunt dari aliam speciem Caluisianæ quæ dicitur vtilis, quæ competit filio arrogato, contra recipientem à patre alienante in fraudem suæ partis debitæ à iure: vt in l.fi.ff. si quid in fraudem patro. videntur clarè præsupponere ꝙ solum hæc actio sit vtilis, aliæ verò sint directæ. Sed tamen in contrarium est casus apertus in l. qui autem, §. qui necessarius & l.si pignus.& l.ait prætor.§. si quid in fraudem, ff.quæ in fraudem creditorum. qui text. veniunt continuatiuè à l.prima, & appellat eam vtilem: igitur illa quæ datur arrogato non est species de per se, sed est communis, quæ competit etiam alijs creditoribus. cogita: quia est nouum. In eadem glo. ibi, sed quæro quæ sunt hic positæ. &c. colligitur ex glo. ꝙ actiones istæ reuocatoriæ personales sunt, & hæc est cōmunis opi. Ias. tamen hic post Nicolaum & Fabrum tentat cōtrarium, quòd non sunt merè personales, sed in rem scriptæ: quia illę dicuntur in rem scriptæ quæ à principio sunt personales: quia oriuntur ex contractu vel quasi, maleficio, uel quasi, sed cum comitantur rerum possessores, dicuntur in rem scriptæ, &

ptæ, & hic per eum,& declarat not. Bar. in l.si tertius §. si qs prius,ff.de aqua plu. arcen. & latius reassumit idem Ias.in rubri. ff.si certum petatur. Sed vos non recedatis à communi: pro qua est tex.in l.j. §.hæc actio,ff.si quid in fraudem patron.
46 ibi, in personam est non in rem. † Non obstat quòd detur contra possessorem: quia hoc non infert de necessitate quòd ideo in rem scripta sit:patet,quia actio finium regundorum dicitur personalis.l.j.ff.fi.regund.& tamen datur contra possessores, vt ibi: & idem de actione fami.ercis. vt in l.j.§.j. C.de anna.excep.& l.item Labeo §.familiæ,ff.fami.er. & tamen dantur ad instar realium, ut tradunt Moder.in rub.ff. si certum petatur.patet etiam : quia hæc actio est personalis,& tamen datur contra possessores.l.ait prætor.§.hæc actio.& §. per hanc, ff.quæ in fraud.credi.Et quia omnes in rem scriptæ enumerãtur per gl.magistram in l.3.§.est autem personalis, in glos. 1. ff. ad exhib. inter quas ista non reperitur non alio respectu,nisi quia in ista actione multa specialia inducta sunt quæ in alijs reperiuntur.patet,quia omnes persecutoriæ reales sunt. §. sequens,infrà eo.& tamen ista est rei persecutoria, vt supra dictum.& ad idem est text.in l.si fraudator §.si à sorore.ff.quæ in frau.& tamen non est in rem sed in personam.faciunt alia specialia quæ adducunt hic doct.videlicet quòd cùm regulare sit quòd cessio bonorum excludat actionem, & reddat inanem: vt toto titulo.C.qui bo.cede.pos.istam tamen actionem, præsupposita communi opi.pro vera, cessio non impedit: vt est tex.in l.fi.§.fin.secundum primum intellectum glo. singularé. quem sequuntur omnes,ff.quæ in frau.credi.

Non obstat,si dicatur, vt hic dicit Faber in fi. istius §. quòd ista est in rem scripta ea ratione, quia in ea iuratur in litem: vt l.tenetur.§.fi.ff.si quid in fraudem patro. Quia dico quòd istud quòd iuretur in litem,venit ex officio iudicis etiam in cõsequentiam,non ex natura actionis: & ideò non debet attendi vt speciem nouam actionis producat:vt dicit glo. no. in §. rei persequendæ:in uer.actiones,infrà eodem.& arg.tex. in l.qui habet.ff.de tutel. & eorum quæ tradit Bar.post glo.in le.certi condictio.in prin.ff.si certum petatur.dum alle.text.in le.item veniunt.§.cùm prædiximus.ff.de petitione hæreditatis. Et qđ istæ actiones dicantur personales,est casus & ibi apertè tenet Bar. in l.qui à debitore,ff.quæ in fraudem credi. quæ omnia tene menti. In eadem glo.ibi,ex quasi maleficio & c.duo colliguntur. Primò quòd quando fraus concurrit ex vtraque parte,videlicet tam ex parte debitorum alienantis,quàm recipiẽtis, tunc actio oritur ex quasi maleficio.Secundò,quòd quando solus debitor participat de fraude, non autem recipiẽs oritur ista reuocatoria ex quasi contractu.

47 † Circa primum Ias.hic post Pet.& quosdam alios tenet contrarium, quod immo tunc concurrente dolo vtriusque oriatur ex maleficio, motus principaliter:quia dolus est delictum : ut l. j. iuncta glo. crimine.quam ibi not. Bart.ff. de fideiusso. tuto.l.item exigit.ff.de dolo & l.j.§.si apud.ff.depositi.cum alijs vt hic per eum:quibus adde text.magis expressum in l.prima §.planè.ff. de tutel.& ra.dist.& ibi Bald.per illum tex. dicit ꝙ statutum loquens de delicto,intelligitur de dolo:quia est delictum:per textum ibi quem ad hoc dicit meliorem de iure Iason in lege,si verò, in prima colum.ff.qui satisda. cogantur. & ante ipsum alleg.Alexand.in l.si videtur.§.fi.in fin.ff.si quis ius di.non obtemp. & in l.si quis nec causam.in fine.ff.si certũ petatur, ad idem est tex.in l.si ex causa.§. nunc uidendum. ff. de mino.& bonus text.in l. 3.ff.de cri. pec.quem ad hoc allegat Corne.consilio 182.videtur in quarto volumine. cum similibus:ut ibi per eos.Sed tamen videtur quòd glo.ista bene dicat,quòd actio de qua in proposito nostro,oriatur ex quasi maleficio.Non obstat,quod dicit Ias. quod dolus est delictũ,quia illud est uerum,quando materia subiecta.ex qua oritur obligatio principalis erat criminosa : secus uero si obligatio principalis non oriebatur ex delicto, sed ex bono titulo : nam tunc dolus postea obueniens non dicitur propriè maleficium de hoc est doctri. Bar. in l.omne delictum in princ.ff.de re mili. vbi no. declarat illum tex.dum ibi probatur, quòd contumacia est delictum, ea ratione, quia non fit sine dolo: ut dicit Bart.in l. minor.la prima,ff.de mino. facit l.ex consensu, ff.de appel. & l.non potest, ff. de reg. iur. & tamen dicit ibi Barto. illud procedere quando materia subiecta vnde oritur illa contumacia, esset criminosa: vt ibi per eum.

Suadetur hoc, quia licèt dolus crimen dicatur,dicta l.prima,de fideiusso.tuto. alleg.per Ias.crimen tamen à delicto & maleficio distinguitur. & hæc tria inter se differunt : vt colligitur ex text. & glo.in ver.delictum.in l.prima.C.si aduer.delic, & declarat Bar.in l.aut facta.in principio, ff. de pœnis. sequitur Alex.in l.si mora.in quinta column.nume.14.ff.solu.matri. & est glos. ordinaria in regula peccatum. de reg.iur. libro sexto.presertim in casu nostro in quo velamentum contractus bonæ fidei præcedentis operatur, vt non dicatur uerum maleficium,sed quasi:ut dicit hic Dyn.& Ioann. de Platea:pro quibus bene facit tex.in l.cùm filius.§.hæres,ff.de lega. secundo. in fi. & sic debet haberi respectus ad primæuam causam , & originalem obligationis,arg.l.si quis nec causam.ff. si certum petatur.secundum quam temperari debet dolus commissus, in alienando sub illo velo: argu.text.in l.non debet.in fi. ff. de dolo: faciunt quæ in simili pulchro casu & quasi in terminis, dicit Aret. in l.continuus. §. illud. in secunda colum.ff.de uerborum obligatio. accedant quæ adducit Soci.in consi.54.uisa breui narratione.in penultima columna uersicu. si tanquam. in quarto uolumine.& ita puto quod opinio glo. poterit sustineri. Vel secundo dicas quod istud argu. Iaso. est à remotis nam ipse arguit de fraude de qna loquitur hic tex.& edictum prætoris ad dolum de quo non loquitur,quia sunt diuersa.argumen.enim rectè procederet econtra, quia omnis dolus dicitur esse fraus,sed non conuertitur , ut est gloss.nota. in capitulo primo. in uerbo fraus. 81.distinct.quæ alleg.tex.in l. iuris gentium §.si fraudandi. & ibi est glos.ff.de pactis. & sequitur Areti.in §.præterea in 9.colum.uersiculo quæro quid differat, infra eodem. Et ideò ex diuersis non fit bona illatio, l. neque. C.de probationibus.l. Papinianus,ff.de minor.

48 † Secunda conclusio ex gloss. colligitur, quod quando ex parte alienantis tantum dolus reperitur, non autem ex parte recipientis,quod tunc actio reuocatoria oritur ex quasi contractu: & hoc intelligi debet de recipiente ex causa lucratiua, contra quem etiam si de dolo non participet,reuocatoria datur: secus si ex titulo oneroso : ut dictum est supra post glo.primam,& sunt iura clara in l.qui autem.§.similique modo. & l. si fraudator.ff.quæ in fraudem creditor.

Et iste quasi contractus oritur ex interuentu rei: ut notabiliter declarat Bartol.in l.si tertius, §.si quis prius. columna prima,ff.de aqua pluuiali arcenda. Nam eoipso quod res peruenit ad emptorem uel legatarium , ex illa susceptione inducitur quasi contractus, ex quo oritur actio personalis : ut ibi dicit Barto. & hoc ratione suadetur:quia ille emptor seu legatarius directè non contraxit cum creditore agente , sed in consequentiam, eo ipso quod cum eius debitore contraxit super illa re pro qua competit reuocatoria : & ideò ex quasi contractu tenetur, & non ex contractu:ut hic dicit glo. In fine gloss. colligitur,quod possessores bonorum alienantis uti possunt retentione. sed breuiter, ut omnia contraria cessent, & habeatur resolutio in hac materia,potest ita distingui,quod aut sunt plures creditores quibus competit reuocatoria, aut est vnus. Primo casu aut omnes agunt,aut vnus tantùm & alij non. primo casu quando omnes agunt, poterit possessor soluendo quod eis debetur,uti retentione.l.prima. C.qui potiores in pignore habeantur. & l. euictus. hic alleg. in gloss. & ratio est, quia tunc cessat præiudicium quod respectu pretij , & pecuniæ consideratur: ut dicit text.in l.prima §.sed si rem, ff.si qd in fraudem patron.

Secundo casu quando unus agit, & alij non, & tunc ex quo tacitè quemadmodum uidetur ius aliorum in iudicio deductum non poterit possessor soluendo isti creditori agenti retẽtione uti,ne ius aliorum eludatur: sub distinctione tamen tex. in l.ait prætor §.illud, ff.quæ in fraudem credi. Secundo casu principali quando non est nisi unus creditor,& tũc res de plano procedit, quod uti retentione poterit dato illi, quod sibi debetur: & isto modo breuiter resecantur ea quæ hic Iaso.inuoluit, & per hæc fit expedita hæc glo.reliqua extra glos. quæ prosequi non intendo,ne impediatur processus,& implicetur ingenium uestrum, uideatis per uos.

49 † Sed iuxta prædicta quæro de noua quæstio. Habetis ex supradictis quòd debitor alienans in fraudem in ultima uoluntate,

tate, puta legatum etiam ignoranti cōpetit reuocatoria cōtra possessorem, dictis iuribus supra allegatis: quia istud edictū propter fraudem & dolum alienantis datur: ut in le. j. quæ in fraudem credi. Sed quæro cur non idem dicimus in alienatione dolose facta in ultima uoluntate in illo edicto de alienatio. iudic. mu. causa fac. cum illud edictum etiam detur propter dolum alienantis siue cedentis in potentiorem in fraudem sui aduersarij: quo casu competit actio in factum: ut in l. prima, ff. de aliena. iudi. mutan. causa facta. & tamen illa fraus & dolus non consideratur, quando in ultima uoluntate aliquid relinquitur siue legatur potentiori; ut l. ex hoc edicto. §. ait prætor. ff. de ali. e. iudi. mu. cau. fac. ergo pariter idem esset dicendum in casu nostro de quo patet contrarium in dicta l. qui autem. quæ in fraudem credi. nec potest dici, ut dicebat glos. in d. l. ex hoc edicto, quòd necessitate compulsus relinquit in illo casu, cùm per mortem relicturus sit; quia fateor: sed non in potentiorem, & sic in fraudem; & illa ratio militat etiam in casu nostro. Et si hoc dictum glo. admittatur, eadem ratione esset dicendum in hac materia quòd legatum non reuocaretur: & ideo adhuc desideratur ratio diuersitatis cur ibi non fuit prohibitum legare potentiori propter fraudem, quemadmodum hic. cogitetis de bona ratione.

SVMMARIA §. ITEM SERVIANA.

1 *Quadruplex est pignus. de quibus hic remissiuè.*
Quid sit pignus prætorium & quid iudiciale.
Quomodo differt pignus conuentionale à prætorio, vide hic plures differentias.
2 *An & quando procedat illa regula, quod factum iudicis censetur factum partis.*
3 *Quasi Seruiana, quæ hypothecaria siue pignoratitia dicitur, duplex est & quando competat.*
Pignoratitia ciuilis triplex est. & quando & quibus competat.
4 *Qualiter & in quibus differunt actio hypothecaria, prætoria & pignoratitia ciuilis.*
5 *Quid requiratur ad intentandum hypothecariam, & per quæ verba fiat constitutio pignoris vide remissiuè.*
6 *Dictio Item, est repetitiua similium cum eisdem qualitatibus.*
Dictio Item, quando ponitur in oratione penitus diuersa nō repetit similia cum eisdem qualitatibus.
7 *Actio Seruiana propriè tantum competit pro rebus coloni ad pensionem obligatis, sed quando agitur pro rebus alijs aliter obligatis, competit quasi Seruiana, seu hypothecaria.*
Casus similes non censentur etiam per taxatiuam exclusi.
8 *Creditor habens rem debitoris pignoratam, si eius possessionem amittit, potest agere Seruiana.*
Octo & plures species colonorum: de quibus vide remissiuè.
Quantum ad tex. nostrum, duæ sunt species colonorum, videlicet Conductij & Partiarij.
Conductitij coloni sunt illi qui nummis colunt, & qualiter, hoc intelligatur.
Coloni partiarij sunt illi qui lucrum & damnum cum locatori participant.
9 *An illata in fundum, etiam per colonum partiarium, sint tacitè obligata domino.*
Colonus partiarius an sit propriè colonus.
Colonus partiarius an dicatur socius. & nu. 10. 11.
Verbum Colonus, est generale.
10 *Colonus dicitur qui non gratuitè habitat.*
De substantia emptionis est pretium in pecunia numerata
Societas solo consensu, non sola re contrahitur.
11 *Cui competit definitio, debet competere definitum.*
Definitio coloni quæ sit
12 *Dictio, Quasi, improprietatem denotat.*
Societas morte socij extinguitur, secus est in colono partiario.
13 *Inuecta tam per colonum in fundum quàm per inquilinum in domum, censentur tacitè hypothecata pro pensione. declarando & ampliando vt hic. & nu. 14. 15. & 16. & sequentibus.*
Fructus naturales etiam sunt obligati pro pensione, sed fundus vel domus empta ex pretio fructuum venditorum, quia non sunt tacitè hypothecata, & ratio assignatur.
14 *In hypotheca an & quando pretium succedat loco rei.*
Res quæ in generali obligatione non veniunt, non censentur tacitè hypothecatæ pro pensione: ponuntur exempla.
16 *Inuecta in prædio rustico non censentur tacitè hypothecata, nisi dominus sciuerat.*
Quæ dicantur prædia rustica, & quæ vrbana. vide remissiuè.
17 *Bona inuecta quæ non sunt conductorum, sed alterius, non sunt tacitè hypothecata pro pensione. & numero 24. & 25*
18 *Bona mobilia inuecta tantum sunt tacitè hypothecata, non autem nomina debitorum.*
19 *Inuecta & illata duntaxat eo animo, vt ibi sint, donec finiatur locatio, sunt tacitè hypothecata, & qualiter hoc cognoscatur.*
Res venales inuectæ & quando censentur tacitè hypothecatæ pro pensione: & quid de pecunia. numero. 20. & 21. & 22.
In generali legato an & quando veniant res venales.
20 *Pecunia non circunscribitur loco.*
Pecunia est de rebus quæ seruando seruari non possunt.
In alienatione pecuniæ non est opus decreto. & de qua pecunia intelligatur.
In obligatione siue hypotheca generali res venalis comprehenditur, secus in legatis.
Vbicunque aliquis est præsens alicui actui quem contradicendo posset impedire, sibi præiudicat.
Permittens aliquem testari de re sua, si non contradicit, sibi præiudicat.
25 *In præiudicialibus tacens habetur pro contradicente.*
26 *Hypotheca expressa alienationem impedit & res transit cum onere suo, si alienatur.*
Hypotheca tacita de qua in text. nostro alienationem rerū inuectarum non impedit, declarando vt hic.
Taciti & expressi eadem est virtus.
27 *Quomodo differt colonus ab inquilino.*
Communis vsus loquendi præualet, proprietati vocabuli.
Nobilis habitans villam siue rus non censetur rusticus.
Locus non nobilitat hominem, sed virtus.
Nobilis patria redundat filijs eius ad gloriam.
Talis quis præsumitur, qualis est eius patria.
28 *Gens Sclauonum est deterior quàm sit in mundo.*
Quisque naturaliter mouetur ad tuendos mores patriæ.
Patria sua cuilibet est dulcissima.
29 *Quæ requiruntur ad voluntatem tam de iure ciuili quàm canonico.*
Nobiliores dicuntur illi qui sunt in minori ciuitate, quàm qui sunt in maiori, & ideo data paritate, debent tanquam digniores præferri.
30 *Incongruum est rei familiaris detegere vilitatem.*
Limitatur hæc ratio gl. in quantū dicit, quòd rusticitas. &c.

Alia

Alia ratio, quare inuecta in fundum rusticum, non censentur tacitè hypothecata.

In generali obligatione expressa omnium bonorum, non censentur inclusa instrumenta quæ ad agriculturam non conueniunt.

31 *Quando dicantur res receptæ in custodiam nau. cau. stabul.*

An & quando ex bonis inuectis in eauponam, vel nauim, fuerit aliquid subtractum, stetur iuramento hospitis, & damnum passi.

32 *Inuecta in fundum vrbanum etiam per secundum conductorem conductoris, sunt tacitè hypothecata, & quidem in fundo rustico.*

Exempla non restringunt regulam.

Insula propriè loquendo fundus rusticus est.

Insulæ iudicantur esse eiusdem iuris quod prædium sibi magis coniunctum.

Quæ religiosis adhærent, religiosa sunt.

33 *Seruiana, & quasi Seruiana, vnde dicatur, & numero. 34.*

Melius est pignori incumbere, quàm in personam agere, etiam quo ad debitores.

Qui tenetur dare fideiussorem, dando pignus liberatur.

Non valet pactum quòd liceat creditori vendere pignus, ratione de qua hic.

35 *Agens hypothecaria debet probare dominium. secus in Saluiano interdicto & quomodo intelligatur.*

Quæ requiruntur in agente hypothecaria.

Res dicitur in bonis, cuius dominium verum habemus.

Natura genitiui est importare verum dominium.

Verba.l.in dubio, propriè accipi debent.

36 *Hypothecaria dicitur petitorium, iudicium nõpossessorium, interdictum verò saluianum dicitur possessorium.*

37 *Pignus an possit præscribi. & quid in creditore, & quid in debitore, & numero 38. & 39. & quid in hypotheca.numero. 40.*

38 *Aliena res bona fide, & iusto titulo possessa datur in pignus.*

39 *Facultas eundi per viam publicam non præscribitur.*

41 *Mobilia & immobilia corporalia, & incorporalia pignori obligari possunt, intelligendo vt hic.*

Iura quæ habet dominus in vasallos, & patronos in libertos obligari non possunt, etiam subditi non possunt alij domino se subijcere in præiudicium domini, limitando. vt nu. 42. & 44.45. & 46. & 48. & 49.

43 *Si imperator faceret aliquam ciuitatem quæ sua non esset, confiteri esse suam, & sibi iurare fidelitatem, non valeret tale iuramentum, & Imperator peccaret mortaliter. & ratio assignatur.*

43 *Propter bonum pacis receditur à regulis iuris.*

Pro bono pacis potest liber homo obses dari. & sic loco pignoris assignari.

44 *Princeps potest alienare terras suas vel donare propter remunerationem absque assensu subditorum, & quando procedat.*

Propter remunerationem recedimus à regulis iuris.

Donatio remuneratoria propter ingratitudinem non reuocatur.

47 *Prohibitus vendere, prohibetur pignorare*

50 *Argumentum à simili est fallax.*

51 *An seruitus vrbana possit pignorari.*

52 *Vbicunque per aliquem contractum inducitur deformatio ædium, talis obligatio non valet.*

Legatum regularum, vel tigni alicuius domus non valet

Valet precarium seruitutis vrbanæ quando per illud non deformatur ædificium.

53 *Quilibet in rebus suis cautus præsumitur.*

54 *Quare potius cautum est per velleia. quòd mulieres non possunt se obligare, quàm quod non possunt donare.*

Seruitutes non sunt in bonis nostris.

54 *An pignus possit esse in re mobili.*

Pignus dicitur à pugno.

56 *Seruiana & quasi seruiana, sunt actiones reales.*

ITEM Seruiana. Præmitte ad intelligentiam istius text. ea quæ hìc Iason præsupponit, videlicet quòd quadruplex † est pignus: prætorium, iudiciale, conuentionale, & legale: & has quatuor species posuit glo. quam ibi no. Bar. in l. prima. C. qui in pig. habe. & notabilius, & latius prosequitur idem Bar. ponens plures differentias in l. prima. ff. de pig. ac. & aliqua scribit post Abb. Feli. in c. cum aliquibus. extra de re iudic. & traditur per Bar. & omnes in l. à diuo Pio §. si ex conuentione. ff. de re iudi. & ponit Spec. in titulo de primo & secundo decreto. §. secundo, & §. 5. in principio. cum similibus. & dicas vt ibi per eos.

Ad vnum tamen aduertas quòd pignus prætorium appellatur quando iudex nulla sententia diffinitiua præcedente, sed solùm ratione contumaciæ procedit ad misionem in possessionem contra reum edicto prætoris, de quo in l. siue vnus. ff. ex quibus causis in posses. ea. Iudiciale verò appellatur quando pro executione diffinitiuæ, vt capiantur bona. & ita declarat Alexand. in l. à diuo Pio. §. in venditione. col. pen. nu. 37. ff. de re iudi. licèt Ias. hic sibi attribuat tacito Alexandro. Tertia species pignoris dicitur conuentionale, de quo loquitur tex. videtur ꝙ differt à prætorio dupliciter: vt hic per Ias. Et vltra hic dicta per eum, tu adde alias differentias quarum vnam ponit Iason hic inter pignus conuentionale & prætoriũ: nam qui habet pignus conuentionale, habet illam rem, sibi obligatam, etiam si ad quoscunque transeat. tamen non potest agere hypothecaria, & sic actione de qua hic, nisi prius excusso principali debitore, Authentica, hoc si debitor. C. de pignor. declarando, vt infrà dicam in secundo euidentiali. Adde Bartol. in §. primo. num. 15. in Authenti. de fideiusso. & in l. si creditor. §. primo. ff. de distractat. pignor. & firmat Andr. Sicu. in c. quoniam. §. in alijs, nume. 42. vt lit. non contesta. hoc tamen procedit quando vellem agere hypothecaria: secus verò si remedio l. fi. C. de acquiren. possess. quia tũc requiritur excusio præcedens: vt declarat Ioann. Baptista de sancto Blasio in arbore actionum, titulo, de quasi seruiana, num. 8. & alia remedia ponit Bald. in d. Auth. hoc si debitor. Secus tamen est in prætorio pignore; quia possum non excusso prius principali debitore agere actione in factum aduersus extraneos possessores, ad quorum manus res peruenit in cuius possessionem missus eram. Istud fuit singulare dictum Baldi in l. prima, columna prima, ver. sed ego quæro. C. de his quæ in fraudem credi. & hanc doct. Bald. sequitur Ias. & valde commendat in l. creditor. la 2. in fin. ff. si certum petat. & ibi etiam repetit sub breuibus has quatuor species pignorum quas hic refert ex illo tex. iuncta. l. à diuo Pio. § . si pignora. ff. de re. iudi. colligitur vna alia differentia: quia in pignore conuentionali, qui accipit pignus non idoneum, non per hoc intelligitur renuntiasse residuo. d. l. creditor. secus verò in prætorio: vt in d. §. si pignora. item & tertiò istud pignus conuentionale quod conuentione partis fit, differt à prædictis alijs speciebus in alio: quia istud potest fieri die feriato, ex quo in eo nulla requiritur iudicialis cognitio. le. ij. §. dies. quis or. in bo. possess. Sed in pignore iudiciali vel prætorio, quod ẽ quoddam decretum siue misio in possessionem, vt hic dicit Iason. requiritur tunc cognitio: & ideò in die feriato fieri non potest vt in l. magis puto. §. ne possum. ff. de re. eorum. tenet Bartol. & alij, in l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudic. cum similibus, tamen si talis pignoratio non requirit causæ cognitionem, vnde potest fieri diebus feriatis: vt tradit Abb. & alij in capitulo

finali,

finali. de iudici. & latiùs reassumit Guido Papæ, in decisione parlamenti quæstione 215. inci. an excu. Item differunt in alio: quia creditor habens pignus conuentionale, tenetur illud reficere. l. si seruus. ff. de pign. actio. sed ille qui habet pignus prætorium non tenetur nisi omissio caderet in dolū uel latam culpam, uel in missionem causa damni infecti: quia dominus eo casu non potest sibi imputare cum ipse non fulserit: ita dicit Bar. in l. si finita. §. si quis damni. ff. de dam. infec. Item differunt in alio pignus conuentionale & prætorium: quia habens prætorium pignus, si in possessione turbetur, non potest agere interdicto vti posidetis, qđ datur contra turbantes possessionem. casus est expressus in leg. si duo. §. creditores. ff. uti. possi. & ibi hoc not. glos. & ratio ibi redditur: quia creditores missi in possessionem, quod dicitur pignus prætorium, non possident, sed detinent: ut ibi dicitur, & in l. 3. §. fi. ff. de acqui. poss. quod secus in pignore conuentionali, l. qui pignori. §. j. ff. de acqui. pos. & l. sciendum. §. creditor. ff. qui satisd. cogan. nisi actum esset inter partes, q̄ creditor haberet tantum tenutā, ut est glo. singularis in l. si seruus. quam ibi not. Bal. C. quod cum eo. Et declarat notabiliter Iaso. in l. j. §. per seruū corporaliter. per illum text. in princ. ff. de acquir. poss. in vltimo notabili. & hoc idem prius tradit Bald. in consi. cccxvj. quarto volu. Non
2 obstat, † q̄ factum iudicis censetur factum ipsius partis: unde quemadmodum debitor ex conuentione tradens transfert possessionem naturalem & ciuilem in creditorem, eodē modo & si prætor siue iudex tradit: per regulam si ob causam. C. de euictio. cum simi. ut per Io. Ignei in rep. l. contractus. in 45. col. ff. de reg. iur. Quia respondetur, q̄ illa regula procedit respectu dominij: secus autem respectu possessionis; ita declarat Alex. in l. peregre. §. fi. ff. de acquirē. poss. alleg. l. licet. §. j. ff. depositi. iuncta l. interesse. ff. de acquir. poss. & aliter istam regulam declarat Ias. in l. a diuo Pio. §. si emptor, in ij. col. num. 4. ff. de re iudic. & in l. iuste. in 5. colum. num. 20. ff. de acquirē. possess. & aliam declarationem ponit Bartol. in l. j. §. hæc uerba. ff. ne vis fiat ei. Et licet pignus prætorium & conuentionale differant in pluribus, possunt tamen simul in eadē re concurrere, prout est casus singularis, quæ ad hoc notat Lancillotus Decius: & ita summat in l. fundus. ff. de annuis legatis. & ideo quemadmodum pro pignore conuentionali pignoratitia cōpetit, vt hic: ita & pro pignore prætoris: casus est de hoc in lege, is cui. §. quæri potest, ff. vt in possessione lega. quem ibi ad hoc Bar. notat. & idem per illum tex. tenet Bart. in l. inquilino. in fi. ff. de dam. infect. & in l. prima, in prima colum. numero 5. ff. de pignor. action. & est text. quem ita summat Pau. de Cast. in l. si pecuniam, eodem titul. de pigno. action. cum similibus: vt per Ang. Aret. in §. actionum autem. colum. ij. numero 81. infra eodem.

Quarta species pignorum quæ non ponitur hic per Ias. licèt ab eo præmittatur, est pignus legale, de quo loquitur totus titulus. ff. quib. mo. pignus tac. contraha. & declaro in voce.
3 † Secundò pro intelligentia istius tex. & totius materiæ p̄supponendum est vltra alios, quòd quasi Seruiana, quæ hypothecaria dicitur siue pignoratitia, de qua text. noster loquitur est duplex: quædam est prætoria directa, alia prætoria vtilis, alia est pignoratitia ciuilis, quæ est triplex hypothecaria, siue pignoratitia: prætoria directa, est illa quæ competit creditori prætendenti habere aliquod ius in bonis debitoris, & ideo agi ad rem sibi pignoratam contra ipsum debitorem, vel eius hæredem tantum, non autem contra extraneum possessorem. hypothecaria vtilis prætoria est illa, quæ datur non solum cōtra debitorem principalem & eius hæredem, sed etiam contra quemcunque possessorem. de vtroque est casus in l. j. C. de saluia. inter. & in l. nomen. ibi, vtilibus actionibus. C. quæ res pig. ob. po. Pignoratitia ciuilis est triplex: quædam est directa quæ datur debitori contra creditorem, ut sibi restituat pignus post quam satisfacit de debito. §. fi. Instituta. quib. mo. re contrahi. obl. & dicitur tunc satisfactum creditori, quando ei solutum est, uel accepto tulit quocunque alio modo constet creditorē velle a pignore recedere. l. si rem. §. omnis, ff. de pigno. action. Alia est contraria quæ datur creditori contra debitorem multiplici de causa: vel quia aliquid vtiliter in pignore impendit, vel quia est deceptus à debitore re ipsa vel proposito obligando ei rem alienam obligatam alteri, vel æs, vel stannum pro auro, de quo habetur in l. prima. §. si quis. & in l. tutor. §. si cōtrariam. cum l. si quis in pignore. §. fi. ff. de pign. actio.

Et quare dicatur directa & contraria, & quomodo cognoscatur, habetis glo. no. in l. consensu. in versicu. consentire in fi. ff. de actio. & obliga.

Alia est vtilis etiam ciuilis, quæ datur ei qui pignorauit rē alienam sine consensu domini: & postea iste pignorans est dominus pignoris effectus. l. rem alienam. in fi. ff. de pign. actio.
4 & l. j. §. j. l. & Titio. cum seq. ff. de pig. † Differunt tamen hæ actiones, hypothecaria, prætoria & pignoratitia ciuilis in tribus principaliter, videlicet in natiuitate, vtilitate, & vita: ita magistraliter tradit Bart. post glo. ibi in procem. ffotum. in §. parui. & reassumit Areti. in §. actionum autem. in 26. column. infrà eod. cum concordan. quas congerit Alexan. in l. si tibi. §. de pignore. circa fin. ff. de pact. natiuitate: quia hypothecaria nascitur ex solo consensu l. si tibi decem. §. de pignore, & ibi Bar. ff. de pac. & ille solus consensus producit actionem, de iure p̄torio vt ibi dicit Bart. sed pignoratitia nascitur rei interuentu. §. fi. supra quib. mod. re contrahi. obl. Et ratio differentiæ est: quia cùm directa pignoratitia competat debitori ad repetendum pignus post quam satisfacit, vt suprà est dictum, requiritur quòd rei interuentu præcedat traditio: alias autem non posset repetere quod non tradidit: quod secus in hypothecaria: quæ solo consensu contrahitur. Sed modo aduerte quòd posset dici quòd istud ideò est, quia istæ actiones, in diuersorum personis consistunt: nam ista hypothecaria datur creditori, sed pignoratitia directa debitori: quo casu, ex diuersitate personarum ius metimur. argum. textus in l. prima. §. primo, ff. si pars hære. peta. vt tradit glo. prima, in §. sed istæ: supra eodem. sed data paritate personarum fortè differentia prædicta non procederet: vt est in ista hypothecaria, quæ datur creditori, vt dictum est, ad prosequendum pignus & in pignoratitia contraria quæ datur etiam creditori, quando res aliena ei pignorata est. vt suprà diximus: quo casu potest agere, vt sibi pignus constituatur, per supradicta: faciunt ea quæ notat Iason in d. l. si tibi. §. de pignor. ff. de pactis, dum ista videtur confundi: sed tamen uos non recedatis à communi. Vtilitate dicuntur etiam differre: quia pignoratitia est actio bonæ fidei: vt §. actionum autem quædam. infrà eodem. hypothecaria verò est stricti iuris: quia illa non enumeratur: vt ibi tradit regula glossæ primæ, & doct.

Item etiam differunt: quia pignoratitia competit directa & etiam vtilis: vt suprà est dictum: Sed hypothecaria competit tantùm creditori. sed dic, quòd etiam hypothecaria est duplex, directa & vtilis: vt tenet Bart. in l. rem in prima columna. ff. de pignor. actione, & dixi supra.

In alio tamen differunt: quia pignoratitia est directa, sed hypothecaria vtilis: quod probo per textum, & glossam ibi, in l. prima. C. de precario & Sal. interfacit l. fin. & ibi glos. C. de hære. & ac. uendi. licet posset dici quòd sit etiam directa: quia descendit ex uerbis & mente prætoris. nam ita cognoscitur vtilis à directa: ut tradit notabiliter Bartolus, & doct. in l. curatoris. C. de negotijs ge. & in l. consensu. ff. de actio. & obligat. & per Dyn. in reg. fin. de re. iu. libr. 6. & per ea quæ dixi suprà proximè, item quia actio pignoratitia competit tam pro pignore prætorio quàm conuentionali, Bartolus in lege, is cui §. quæri poterit. ff. ut in poss. leg. sed hypothecaria tantum pro conuentionali: ut hic.

In uita differunt: quia pignoratitia est semper personalis, hypothecaria in rem, cùm qualibet pignoris prosecutio est in rem. lege, pignoris. ff. de pignoribus. l. eos. C. qui po. in pig. ha. l. 4. §. Cato. in ij. col. de uer. obl. nam datur contra quemcunque possi. etiam extraneum: ut hic & suprà est dictum: licèt posset de facili teneri q̄ sit personalis, cùm oriatur ex contractu. §. omnium. suprà eo. sed tene primam opi. & ad hoc respondè per Bar. in l. pignoris. C. de pig. ubi notabiliter declarat: sed pignoratitia solùm datur creditori & eius hæredi contra creditorem. l. si necessarias. §. pe. ff. de pig. ac. item differūt in uita: quia pignoratitia, cum sit personalis, durat: 30. an. hypothecaria interdum. 30. interdum. 40. interdum. 10. interdū. 20. ut latius dicetur super glo. nihil interest. & not. in l. j. C. si aduer. cre. & ita cum hanc distinct. Bar. in d. procem. ffotum transeunt doc. in d. l. si tibi. 10. §. de pignore. ff. de pac. cū concor

cor.vt ibi per Alex. & sequitur Feli.in c.6. de sen.& re iud.
5 †Et quid requiratur quò ad intentandam hypothecariam, & qualiter probetur, tradit latè Socin.in consi.92. viso processu. in 4.vol.& Alex.in consi.78.in causa & lite.circa fi. in vij.vol. nouiter edito & Bar.in §.illud, nume.3.in auth.de trien.& semis.& not.per eundem in l.si fundus. §.in vendicatione. ff.de pig.& in l.rem alienam. ff.de pig.ac. de quib.dicam. j.in glo. Et per quæ verba fiat constitutio pignoris, per Alexã. in consi. 56.viso instrumento.in princ.in 6.vol.nouiter impresso: & an & quando competat hypothecaria, & quando condictio indebiti, uide Bar.in l.fin.§.& si præfatam.nu.4.C.de iure delib.
6 †No.primo ex isto tex.item ibi secundum Ang. iuncta glo.hic ꝙ ista dictio Item, est repetitiua similium cum eisdem qualitatibus.Bart.in l.j.in prin. ff.de publ.cum alijs hic per eum alle. quibus adde Ias.plenius & quæ ibi post eum dixi, in §.æquè. in ix.col.nume.45.suprà eo.sed tu aduerte: nedũ est quòd quãtum attinet ad istum tex.non est verum quòd ista dictio item, repetit similia cum eisdem qualitatibus: quia in §.præce.Item si quis in fraudem. tractatur de actionibus reuocatorijs, quæ personales sunt.ut ibi cum communi opin.firmauimus super gloss.magna.in ver. petere &c.sed actiones de quibus hic in tex.nostro tractatur, sunt reales: ut suprà dixi in euidentialib. & tenent communiter scribentes, quæ penitus sunt diuersæ natura, nomine, & effectu a reuocatorijs.§.præcedentibus.unde potius est facienda hic regula contraria, quòd quando dictio Item, ponitur in oratione penitus diuersa, non repetit similia cum eisdem qualitatibus: quam regulam post Bar.in locis hic per Ang.alleg.firmat Soci. in consi.x.inci. quamuis. in v.vol.j.volum.& Alexã.in consil.17.incip.uisis, suprà narratis. colum.fin.lib.j.cum simi.ut dixi in d.§.æquè, in gloss.magna.
7 †No.ij.istum tex.secundum Ias.hic. quòd Seruiana actio propriè tantum competit pro rebus coloni ad pensionem obligatis: sed quando agitur pro rebus alijs aliter obligatis, actio quæ competit, dicitur quasi Seruiana, quæ est eadem quòd hypothecaria: & sic quasi Seruiana siue hypothecaria, differunt à Seruiana.ita istum tex. intelligit & declarat Bar.in l.fin. ff.de sal.interdict.quod alibi se nõ legisse attestatur Ias.hic. Sed dic quòd hoc prius colligitur ex dictis Pe.de Bella perti.& Iac.hic super gl.ij.quos latius refert Io.Fabri super.d.gl.ij.qui fortius uolebant Pe.& Ia.quòd ex quo tex. hic dicit seruianam competere contra colonum, non idem est contra inquilinum. vt vult ibi glo.cum de inquilino tex.hic nihil dicat: moti ista ratione, quia iura promiscuè vtuntur istis vocabulis seruiana, & saluiano interdicto: & tamen saluianum interdictum non cõpetit nisi pro rebus coloni.l.j.ff.de salui.interdic.ergo &c. & alia plura pro hac parte adducunt: ex quibus, licèt in alio proposito sint, bene tamen colligitur intentio istius opin.Ias. Imò plus dicebant, quòd si pro rebus coloni agerem hypothecaria, quòd succumberem, & econtra: vt hic per eos: licèt Faber teneat contrarium illo casu in quo loquuntur. Sed tamen aduertendum est quòd ista non videntur sine dubio: nam licet text. noster dicat quod seruiana pro rebus coloni detur: pro hoc tamen non negat quin dari possit pro rebus alijs: nam casus similes etiam per taxatiuam nõ censentur exclusi. uul.l.ob æs: & ibi gl.& Barto.C.de prædi.mino.cum simi. ut latè tradit Ias.in l.j.in ij.col.ff.si quis ius di.non obtemp. & contra Bart. & sequaces est casus apertus in l.si creditor.ff.de pig.act.licèt gl.ibi corrumpat tex.vbi dicitur quòd creditor, qui habet rem debitoris pignoratam, si eius rei possessionem amiserit, potest agere seruiana: & rectè dicetur esse actũ. ad idem est optimus tex.in l.acceptam.C.de vsuris.& sic sunt ibi tex. contra Bar. & Ias.& contra Pe.de Bella.& Iac.hic, uolẽtes quòd seruiana ab hypothecaria in hoc distinguatur, quòd agens tali actione succumberet: quod est contra illum tex. uolentem expresse posse agi seruiana: & hoc pro regula traditur in l.si ab eo.ff.de pigno.ergo opi.Bar.non est uera. & ita in hac opinione contra Bar.uidetur inclinare Faber hic: licet in alio proposito, dum allegat d.l.si ab eo.cum alijs legibus, vt hic per eum.Suadetur hoc: quia actio quæ competit creditori pro pignore, dicitur hypothecaria, vt hic dicitur.sed seruiana appellatur hypothecaria, sicut quasi seruiana: ut est tex. in l.apud Celsum. §.idem tracta.de doli exceptio.& d.l.acceptam, igitur &c. Vlt.no.tex. ibi substantiã capiunt: ꝗ origo rei dicitur substantia rei: quod facit pro opi.Bal.in l.j.ff.de orig.iur.& ibi dixi. sed potius ista verba conueniunt formę & sic fini ipsius rei, qui dicitur forma.l.Iulianus, ad exhib.dixi.supra.in princ.tituli. & sic forma data in hac actione a prætore, dicetur substantia rei, quæ dicitur forma: per ea quæ Feli. adducit in c.cum dilecta. in 7.col. de rescr.post Car.& Imo.in cle.causam.§.fi.de electio.Tamen etiam istud non satisfacit, per ea quæ dicit Ang. in consi.87.in fi.vbi dicit, quod ea quæ sunt de substantia, possunt interuenire post actum: secus in his quæ sunt de forma: ergo non sunt idem: & ideo prima expositio potest melius sustineri.
8 †Glo. in ver.quis.pro declaratione glo. & materiæ est prius præsupponendum ꝙ octo sunt genera colonorum: vt ponit glo.in rubrica.C.de agri.& censi.li.xj. & ea latè declarat Io. de Platea in l.fi.eo.tit.& latius ista genera prosequitur Abb.in c.iudicatum.de immuni.eccl.& reassumit Corse.in repert. suo in uer. agricola.& vltra prædictas octo species colonorũ plures alias addit Iac.Aluarotus in præludiis feudorum. in antepe. col.q. vij.quem uide omnino: quæ omnia declaro in uoce.

Sed quantum attinet ad propositum nostrum, duæ sunt species colonorum, quas ponit gl.& ibi Bart.in l.si apes. ff.de fur. & ponunt Doc.in c.propter sterilitatem. extra locati. & Abb. & alij in c.tua.de deci.& Ioã.de Platea. in §.is vero ad quem. suprà de rer.diui.Primi sunt qui uocantur cõductitij, siue qui nummis colunt: ut in l.si merces.§.uis maior.ff.loca.Et illi qui nummis colunt, dicuntur non solùm illi qui conducunt fundum vel terram ad pecuniam numeratam, sed si aliquid aliud promittunt, ut puta decem corbes frumenti pro quolibet anno, uel decem barilia uini vel olei: vt dicit glo.in d.§.uis maior.& in d.c.propter sterilitatem.cum si.& tali casu tenetur dare domino illos decem corbes frumenti uel barilia uini de illo frumento vel vino collectis ex illo fundo locato, nõ de alio: ita est tex.quem ibi commendat Bart.in l.domini prædiorum. de agrico.& cen.li.xi. Hoc tamen procedit, nisi aliter sit consuetum: ut tradit Ias.in l.ut liberis.in 3.col.uer.hinc etiam decidit.C.de col.& no.Barb.in c.cum M.nu.154.de consti. Secundi dicuntur partiarij, de quibus loquitur tex. in l.cũ duobus.§.si in coeunda.ff.pro socio: & sunt illi qui lucrum & damnum cum locatore participant: ut dicit tex.in d.§.uis maior, & licèt glo.in l.eum qui.ff.de fur. non faciat differentiam inter istos, tamen magna est differentia & in pluribus: ut declarat Bar.reprobata illa glo.in d.l.si apes: & in d.§.vis maior.& dic ut ibi per eum.Quibus breuiter præsuppositis uenio ad gloss.
9 †Ex ista glo.singulari colligatis unum secundum omnes hic ꝙ non solum illata in fundum per colonum, qui nummis colit fundum, sunt tacite hypothecata domino: sed etiam illata per colonum partiarium.Sed Nico.de Neapoli & alii quos hic refert Ias.reprehendunt hanc glo. in colono partiario ex duob. primò, quia ex quo hic tex.simpliciter loquitur de colono, debet de proprio intelligi, uidelicet de illo qui nummis colit. nã non potest fieri locatio, nisi pecunia interueniat: ut suprà de locato.in princ.& ideo text.iste non debet extendi ad colonum partiarium, qui nummis non colit: cum nulla lex extendat. facit gl.pro hoc secundum Ias.in l.diuortio. §.item si messes.in ver.sequent. ff.sol.mat.quæ dicit ꝙ colonus partiarius dicitur impropriè colonus.sed tu adde aliã Insti.locati in princ.Secũdo, quia iste colonus partiarius dicit̃ socius.d.§.uis maior. in fi.ibi, quasi societatis iure.& tenet Pau. de Ca. in consi.266.& videndum est.in primo uolu.& And.Sicu. in repe. rubricæ de reb.ec.nõ alie.fol.5.in j.col.& quod sit uerè socius, tenet Corneus in repe.l.si pascenda.in 28.col.C.de pac. & Io.de Pla.in §.is uerò, suprà de rer.diui.&c.sed nullibi habemus quòd bona vnius socii sint alij hypothecata: igitur &c. Sed breuiter his non obst.communis opi.est in contrarium, uidelicet quòd glo.ista habeat locum in utroque colono.quam opinionem ultra adducta hic per Ias.firmat d.Alex.in consi.32.inci. uiso pũcto & dubiis.in j.col.uersi.sed ita est, in j.uolu.mouetur: quia hoc uerb.Colonus, est generale.glo.in rub.C.de agri.& censi. li.11.ergo tam de partiario quàm de illo qui nũmis colit, debet intelligi, cum sit eadem ratio.l.eo. de acqui.here. c.translato.de consti. hæc ipse. Adde vltra ipsum Socinum, qui dicit istam glo.ad hoc esse singularem, & eam sequitur in tract. suo regularum fallentia.192.in fi.& istam glo.tenet etiam Floria. in l.ij.ff.locati.dicens ꝙ ista opi.est tenenda: quia fauorabilis.

& ista

& istam opi.sequitur And.Sicu.iu rub.extra loca. pro qua alle
gat tex in l.Pomponius,aliàs incipit,si gratuitam. ff.in quibus
causis pign.tacitè contraha.iuncta glo. vbi colliguntur, quòd
10 †ille dicitur colonus,qui nõ gratuitè habitat: & sic ibi tex.nõ
facit differentiam an detur pecunia vel pars fructuum:sed an
gratuitè,uel non,habitet. Et pro ista opinio . ego adeo bene
facere tex.in l.pretij causa. C.de rescin.uend. vbi pro pecunia
numerata in emptionem de uolũtate partium potest dari alia
species,& nihilominus ualebit emptio: licet de substantia em
ptionis sit pretium in pecunia numerata. §.pretium.suprà de
emp.& ven.sic ergo in casu nostro , licèt partiarius colat fun-
dum ad partem fructuum:nihilominus dicetur colonus pro-
priè,licet in tali locatione non interuenit pecunia numerata.
d.l.pretij.nisi partes aliud uellent:tunc enim declarata volun-
tate talis cõtractus iudicabitur locatio: quia talis in sua prima
forma apparet,quæ facit præsumere contractum locationis:
ar.c.illo vos:de pig.& c.ad nostra.de emp.& vend.l.quamuis.
C.si quis alteri vel sibi. & propter ea gl.ĩ l.j.C.loca.dicit quòd
vbicunque locatio est annua,dicitur locatio: & licèt aliquali-
ter participet de societate respectu diuisionis fructuum & pe-
riculi.d.§.vis maior.non tamen per hoc desinit esse cõtractus
locationis,quia ab initio inspici debet contractus quis fuerit:
vt tradunt Moder.in l.certi condictio.ff.si cert.pet.& in rub. ff.
de verb.obli.& no.in l.cùm quid,ff.si cert.peta. attenta igitur
origine,colonus partiarius non dicetur socius: quia societas
solo consensu,non sola re contrahitur,Bar. in l.Titium.§.alte-
ro.in 2.col.ff.de admi.tut.locatio verò non fit re ipsa.§.at is.su
prà,quib.mod.re contrahi.obl.aliàs si re nõ contraheretur, nõ
induceretũ obli.pignoris.§.creditor in singulari.qui.mo. re cõ-
trah.&c.si ergo patet quot sunt diuersa ex diuersis, igitur non
11 fit illatio.l.Papi.exuli.ff.de mino.† Præterea pro ista opin. ad-
duco vltra ipsos regulam,nam cui cõpetit definitio,debet cõ-
petere definitum.no.Bart.& alij in l.j.ff.de test.& latè per doc.
in rub.de acq.posses.& in l.j.si cert.pet.sed definitio coloni est
ista,neque alia reperit:vt dicit Pet. de Vbaldis in tract.de duo
bus fratribus:parte 11.quæst.9.in prin.videlicet quòd colonus
propriè est ille qui terram colit.& idem tenet Bald.in l.certi iu
ris,in j.q.C.locati.sed hæc definitio competit colono partia-
rio: igitur & definitum debet compere: vt sub dispositione lo
quente de colonis debeat comprehendi,nisi reperiatur exce-
tus,& p hoc tollitur illud,quod verba simpliciter prolata pro
priè capi debeant.& pro ista parte facit gl.in l.exceptio.C. lo
ca. quæ vult quòd eadem æquitas quæ consideratur in colo-
no conductitio, militat in partiario, & ita intelligitur & de-
12 claratur glo.in l.licet eo. † Nec obstat quòd dicitur socius:
quia illud est largo modo . patet, quia tex.in d.§.vis maior,
vtitur verbo,Quasi,quod improprietatẽ denotat.l.si quis qua
si,ff.de cond.& demonstr. & ita expressè ad illum tex.respon-
det Are.hìc & Ias. & ante ipsos fuit responsio Bald.quem hìc
non alle.Ias.in l.j.in 3.col.q.7.C.pro socio, quem sequitur Pet.
de Vbal.in trac.societatis.in 11.par.q.9.in j.col.in fi.& eodem
modo ad illum tex. respondet idem Bald. licèt Ias.quodam-
modo sibi attribuat, in l.certi iuris. in 3.C.locati. & Barb. in
dicta repet.rubricæ de reb.eccl. in v.charta & dat ibi instan-
tiam Bald. nam certum est quòd societas morte socij extin-
guitur.l.j.cum si.ff.pro socio.& tamen secus est in colono par
tiario: quia morte eius non extinguitur locatio , sed trans-
fertur ad hæredes.l.viam.C.locati. & ita Bald.in d.l.certi iu-
ris sequitur d.Petrus de Perusio in prædicto tract. de duo fra-
tribus in 9.par.q.9.col.x. ver.item adde vbi. pro hoc quòd il-
la locatio transferatur ad hæredes, vltra Bald.alleg.duo alia
iura,videlicet.l.fundum.ff.loc. & l.nihil.§.fin.de leg.j.
13 Glo.coloni. Diuiditur in v.partes vt hìc per mod. ex pri-
ma parte colligitur vnum, quòd inuecta & illata tam per co-
lonum in fundum, quam per inquilinum in domum, censen-
tur tacitè hypothecata pro pensione : declarando tamen per
gl.hìc in ver.est tamen ratio. & ibi dico. Et in hoc non est du-
bium,cùm tex.sint clari allegati in glo.in 2.not.cum simi.ff.in
quib.cau.pig.ta.contra. & propter paritatem rationis, de qua
dixi supra, in glo.proxima. & non solum talia bona inuecta
sunt obligata pro pensione domus vel fundi, sed etiam pro
eius refectione, quin etiam & fructus naturales fundi.l.in præ
diis, hic all.in gl.secus tamen est in fundo vel domo emptis ex
pretio fructuum venditorum : quia ille fundus vel domus non
censentur tacite hypothecati.l.quamuis.C.in quib.cau.pig.ta.
contrah. sed quæ est ratio huius dicti,satis est dubium. Ias.hic
14 dicit,ꝙ ratio est:quia † in hypotheca pretium non succedit lo
co rei : all.tex.singularem in l.j.ff.de distrac.pig. Sed tamen
aduerte quod ista ratio non est simpliciter vera: qui hypothe
caria in subsidium pretium bene succedit loco rei, vt puta ꝙ
res non inuenitur apud possessores:vt quia cõsumpta vel præ-
scripta : nam tunc potest agere ad pretiũ . ita singulariter de-
clarat Bart.illum tex.ibi, & ad hoc dicit singularem Roma.in
singulari.609.incip. tu habes,& hoc firmat Alex.in consi.108.
incip.viso, in ij.col.ver.alio fundamento.in v.vol.vbi notabi-
liter loquitur . sed in casu isto verisimiliter fructus venditi con
sumpri esse poterunt penes possessorem, cum sint de rebus
quæ seruando seruari non possunt.§.constituitur. Insti.de vsu-
fr. igitur competet ista hypothecaria in subsidium ad pretiũ.
Posset dici & secundò quòd.d.l.j.loquitur in hypotheca ex-
pressa, nos loquimur in tacita : & ideo ratio Ias. duplici via
potest declinari : & ideo mihi videtur quòd facilis ratio assi-
gnari potest , ꝙ ideo domus vel fundus empti ex pretio non
sunt tacite hypothecati pro pensione:quia nõ sunt res quę pos
sint inuehi siue inferri in domũ vel fundũ locatos,non quo ad
inducendum tacitam hypothecam requiritur.l.debitor.ff.de
pig. & toto tit.ff.in quib.cau.pig.ta.contraha. Et supradicta
conclusio procedit in his tantum rebus quæ generali obliga-
tione expressa veniunt . nam eædem res censentur in hac hy-
potheca tacita venire : secus tamen est in rebus quæ in gene-
rali obligatione non venirent: nam illa non censentur per il-
lationem siue inuectionem in fundo vel domo tacite hypo-
thecata,vt suppellex,vestis, & ea quæ ad vsum personæ neces-
saria sunt, & similia, quæ quis verisimiliter non esset obliga-
turus . nam talia in obligatione generali non veniunt,l.in obli
gatione generali.C.de pig. ergo neq; venient in ista tacita, ne
plus operetur tacitum q̃ expressum.l.cum quid.ff.si cert.pet.
15 † Secundò prædicta conclusio procedit non solum in primo
inquilino,sed etiam in inquilino inquilini.tex.est not.in l.so-
luturum.§.solutam.ff.de pig.act. ita notabiliter istam conclu.
declarat Soci.& eam.v.modis limitat in tract.suo regularum,
regula 192. Sed ultra ipsum aduertendũ est ad istam declara
tionem ꝙ contra eam est tex.sing.in l.si in lege.§.si colonus.ff.
locati. quẽ tex.Lu.Ro.in sing.suo.376.inci.inuecta. limitat re-
gulam.l.certi iuris.C.loca. & gl.nostram. ꝙ non procedit in
bonis inuectis per secundum conductorem, & ita Lud.Rom.
sequitur Ias.in l.item quia,in j.col.ff.de pact. Et ideo audi di-
ligenter ꝙ licet ad istud contrarium sunt uariæ solutiones:illa
tamen uerior solutio uidetur quam approbat Bart. in d.§.si
colonus, uidelicet quòd ideo ibi bona secundi conductoris
non sunt tacitè obligata . primò quia fuerant prius expressè
obligata illi secundo locanti domum sibi locatam:unde uali-
dior est ista expressa obligatio. Sed in d.§ solutam.nõ fuerant
secundo expressè obligata:ideo dicũtur j.dño tacitè hypothe
cata.Tamen licet ista solutio cõiter approbetur, eam tñ dãnat
Rom.in sing.391. incip.unus uestrũ. de quo dicã infra gl. ista.
16 † Et vltra deducta ibi per eum est notandum quòd alia qua-
tuor requirantur quò ad hoc,vt dicta regula siue cõclusio pro
cedat,quæ colliguntur ex gl.in l.si non inducta. C. in qui.cau.
pig.ta.contraha.Primum quòd sit prædium vrbanum:nam in
rustico,vt inferius dicit gl.& ibi dicetur,non procedit,nisi da
ta scientia domini. Et quæ dicantur prædia vrbana & quæ ru
stica,declarat hìc Ias.post alios per tex.in l.vrbana.de verb.si-
gn.& latius tradit idem Ias.in §.æquè.in 3.col.num.21.vbi di
17 xi.supra eo. † Secundò requiritur ꝙ illa bona sint conducto-
ris: quia si essent alterius sicut expresse non obligantur.l. rem
18 alienam,de pigno.actio.ita nec tacitè.d.l.cùm quod.† Tertiò
requiritur ꝙ sit res mobilis:nam talia bene cẽsentur tacitè hy
pothecata,secus est in nominibus debitorum,quia nõ censen
tur tacitè hypothecata pro pensione domus locatæ.l.Gallus.
19 ibi no.Bald.ff.d de leg.2.† Quartò quod eo animo sint indu-
cta vt ibi sint,donec finiatur conductio: vt habetur per gl.hic
circa fi.& in gl.l.certi iuris.C.locati.ꝙ qualiter hoc cognosca
tur,ex qualitate rerum deprehenditur:nam si sunt res venales,
pp earum celerẽ & frequẽtem motũ, nõ censentur eo animo
inductæ in domum,vt ibi perpetuo sint : & ideo non sunt ta-
citè

citè hypothecatæ, vt tenet Soc. in tract. regularum fallen. 192. incip. inuecta. l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. lega. & ita tenet Ang. inferius, & Iaf. Sed tamen ego hoc intelligerem vbi præter illa venalia essent alia bona in quibus tacita hypotheca sustineri posset: alias bene ista censerentur tacite hypothecata. casum do singularem in l. pediculis. §. item cùm quæreretur. ff. de aur. & argen. leg. iuncta glo. ibi, vbi licet in legato generali non comprehendantur ea quæ habentur causa mercandi, per d. l. generali. §. vxori. tamen vbi alia non essent, bene illa venirent. & ita illum tex. pro singulari notat ad hoc Rom. in notabili 429. alias 432. incip. in legato. & cõmendat Iaf. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 25. nu. 101. ff. de verb. obli. vbi ad hoc alleg. sex decisiones, quas videas: & hoc idem tenet Lãcellotus Decius in d. §. vxori. & idem latè tradit Iaf. in d. l. qui Romę, §. Callimacus. in iiij. col. eod. tit. quæ omnia addenda sunt ad ea quæ idem Iaf. dicit. infra num. 44. col. 6. Ee regula d. §. cum quæreretur, à fortiori procedit in casu nostro, vbi agitur de damno euitando: arg. glo. not. in §. item si quis in fraudem. in gl. j. in prin. vbi dictum est supra eodem.

30 † Et quod dictum est de rebus venalibus, idem esset in pecunia quæ non censeretur tacitè hypothecata. Ratio est, quia pecunia non circũscribitur loco. l. si fideicõmissum. §. tractatũ. ff. de iud. Et hoc procedit etiam si omnia bona obligata sunt cum hac adiectione, nihil excepto. l. si mihi Meuia. §. fin. de lega. iij. quem ad hoc valde cõmendat idem Iaf. in l. singularia. in x. col. nu. 28. ff. si cer. pet. Et hoc speciali ratione inducitur: quia pecunia ad hoc habetur vt expendatur. l. j. ff. de contrah. empt. & ideo pecunia enumeratur inter res quę seruando seruari non possunt. §. constituitur. insti. de vsufr. & in authen. nouissimè. C. de admin. tut. l. Aristo. cum seq. ff. de iu. delibe. Bart. in l. si ex legati. ff. de verb. obl. cum simi. Et propterea in eius alienatione decretum non requiritur. glo. singularis in l. j. §. quæsitum. ff. ad Treb. tenet Ang. in l. j. ff. quæ res pig. obl. poss. tradit Abb. in c. nulli. in pen. col. nu. 11. de reb. eccl. non alie. & declarat notabiliter Ang. in §. & quia parũ. in fi. auth. de nup.

31 † Istud tamẽ qđ dictum est, de plano procedit qñ pecunia in cursu est: secus tamen in pecunia quæ pro thesauro vel futuris calamitatibus reconditur: quia illa bene diceretur tacitè hypothecata, cum veniat in legato generali. l. si chorus. §. his verbis. de leg. iij. nam isto casu, vt res immobilis iudicatur, vt ibi probatur, & in l. qui filium. eod. tit. & per ista iura ita tenet Andr. Sicu. in c. nulli, col. fi. de reb. eccl. non alie. Et ita idem dicendum est in pecunia quæ est deposita apud campsorem & destinata ad emptionem prædiorũ, & sic rerum immobilium, quia talis pecunia res immobilis dicitur, & inuehi non possit siue induci cum illa reputatione. tex. no. in l. iij. §. quis ergo. ff. de contrario iu. tute. quem tex. pro singulari. ad hoc ponderat Rom. in sing. 105. inci. tu habes. Alex. & alij in l. cætera. §. sed si parauerit. de leg. j. Cremon. in sing. suis not. 59. inci. pecunia est. Corse. in suis notab. in ver. pecunia. & meminit And. Sic. in c. si quorũdam. in iij. col. extra de sol. & in c. possessiones in j. col. de reb. eccl. non alie. cum sim. vt latè scripsi in d. l. quintus. de au. & ar. leg. sed omnia ista ꝓcederent in legato, vel cõcessione: secus verò in hypotheca, quia omnia includuntur, per

32 ea quæ infra dicam. † Modo circa prædicta aduertẽdum est, quia inquantũ est cõclusum res venales non censeri tacitè hypothecata pro pensione domus: nam contra hoc est tex. in l. cum tabernã. in prin. ff. de pign. vbi tex. dicit. ꝙ in venditione simpliciter facta de taberna res venales veniunt. Bal. in l. certi iuris. in 6. q. respondebat ꝙ ideò ibi venales res cõprehenduntur: quia expresse fuerant obligati. sed hanc solutionem reprehendit hic Iaf. & quia est contra illum tex. sed tu dicas ꝙ ille intellectus potest teneri qui optime probatur in d. l. cum tabernam. inducendo isto modo. nã ibi tex. dicit quòd debitor creditori pignori tabernam dedit: & tamen pro taberna ibi tex. non intelligit locum, sed ipsas merces, quæ taberna appellantur: & sic capitur continens pro contento: & ita ibi intelligit Bar. & idem Bart. vbi hoc expresse firmat, in l. cùm pater. §. mente. ff. de leg. ij. & Andr. Sicu. in c. indicãte. in pe. & seq. col. de test. ergo expresse fuerunt illæ merces obligatæ. Sed dubiũ ibi erat: quia ex quo illæ merces expresse obligatæ, distractæ tunc fuerunt, nunquid aliæ quæ postea comparatæ sunt, & in locum illarum tabernæ inuectæ, cẽseantur obligatæ. Et tex. ibi dicit ꝙ sic ea ratione fortè, quia subrogatus sapit naturã &c l. fi. §. fi. ff. de condi. & demon. cum sim. hoc etiã suadetur, quia tex. ibi dicit quòd creditor potest agere ad illas merces hypothecaria actione, ex quo præsupponitur manifestè quòd expressa fuerit obligatio, cum hypothecaria non nisi creditori pro expressa competit. Bar. in l. fi. ff. de Saluia. interdi. & tenet Iaf. supra in primo num. Probatur vlterius, quia tex. ibi dicit vt. um eo facto nihil fecerit: & sic præsupponit obligationem expressam. Tamen iste intellectus mihi non satisfacit, quãuis ita comprobauerim, ex eo, quia si clarum esset quòd illæ merces expresse obligatæ fuissent, tex. ibi non dubitatur an tabernæ appellatione merces quæ in ea erant, viderentur obligatæ: cùm in claris non sit opus dubitatione. l. j. §. fin. ff. de dote prælegi. l. continuus. ff. de verb. obl. Et expedito isto primo dubio, postea ibi tex. quærit de secundo, nunquid si res aliæ in loco priorum comparatæ sunt &c. & sic, ibi tex. videtur innuere quòd tacitè illæ merces erant obligatæ, non solum primæ, sed etiam in locum earum subrogatæ & ad enucleandum hoc dubium emanauit illa lex. Et ideò idem Bal. in rubr. C. de verb. sig. dat etiam solutionem dicens, quod d. l. generali. §. vxori, cũ simi. quæ dicunt quòd in legato generali non veniunt res venales, procedunt in vltima voluntate: secus verò in contractibus. & ita procedit. d. l. cum tabernam. Sed tamen Iaf. hic dicit ꝙ ista solutio non est vera: quia potius esset dicendũ contrarium propter fauores vltimæ voluntatis, vt hic per eum: sed magis placet illa solutio quam expresse approbat Alex. in l. si constante. in ix. col. ff. solu. mat. Et ratione hoc confirmari potest: quia ideò in hypotheca comprehenduntur venalia, & in legato non: quia agitur de grauiori præiudicio in legato: & ideò strictius conceditur. ar. tex. in l. fi. C. quæ res pig. obl. pos. iuncta l. fi. §. j. de leg. ij. accedat in simili quod dicit Dy. in regula possessor. in iij. q. ver. quare. de reg. iu. lib. 6. & Abb. in c. si vigilanti. in iiij. col. de præscr. & bene facit qđ no. Bar. in l. si ita. col. fi. de aur. & arg. leg. & pro ista solutione est doct. Bart. in l. cùm pater. §. mense. de leg. ij. & Alex. etiam exemplo probat: nam in legato generali pecunia non comprehenditur. l. vxorem. §. legauerat. de leg. iij. secus tamen in generali hypothec. d. l. cum tabernam. §. fin. quod verum quando pecuniam habui ab vno & alteri obligo res meas: secus verò si ab eodem cui obligo res meas, pecuniam mutuo accepissem: quia illa pecunia non censeretur hypothecata: ita dicit notabiliter Rom. in sing. 605. inci. accipio à te, post quosdã antiquos relatos ibi per eum. alle. tex. à contrario sensu in d. l. cum tabernam. §. fi. & ita debes intelligere illud dictum Alexan. Vel vltra Alexan. ad d. l. cum tabernam. in prin. potest aliter responderi, quòd ideò ibi in obligatione res venalis comprehenditur: quia erat subrogata in locum primæ obligatæ: & ideo ratione subrogationis eadem reputatur cum prima. l. fin. §. fin. ff. de condi. & demon. l. si donata. §. j. ff. de dona. inter vir. & vxo. & ita tenet Ioan. de Monteferrato in repet. d. l. si constante. in 49. col. ff. sol. mat. Et licet ipse non dicat istam solutionem siue intellectum, prius fuit Socin. & ante ipsum Aret. in l. qui Romæ, §. Callimacus. in ij. not. ff. de verb. obl. tamen mihi hæc solutio non satisfacit, quia reincidit cum prima: quia præsupponit quod in d. l. cum tabernam. res venalis per prius fuisset expresse obligata: quod est diuinare & facere differẽtiam an res venalis sit subrogata in locum primę, vel non, prout facit præfatus Io. de Montefer. non videtur solidum, quia vtroq; modo idem iuris esset, vt dicit Cor. in cõsi. 1. in ij. col. in j. vol. est bene verum ꝙ ista solutio posset sustineri, vt euitetur contrarium. l. debitor. & l. in prædiis, hic all. in glo. & ſm hoc maxima erit vtilitas an res à principio sint tacitè hypothecatę vel non: licet Iaf. hic dicat magnam sibi videri vtilitatem: quia si merces nõ sint venditæ, vel extent aliæ in locum venditarum subrogatæ, creditor habens in illis hypothecam pręfertur aliis creditoribus habentibus tm̃ actionem personalem, l. eos. C. qui pot. in pig. hab. Bar. in l. pupillus, ff. de his quæ in frau. cre. tamẽ quia illa solutio non potest conuenire ad d. l. tabernam. per ea quæ supra dixi: ideò hæc vtilitas esset solũ restringenda in casu quo merces extarent. Et ideo ego puto ꝙ quarto loco posset rñderi ad istum tex. ꝙ ideò res venalis cõprehenditur: quia nulla res alia reperiebatur in qua sustineri posset cõtractus. ar. tex. & gl. in d. l. pediculis, §. item cùm quæreretur: quia tunc res venalis

comprehenditur:pro quo faciunt quę tradit Gerardus de Petra ſancta in ſingulari 35.incip. dictum eſt. & declarat vltra ipſum Bal.in d.§.meminiſſe.Secunda tñ ſolutio ex iſtis omnibus mihi magis placet,quia eſt communis,vt dicit Iaſ.in d.§. Callimacus.in iiij.col. num.9. licet hic tenuerit contrarium.
23 † & ſic facias regulam,in obligatione ſiue hypotheca generali res venalis comprehenditur:ſecus in legatis,quãuis etiam poſſet ad hoc replicari q d.l.cum tabernam. loquitur de generali expreſſa obligatione . nos verò de tacita, cum hoc non obſt. quia eadem eſt ratio. & d.l.cum tabernam.in prin.de ta
24 cita loquitur,vt ibi apparet. † Iuxta prædicta Iaſ. licet quærit de pluribus quæſtionibus, quas, quia extra glo.ſunt, non examino,tamen inter alias illa non eſt omittenda,quia quotidiana: nunquid illud quod dicitur hic.in glo.q inuecta & illata per conductorem, ſint tacitè hypothecata, procedant etiam ſi res ſit aliena quæ præſente & tacente domino inuehitur. & finaliter Iaſ. hic dicit communem eſſe opin. quòd non,vt per omnes doct.in l.certi iuris.C.loc. contra glo.fin.quæ tenebat oppoſitum : tamen ipſe tenet contrarium, motus per regulam quam tradit Bart.in l.quæ dotis. col.fin.ff.ſol.mat. quòd vbicunq; aliquis eſt pręſens alicui actui quem contradicendo poſſet impedire,ſibi pręiudicat : cum pluribus aliis gloſsis & auctoritatibus quę ad idem propoſitum adducit, vt hic per eum. pro qua opi.vltra ipſum bene facit tex.in l.ſicut.§.vēditionis,ff.quib.mo.pig.vel hypo.ſol.quæ eſt ſingularis ſm Bal. in l.quoties.C.de fideicō. & in l.venditioni.C.pro empto. & alibi ſępe ad hoc,quòd permittens aliquem teſtari de re ſua. ſi non contradicit,ſibi præiudicat:ſed tamen his non obſt. teneo cōem opin. q illa taciturnitas tacenti non nocet, etiam ſi cōcurrat cum aliquo actu exteriori, tex.eſt no.in l.Caius,ff.de pig.act.ratio aſsignatur per tex.in l.ſicut.§.non videtur,ff.qb. mo.pig.vel hypo.ſol. quia lex conſeruat ius ſuum, vt in ſimili per illum tex.dicit Alex.in c.lectæ.in antepen.col.ff.ſi cer.pet. & illa taciturnitas intelligitur ſaluo iure ſuo: & hoc procedit etiam reſpectu minimi præiudicij,vt eſt gl.valde not.in c.cum olim.in ver.præiudicium.de conſuet. quā multum cōmendat Fel.in c.cauſam quæ.in ix.col.ver.interpretatio priuilegij. de reſcrip. & in c.ſuper.in ij.col.de offi.dele.& per hoc doc.Bar. in d.l.quæ dotis. redditur dubia, & regula generaliter firma-
25 tur, q † in præiudicialibus tacens habetur pro contradicēte, vt traditur in regula,is qui tacet,de reg.iu.lib.6. traditur in l. qui patitur,ff.man. Non obſt.tex.in l.ſicut.§.vēditiones. quia ille text.debet intelligi qñ interuenit expreſſa voluntas dñi. aliàs non valeret legatum factum de re mea me tacente:ita expreſsè dicit Bal.in c.j.in prin.de prohi.feu.alie. tenet Alex. in conſi.20.incip.ponderatis,in vj.col.lib.3. & ita intelligit illum tex.Bar.in l.cùm quis decedens, in prin.de leg.iij. & Iaſ. vbi plura adducit in l.cum alienam,in ij.col.C.de leg.& in l. cùm proponas.in ij.col.nu.7. & in l.fi.in 8.not.C.de pac. Et ideo concludendum eſt quòd aliquis me præſente & tacente rem meam in domum quam locauit, inuexit, quòd niſi expreſsè conſentiam vel poſtea ratificem, nihil valet conſtitutio pignoris,l.ſi fundus, §.j.ff.de pigno. & tenet Decius in l. ſemper qui non prohibet. in ij.col.ff.de reg.iu. & iſtud manifeſta ratione probatur : quia ſi conſtitutio pignoris expreſſa rei alienæ non valet, vt in l.qui filios. quæ res pig.obli.poſſ. & tenet gl.in ver.ſacram in ſingulari, de inutili ſtipu. in prin. ergo à fortiori neque tacita, iuxta ea quæ traduntur in l.cùm quid,ff.ſi cer.pet. Alias quæſtiones quas hic Iaſ. proſequitur, maximè illam de minore, vide eam latè diſputatam per nouiſsimos Bonon.repe.in l.ſi conſtante. in 49.col. cum ſeq. Et quid de rebus inuectis per emphyteutam,per Alex.in d.l.ſi cōſtante.in x.col. reliqua vide per te, quia ſunt extrauagantia.
26 † Vlterius aduertendum eſt, licet hypotheca expreſſa alienationem impediat ex eo,quia res tranſit cum onere ſuo ſi alienatur.l.ſi debitor.C.de diſt.pig. ſecus tñ eſt in iſta tacita hypotheca rerum inuectarum in domum conductam: nam cùm ſit tacita & generalis,alienationem non impedit: ſed ita demum poſtq̃ incluſio facta eſt,quæ per inuentarium fieri debet: tunc demum poteſt fieri quando conductor eſt in mora ſoluendi, vt declarat hic Iaſ.poſt Bar.in l.eſt differentia.vbi eſt caſus,ff. in quib.cau.pi.ta.contraha. Sed tñ Mart.Lau. vt refert Iaſ.hic ſuper gl.parua,nu.78.& in l.& quia,ff.de pac.tenebat contrarium, q imò iſta tacita hypotheca alienationem impediret. Nec obſt.l.eſt differentia,quia loquitur in caſu ſpeciali libertatis.pro qua ſolutione eſt tex.in l.licet,eod.tit. ergo in cōtrarium eſt ius cōe.l.j.ad munici. Adde pro iſta opin.quia taciti & expreſsi eadem eſt virtus.l.cùm quid. ſi cer.pet. & expreſſa impedit alienationem, ergo & tacita. facit pro hoc par ratio præiudicij quæ à Iuriſconſulto multum ponderatur, dum dicit in l.j.ff.de alie.iu.mu.cauſa fac. Ne deterior ex alienatione cauſa fiat:quæ ratio in caſu iſto militat,igitur &c.Tamē circa prædicta aduertendum eſt, quia non videtur vera opin.Mart. Laud.& Iaſ.hic q in d.l.eſt differentia.ponatur ſpecialis fauore libertatis : nam ſi ita eſt, idem eſſet dicendum poſt incluſionem ſeruorum:quod tamen tex.ibi negat. Et ideo ad tex.in d.l.eſt differentia aliter dicatis : & quod ibi benè ponitur differentia inter ſpecialem & expreſſam obligationem pignoris & iſtam tacitam hypothecam generalem, quæ à lege inducitur : quia prima tanquam ſpecialis impedit alienationem, vt ibi dicit tex. in prin. eo quia pignus traditione conſtituitur, vt dicitur hic in tex.noſtro, & in §.fin. Inſtituta.quib.mo.re contrahi oblig. & ſic eſt apud ipſum creditorem:in caſu verò noſtro nulla fit traditio, & idem eſt in generali expreſſa,ergo tex.in d.l.eſt differentia, tunc procedit quando diſputatur de ſpeciali expreſſa ad generalem tacitam,qui ſunt caſu diuerſi: ſed data æqualitate caſus, puta generalem expreſſam & tacitam generalem, dico quòd nulla eſt differentia,cùm vtrobiq; militet eadem ratio.l.ab eo.C.de ſer.pig.da.ma. nam quemadmodum generalis expreſſa non impedit alienationem. d. l.ab eo , ita neque generalis tacita , quæ cauſatur ex inductione ſeruorum,vt d.l.eſt differentia. & ſicut ſpecialis expreſſa impedit alienationem.d.l.eſt differentia. in prin. ita & generalis tacita poſt concluſionem.d.l.eſt differentia.quia talis concluſio ſpeciali hypothecæ æquiparatur : quia reſtringitur & ſpecificè eo caſu ad res incluſas. arg.l.ij.ff.de lib.& poſth. c.ex parte.d.offic.dele. Bar.in l.quæſitum,ff.de fun.inſtr. & ita nouiter pōt declarari ille tex.ſuper quo tantum dubitauit Iaſ.
27 † In eadem glo.ibi de acquir.poſſ.l.re pignoris &c. colligitur vnum,quòd colonus differt ab inquilino : quia colonus dicitur in villa, inquilinus in ciuitate : & idem dicit glo.in d.l.re pignoris . & tenet Andr.Sicul.in rubrica locati, extra eod. & in c.propter. in quarto notabili. eodem titu. Hoc tamen procedit conſiderato communi vſu loquendi , vt dicit Ioan. de Imo. in d.l.re pig. & ſequitur ibi Franc. Aret.in prima col.licet Ang.hic ſibi attribuerit:ille tamen communis vſus loquēdi qui proprietati vocabuli præualet, vt dicit Bart.in l.Labeo. ff.de ſuppell.leg.probari debet per articulantem,quod vigebat illo tempore contractus, vt latè probat Alex.in l.v. in ſecunda col.ff.de verb.obl. nu.9. & tenet Socin.in l.Gallus.§.ſi eius,col.fi.ff.de lib.& poſth. Et iſto modo bene verificetur qđ dicit Are.hic per l.nam ad ea.ff.de legi. Tamen ex alio defenſio gl.facta per eum,cum quo tranſit Iaſ.hic,non mihi ſatisfacit,quia d.l.nam ad ea. non loquitur de his quæ rarò accidūt, contra naturam & poſsibilitatem,prout eſt in caſu noſtro:ſed de illis quę per miraculum eueniunt . ad illam enim l.non adaptatur. ita declarat Bar.in l.ſi maior.C.de legi.hære. & ideo tene q vſus loquendi debet attendi, vt ſupra dixi, aliàs ceſſante communi vſu,inquilinus dicitur ille qui conduxit domū ſiue in ciuitate ſiue in villa. & idem in colono, quia loca vrbana non diſtinguuntur à ruſtico ciuitate,ſeu villa, ſed qualitate & genere,l.vrbana,in prin.de verb.ſig.cum ſimi.vt tradit hic Iaſ.& Are.in d.l.re pignoris. hic alle.in gl. & propterea dicit Iaſ.hic, q nobilis inhabitans villam ſiue rus,non cenſetur ruſticus,quia nobilis à ruſtico,nō loco, ſed genere diſtinguitur, l.ſi prædium.C.de præd.min. Et vltra Iaſ.facit optimus tex.in c.illud.cum duobus ſeq.40.diſt.vbi dicitur q locus non nobilitat hominem,ſed virtus : nam nil paradiſo iucundius,neque cœlo ſecurius:& tamen extra paradiſum homo factus eſt bonus,in paradiſo peccauit , & angelus de cœlo cecidit,vt intelligamus non loci dignitate homines nobiliores fieri, ſed morū & virtutis honeſtate. aliàs,vt dicit tex.in l.fi.C.de alluuio. & palud. multum moleſtè & ægrè ferrent homines clari ſe impendiſſe operam in agris colēdis,ſi ex hoc deteriores aliis negligētibus facti fuerint : quod ibi negatur. facit bene tex.in c. quo iure,8.diſt. Inficiari tamen non poteſt, quin dignitas loci

multum

multum conferat splendoris & gloriæ. nam, vt dicit tex. in l. si quis. C. de natu. li. nobilis patria redundat filiis eius ad gloriam: & ideo Vlpianus in l. j. ff. de censi. gloriatur se nobili ortum esse patria Fœnices. quamuis Rayn. dixerit illum fuisse origine rusticum, licet scientia nobilem: tamen Bar. eum defendit in l. excusantur, §. fin. ff. de excus. tut. & concludit fuisse nobilem vtraq; qualitate. Hinc est ꝙ talis quis præsumitur qualis est eius patria, vt dicit Bar. in tract. de Guelfis & Gebellinis, quem refert & sequitur Andr. Sicu. in repet. c. Raynald. in iiij. col. de test. alia adducens, vt ibi per eum: sic ergo locus vnde quis nascitur, multum attenditur: & ideo sola patria serui venditi causat redhibitoriam, vt dicit tex. in l. ꝙ si nollit, §. qui mancipia, ff. de ædil. edic. ibi, natio serui aut prouocat, aut deterret emptorem. & ideo dicit Odoffr. in l. Iulianus, ff. de act.
28 emp. † ꝙ si venderem tibi seruum, & ignorarem esse Sclauonum, possem redhiberi propter nationem: quia est deterior gens quàm sit in mundo, ita Odoffr. & hoc ratione suadetur. quia naturaliter vnusquisque mouetur ad tuendos mores patriæ, l. veluti, ff. de iusti. & iu. & hinc est ꝙ qui natus est ex partialibus, præsumitur partialis, vt dicit Ang. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. quem sequitur Andr. Sicu. in c. in præsentia num. 30. de proba. & in c. ij. nu. 47. de consti. nam patria sua cuilibet dulcissima est, l. qui habebat. & in gl. de leg. iij. tenet Ioan. Andr. in c. ꝙ alicui. in prima col. de reg. iu. in mercuria. & prosequitur latè Barb. in repe. l. cùm acutissimi. in 92. col. C. de fideicõ. Bar. Bolog. in repet. authen. habita. in j. col. C. ne fil. pro pat. & hoc siue sit magna, siue parua, vt dicit Andr. de Iser. in §. si verò. in prima col. de feu. guardiæ. tamen licet patria multum cõferat ad ea quæ dicta sunt: mihi tamen videtur ꝙ ad nobilitatem nihil facit, vel illustris, vel exigua ciuitas, vel villa: ratio
29 est: quia solum reperio quòd † tria hodie requirantur ad istam nobilitatem, scilicet uirtutes, diuitiæ, & genus, l. nobiliores. C. de com. & merca. tenet Bart. per illum text. in l. j. C. de digni. lib. 12. & prosequitur latè Barba. in consil. 7. pręclarè. in ij. & iij. colum. il. ij & in c. j. in prima col. de dona. licèt de iure canonico uirtus sola quem nobilem faciat, per supradicta. & ea latè congerunt Moder. Brixien. in trac. nobilita. in iij. parte. nume. 73. & per text. in c. venerabilis. ubi Abb. de præben. & in c. nunquã 56. di. inter quæ requisita de patria nihil dicitur. quãuis aliquando ius ciuile sequutum Philosophos patriam etiam considerauit. d. l. si quis. quia negari non potest quòd eò magis nobilius & illustrius dicitur genus, quo nobiliori fuerit ortum solo: iuxta illud Ouid. Mantua Virgilio gaudet, Verona Catulo &c. de quo uide singulariter de origine locorũ quãtum conferat, Aristo. septimo Polytic. & Iulium Maternum in Astronomico, vbi differit de quarundam gentium nationibus quæ multum conferunt ad procreandos bonos mores, ex quibus uera nobilitas gignitur. & latè cõgerit Nico. Caputius in quodam opusculo de mente & memoria. fo. 5. Et ideò dicit Andr. Sicu. in cle. ij. col. iij. versi. tu adde, de rescr. ꝙ nobiliores dicuntur illi qui sunt in maiori ciuitate, quàm qui sunt in minori. vnde data paritate debent illi, tanquam magis digni pręferri, alle. tex. singularem, in §. interim. in auth. de defen. ciui. & idem per illum tex. tenet idem Barb. in c. 1. nu. 169. de consti. cum simi. vt idem latè prosequitur in consi. 57. pręclarè scribitur, in ij. vol. per totum. & in c. j. col. fin. de iudi. & in c. j. in prin. de do. & in c. accedens il ij. vt lit. non contest. Tamen mihi videtur quòd ille tex. nihil probet, licet dictum in se sit verum: quia in magna & perampla ciuitate magna sunt ingenia, vt inquit Crispus, & est copia peritorum, c. statutum. in princ. de rescript. lib. 6. ex quorum conuersatione boni mores procreantur, vnde nobilitas prouenit. Et ideo dicit Barto. in l. j. C. de Alex. prima. lib. 11. per illum tex. quòd melius est esse popularem vnius nobilis ciuitatis, quàm nobilem esse mediocris ciuitatis, & sic dictum Andr. Sicul. est verum in se. & illud dictum Bart. in d. l. j. extollit Ludo. Roma. in repet. l. si
30 verò. §. de viro. in 14. fallentia, ff. sol. ma. † In eadem glo. ibi, est tamen ratio, quia sancta rusticitas &c. istam rationem gl. sequitur Bart. in l. hoc iure, ff. in quib. cau. pig. vel hypo. ta. contraha. Et ibi assignat aliam rationem quam sibi Mod. hic attribuunt, videlicet quòd ideo in vrbanis non requiritur scientia, quia incongruum est rei familiaris detegere vilitatem, l. ij. C. quando & qui. quar. pars. lib. 10. cum concordan. vt per Domi. in c. quamquam, §. cæterum. in fin. de vsur. lib. 6. Sed tamen istæ rationes non multum concludunt, quia si hoc casu rusticitas esset causa immediata & finalis quòd inuecta non censeantur obligata, nulla deberet fieri differentia inter rustica & vrbana prędia conducta à rustico: quia vtrobique militaret eadem ratio simplicitatis, quam glo. hic sanctam rusticitatem appellat: cuius tamen contrarium determinatur per omnes. Et ideo tenendo communem sententiam, puto quòd taliter dici possint, videlicet quòd communis opin. procedat in rusticitate simplici & innocente, vt dicit tex. in l. iij. C. de defens. ciuit. ibi, innocens & quieta rusticitas &c. secus tamen putarem de rusticitate sagaci & maliciosa, quia illa aliàs non excusatur. glo. singu. in l. athletæ, §. de rusticis, ff. de excusa. tuto. quam notat Bald. in l. j. C. de inter. ma. & in l. ij. C. de rescind. vend. Andr. Sicul. in consi. 76. illud in medium, colum. fin. in tertio volu. & in c. super literis. num. 64. & 66. de rescript. cum simi. vt per Alexan. & Modern. in l. iurisgen. C. qui admin. & per Ias. in l. si quis id quod, in sexta colum. ff. de iurisdic. omnium iud. & in l. venia. vbi nouiss. latè. C. de in ius vocan. & per Thomam Ferrarium in cautel. 17. incipien. magna est. in fin. imò neque etiam rusticitas innocens excusatur nisi in casibus à iure expressis, l. fi. C. de iur. & fac. igno. cum concord. vt per Ias. in l. si certis annis. in tertia colum. C. de pac. Alia tamen prædictis potest addi ratio, quòd ideo inuecta in fundum rusticum non censentur tacitè hypothecata: quia iura multum fauent agriculturæ, ea ratione, ne rustici ab ea subducantur, quod esset damnosum reipublicæ, vt dicitur in l. prima. & in l. agricultores. C. de agrico. & censi. lib. 11. vbi Ioan. de Platea ponit eorum priuilegia ob hanc causam concessa. Et ideo voluit tex. in l. pignorum gratia. & in authentica, agricultores. C. quæ res pigno. obl. possunt. quòd in generali obligatione expressa omnium bonorum non censentur includi instrumenta agri colendi, vt sunt ligones, aratra, iumenta & alia id genus rerum quæ ad agriculturam pertinent, vt etiam tenet Bart. in l. executores. eodem titulo. Vnde eadem ratione posset attentari quòd etiam eo casu quo domus sit inducta, vt hic dicit glo. à fortiori non censentur obligata, cum iura loquentia de obligatione rerum rusticarum requirunt expressam & specialem hypothecam. l. prima & secunda, de Sal. inter. & l. debitor. de pigno. Ratio esse potest, quia in generali obligatione nunquam comprehenduntur instrumenta & res per quas vtilitati publicæ consulitur, vt est glo. notabilis in l. nepos Proculo, ff. de verborum significatione. sed aratra & ligones rusticorum sunt huiusmodi, sicut arma militum, & libri scholarium, igitur &c. Et pro hoc est decisio Spec. in tit. de primo & secundo decreto, §. restat. versiculo, & scias. cum similibus. & hoc facilius defendi potest etiam alias latius disputando probaui: tamen non est recedendum in hoc à communi, per iura hic alleg. in glo. Nec obstat quòd prædicta instrumenta non cadunt in obligatione, quia illud est verum, quando alia bona reperiuntur: secus si nulla alia, vt tenet gl. in dicta l. executores. vide ibi. Contra tamen istam communem rationem Ias. hic opponit de l. est differentia, ff. in quibus cau. pignus tacite contraha. & resoluit vt hic per eum. Adde tamen quòd ille tex. de plano procedit quando nihil aliud in domo conducta fuit inuectum, quã serui: nam tunc etiam sine inuentario & inclusione facilis eorum noticia haberi posset. Ista autem ratio Iaso. in aliis rebus non procederet: quia dato quòd sit factum inuentarium, tamen pro hoc non habetur certa notitia, cùm plura abscondi possunt, prout est de hoc bonus tex. in l. finali. §. licentia. C. de iure deliberandi, ergo ratio istius glo. in prædio vrbano. ita militat facto inuentario, sicut non facto: cum vtroque modo non habeatur certa notitia, neque tolli posit illa ratio, quin bona occultari possint. In alio tamen quod dicit Iaso. de nauta, caupone, & stabulario post Iaco. de Rauen. satis mihi placet eorum opin. pro qua facit glo. in fortioribus terminis. in l. fin. §. item si prædixerit, ff. nau. cau. stab. dum loquitur de
31 clauibus consignatis hospiti &c. † Et hoc ratione suadetur, quia eo ipso quod huiusmodi tres personæ ex quibus componitur hæc dictio, fur, viderunt bona inducta in hospitiũ, vel in nauim inuecta absq; eo qđ singulariter demõstrentur, recepta

in custodiam videntur: ita dicit text. in l. prima, §. primo, ff. naut. caup. iuncta l. sequen. & ibi gloss. in versiculo illatæ. Et hoc est speciale in odium huiusmodi personarum, quæ dolosæ præsumuntur à iure, vt in l. j. ff. naut. caup. ibi, cum ver. nunc abstineant ab huiusmodi fraudibus &c. in §. primo, Institu. de oblig. quæ ex quasi delicto. ibi, ne detur materia cum furibus coeundi &c. Nam æquiparantur vsurariis, quorum genus improbum est, l. improbum. C. ex quibus causis, in fine, & ideo sunt infames: & ita tenet Alexand. in l. prima in principio. C. de eden. post Bald. in l. dissolutè. C. de condictio. ex lege. Et propterea non debent bona eis detegi propter rationem Ias. hic, quod not. In eo tamen quod dicit Iason approbando Bart. in l. prima, §. primo, ff. furt. aduer. naut. caup. quòd eo casu quo ex bonis inuectis in cauponam uel nauim fuerit aliquid subtractum, quod non stetur iuramento hospitis, & sic damnum passi; non dicunt verum: nam contrarium tenet Imol. in capitulo finali, quod metus causa. cuius dictum communiter approbatur, vt dicit Alexan. in l. in actionibus. in fine, ff. de iureiuran. & ibi Ias. in xiiij. col. & idem Iaso. dicit hanc opin. communem: licet opin. Bart. sibi videatur vera, in l. si quando, in antepen. col. num. 48. C. vnde vi. rationibus, & auctoritatibus de quibus per eos. Et ex istis habes secundum glo. & supra dicta differentiam inter inuecta & il-

32 lata, inter fundum vrbanum vel rusticum. † Alia potest addi differentia secundum Ias. ex tex. in l. solutum, §. solutam. cum glo. ibi in ver. tenebitur. iuncta l. si in lege, §. si colonus. & ibi glo. ff. loca. quia inuecta in fundum vrbanum non solùm sunt hypothecata locanti, si inuecta fuerint per primum conductorem, sed etiam per secundum conductorem conductoris: secus verò est in fundo rustico. d. §. si colonus. & ita intelligit Rom. nota. 391. incip. Vnus vestrum. Tamen aduerte, quòd ista differentia nõ videtur vera: nam licet tex. in d. §. si colonus. de fundo loquatur: tamen etiam in domo habet locum: & ita generaliter illum tex. intelligit Ias. sibi contrarius in l. item quia. in j. col. ff. de pac. ad limitationem. l. certi iuris. C. loca. & ante ipsum hoc prius notauit, & ad hoc illum tex. dicit sing. Rom. notabili. 386. vt dico supra in prin. glo. & ideo ista differentia nõ est vera. sed breuiter omissis ambagibus teneas istam conclusionem, quod inuecta per secundum conductorem siue in fundum siue in domum, sunt tacitè hypothecata primo domino. Neq; obstat quod tex. in d. §. si colonus. de fundo loquatur, quia illud ponitur causa exempli, quæ regulam non stringunt, §. hactenus. supra de gradibus. c. j. ne cle. vel mo. Et præsupposito quòd ille tex. tantum in fundo rustico loqueretur, dico quod etiam tex. in d. §. solutum. non solùm in fundo vrbano, sed etiam rustico loquitur. nam loquitur de insula, quæ propriè loquendo fundus rusticus est, vt tenet gl. in l. iij. §. effractura in versi. insulis, ff. de offi. præfecti vigil. & ita rubr. de insula ponitur in tract. rusticorum prædiorum per Bar. Veron. in tract. suo de seruitu. rustic. prædio. rubrica de insulis. hinc est quòd insulæ iudicantur esse eiusdem iuris quòd prædium sibi magis coniunctum, §. at insula, supra de rerum diui. & in l. insula. de acquir. rer. domi. sicut dicimus quòd ea quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. l. religiosis, ff. de rei vẽdicatio. & licet tex. ibi loquatur de conductione cœnaculi, illud erit accessorium ad insulam, quia gestationis causa paratum erat, quemadmodum de orto dicitur in l. vrbana prædia. ff. de verb. sig. & in c. Raynutius. de testa. ideo vera resolutio ad illa iura est, quam tradit Bar. in d. §. si colonus. vt supra retuli in principio glo. Vel secundò dicas, quòd ideò in d. §. si colonus, bona posterioris conductoris domino nõ obligantur: quia extabant fructus fundi, ex quibus poterat sibi satisfieri: quia dicuntur propinquiores. argumen. tex. no. & quæ ibi dicit Barto. in l. domini prædiorum. C. de agrico. & censi. libro 11. Vel tertiò dicas, quòd dictus §. si colonus. intelligitur quòd bona secundi conductoris non censentur hypothecata domino in totum pro tota pensione fundi: secus pro parte. suadetur hoc, quia tex. ibi simpliciter loquitur de rebus: quo casu debet intelligi de omnibus. l. si rem. & ibi Bart. in ij. oppo. ff. de rei vendic. fac. tex. in l. vxori. de leg. iij. & Bar. in l. Pomponius. §. sed & his. ad fi. ff. de proc. & in l. si plures. de damno infec. nam rei verbum generale est. l. rei, ff. de verbo. sign. & l. j. ff. si cert. pet. In fin. glo. dic, vt latè dico, supra, in prin. istius glo. Glo. parua in vẽr. pignoris. quæ supplet, id est taciti. declarat tex. nostrum: pro cuius declaratione Ias. hic dicit duplicem esse hypothecam tacitam: vna quæ inducitur à lege sine facto hominis, altera quę ministerium hominis requirit quo ad hoc vt inducatur: declarando vt hic per eam. Sed aduerte quòd ego non reperio istam differentiam quam hic facit Iaso. approbatam ab aliquo, quia neque etiam iure probatur. & habeo hoc pro constanti, quòd nulla sit tacita hypotheca quæ non oriatur ex facto hominis de qua loquitur totus titulus. ff. & C. in quib. cau. pig. ta. contrahi. & hoc probatur ex eisdem exemplis Ias. nam clarum est quod hypotheca tacita quam habet vxor in bonis mariti & econtra, nascitur ex contractu matrimonij, & sic ex facto hominis: & non solum contractus matrimonij requiritur, sed etiam quo ad hoc vt maritus obligetur, requiritur traditio & cõsignatio dotis: pro qua restituenda bona sua sunt tacitè hypothecata: eodem modo ex parte vxoris requiritur constitutio dotis vel promissio, pro qua bona sua vel promittentis tacitè censeãtur obligata: & hoc est quod dicit tota l. vnica, §. & ut plenius. & per discursum. C. de rei ux. act. hæc autem omnia hominis facta sunt, ex quibus illæ hypothecę nascuntur. eodem modo in conductore domus ex illo contractu unà cum illatione siue immissione bonorum in domum conductam nascitur tacita hypotheca. sic ergo quocũq; te uertas, factum hominis concurrit ad causandum istam tacitam obligationẽ: & ideo ista differentia Ias. non est vera. Secunda differentia quam ponit Ias. eodem morbo laborat: de qua dixi supra in j. gl. & ibi videas. Tertia differentia non procederet qñ res inuectæ essent specialiter obligatæ, quæ specialis fit traditione rei, §. fi. supra quib. mo. re cõtrahi. obl. & hìc. quo casu idem effectus resultaret ex illa speciali obligatione, quæ ex inclusione resultat, cum creditor dicatur possidere pignus notabiliter & ciuiliter isto casu, vt dicit Ias. & alij per illum tex. in l. j. §. per seruum, ff. de acq. poss. & sic posset propria auctoritate retinere in casu non solutionis, neq; incideret in pœnam, l. extat, ff. quod me. cau. vnde in isto casu opi. Ias. nõ est vera: & sua opi. procedit in terminis disparibus. s. de hypotheca generali tacita, quæ vt dixi supra, in gl. j. per inclusionem rerum æquiparatur speciali. d. l. est differentia, ad hypothecam expressam generalem, quæ sunt diuersa, vt ibi dixit gl. j. versi. quasi seruiana &c. Super ista gl. multa doct. hic transcribunt in quibus aliqualiter insistendum esset: tñ vt vo-

33 bis satisfaciam, omnibus omissis cõclusiuè procedam. † Colligitur igitur ex ista glo. prima conclusio, quod seruiana, & quasi seruiana dicuntur à seruando: ratio est secundum Ias. & alios hic: quia per eã ius creditorũ conseruatur: propterea, quia melius est pignori incumbere quàm in personam agere, §. furti. il j. de ob. quæ ex delic. cum sim. Sed aduerte, quod ista ratio procederet, qñ seruiana, vel quasi, quæ hypothecaria vocatur, traditione rei constitueretur: sed tñ est falsum. nam in cõstitutione differt seruiana, vel quasi, à pignoratitia: quia hypothecaria cõsensu contrahitur, pignoratitia rei traditione, vt dicit tex. & in §. fi. supra, qui. mo. re contrahi. ob. prædicta ergo ratio procedet in pignoratitia, vel in seruiana, vel quasi, post inclusionem: iuxta tex. in l. est differentia. ff. in quibus causis pignus tacite contrahi. iuncta l. inquilino. cum l. seq. ff. de dam. infec. in his autem casibus inficiari non potest, quin melius sit creditori pignori incumbere, quàm in personam experiri, vt dicit tex. in l. itaque. §. fin. ff. de fur. & propter hanc causam dicimus quod vtilior sit actio in rem quàm in personam, vt per Bart. in l. si fundus. §. in venditione. in fin. ff. de pigno. & ideo dicit Bart. in l. prætoriæ. la iij. ff. de præto. stip. & in l. j. ff. qui satisd. cog. cum simi. vt ibi per Alex. & Moder. quòd ille qui tenetur dare fideiussorem, dando pignora liberatur: quia melius est pignori incumbere &c. & ista securitas creditoris quæ ex pignore resultat per libertatem vendendi dicitur melior. patet, quia pactum non valeret quod creditori non liceat vendere pignus: quia creditores non mutuarent, cùm non esset eis cautum: & ideo tale pactum dicitur esse contra vtilitatem publicam. ita dicit glo. fin. in l. si conuenerit. la j. ff. de pig. ac. quam Aret. commendat in §. fin. supra quib. mo. re contrahi. obli. & regula supradicta, siue ratio. d. §. furti. etiam respectu debitoris consideratur, quia illi melius est pignori incumbere cum quo de facili pecuniam mutuo reperiet, quàm fideiussorem

tem quærere, qui fortè nollet fideiubere nisi pecunia accepta.
nam ei licet, ut dicit Bar. in l. hoc iure. §. j. ff. de dona. Et ideo
melius est debitori pignori incumbere : quia tali casu cautius
34 patrimonium eius conseruatur. † Preterea circa etymologiā
huius uerbi, hypotheca, dicas breuiter ꝙ ideo hypotheca di-
citur suppositio: quia per istud uerbum, sub, constituitur obli-
gatio realis siue hypothecaria : casus est singularis in l. codi-
cillis. §. instituto. ff. de leg. ij. quem ad hoc commendat Rom.
notabili. 625. incip. compressa. post Bar. & Pau. de Cast. ibi, &
ita per illum tex. tenet Alex. & Moder. in l. rescriptum. §. si pa-
cto. in fi. ff. de pact. & quid importet illa dictio, sub, vel, su-
per, vide latè Andr. Sicul. in c. cum venissent in prin. de iud. &
35 in c. licet causam in ij. col. de proba. † Secunda sit conclusio
ex glo. quod agens hypothecaria debet probare dominium:
secus in saluiano interdicto. Hoc tamen quod de hypothe-
caria dicitur, intelligatis quando creditor agit contra tertios
possessores, siue habentes causam lucratiuam vel onerosam à
debitore, siue nullam causam habentes : secus verò si agatur
contra ipsum debitorem, quia tunc sufficit solam possessio-
nem probare, vt dicitur de saluiano interdicto, & ista est cō-
mūnis opin. quam dicit hic Ang. in practica obseruari, & de
hoc est doctrina plena Bart. in l. rem alienam, ff. de pign. act.
quam tenet Ias. in l. j. §. per seruum corporaliter. in prin. ff. de
acquir. poss. Et firmat Alex. in consi. 137. in causa & lite, in
fi. princ. versi. quod autem. & in prima col. in secundo vol. &
idem Alexan. per d. l. rem alienam. & glo. nostra hoc tenet, in
consi. 101. incip. visis omnibus. in prima columna. versi. sed
si concedatur. in quinto volumine & in consi. 108. viso pro-
cessu. in prima columna. per totum. eodem volumine. & tra-
dit Bald. in consi. 39. & 55. & 146. in primo volumine. & 36.
in tertio volumine. Et latius prosequitur Corneus adducens
istam glo. ita intellectam in consi. 55. incip. visis & diligenter
ponderatis. in principio, & in prima columna, in tertio vo-
lumine. & in consil. 122. egregiè discussa. in prima columna
eodem lib. Et hanc eandem conclusionem glo. nostræ nota-
biliter declarat idem Corneus consi. 128. incipiente, quoniam
agitur, in prima columna, versiculo, & maximè, quarto vo-
lumine. & ratio redditur per eundem in consi. 288. incipien-
te quamquam in tertia columna. quarto volumine. quæ om-
nia declaro in voce. Ex quibus omnibus prædictis patet hanc
esse communem & veram opin. quam vltra doct. hic poterit
quilibet vestrum faciliter ampliare. Et vltra ipsos videatis latè
quæ requiruntur in agente hypothecaria, Firmianum Ber-
thachinum in repertorio suo, in versi. creditor in hypotheca.
versi. 2. quæ omnia latè ad terminos practicos reducit Papiē.
in practica sua in titulo de hypothecaria. Et vltra ibi dedu-
cta, ista tota materia reducitur ad tres regulas quas latè pro-
sequitur hic Ias. cuius dictis omissis, dicatis breuiter quòd
prima regula est ista communis quod contra debitorem agē-
ti hypothecaria, tantum possessionem sufficit probare per di-
cta superius. Secunda regula, quòd contra possidentes bona
& habentes causam à debitore, requiritur quòd probetur al-
terum de tribus, scilicet dominium vel quasi dominium vel
vtile dominium . & ista est communis opin. quam vltra prę-
dicta latè probat Socin. in consi. 112. viso processu in quarto
volu. Alexand. in consi. 78. in causa & lite. circa finem. in se-
ptimo volu. nouiter impresso. & hæc duo membra videtur te-
nere Bart. dum se remittit in §. illud. el ij. in authen. de trien.
& semiss. Tertia regula communis est, ꝙ agens hypothecaria
contra tertium possessorem non habentem causam à debito-
re . debet etiam probare omnino dominium: quod optimè ꝓ-
bat Corneus in consiliis supra alleg. Et facit ratio clarissima.
l. siue autem, §. duobus, ff. de publicia. alias autem succumbe-
ret actor per d. l. Et secundum istas duas regulas verificari po
test intellectus l. & si nondum. §. j. & l. si superatus de pigno.
allegatis hic per glo. & doct. Neq; placet aliquo modo quod
hic dicit Ias. post alios quos refert, quòd illa verba in bonis
esse, &c. posita in illis legibus intelligantur de bonorum pos
sessore non de domino. per l. bonorum. §. in bonis, ff. de verb.
sign. quia dico illud esse falsum. Nam ex quo illa verba sim-
pliciter ponuntur debent intelligi de bonis in quibus quis ha
bet dominium, vt notabiliter tradit Bart. in l. Lucius. §. idem
respondit. el ij. per illum tex. ff. ad municip. Nec obstat tex. in
in d. l. bonorum. §. in bonis, quia illud procedit largo modo
& impropriè : propriè autem res dicitur esse in bonis, cuius
dominium verum habemus. ita declarat Bart. in l. j. in ij. col.
ff. de vsufr. leg. & sequitur Deci. in l. quod euincitur, ff. de reg.
iur. Et vltra ipsos hoc manifestè per illa iura probatur. nam in
d. l. & si nondum. dicitur ꝙ debet probare creditorem in bo-
nis esse debitoris. & in d. l. si superatus, dicitur ꝙ debet pro-
bare pignus fuisse illius. pondero ista verba Illius, & illa verba
Debitoris, quæ sunt verba genitiui, de cuius natura est impor-
tare verum dominium. l. ij. §. j. ff. de relig. & sumpt. fun. Et hoc
etiam ex generalitate dictarum legum colligitur quarum ver
ba in dubio propriè accipi debent, vt no. Bart. per illum tex.
in l. j. ff. de fonte. facit l. non aliter, ff. de leg. j. facit etiam tex.
in l. fin. C. de his qui ve. æta. impetr. Et ista omnia de plano
procedunt tenendo quòd illa iura loquantur quando ageba-
tur contra tertios possessores. Si tamen teneamus quòd lo-
quantur quando agitur contra debitores : tunc esset necessa-
rium quòd illa verba, In bonis debitoris, &c. impropriè ac-
ciperentur secundum dispositionem dictæ l. bonorum. §. in
bonis . Nec obstat quod genitiuus denotat dominium, quia
posset dici quod etiam aliquando denotat possessionem, vt
declarat not. Barto. & Modern. in rubrica de operis noui nun-
cia. in prima colum. Et quod dictum est, creditorem oporte-
re probare dominium quando hypothecaria agit, hoc tam
in hypothecaria generali de qua hic dicitur, quàm in speciali
requiritur, per supradicta, sed diuersimode . nam agens hy-
pothecaria generali sufficit probare dominium deuenisse ad
debitorem quandocunque : sed in speciali requiritur quòd
probetur dominium fuisse penes debitorem tempore con-
tractus siue hypothecæ. Ita notab. declarat Bart. per text. ibi
in l. & quæ nondum, §. quod dicitur, ff. de pig. & reassumit Ale
xand. in consi. 138. incip. Lancellotus de Imola in prin. ij. not.
cum simi. reliqua hic prosequere vt per Ange. & Ias. quibus
alias dum legerem istum §. multa addi ad eorum dicta, & par
tim reprobaui, vt in prioribus meis scriptis quę tanquam ni-
mis superstitiosa omitto: quia etiam paululum extra rem pro-
positam uidentur. Quantum ad alias differentias quas po-
nunt hic doct. circa actionem hypothecariam. & interdictum
Saluianum, nō curo insistere: sed ex illis vnam notetis & tenea
36 tis, uidelicet ꝙ † hypothecaria dicitur petitorium iudicium,
non possessorium: interdictum uerò Saluianum sit possessoriū,
ut per Bar. in l. j. ff. de Saluia. inter. cum sim. ut adducit Alex. in
consi. 72. incip. Bacchus decessit col. fi. lib. 5. & ideo à senten-
tia lata super hypothecaria, cum sit iudicium petitorium, & ꝑ
consequens non momentaneum, poterit appellari: secus à sen
tentia lata super interdicto saluiano & sic possessorio, cum sit
iudicium momentaneæ possessionis. l. unica. C. si de momen.
pos. aga. cum sim. ut hic per Mod. & hoc firmat Cor. Perusinus
ueridicus doctor in cōsi. 190. incip. ad euidentiā. in j. col. lib. 1.
Et est cōis opi. ut patet ex prædictis, & quæ hic adducuntur su-
per qua non est nimium insistendum, cum esset magis labora-
re, q̄ subtilizare, ut dicit in istis terminis petitorij & possessorij
d. Alex. in d. consi. 73. in fi. v. vol. & ideo tutius erit semper age-
re Saluiano interdicto, ut hic tenet Are. dicens ꝙ cauti aduo-
cati ita faciunt. & idem tenet Ias. & in effectu cōmunis practi-
ca ita seruat. Glo. nihil interest . diuiditur in duas partes . in
prima parte ponit differentiam inter pignus & hypothecam
respectu nominis. In secunda parte assignat aliam differentiā
respectu actionis . secunda ibi, imò. & etiam ex secunda parte
gl. quia prima nihil habet utilitatis, colliguntur duo . primum
37 ꝙ pignus præscribi non potest: ratio assignatur per glo. quia
creditor dicitur possidere. Et hoc de plano procedit in cre-
ditore pignoris conuentionalis, qui ciuiliter & naturaliter pos
sidere dicitur: secus autem in pignore prætorio, vt dicit gl. in l.
cùm notissimi. §. j. in uer. constituta. C. de pręscrip. xxx. uel xl.
& bonus tex. in l. per seruum in prin. & ibi glo. declarat. ff. de
acq. re. do. Sed modo uidendum est, an istud dictum glo. sit
uerum ꝙ pignus præscribi non possit : & in primis in contra-
rium uidetur tex. in l. per seruum. in prin. ff. de acq. re. do. & in
l. si seruus depositus, ff. de noxa. in l. non solùm, §. qui pigno.
ff. de usuca. ex quibus iuribus colligitur ꝙ debitor potest usu-
capere pignus: & licet creditor dicatur possidere pignus ciui-
liter & naturaliter per supradicta iura, adeò ut uideatur posse

dici quòd ab alio vsucapi non posſit, per l. ſine poſſeſsione, ff.
de vſuçap. & c. ſine poſſeſsione, de reg. iur. lib. 6. tamen illud
eſt verum, niſi quò ad effectus dominij & vſucapiendi condi-
tionem: ita dicunt prædicta, & declarant omnes communiter
in l. j. §. per ſeruum corporaliter, ff. de acq. poſſ. quia iſto caſu
debitor dicitur poſsidere, vt ibi probatur. vnde videtur quod
gl. iſta malè dicat. Et ideo pro reſolutione vera totius iſtius
materiæ diſtingue, ꝙ aut tu quęris, an pignus vſucapi poteſt ꝑ
debitorem vel alium contra creditorem, aut præſcribi. primo
caſu ſubdiſtingue, aut ab ipſo debitore contra creditorē, aut
contra alios: vt per creditorem cōtra debitorem vel alios. Pri-
mo caſu dic ꝙ nō: quia per alienationem legalem, hoc eſt per
vſucapionem ius pignoris non extinguitur. ita eſt tex. de hoc
notabiliter in l. vſucapio pignoris. C. de pig. Non ob. ll. ſupra
in contrarium adductæ, quia eſt verum ꝙ debitor vſucapit pi-
38 gnus contra dn̄m, quando eſt emptor bonæ fidei: quia † alie-
na res bona fide & iuſto titulo poſſeſſa poteſt dari in pignus,
l. ſi ab eo. ff. de pig. & l. ſi rem alienam. ff. de pign. act. & ideo
contra dominum vſucapi poteſt, non contra creditorem. Et
ſi dicis, quō vſucapiet debitor, ſi poſſeſsio pignoris eſt penes
creditorem, & ſine poſſeſsione vſucapio non procedit? d. l.
ſine poſſeſsione. Dico quòd licet debitor verè non poſsideat,
fingitur tamen poſsidere ex poſſeſsione creditoris quæ pro-
deſt debitori quo ad vſucapiendi conditionem: ita tenet Bart.
in l. j. in prin. in 3. opp. 2. q. prin. ver. opp. vlterius, ff. de acquir.
poſſ. Et pro hoc eſt tex. vltra Bar. in l. pignori rem. in prin. ff.
de vſuc. & per iſta habes primum caput primi principalis ex-
peditum. Aut loquimur de creditore contra debitorem vel a-
lios: & tunc dic ꝙ licet dicatur creditor poſsidere pro debi-
tore quò ad vſucapiendi conditionem & alios effectus dn̄i,
vt ſupra eſt dictum: dicitur etiam poſsidere quo ad ſe quo ad
vſucapionem iuris ſui hypothecarij ad repellendum debito-
rem & alios. l. de acceſsionib. in prin. ver. itaque, ff. de diuerſi.
& temp. præſcrip. quod intellige quo ad petitionem pignoris
ante factam ſolutionem vel oblationem per ipſum debitorē:
ſecus aūt poſt ſolutionem. nam tunc ſi in facultate debitoris
ſit agere pignoratitia: per l. ſi in rem. §. omnis, ff. de pig. act. &
§. fi. Inſti. quib. mo. toll. obl. vel ſi non ſoluit offerre ei debitū,
vt ibi dicitur: creditor iſto caſu non poteſt vſucapere, cum il-
la remedia competant debitori ratione cuiuſdam facultatis
39 quæ præſcribi non poteſt, ſicut neque alia † facultas puta eū-
di per viam publicam: quia licet per mille annos non iueris.
ſemper ire poteris. l. viam publicam. & ibi gl. & Bar. ff. de via
pu. & declarat Pau. de Ca. in l. pignori, ff. de vſuc. & latius de-
ducit practicus Papien. in forma conuentionis rei conuenti,
in verſi. præſcriptionis. circa finem. Secundò capite principa-
li, an videlicet debitor poteſt præſcribere contra creditorem:
& dic quòd non, & ita procedat gl. noſtra. & ratio eſt, quia cū
non poſsideat, præſcribere non poteſt. c. ſine poſſeſsione. de
reg. iu. lib. 6. & licet poſſeſsio creditoris ſibi proſit quo ad vſu-
capionem vel pręſcriptionem aliorum, vt ſupra eſt dictum, nō
tamen quo ad præiudicium iuris ſui quod per ſuam poſſeſ-
ſionem conferunt. d. l. de accuſationib. Aut quærimus ecōuer-
ſo an creditor poſsit contra ipſum debitorem præſcribere. &
dic quod ſic, prout eſt tex. in l. j. C. ſi aduer. credit. quę rubrica
eſt in lib. 8. C. & ita tenet Bar. in l. vſucapio. C. de pign. & hoc
procedit poſt ſolutionem factam, & ſic eo tempore quo ſo-
lutum eſt ius pignoris & extinctum, & orta pignoratitia dire-
cta ad illud repetendum, quæ ante ſolutionem orta non erat:
& ideo debitor impediebatur agere, & ſic contra eum impedi
mentum non poterat præſcribi. l. fi. C. de anna. excep. & ita no.
declarat Bal. in l. j. §. ne autem. in fi. C. de anna. excep. & tradit
Bar. & Pau. de Ca. in l. rem alienam. §. omnis. ff. de pig. act. cum
ſimi. & per iſta habes vltra alios perfectè declaratam iſtā pri-
40 mam concluſionem glo. † Secunda principalis concluſio eſt
quòd hypothecæ præſcribi poteſt diuerſimodè. aliquando ꝑ
x. aliquando per xx. interdum per xxx. vel xl. annos. l. j. & ij.
C. ſi aduer. cred. & l. cum notiſsimi, alleg. in glo. Aduerte ꝙ
iſta gl. ſimpliciter intellecta non videtur vera, quia certum eſt
ꝙ in tex. iſto ponitur differentia inter pignus & hypothecam
in hoc: quia pignus conſtituitur traditione. §. fin. ſupra de obl.
quæ re contrahi. hypotheca verò nuda conuentione, & per
conſequens nulla intercedente traditione, cum ſit obligatio
quæ conſenſu contrahitur. ſi nulla traditio interuenit, creditor
non poſsidet hypothecam, & ita tenet gl. in l. qui pignoris. in
ver. nō poſsidet. ff. de acq. poſſ. all. tex. bonum in l. non ſolum.
§. ſi rem tuā. ff. de vſuca. ſi igitur non poſsidet: ergo præſcribe-
re nō poterit. d. regula, ſine poſſeſsione. de reg. iu. lib. 6. Vnde
vt iſtud contrarium euitetur, debes intelligere gl. ꝙ hypothe
cæ pōt præſcribi, videlicet per tertios poſſeſſores, creditore tn̄
non poſsidente: quia ſi poſsideret, nō poſſet contra ipſum præ
ſcribi: imo interrumperetur præſcriptio incepta ꝑ poſſeſsionē
primam, vt dicit tex. in l. cum notiſsimi. §. imo. C. de pręſcrip.
xxx. vel xl. ann. ꝙ tn̄ limita & declara, vt not. per Corn. in con-
ſil. 20. incip. in præſenti, in j. vol. qui quidem tertij poſſeſſores,
aut habent titulum & bonam fidem, & tunc præſcribunt iuri
hypothecæ inter præſentes per x. ann. inter abſentes per xx. ita
ꝓcedit. l. j. & ij. all. in gl. Aut verò ille tertius poſſeſſor non ha-
bet titulum neq; bonam fidem, & tūc præſcribit per xxx. ann.
d. l. cum notiſsimi. §. j. & ibi glo. declarat. & de vtroq; tradit
Spe. in tit. de præſcr. col. j. verſi. ſed nunquid in pręſcriptione.
& col. fi. verſi. quid de hypotheca. Sed ipſe principalis debitor
& eius hæres, & qui prætendit cauſam pignoris ab ipſo debi-
tore, & ſic ſecundus creditori nō præſcribit minori ſpatio. xl.
ann. d. l. cū notiſsimi. §. imò & iſte tertius & ſecundus caſus de
plano procedunt de iure ciuili: de iure verò canonico nullo tē
pore præſcribunt, cùm ſint in mala fide. c. fi. de præſcr. Limita
tn̄ primum caſum de præſcr. x. vel xx. ann. & magiſtraliter per
Alex. in cōſi. 58. incip. viſo. in fi. 2. vol. quem breuitatis cauſa nō
refero. vide per te. & refero in voce. Et ſic ex iſtis ſit expedita
41 hæc gl. vltra doc. ſatis bene declarata. † Gl. in verſi. de qua re.
Collige concluſionem, ꝙ mobilia & immobilia, corporalia &
incorporalia pignori obligari poſſunt. Hæc tn̄ cōcluſio de ha
bilibus intelligitur. ar. gl. in ver. quibuſcūque, in §. ſed hæc ſo-
lennia. ſupra de verb. obl. & quod late tradit Iaſ. in l. j. §. præ-
tor. in j. no. ff. qui ſatiſd. cog. & latius And. Sicu. in repe. rub. C.
qui admit. col. 27. cum tribus ſeq. nam iura quæ habet dn̄s in
vaſſallos, & patronus in libertos obligari non poſſunt, vt tenet
Bar. in l. ſi is qui, §. iura. ff. de pign. quia nemo alterius libertus
eſſe cogitur, l. Titius, vbi eſt caſus no. de act. emp. & ad idem
Moder. hìc all. l. inuitus. in prīn. ff. de fideic. li. quam prius An-
ge. hìc notat contra principes vendentes & alienantes terras
ſine uoluntate ſubditorum ſuorum, cum ſim. ut tradit hic Iaſ.
Et idē Iaſ. in l. filiuf. §. diui. in prima lec. col. iij. nu. 18. de leg. j.
& in ſecunda lect. num. 32. col. 6. & ultra ipſum hanc conclu-
ſionem in terminis noſtris per plura probat Corſet. in tract.
de poteſtate regia. in 4. quęſt. col. pen. Moder. omnes. in l. ij. ff.
ſolu. matr. Præpoſi. in c. plerunque. §. penult. ad fin. 2. quæſt. 7.
Pau. de Caſt. in conſi. 20. in cauſa iſtorum. num. 9. in primo uo
lu. & conſi. 335. laudatio. num. 1. eo. lib. & pulchrè per Corn.
in conſi. 321. in hac concluſione. col. iij. in iiij. uol. & latè per
Hypp. de Marſil. in l. j. §. cum quidam deponere. ff. de quæſtio.
& Ioan. Lupus Hiſpanus in repet. c. per ueſtras, in ij. not. lxx.
col. j. & ſeq. de dona. inter ui. & uxo. Ioan. Fab. Inſtitu. de aſſi-
gna. & idem quod hìc tenet Iaſ. ubi etiam inuehit contra do-
minos alienātes inuitis ſubditis, in l. ſi non ſortem. §. libertus.
col. x. ff. de condi. indeb. & in l. debitorum pactionibus, col. ij.
C. de pact. ubi plus ſubdit poſt Cyn. ibi quòd propterea tales
ſubditi non poterunt compelli iurare fidelitatem: & hac opi.
ſequuntur alij plures quos breuitatis cauſa omitto: pro qua tu
uideas cumulata per Ioā. de Neuiza. in ſua alleg. incip. patres
comederunt. col. xxj. poſita inter conſilia Alberti Bruni con-
ſil. 12. ubi alleg. plures tract. & conſilia doct. Super hoc am-
pliatur iſta concluſio, ꝙ procedat etiam ſi ſubditi tali pigno-
rationi uel alienationi conſentirent per literas Principis: quia
talis alienatio non ualeret: quia conſenſus præſumeretur me-
ticuloſus: ita dicit not. Pau. de Caſt. in conſi. 70. incip. quia fru-
ſtra, in tertia columna. in primo uolumine. & idem tenet Ab-
bas in conſi. 3. incipiente nitar, in decima quæſtione, in ſe-
cundo volumine, & Iaco. de ſancto Georgio. in ſua inueſti-
tura, in uerſiculo, cum mero & mixto imperio. in tertia co-
lumna, ubi dicit quòd noua iura à ſubditis per ſuperiores
extorta præſumuntur impreſsiua: imo ſi maior pars, ſine me-
tu, alij poſſent contradicendo retractare: quia contra liber-
tatem. & tali caſu eſſet ſtandum minori parti, ut dicit Iaſ. in l.
iuriſgentiū. §. hodie autem. columna iiij. uerſic. xiij. limita. ff.

de pact. & Pet.de Ancha. consi.10.incipien. videtur. & in regula,peccatum. in 8.quæstione. col.28. de reg.iur. lib.6. vbi subdit quod isto casu licitum est minori parti maiorem circumuenire. & quod in foro conscientiæ minor pars non tenetur sequi maiorem,facit quod dicit Decius in consi.151.col. antep.& in sermone sequẽti.col.ij.& se. ubi plus uoluit,quòd si fieret præceptum quod omnes deberent comparere uel ire ad consilium,& sciat aliquis quòd hoc fit ut tractetur de consentiendo tali subiectioni,non tenetur ire ad consiliũ de quo pulchre per Feli.post Bal.& d.Ant.in c.quod super his.in prin. de ma.& obedi.facit quæ dicit Ias.in §.item si quis postulante.col.16.infra eo.& in trac.de iure emph.col 156.& Gerardus de Petra sancta, no.38.incip.no.quòd singulariter.ubi di-
42 cunt quòd † si Imperator faceret aliquam ciuitatem,quæ sua non esset,confiteri esse suam & sibi iurare fidelitatem,non ualeret tale iuramentum: quia subditi legitimo modo acquiri debẽt. & idem Catilia.Cotta.in suis memorialibus,in uerbo Imperator in j.parte,& talis Imperator peccaret mortaliter, ut dicit Abb.in c.inter quatuor.de ma.& obe.cum si.& quòd dictum est dominos non posse inuitis subditis alienare ciuitates uel iura uasallorum, idem dicas econtrà quòd subditi non possunt se alteri subiicere in præiudicium primi domini, ita dicit Abb.in c.cum dilectus,de relig.domi.post Inno.in c. olim.el iij.de resti.spol.cum simi. vt per Felyn.in d.c.dilecti. in ij.col.de maio.& obed. Quibus adde vltra prædicta latissimè per d.l.inuitus. quæ decidit Andr.Sicu.in consi.11.incip. illud afferam. in ij.col.in ij.vol. & ibi not.limitat omnia di-
43 cta hic per doct. & d.l.inuitos duobus modis. † Primò quod non procedat quando princeps venderet siue alienaret terras pro commodo pacis propter quam receditur à regulis iuris, vt dicit Bald.in l.vnica, in prin.C.de cadu.toll.c.nisi esset, de præben.in c.is qui, de maio.& obed. cum infinitis similibus vt ibi per eum . nam isto casu valeret alienatio etiam si vasalli non consentirent: & hanc limitationem sequitur Felin. in c. quę in ecclesiarum,in xix.col.de consti. & Hypp.de Marsi. in l.j.§.cum quidam.in j.col.ff.de quęstio. & quod pro bono pacis recedatur à regulis iuris in casu isto & aliis grauioribus latissimè idem And.Sic.prosequitur in consi.41.incip.illud afferam.in xv.col.lib.1.& in consi.1.in 34.col.in ij.vol.vbi latissimè hoc prosequitur per tres col.faciunt pro hac parte priuilegia pacis,quæ ponit Feli.in rub.de treu.& pa.de quo vide latè Luc.de Pen.in l.j.per illum tex.C.de cap.ciu.cen.exhi.lib.11. Tamen contra istam limitationem videtur tenere Io.Ignei in rep.l.donationes quas diuus &c.C.de dona.inter virum & vx. & nihil iudicio meo dicit quod stringat:& ideo tene primam opin.quæ est communis. nam pro commodo pacis liber homo potest obses dari, & sic loco pignoris assignari,vt tradũt omnes doct.ex rescripto de iureiur. & vide circa hoc Aret.in Proœ.Insti.& quæ reassumunt nouissimi Inst.de test.in princ. ibi,in pace & otio. & latius plura congerit Cors.in trac.de pri
44 uil.pacis per totum. † Secundò limitantur prædicta,nisi princeps alienasset terras vel donasset propter remunerationem: nam isto casu non requireretur cõsensus subditorum: quia ꝓpter remunerationem recedimus etiam à regulis iuris.l.cum nauarcorum.C.de naui.lib.11.facit sing.tex.in l.si pater.§.j.ff. de dona.vbi donatio remuneratoria propter ingratitudinem non reuocatur contra regulam.l.si.C.de re.dona. & ita illum tex.exclamat singularem Ias.multa cumulans in l.si non sortẽ. §.libertus.in iij.col.num.8.ff.de condi.indeb. & vltra ibi per eum adducta illum tex.valde commendat ad hoc idem Lud. Rom.in sing.113.incip.donatio, & Andr.Sicu.in c.1.in 4.colum.nu.33. de consti.cum simi. quæ adducit Andr.Sicul.in d. consil.11. & facit quod de remuneratione in notab.casu tradit Rom.in consi.328.præsens consultatio. quem sequitur Fel. in c.causam quæ,in 8.col.de rescr. & in c.fin.in iij.col.de præsump.& 12.notabiles decisiones in hac materia trãdit quidã Pet.de Rau.in suo Alph.iuris, in verbo remuneratio. quas videas.Ista tamen limitatio procedit quando aliter princeps remunerare non posset quàm per talem alienationem,vt declarat Alex.in l.filio quẽ pater.ff.de lib.& posth. & Prępo.in præludiis feud.in x.col. & sic ex prędictis notate istas duas limitationes Barb.vltra ipsum comprobatas. Sed circa istam vltimam limit.considera;quia videtur quod remuneratio non est sufficiens causa,vt princeps alienare terras possit ex eo, quia princeps iurat non alienare bona regni: vt in c.intellecto,de iureiu. quo casu ex quo iste casus non reperitur exceptus, erit stãdum iuramento quod obseruari debet, dum põt fieri sine interitu salutis ęternæ.c.si verò. de iureiur. & propterea per illum tex.solet dubitari de donatione Constantini, quod non valuerit, licet remuneratoria fuerit:vt patet ex adductis per Rosellum in monarchia de potestate Papæ & prò & contrà multa dicit Bar.in proœ.ff.orum.tamen omissa illa disputatione quæ hodie decisa reperitur per c.fundamenta.de ele.lib.6. & non esset procul ab hæresi illam hodie in dubio reuocare, vt dicit Abb. in consi.82. incip.conditoris omnium. in prima parte.quantum attinet ad propositum nostrum, ego putarem distinguendos esse duos casus: primus est quando donaretur ecclesiæ prædicta causa. & iste casus est expeditus per supradicta:quia talis non dicitur propriè donatio,sed restitutio facta Deo omnipotenti:per ea quæ latè tradit Pręposi.in c.Constantinus.96.dist. & Bar.in d.proœ. Secundus est casus quando donatio remuneratoria fit priuato, & tunc credo per d.c. intellecto. si essent res immobiles,non valeret donatio per rationem tex.in l.legatus.de offic.præsi. si verò sint res mobiles modicæ possunt alienari:per tex. & ea quę ibi no.doct.in c.relatum. & c.cum ex officiis. de testa.& habetur in c.fraternitatem.de dona.facit illud quod dicit Ias.in l.ex hoc iure.in xj. col.ver.octauus effectus.ff.de iust.& iu. & And.Sic. ĩ rub.extra de dona.vbi latissimè tradunt materiam donationis remuneratoriæ:& isto modo bene concordat dictum Bal.in c.generali,si de feu.fue.contr.inter dom.& ag. Istud tamen modicum debet intelligi secundum qualitatem personarum, vt no.Bar. in l.si constante.in iij.col.ff.solu.ma. & est tex.in c.& quęstiones,de simo. sed credo ꝙ illa qualitas personæ non debeat tm̃ extendi ad illud modicum qđ dicit gl.de comitissa Matilda in l.sed & si ceperit.§.j.in ver.modica.ff.de iud.& isto modo tex. in d.c.intellecto. intelligetur de enormi donatione,per quam
45 corona minuitur,vt dicit ibi Bal. † Tertiò limitatur ista conclusio vltra alios secundum Bar.infra.l.si is qui, nisi causa necessitatis: quia tũc dñs bene posset alienare & pignorare subtos etiam eis contradicẽtib. ita tenet Alex. post alios quos ibi refert in l.ij.in prin.col.si.ff.sol.ma. & tenet Ias.hic,licet Alex. mentionem non fecerit: & idẽ Ias.latius prosequitur in tract. feu.in 8.q.& hanc opi.tenent nouiss.repet.in l.filiusf.§.diui, in j.col.ff.de l.j. Fel.in c.dilecti.vbi hanc materiam latius attigit. de ma.& obe.& Alex.in consi.25. attentis narratis.col.pen.in v.vol.& ꝓ ista limit.facit quia multa permittuntur causa necessitatis,quæ alias non permitterentur.c.si quis,ꝓpter.de fur. cũ multis similib.vt per Ias.in l.j.in xx.col.num.75.ff.de offi.eius cui mand.est iurisd. & per Fel.in c.cùm accessissent. in 8.col. cum seq.de consti. nam necessitas legem non habet,c.licet.
46 de feriis. & l.ij. C.de patri.qui fil.suos distra. † Quartò limita prædictam conclusionem gl.& doct.ꝙ non procedat respectu iùris directi:quia dominus bene potest illud ius pignorare inuitis vasallis ita dicit Bal.in c.Imperialem. de prohib.feu. ali. per Feder. tamen ego declaro procedere quando pignoratur cum pacto de luendo pignore: quia tunc non diceretur uera pignoratio propter perceptionem fructuum. & isto casu dominium non trãsfertur in creditorem.l.neq; dignus.ff.de reg.
47 iur.tradit Alex. Soci.& Deci.in l.debitori.C.de pac. † Tamen ista limitatio uidetur dubia: quia prohibitus uendere prohibetur pignorare, ut dicit Bart.in l.qui habebat.ff.de leg.iij. & tradunt latè Mod.in l.filiusfa.§.diui,de l.j. & Io.Lupus Hisp. in magna repe.c.per uestras,fol.44.cum seq.de dona.inter ui. & ux. sed dñs non potest uendere inuitis subditis,ut latius supra probatum est,ergo nec poterit pignorare:tamen ista limitatio potest defendi sub distinctione: quia aut aliquis pignorauit rem ad quam dilectionem non habet,& cuius luitio non speratur. tunc.n.talis pignoratio dicitur alienatio,nõ pignus, vt latè tradit Cors.in notabilib.suis in notabili 49.in uer.pœna. Ias.in l.manumissiones. in iij.col.ff.de iusti.& iu. alias uerò data spe redimendi procedit ista limitatio:tunc.n.prohibitus uendere,non prohibetur pignorare, per supradicta: & ea quæ latè tradit Andr.Sic.in repet.rub.de ec.non alie. de quo ui de Bar.in l.in quorum,ff.de pig.Abb.in c.quod quibusdam.de
48 fideiuss. † Quintò limitarem prædicta non procedere in re

minima: arg. tex. in c. cæterum. de dona. & per regulam traditam in l. scio. ff. de in inte. rest. cum sim. vt per Alex. & Mod. post eum in rub. ff. sol. ma. & quę latissimè congerit Corset. in trac. de minimis, per totum. ex quibus omnibus possent quàm plures alię limitationes colligi: quæ omnia tene menti pro de-
49 claratione dictorum Ias. & Ang. Aret. hic. † Sextò limita singulariter, vt prędicta conclusio procedat, nisi dominus vellet alienare terras in alium principem siue dominum æquè idoneum, quia tali casu posset etiam inuitis subditis. ita singulariter limitat Hipp. de Marsil. in l. j. §. cum quidam. in j. col. ff. de quæstio. pro quo plura alleg. quæ videas ibi per eum. tamē ex quo iura supra dicta loquuntur indistinctè, ne cogātur subditi habere dominum contra voluntatem eorum, multum dubito de ista limitatione: maximè quia allegata per Hipp. fa-
50 ciunt in simili, cuius † arg. est fallax, vt dicit glo. in c. non possunt. de præ. lib. 6. & doct. in c. quemadmodum. de iureiur. & in c. translato. de consti. teneas tamen menti dictam limitationem: quia est singularis, & de facili defendi potest in puncto iuris: sed de æquitate iudicij non est vera ex eo, quia ius coronę non potest minui. per d. c. intellecto. de iureiur. & d. l. legatus. & tenet Bal. in c. in generali. si de feud. fue. controuer. inter do. & ag. vbi in specie vult, quòd Rex Franciæ nō potest alienare vnam ciuitatem regni sui inuitis subditis: per allega.
51 ibi per eum. † In fi. glo. habes conclusionem quòd seruitus vrbana pignorari non potest. ratio redditur per glo. in l. si is qui §. fin. hic alleg. in gl. Ne vrbs ruinis afficiatur, vt l. ij. C. de ædific. priua. quam rationem ibi sequitur Bart. & latius hic prosequitur Ias. Tamen contra istam rationem adducitur tex. hic per omnes in l. iij. ff. de precario. vbi seruitus vrbana precario concedi potest: & tamen militat eadem ratio, quòd ciuitas ruinis deformabitur, ex quo precarium pro libito concedentis reuocatur. l. ij. de preca. c. fi. eo. tit. Ioā. Fab. hic conatur illud contrarium resoluere. Sed in effectu nihil boni dicit per quod contrarium resoluatur: super quo Iaso. etiam relinquit cogitandum: & ita finaliter omnes doctores transeunt sicut agni coram tondente. Or tu aduerte quod istud contrarium prius formauit Bal. in d. l. si is qui. §. fi. de quo nullus facit mentionem. & ibi Bal. soluit hoc modo, quòd ideo seruitus urbana precario conceditur: quia precarium fit de raro, sed obligatio pignoris fit frequenter: & ideo lex noluit concedere pignorationem, ne frequēter deueniatur ad illud inconueniēs. Sed ista solutio Bal. mihi non satisfacit: quia non est verum quod precarium raro concedatur: quia tex. est in cōtrarium in l. certè. in fi. ff. de preca. ibi. quotidie enim precario rogantur &c. quæ verba frequentiam notant, vt est tex. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. quem ad hoc ibi post Bart. & alios ponderat Ias. in tertio not. & Decius, & pro hoc allegant. d. l. certè. & ideo illa solutio non est vera. Quid igitur dicendum? Puto quod ista difficultas posset ita resolui faciendo primò
52 regulam. † Quòd vbicunque per aliquem contractum inducitur deformatio ædium, talis obligatio non valet, per l. ij. C. de ædifi. priua. Hinc est quod hac ratione legatum tegularum vel tigni alicuius domus non valet: vt in l. cætera. §. hoc senatus. ff. de leg. j. & ibi notant omnes, & ita procedit gl. hic. Non obst. text. in d. l. iij. de precario: quia responderi potest quadrupliciter: primo, quòd ibi non fuerunt tigna immissa in domo concedentis precarium ista ratione, vt illa in ædificio essent ibi perpetuò causa seruitutis constituendæ: sed vt præstaretur causa ædificio meo faciendo. verbi gratia, rogaui te vt promitteres ponere lapides vel tigna in domo tua: quia in mea quam ædificare volo, stare non possunt: istud dicitur precarium: quia non est ad vsum perpetuum: ita exemplificat Pau. de Ca. in l. si precario. ff. commu. præd. & sequitur Bar. Veron. in trac. de serui. vrb. præd. c. 79. in fi. & secundum hoc potest exemplificari tex. in d. l. iij. dum tex. ibi dicit, vt tignum in parietem immissum haberes uel stillicidium. Nam intelligitur non ut ibi perpetuo sint, quia non esset precarium: sed ut utar illa commoditate siue illa trabeatione pro ædificanda domo mea. & isto modo euitatur absurdum. l. ij. C. de ædific. priua. quia per tale precarium non deformatur ciuitas ruinis, sed magis derogatur ædificiis propter illam occasionem mihi præstitam. Vel secundo potest responderi, quòd ualet precarium seruitutis urbanæ, puta tigni uel stillicidij, ut dicitur in d. l. iij. quando per illud non deformatur extrinsecùm ædificium: secus verò si deformaretur, quia tunc non valeret precarium sicut tali casu legatum non valet. ita est casus singularis qui ita distinguit, in l. nutu. §. fin. de leg. iij. quē ad hoc dicit non esse alibi Ioā. de Imo. in l. cætera. §. sed si parauit. de leg. j. & Ias. in d. l. cætera in prin. in j. col. & Pet. de Rauen. in alphabeto iuris in notabilibus extraua. literæ L, in notab. 91. sic ergo, d. l. iij. procedit vbi per illud precarium non induceretur deformatio. & illo casu pignoris obligatio etiam valeret, vt dicit Bart. in d. l. si is qui. §. fin. hic alleg. in glo. vbi verò deformatio sequeretur, sicut pignus non valet, ita neque precarium: quòd tene menti. Vel tertiò quòd licet regula sit quòd obligatio vel legatum per quod inducitur ædium deformatio, non valeant, fallit tamen quando ædificium est modicum duraturum: quia tunc bene permittitur deformatio, ex quo tale ædificium propter momentum temporis non videtur adhuc decorem inducere acsi non esset: quia fecit ædificans cū sua causa ad quam tacitè videtur se obligare: ita procedit tex. in d. l. iij. quia ex quo de natura precarij est, vt ad libitum reuocetur, neque pactum in contrarium valet. l. cum precario. ff. de preca. si modo aliquis precario concessit vt tigna immitterent, debent intelligi secundum naturam precarij, neque consideratur illud absurdum, ne ædificium deformetur, ex quo hoc euenit secundum naturam rei vel contractus: ita est casus notabilis in l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de leg. 3. & per illud contrariū quod tanti facit Ias. resoluitur. Vel quartò potest dici quod ideo lex impediuit obligationem seruitutis vrbanæ, quia videbat homines procliuiores esse ad obligandum propter indulgentiam pecuniæ: & ideo ibi lex succurrit: at in precario non putabit fore concedendum ab aliquo quòd in eius detrimentum & domus deformationem tē-
53 deret, † cùm quilibet in rebus suis cautus præsumatur. l. cum de indebito. ff. de proba. Et licet contrarium accidere posset quòd quis eo casu precarium concederet, lex tamen non ad-
54 hibuit prouisionem. Probo tibi per optimum simile. † Nam videmus quod lex videns mulieres fore procliuiores ad se obligandum quàm ad donandum. l. sed si ego. in fin. vbi glo. ff. ad velleia. prouidet circa illud in quo frequentius capiebātur. & introduxit remedium velleiani in fauorem mulierum. De donatione verò non cauit, quia non putauit quod mulier, quorum genus auarissimum est in donando. l. si à sponso. C. de dona. ante nupt. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. si stipulata, in fine, descenderet ad hoc genus contractus. & ideo licet accidere possit quod donet, de hoc lex nō cogitauit: ideo illo casu non iuuatur velleiano. Et istæ rationes omnes procedunt sustinendo communem rationem ad d. l. is qui. all. in gl. Sed confutata illa ratione communi rationes supradictæ non haberent locum: & ideo aduerte quod illa ratio communis ne ciuitas deformetur procederet tantum quando seruitus vrbana pignoraretur: quæ pignoratio traditione fit. vt hìc dicitur in tex. secus verò in hypotheca, quæ nudo consensu cōtrahitur. §. fi. supra de oblig. quæ re contrahi. & hìc est tex. & tñ videmus quod non solum prohibetur seruitus vrbana pignorari, sed etiam hypothecari, vt in d. l. si is qui. ideo illa ratio communis non est bona. Dicas igitur quod ratio est ista, quia pignus vel hypotheca debet constitui in rebus quæ in bonis nostris sunt. l. quæ prędiū. C. si alie. res pig. da. sit, l. si rem. ff. de pign. sed seruitutes in bonis patris non sunt, prout dicit Bart. in l. penult. C. si res alien. pign. da. sit glo. in l. j. ff. de vsufr. leg. igitur pignorari non possunt. Tamen ista ratio confunditur, quia ea attenta etiam seruitutes rusticæ pignorari non deberent. & tñ constat contrarium in l. sed an vię. ff. de pign. quare
55 cogita de meliori ratione. † Glo. in ver. maximè. Diuiditur vt hìc per Ias. In prima parte gl. ibi maximè abundat, Ias. hìc dicit contrarium quòd imò non abundat: quia cum largo modo pignus de re immobili dici possit, vt hic dicit Ang. per. l. cum te. C. de pign. & rubricæ. ff. & C. de pign. simpliciter intitulētur, in quarum nigro de hypotheca etiam tractatur: ergo nō abundat, si textus, dicat, maximè si mobilis sit: cum in re immobili esse possit. hæc Iason. Sed aduerte quòd Iason grauiter errat, & non recedens à gloss. quia fateor quòd pignus largo modo possit esse in re immobili: & glo. hic non negat. Sed propriè capiendo pignus, quod dicitur à pugno. dict. l.

dict.l. plus.§. pignus. allega.in glo ff.non potest esse in re immobili.& text.noster dum constituit differentiam essentialem inter pignus & hypothecam, assignat eã in pignore proprio. patet in text.ibi, propriè rem, &c.& isto modo capiendo pignus propriè,vt in tex. nostro,illud verbum m,axime abũdat: quia propriè non est verum, quòd possit esse pignus in re immobili, sed semper de re mobili. d.§. pignus.Et dum tu dicis, quòd largo modo potest esse in re immobili: fateor. iam sumus extra terminos glo.& text.nostri,qui loquitur de proprio pignore. vides ergo quòd gloss. nostra rectè loquitur secundum mentem text.

56 † In eadem glos.ibi, seruiana.habes ex glo.quòd seruiana, & quasi seruiana sint actiones reales. de hoc dixi supra in euidentialibus. Et vltra ibi dicta hoc probatur vlterius.Nam clarum est, ꝙ omnes actiones personales pereunt spacio 30.annorum.l.sicut,l.omnes.C.de præscrip.30.vel 40.anno.& tamẽ istæ reperiuntur vsq; ad 40.annos durare.l. cùm notissimi.C. de præscrip.30.vel 40. annorum.l.j.C.de anna. exceptio.ergo sunt reales.Et isto modo arguendi vtitur Alex.ad probandum ꝙ sit realis,in l.3.§.genera.in 6.col.nu.24.ff.de acquirẽ.posses. vbi pro ista opinio.allegat text.in l.eos.C.qui pot,in pign.ha. & ibi per tres ante colum. discutit & dicit hanc opinionem, esse communem: & ibi latè declarat,an habeat aliquid personalitatis,vel non.Et ultra ipsum est text. in l.si legati.ff.de pig. & notat Bart.in l.solutum,§.liberam. in 3.opposi.ff.de pigno. actio.in l.fideiussor obligari. ff.de fideiussor. & latè prosequitur idem Alex.& notabiliter declarat in l.possessio quoque,§. & si possessio.in j.col.nu.3.ff.de acquir.posses.& in l.4.in §.Cato.in 2.col.nu.20.ff.de verb.obli.& vltra Alex. hoc idem tenet Bart.in l.debitor.ff. ad Trebel.in l.si tibi.ff. de pig.& ibi communiter sequuntur docto.ff.de pact.& est gloss.de hoc, & ibi not.Ange.& ibi in §.hæres.in ver.intelligitur.suprà de obliga. quæ ex quasi contra. nasc.

In eadem glos. ibi, item fideicommissaria &c. Circa istam partem gl.vide quæ dico in §.quædam,infrà eodem. Reliqua verò circa libellum dicas,vt hic per Ias.post alios. & vide per Specula.in titulo,de pigno.& Goffred.& Hermandum in tractatu libellorum.quorum formam in prosecutione huiusmodi lectionis non prosequar: quia est res non egẽs reformatione per communem stylum, qui ita tales formas admisit.

SVMMARIA §. IN PERSONAM.

1 *Tria fuerunt tempora quibus obligatio quæ ex nudo consensu oriebatur, fuit variata: vt hic.*
Stipulatio vnde dicitur.
2 *Quare inductum est, quòd ex pacto nudo oriatur actio & 3.& 4.& 34.35.*
3 *In curia mercatorum pactum nudum non differt a stipulatione.*
4 *In foro canonico pactum nudum producit actionem: & ratio assignatur. Vbicunque æquitas obseruatur, ibi pactum nudum obligat.*
5 *Ordo dignitatem arguit.*
6 *Dictio, Quoque, quid significet.*
7 *Dictio, Veluti,qualiter accipiatur in textu isto & qua differentia sit inter dictionem Veluti & Velut.*
8 *Verbum, Videtur fictionem regulariter significat.*
9 *Stipulatio est inducta a iure ciuili.*
10 *An liber Institutionum fuerit editus post compositionem Codicis.*
11 *Sufficit in aliquo tractatu capita principalia materiæ inserere, & licet aliqua sint omissa, non dicitur diminutus tractatus.*
12 *Dictio, Alioquin, quid denotet.*
Dictio, Alioquin, facit quod conditio aliquid ponat in esse.
In beneficialibus de bono, & æquo proceditur, nec rigor admittitur.
13 *Quamuis aliquid alicui sit superadditum, non propterea mutat nomen suum, & an semper sit verum.vide numero 16.*
Tabellio factus doctor, vel miles, an possit conficere instrumenta.num.14.
Nobiles exercens artem mercantiæ,perdit nobilitatem.
Obligatio operarum personalium, quæ tenetur libertus patrono, supprimitur superueniente dignitate in libertum.
14 *Doctoratus dicitur dignitas.*
Dignitas operatur, vt quis excusare se possit ab eo,quod promisit, exemplum ponitur.
15 *Monachus qui ante monachatum erat obligatus, factus monachus tenetur soluere.*
Monachus factus episcopus non desinit esse monachus quo ad substantialia.
Ille qui factus est Cardinalis,non perdit iura succedendi.
Forma non mutat genus.
17 *Superflua non sunt in legibus inserenda.*
An & quando leges correctæ, vel statuta sint allegandæ & qua pœna puniendi allegantes.
Mendacium nemini nocens, non est punibile.
18 *Licet clericis audire leges ad faciliorem intelligentiam canonum.*
Permittitur notitia scientiæ improbatæ.
19 *An semper requiratur, quòd constitutum fiat pacto nudo ad hoc,vt producat actionem.num.20.*
An & quando habens remedium ordinarium iuris communis possit intentare remedium extraordinarium, & sic contra ius commune.
20 *Propter fauorem testamenti legatario competunt plures actiones, etiam si illæ sint incompassibiles.*
Per posteriorem legem tollitur consuetudo contraria etiam nulla facta mentione de illa, quãdo per posteriorem legem reuertimur ad ius antiquum quod fuerat per illam consuetudinem reuocatum.
21 *Actio ex constituto,quòd fit pacto nudo tunc competit quãdo præcedit debitum naturale & ciuile, vel naturale tantùm, secus si ciuile tantùm. limitando, vt hic & nu.28. & 29.& 30.*
22 *Lex vel statutum generaliter recipit restrictionem de habilitate, limitando,vt nu.23. & 24.*
Iura loquentia de cautione intelliguntur de habili.
Iura loquentia de consuetudine intelliguntur de habili,& bona,non autem mala.
Iudæi,uel pagani non tenentur ad obseruationum canonum.
Statutum dans premium capienti malefactorem, intelligitur de capiente habili.
23 *Leges non recipiunt restrictionem de habilitate persona quando agitur de fauore reipublicæ, ponuntur exempla & numero 24.*
Lex non censetur aliquem habilitare, nisi expresse appareat.
Quando alienatio est in fauorem Ecclesiæ,non recipit restrictionem de solennitate.
Licèt auctoritas superioris requiratur in alienatione rerum Ecclesiæ in ipso actu vel incontinenti pòst, tamen quando emanauit ad vtilitatem Ecclesiæ potest post ex interuallo interuenire.
24 *Ad vtilitatem reipublicæ pertinet, quòd quilibet admittatur ad defendendum præstita satisdatione, intellige, vt hic.*
Reipublica interest,vt crimina detegantur.

Non

Non est recedendum a communi in iudicando & consulendo.

25 *Verba generalia legis, vel statuti debent interpretari, & limitari secundum ius commune.*

26 *Qualiter fiat constitutum tam respectu solutionis quàm fideiussoris, & quid videatur promittere constituens alium fideiussorem.*

27 *An & quando teneatur ille qui constituit se alium fideiussorum, si alius nolit fideiubere.*

Duplex est ius ciuile.

Debitum ex sententia, an sic de iure ciuili, vel naturali.

30 *Ad producendum vnum perfectum duo imperfecta concurrere debent.*

Dictum vnius testis est nullius momenti,

31 *Fideiussor in multis casibus intercedit in quibus constitutus non habet locum.*

32 *An constitutum dolo, vel metu extortum sit nullum ipso iure, & an valeat, si fiat sine causa. nume. 33,*

An constitutum sit stricti iuris contractus, vel bonæ fidei.

34 *Quid requiratur ad hoc, vt aliquis dicatur contractus nominatus.*

An constitutus sit contractus nominatus.

Dare inconueniens in terminis remotis, non infert necessariò.

Diuersa ratio pactum reformat.

36 *An nudo pacto fieri possit fideiussio.*

37 *Quæ sit differentia inter constitutum, & alias obligationes.*

38 *Omnia quæ hic dicuntur de constituto procedunt, vbi quis simpliciter constituit se soluturum, quod ipse vel alius debet ex contractu, vel quasi, secus si ex contractu pœnali, nam tale constitutum non valet.*

39 *An ex pacto nudo de donando oriatur actio. nu. 42.*

Contractus donationis dicitur nominatus. nu. 40.

40 *Contractus innominatus pœnitentia reuocatur.*

Illi sunt contractus nominati qui solo consensu contrahuntur.

Contractus nominati eo ipso, quòd sunt in esse producti, habent actionem.

41 *Donatio & pactum de donando, an sit vnum & idem.*

In emptione idem est promissio venditionis, quod emptio.

Si promitto tibi me obligaturum pro decem. ista verba inducunt obligationem, & statim potest agere.

43 *Lex correctoria non debet extendi.*

44 *Quando stipulatio redditur inutilis ob aliquam causam, habet vim pacti nudi.*

Contractus dotis est nominatus.

45 *Ius diuinum, & canonicum prohibet omni casu vsuras.*

45 *In multis casibus ex nudo facto oritur actio. vt hic, & 47.*

47 *Doctor contrarius debet repelli.*

48 *An & quando in stipulatione est certum, oriatur certi condictio specialis ex stipulatu.*

Stipulatio est de iure ciuili.

IN PERSONAM. Diuiditur & summatur iste text. vt hic per Ias. Præsupponendum est, primò pro intelligẽtia istius tex. quod † tria fuerunt tempora quibus obligatio, quæ ex nudo consensu oriebatur, fuit variata. Primum tempus fuit iuris gent. quo ex pacto nudo producebatur actio. l. j. in prin. ff. de pact. cum si. verùm, quia paulatim suggerente malitia conuentiones nudæ non obseruabantur, superuenit secundum tempus, quod fuit ius Romanorum, & in subsidium infirmitatis humanæ inuenit stipulationẽ per quã rudę conuentiones, veluti quodã stipite, munirentur. Hinc dicta est stipulatio quasi firma. vt. §. de verb. obli. in prin. Et in simili ad istam variationem temporis, facit text. in c. & si CHRISTVS, de iureiur. vbi dicitur, quòd licet pręceptum Domini sit, ꝙ sint promissiones nostrę sic sic, non non: & quòd illæ sufficiant ad obligãdum: tamen propter hominum malitiam & incredulitatem, inuentum est subsidium iurisiurandi per quod promissiones nostræ firmentur, ita ibi text. sed tamẽ quia iniquum erat, ꝙ verba quæ processerunt ab hominibus probatis, fierent irrita, iuxta legem, conuentionum. ff. de pact. succesit prouisio prætoris, & sic tertium tempus per quod O, reuolauit ad A. id est extremitas ad principium: vt dicit tex. in cap. ab exordio, 35. distinct. Ex qua inductũ est vt constituta, & sic promissiones, quæ nudo consensu contrahuntur, conseruentur: vt dicit tex. in l. j. ff. de cõstituta pecunia. Et licèt de iure Romanorũ ex pacto nudo actio non daretur: hoc tamen iure prætoris datur per quod reducimur ad primum tempus: & ideo ista via fauorabilis est: ut dicit text. cum adductis latè ibi per Moder. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis. gloss. in capit. 3. in ver. numerandum, de præben. lib. 6.

2 † Tamen circa rationem istius dispositionis prætoriæ quare inductum est, ꝙ ex pacto nudo producatur actio, variæ fuerunt scribentium sententiæ: vt hic breuiter exorditur Ias. illa tamen est communis, ꝙ constitutum producat actionem propter geminationem quam sequuntur scriben. Moder. communiter in rub. ff. de verb. obliga. & in l. legem. C. de pac. & alibi sæpe. & plures alias rationes assignaui, infrà in gloss. & istam dicit esse cõmunem Iaso. in l. pacto. C. de pac. & in l. si veritas. C. de fideicom. & in rub. ff. de verb. oblig. in 3. col. & ibi Ias. in 4. colũ. impugnat istam rationem vna ratione, quæ prius fuit Bald. Nouel. ibi, in 9. col. de quo ipse mentionem non facit. dicit enim, quòd non est verum, quòd pactum nudum geminatum possit actionem producere ex eo, quia pactum nudum ex quo producit naturalem obligationem, habet se tanquã mater ad producendam actionem, & ciuilis obligatio tanquam pater: vt no. Bart. in l. j. ff. de condi. inde. & in l. cum quis. C. de iu. & fac. ign. sed impossibile est per naturam, ꝙ duæ fœminæ sine masculo generent: ergo idem erit inconueniens hoc dicere de iure, cùm ius imitetur naturam: vt in §. minorem, suprà de adoptio. Or tu aduerte, ꝙ ista ratio nihil valet: nam nõ est verum, ꝙ in constituto adsint duæ naturales obligationes ex eo, quia licèt primum pactum super quo fit cõstitutum naturale contineat ipsum: nam constitutum quod fit ex secundo pacto nudo, habet se ad primum pactum: vt obligatio ciuilis confomentetur a lege, & dicatur conuentio legitima: vt dicit Bart. in l. iuris gentium, §. igitur nulla. in fin. ff. de pac. vt infrà dicetur. præterea posita illa ratione pro vera dico, ꝙ non est inconueniens, ꝙ duæ naturales producant actionem: nam videmus, ꝙ sola ciuilis: & sic pater solùm potest producere actionem, & sic filiam sine matre: vt patet in literarum obligatione: de quo per Bart. in l. cùm quis. C. de iu. & fac. igno. idem in sententia condemnatoria ex qua oritur tãtum ciuilis: vt tenet Bart. in l. Iulianus verum, ff. de cond. & demonst. & in l. j. eod. ti. sic ergo facilius debet admitti, vt duæ matres producãt filiam, quàm solus pater sine matre, & hoc quidem naturaliter euenisse legimus de quodam Merlino, quem plures & probatissimi auctores testantur fuisse genitum & conceptum ex sola fœmina sine viro artificio dæmonis: vt testantur Sigisbertus Vicen. & alij quos refert B. Antonius in 2. parte historiarũ, tit. 11. c. 2. §. j. de quo etiam per diuum August. in lib. 15. de Ciuitate Dei. c. 23. & legitur in libr. de Naturis rerum, fœminam quandam concepisse ex altera fœmina quam ardebat: illa. n. fœmina, peracto coitu a masculo & recepto in vulua semine, fertur illicò petijsse alteram fœminã, a qua luxuriosè nimium diligebatur, & cum ea ardenter coijt ad similitudinem masculi & fœminæ taliter, ut ex illa mutua perfricatione adeo exarserat, vt semen illud receptum a prima in matrice infusum fuerit in vuluam alterius, & a matrice receptum, adeo, vt conciperet. Si igitur hæc & pleraque alia prodigia naturaliter fieri posse legitur, cur a fortiori non dicemus hoc fictè posse facere ius ciuile, vt vel solus pater fictè, vel sola mater, hoc est vel ciuilis tantum, vel naturalis obligatio non producant actionem, vel duæ naturales, maxime quia etiã ista similitudo patris

patris & matris,quæ fit in obligationibus,nũquam mihi placuit,vt dixi ſuprà in vno §.quia ſunt ſomnia doctorum,neque à Iuriſconſultis,vel Imperatoribus in corpore iuris reperiuntur ſimilia noua conceſſa obligationibus.& ad prædicta facit dictum Bart.in l.j.in 3.col.verſi.item non eſt,ff.de pecu.Iaſ.tñ hic dicit, ꝙ inter alia ſibi videtur vna alia notabilior ratio & ſignanda, ꝙ ideo in conſtituto ex pacto nudo producitur actio , conſtitutum dicitur eſſe contractus nominatus,cùm habeat nomen ſpecificum & elegans : vt not. Bartol.in leg.iuris gentium, §.igitur nulla. in fin.ff. de pact.igitur producit de ſe actionem,ſicut alij contractus nominati,& ſecundũ hoc nullum erit ſpeciale. & cum iſta opi. tranſit idem Iaſ.in l.ſi pacto quo pœnam.in j.col.nu.6.C.de pact.& Alex.in apoſt.ad Bart. in l.j.§.fi.ff.de conſti. pecu.licèt poſtea ſuper gloſſ.nulla,infrà iſto §.videatur variare Iaſ. Tamen aduertendum eſt,ꝙ iſta ratio poteſt cauillari,& in primis negari poteſt:quia iure nõ fundatur:& ratio illa,ꝙ conſtitutum habeat elegans nomen,non eſt ſufficiens:quia etiam videmus,ꝙ permutatio habet elegãs & ſpecificum nomẽ denotans perfectionem , l.vrbana.§.pernoctare,ff.de verb.ſign.& tamen non eſt contractus nominatus:vt tenet Bald.per illum text.in leg. ſi permutationis.C.de euictio.Bart.in l.j.ff.de rerum permu.& in l.iuris gen. in prin. ff.de pactis.Neq: enim quò ad producendum actionem ſufficit, quòd contractus ſit nominatus, niſi hoc expreſsè detur à lege.patet:quia ſi fideiuſsio eſt contractus nominatus, vt concludunt Mod.Pap.in rubric.de verb.oblig.tenet Ioan.Fab.ſuprà de fideiuſſo.in prin.& Nico.de Neapo. in §.de conſtituta. j.eo.Iaſ.in d.l.iuris gen.§.ſi cum nulla.ff.de pact.& tamen nõ producit actionem ex pacto nudo, niſi interponatur ſtipulatio,l.blanditus.C.de fideiuſſ. tamen non recedas ab iſta ratione, quæ videtur firmior cæteris quam tibi defendam inferius ſuper d.glo.nulla.Sed pro alia noua ratione vltra alios ui detur pro nunc dicendum, ꝙ propterea in conſtituto ex pacto nudo producitur actio, ꝙ iſta materia eſt magis propria, & particularis mercatorum , quàm alterius generis perſonarum:vt dicit Bald.in rubric. C.de conſtituta pecu.& tenet hic Iaſon in principio.

3 † Et ſpecialiter iſte contractus conſtituti inductus eſt ex cõſuetudine curiæ mercatorum propter æquitatem & bonitatẽ, quæ verſatur in ea:vt dicit Bart.in l.quintus. & in l.fideiuſſor. §.quędam.ff.manda.vbi dicitur plus, ꝙ pactum nudum apud mercatorem nihil differt a ſtipulatione reſpectu obligationis:& ita notabiliter dicit Bald.in capit. ſi pro debilitate.in 2. col.verſicu.ij.dicitur.de offic.delega.quod dictum commendat Alex.in l. iuris gentium , §.ſed cum nulla.in fi.ff.de pac.licèt ibi non ponat pro conſtanti,Iaſo.tamen ibi hoc firmat in ij.colum.verſi.ſecundò, fallit in curia mercatorum . Et idem Iaſ.ſequitur in l.lecta.in 8.colum. verſi.quartus caſus.ff.ſi certum petatur.Feli. in c.j.prima colum. verſ.caſus autem.de pa

4 ctis.cum ſimilibus. Et propterea videmus, ꝙ in † foro canonico,vbi etiam agitur de bono & æquo, pactum nudum actionem producit.& breuiter vbicunq; æquitas obſeruatur ibi pactum nudum obligat:vt tradunt Moder. in c.j.per illum text. de probati. Neque obſtat ſi dicatur, quod conſtitutum poteſt etiam fieri per alios,qui non ſunt mercatores:quia reſpondetur,quòd illud non eſt in conſideratione : quia lex conſiderauit illud quod frequentius:argumen.leg.nam ad ea.de legib. pro quo eſt notabilis doctri. Bald. in ſimili in l. ſi is qui.§.fi.in fin.ff.de pigno.quamuis in alio propoſito,ſuprà in §.proximo de illo dicto dubitauerim.

Vel ſecundò poſſet dici, quòd conſtitutum ideo producit actionem ex pacto nudo: quia fomẽtatur ſpecialiter & adiuuatur a lege,argumen.l.cùm oſtendimus. §.fina.ff.de fideiuſſ. tut.vbi pactum nudum factum in iudicio producit actionem, quia veſtitur calore iudicij.vt tenet Alex.& Aret. in l. j.in prin. ff.de verb.obli.Bart.in l.tale pactum.§. qui prouocauit.in vlti. colum.ff.de pac.& ſecundum iſtam rationem dictum Bartol. in d.l.iuris genti.§.igitur. poterit procedere ex eo, quia Bart. non dicit ſimpliciter quod ex conſtituto producitur actio,q̃a contractus eſt nominatus:ſed ponit duo copulatiuè. ſcilicet, quia eſt contractus nominatus & legitima conuentio, & ſic fomentata a lege.pro quo bene facit lex,lege obligamur.ff.de actionib. & obligationib.& contrarietatem Bartol. quam hic ponit Iaſ. concordat Nicellus in tractatu contrarieta. Bartol. concor.12.vbi videas. Aduertendum eſt vlterius pro declaratione materiæ,quòd hic.§. vſque ad ver.actiones.ponit primam actionem perſonalem prætoriam ex tribus hic enumeratis,quæ dicitur de cõſtituta pecunia:& licèt Imperator hic de actionibus pſonalibus prætorijs tractatum poſuerit prius, tamen inter reales quaſdam actiones perſonales poſuit ſupr. in §.item ſi quis in fraudem.& ideo ordine cõfuſo, hic poſuit de perſonalibus, cùm vel omnes ibi, vel hic poni deberent: quicquid tamen ſit, hic principalis tractatus videtur: & quod in §.item ſi quis in fraudem , dictum fuit, incidenter ponitur, non tamen extra propoſitam ibi materiam . arg.ſupra de leg. in princip.cum de reſciſſorijs realibus prætorijs loquens, de perſonalibus etiam reſciſſorijs ſiue reuocatorijs cogruũ fuit differere, quæ hic non poterant adaptari ita commode:poſitæ igitur fuerant de per ſe, & cur prius in ordine hic actio de

5 conſtituta ponatur quàm reliquę duæ aliæ actiones,†cum ordo dignitatem arguat:vt tradit Iaſ.& Dec. poſt alios in rubri. ff.ſi certum petatur.in cap.quæſtione, quare prius Iuriſconſultus ibi poſuit de realibns quàm perſonalibus, & capitulo ſtatuimus.de maiorita.& obed. poſſet dici,quòd iſtud eſt de arbitrarijs in quibus inſiſtendum non eſt:vt dicit in ſimili Dec. in rubrica.C.de teſtamento militis,Abb.poſt Ioan.And.quos ibi ſequitur Dec. in rubr. extrà de excep.cum parua aut nulla vtilitas ex hoc reſultet : quia quocunque modo Imperator feciſſet, reprehendi non debet:vt dicit Dec. in rubr.de probati. in principio,verſicu.pro reſponſione.Vel dicas, quod Imperator nõ intendit hic tractare de omnibus actionibus perſonalibus prætorijs.quod patet hic dum dicit, Et alias quàm plures : quæ verba ponderat Iaſon . ad hoc idem in §. præcedenti, in vigeſimaquinta columna, numerocenteſimo vigeſimoprimo.dum gloſſ. ibi enumerat decem actiones prætorias reales, & tamen in text.non ponuntur niſi tres. ex quo uidebatur, ꝙ Imperator diminutè procederet: ſed ipſe reſpondit, ut ſuprà dixi,per iſtum text. & per hoc ego confundo dictũ Alexandri in rubrica.ff.ſi certum petatur, dum uult quòd illa uerba ſi certum petatur,poſita in le.j.ff.de tritica.non eſt nomen actionis prætoriæ : quia non enumerantur in iſto §. tamen ex prædictis iſta conſequentia confutatur.nam poſſet eſſe, quòd talia uerba ſint nomen actionis, & tamen quod hic non enumeratæ ſint, cùm aliæ plures prętoriæ hic non ponuntur.

6 † In tex.ibi,Quoq;,ſecũdum Dy.no.quòd iſta dictio,Quoque,de ſui natura eſt continuatiua caſus præcedentis ita dicit Card.in clemen.j.verſi.at prioratu.in ij.quæſt. de regula.& eſt text.in §.pœnales,infra eod. & de ſui natura ſignificat ſimilitudinem,quod idem ſit in caſu ſequenti quod in præcedenti: ut tradit Are. per plura iura in l.quod dicitur.in 6.colum.ff.de uerbo.obli.l.ſeruum quoque,de procu.per quam legem idem tenet Bartol.in l. Labeo.ff.de pact. quem ad hoc alleg.Iaſ.in l. j.in 3.colum.uerſic.pondera.num.11.ff.de adoptio.& eſt text. in cap.diſpendia.§.reus quoq;.de reſcrip.lib. 6.& per Aret.in l.ſi pacto quo pœnam.in ij.colum.C.de pac.& ultra ipſos eſt tex.& ibi glo.no.in l.ij.§.fin.ff.pro hærede.in c.quarundam.§. circa.de elec.lib.6.cum multis concor. vt per Moder.Florentinos in §.Cato.fol.19.colum.j.ff.de uerb.obli.Sed tamen aduertendum eſt, quòd iſtud quod dictum eſt, non procedit in in caſu tex.noſtri:quia non repetit nec ſignificat:quia idem ſit in hoc §.quòd in §.præcedenti:imò aduerſatur. cùm in §.præcedenti dictum ſit de realibus actionibus, hic uerò de perſonalibus tractatur. niſi dicamus,quòd repetit idẽ reſpectu originis:quia omnes prætoriæ ſunt. ſed primum uidetur uerius: nam hæc dictio, Quoque,non ſemper eundem caſum implicat, ſed diuerſum,prout deducit Soci. in leg.j.in princip.in 5. colum.num.31.ff.de acquiren.poſſ.per text.in l.manumiſsiones.ff.de iuſt.& iur.ponderando, ut ibi per eum.& ultra eum eſt text.in c.cùm ſpeciali.§.penul.de appel.

7 † In tex.ibi ueluti, nota quòd hæc dictio hic exemplificatiuè ponitur:ut in l.ueluti,ff.de iuſtit.& iur.& ita ponitur in l. infamen.ff.de publi. iudi. & in l. ſi is qui ducenta.§.utrum.ff. de reb.dub.& ff.de eden.l.ſi quis ex argentarijs. §.fina.cum l. ſequenti.cum ſimilibus:ut latè per Brixienſem.in reperto.ſuo, in uerbo , uelut. alibi tamen fictitiè ponitur : ut in §.actiones autem,j. eod. & ibi dico. & quæ differentia ſit inter iſtam dictionem,

ctionem,Veluti, & dictionem, Velut,ponit gloss.in l.j.§.nuntiatio fit,in uerbo,Vel,ff.de not.ope.nun.nam ista dictio,Veluti,est una dictio:sed dictio, Velut, sunt duæ.& dicit Bald.in l.si tutor.in prima lect.per illum text.C.de interdict.ma.quod dictio, Veluti, inducit præsumptionem iuris de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, quod non reperitur in ista dictione, Veluti:tamen aduertendum est, quia istud dictum Bald.non uidetur uerum:nam in iure non reperitur talis differentia. Nec obst.d.le.si tutor.quia ibi illa præsumptio siue fictio non inducitur uirtute illius dictionis,Veluti,sed ratione facti, ex quo præsumptio doli colligitur, super quam fingit ibi Imperator:& illa dictio,Veluti, ibi similitudinariè ponitur, prout in l.ex castrensi. ff. de castren.pec.& in l. in testamento.ff.de fideicom.lib. & hoc idem est in dictione, Velut:vt in l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cer.pe.& sic videtur,quòd inter se istæ adiectiones in effectu non differant, prout etiam in simili uidemus in ista dictione, Sicut, & Sicuti:quia non differunt in l.Lucius.ff.de fun.instruct.& in l.prædijs.§.Titio,de lega.3.& in c.quoniam, de offi.deleg.& l.sicuti.ff.de arbi.& illud quod disponitur in d.l.si tutor.eodem modo induci potest,etiam si illa dictio, Veluti, non esset posita, sed alia similis: vt est casus in effectu similis in §. sancimus,in Authen.de hæred.& Falci.vbi disponitur,ꝙ eo ipso,quòd hæres non fecit inuentarium, præsumitur quòd substraxerit bona hæreditatis. Et ideo tenetur vltra vires hæreditatis:& licèt in veritate illud non fecerit: tamen quia lex inducit præsumptionem iuris, & de iure, non admittitur probatio in contrarium:vt tenet Alex. allegando illum text. in l.j.in ratione.§.ꝙ vulgo.ff.ad leg. Falcid. & tamen ibi illa præsumptio non colligitur virtute dictionis,sed ratione facti, & ita videtur in proposito dicendum:tamen dum occurret casus, tenebis menti illam doctri.Bald. propter eius auctoritatem.

8 † In text. ibi videbatur, istud verbum fictionem significat vt ibi patet:& regulariter ita est:vt tradit Bar. in l.si is qui pro emptore.in 4.colum.nume.5.ff.de vsucap.quem ad hoc Soci. allegat in l.j.§.per seruum.il primo.in j.colum.ff.de acquiren. possessio.& latiùs in repe.l.cùm auus.colum.35.num.68.ff.de condi.& demonstr.cum concor.vt per Ias. in l. clam possidere.§.qui ad nundinas.in x.colum.nume.63.ff. de acqui.posses. & per eundem latissimè, in d.l.si is qui pro emptore.in 26.colum.numer.108.cum seq.vbi plura dicit. quibus adde ea,quæ ponit Bertachinus in suo reperto.in versic.videtur,secundum impressionem & additionem nouam. vbi plura nota. digna ex ibi additis colligi possunt: quæ per te videas. & reassumit idem Ias.in l.qui liberis.§.hæc verba.in 4. colum.in princ.de vulg.& pup.Adde text. in clemen. gratiæ.de rescri.vbi docto. notat, quòd istud verbum pariter ad ueritatem, & fictionem adaptatur:super quo disceptat ibi Andr. Sicul.& dixi in c.j.de iudi.libro 6.

9 † In text.ibi, ex sua iurisdictione, &c. nota istum textum. ad ea,quæ dixi suprà, in §.sed istæ.in prin.in secundo notabili:vbi ponuntur similia verba.

10 † In tex.ibi,iure ciuili tenetur. not.tex.quod stipulatio a iure ciuili dicitur inducta. & ita not. gloss. hìc & istum textum ad hoc ponderat Decius in ca.j. in 3.colum.extrà de proba.& quod habetur per Moder.in leg.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.

In text.ibi,sed ex nostra constitutione, &c. nota argumentum, ꝙ liber iste Institutionum fuit editus post cópositionem Codicis, quem modò habemus:de quo tamen dic,vt dixi.suprà in §.rursus in gloss.

11 † In text.ibi,& alias quam plures.nota quòd sufficit in aliquo tractatu capita principalia materiæ inserere. & licèt aliqua sint omissa, nõ propterea diminutus dicitur tractatus.ita ad hoc istum text.not. Ias.in §.item seruiana.suprà eod. in 25. colum.num.121.& vltra ipsum est text.melior.in §.pœnales, ibi,& alias innumerabiles.j.eo. & per hoc redditur dub um vnum dictum Alexand.in rubri.ff.si cert.pet.in 2 colum.dum vult,quod illa verba,si certum petatur, posita in l.j.ff.de tritica.non sunt nomen actionis prætoriæ: quia in isto §.non enumeratur illa actio: quia ex prædictis habes contrarium: nam ex quo hic,non enumerantur omnes actiones, potuit illa esse de non enumeratis,quo casu non concludit sua consideratio.

12 † Nota primò ex isto tex.secundum Ias.ibi,alioquin,quòd ista dictio est mirabilis secundum Barto.in l.ij.in 3.col.versic. quartò quæro.ff.de cond.& demonstra.quia non facit orationem conditionalem:sed in seipsa continet dispositionem contrariam præcedenti dispositioni:& sic exponatur Alioquin,id est,si prædicta non fuer nt.ita Ias.hic & Bar. in d.l.j.& est tex. vltra ipsos in d.l.his igitur contra.de iusti. & iur.& in l.vnica C.ex delic.defunctorum.& in l.qui negotia, ff.manda.& l.qui posthumos,ff.ad Sillania. Sed pro clara resolutione istius notabilis,dic tu clariùs,& facias regulã,ꝙ ista dictio, Alioquin, de suo proprio significatu refertur ad omnia pręcedentia aduersatiuè, & ipsa exponitur conditionaliter & dispositiuè, vt hic:nam ita demum erit cõstitutum, si aliquis sine stipulatione cõstituerit se soluturũ, alioquin, id est, si stipulatio interueniat constitutum non erit:& in hoc est mirabilis natura huius dictionis: quia cùm conditio nihil ponat in esse, & sic nihil disponat:vt habetur.in §.ex conditionali, suprà de verb.obli. & hoc siue sit expressa siue tacita:vt no. Bald. in l.j.in. fi.C.de cad.tol.& Bartol.in l. item quia,§.j.ff.de pac.tamen ex natura istius dictionis,quæ in conditionem resoluitur,illa conditio disponit & eodem tempore operatur conditionem & dispositionem, & aduersatur dictis præceden. vt dictis iuribus.& sequitur Decius in l.mutuum damus in princ.in 5.notabili,ff. si cert.peta.alleg.l.milites,ff.de custo.reo.& Bart.in d.l.j.cum alijs:vt ibi per eum, licèt nõ ita declaretur.& vltra ipsum hoc hoc prius tradit Philippus Francus post do.in ca.mandato.in prima colum.versic.sed primam.de lib.6.alleg.Barto. in d.l.j. & est gloss.in c.vt circa.in verbo Alioquin. de elec.eo.lib.quæ est magistra & notabilis.& tenet idem Ias.infrà in 5.col.num. 23. Hoc tamen singulariter limitatur vltra suprà dictos doctores, nisi ex relatione ad omnia præcedentia resultaret absurdum,vel rigorosum: nam tunc tantùm ad proxima debet referri, non ad omnia. casus est de hoc secundum intellectum gloss.ibi,in ver.priuatum.in c.extirpandæ,§.fi.extrà de præbẽ. ita per illum tex.declarando doctri.Bart. in d.l.j. consuluit in notabili casu Corneus in consi.323.incip.aliàs per me.& in 4. volu. & vltra ipsum tu extende hoc idem procedere in omni causa beneficiali:vt notabiliter videtur colligi ex dictis Domi. & Philippi Franc.in cap.mandato, declarando,ut in voce.& hoc ratione suadetur:quia in beneficialibus de bono & æquo proceditur, ne rigor admittatur: vt declarat notabiliter Lap. in alle.sua 89.incipien.In Dei nomine factum, super quo,&c. in pen.colum.& retenta ista opin.pro vera quòd dictio,Alioquin,influat tantum in proximè præcedentia, resultat ex hoc nouus sensus ad istum text. videlicet, ꝙ ita demum constitutum non valebit factum per stipulationem, quãdo aliquis pro pro alio constituit:secus si pro seipso: quoniam illud est proximum dictum ex præcedentibus,vt quis pacto nudo pro alio possit constituere:quo casu si non pacto nudo,sed per stipulationem constituit, non valet constitutum: & ratio potest esse: quia talis promissio facta per tertium,est quædam species nouationis, quæ fieri non potest per constitutum, nisi expressè agatur,l.vbi quis.& ibi Barto.ff.de consti. pecu.facit text.in l. fi.C.de noua.Paul.de Cast.& Alexand.in l. qui vsumfructum, ff.de verbo,obli. cum similibus:vt per Firmianum in repertorio suo in uerbo nouatio.uersi.3.quæ ratio non militat, quando quis pro seipso constituit:de quo tamen infrà dicemus:sed tamen circa hoc obstaret tex.in c.super.in uersiculo,alioquin. Et ibi Abb.in 2.col.de re iudic.& ideo cogita, & vide quæ dixi in rep.c.de multa,in princ.de præben.

13 † Nota secundò, hic text.in uer. transfusum est, secundum Ias.post Ange.hic,quòd quamuis alicui sit superadditum,non tamen propterea mutat nomen suum:per ea, quæ hic allegat Ias.sed ultra ipsum & alios pro ista opinio. Adde quatuor uel quinque decisiones: primò,ꝓ ista parte est text.in §.fuerat,infrà eodem.ibi,in actionem ex stipulatu trãstulimus. & faciũt, quæ ibi no.Ias.in j.col. & per hoc etiam singularis tex.in l.falsa demõstratio.§.sed & si cui.ibi, nam honor eius auctus est, non conditio mutata,ff.de condi.& demonst. per quem dicit ibi Bald.& alij quòd tabellio factus miles uel doctor non desinit esse notarius,& sic potest instrumenta conficere. tamen aduerte quòd licet cum isto dicto transeant ibi posteriores, non tamen mihi satisfacit ex eo, quia expedita est iuris regula,quòd habentibus dignitatem prohibetur exercitium artis

notariæ tanquam vilissimæ.l.vniuersis. C.de decurio.libr.10. & ibi Bart. inuehit contra aduocatos exercentes huiusmodi artem.quod dictum sequitur Decius in capi.ex literis.colum. penult.de probat.& Bonus de Curtili.in tract.nobilita.nume. cxxxviij. facit le. nobiliores.C.de commer.& merca.in simili & ibi no.Bald.vbi colligitur, ꝙ si nobilis exercet artem mercantię,perdit nobilitatem in specie,not.Alex.contra Venetos in l.j.in apostilla ad Barto. C.de digni.libr.xij.facit etiam pro ista parte text.in l.interdum.ff.de ope.liber.ubi in fortioribus terminis ibi disponitur quòd obligatio operarū personaliū, de qua tenebatur libertus patrono, supprimitur superuenien te in libertum dignitate:ita est dicēdum hic,quòd per docto-
14 ratum, † qui dignitas dicitur,ut in capitul.quanto. de magist. aboleatur seruile officium notarij. facit etiam pro hoc, quod no.Bald.post Iacob.Butrig. in l.quisquis in fi.versiculo ultimo dicit.C.de epis.& clericis.uidelicet, quòd dignitas operatur, ut quis excusare se possit ab eo, quod promisit: ideò infert ꝙ scriptor qui promisit librum scribere, si postea rector efficiatur, excusatur:ut ibi latiùs per eum: facit quod dicit Bart.in l. continuus,§.si ab eo.ff.de uerborum oblig. tamen prima opinio uidetur uerior post factum:secus ante factum, pro qua facit tex.quem ibi no. in capitulo officium, §.ad cōscribendas. de hære.libro 6.per quem text.dicit Feli. in cap.cum, I, & A. in quinta columna,in princip.uersic.pro obligatione,extrà de
15 re iudic. † quòd quis per monachatum non mutat conditionem priorem. nam si prius erat obligatus, factus monachus tenetur soluere:& hinc est,quòd monachus factus episcopus non desinit esse monachus quò ad substantialia:ut latè tradit Ias.multa prò & contrà, allegans in Authen.ingressi,in secunda colum.numer.8.cum seq.C.de sacrosan.eccl.pro quo facit tex.in capitu.de monachis,xvj.quæst.j.facit etiam quod dicit Bald.in titulo de pace Constan. in 4.colum. uersi.quæro nunquid ciuitas. ꝙ ciuitas durans in nouis ciuibus non naturalibus,sed aduentitiis dicitur eadem,nec mutatur: de quo ibi latè per eum:nec qui factus est Cardinalis perdit iura succedēdi:nam quo ad illa idem reputatur:ut latè prò & contrà disputat Andr.Sicul.in tract.de præstan. Card.in 3.quæst.principali primæ partis.& hæc omnia ad ueram regulam reducuntur quòd accidentia non mutant essentiam rei.l. qualiter.§.inde. ff.de fideicommis.liber. cum similibus: ut per Decium in c.2. in j.colum.uer. in alia materia de consti. & latè dixi post Decium in c.postulasti.in fin.de rescrip.sicut fortuna non mutat genus:vt inquit Horatius.& est tex. in l.nobiliores.C.de com. & merca. quem ad hoc notat quidam doctor Raynaldus in trac.nobilitatis fol.3.in 2.col.& prius illum tex. ad hoc idem notat Andr.Sicu.in c.j.in j.colum.de dona.& in c.accedens.il
16 2.in prima colum.num.2.ut lit. non contesta. † Et ista regula multa contraria patitur in quibꝰ additio uel qualitas superaddita mutat naturam rei.l.si cui.ff. de leg.3.l.j.ff.de dona.& bonus tex.in c.statutum.iuncto c.licet canon. de elec.libr.6.per quem tex.traditur regula contraria quòd qualitas obueniens enti,qualificat ipsum ens, & reponit ipsum in diuersam speciem ca.cùm Marthæ.§.quæsiuisti.de cele.miss.& istam regulam per d.c.statutum. & c.licet.tradit Andr. Sicu.in repet.rubricæ.C.qui admit.in xv.col.& trac.de præstan.Card.in xij.q. primæ partis in ij. colum. cum alijs infinitis concor.ut scripsi in d.c.licet.& finaliter hæc materia brocardica uidetur:ut patet ex adductis per Iaso.in l.ius autem ciuile.ubi etiam colligitur dicta regula,quòd additio reponit rem in diuersam speciem.ff.de iusti.& iu.& idem Ias.post Alex.in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de uer.obli. Et ex supradicto notabili Ias. hic infert ad alias decisiones satis extraneas,quas remissiuè cōplectar. in primis ad illud quod dicit, quòd si regnum augmentetur, quòd debet ciuitas augmentata regi & gubernari constitutionibus & statutis regni. Adde latissimè ultra Ias.hic Alex. in consi.178.inci.in occurrenti casu per totum.libr.ij.ubi notabiliter limitat. nisi ex hoc inferatur præiudicium tertio. nā tunc locus auctus non debet eodem iure censeri quo utebabatur antequam augeretur: de quo dixit latiùs Imo.& Barba. qui plura ponit in clemen.fina.in glo.creatum.vbi uideas quę scripsi de rescript.& latissimè singula capita, quæ hic ponit Iason.& quàm plura alia pertinentia ad omnem materiam in qua augmentū considerari potest,prosequitur per plures decisiones & limitationes Albertus Brunus Astensis in trac.suo de augmento,maximè in ix.& x. cōclusione principali & per Firmianum in reperto.suo in verbo Comitatus. versic.penul. & propter uarietatem decisionum, quæ ibi congerit, uix potest certa regula colligi.Et quid iuris etiam sit in adęquatis,uidelicet quando unum adæquatur alteri,non est materia istius tex.& ideo uide latè Alex.Iaso.& alios nouissimos in l.prima. vbi ordinariè traduntur ea, quæ hic de adæquatione scribit Ias.ff. de legatis primo.

17 † Nota tertiò secundum Ang.& Ias.hìc in ver.superuacua. ibi,a nostris legibus recessere.quòd ea, quæ sunt superflua,nō sunt in legibus inserenda tanquam nullius utilitatis. facit l.j, ff.quod met.cau.& est bonus tex.& ibi not. Abb.in c.de multa.de præben.& in c. erit autem lex, 4.dist. & utrobiq; dixi in repetitionibus meis editis Patauij in notabilibus cum multis concor.vt per Ias.in l.ait prætor. la j.in j.notabili.ff.de iusti.& iur.Et ex hoc in argumentum infert hic Ange.quòd leges correctę allegandæ non sunt. & licèt Iason dicat,quòd hoc nullo modo colligitur est tex.nostro, sed est penitus extraneum.dicas tu, quod optimè colligitur: nam ratio quare lex correcta allegari non debet,est:quia nullius utilitatis censetur postquā correcta reperitur:vt in Authen. de nauticis usuris, ibi inualidam esse & uacare. hæc autem ratio colligitur ex tex.isto:ergo attenta mente istius tex.illud argumen.Ang.hic probatur, & quod dictum est de lege,idem dicēdum est de statuto correcto,quod non debet allegari:ut dicit Bald. & alij in §.hunc igitur.C.de Iusti.Co.confir. adde tex.in l.fi. §.his itaque.C.de ue.iur.enu.sequitur Præposi.in c.j.19.dist.glo.in summa 25.q. 2.aliàs allegantes poena Cornelia de falsis tenentur.l.fin.ubi Bart.ff.de falsis.& idem Bar.in l.omnes populi.in fi.ff.de iusti. & iur.cum similibus.latè congerit Marcus Anto.Baueri Insti. de testa.in princi. in secundo notabili.Hoc tamen notabiliter declarant vltra omnes procedere quando lex correcta allegaretur in decisionibus causarum,& propter hoc alicui præiudicium esset illatum.nam tunc bene de falso puniretur allegās, secundum quod declarat Barto.in d.l.fi.secus verò,ubi ex illa allegatione nemini præiudicium infertur.glos.est de hoc notabilis iuncto tex.in l.damus.C.de fal. quam ibi not.docto.& idem tenet Bar.in l.si quis legatum.in 2.col.ff.eo.ti.gloss.fina. vbi Imo.in ca.quanto. de iureiur.tenet Alexand.consi.70.viso processu.col.pen.libr. 10.& in consil.74.uiso testamento.col. pen.in princ.eod.vol.cum similibus, quæ ad d.leg.damus, licèt non isto proposito,cumulant nouissimi in repe.§.his itaque.in 8.col.Inst.de iusti.& iu. quæ tene menti:quia nusquam alibi collecta reperies:& ideò notabiliter uoluit Bald.in l.fin. per illum tex.ff.quod cum fal.tuto.quod mendacium nemini nocens non est punibile:quia,vt inquit Saly.in Autheut.contra qui propriam.col.3.in prin.C.de non nume.pec. mendacium,quod alteri non nocet,censetur nugatorium.Istud tamē declaratur ultra alios dupliciter.primò quòd procedat in allegante leges correctas,aliàs cōpositas:secus autem si de nouo illas allegans fabricaret:quia isto casu licèt alicui non inferat damnum,debet tamen puniri de falso:quia possunt dānum afferre.ita est notabilis decisio Bald.per illum tex. quem dicit nō esse alibi,in l.si falsos.C.de falsis. & ita est noua mea declaratio ad.d.l.damus. & per hoc saluatur Bald. a contrarietate & motiuis Io.de Ana.in c.j. in 5.col. extra de cri.fal.

Secundò procedit d.l.damus.quò ad pœnam falsi,quæ est grauissima.l.j.ff.eod.punietur aliter extraordinariè: quia est res mali exempli:arg.tex.in l.si quis ad.§.qui abortionis.ff.de pœnis. Et ista de plano procedunt quando lex in totum correcta reperitur: secus si in parte, quia pars quæ correcta non reperitur,impunè allegari potest.ita tenet Bald. in le.j.§.fina. uersicu.item not. C.de lati.liber. tol.facit leg.derogatur.ff.de uerborum signifi.

Item ulterius prædicta declarantur procedere quando lex correcta non fuisset inserta in corpore iuris:secus aut si inserta & incorporata in iure inueniatur:quia tunc poterit allegari.ita notabiliter dicit Bart.in l.fi.in fin.ff.de fal.alleg.c.auctoritate,de conces.præben.lib. Sed tamen hoc dictum non uidetur tutum:quia licèt in c.auctoritate.,lex abrogata per principem allegetur:nobis tamen nō permittitur ita facere, cùm sit diuersa ratio ex eo, quia princeps potest scienter inualidū & infir-

& infirmum validare, l.omnium. C.de testa.& l.quidam consulebant, ff. de re iudic. homo hoc non potest: vt dicit Abb.in c.nouit.in 8.col.versi.3.potest solui, extra de iudi.alleg.text.in l.ij.§.& nemini.C.de consti.pec.Sed teneas opin.Bart.quæ est communis. Nec obstat, quòd in dictis iuribus leges correctæ per principem allegentur: quia dico, ꝙ per hoc non tollitur nobis facultas, nisi expressè prohibeatur, l.nec non.ibi, non illud pollicetur restituturũ, si leges permittant, sed si leges non prohibeant, ff.ex quib.cau. ma.cum omnis actio principis trahenda sit per subditos ad exemplum, ca.in causis.de re iudi. & argumen. c. qualiter.il ij.de accusa.aliàs paucæ admodum leges, quæ per Imperatorem in casibus emergentibus dictatæ sunt, possent allegari in decisionibus: quod est absurdum: & ideò opi.Bart.in d.l.fi.verior videtur. Et ibidem Bart.aliam limitationem ponit ad regulam supradictam, quòd ll.correctas non licet allegare, scilicet principaliter: sed in argumentum bene licet: quam limitationem latè prosequũtur Moder. in c.j.super gloss.ij.de consti.vbi aliter hoc limitant, quos videas: & dictus Marcus Anto. in suprà alleg. loco. Sed ista limitatio mihi non satisfacit: quia quando lex correcta in argumentum allegatur, idem effectus resultaret, si principaliter allegaretur: per ea quæ not. Abb.in c. forus. de verb.signifi.& And.Sicu.in c.tanquam, colum.fin. ff.de offi.delegi Felin.in c. & si quæstiones. de simo.vbi dicunt, quòd idem in effectu est talis allegatio. nam negari non potest, quin causa ita decidi possit per text.facientes in argumẽtum sicut principaliter per ibi dicta, & per tex.in l.non possunt, ff.de legi.facit quod notat Barto.in leg.quod Nerua, in 5.colum.ff.deposi.si igitur lex abrogata prohibetur principaliter allegari ad decisionẽ causæ, ista ratione, quia per eius allegationem præiudicati, quis potest: eodem modo in argumentum prohiberi debet: nam iudex fortè faciliùs ex aliqua arguta & subtili inductione legis mouebitur, quàm ex vulgari. per ea, quæ tradit Bartho.Veronen.in cautela 67.incipien. sunt multi.post Anto.de Butr.in c. per tuas.qui fil. sint leg. Et vltra prædictas limitationes adde vnum alium casum, in quo licitum est allegare leges correctas: imò reprehenditur qui eas legerit, videlicet quando allegantur, vt videatur in quo sunt correctæ. Idem est si allegentur ad intelligentiam noui iuris.ita dicit Ang.Aret. Insti.de testa. in princip.in prima colum. per illum text. in secunda colum. in gloss.post Ioan.Fab.pro quo est glos.prima no.in l.j.in fine, ff.de coniu.cum eman.libe.tradunt Moder. in leg.illam.C.de collation.

18 † Et pro isto vltimo dicto bene facit, quod dicit Abb.in c. super Specula.extra, ne cle.vel mo.videlicet, quòd licèt prohibitum sit clericis audire ius ciuile, illud tamen fallit, nisi audiant quo ad eruditionem canonum: per allega.ibi per eum, & est glo.no.in cap.episcopus, 37.distin. & pro ista opin.dico esse casum notabilem in cap.legimus, il ij.37. di.quem ad hoc ponderat Felin.in c.j.in 5.col.de consti.& in c.si episcopus.de hær. vbi permittitur notitia scientiæ improbatæ propter tria, de quibus ibi. & est tex.Insti.de testa.in princ. ibi, ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, &c.

19 † Nota quartò quòd quò ad hoc, vt ista actio de constituta, habeat locum, requiritur quòd fiat pacto nudo: aliàs si per stipulationem fiat, non competet actio ex constituto, sed ex stipulatu: & ita hic tex. communiter intelligitur: & ita intelligit Bart.in l.j.§.ait prætor.ff.de consti.pecu. confirmatur hoc per tex.in Auth.si quando.C.eod.tit.vbi ideò in constituto impersonalitas vitiat, quia fit pacto nudo: aliàs si per stipulationem fieret, non vitiaret: ut tenet Christopho. de Castellio.per optima fundamenta in leg.stipulatio ista, §.si quis ita, ff.de verbo. obliga.Tamen aduertendum est, quòd si ista opi.esset vera, sequeretur quòd raró, aut nunquam haberet locum ista actio, cùm communiter constituens interrogatus potius a creditore, quàm vltro se offerens promittat, & se constituit soluturum per stipulationem: & ideo Iacob.de Butri. vt hic refert Ias.recedebat ab ista opi.communi, dicens ꝙ non est inconueniens ꝙ etiam in casu in quo competit remedium ciuile, competat etiam prætorium, §.item ab intest.& §. quos autem, suprà de bono.poss.l.extraneum.C.de iur.delibe.Neq; obst.hic text.in versi.iure ciuili tenetur, &c. quia illa verba non excludunt, qn etiam teneatur actione de constituta: tamen Petr.de Bellap. Faber, & finaliter Ias.hic tenent opin.communem, moti principaliter per vnam regulam quæ habet, ꝙ habens remedium ordinarium iuris communis, non potest intentare remedium extraordinarium: & sic contra ius commune.l. quædam, ff.de eden.cum similibus: vt ibi per Ias. in prin.& licèt Ias.conatus fuerit prima fronte istud fundamentum resoluere, postea tamen cum eo transit: quia fortè non ei placuit resolutio. Mihi verò placet opin.Iacob.Butriga.in vno tantùm casu, videlicet quando constitutum fit a tertio per stipulationem, per rationem, de qua suprà dixi in primo notabili, ponderando dictionem, Alioquin, positam hic in text.Secundùm hoc non obstat fundamentum Petri, & Fabri: quia respondeo, ꝙ quando remedium extraordinarium est plenius & fauorabilius, tũc ordinarium non excludit extraordinarium remedium. ita dicit Barto.in l.in prouinciali, §.j.col. pen.ff.de no.oper.nuntia.tenet Abb.post Imo.in c.ex parte.il ij.colum.fina.de rescrip.sed in casu nostro nemini dubium est, ꝙ pinguius & fauorabilius nobis subuenitur per istam actionem de constituta, quàm per actionem ex stipulatu: igitur, &c. ꝙ ita sit, patet: quia cum contractus constituti sit nominatus, secundum opin.Barto.in leg. iur.gen.§.igitur nuda, in fin.ff.de pac.tenet Alexand.in l.j.§.j. in apostil.ad Barto.ff.de consti.pec.& Ias.in l.si pacto quo pœnam.C.de pactis. quamuis suprà in euidentialibus aliter dixerim in alio proposito: ergo actio competens ex tali contractu erit pinguior, quàm actio ex stipulatu: per ea quæ notantur in §.actionum, infrà eodem, nam saltem negari non potest, ꝙ talis actio datur ex bono & æquo.le.j.ff. eodem. ergo pinguius nobis per eam subuenitus: argumen.eorum, quæ no.Alexand. in l.certi condictio, in prin.col.2.numero xv.ver.fortiùs videtur, ff.si cer.peta.Et quia negari posset, ꝙ ista actio de constituta, sit contra ius commune: nam per hoc quòd ista actio competat, non excluditur actio ex stipulatu propter fauorem & æquitatem contractus constituti: argumen.text.in l.2.C.commu.de leg. vbi † propter fauorem testamenti legatario competunt plures actiones, etiam si illæ sint incompassibiles: ut etiam not.Alexand.in lege prima, col.fin.ff.de lega.primo.& hoc maximè dicendum est in isto casu, in quo illud remediũ prætoris non constat esse contra ius, quod tollere non potest: vt concludunt omnes Moder.in rubri.C.qui admit. Præterea quòd istud remedium prætoris sit fauorabilius, probatur: qa per illud reuertimur ad æquitatẽ antiqui iuris gẽtium, quo nihil apud mortales naturalius accidere potuit, quàm fidẽ seruare, ꝙ prætor isto remedio pollicetur: talis ergo via restitutoria antiqui iuris multum æqua est, vt & fauorabilis amplectẽda, vt dicit gloss.per illum text.in capi.tertio. de præben.libr. 6.dum alleg.capit.ab exordio.25.distinct.& hoc latius prosequitur Ias.in l.si vnus, §.pactus ne peteret. per illum text.ff.de pact.pro quo facit notabile dictum Paul.de Cast.in l.de quib. colum.fina.ff.de legi.dum dicit, ꝙ licèt per posteriorem legẽ non tollatur consuetudo prima contraria, nisi de illa fiat mentio, cùm sit facti: vt dicit tex.in cap.primo.de consti.libr.6.tamen si per illam posteriorem legem reuertimur ad antiquũ ius, quod fuit per illam consuetudinem reuocatum, talis consuetudo tollitur nulla facta mentione.& illud dictum Pau.de Cast.commendat Felin.in cap.nonnulli.in princip.in 30.col. versic.xiij.conclusio.de rescript.Rochus de Curte.in repe.ca. fina.in 8.quæst.de consue. Alexand. in l.si constante.in 2.col. ff.solu.ma.cum similibus: vt dixi in repe.d.c.j.Sic in proposito est dicendum, ꝙ licèt actio ex stipulatu sustulerit de medio illam antiquam iuris gentium æquitatem, qua nephas erat fidem rumpere: ex quo tamen ius prætorium reducit nos ad obseruantiã illius, amplectendum magis est tanquam magis fauorabile: quamuis nobis competat actio ciuilis ex stipulatu, quam tollere non potuit pretor: & ita uidetur mihi concludendum in isto passu. Non obstat, quòd supradictum est, per Christophorum Castellionum: quia dico quòd illud dictum reprobatur cõmuniter: vt per Ias.in d.§.si quis ita: in 2.

21 col. † Et quod dictum est, quòd quando constitutum fit pacto nudo, competit hæc actio, procedit quando debitum procedit naturale & ciuile, vel naturale tantùm: secus autem si ciuile tantùm: quia isto casu non competeret hæc actio, cùm non possit fieri constitutum leg. j.§. debitum. & l.3.§.si quis autem, ff.de consti.pec.& no.infrà in glossa, nuda.vbi de veritate istius

te istius dicti dicetur. Hoc tamen notabiliter limitatur.nisi cō stitutum fieret per stipulationem : quia tunc dato, quòd non fiat nisi super debito ciuili, valeret: cùm etiam illo casu quo nullum præcedit debitum potest per stipulationem constitui l.si diuortio,ff.de verb.obliga.& tenet Bart.in l.j.C.de constit. pec.& pro hoc alleg.tex.nostrum. Intellige tamen hoc procedere quando stipulatio deducitur in constitutum ex interuallo sequuta responsione:quia aliàs,secundum communem opi. si statim esset data responsio, non competeret actio ex constituto : sed esset de nouo inductus contractus stipulationis, & daretur actio ex stipulatu:& ita intelligitur hic tex.in versicu. ibi,iure ciuili tenetur : requiritur ergo ad hoc vt dictum Bartoli procedat,quòd intelligatur eo modo quo dixi.Sed tamen vnum obst. quia si in dicta stipulatione, quæ fit animo constituendi, concurrat responsio ad interrogationem ex interuallo,non erit stipulatio,l.j.§.si ita, ff.de uerb.oblig. Dicas quòd verum est, quòd non dicetur stipulatio quò ad hoc,vt ex constituto detur actio:& ita defendi Bar.& hoc, vt dictū est,procedit quando illa stipulatio facta fuisset animo constituendi: aliàs autem si animo stipulandi, nec valeret, vt constitutum: quia contrahentes hoc nolebant, neq; vt stipulatio:quia non poterant facere, quòd responsio data ex interuallo faceret stipulationem.d.l.j.§.si ita.de verbo.obliga.iuncta leg.nemo potest. de leg.j.& l.non omnis,ff.si certum petatur.& sic voluntate & ꝓposito sibi mutuo aduersantibꝰ sequitur regula, Quod potui,nolui:quod volui, adimplere nequiui:capit.cùm super, de offi. deleg.l.multū.C.quando alteri,vel sibi.Et hoc de plano procedit,quando de animo constat: & ita intelligitur text. in l.j.§.eum qui,ff.de consti.pecu. ibi,eam vtiliter stipulari voluerit, non constitui sibi &c.in dubio tamen valeret, vt constitutum, per supradicta,& dicto §.eum quia cōtrario sensu,nisi posset valere ille actus dubius, vt stipulatio: quia tunc potius stipulatio argui debet, quod ex hoc arguitur, cùm præcedit interrogatio & sequitur responsio : licèt de stipulatione mentio facta non sit,cum contractus in dubio magis ex forma ꝙ̄ a denominatione cognoscatur.l.insulam, ff.de præscripti. ver. l.si vno.in prin.ff.loca.& declarat Aret. in d.l.j.§.si ita,in quarto notabili. & pro hoc melius facit text. in l.iuris gentium, §. quod fere,ff.de pac.vbi si præcedit interrogatio, cēsentur partes voluisse stipulari,nisi contrarium probetur. & hoc procedit in dubio quando de animo non constat.constito tamen de animo,non inspiciuntur verba, videlicet an dicat, Constituo, vel aliud verbum æquipollens quo ad hoc, vt sit constitutum: vt patet in l. si Titius Seio l.eum qui, §.Iulianus.& l.quidem. & l.qui autem,§.fin.ff.de constit. pecu.quas ll.allegat Baptista de S. Seuerino in trac.de pactis, in 13.quæst.vbi vide.Sed tamen contra istam opin.facit tex.in l.si tibi.C.loca.vbi si dominus promitat pacto nudo,quæ pro colonis soluisti, non datur actio de constituta. Sed dicas ad illum tex.secundum communem resolutionem, ꝙ ideo ibi non datur hæc actio, quia non fuit facta illa promissio animo constituendi:ita dicit ibi Bal. post gloss.& Cy.& sequitur Saly.& sic res de plano procedit. de quo tex.latè disputatur per Modernio. in rubri. de verbor. obli. in 5.char.in 4.colum. & per ista habes declarata omnia dicta doctorum hic: & quæ sit ratio fundamentalis,quare ex constituto detur actio,dicam infrà,in glos. nuda post alios.

Gloss.j.diuiditur in tres partes, secunda ibi,sed & dissimilis:tertia ibi, sed hodie: ex prima & secunda parte colligitur conclusio,quòd similitudo siue argumentum a simili sufficiat quòd ex aliqua parte concludat: licèt ex alia parte plures sint differentiæ. ita colligitur hic. & de hoc est text. per quem ibi ponderat Abb.in c.constitutus.de appel. facit l.pen.& fi.C.de colla.vbi arguitur de castrēsibus,vel quasi ad aduentitia:& tū inter ea est magna dissimilitudo:patet,quia castrensia & quasi,sunt in totum filij,etiam quo ad vsumfructum, & in eis habetur pro patrefamilias l.2.ff.ad Maced.& in eis potest facere testamentum, l.fi.C.qui test. fac. po.secus est in aduentitiis. ad idem facit tex.in l.ex facto.in princip.ff.de vulg.& pup.vbi arguitur de vulgari substitutione ad exemplarem : & tamen inter eas est magna differentia: vt probatur in l. humanitatis. C.de impub.& alijs substit.& in §.in ratione. suprà de pupil. substi.& ideo dicit Abb.in procemi.decreta. in 7.col.in versi. l.noto &c.quòd valet similitudo a remotis, & cum istis concordat Abb.in c.translato.de constitu.in capit.queadmodum de iureiur.nam vt dicit Bald.in l.j.in fin.C.de pa.qui fil.distra. similitudo est figmētū rei propriæ, & nō propriè res ipsa: & iō conuenit, quòd sint differentiæ: aliàs esset identitas. sequitur Ias.in l.qui vsumfructum.in 2.col. per text.ff.de verbo.obliga. in secundo notabili. & facit notabile dictum Bald.in l.meminimus.C.de legi.hære.& in l.qui literis.in prin.vbi Bart.Ange. & Moder. ad hoc no.ff.de vulg. & pup. sed in contrarium facit text.quem ibi no. Bald.& Ias. in l.j.C.de iu.emph.vbi probatur secundum ipsos,quòd vbi plures sunt differentiæ quàm concordantiæ,non dicitur similitudo : nam illa quæ dissimilia sunt,videntur contraria:vt dicit Bald. in l.filiæ. C.de colla. & ideo dicit idem Bald.in c.cum speciali.in 2.colum.extrà de appella. quòd illa dicuntur similia inter quæ ratio diuersitatis reddi non potest:vides ergo quòd per ista redditur dubia gl. ista,& dicta supradictorum doctorū:tamen quia in hoc puncto alia plura dicta contraria adduci possent, quæ breuitatis causa omitto: ideo potest nouiter & probabiliter fieri talis distinctio: uidelicet quòd quando simile habet plures differentias,quàm concordantias, tunc propriè dicitur simile,licet regulariter non est simile: sed quando simile habet plures concordantias, quàm differentias: tunc dicitur propriè simile.& regulariter pro ista distinctio.facit gloss.no.in leg.Iulianus,in versi.offerri.quam ibi Odofre.notabiliter declarat.ff.de actio. empt.& dicit notabilem Petr.de Ancha. in rubrica. de re.iur. lib.6.faciunt ea quæ traduntur per doctor.in leg.j. de leg.j.de æquiparatis per viam regulæ. & sic in ista distinctione est maximus effectus:quia in primo casu allegās simile,tenetur illud probare:secus secundo casu, quando simile habet plures concordantias:quia tunc allegans simile habet regulam pro se:& ideo nō tenetur illam probare:per ea,quæ dicit Bar.in l.ij.ff.si quis in ius voca.non ier.& Dec.in l.j.col.j.ff.de re.iur.

Glo.cum omnibus.ex ista gloss. colligitur primò quòd iura loquentia in constituentibus intelligitur de habilibus, videlicet de personis,quæ aliàs sunt capaces obligationis pro se,uel
22 pro alio:& ex hoc regula sumitur,quòd† lex vel statutum generaliter loquens recipit restrictionē de habilitate:vt hic not. Ange.& Ias.per tex.in l.gradatim.§.& si lege,ff.de mu.& hon. & latè vltra Ias.hic prosequitur Aret.distinguendo multa capita in §.ius autem ciuile.in 6.& 7.columna, suprà de iusti.& iu.cum concor. vt hic per Iason. quibus adde eundem Ange. Aret.qui firmat hanc regulam per d.l. vt gradatim.& gloss.ibi in ver.idoneum.infrà de his per quos age.possu. in prin.facit glo.in l.huiusmodi.ff.de lega.j.dum vult,quòd iura loquentia de cautione, intelligantur de valida. ad idem facit singularis tex.in c.Cumana de ele.quem ibi no.Abb.in 9.notabili,quòd iura loquentia de consuetudine, intelligantur de habili & bona,non autem de mala:quem tex.cum pluribus similibus pro singulari ad hoc alleg.Alex. in l.de quibus. in prima apostilla ad Bar.ff.de legib. & ibi Ias.in fi.cōmen.post Feli.in c.cum.M. in 18.colum.de consti.& per hoc destruitur. gloss.in cap. fi.in ver.uilis.de consue.quæ tenuit,ꝙ etiam de consuetudine mala intelligatur : quam defende & declara, vt per Rochum de Curte in tract.de consuetudine.in 23. & 34.col. quam non discutio,quia non est propria materia istius glos.& ista principaliter reducuntur ad regulam l.4.§.condemnatum. ff.de re iudi.Sed ad terminos gloss.nostræ propius redeundo, videlicet quòd iura loquentia de personis, de habilibus intelligantur: uide Andr.Sicul.in repeti.rubricæ,C.qui admit. in 17.colum. quem latiùs reassumit Ias. qui hanc regulam gloss.nostræ per plures quàm 20.notabiles decisiones & limitationes ornat in l.fideiussor.§.prętor ait, per totum illum.§. ff.qui satisda.cog. cum alijs pluribus,quæ remissiue tradit Feli.in c.in omni negotio,in princi. de test.quem omnino uideas : nam mei moris non est transcribere adducta per alios,sed solùm referre principales doctores, qui plura allegant, vt utār uerbis Feli.in ca. Rodulphus.in 9.col.uersi.& ista faciunt,de rescrip.& ideo licèt in c.j.de consti.dicatur, ꝙ canones ab omnibus obseruari debent: Iudæi tamen & Pagani ad obseruantiam eorū non tenentur:quia habiles non reperiuntur:ut dicit ibidem Felin. in xj.colum.uersicu.fallit quintò:& idem prius tradit Imo. in consi.j.in fin.ut latiùs prosequitur Ias.in leg.qui se patris.in 5. col.in princip.C.unde liber.& ex hoc ibi Andr. Sicu. colligit

regulam

regulam supradictam, quam multis dictis fortificat. & vltra adducta per eos, pro ista regula facit gloss. supra de legatis. in ver. quibuscunq; verbis. quæ exponit, id est, aptis. alia est. l. l.j. vbi est tex. ff. man. & in l. a procuratore. ff. eod. titu. & in l.j. C. de fide instru. Et ideo statutum dans pręmium pro capiendo malefactore, de capiente habili intelligitur, vt communiter dicit Barto. in l. si tertius. in fi. ff. de aqua plu. ar. ad idem est gl. quæ alleg. textum in dicta le. vt gradatim. pro ista regula in l. vnica. C. vbi conue. qui certum loc. da. promis. & per hoc dicit Bartol. in proœ. in §. hæc autem tria. in fin. quòd episcopus dans examinato potestatem legendi vbicunque locorum, intelligitur de locis habilibus & idoneis. allega. dicta l. vt gradatim. & ita per dictam legẽ, vt gradatim. dicit glos. in §. loco. infra eod. quòd qui promisit conueniri vbicunque locorum, debet intelligi de idoneo. & facit glos. penulti. in 2. de coniug. lepro. cum similibus, quæ curiosus inuenire potest.

23 † Ista tamen regula nostræ gloss. & l. vt gradatim, vltra limitationes positas per Ias. in d. leg. fideiussor. §. prætor, limitatur singulariter per Bartolum, in l. si quis in graui. §. vtrum, versiculo, hi quoq;. per illum textum. ff. ad Silleia. quòd non habet locum fauore reipublicæ: quia isto casu leges non recipiunt restrictionem de habilitate personę: & ita istam limitationem sequitur Andr. Sicu. in cap. 1. colum. 24. num. 160. de constitu. & in capitulo quæ in ecclesiarum. num. 5. eod. titu. & in c. nouit. nume. 232. de iu. & in rubrica. de reb. eccle. non alienan. in quarta colum. nume. 19. & columna 73. numero 205. in fi. vbi pro hoc commendat text. in dicto §. verum pro singulari: & pro illius ornamēto siue ista limitatione plures notabiles decisiones adducit: quam etiam sequitur & commendat Baldus Nouel. in tracta. dotis. in 16. parte in 48. priuilegio; Alexand. in l. cùm mulier da j. in j. colum. num. 19. ff. solu. matr. vbi dicit, ꝙ licèt bannitus perdat beneficium statuti ciuitatis: tamen fallit nisi esset aliquod beneficium, quod concerneret publicam vtilitatem: quia illud non perdit: per text. notabilem. in d. l. si quis in graui. §. vtrum. idem Alexand. post Paul. de Cast. in l. si filiusfa. in princip. ff. si certum petatur. dicit per d. §. vtrum, ꝙ si rex facit proclama, quòd qui ceperit talem malefactorē habeat tale castrum in feudum, quòd isto casu ex quo agitur de fauore publico, inhabiles admittentur, quod ibi sequitur Ias. & alij. & idem Ias. hanc limitationem prosequitur in leg. qui seruum. in 3. colum. ff. de verbo. oblig. & idem per octo fundamenta comprobat & sequitur in l. j. in 2. colum. super glo. j. C. de sacr. eccle. cum similibus: vt latissimè scripsi in d. §. vtrum. & sequitur Bald. in repe. l. cum mulier. in 5. colum. ff. solu. matrimo. Sed modò aduertendum est, ꝙ ista limitatio non videtur indistinctè vera, vt communiter docto. dicunt: quia tex. in d. §. vtrum, in casu speciali loquitur, videlicet in seruo qui alienatus erat cum conditione, vt manumitteretur ab emptore, & sic ab homine. vnde non habet locum in prohibitione, quæ induceretur a lege, quæ non censetur aliquem habilitare, nisi expressè appareat. gloss. in cap. 2. de scisma. facit quæ not. Bart. in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. vbi vult, ꝙ conuentio facta inter priuatos, qualis fuit in d. §. vtrum. non debet attendi, vbi de publica vtilitate agitur. & ita ꝑ plura verba impugnat istam communem limitationem Decius in l. seruus reipublicæ. ff. de reg. iur. & magis latè in l. si filiusfam. ff. si cert. peta. in scriptis, non in impressis. Tamen ista solutio mihi non satisfacit ex duobus: primò, quia non videtur verum, quod in d. §. vtrum, sit casus specialis: quia idem videtur in alijs pluribus dispositionibus hominis: vt statim probabitur, & dum dicit, quod actus priuatus non attenditur, vbi de vtilitate publica tractatur, hoc etiam verum non videtur. quātum ad primum est decisio Bald. in contrarium in l. fi. in prima col. C. sine cen. vel reliq. vbi in homine hoc pro regula ponit: idem colligitur ex dictis Bald. in c. Imperiale. in princi. de prohibita feu. alie. per Feder. vbi dicit ꝙ si concedo emphyteusim pro te & hæredibus tuis quibuscunq;: ista verba nō recipiunt restrictionem de habilitate: & hoc dictum approbat per plura Alex. qui hoc in terminis dicit in l. si patroni. in prin. colum. penul. & fi. ff. ad Trebellia. contra secūdum dictum Decij adduco: quia vbi de vtilitate publica tractatur, etiam actus priuatorum considerantur: per duo alia dicta Bal. notabilia: primum est in l. contra iuris. ff. de pactis, ubi colligitur quod quando alienatio est in fauorem ecclesiæ, non recipit restrictionem de solennitate: & idem tenet Baldus in l. cùm hi. §. eam tamen. ff. de transact. Secundò facit dictum eiusdem Baldi in l. quæcunq;. C. de bo. quæ libe. vbi dicit, quòd licèt auctoritas superioris requiratur in alienatione rerū ecclesiæ in ipso actu, vel incontinenti post: vt in c. primo, de reb. ecclesiæ non alie. lib. 6. tamen quando illa alienatio emanauit ad vtilitatem ecclesię: potest pòst ex interuallo interuenire. faciunt etiā pro ista parte, quæ dicit Barbat. post alios quos ibi refert, in rubrica de reb. ecclesi. non alie. numero 215. in fin. fol. 202. & plures alias decisiones quæ faciunt ad propositum, cumulat Ias. in d. l. j. in glo. j. C. de sac. san. ecclesi. ex quibus colligitur, quòd etiam prohibitio hominis ratione reipublicæ attēdit: & sic patet ꝙ prædicta solutio potest morderi: vnde ego aliter & ultra oēs supradictos doctores contra istam limitationem oppono de lege, alienam. C. de procurator. vbi uidetur esse casus in terminis contra istam limitationem Bartoli, quem ibi ponderat ad hoc contra Bartolum solennis docto. dominus Anton. de Alexand. inducendo

24 isto modo; Clarum est quòd † ad utilitatem publicam pertinet, ꝙ quilibet admittatur ad defendendum præstita satisdatione: lege seruum quoque. §. publicè vtile est. ff. de procuratoribus. l. exigendi. C. eo. & tamen illa generalitas legis, quòd quilibet admittatur, recipit restrictionem ad personas habiles: ut est tex. in d. l. alienam: & licèt ibi Ias. in primo notabili conetur respondere ad dicta iura: tamen quia illa solutio est diuinatiua, & ratio illius concurrit in dicto §. utrum, ut statim dicam dum allego l. ita vulneratus: & fortè hoc persentiens Iason, finaliter uidetur transire cum opinione Antonij de Alexand. ex eo, quia contra dictam limitationem Bart. alleg. duo bona iura, uidelicet text. in l. nam reipublicæ. iuncto princip. sequen. quæ est l. de pupillo. ff. de noui oper. nuntia. vbi est casus pro ista opinione & d. leg. nam reipublicæ. cum l. seq. prius ad hoc pōderauit egregius doctor dom. Ioan. Cāpegij in d. l. alienam, licèt non habeatur impressus & Ias. in l. j. §. nuntiatio, in 3. colum. nume. 5. ff. de no. ope. nuntiat. & hanc etiam opi. uidetur tenere Alex. in l. si ab hostibus. in prin. ff. sol. matr. dum uult, ꝙ ideo in d. §. utrum, non fit restrictio de habilitate personæ: quia ibi actus serui in arguendo occisores, erat ex toto licitus: nimirum si quanquam aliās seruus non esset habilis ad libertatem: tamen in casu illo consequitur præmium libertatis propter publicum fauorem: secus autem ubi actus esset aliàs prohibitus: quod est diligenter notandum ad limitationem dicti §. utrum. Pro ista etiam opinione ulterius facit dictum Aretin. in cap. illa, secunda colum. de accusationibus. ubi dicit, ꝙ licèt cōtra clericum dilapidatorem bonorum ecclesiæ admittantur quicunque: ut dicit Abb. & Moder. in c. ex parte Adæ. de testi. & Andr. Sicul. in c. si quis. in fi. de re. eccle. non alie. moti ista ratione, quia uertitur in hoc utilitas publica, quæ in sacris consistit: ut dicit gloss. in c. constitutum. 16. q. j. & c. ius publicum. prima dist. & in l. iubemus. §. œconomos. & ibi gloss. C. de sac. san. eccle. tamen non obstan. tali utilitate publica, alia constitutio recipit restrictionem de habilitate, uidelicet ut tantùm ecclesiasticæ personæ admittantur. ita dicit Aret. in d. c. illa. motus per text. in c. non liceat. 12. quæstio. 2. dicto c. si quis. & hoc dictum Areti. clarius & latiùs approbat Rochus Curtius in tract. de iure patr. in uerbo, onerosū. in j. quæst. in fin. & pro ista opinione est etiam casus in l. prima, C. de sac. sanct. eccle. ubi text. loquitur etiam secundū tradita ibi per Bart. & tamen recipit restrictionem de habilitate: ut ibi dicit glo. communiter approbata. Suadetur hoc ultra prædicta: quia ille tex. d. §. utrum. uidetur ponere casum specialem in seruo accusante necem defuncti, propter quod consequitur libertatem: super qua videtur se ille text. fundare ibi, dum dicit, in commune utile est ad libertatem peruenire, & ergo in contrarium est ius commune. uulg. l. j. ad municip. & sic dict. §. utrum, procedit fauore mixto tam libertatis, quàm etiam quia accusauit. sola enim illa causa accusationis nō est sufficiens, licèt ex ea resultaret fauor reipublicæ: quod probatur manifestè: quia certum est quòd reipublicæ interest, vt crimina detegantur. l. eum qui nocētem in prin. ubi post Bar. scripsi. ff. de iniur. & detecta puniantur, uulg. l. ita uulneratus. ad l. aquil. & declarat Bart. in l. 2. §. exercitus. ff. de his qui no. infam. & tamen uidemus, quòd licèt intersit reipublicæ, illa iura

iura recipiunt restrictionē de habilitate: vt patet.l.j.& l.q accusare.ff.de accus.l.nō ꝓhibent.C.qui accus. nō poss. ergo nō est verū, ꝙ dictus §.vtrū, gñaliter ꝓcedat, sed loquat in suo casu spāli:& in hāc opi.vr inclinare d.Gerar.de Petra sācta subtilis doctor in singularib.suis, singul.13. inci.licet si quis. licèt postea ibi in fina. videat cócordare iura.videlicet quod. d. §. vtrum, procedat quando inhabilitas est inducta ab homine. quia tunc lex non recipit restrictionem de habilitate: secus si a lege: nam tunc de habilibus tantùm intelligitur.d.l.vt gradatim per text. quem ipse alleg. in l. 4. §. in illis ff. de manumissio. tamen ista corcor. confunditur per text.in l. fin. circa prin. ver. sententia qualiscunque. C. de appel. & per l.sed & si instrumenta.in versi.quibuscunque,iuncta glo.quæ exponit, id est,idoneis.C.de fide instru.lib.10.quæ iura loquūtur in inhabilitate hominis:& tamen recipiunt restrictionem de idoneitate. non tamen videtur recedendum ab illa opinio. quæ communis est per allegata per eum cum alijs quos vltra ipsum alle.Ias.in d.l.qui seruum.& in l.doli clausula. in princ.ff. de verbo. oblig. & ibi aliàs dixi. & tenendo istam opin. non ob.videlicet quòd in d.§.vtrum,premium quod datur est propter factum serui: quia detegere malefactorem, vel bannitū capere est facti: & tamen secundum communem opinio. quando iuris dispositio continet factum, recipit restrictionē de habilitate: vt tradit Bald. in l.rogasti.ff.si cert. peta. quem approbāt nouissimi Regien.siue Bononien.in l.j.§.nuntiatio. fol.87.in scriptis, non in impressis.ff.de ope. no. nun.Tamen tu aduerte: quia non dicunt verum: quia licèt capere bannitum vel detegere sit facti premium: tamen quod pro captura datur,est iuris, cum respiciat capacitatem vel incapacitatem capientis: per ea quæ notat Barto. in l. si tertius. in princ. in fin. verbis.ff. de aqua plu. argu.facit text.in l. cum lege. ff. de testa.& quæ no.in l.j.C.eod. tit. & clarum est etiam quod capiens principaliter mouet ad illū finem,vt capere possit præmiū:quia omne agens agit propter finem, & finis est qui mouet agentem.l.si pater. & l.cùm apud. C.de hære. insti.l.eam quam, vbi Bald.C.de fideicom.tradit Barbatia in consilio j.in 14.colum.3.volum.facit bene quod not.Ias.in l. sciendum. in princip.ff.de verbor.obligation.Concludas ergo quòd d.§.vtrum.procedit speciali ratione,vt supra dixi: quam opi. finaliter teneo per iura superius alleg.quæ cauillari possent,vt loquantur de iure: non tamen recedatis à communi in iudicando & consulendo:vt dicit Alexand.in consil. 16.incipien.viso dicto themate, in j.colum.in 2. volumi. Alijs modis limitatur prædicta regula de qua vide latè per Iason. in dicta l. prima

25 §.nuntiatio. & in locis superius allegatis. † Circa secundam regulam quam hic colligit Iason. ex ista glossa. quòd verba generalia legis vel statuti debent interpretari & limitari secundum ius commune, vltra hic adducta per eum,vide 24. decisiones pro ornatu istius regulæ positas per Andre.Sicul.in cap. cùm dilectus.in sexta colum.de consue. per illum text.& idem Andre.Sicul. in consilio 5. incipi. bene etenim. in 5.colum.in 3.volum.quæ addas ad Iason.hic: quarum decisionum aliquando nonnullas reprehendi, quas modò tanquam impertinentes omitto:& vide ad dictam regulā Roma. in consi. 120. circa primum. in prima colum. & in consil.62. incip.Florentina constitutio, in princi.& eundē Bart. in repe. l.cum acutissimi,in 68.col.in fi.C.de fideicommis.& Decius. in c.2.in 5.colu.de consti.& per Geor.Natam in rep. cle. sæpe in 2.col.de verb. signi.cum similibus: vt per Decium in consil.77. incipi. non leuis.in 3. col. versicu. nono quia valet &c. in secunda parte, & in consilio 80. viso puncto. in 2. colum. nume.5. ea parte, & consil. 82. incipi. & diligenter in tertia colum.num.6.& per Alexand.in consilio 19.in fina. in primo volum.& in consil.20.in 2.colum.eo. lib. Et non solum verba debent intelligi secundum ius commune, sed etiam secundū consuetudinem vigentem,vt latius exorditur Feli.in c.ex literis in 4.& 5.col. de fide instru. & quod dictum est de lege vel statuto,idem dicendum est de uerbis testatoris, quæ secundū ius commune intelligi debent: ut per plura concludit Iason. in l.cum filio.in 6.col.ff.de leg.j. & ibi repeten. in secuda col. & ad hoc solet allegari communiter tex.& gl.in l.si duo.ff.de acquir.hæ.cū cócor.ut per Decium in consi. 13. aliàs 217.incip.in casu proposito.in 10.col.parte secunda. & in consil.53. incipien. quæritur in 2.colum.& in consilio 77. aliàs 273. incipien. non leuis. in 3. columna. eod.lib. & quod dictum est de verbis testatoris,idem dicendum est in verbis principis quæ dicunt interpretari secundum ius, prout est text. quem ibi ponderat in quarto notabili. in l. ex facto, in princi. ff. de vul. & pup.concor. vt nouissime per Alber. Bru. in consilio. 12.in 2.col.versic.prima ratio.Prædicta tamen omnia intelliguntur quādo ita interpretando verba aliquid operantur: secus tamen si nihil operari possent, quia tali casu interpretari debent cōtra ius commune:vt per plura concludit Feli.in rubrica extra, de præscriptio.in 2 col.versi. fallit secūdo de quo aliàs plene dixi in repe.cle.vnicæ.§.secus. de conces. præben. & in l.si quando.de leg.j. & vltra prædicta ad superiorem regulam adde Barbatiam in repet.rubricæ.C.qui admitt. 71.columna, plene per Alber.Bru.in tracta. quod stan. mascul. filiæ fœminæ non succe.in quinto principali articulo,in tertia columna.& per Bald.nouel.in tracta. dotis. in sexta parte in 29. priuilegio.& ista regula sine restrictione procedit, quando aliter interpretando verba, fieret alteri graue præiudicium: vt dicit Alexan. post Paul. de Cast. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deli. & in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. & ad materiam vide Felin. in capit. causam quæ. colum. fin. de re iudi.& in c.cum Bertol. in nona columna.eod.titu.& in rubrica de sponsalibus. in princip. & in capit. qualiter, il primo, in 14.columna, versi. secundo limita. de accusatio. & ex ibi dictis per eum colligitur alia limitatio ad supradictam regulam: & latius circa hoc dixi post Bartolum in l.hæredes mei.

26 §.cum ita.ff.ad Trebellianum. † Gloss. in versiculo constituerit ponit duo. ex prima parte colligitur forma qualiter cōstitutum fiat: de qua hic per eam: item illa forma constituti fieri etiam potest non solùm respectu solutionis, sed etiam fideiussoris: vt quando aliquis pro eo quòd constitueret Titiū fideiussurum: nam bene valet tale constitutum: & ille qui taliter constituit vniuersaliter promittere se facturum & curaturū:vt dicit hic Ias.post Bal.in rubrica.C.de cōstit.pec.per tex. qui non est alibi secundum eum,in l. qui autem, §. sed & si quis,ff.de consti.pec.quem ad idem Ias.exclamat singularem in l.stipulatio ista.in 2.columna,ff.de verbo.obliga.post Alexand.ibi:& latè commendat & examinat Areti.in l.si ita stipulatus,§.possum. in prima columna, ff.de verbo. obliga. cum similibus: vt per Alexand. in dicta l. qui autem. in apost. ad

27 Bart. & dicit non esse alibi † Ange. Aret.in §.si quis eum.in 5. fallen.Insti de inutil. stipu. Sed quæri potest quid si ille nollet fideiubere: nunquid teneatur iste qui promisit? Ias. hic se remittit ad illum text. tu tamen dicas, ꝙ non tenetur, si iste qui constituit, fecit quicquid potuit. ita consuluit Fede.de Senis, in consilio 122.incip. Martinus promisit se facturum, &c. & Bartol. in consil. 236.incip. Martinus. & hanc opinion. tenet Abb. post Anto. de Butr. & communiter scriben. in capitulo genua. de sponsa. Sed Alexan.in dicta.l.qui autem,alleg.tex. ibi, in versiculo quod tamen in contrarium, quòd teneatur, & non resoluit: & ideò pro vera resolutione illius legis dicas quòd aut quis fuit in mora, & sic in culpa curandi vel faciendi quòd ille quem promisit fideiussurū fideiuberet, & sic per eum stetit, & tunc procedit contrarium de versi. quid tamen. si verò per promissorem non stetit,quia fecit quod potuit: & tunc non tenetur: ita videtur ibi text. distinguere. & tenent supra allegati doctor. & ista est communis opin.vt attestatur Areti. in d.§.possum,licèt ibi contrarium teneat,concludens quòd etiam si constituens fecisset quicquid potuit,vt ille fideiuberet: si tamen noluit hoc facere, teneretur: quia à principio inerat illa difficultas, quam considerare potuit. & ideò non excusat per doctrinam Bartoli in l.continuus, §. illud,ff. de verborum obligationibus. Et hanc opinionem Areti.contra Canonistas per plura comprobat Iason.in l.stipulatio ista in principio, in tertia columna.numero 5. eodem titulo. Tamen tene communem. (à quo non est recedendum, siue in iudicando,siue consulendo.) pro qua consuluit idem Areti. sibi contrarius in consilio 143. incipien. ex facto proponitur. in primo dubio, in 4.columna. & hoc defendit Felin. in capitulo ex rescripto. columna penultima, de iureiuran. Thomas Ferrarius, in cautel. quadragesimaquarta incipient.an nopræterito. Et hanc opinionem tenet Abbat. in consilio 90.

incipien. videtur, quòd fideiussores. vbi vult quòd fideiussores qui promiserunt se facturos & curaturos sub pœna, non incurrunt pœnam, si fecerunt quòd potuerunt: & eandem opinio. tenet Abb. in capitulo significantibus. in fine de officio delegati. Non obstat quod Areti. dicit, in dicto §. possum. quia dicta sua intelliguntur quomodo constabat de voluntate partium quæ voluerunt se obligari ad pœnam vel interesse in omnem euentum, quòd non fuisset satisfactum, vt puta quando promiserunt de indemnitate, vel soluere de suo proprio. Et ita procedunt dicta sua & quod notat Socin. in consilio clxxxvj. viso instrumento. & consilio 288. incipiente, circa primum. in quinta quæstione. & in consilio 189. testator. in secunda parte. & in consilio 68. in causa. facit quod ipse dicit in consilio 70. per totum in tertia parte. Nam quando ita apparet de voluntate partium, videntur obligari sub euentu conditionis: quo casu quando quis incipit à conditionis euentu, non consideratur mora: & ideò quis obligatur l. in illa, ff. de verborum obligationibus. Barto. in l. si homo mortuus. eodem titulo. & in l. si duo, §. hæc verba, ff. de constituta pecunia. Nam contractus ex conuentione partium legem accipiunt. capitulo contractus. de regulis iuris libro sexto, & quod in simili casu Abb. tradit in consilio 43. quidam, libro primo.

Aduertendum tamen est vlterius, quòd casu quo promissor fuisset in mora curandi, & eum deberem conuenire, quòd in libello non debet poni, quòd talis non vult fideiubere: quia esset ineptus. sed debeo dicere quòd per promissorem siue constituentem stetit quominus Titius fideiuberet. ita instruit practicus Angel. Areti. in dicto §. si quis eum. supra allega. † In fine gloss. Colligitur, quòd debitum naturale & ciuile, vel naturale tantùm, vel prætorium potest deduci in constitutum: secus autem est in ciuili tantùm. quæ tamen sit ratio cum debito ciuili possit accedere fideiussor, latè insistit hic Ias. Ex cuius dictis breuiter tres rationes colliguntur. Prima est Baldi in l. penultima. C. de constituta pecunia, quæ nihil valet: quia illa non tollit dubium: quare est igitur quòd constitutum super debito ciuili fieri non possit: cum ratio aliqualis videatur suadere facilius debere posse fieri hoc casu ratione cuiusdam vnionis ciuilis & naturalis obligationis, quæ se vt pater & mater habent ad producendum actionem, & tamen videmus: quòd hæc vnio per viam pacti fieri non potest, dicta l. tertia de constituta pecunia. hic allega. in gloss. quæ est ergo ratio illius decisionis adhuc ex dictis Bald. desideratur. nam illa quam assignat, potius est quædam differentia inter fideiussionem & constitutum. Secunda ratio redditur hic per Dyn. vt hic vide per Iasonem quæ suaderi potest vltra ipsum per textum optimum in l. liberi, ff. de contrahen. emptione. dum fit differentia, an emptor sciuerit rem venditam non esse in commercio, an ignorauerit, sicut hic adhibetur per Dyn. ista distinctio, an ille cui fit constitutum sciat tantùm esse debitum ciuile, an verò ignoret. vt primo casu non valeat: secundo sic: vt latius hic refert Iason.

28

Tamen etiam ista ratio eodem morbo laborat: quia non assignatur differentia siue ratio specifica quare quando creditor scit debitum tantùm esse ciuile, non valeat constitutum. Et ideò tertia ratio assignatur per Ioannem Fabrum quæ videtur plus habere coloris: videlicet quòd constitutum possit fieri super debito ciuili sicut & fideiussio.

29 Tamen interest, quod sit illud debitum ciuile. † Nam quoddam est debitum inefficax, & cui ius non assistit: vt est forte illud quod remanet sublata naturali obligatione per pactum de non petendo: vt in l. Stichum, §. naturalis, ff. de solutio. & tradit Bartolus in l. si vnus, §. pactus, ff. de pactis & super isto debito ciuili, de quo voluit intelligere Ioannes Fabr. non potest fieri constitutum: & ita procedunt iura allegata hic in gloss. Quoddam verò est debitum ciuile efficax, & cui ius assistit: vt est debitum ex sententia, iuxta l. Iulianus. ff. de condictione indebiti. & tale debitum potest constitui. Ita hic Faber, quem per longiora verba refert hic Iason. Et hanc opi. tacito Fabro tenent nouissimi Senen. in rubrica de verborum obliga. in decima charta, in quarta colum. vbi illam ciuilem obligationem exemplificant in literarum obligatione, quæ est ciuilis: & per hoc concludunt, quòd debitum ciuile possit constitui. & respondent ad l. tertia hic allegat. in gloss. vt hic Faber. Tamen aduerte, etiam ista ratio non transit sine dubio: quia illa attenta sequeretur quòd etiam super debito naturali non posset fieri constitutum ex eo, quia pactum nudum non solum est inefficax ad agendum de iure ciuili: vt in l. legem. C. de pactis. sed etiam de iure prætorio: vt in l. iuris gentium, §. igitur nuda. ff. de pactis. & sic illi ius non assistit. & tamen de illo potest fieri constitutum: vt hic est text. Et ideò per istam rationem Ioannis Fabri non dilucidatur ista difficultas, neque aperitur ratio dictæ legis tertiæ allegatæ in glo. videlicet quare illud debitum ciuile, quodcunque sit, non potest constitui. Præterea quia non est verum quòd debitum quod oritur ex sententia, sit ciuile, sed est de iure naturali. vt tradit Bar. & alij sequuntur, in dicta lege, Iulianus.

Quamobrem mihi videtur quòd alia noua ratio dari posset in hac difficultate, scilicet quòd ideò debitum ciuile non potest in constitutum deduci: quia ratio super qua fundantur leges in hac materia constituti, secundum communem sententiam, non patitur, videlicet, vt nudum & simplex pactum producat actionem, nisi fuerit geminatum: & geminari
30 non potest, nisi alterum præcedat: quoniam† ad producendũ perfectum vnum, duo imperfecta cõcurrere debent eiusdem naturæ: vt finge me probare velle debitum per vnum testem, nemini dubium est, huius testimonium nudum esse imperfectum, & nullius roboris c. veniens de testibus. l. testimoniũ. C. eodem. Sed si cum illo vnum alterum adiunxeris, fiet perfecta probatio. c. licet, de testibus. Ita videmus etiam in naturalibus: nam ex coniunctione diuersæ speciei maris & fœminæ gigni aliquid vere non potest: vt ex cane siue equo, & muliere. Quod si vir & fœmina eiusdẽ speciei coniungantur, quod singuli non faciunt, simul commixti producunt: ita est in proposito. Pactum enim nudum, cùm de per se frigidum sit non habens vestimentum, si postea adiungatur cum debito ciuili etiam de se imperfecto, non potest calefieri neque vestiri, vt ex eorum calore aliqua actio nascatur, cùm sint imperfecta diuersæ naturæ: cùm omne simile adauget & foueat suũ simile: hinc est quod ciuilis tantum possessio quæ est de iure ciuili producit vsucapionem, quæ est de iure ciuil. l. prima. ff. de vsucapio. secus est in naturali tantùm: vt tenet Dinus in regula, sine possessione. in principio, & in fine, de regulis iuris, libro sexto. & aditio, quæ est de iure ciuili, & vsucapio producunt etiam dominia de iure ciuili, lege in rem. la secunda. ff. de rei vendicatione, cum his quæ notat. sed ex diuersis & dissimilibus potest similis effectus produci, nec fit bona illatio, lege Papinianus. ff. de minoribus. capitulo maiores, de Baptism. Ista autem ratio non militat quando constitutum fit super naturali obligatione, & sic super nudo pacto sibi simili. Et ideò diuersa producitur ratio: quin etiam, quia illud quod debetur ex ciuili obligatione iure prætorio per exceptionem datam ab ipso prætore non debetur, scilicet obstante æquitate contra rigorem iuris ciuilis: ergo nec constitui poterit: quia constitutum est introductum ab eodem iure prætorio & eadem æquitate naturali, lege prima, in principio. ff. de constituta pecunia, de quo dixi suprà in quarto notabili, vbi videas. Et quia prætor noluit nisi subuenire in casibus in quibus æquitas prætoria à iure ciuili arcebatur, noluit autem actum iuris ciuilis alterare: iuxta ea quæ Senenses tradunt in rubrica C. qui admit. Et per hoc potest solui alia dubitatio, videlicet quòd titulus de fideiussoribus, propter constitutum non dicitur superfluus, neque sublatus per istud remedium prætoris postea introductum: argument. le. quoties. ff. de actionib. & obligationibus. & l. si te so-
31 lum. ff. de hæredib. institut. † Et quia fideiussor in multis casibus intercedit in quibus constitutum non habet locum: vt patet vltra adducta hic per Iason. in §. fideiussor. Instit. de fideiussor. vbi potest interuenire pro debito futuro: at in cõstituto non nisi pro debito præterito, vel de præsenti contracto. l. prima. §. ait prætor. ff. de constituta pecunia. & notat gloss. in lege, si vero non renumerandi. in §. si post reconditum. ff.
32 manda. cum similibus. † Et attenta supradicta ratione quòd constitutum introductum sit ex æquitate naturali: vt dicta l. prima,

prima, posset attentari vnum nouum in hac materia, quòd constitutum dolo vel metu extortum, sit nullum ipso iure, etiam si de rigore iuris ciuilis valere posset: per textum in lege prima. ff. quod metus causa. & facit pro hoc vnum simile. Nam certum est quòd qui coactus est hæreditatem adire, efficitur hæres de iure ciuili: & tamen coactus agnoscere bonorum possessionem non, efficitur bonorum possessor. l. tertia. §. inuito. ff. de bonorum possessio. declarando vt per Decium in l. prima. in prima columna, C. qui admit. & pro hoc doctri. Bartol. in l. si mulier. §. si dos. ff. quod metus causa. ad idem facit lex, si mulier. §. si metu. ff. quod metus causa. Ratio differentiæ est: quia ius ciuile defert hæreditatem volenti. lege, pro hærede. ff. de acquirenda hæreditate. & tamen ille qui metu consentit, dicitur verè velle. dicta l. si mulier. §. penultimo. Tamen æquitas non patitur, vt qui coactus est, possit acquirere bonorum possessionem: patet: quia datur contraria rescissio. & ideò non quæritur, dicta l. tertia. Nec obstat si dicas quòd constitutum est contractus stricti iuris, cùm non enumeretur in §. actionum. infrà eodem. & contractum stricti iuris dolus vel metus non annullat ipso iure, l. dolo. C. de inutili stipulatio. quia dico hoc esse verum in contractibus stricti iuris inductis à iure ciuili: secus si à iure prætorio, per supradicta. vel hoc potest negari quòd sit stricti iuris, imò bonæ fidei, per ea quæ dixi suprà in euidentialibus post Bortolum in lege iuris gentium. §. igitur. in fine, ff. de pactis. † Et circa prædicta hic etiam caderet dubitatio, nunquid constitutum factum sine causa valeat, vel non: quam quæstionem latè prosequitur hic Angelus. Tu breuiter dicas quòd sic. & vltra deducta hic per Angelum, & Alexandrum & Iason. in lege à Titio. ff. de verborum obligationibus. tu in terminis nostris vide latè Baldum nouellum in rubrica, de verborum obligationibus, in decima colum. & ibi nouissimi reassumunt in sexta charta: & ista dependent ab his quæ habentur per Bart. & alios in l. creditori. C. de pact. dum allegat. l. secunda. §. circa. ff. de doli exceptione. per Alexandrum in l. petens. in tertia coluna, C. de pactis. Iason post Alexand. in l. si ad præsens. ff. si certum petatur. & Iason. in l. si duo. §. si quis iurauerit. in prin. ff. de iureiurando. per Barto. in l. prima in principi. in tertia de operis noui nunc. cum similibus: vt per Fel. in cap. si cautio. de fide instrumen. in 16. columna. quæ non conueniunt materiæ proximæ istius text. & gloss. nam turpe quodammodo videtur, ut quicquid ex lectione contingat, ut multi faciut, protinus in materia congerere. Gloss. in uersiculo nulla. diuide in tres partes: ut hic per docto. in prima parte ibi. l. eum qui &c. dic breuiter quòd imò ista ratio gloss. potiùs facit pro ratione. l. promissor. ff. de constitu. pecuni. videlicet quæ sit ratio quare obligatio ex constituto dentur decem, dies: cum obligatio pura statim pariat actionem. l. eum qui Kalendis. de uerbo. obliga. Potest reddi ratio istius gloss. quia ex quo ille qui constituit in uno grauatur, uidelicet, ut ex pacto nudo teneatur, in aliquo debet releuari, scilicet ut dentur decem dies &c. hæc autem ratio non procedit econtra uidelicet: quare est quod ex pacto nudo teneatur. cùm propter hoc quod tenetur, dentur illi decem dies: unde meritò hæc ratio per docto. hic communiter reprobatur.

34 † Quæ igitur sit ratio fundamentalis, quare ex constituto detur actio. doc. hic uarias ponunt: de quibus hic seriatim per Iason. & dixi suprà latè in euidentialibus. Omissis tamē alijs rationibus, illa prima facie uidetur efficatior, & uerior quam ponit Bartolus in lege iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pactis, uidelicet quòd ideò ex contractu constituti detur actio: quia est contractus nominatus. & licèt istam rationem Iason hic improbet, satis debili fundamento, ad quod dicit nō posse responderi: tamen idem Iason sibi contrarius tenuit hanc rationem suprà, in princip. huius tex. in euidentialibus, & in l. si pacto. in secundò notabili, numero sexto. C. de pactis. & in §. si cū nulla, dicta. l. iuris gentium. in fine. & alibi sæpe. & hoc ultra ipsum suadetur: quia quo † ad hoc ut dicatur contractus nominatus, sufficit ꝙ habeat specificum nomen ultra nomen conuentionis: & ꝙ ex eo producatur actio sui nominis, & habeat formam. l. j. §. fin. ff. de pac. l. iuris gentiū, in principio, eodem titulo. & per Bartolum in d. l. iuris gentium. §. quinimo. & ideò emptio & venditio & similes, vt dicit ibi tex. dicuntur contractus nominati: quia habent speciale nomen extra conuentionem, & propterea à suo nomine speciali actionem producunt: vt ex emptione actio ex empto, & ita de alijs: sed contractus constituti est similis: quia habet de per se nomen & formam datam à prætore, ex qua nascitur actio de constituta: igitur dicitur nominatus. Non obstat fundamentum Iason. hic, ad quod dicit non videre responsum, & propterea tenuit contra Barto. quia fateor quòd fideiussio est contractus nominatus. Quid ad rumbum? dare enim inconueniens in terminis remotis, non tollit difficultatem: vt ipse idem Iason dicit in l. finali. C. de pactis. & in l. prima. in vndecima columna, ff. de officio eius cui manda. est iurisdi. nam fideiussio est actus ciuilis & accessorius ad principalem non constituens speciem de per se: sed habet respectum ad contractū principalem sine quo esse non potest. l. fideiussor obligari. §. fideiussor ff. de fideiusso. §. primo, Institut. de fideiussoribus, cum similibus. nec dicitur habere nomen antequam sit in esse productus: & in esse producitur quando fit per stipulationem: vt dicunt nouissimi in rubr. ff. de verborum obligationibus tenet Barto. in l. sciendum in principio. ff. de verborum obligationibus. & sic stipulatio est causa efficiens & formalis fideiussionis: sed constitutum bene potest stare absque eo quòd præcedat debitum: vt puta quando fit à tertio pro alio, qui tertius nunquam fuit obligatus: vt patet hic in §. nostro. igitur consequentia non valet, Ex constituto oritur actio siue stipulatione: ergo ita debet esse in fideiussione: quia diuersa ratio pactum reformat: & ratio diuersa patet ex prædictis & per Ioannem Fabri, Institut. de fideiusso. cum quo transit idem Ias. in l. iuris gentium. in princip. in versiculo secundo limit. ff. de pactis. & quia arguere de actu iuris ciuilis in quo rigor consideratur, ad actum prætoris vt est constitutus, in quo æquitate pretor mouetur, est arguere de nigro ad album: vt habetur in l. placuit. C. de iudic. & in l. nulla. ff. de legib. & tradit Barba. in repetitione rubricæ C. qui admit. in vndecima col. Sic ergo argumentum de fideiussione, cùm sit actus ciuilis, non obstat: cum ibi attendatur rigor. Vnde ex
36 hoc infero quòd† data paritate terminorum etiam fideiussio posset fieri pacto nudo. nam vbi ageretur de bono & æquo, & sic in casibus in quibus æquitas prætoris attenderetur, prout de iure canonico, & etiam inter mercatores, vt deducit Iason in dicto §. sed cum nulla, pacto nudo pótest fieri fideiussio. & ita firmat Iason in l. singularia. in decima colum. ff. si certum petatur: & nouissi Bononienses in d. l. sciendum. Sed vbi attenditur rigor meri iuris ciuilis, non potest fieri fideiussio sine stipulatione. & ita procedit l. blanditus. C. de fideiusso. & ita in terminis ad istam rationem quam dicit insolubilem Ias. respondet idem Iason tenendo opi. Barto. quam hic impugnauit. l. stipulationum aliæ. §. satisacceptio, numero tertio, ff. de verborum obligationibus. & firmat latissimè idem Iason in rubrica de verborum obligationibus. in 4. colum. versiculo, tu ergo dic, quòd ratio &c. & hæc opinio videtur verior, quicquid Iason hic dixerit. Sed considera vlterius diligenter: quia videtur quòd ista ratio non est vera quòd constitutum sit contractus nominatus. nam ille dicitur contractus nominatus, qui habet speciale nomen. Sibi tantū deseruiens. dicta l. iuris gentium in principio. sed constitutum non est speciale nomen, cùm conueniat cuicunque conuentioni factæ de soluendo: vt patet in l. j. per totum. & in l. tertia. ff. de constitut. pecunia. igitur &c. ista consideratio fuit nouissimorum Senensium in repetitio. rubricæ. ff. de verbor. obligationi. in decima charta. Sed mihi non videtur vera: quia ex eo ꝙ constitutum possit super omni conuentione fieri, non desinit esse nominatus. Patet, quia stipulatio potest interponi super omni cōtractu. l. stipulationum aliæ. §. conuentionales. ff. de ver. obl. & tamen dicitur contractus nominatus; vt est casus in l. j. §. fin. quem ibi notant omnes. ff. de pactis. ista ergo ratio contra Bart. nihil valet. Præterea quia ex hoc ipso fit constitutum, ex quo super debito fit: neque est dare casum, vt sine eo fieri possit: nam propterea constitutum dicitur, aliàs esse non potest: & ideò si de natura ipsius contractus hoc habet, nō debet ex

hoc inferri: vt illud faciant esse vel non esse nominatum: ar-
gumen.l.pacta conuenta, ff. de contrahenda emptione. Et
inquantũ Iason hic impugnat rationem communem, videli-
cet quòd ideò datur ex constituto actio, quia est pactum gemi
natum, dicas, idem Iason sibi contrarius tenuit illam ratio-
nem in constituto, in l. lecta. in octaua columna, numero duo-
decimo, ff. si certum petatur. & docto. in l. legem. C. de pactis.
& alibi sæpe. Sed breuiter circa istam inuestigationem ra-
tionis aliter dixi, suprà in euidentialibus, vbi posui plures ra-
37 tiones quas vide. † Secundò ex ista prima parte collige quòd
differentia sit inter constitutum, & alias obligationes: quia in
constituto dantur decem dies, l. promissor, ff. de constitut. pe-
cu. sed in alijs obligationibus statim debetur, l. eum qui. hic
alleg. in glo. Hæc glo. reprobatur communiter per docto.
hic: quia in hoc nulla est differentia inter cõstitutum, & alias
obligationes: vt latè adducit hic Iason. & vltra adducta per
istum, ita tenet glo. & intelligit dictam l. promissor. in l. si debi
tori. & ibi dixi, ff. de iudic. & glo. in §. omnis. in versiculo con-
festim: & ibi notat Ang. Areti. suprà de verborum obligatio.
& gloss. in l. quod dicimus, ff. de solutioni. Et ratio manifesta
videtur, quia ratio communis quare illæ decimo die dantur,
est causa miserationis: vt dicit glo. in dicto §. omnes. & Alex.
in l. si mora. in quarta colum. nu. 11. ff. soluto matrimo. vbi la-
tè. sed illa ratio militat in omnibus alijs obligationibus: igi-
38 tur &c. † Et hæc omnia quæ de constituto dicta sunt, pro-
cedunt vbi quis simpliciter constituit se soluturum, quod ip-
se vel alius debet ex contractu vel quasi: secus autem si ex con
tractu pœnali: nam tale constitutum non valet. text. allega-
tur ad hoc scriptus in l. Titius, ff. de constitu. pecuni. quem ad
hoc valde commendat Iason in l. si pacto quo pœnam. in pri-
ma columna. C. de pact. sed tamen si rectè consideretur ille
text. vrgenter non probat, quin non possit euitari: vt ibi latius
39 deduxi, quæ breuitatis causa omitto. † In eadem glos. ibi. C.
de donationi. l. si quis argentum, §. finautem. Habes ex glo. ꝙ
speciale sit quòd ex pacto nudo de donando oritur actio. Ita
tenet hic glos. cũ alijs allegatis hic per Iasonem: quibus adde
Barto. in l. si tibi. in principio, ff. de pact. vbi dicit quòd pro-
pter hoc quod in d. l. si quis argentum. inducitur speciale, ꝙ
ex pacto nudo donationis oriatur actio: ille text. non habet
locum in donatione præsumpta, ne inducantur duo spe-
cialia: & istud dictum cum pluribus concordantijs sequi-
tur Corneus consilio 23. viso puncto. in 2. columna, primo
volumine, & consilio trigesimoquinto, circa primum. in
11. columna, in eodem libro. & videtur sentire idem Cor-
neus in consilio 228. incipiente viso. in 3. volumine. & Soci.
in consilio 144. incipiente viso. in 3. columna, primo volu-
mine. & Alexander in consilio 113. perspectis his. in 6. vo-
lumine nouo per totum.

Istam glo. in isto exemplo reprehendit Bartol. in l. le-
gitima, ff. de pactis. dicens quòd ex pacto nudo dona-
tionis non oritur actio: sed propter pactum oritur con-
ditio ex lege. & ita intelligit dictam l. si quis argen-
tum. Roma. consi. 486. incipiente, in casu proposito. vn-
de cum hic quæramus exempla pacti nudi ex quibus oria-
tur actio, non rectè subijcitur exemplum donationis. & ibi
latissimè & notabiliter declarat quando actio dicatur na-
sci ex pacto vel propter pactum: & ita ibi eum sequuntur
communiter scribentes: & probat text. in d. l. si quis argen-
tum istam opinio. Bart. in illis verbis, ex lege vestra necessi-
tatem imponi &c.

Sed modò aduertendũ est, quia videtur ꝙ Bart. neque glos.
hic ita per eũ reprobata nõ bene dicant: nam Bar. vult contra
gl. hic ꝙ ex donatione detur condictio ex lege. gl. verò hic te-
net ꝙ detur ex pacto nudo. Ego dico ꝙ datur actio ex ipso cõ
tractu donationis, quemadmodum datur ex quolibet alio cõ
tractu nominato: & sic ꝙ non sit aliquod speciale. quod ita
ostendo. certum est quòd contractus donationis dicitur no-
minatus, est glo. in l. fin. & hoc ibi tenet Alexander, ff. de cõdi-
ctione ob causam. Bart. post glos. in l. in ædibus. §. j. ff. de do-
40 natio. quod vltra ipsos ratione probatur: quia † contractus
innominatus præsentia reuocatur. quòd secus est in donatio-
ne: ergo est nominatus. antecedens probatur in l. pecuniam,
ff. de condictio. ob cau. consequens in l. Aristo. de donati.
Item quia vt dicunt prædictæ glo. in d. l. fina. illi dicuntur con-
tractus nominati qui solo consensu contrahuntur: sed dona-
tio est huiusmodi, vt patet in dicta l. si quis argentum, §. fina.
igitur &c. Accedat, quia donatio non stat in simplici nomine
conuentionis, sed oritur speciale nomen: quo casu secundum
regulam l. iuris gentium. in princip. debet dici contractus no
minatus: & ita tenet Alexander. in l. qui Romæ. §. Flauius. in
3. columna. de verborum obligatio. & in d. l. iuris gentium. &
est communis opinio. Tunc sic, quando contractus est nomi-
natus, producitur actio ex natura & virtute ipsius contractus,
prout suprà dixi in princi. gloss. nam vt dicit Bart. in d. l. iuris
gentium, contractus nominati eo ipso quod sunt in esse pro-
ducti, habent actionem: at iste cõtractus donationis statim in
esse producitur, quando declaro te velle donare talem rem:
quia consensu perficiuntur absque aliqua traditione, §. perfi-
ciuntur. Institu. de donationi. nec placet distinctio Bart. in d. l.
iuris gentium. quod aliud sit donatio, aliud pactum de do-
nando. quem ibi sequitur Alexander. & Moder. & etiam no-
uissimi repet. in l. 2. in tertia columna, C. de pactis inter em-
pto. & vendito. & Bald. nouel. in tracta. dotium in tertia par-
te, in prima columna. cum alijs adductis per Decium in l. cũ
fundus, §. seruum. in prima, ff. si certum petatur. & nouissimi
Floren. rep. in §. Cato, numero 181. cum sequen. de verbo-
rum obligatio. quia text. in dicta l. si quis argentum. de do-
41 natione loquitur. & † illud id quod est donatio, est pactum
de donando: quia qui donat in illo actu qui consensu contra
hitur, nõ illicò paratam habet rem, vt statim donet, sed refert
se ad futuram rei donationem, seu, si mauis, traditionẽ: & sic
ipsa promissio de donando, quæ nudo consensu contrahi-
tur, donatio est, quæ à sui diffinitione nihil aliud est quàm spõ
tanea liberalitas. cap. primo, de donationibus. Et ita videtur
hanc opinio. sentire Alexand. in consilio 113. perspectis his. in
6. volumine nouiter impresso, vbi latiùs discutit dictam l. si
quis argentum. Suadetur hoc: quia si vera esset opinio Barto-
lus in dicta l. iuris gentium, sequeretur quòd nunquam dare-
tur casus in quo actio daret ex donatione: quia si traditio ex-
pectatur, tunc actione opus non est, quæ tunc demum compe
tit cũ donator adimplere recusat, quod promisit: vt tradit in
terminis Bal. in l. contra iuris. in secunda lectura, circa finem,
ff. de pactis. Et hoc exemplo legali suadetur: nam vt in emptio
ne idem est promissio venditionis & emptio. nam si promit-
to tibi vendere fundum pro 10. ista est venditio: patet per glos.
in l. in vendentis. C. de cõtrahenda emptione. & talis illa eadẽ
venditio est pactum de vendendo. facit notabile dictum Ale-
xandri in l. cùm fundus, §. seruus in j. col. ff. si certum petatur.
vbi dicit quòd si promitto tibi me obligaturum pro 10. ista
verba inducunt obligationem, & statim potest agi. quod di-
ctum sequitur ibi Iason. & idem Iason. in l. dominus, ff. de
conditione indebiti. & nouissimi Florentini. in repeti. §. Ca-
to. num. 179. & sequen. ff. de verborũ obliga. & Gozadinus in
repetitione l. 2. in princ. & in 5. colum. C. de pac. inter empto.
& vendito. ita in donatione est dicendum. Opinio ergo Bart.
procedit in contractibus qui re contrahuntur. & ita etiam cõ
tra Barto. tenent Moderni in d. l. iuris gentium. longo verbo-
rum ambitu. & declarant notabiliter Nouissimi in rubrica ff.
de verborum obliga. in 8. charta. in. j. col. & est quidam Lan-
cellotus Galiaula, qui vltimus in illo articulo scripsit, ve-
rum quia paruæ vtilitatis sunt, & vt inquit textus in capitulo
nisi, §. propter malitiam. de renunciationibus. qui nimis emũ
42 git, sanguinem elicit. ideò hæc † sufficiant: non tamen à com-
muni recedatur: qua tamen retenta limitatur procedere quã-
do in pacto de donando deducitur res vel quantitas: secus si
deducatur factum: quia tunc non datur actio, nec procedit
d. l. si quis argentum, §. fina. quia cùm sit correctoria, non de-
bet extendi. ita limitat Bar. d. l. si quis argentum, in d. §. quin-
imo, in fine, ff. de pactis. & idem firmat Bartol. in l. si vnus, §.
pactus ne peteret. in 4. col. num. 12. eodem titulo. Ange. in re-
pe. l. si certis. C. de pactis. & Bal. in l. contra iuris. in secunda le
ctura, in fine, ff. de pactis. & in l. cùm virum. C. de fideicom-
mis. tamen considerandum est, an ista limitatio sit vera. & vide
tur firmius dici posse quòd non, quia contra eam videtur ca-
sus iuncta glo. in l. si cum mihi, ff. de dolo. vbi est tex. quòd quã
do donatur res consistens in facto, competit condictio ex

d.l.si quis argentum.vt ibi tenet glos.quæ communiter ibi approbatur. Præterea, quia tex.in d.l.si quis argentum, §.fi.loquitur indefinitè de donatione rei: quod verbum generale est adeò quod eius appellatione factum continetur: prout est gl. nota.in §.j.suprà de obligatio.quã ad hoc ibi notat Bal.& Areti.ad idem est glo.in ver.generale,ibi, facta quoque.in l.j.ff.si certũ petatur.ergo apparet manifestè ꝙ d.l.si quis argentum, procedit in facto per istam nouam ponderationem. Præterea hanc opinio.tenet Bald.in l.pacta quę contra.C.de pactis.vbi hoc probat vna alia ratione. nam promittens factum, videtur promittere interesse,si non faciat, l.stipulationes non diuiduntur.versiculo Celsus. de verbo. obliga. & interesse consistit in dando, scilicet in pecunia,l.si quis ab alio.in fine,ff.de re iudica. Neque obstat quòd factum principaliter debet cõsiderari,non interesse.argumento l.si quis ne causam.quia potest dici esse verũ,nisi sit in mora promissor. Tamen finaliter ista ratio Bald. non satisfacit ex eo quia quando illud quod venit in consequentiam, non potest simul compati cum illo quod principaliter deductum est in promissione, attenditur illud quod est principale: vt tradit notabiliter Decius in l.rogasti.in principio in 2.col.ff.si certum petatur. & ad illam rationem Barto.in d.l.pacta quæ contra.respondet aliter Alexãder in d.l.iuris gentium, §.sed cum nulla.in j.colũ.vbi postea ex mente eiusdem Baldi & Imolæ nititur concordare opinio. Illa tamen concordia confunditur per rationem quam suprà adduxi.& quia in obligationibus facti non fit illa distinctio, cùm respectu interesse vniformiter concludatur per ea quæ dicit Spec.in tit.de primo & secundo decreto,§.10.versi.item quæritur,In conditionibus verò bene fit illa distinctio. in quibus requiritur merum & purum factum,l.Meuius,ff.de cond. & demon.tenet Soci.in consi. 208. consideratis. in penultima col.versi.ad tertiũ,2. lib.& consi. 273.in præsenti. in 2.col.eo. lib.& istud merum factum etiam consideratur respectu traditionis,quæ facti est,l.consilio, ff.de cur. furio. quicquid dicat Alexan. in d.§.sed cum nulla. & sic ex istis mihi videtur quòd ista opi. contra Barto. sit vera, quam tenet ibi Pau. & Saly. in l.legem.in 6.quæst.C. de pact. & glos. in l.permisisti, ff. de præscrip. verbis. Aliæ limitationes colligi possunt ex allegatis superius quas per te colligas. Item circa illud quod dicit Iason,nunquid dicta l.si quis argentum,§.fi.procedat in donatione causa mortis,vt posit perfici pacto nudo,Breuiter,quia hoc est extrauagans, dicatis quòd sic: & ista est communis opi.quam sequitur Alexan.in l.sciendum.in 2.colum.ff.de legatis primo.& ibi Ias. declarando tamen notabiliter vltra ipsos, vt per Corneum in consilio 107. incipien. videtur. in 2. col.in 4. volu. vbi tenet communem & eam declarat. & licet Nouissimi.in d.l.sciẽdũ.eam destruant leuibus satis fundamẽtis,eam tamen firmat Alex. in d. consi. 113. suprà alleg. cum alijs similibus: vt tradit quidam Petrus Rauennas in Alpha. iuris,in ver.donatio.In eadem glo. ibi & de rei vxo. actio, l.j. §.j.Istud exemplum gl.de d.l.j.improbat Bar.in d.l.legitima, ff.de pac.quia ibi non est ex nudo pacto, sed quia fingitur stipulatio. Sed tu defende gl.quæ communiter tenetur, quod ille tex.optimè probat,nec eum bene inspexit Barto.Text.enim ibi ponit tres casus. primus quando stipulatio non interuenit, & fingitur interuenisse, vel quando interuenit, & tunc etiam competit actio. Secundus casus est, & ibi probatur intentio glo.nostræ, quando stipulatio interuenit, sed subtilis: & tunc isto casu à lege roboratur, & producitur actio. ratio
44 est:quia † quando partes volunt stipulari,& tamen stipulatio redditur inutilis ob aliquam causam, tunc habet vim pacti nudi.l.an inutilis, ff.de acceptila. Et quod per eam dicit Ang. in quodam suo cõsilio quem refert Geor. Nat.in repe.cle.sæpe, §.& quia.4. col.de verb. signi.& licèt lex roborauerit illã stipulationem, non propterea voluit tollere antiquam competentem ex pacto nudo: nisi nominatim exprimatur antiquam velle tollere.l.quoties.vbi est casus,ff.de actio.& oblig. & l.2.C.de pac.inter emp.& vend.& ista fuit intentio glos. & ita declaratur glo.in versi.si certa, suprà de verb.obligatio.in princip.dum alleg.illum tex.& ea quæ dicit Feli. in cap. cum ordinem, in prima columna in princip. de rescrip. alias sequeretur,quòd l.executionem, hic alleg. in glos. esset superflua: nisi intelligamus eo modo d.l.j.quod ex pacto nudo illo casu posit dari actio: vt iura concordentur, c.cum expediat de electio. libro 6.de quo latissimè dixi in l.j. sol. mat. vbi est propria materia: & ibi per Moder.latè disputatur nunquid d. l.sit correcta. Sed quia hæc sunt modici momẽti, teneas opin. quam velis. nam posset teneri contra glos. ex alio capite,eo quia contractus dotis est nominatus: vt dicit Barto. in d. l.legitima.vt dixi in d.l.j.soluto matrimonio.post gl.in versi.semper.quę ad idem alleg.dictam l.j.§.j.ad quod hic allegauit:& sic posset actionem ex natura sui producere per ea quæ tradũtur in l.iuris gentium.quæ non examino hic cùm non sit propria materia. In eadem glo.ibi, item in nautico fœnore. Et ibi in accessione frumenti.& ibi, item in vsuris ciuitatis promissis:dicatis quòd omnia ista membra glo.hodie per ius ca
45 nonicum sunt correcta.Nam ex quo † ius diuinum & canonicum prohibet omni casu vsuras: vt toto titulo, extrà de vsuris.precipuè in cap. vigilanti.& cap. nauiganti. & cap. super eod. dicendum est ꝙ ius ciuile etiam quo ad forum suum, & inter subditos temporales non habebit locum isto casu. vt patet in capitulo fin.de præscriptio.latè tradunt mod.in capi. ecclesia sanctæ Mariæ.de constitutio.cum alijs similibus. Tamen potest glos. sustineri dicendo ꝙ illa vsura in legibus hic allegatis in glos.petitur ratione interesse, quòd peti potest de iure canonico: & appellatur ibi vsura, prout est glos.ordinaria in cap. conquestus. & ibi Abb.extrà de vsuris.& hoc verisimile videtur: quia cum Imperator protestetur se sequi velle constitutiones quatuor conciliorum, euangelia,& constitutiones patrum,tanquam Christianissimus. vt in l.non reddentes.C.de summa Trinitate.non est dicendum ꝙ constitutionibus suis admittat illam vsuram, quæ vtraq; pagina detestatur: sed potius illo modo interpretari debet, vt euitentur delictum.argu.l.merito.pro socio. & ita ista glo.poterit defen-
46 di. Et per hoc sit finita ista glos. † Alij casus sunt extra glos. in quibus ex pacto nudo oritur actio, quia seriosè ponuntur per Modernos in d.l.iuris gentium.& aliquos enumerat & limitat latè Soc. in fallentia sua 9. vbi videas. Ponit etiam hic plures casus Iason in quibus ex pacto nudo datur actio,ex cuius longo apparatu magis notabiles prosequar vltra scriben. illos,præsertim in quibus maius dubiũ vertitur. Primus casus est secundum me inter alios in l.inter socerum. §. conuenit,ff. de pactis dot.vbi secundum Ioan.Fabr. est casus specialis vbi ex pacto nudo detur actio:& ante Ioan.Fabr.prius illum text. ad hoc notat Bal.in c.si cautio.de fide instrumen. quem sequitur Soc.in trac.regularum,regula 9.in 5.fallentia: Iason tamẽ hic dicit quòd non est verum illud quod hic dicit Ioan.Fabri. quòd in dicto §. conuenit. sit casus specialis, quòd ex pacto nudo oriatur actio: sed quòd ille text. secundum regulas iuris communis procedit: nam ibi in pacto nudo erat deductũ illud ad quod quis tenebatur ex dispositione legis: vnde non est speciale:vt suprà dixit in 9.col.numero 45.& ita transit Iason. sed iste intellectus ad d. §. conuenit. prius fuit Roma. in singulari suo. 522. incipien. tu audisti. vbi formaliter dicit quòd licet soleat alleg. glos. singularis, & doctri. Barto. in l. legitima, ff.de pactis. ad hoc quòd vbicunque per pactum nudum promittitur illud ad quod quis tenetur de iure communi. quòd datur actio ex illo pacto: tamen ipse pro illa glo. allegat casum singularem in dicto §. conuenit. & ita tenent nouissimi repet. in rubrica de verbo. obliga. & hoc idem tenet Iason vbi alleg.text.concor.vltra Roma.in l.legitima.col. fin.ff.de pactis.& idem tenet in l.si donatarius.in fine princip. ff.de condi. cau. da. Sed tamen aduertendum est, quòd ista non sine dubio videntur: quia idem Iason tenuit contrarium ponens d.l.inter socerum,§.conuenit.vt casum specialem exceptum à regula in l.iuris gentium, §.sed cum nulla.in 14. limitatione, ff.de pactis.& in l.lecta. in 7. col. versicu. primus
47 casus,ff.si certum petatur.Et ideò meritò tanquã † doctor cõtrarius debet repelli:vt de Inno.dicit Abb.in cap.extirpandę, §.quia verò. in repet.in 2. colum. nume. 51. de præben. Non obstat motiuum ipsius ad d.§.conuenit, quia ibi totum oppositum probatur: nam ibi non dicitur quòd competat actio ex pacto,sed quod datur vtilis actio: & clarum est quòd si competeret ex pacto,esset directa actio præscri. verbis l.iuris gentiũ.§.& ideò.de pactis.& l.quoties, ff.de præscriptis verbis,& l.cũ mota.C.de trãsactionibus.Et ita respondẽt ad §.cõuenit,

nouissimi in d.l.legitima.licèt prædicta non adducant. Vel secundò tu potes respondere quòd in d. §. conuenit. fuit pactũ geminatum: primum in præsentia, & aliud per literas: quod probatur in illis verbis, pactum ad literas viri secuta &c. quo casu præsupposito quòd detur actio illa, competit ibi ex pacto geminato: & sic competit ex casu speciali excepto à regula, prout ponit Felin. in cap. j. de pactis. & sequitur Iason. in d.l.iuris gẽtium, §.sed cum nulla, & in l.si pacto. C.de pactis. Si igitur ex casu speciali: ergo dictum Ias. hic non est verum quo ad propositum illius §.conuenit. An verò regula sit in se vera, quòd illud quod lege debetur, si promittitur per pactum, quòd detur actio regulariter, nõ est materia nostra: sed glos. in d.l.legitima. vbi Moder. latè insistunt. Sed recedẽdum non est ab opinio. Bart. magis communi, & eam firmat etiam Bart. in l.non impossibile, ff.de pactis. Secundus casus est singularis in quo pactum nudum producit actionem, videlicet quando ille cui ex pacto nudo promissum est, pateretur aliquod damnum. Nam tunc deficiente alia actione datur actio de dolo: casus est singularis in l.eleganter. §.seruus pactionis, ff.de dolo. quam valde cõmendat ibi Bar. & Bal. & alij dicunt singularem, de quibus hic per Iasonem, cuius verba per omnia prius posuit Alexander in apostil. ad Barto. in d.§.seruus. Adde quòd illum tex. valde commendat dominus Alexander ad limitationem totius materiæ pactorũ, in consilio 41. incipien. viso puncto. in tertio volumine. & ad hoc dicit etiam singulariter notandum do. Ioan. Bap. Caccialup. in tractatu pact. quæst. 13. & dominus meus in l.in bonæ fidei. C.de pactis. & commendat etiam Alexand. in l.si conuenerit. in j. colum. in quarta limitatione, ff.de iurisdictio. omnium iudicum. & reassumit Decius in cap. primo, in 15. colum. versiculo, circa primum. extra de iudi. & Iason in l.lecta in 7. colum. ff. si certum petatur. Sed tamen aduertendum est quòd ille text. non videtur probare illud ad quod doc. allegant: quia ibi actio de dolo quæ generalis est, datur in quacunq; materia, vbi alia actio non competit, l.prima, §. non fuit. versi. ait prætor, ff.de dolo, l.2. C.eodem titulo. non datur propter pactũ tanquã ex causa speciali, sed ex regula generali posita in d. l.j. in prin. ff. de dolo. videlicet quòd vbicunque aliquis ex dolo alterius dãnum sentit, & non competit sibi alia actio, datur hæc de dolo. & sic non fit differentia nec consideratio pacti: neque illa fuit mens Iurisconsulti velle in illo text. limitare totam materiam pactorum, prout docto. dicunt. Cogita, & interim à communi non recedas. Glo. in versi. iure ciuili, diuiditur in duas partes; secunda ibi, non autem. ex qua duæ conclusiones colli-
48 guntur.† Prima est quãdo in stipulatione est certũ, oritur certi condictio specialis ex stipulatu. cum hac opinione transeũt hic omnes: & hæc tenet Bart. post glos. quam communiter alij sequuntur in l.certi cõdictio. in principio, ff.si cert. pe. moti principaliter per text. suprà de verb. obli. quem allegat hic glo. & tenet Iason suprà num. 21. Tamen ista opinio. videtur dubia ex eo quia materia stipulationis regulariter non est productiua actionis, sed potius alterius obligationis obligatiua, l.quinta §. conuentionales, ff. de verborum obligationibus. cùm igitur non habeat præexistentem materiam, dicendum est quòd ex ea non nascatur specialis actio, l. iuris gentium, in princip. ff.de pactis. & text. suprà de verborum obligationibus, in prin. non loquitur de certi condictione speciali, sed de generali, quæ datur ex quocunque contractu ex quo certum petitur: quia verba simpliciter prolata generaliter intelligi debent, capitulo, quòd circa. de priuileg. l. prima, §. generaliter. de leg. præstan. facit pro hoc gloss. in capitulo secundo, in verbo, literarum. de iudic. libro sexto, quæ exponit text. de literis generalibus, non specialibus. Non obstat si dicatur quòd verba in dubio capi debent in specie, non in genere. vt no. Bar. in l.hoc legatum, ff.de leg. 3. & Soci. in l.1. in 2. lec. in princ. ff.de vulg. & pup. quia respondetur esse verum, nisi ex tali interpretatione inferatur præiudicium: quia tunc debent intelligi potius in genere. ita dicit Alexan. in l.gallus, §.si eius. in j. col. ff. de lib. & posth. sed quod pluribus actionibus quis conueniri possit, illud est odium: vt patet in §. sic itaque. in versi. planè. & ibi no. gl. infrà eodem. ergo hoc fieri nõ debet, nam sufficit quòd pro mutuo detur certi condictio generalis, & in eo semper est certum: & non quòd etiam competat specialis: super quo tñ cogitabitis. Nam Bar. in l.certi condictio. in prin. ff.si cer. pet. dicit, ꝙ pro mutuo competit certi condictio specialis. & idẽ dicit tenere gl. Instit. quib. mo. re cõtrah. obligatio, in princ. in verb. certi condictio. Dicit tamen ibidẽ, quosdam tenere vnam esse certi condictionem. Secundò col-
49 lige ex ista glos. quòd † stipulatio est de iure ciuili: de quo in l.ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & in hoc istam glos. sequitur Decius in c. j. in 3. colum. de proba. Tamen aduertendum est diligenter: quia hoc non videtur generaliter verum: vt patet in l.5. §. prætoriæ: vbi probat tex. secundum Alex. Ias. & alios ibi, ꝙ stipulationes communes non sunt ciuiles magis quàm prætoriæ: & aliæ de quibus ibi, sunt merè prætoriæ. Et ideò illa regula non generaliter est vera: restringẽda igitur est ad iudiciales stipulationes & cõuentionales pro parte quę sunt meræ introductæ à iure ciuili: super quo non est insistendum.

SVMMARIA §.
ACTIONES.

1 *Qualiter intelligatur quòd filius & pater, hæres & defunctus, dominus & seruus, vir & vxor reputentur eadem persona & nu. 3.4.5.6.7.8.9. cum tribus seq.*

Filius emancipatus patri ingratus reuertitur in potestatem patris.

Filius illegitimus non potest legitimari, nisi concurrat consensus patris.

Filius legitimatus de facto transit in potestatem patris, & fit eadem persona.

2 *Pater vel dominus tenetur ex peculio concesso filio vel seruo quatenus, est peculium, & non in plus ratio assignatur, & num. 13.*

4 *Hæres qui adit hæreditatem damnosam, & non facit inuentarium, eo ipso obligatur, & debet de suo soluere.*

De iure canonico hæres tenetur ad interesse pro delicto defuncti.

Statutum disponens quòd instrumẽtum mittatur executioni contra debitorem in eo descriptum, poterit exequi contra hæredem eius, licèt non sit nominatus.

Statutum quòd debitor possit capi & incarcerari, habet locum contra hæredem.

5 *Dictio quodammodo, denotat improprietatem.*

Licet defunctus de calumnia iurauerit, eius hæres iurare tenetur. & ratio redditur. & numero. 6.

Hæres non succedit in officio defuncti, cuius industria est electa.

Si maritus petat vsuras sibi debitas ex dote, & post maximam moram mortuus, est hæres eius non potest huiusmodi vsuras petere.

7 *Qui promittit soluere illud, in quo apparebit patrem suum esse debitorem, non tenetur, si de tali debito contra hæredem constiterit: subdit rationem.*

Conditio dandi alicui non potest adimpleri in suo hærede, intelligendo vt hic.

8 *Filius & pater censentur eadem persona & eadem caro, vt infra eodem nume. & qualiter intelligatur. numero. 9. & 10.*

Sicut filio debet relinqui legitima iure institutionis, eodem modo & parentibus.

Stante statuto quòd nullus possit esse de ancianis, nisi habeat mille in bonis, si filiusfa. nihil habet, sed pater eius habet mille, filius censetur habere mille, & poterit esse de ancianis.

Sicut error in nomine proprio vitiat, ita in nomine filij.

Melior amicus dicitur pater.

Licèt

Licèt filius plus accipiat de matre quàm de patre respectu carnis: tamen filius & mater non dicuntur eadem caro, sicut de patre & filio dicitur.

Quando torquetur filius, pater dicitur torqueri.

9 *Verbum, Ferè fictionem indicat.*

Quare filius dicitur eadem persona cum patre, et non cum matre.

De iure gen. patria potestas non consideratur.

Pater filio obligatur naturaliter: quia naturalis obligatio est de iure gentium.

In foro conscientiæ pater & filius eadem persona non censentur.

10 *Pater destinatus executor in testamento ad distribuenda bona inter pauperes, non poterit tanquam executor distribuere in filium: & quæ sit ratio.*

12 *Vir & vxor reputantur eadem persona & vna caro, & qualiter intelligatur, infra eo. nu. & sequen.*

Vxor dicitur socia viri.

Affines non dicuntur neque propinqui neque proximi.

Pater habet maiorem affectionem ad filios quàm ad vxorem.

Vxores gaudent de morte maritorum.

13 *Vir pro vxore regulariter non obligatur, nec econuerso: idē de alijs personis de quibus suprà.*

Quando pater vel dominus non est factus locupletior ex delicto vel quasi, filij, vel serui peculium non confiscatur, sed applicatur domino vel seruo: ampliando, & limitando, vt hic.

14 *Quot sunt species peculij.*

Peculium castrense quid sit.

Donatio facta filiofa. militi à coniuncto, sumitur facta contemplatione militiæ.

Qualiter intelligatur regula quòd donatio facta à coniuncto, in dubio præsumitur contemplatione sanguinis facta.

15 *Quotuplex est peculium quasi castrense.*

Quid sit peculium quasi castrense.

16 *Quid sit peculium profectitium.*

Nomen parentis, non ius patriæ potestatis causat peculium profectitium.

Quæ vtilitas resultat in cognoscendo an peculium sit profectitium vel aduentitium.

In seruo non cadit peculium aduentitium.

17 *Peculium aduentitium quid sit.*

Filius testari non potest de peculio aduentitio, & ratio datur.

Vsusfructus peculij aduentitij in quibus casibus non acquiratur patri.

18 *Quæ sit natura dictionis, Autem.*

An actio de peculio sit realis vel personalis.

19 *Dictio, Aduersus, quid significet.*

20 *Dictio, Veluti, qualiter hic exponatur.*

21 *Quando dicatur pater vel dominus factus locupletior, quoad vt conueniri possit &c.*

22 *An dispositio istius tex. habeat locum in monacho.*

Monachus & seruus in quibus casibus æquiparentur. vide remissiuè.

An & quando monachus possit habere peculium.

Monachus & seruus æquiparantur in omnibus casibus qui considerari possunt redundare in vtilitatem monasterij.

23 *Actio de peculio, in rem verso, institoria, quod iussu, & aliæ de quibus hic, non sunt propria nomina actionum sed adiectiones.*

24 *An valeat statutum, quòd pater pro filio teneatur.*

ACTIONES AVTEM. Præsup-
ponenda sunt in primis ad euidentiam
istius §. quædam substantialia aliter, &
plenius quàm doctores dixerint, uide-
licèt quòd licet hæres & defunctus re-
putentur eadem persona: vt in authen.
1 de iureiuran. in prin. † Et filius & pater,
& dominus & seruus censeantur eadem
persona, l. fin. C. de impub. & alijs substi. & §. ei qui. In-
sti. de inuti. stip. & eodem modo uir & uxor. cap. gaudemus.
de diuor. & cap. lex diuinæ 33. quæst. 2. tamen respectu obli-
gationis diuerso iure cēsentur. Nā licèt hæres ratione supradi
cta teneatur ad omnes obligationes defuncti, ꝙ ultra alios, in
frà declarabimus. ut toto tit. C. de hær. act. & l. vnica. C. ut a-
ctio. ab hære. & cōtra hære. pater tamen pro filio, & dominus
pro seruo, vir pro vxore, nec ecōtra ex obligationibus per eos
cōtractis non tenentur: vt in rubrica C. ne fil. pro pa. & in l.
dominū. C. quod cū eo. & in rubrica. C. ne vxor pro marito. Et
ratio prædictorū redditur hic per Ias. quia illud quòd hæres
repræsentet eandē personā cum defuncto, prouenit ex facto
suo, & ideò tenet: quod secus est in patre & domino respectu
filij uel serui, cū inuiti cogātur fictione iuris repræsentare ean-
dem personā. Tamen ista ratio nō mihi satisfacit: quia si ratio
Iaso. esset uera, sequeretur ꝙ quando filius ex facto suo est ea-
dem persona cū patre, ꝙ pater teneretur de facto conra rubri
cā & per totū. C. ne fil. pro pat. Exemplum clarum est ꝙ filius
emancipatus patri ingratus reuertitur in potestatē patris l. j.
C. de ingra. li. & per cōsequens facto suo fit eadē persona cū
patre: ergo deberet pater obligari: quod est ridiculum dicere.
itē in filio legitimato qui nō potest legitimari, nisi concurrat
cōsensus suus, & sic factū, l. bonæ fidei, ff. de acqui. re. do. §. igi
tur. in authen. quib. mo. natu. effi. sui. tñ de facto legitimatus
trāsit in potestatē patris & fit eadē persona: & tñ adhuc mili
2 tat rubric. C. ne fil. pro pat. Vltimò sequeretur, † vnū, si ista ra-
tio esset uera, ꝙ si non ex uoluntate sua hæres adiret hæredi-
tatē, sed ex necessitate, ꝙ non esset obligatus, cū nō ueniat ex
facto suo: vt in §. & quantū, in auth. quib. mo. na. effi. sui: & tñ
nemini dubium est, quòd tenetur ex contractibus defuncti.
Ad idem bene facit: quia hæreditas adiacens potest cōtinuā-
do possessionem defuncti usucapere: ut in l. ceptam & l. nun-
quā, §. vacuū ff. de vsucap. & tamē illa vsucapio prodest hære
di sicut prodesset defuncto ea ratione, quia censetur eadē per
sona: vt formaliter dicit Dy. in regula, sine possessione. in 2.
opp. col. 2. de reg. iu. li. 6. & tamē illud non prouenit ex facto
hæredis. Præterea cui dubiū est, ꝙ vxor & maritus cēsentur ea
dē persona facto & voluntate eorū? nā si in matrimonium nō
consensissent, nō resultaret ille effectus identitatis: & tñ alter
ex contractu alterius nō tenetur: vt toto tit. C. ne vxor pro ma
rito. Alia igitur mihi videtur ratio, quam infrà subiiciā in pri
ma regula. Et istud quod dictum est, procedit, nisi pater vel
dominus concedant tacitè uel expressè peculium filio uel ser
uo: ut in illo prohibito negotientur: nam istò casu ex quo ui-
dentur de uoluntate eorum respectu cōcessionis factæ tacitè
contraxisse, tenetur siue scienter siue ignoranter quatenus est
peculium, & non in plus, l. si quis seruum, §. si. ff. de pecu. & de
clarat Bar. in l. j. ff. eo. & potest pater idem peculium pro libi-
to reuocare: ut ibi dicit Bar. Sed si potest, quare obligatur in-
3 uitus? ut dicitur in l. si quis seruum. Cogita. † Sed ut habeatur
ex supradictis clara & uera resolutio quæ uobis deseruiet in
omni materia, faciatis quatuor regulas. Prima est quòd hæ-
res & defunctus censeantur eadem persona: quam regulā po
nit per d. authen. de iureiur. in princ. Specu. in titu. de feu. §. 2.
uersiculo 27. idem in titu. de loca. §. 2. uersicu. decimooctauo.
& in titul. de iu. calum. §. 2. uersi. sed nunquid. Et hoc intelligi
tur in his quæ fecit defunctus in uita: secus autem in his quæ
non fecit: ut est glo. nota. secundum Bald. ibi, in l. si seruus fu
gitiuus. in uersic. extitisset. de condi. fur. tenet Alexan. in l. in
executione, §. ex parte, de uerb. obliga. & Dyn. in cap. raptum.
colum. pen. de reg. iur. lib. 6. secunda intelligitur pro ea par-
te qua est institutus. glo. fin. in l. 1. ff. de prætor. stipul. & sequi-
tur Ias. in l. j. in prima col. nu. 5. ff. de acqui. hære. & in l. si quis
filium, §. j. in j. colum. num. 3. eodem titulo, & in l. frater à
fratre, in 2. & 3. ff. de condi. inde. l. cum à matre. ubi Bal. C.

de rei uend. Et ex hoc infertur ratio, quare eadem persona reputetur, & propterea obligetur. Nam ratio est, quia apud eũ res defuncti reperiuntur, in quibus administrandis fingitur esse idẽ: secus autem quando ad illũ nulla res defuncti perueniret: nam tunc cessaret illa repræsentatio, quamuis facto suo adiret hæreditatem: vt ex d. glo. colligitur, quemadmodum cessante patria potestate filius & pater eadem persona non censetur: vt infrà in secunda regula dicam, & propterea aditione hæreditatis confunditur inter eos debitum ante institutionem contractũ inter eos, l. creditori. C. de pact. tradit Bart. in rubrica de aquiren. hæred. quia propter hæreditatem eadem persona censentur: & est inconueniens quòd vnus & idẽ sit ibi obligatus, l. cum filio. de leg. j. sed vbi hæreditas cessaret, puta quòd hæres eam vendidit, tunc cessat illa repræsentatio eiusdem personæ & debitum, quòd remanente hæreditate penes hæredẽ aditione confusum erat, reuiuiscit ea vendita: vt est casus not. in l. ij. §. fi. ff. de hære. vel ac. ven. vel si nihil ad manus hæredis ex bonis defuncti noscitur peruenisse, debitum non confunditur: cum non reputentur eo casu pro eadem persona. & ista mihi uidetur ratio firmior, non illa quam hic assignat Ias. quam suprà reprobauimus. uis ergo tota repræsentationis & identitatis defuncti & hæredis eius consistit in bonis: quibus demptis tota fictionis colligatio soluitur: ar. tex. in c. quæ in ipsis, xxxviij. dist. & tex. in c. dicat. i. fi. xxxij. quæst. iiij. quia si re priueris, neque nomen habere mereris, ca-
4 pit. cor episcopi. ubi est glos. fin. lxviij. distinc. † Tamen aduerte ulterius: quia ratio Ias. posset uno casu saluari: uidelicet dũ hæres adiret hæreditatem damnosam, & non fecisset inuentarium: quia eo ipso obligatur & debet hæres de suo soluere: ut in l. fi. in prin. C. de iure delib. Tamen potest ad hoc respondere: quia licet hæres tali casu teneatur, illud non fit propter repræsentationem eiusdem personæ, quæ non nisi ex acquisitione bonorum defuncti causatur: ut suprà dictum est: sed hoc prouenit ex sua imperitia, quæ uoluit se huic discrimini & pœnæ legali leuiter subijcere: arg. tex. in l. imperatores, ff. de iure fisci. & ideò uiam quam ipse elegit, ipsa sibi patet, l. si mulier, ff. ad Velleia. tũc enim clarum est quòd facto suo obligatur: tamen non fit eadem persona cum defuncto. Et ideò malè dicit Iason in hoc, & isto casu lucri & uitij defuncti successor dicitur, l. an uitium & l. cùm hæres, ff. de diuer. & tempo. præscriptio. & ideò ista ratione hæres etiam de iure canonico tenetur ad interesse pro delicto defuncti: ut notanter dicit Bal. in l. j. col. fi. uersi. iij. autẽ casu. C. ne ex delic. defunc. & in l. furti actione. C. de fur. quod signabis. Et dicit singulariter Pau. de Castr. in l. postulante. in princip. per illum text. ad Trebel. & ibi latè Alexan. quòd si statutũ disponat quòd instrumentum mittatur executioni contra debitorẽ in eo descriptum, poterit fieri executio contra eius hæredem: licèt non sit nominatus: quæ executio non fieret, nisi ad eum deuenirent bona defuncti: quod est singulariter menti tenendum secundum Ias. in l. si cui legetur, §. fin. in tertio notabili, ff. de leg. j. & in l. Iulianus, in fine, pric. ff. de verb. oblig. & idem Ias. valde commendat & alijs notabilibus decisionibus hanc ornat regulam in l. diuortio. §. interdum in tertio notabili, ff. solu. matr. Imò fortiùs vult Bart. & Alex. in d. l. postulante. quod si statutum dicit, quòd debitor capi possit & carcerari, habet locum contra hæredem. quod dictum pro notabili sequitur idem Alex. in consi. xxviij. attentis narratis. in penul. colum. in v. volu. de quo vide omnino Ias. in l. si decesserit. in ij. colum. & ibi Alex. ff. qui satisda. cog. Barb. in rubrica de test. in iij. colum. in c. fin. de arbi. Ang. in §. fuerat. in ij. col. infrà isto titulo. & per Perusin. in cap. ex ratione. in xxvj. colum. de appella. versicu. ij. Adde limitando, vt ibi per eum, & per Alex. qui hoc aliter limitat in d. l. postulante. col. fi. & quo ad hoc vt hæres teneatur & fieri possit executio contra illum requiritur citatio, excussio, & alia de quibus per Decium in c. quia. in ij. & iij. colum. de iudi. vide tamen Roma. qui videtur tenere contra Bart. in consi. cxx. sed quia nihil adducit, non infero: tamen cõtra istã decisionem facio vnum fundamentum: nam clarum est quòd hæres & defunctus reputantur eadem persona fictè, vt statim dicam: sed in statuto pœnali fictio non admittitur: sed debet intelligi in casu vero, prout dicit Bart. in l. j. per illum text. ff. de fonte. tamen dici potest quòd hoc contingit, quãdo bona reperirentur penes hæredem, & malitia seu dolo distulit soluere: secus si in veritate non haberet bona. & in hoc teneo cõtra Alex. & sequaces in suprà dictis locis, qui contrariũ tenent si nõ fecit inuentarium. & pro prima opin. facit tex. in l. libertus §. Lucius, ff. de ali. & ciba. lega. inducendo, vt in notabili casu tradit Felin. in cap. ad audientiam. el. ij. in iij. colum. versicu. v. cõclusio. de rescrip. & ante eũ Roma. in cõsi. cccxxxviij.
5 incipien. † omnipotentis cum similibus: vt dixi. Et regula supradicta quòd hæres sit eadem persona cum defuncto procedit largo modo, & impropriè, sicut loquitur d. authent. de iureiuran. in prin. ibi quodammodo eadem persona &c. quod quidem verbum denotat improprietatẽ, l. iiij. §. Cato. ibi Bar. in vj. oppo. ff. de verbo. obligatio. & ibi Are. dicit ad hoc esse ibi text. meliorem de iure: propriè tamen & verè alia est persona defuncti, alia hæredis: vt dicit Iason in l. si ita quis promiserit, §. ea. lege. in xij. col. nu. xlvij. de verb. oblig. & prius Dynus in c. ratum. fol. vltimo de regu. iu. li. vj. sicut alia est anima vnius, & alia alterius, vt notabiliter declarat Soci. in consilio lx. incipien. in præsenti. in penul. colum. in primo volu. & ideò licet defunctus de calumnia iurauerit, eius hæres iurare tenetur: quia in istis eadem persona non reputatur. & ita in quibuscunque rebus facti: secus in his quæ sunt iuris. ita latè concludit Maria. Socin. in c. fi. in x. col. de iu. cal. vbi allegat plura & inter alia allegat. Dominic. in c. secundo. in fi. & ibi Philippus Francus de confess. lib. vj. & idem est in quolibet alio iuramento defuncti: quia non transit ad eius hęredem. capitulo veritatis. de iureiuran. & tradit Corneus in consi. secundo, incipien. circa primum. in iij. col. in tertio vol. Et ideò hæres nõ succedit in officio defuncti cuius industria est electa: vt dicit idem Corneus in consi. ccxliiij. incipien. circa primum. in penulti. col. eo. lib. Et de iuramento idẽ tenet Georgius Natta doctor aliàs solennis in repe. capit. quamuis. in xxij. col. extrà de pact. lib. vj. imò fortius vult Ias. in l. si non sortem. §. si centum. in ij. col. numero viij. quòd istud est verum, etiam si aliquis esset hæres & filius: quia adhuc iuramentum patris non
6 obligaret illum: vt ibi latè probat. † Istud tamen de iuramento procedit, nisi agatur indirectè contra hæredem implorato officio iudicis ecclesiastici, vt hæres satisfaciat exonerando animam defuncti iurantis: ita est notabilis limitatio Abb. in cap. cum sit. in viij. col. & ibi Felin. in vj. col. dicit esse notandum extrà, de fo. competen. & idem tenet Abb. in c. si. per illum text. de sepul. & licet contrarium teneat Andre. Sicul. in d. c. cum sit. & latius istud impugnet Philip. Francus in c. fi. in tertio notabili, de fo compe. li. vj. quem omnino vide. Tamen communis op. est pro Abb. quam vltra omnes reperio quòd tenet Roma. dum allegat c. fi. de sepul. consi. ccj. pro decisione. in ij. col. & Alexan. consil. xcix. videtur prima facie. in penul. col. in quarto volu. & ratione istius mouentur: quia hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti. d. c. fi. cum pluribus concor. quæ scribit Decius in consi. lxix. aliàs cclxxij. inci. viso processu. nu. vj. in secunda parte. & ideò notabiliter dicit Socin. in consi. iiij. col. j. versic. præterea. & plenius in cõsi. xxxviij. col. ij. versi. firmatur. in tertio volu. quòd licet iuramentum non transeat ad successores respectu periurij. d. cap. veritatis: virtus tamen & vinculum iuramenti bene transit: vt ibi per eum: quæ omnia tanquam noua nota. & adde pro isto dicto Soc. Ias. in l. frater à fratre. in penulti. colum. in lectu. de condict. indebi. & alibi sæpe Felin. negari tamen per hoc non potest quòd in materia stricta & propria, ut diuersæ personæ reputentur: ita in pulchro casu tradit Franciscus Cremen. in notabilibus suis notabili v. incip. si maritus &c. vbi vult quòd si maritus petit usuras sibi debitas ex dote, & post maximam moram mortuus est: quòd eius hæres licet eadem persona reputetur, petere non poterit. alleg. doctri. Bar. quam dicit non esse alibi in l. vir vsuras. ff. de dona. inter vi. & uxo. cũ similibus: ut scribit Ias. in §. fuerat. in v. col. nu. xx. infrà eo. ti. & ultra ipsum notabiliter declarat Soci. in consi. ccxciij. præ-
7 sens cõsulatio. in j. col. ij. uolu. † proinde ille qui promittit soluere illud in quo apparebit patrẽ suum esse debitorẽ, nõ tenetur, si de tali debito contra hæredem cõstiterit: vt probatur in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uer. obl. quem text. Ias. ibi in prin. post. Alex. Areti. & alios dicit esse singularem, & non esse alibi. & subdit ꝙ si illum tex. non haberemus, quilibet diceret contra

contrarium: & notat ad hoc idem Ias. ibidem in primo nota bili. & in seq. col. & idem Ias. valde commendat in l. petens. in 3.col.nu. 11. C. de pact. & ibi hoc not. Lancelo. Deci. in j. col. & dicit notandum pro mercatoribus Florentinis subtilis doctor Petra sancta in singularibus suis, notabili 27. inci. libero arbitrio. & huius dicti ratio videtur: quia conditio dandi alicui non potest adimpleri in suo hærede. le. prætor. ff. de colla. bono. l. cum ita datur. de condi. & demon. quod procedit in conditione potestatiua. & ita procedit. d. §. Augerius. secus autem in conditione casuali: nam tunc bene impletur in persona hæredis. ita notabiliter declarat Ias. dictum §. Angerius. in l. epistola. §. si inter debitorem. per illum tex. ff. de pac. faciunt ea quæ Moder. tradunt post Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in j. co. ff. de lib. & posth. & ita possunt declarari prædicta iura. quæ omnia adde ad ea quæ latissimè congerit Decius in l. hæredem. ff. de re. iu. & hęc sufficiant, quò ad primã regulam.

8 † Secunda regula est, quòd filius & pater censentur eadem persona. vulg. l. fi. C. de impu. & alijs substitu. adde his quæ latè dico in l. sciendum. §. legari. ff. de legatio. quæ est singularis per quem text. dicit And. Sicu. in repe. l. cùm acutissimi. in 21. co. C. de fideicom. quod sicut filio debet relinqui legitima iure institutionis: nec sufficit alio quocunque relicti titulo, quando intelligitur præteritus: ut in §. aliud quoq; capitulum in Auth. ut cum. de appel. cog. eodem modo & eodem iure patentibus relinqui debet: cum eadem persona cẽsentur, & ibi plura similia ad istam regulam adducit quæ per te uide. & idem latius tradit in consi. 73. incip. magnanimus. in j. col. in 4 uo. & non solum dicuntur pater & filius eadem persona, sed reputantur una & eadem caro: ut est tex. notabilis in cap. contradicimus. §. authoritate. 35. q. 3. quod tenet glo. in c. super eo. il. 2. de testibus, cum concor. ut per Soci. in consil. 31. incip. prosequendo. in 4. col. uer. unde quamuis pater &c. in j. uol. & ideò extimum patris extimum filij dicitur. gl. notabilis. in l. 2. C. qui æta. lib. 10. ita per plura concludit idem Andr. Sicu. in consi. 10. sapienter. in 3. col. in. ij. uol. & ibi refert Alb. in trac. statu. dicere quòd adeò ista regula procedit quòd dictante statuto quòd nullus possit esse de Ancianis nisi habeat mille in bonis, si filiusfa. nihil habet. sed pater eius habet mille, censetur filius habere mille, & poterit esse de Ancianis, cũ alijs ut ibi per eum, & per eundem in consi. 56. scribitur præclarè. in pe. col. ij. uol. & reassumit Feli. tacito auctore in c. j. in ij. col. de magist. uer. nota ex eisdem uerbis. & in c. fin. de offic. deleg. & in c. ij. de præsum. & ratio prædictorum uidetur, licet ipsi non dicant. quia in filium ratione suitatis dicitur dominium continuari: vt in §. sui autem. insti. de hære. quæ ab intesta. Areti. notabiliter declarat in §. sui autem. instit. de hære. qualita. & dif. Moder. in l. in suis. de libe. & posthu. & hinc est quòd stante statuto quòd de qualibet acquisitione soluatur gabella, si filius per mortem patris succedit in bonis, non debet soluere, sicut pater non solueret: ratio est, quia filius non dicitur acquirere, sed continuare idem dominium: secus autem in extraneo hærede. ita notabiliter dicit Baldus, & Angel. in l. prima, per illum text. C. de imponen. luc. descrip. lib. decimo. & hinc est, quod dicimus, quòd decus vel honor filij reputatur patris, & econtra, vt est text. quem ibi not. glo. in ver. occasionem. in Authen. constitutio quæ de digni. in princ. versic. generaliter. & per istam regulam. d. l. fin. dicit notabiliter Alexan. in l. si quis in fundi vocabulo. in princip. ff. de leg. j. quòd licet error in nomine proprio alterius non vitiet legatum, vitiat tamen si sit error in nomine proprio ipsius disponentis: quod idem erit in filio cui testator aliquid legat: nam sicut error in nomine proprio ipsius vitiat: ita & eius filij qui reputatur eadem persona: vt per Ias. in l. filius. C. de pac. vbi. in princ. istã regulam aliter ornat. Et ideò dicit Bald. in l. cum in adoptiuis in 2. col. ver. ibi cùm enim. C. de adop. quòd pater & filius cẽsentur copulati iure diuino. & ideò melior amicus dicitur pater, quàm quilibet alius, vt dicit Bald. in c. per tuas. de proba. & reassumit eleganter Tho. Ferra. in cautela 35. in 2. colum. & prius Ias. in l. pactum. col. fi. C. de colla. Et ideò de alio plus cõfidere non debet quàm de patre. l. quidam cum filium. ff. de hę re. insti. tradit Ias. in l. j. col. fi. C. de colla. & per istam regulam in pulchro casu consuluit Alex. in consi. 48. incip. visis & ponderatis. in prima & secunda col. lib. primo. & Corneus in consil. j. inci. in hac. in prima col. lib. primo. Et licet filius plus accipiat de matre quàm de patre respectu carnis, secundum medicos, eo quia secundum Galenum, sperma hominis est velut fides ad ceram instrumentum ad materiam: vt tradit Maria. Soci. in consi. j. in 2. col. in j. volu. & magistraliter per Paul. de Castr. quem omnino vide in consi. 144. inci. in præsenti causa in 3. col. in 2. volu. vbi latius loquitur: tamen filius & mater nõ dicitur eadem caro, sicut de patre dictum est, quia censentur vnum corpus & duæ animæ: vt per pulchra verba scribit Soc. in consi. 252. inci. visis instrumentis. in 11. col. in 2. vol. & in cõsil. 84. accuratissimè & eleganter in ij. col. in 3. volu. & ideo quando torquetur filius pater dicitur torqueri: vt dicit text. in §. noxa. Authẽ. infrà de noxa. & in l. isti quidem. ff. quod met. cau. & scripsi latè in l. tutor. §. quæ tutoribus. post Bald. ff. de excu. tuto. cum multis similibus, quæ posui in d. l. isti quidem. quæ breuitatis causa omittam.

9 † Ista tamen quæ dicta sunt procedunt secundum fictionem, vt dicit do. Abb. in ca. consuluit. de iure patro. vt probat tex. in d. l. fin. in ver. ferè intelligũtur. quod verbum fictionem indicat: vt notat Bart. in l. si is qui per emptore. in 12. columna. ff. de vsucapionib. l. quoniam. vbi Bald. ff. de his qui notatur infa. cum sim. vt per Decium in regula, qui actionem. in ij. col. ff. de reg. iur. Verè tamen duæ personæ sunt: vt in notabili casu declarat Alexan. in consi. 204. incip. consideratis verbis. in j. col. versi. & quod filius. in ij. volu. & Hipp. de Marsil. in tract. de fideiusso. q. 41. & hoc inductũ est propter patriam potestatem, qua cessante cessat illa fictio: vt dicit glo. in l. ij. C. qui ętate. lib. x. vt tradit not. Ias. in l. quod dicitur, in xij. colum. num. 40. ff. de verbo. oblig. & ista est ratio quare mater eadem persona non fingitur, cùm in ea cesset potestas: vt ibi dicit Ias. hinc est quod de iure gentium, de quo patria potestas non consideratur. l. nam & ciuium, de his, qui sunt sui. pater & filius pro duabus personis reputãtur: & ideo pater filio obligatur naturaliter: quia naturalis obligatio est de iure gent. l. cùm amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. vt declarat Ias. in repe. l. frater à fratre. in princ. ff. de condi. indebi. Et hoc est quod voluit dicere Maria. Soci. in repe. c. ad audientiam. in xxj. col. ver. simile & adduco. de homi. vbi dicit quod ista regula procedit quo ad acquisitionem quæ est de iure ciuili: non tamen quo ad omnia, nisi quæ sunt in iure. Et ideo in foro conscientiæ vbi de veritate agitur, pater & filius eadem persona non censentur: nec procedit d. l. isti quidem. nam illa iura procedunt in temporalibus, vt dicit not. Barb. in c. in præsentia. numero. 81. de proba. & ibi subijcit exemplum Caroli magni de quo aliàs suprà memini me dixisse: quod etiam ponit Ias. in repet. l. si is qui pro emptore. in j. col. ff. de vsucap. & alibi sæpe doc. vt dixi in l. vxori. ff. ad l. Cor. de fal.

10 † Item prædicta regula procedit quando pater est priuata persona. secus vero si publica: nam tunc pater, prout est publica persona, non censetur eadem persona cum filio: ita singulariter istam regulam limitat Barb. in consi. xx. incipi. illud afferam. in 7. col. in ij. vol. vbi in pulchro casu consuluit. Et de hoc pulchrum exemplum ponit Aulus Gellius in noctibus atticis, lib. de patre & filio consule: & ideo ibi concludit post Bald. in d. l. tutor. §. quæ tutoribus. quod pater destinatus executor in testamento, ad distribuenda bona inter pauperes, nõ poterit tanquam executor distribuere in filium pauperẽ: quia facit tanquam publica persona.

Sed aduerte quòd ista decisio Bald. facit potius quòd censeantur eadem persona quàm econtra. patet: quia eadem ratione qua quis in filium distribuere non potest illa bona, eadem ratione ille executor in seipsum non poterit distribuere vt dicit idem Bald. in l. si is. C. de fur. alleg. text. in l. si mandauero. §. si tibi. ff. manda. quem ad hoc idem ponderant Nouiss. rep. in l. cum filio. in 3. col. ff. de leg. j. & ibi Ias. latè exornat. in 4. nota. & Roma. in consi. 228. in 4. col. cum si. Et illud dictũ Bald. in d. §. quę tutoribus etiam dubium videtur per ea quæ notat Abb. in c. j. de coha. cle. & mulie. sed quia non est materia nostra, ideo subsisto.

11 † Tertia regula, dominus & seruus reputantur eadem persona & eadem vox. §. post mortem. & §. ei vero. suprà de inutil. stip. & l. si seruus. ibi acsi domini sua voce. & ibi not. glo. ff. de dã. infec. & ponitur regula in l. si mihi. §. regulã. de leg. j. Ista tamen regula quo ad ea quæ sunt iuris intelligitur cum in his seruus

seruus inhabilis reputetur.l.quod attinet,ff. de regu.iur.secus verò quo ad ea quæ sunt facti:ita dicit Ias. in l.apud Iulianum §.si quis alicui.in primo notabili,de legat.primo. & prius latè declarat Areti.in d.§.ei vero. & reassumit idem Iason latè declarando in l. quod dicitur. per totum & maximè in 12.colum.ff. de verborum obligationib.

12 † Quarta regula,quòd vxor & vir reputantur eadem persona & vna caro: vt habetur Genes. 2.& 3.capit.& in c.hæc imago. 33.quæstione quinta. & ideo dicit textus in l. aduersus.C. de cri.expil.hære.quòd vxor dicitur socia viri tam diuinæ, quàm humanæ domus. quem tex.ad hoc no.Præpo. in capitulo secundo,in 6.notabili de sponsa.& ante ipsum Specul. in titulo de feud. §. quoniam.versic. 20.& idem Præpo.in c. primo, in 3.notabili, de coniug. lepro.& in c.Martinus,in primo notabili, de cog.spiri. tenet Bald. in l.si cum dotem.§. si maritus. ad fi.ff.sol.matri.cum concord.vt per Iason.in l.j. C. vnde vir, & vxor.in princ. facit bonus text. in l.j.ff. rerum amota. cum concord.vt per Corneum in consil.5.in hac consultatione.in prin.primo libro.Hoc tamen etiam secundum fictioné procedit quo ad procreationé& alia bona matrimonij:secus quo ad alia: vt declarat Maria.Socin.in repe.c.ad audientiam, in 7. q. principali.in 21.col.versic.sed hoc communiter. de homicidi.Realiter tamen alia est persona viri, alia vxoris, & ió diuersimode iudicantur.l.vxori. vbi dixi.ff.ad l. Corn. de fal. hinc est quod propriè affines non dicuntur,neque propinqui vt tenet plenè Barb.in repe.l.cùm acutissimi,in 22. colum. C. de fideicom.alleg. tex.in l.j.C.vnde vir.& vxor.vbi ad hoc no. Ias.post alios in primo notabili.in 2.colum.Item neque proximi dicuntur. l.cum alienam. & ibi Alexan.in primo notabili. C.de leg. coniuncti tamen dicuntur propter matrimonium: animo tamen magis coniuncti iudicatur,quàm pater & filius cùm maior sit affectio filiorum quàm vxoris iure naturali;per supradicta:.& ideò dicit glo. in l.pater Seuerinam, §. socrus. ff.de condi. & demon.quòd vxores gaudent de morte maritorum:quam gl.ad hoc in pulchro casu alleg. Alexand. in l.j. in 12.col.ff.de vulga. & pupil.& Bald.Nouel.in tract. dotis in

13 secunda parte,in fi. † Patet igitur ex prædictis omnibus casibus quòd illa idétitas personæ & carnis quæ in prædictis personis consideratur, secundum fictionem procedit: & ideo é quod regulariter vnus pro alio non obligatur: vt toto titulo, C.ne fil.pro pat. & C. ne vxor pro ma.cum sim. suprà allegatis,excepto hærede qui obligatur pro defuncto ratione, de qua suprà dixi,& hic per Ias. In secundo verò & tertio capite ita demum obligatur pater pro filio, & dominus pro seruo, quando dederunt illis alicuius rei administrationem per superius dicta:tunc enim de peculio tenentur,vt hic est text. deducto tamen prius quod patri vel domino debetur. §. cú autem.infrà,quod cum eo.l.sed si damnum.ff.de pecul. de reliquo postea tenentur. Istud tamen intelligitur ciuiliter, criminaliter autem non obligantur: quod tamen intellige secundú quod distinguit Bart. in l.quoties.la.2.ff. de nox. quod tamen procedit, nisi ex hoc pater vel dominus sit locupletior. alle. l. 3.§.ex furtiua. ff. de pecul. & latè extendit Ias.vbi omnia quę hic dicit, reassumit in l.quod dicitur. & in l. cum fundum. §. seruum tuum.in princ. ff. si cert.peta. & in le.cum filius. ff. de verb.oblig.& qualiter isto casu dicatur pater, vel dominus factus locupletior, dicam infrà in primo notabili post Ias.Sic ergo cessante hoc quod non fit locupletior ex delicto filij vel serui, peculium non confiscatur, sed patri applicatur,nec pater, vel dominus tenentur,vt est casus notabilis in l. 1. C. de bon. proscr. per quem tex.notabilem cautelam ponit Barth.Vero. ad differendum mortem alicuius in tract.suo cautel.prima in quarta parte,de quo etiam latius meminit Ias.in l.seruus vni. in princip.ff. de leg.1.cum simi.vt scripsi in d.l.1. Et quod dictum est de maleficio,idem dicendum videtur in quasi maleficio,de quo pater vel dominus de peculio non tenentur.l.1. §. si filiusfa.ff.de his qui deie.vel effu.& l.3.§.fin.per locum à speciali.ff.de pecu. & ratio specialitatis colligi potest ad illum tex.ex l.quoties & l.fi.§.item rescripserunt.ff. ad municipa. & l. 1.C.de mu.& hono. Et hoc non solum procedit in peculio castrensi,de quo est maior ratio.& loquitur.d.l.1.cum in eo, pater nullum ius habeat,sed neque etiam in aduentitio priuatur pater illo peculio propter delictum filii, sed patri vel dño applicantur.l.filius.vbi etiam est casus singularis.C.de bono. proscrip.& est tex.singularis,vbi dixi in l.3.§.vtrum. ff. de mino.quos casus valde commendat Alexan.in l.si finita.§. si de uectigalibus,in 15.col.ff.de dam.infec.quod tamen procedit nisi sit crimen læsæ maiestatis: ut declarat ibi Alex. ubi prius posuit omnia nota.digna in ista materia peculii, quæ scripsit Ias. hic, & ideo non transcribam,sed solum insistam, ubi du-

14 bitari continget. †Secundo principaliter pro introductione totius materiæ peculii præmittendum est, quod quatuor sunt species peculii,Castrensis,quasi Castréfis profectitii, & aduétitii. Peculium castrense dicitur,quod filiusfa. miles in castris acquisiuit,non aliàs acquisiturus,l.si fortè.& l. si castrense. ff. de cast.pec. & hoc in tantum procedit quod donatio facta tali filio à coniuncto,præsumetur facta contemplatione militiæ tex.not.in l.hæreditatem.in princi.ff.de ca.pec.Non obst.text. in l.tutor.§.quæ à tutoribus.ff.de excu.tuto. vbi donatio facta à coniuncto, in dubio præsumitur contemplatione sanguinis. & habetur in c.requisisti.de testa.quia potest dici quòd illa iura procedunt, quádo interesset donatio,quod illa potius præscriptio capiatur quàm alia: aliàs secus,vt d.l.hæreditaté.aliæ solutiones ad d.§.quæ à tutoribus, colligi possunt ex not. per Alex. & Ias. qui circa illam legem pugnant in l. si donatione, C.de colla.in 3.col. interim tantum considera,si ista tibi placet.Poteris etiam respondere vltra alios quòd d.§.quæ à tutoribus, fallit fauore militiæ,argum.tex.singularis in l.licet. C. de pact.iuncta.l.fin.& l.1.eod.tit.& l.fin.C.ad Macedo.

15 † Secunda species peculii est quasi castrensis, & triplex dicitur secundum Iaso.in l.cum antiquis.in primo notabili,per illum tex.C.de inoffic. testam. nam quasi castrense est, quod quis percipit de publico ratione alicuius officii publici: hoc primum.Item quod percipit ratione publici exercitii.hoc secundum.Tertium aliud quod quærunt aduocati à clientulis: de quibus tribus speciebus habes per glo.magnam in l. cùm oportet.in princ.C.de bo.quæ libe.& per omnes scriben.in d. l.cùm antiquis. adde tu quartam speciem vltra ipsum & alios ibi, videlicet quod acquiritur per filiumfa. ex donatione sibi facta ab Imperatore,vel rege,seu quocunque principe non recognoscente superiorem,vel uxoribus eorum:quia illud quasi castrense reputatur. casum habes notabilem in l. cùm multa.C.de bon.quæ libe.quem tex.ad hoc citat singularem idem Ias.in Auth. ex testamento.in 5.col.C.de coll. ubi per hoc infert quòd talis donatio tanquam peculium quasi castrense nó conferretur.l.j.§.nec castrense.ff.de colla.l.filiæ.C.eo. titu. & de eo filiusfa.testari potest.l.pen.& fin. C.qui testam.fa.pos.& licèt Dec.ibi dicat quòd ille tex.in d.l.cum multa.loquitur in extraneo filiofam.quo casu clarum est quod conferre non tenetur:tamen quod loquitur etiam in filio proprio, tenet Cor. in l.3.C.de testam.mili.Alexan.in l.pen.in addi.ad Bart.C. de do.inter uir.& uxor.Feli.in c.cùm non liceat.in 4.col.extra de præscrip.& tenet idem Ias.in l.frater à fratre.in lect. column. antepen.de condi. indebi.& ibi alle.Oldra.consi. 231. quæ licèt in d. Auth. ex testamento, corruptè allegauerit, ibi emendauit quæ prius fuerunt Feli.in d.c.cum non liceat.& hanc ét opi.tenet Io.Crotus de Monteferrato in repet.d.l.frater à fratre. in princip.& Lancelot. Decius.in d. Auth. ex testamento. circa fi.& sentit Iason.infrà eod.§.nostro.num. 25. & hoc ex illo tex.suadetur qui generaliter loquitur:& ideò de suo & extraneo intelligi debet,argum. tex.in l.j.§. quod autem. ff. de aleato.maximè cum ille tex.loquatur in casu fauorabili respectu Imperatoris,ergo ampliari debet:vt ibi uidetur tex.innuere in uerbo, Incrementum. non debet igitur recipere restrictionem de habilitate: arg.text.notabilis in l.si quis in graui, §.utrum.ff.ad Silleia. Et ultra prædicta de dicto text.in l. cum multa exclamat Alexand.in le.qui in potestate. in apostill. ad Bart.ff.de testam.& in l.j.§.quod autem.colum.fin.ff.ad Treb. quæ omnia tene menti ultra alios pro d.l.cum multa. quia licèt singu.sit iste intellectus ad eam rationem de qua per supradictos doct.opi.tamen Decij in d.Authen. ex testamento, quæ prius fuit quorundam Moder. quòd ille text. non loquatur in filio proprio Imperatoris,sed in extraneo, multum applaudet literæ, & ita illum intellectum uidetur sentire Paul. de Monte Pico in repe. l.Titia.47.colum.de leg.2.& Albertus Brunus in consi.45. inc.causa castri & loci.in 4.col.ubi apertè tenet

tenet quòd d.l.cùm multa.loquatur in filio extraneo. & ibi alleg.aliqua:& ideò ille intellectus redditur dubius: finaliter tamen ratio illius tex.multum stringit siue intelligamus in extraneo siue suo: nam ex quo est quasi castrense illud donatum à principe non debet conferri.& sic facit ad propositum nostrum.

16 † Tertia species principalis peculij est profectitium, quod procedit immediatè ex substantia patris, siue alterius cuiuslibet, dum tamen sit donatum filio contemplatione patris, nomine tamen patris expresso.l. sed si plures.§.in arrogato.de vulg. & pup.& declarat ita Bar. in l.filiofami.ff.de condi. & demon.Ias. & alij in l.cum aliquis in prin.C.de iure delib. & potest esse ratio, quia nomen parentis nō ius patriæ potestatis causat peculium profectitium: ita dicit tex.in l.profectitia.§.pe.ff.de iu.dot.de quo latè dixi in l.j.post alios. ff.sol.mat. & dixi, à substantia patris immediatè, secundum quod declarat Bart.in l.cum oportet.in j.col.C.de bon. quæ lib.vbi vult quòd si occasionaliter acquiratur, non dicatur profectitium: quia non immediatè prouenit: licèt illam doctri.Bartol. quæ communiter ibi probatur, latè impugnet Andr. Sicul. in consil.40. inci.illum.in 2.volu. per totum. & dixi acquisita: quia de bonis acquirendis habitum nō dicitur profectitium? vt est casus no.in l.profectitia.§.si pater il.j.ff.de iur. dot.quē ibi valde commendat Bald.no.in trac.dotium, & tradunt nouissi.in repet.l.legatum.la.j.in 11. & 13.col.ff.de leg.j. Et ista est maxima vtilitas in cognoscendo an peculium sit aduentitium vel profectitium: nam primum non confertur, vt in l.fi. C.de coll.secundum sic. Et sunt etiam aduertenda illa verba, contemplatione patris, nomine tamen patris expresso, ad differentiam serui: nam si seruo aliquid donatur, vel hæres instituatur, in dubio censetur contemplatione domini: licet nomen domini non exprimatur: quod secus est in filio, per supra dicta.& per tex.in l.fi.& ibi no.Bar.C.de vsufr.& ratio manifesta est, quia quis seruus esse non potest, quin sit in potestate domini: & per consequens in eo non cadit peculium aduentitium: quod secus est in filio, & hoc quando datur à tertio: quando verò peculium immediatè ex bonis patris vel domini peruenit, hic nō est difficultas: & de isto loquitur.§.noster.

17 † Quarta species peculij videtur esse aduentitium.quod filius sua industria vel fortuna acquisiuit.§.j.insti. per quas personas no.acqui. cum sim. & in isto peculio filius habet proprietatem, & patri quæritur vsusfructus.l.cum oportet. C. de bo. quæ liber. & in d.§.j.fallit in pluribus casibus, vt ibi ponunt glo.& de isto peculio filio testari non permittitur, nisi esset donatum à principe: in terminis.l.cum multa, vt tenetur communiter in §. præter hos. suprà quibus non est permis.fa.testam. Aduertendum tamen est quòd ita demum in isto peculio vsusfructus acquiritur patri, si consentiat secundum formam.l. fi. C.de bo.quæ libe.aliàs nihil acquiritur patri in illo casu, & decem alijs quos enumerat glo.in Authent.idem iuris.C.de bo. quæ libe.sed tunc & eo casu filius integra persona censetur, & potest esse in iudicio sine consensu patris.d.l. fin.§. necessitatem.& ibi dixi, & tradunt doc.communiter.in l.j. C.qui admit. Sed iuxta hoc est pulchrū dubium, cur igitur si in isto peculio integram personam habet, & nihil acquiritur patri, de eo filius testari non potest, sicut de castrensi vel quasi: ponit Iaso.in l.pe.qui testa.fa.pos.& in l.fi.C.de inoffi.testa.& communis resolutio est ista, quia in castrensi vel quasi habetur pro patre famil.l.2.ad Macedo.ff.ratio est fauor reipublicæ: nam milites armis, & administrantes patrocinio suo rempublicam defendunt.l.aduocati.C.de aduo.di.iudi.sed hæc ratio cessat in aduētitio peculio ꝙ ad priuatam vtilitatem pertinet & priuatim acquiritur: & ideò sit diuersum ius.

18 † In tex.ibi Autem.hæc dictio autem, aduersatiua est de sua propria natura in iure & in facto.l.hoc amplius. vbi gloss. & Bar.ff.de dam.infec.per quem tex.ita tenet Bar.in l.transigere in 2.col.num.6.C.de transac. cum sim.vt ibi per Moder. & tenet Socin.in consi.278.incip.in q.vertente.in pe.columna.in 2. volum.Corn.in consi.44.incip.videtur.in pen.colum.in 3.volum.& idem Bar.in l.j.§.vsufructuarius, ff.de ope.nou.nuntia. & in l.qui vsumfructum.ff.de verbo.obliga. Et ex hoc potest inferri quòd ista actio de peculio realis sit propter aduersatiuam Autem, quæ aduersatur præcedentibus, quod tenuit Ias. in §.omnium.super glo.iuris.supra.eo.Nec obst. quòd hic Imperator voluit de personalibus prætoriis tractare: quia dico quod hoc non impedit quominus tractatus procedat: licet inter eas ponatur aliqua realis, prout idem Imperator fecit in §.Sed istæ.vsque ad §.in personam.suprà eo.nam in §.sed istæ. incepit tractatum realium prætoriarum: vsque ad §. in personam.& tamen inter illas reales immiscuit aliquas personales vt patet in §.item si quis in fraudem.supra.& in §.præiudicia les.infra.vbi inter prætorias ponit vnam ciuilem & ideo non est inconueniens quòd ita hic fiat sicut & in §.æquè.supra eo. volens ponere exempla confessoriæ, intellexerit exemplū negatoriæ. Nec ob.quæ adducit Bar.in l.j.ff.de pec.& Aret.hic post Fabrum: quia potest responderi ꝙ licèt hæc actio de peculio aliquas personales præstationes contineat, de quib.possunt intelligi iura allegata per eos: tamen de sui natura realis sit: quia sequitur rem: vt dicitur de petitione hæreditatis, quæ tamen est & realis: vt per plura Ias.post Alex.firmat in rub. ff. si cert.pet.& dico latius infra in §.quædam.licet aliquas personalis præstationes habeat, vt dicit text.in l.hæred.C.de peti. hære. Tamen his non obst. teneatis communem, quam optimè firmaui, in d.§.omnium.contra Ias. qui videtur ibi transire sub dubio quod sit realis: & hic tenuit esse personalem. & hoc ē verius.pro quo ibi adduxi iura clara q̄ videas. & habes text.supra in §.proxi. vbi Imperator dicit actiones in personā esse tres, inter quas enumerat istam: & hoc expresse tenet Ias. in repe.l. frater a fratre. num.26.ff.de condi indebit.quamuis Bart.ibi teneat quòd sit in rem scripta.Non obst.hic tex.in illa aduersatiua Autem: quia respondeo ꝙ licèt dictio Autem, aduersetur in iure etiam in facto respectu exercitij, in quo verè actio de peculio ab alijs non differt: non tamen aduersatur in natura & in specie a præcedentibus docto.est Bart. in lege mariti.§.fi.§.de adult.vbi ponit exemplum: vt si dicatur, scholares legunt: Petrus autem currit: certum est quod illa aduersatiua respectu exercitij aduersatur præcedentibus, non autē respectu speciei: nam illa aduersatiua infert Petrum esse scholarē. Ita in casu nostro, licèt actio de peculio aduersatur præcedentibus respectu exercitij: tamen est eiusdem speciei scilicet personalis prætoria, super quo tamen cogitabis.

19 † In text.ibi aduersus, no.quòd istud verbum vsitatum est. in materia indubitabili, & idem significat quod contra: vt dicit glo.in cle.j.in versi.aduersus.& ibi no.Card.de resti. in integ.hinc aduersarius dicitur qui in lite mecum se opposuit, ut no.Abb.per illum tex.& ibi latiùs reassumunt Moder. in c. j. in princ.extra de iudi.& tex. in l.cum aliquis in princip.C.de iur. deliber.hæc tamen dictio inclusiuè hic ponitur, & simile in §.j.supra de obli.quæ ex quasi contractu.& in §.fi.supra de vsucapio.

20 † In text.veluti patrimonium &c. hæc dictio hic similitudinariam fictionem significat, & exponitur, pro Tanquàm: vt ex tex.in l.certi condictio.§.si nummos. & ibi glo. in ver. velut tuos: quam not.ibi Areti.Socin.& Ias. in notabilib. ff.si cert.pet. ad idem bonus tex.in l.si ego.§. dotis. ff. de iur. dot.quem in notabili quæstione alleg.Decius in Anthentic. si quis in aliquo.in 4.de edendo post Modern. ibi: alibi tamen exemplificatiuè ponitur: vt in §.in personam, supra eod.& ibi dixi: aliquando tamen significat puram veritatem: in c.si proponente.de rescrip.& in l.quoties C.de iur.dot.& in ca.constituit.17.quæstione 4.

21 † Nota primo ex isto text. secundum Ias.hic quod dicitur hic in summario videlicet quod ex contractu filij uel serui tenetur pater uel dominus de iure prætorio quatenus est in peculio: in casibus tamen non tenetur, nisi inquantum sint facti locupletiores, de quibus per gloss. in l. cum ancilla. in ver.locupletius.C.quod cum eo.quam hic nota.Ias. Et quando dicantur pater vel dominus facti locupletiores quo ad hoc vt conueniri possint in casibus enumeratis per gl.in d.l.cum ancilla, nullus Scribentium hic neq; ibi declarat: & ideò quia passus valde vtilis est, dicas quod locupletior dicitur quis factus, si pauperior factus non sit: hoc dicit, glo.in uer.locupletior.in §.pe.supra qui.alie.non licet: allegat tex.qui ad literam hoc dicit, in l. in pupillo.ff.de solut. quē ad hoc idem alleg.Alexan.in l.si ipsa. in apostil. ad Bart. ff.quod met.cau.& glo.in l.indebiti, ff.de condi.indebi.& per hoc videtur confundi dictum Bald.in l.fi.C.de usucap.pro emp.ubi uult quod ille dicitur locupletior, quādo cōstat, ꝙ utilitas apud ipsum permanet: alleg.l.sed an ultro.§.fi.ff.de neg.gest.& idem

idem tenet Ange.in l. verum. ff.de peti. hære.immo plus vult idem Ange.in consi. 160.incip. pro decisione.in fi. quòd quo ad hoc vt quis locupletior dicatur, non sufficiat probare quē fructus in suam vtilitatem conuertisse,nisi permaneat vtilitas, cum posset quis expendisse lautius & copiosius viuendo,quo casu non dicitur locupletior. & ideò dicit Felin.plura remissiuè allegando in c.de quarta.in decima colum.versic. secunda restrictio de præscript.quòd in dubio quis locupletior nō præsumitur,nisi probetur: & ibi alleg.illud consilium Angel. & reassumit latius Iason.qui hanc eandem opinio.tenet. in le. Nesennius. §. fundum. in prima colum.ff. de re iudic. Et hæc mihi videtur rationabilior opi. quicquid dicat glo. in d.§.pe. Sed difficultas est respondere ad l.in pupillo per eam allega. ad quam non respondet aliquis prædictorum doctorum. sed tu dicas,quòd ille tex. intelligitur quòd quis locupletior dicitur qui non est factus pauperior scilicet soluendo & faciendo id ad quod tenetur:nam si postquam soluit non remanet in damno, dicitur locupletior:ita illum tex.intelligit Bart.in l.j. §. impuberes.ff.commo.quem refert & sequitur Decius. in l. ex pœnalibus. circa.fi.ff.de reg.iur. Et vltra prædicta quis dicatur locupletior, vide Bartol.in l.rei iudicatæ.ff.solut. matrimo.& in l.ij.ff.de fideiuss.

22 † Circa quæstionem quam hic ponit Ias.vtrum iste tex. habeat locum in monachis: quia hoc totum dependet ab illa regula, nunquid monachus æquiparetur seruo vel filio: quæ est quodammodo brocardica materia, & indigeret longa ruminatione: ideò dicatis breuiter quòd magis communis opinio est quòd seruo æquiparentur:vt latè traditur ordinariè per docto.in l.j. ff. de vulg. & pup. & in l.j. C.qui admitt. & in l.j. §. per seruum qui in fuga.ff.de acquirenda. poss. & per Moder. in l.seruus. C.de pact.& per eundem Ias.in l. cum proponas. in 9.& 10. column.C.de hære.instituend. & casus omnes, in quibus monachus & seruus æquiparentur,enumerat Marcus Antonius Bauerij in repet. l.cùm filio.in char.fin. num. 79.de leg.j.vbi latissimè videre poteris. Tamen quantum attinet ad propositum,non videtur vera decisio Fabri,neque Ias. aliquo pacto ꝙ dispositio istius text.habeat locum in monacho : nullibi cauetur quòd in isto casu monachus & seruus æquiparentur: immo longè differunt,ex eo quia clarum est quod peculium ꝙ conceditur seruo à domino,dicitur quasi patrimoniū ipsius serui.vt hic dicit text.ista ratio non concurrit in monacho qui proprium verè neque fictè habere potest,quinimo neque ipse Abbas,cum sit contra substantiam monachatus.cap. super quodam.de sta.mona.capit. nolo. & capit.non dicatis. 12. quæstione prima. & habetur in Authen.ingressi. C. de sacrosan.eccle.facit pro ista parte quæ adducit Calde.in titu. de regula.consi.j. & hoc ratione suadetur:quia quamuis seruus proprium habere non possit, est tamen in habitu habendi : nam à domino potest manumitti vel permissione habilitari : sed hoc in monacho non procedit,qui postquam proprio renuntiauit per professionem,non potest cùm eo dispēsari per abbatem:vt dicit tex.in c.cum ad monasteriū.de sta.mo.Neque etiam uidetur uerum dictum Bal.in l.interpositas.C.de transact.hic alleg.per Ias.quia manifestè colligitur ratio diuersa:quia dominus non obligatur seruo illa ratione:quia ex pacto nudo non producitur actio:secus uero in abbate respectu monachi: quia causa,cùm sit religiosus,subijcitur dispositioni c.j.de pactis,qua generaliter de iure canonico actio datur ex pacto nudo. His tamen non obstan. verior & communis videtur opi. Bald. Io. Fab. & Ias. videlicet, quòd monacho concedi potest peculium, & quod dispositio istius tex.habeat locum : quā imprimis ultra adducta per eos,firmat Bal. in l. j.in 7. q.C.de his quæ pœnæ no.& Abb.in c. ij. per illum text.de sta.mo.& in c.cùm ad monasterium.in fin. in princip. versi.nunc quæro:eod. tit. & in consi. 87.incip. omnipotentis Dei. in ij.colum.lib. j. ver.præterea hoc medio. vbi aperte cōcludit quòd monachus de licentia abbatis habere peculium potest: neque per hoc dicitur habere proprium: quia cum habeat sciente & patiente abbate, & ad nutum eius, & vtilitatē monasterij,non propterea facit contra votum : nam idem videtur in seruo qui habet peculium ex permissionem domini, per hoc tamen dicitur habere proprietatem seu dominium. l. quam tuberonis.ff.de pecul. & ita ibi tenet Ioan. And. & alij. & per hoc videtur tex.in c.insinuante.qui clé.vel vouen. secundum quod ibi declarant.Abb.& Moder.& pro ista parte facit quam in simili dicit Car.in consil. 17.incip. circa primum. & Cald.in titulo de regula.consil.ij.& 3. & hoc expresse firmat Feli.in c.cum M.Ferrarienses.in 14.columnn ver.eadem reassumit,&c.de consti. & hoc pro expedito tenet Aretin. in l.cùm fundus. §.seruum.circa fin.ff.si cert.pet.& ibi Iason. & alij. & hoc maximè procedit de iure antiquo de quo non erat prohibitum quòd monachus haberet proprium.vt dicit glo. per illum textum in l.si quis presbyter C. de episc.& cle. & licèt in contrarium videatur facere vnum quod dicit Felin.in c.ex rescripto.in princip.de iureiur.& in c.causam.de iud.& c.ex parte. de accusati.tamen ex prædictis potest colligi resolutio. & quia negari non potest ꝙ monachus & seruus æquiparentur in omnibus casibus,qui considerari possint redundare in vtilitatem monasterij: vt tradunt late Moder.in c. in præsentia. de proba. Felin. in c.parochianus. de sen.excom.cum multis simili.quæ congerit Iaso. & Alex.in l.cum fundus. §. seruum tuum. ff.si cer.pet. & latiùs idem Ias.in l.cum proponas.in 9. & 10. col. C.de hære.insti.& per Alexā.in l.j.§. item acquirimus. & §. per seruum.ff.de acquiren.poss.& in l.j.col. 9. ff.de vulg.& pup.per Moder.in l.filius.C.de pac.cum alijs concor. vt per Marcum Ant.Bauerii.in d.l.cum filio.

23 † Glo. prima, collige vnum ex ista glo.quod actiones de peculio,in rem verso,q̄d iussu,institoria & aliæ de quibus hic,nō sunt propria nomina actionum,sed adiectiones: & hæc est cōmunis opi.per glo.quas hic Ias.alleg.post Ang. & idem tenet Ias.per eadem iura.in §.omnium.in 10.col.nu.57. suprà eo. & ita in specie in hac actione tenet Alex.in l.j.in prin. nume. 3.ff. de verb.obl.& effectus est maximus vt hic dicit Areti.& Iaso. & dixi vobis aliàs superius:exponunt etiam Modern. Perusini in d.l.j.& dixi post glo.in ver. actio.suprà in princi.istius tituli:& ideo ad ibi dicta me remitto : sed vltra ibi dicta videtur dicendum contra Ias.hic & sequaces,quòd illa vtilitas sine effectu resultat ex hoc an sint istæ actiones de per se, an verò adiectiones sint multum utiles: vt dicit hic Aretin. & vt dixi suprà,& ad dictum Bar.quem hic alle.Ias.in l.j. ff. de pecul. respondetur.quòd illa doctri.non est vera,& confunditur ex dictis eiusdem Bar.in d.l.j.in 4.colum.ver.item quæro an actio quæ competat &c. vbi concludit Bar.quòd actio quæ competit contra filium & contra patrem est vna & eadem, rationib. de quibus ibi per eum:neque,vt ipse dicit,differt,nisi respectu condemnationis : quia filius condemnatur insolidum , pater verò non. sic igitur erit vel stricti iuris vel bonæ fidei,secundū ꝙ actio quæ datur contra filium, fuerit: nam ponamus filium in peculio fecisse contractum emptionis,clarum est eum teneri ex empto quæ est actio bonæ fidei,ratione cuius contractus potest conueniri pater actione de peculio: quæ quāuis sit adiectio,tamen est eadem actio cum illa quæ competit contra filium,vt dicit Bart.si igitur vna & eadem est,ergo erit bonæ fidei sicut illa:& si illa filij erit stricti iuris,eodem modo & ista. Suadetur hoc, quia omnes fatentur istud nomen de peculio esse adiectionem,& sic qualitas quædam sed qualitas neq; cognosci nec separari potest à subiecto,sed iudicatur talis qualis est subiectum,l.quæritur.ff.de sta.ho.Bald.in l.ij.in j.co. C.de bo. poss.secundum tab. l.eis.circa fi.ff.si cert.peta. facit bene text. in §.proximus. Insti.de legi.ag.succe.& l.in dilectis. §. si extraneus.ff.de noxa.nam per qualitatem intelligitur substantia rei : vt dicit Bald.in l.libere.in j.colum. C.de ope.liber. a qua, vt dictū ē, separari non pōt, vt aliter inducetur q̄ dispositio cui adijcitur.facit l.ij.ff.de usufr.tenet Bar. in l.j. eod. tit. Præterea quia si istę sunt adictiones actionum,ergo debet regulari secundum naturam quibus adijciuntur:ut in tex.in proposito nostro notabilis. in l. j.§.bellissime.ff.ut legat.no.cap. ubi stipulatio addita contractui bonæ fidei, efficitur bonæ fidei:quod tenet Ias.in l.si quis cum aliter.in 5.colum.ff.de uerb.obl.& in l.cum mota.in 3.col.C.de transact.post Bart. in l.uideamus.§.actionem,in fi.ff.de usur.et reassumit idem Iaso. in l.certi condictio in princ.colum.9.ff. si cert. pet. Neq; obstat, quod ibi Alexan.dicit:quia illud procedit in actionibus consistentibus de per se, & facientibus speciem separatā ut est certi condictio:sed in casu nostro istæ adiectiones non sunt actiones,neque sunt separatæ,cum una et eadem sit actio ; vt supra est di-

est dictum: et ideò &c. & uidetur tex. de hoc quod ista adiectio de peculio sequatur dispositionem principalem in l. pen. ff. quando actio de peculio sit anna. Glo. magna satis ex dictis euidentialibus quo ad materiam nostri tex. extitit declarata: alia verò quæ de institore & exercitore cum alijs dicuntur, plenius discutiuntur infrà quòd cum eo, per totum, vbi est propria materia ad quam communiter doct. hic se remittunt, excepto Ias. qui sub glomeratione quadam dictorum, quærit detinere gl. Postremò circa illam q. quam in calce hu
24 ius §. ponit Are. & Ias. satis impertinenter, † an valet statutũ quod pater pro filio teneatur, breuiter omissis ambagibus dicas communem opin. esse, quod valet, quo ad pœnam pecuniariam. secus quo ad corporalem. Est bene verum ꝙ maxima est difficultas super hoc & amplæ disputationes propter varietatem opi. quas aliàs pro vtraque parte disputaui publicè anno præterito si recordamini, in concursu collegæ mei quæ omnia scripsi in repe. mea. c. erit autem lex. 4. dist. Sed pro nũc teneatis communem: pro qua vltra adducta hic per doct. videatis And. Sicul. & alios Modernos in c. secundo de constitu. & ibi Decius in 1. col. in j. & ij. lectu. super hoc disputat & ibi dixi & latè per Felin. in capit. ius generale. in pen. col. prima distinct. vbi plura congerit. & vltra ipsum latius congerunt, Modern. in apostil. ad Dy. in cap. non debet, de reg. iu. lib. sexto. vbi ferè omnes scribentes in iure citantur: vide etiam per Modernio. in l. de quibus. ff. de legib. & in l. si filius. ff. de verborum obligationi. per Pet. de Rauen. in suo Alpha. iuris, in verbo statutum. in j. col. & Rocus de Curte in tract. de consue. siue repe. c. fi. in 72. col. & Barb. in rubrica. de fideiuss. colum. penul. & fi. & in c. constitutus. col. fin. eodem titu. dum allegat gloss. in c. cum homo. 23. quæst. 5. & per Ias in §. quædam. in 6. colum. nu. 38. infrà eodem & in l. non impossibile. in prin. ff. de pact. & post omnes latissime disputat Hypp. de Marsi. in l. infans. in 2. col. circa medium cum seq. ff. ad l. Cor. de Sica. & quasi per totam illam legem: & per eundem in singulari suo. 224. incip. filius non tenetur. &c. in nouiter impressis. Et hoc notabiliter limitatur per eundem in l. de vno quoque. in 36. col. in fin. ff. de re iud. vbi plura allegat. Et aliam limitationẽ ponit Bald. in l. si qua pœna, ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. quam commendat Iason in l. j. colum. fin. ff. de in lit. iu. & ad prædicta uide Bald. in consi. 257. quæritur vtrum filio. &c. in 3 uol. & Corneum consi. 117. licèt in hac. per totum, in 4. uolu. & consi. 143. incip. licet in 2. colum. uersic. & propterea. in 2. lib. & in consi. j. colum 7. uersicu. pro quo. in 4. libr. ubi ponit aliquas limitationes & istam quæst. alibi sæpe posuit Felin. & Barba. quos breuitatis causa taceo, satis est quod ex prædictis poteris usque ad stomachum plura notanda, & arguta excerpere, & longius papyrum implere, & per ista sit finis in præsenti §.

SVMMARIA §. ITEM SI QVIS POSTVLANTE.

1 *Quæ differentia est inter iuramentum, iusiurandum, & sacramentum.*

Iuramentum est genus comprehendens omnem speciem iuramenti.

Sacramentum dicitur quando tangitur res sacra: sed hodie ex consuetudine Italorum sufficit tangere quemlibet librum.

Iusiurandum dicitur quod iure fit, hoc est secundum terminos iuris.

2 *Dictio quis, regulariter masculum & fœminam comprehendit.*

An & quando masculinum comprehendat fœmininum.

Verbum, postulare pro petitione extraiudiciali capitur.

Quomodo differunt postulare, & petere, & quid sit petere & quid postulare.

Bona diffinitio debet conuerti cum suo diffinito.

4 *Iuramentum decisiuum habet vim plenæ probationis.*

Iuramentum non dicitur propriè probatio, sed releuamen ab onere probandi.

Verbum, quasi, denotat fictionem.

Dictio, alius, non semper denotat similitudinem: dat exempla.

5 *Multi sunt effectus iuramenti, quos vide hic, & remissiuè, & num. 6. cum quatuor seq.*

Iuramentum habet vim litis contest. declarando vt hic, & hoc procedit in iuramento iudiciali, quod defertur à reo actori.

Licèt in obligationibus facti quis præcise ad factum compelli non possit, sed dando interesse liberetur: Tamen si apponitur iuramentum super tali obligatione, facit, vt quis præcise ad factum teneatur.

Iuramentum interpositum super aliquo contractu sortitur omnes qualitates & conditiones & naturam contractus, super quo interponitur intelligendo de natura primordiali, non autem accidentali.

Iuramentum & sententia æquiparantur.

Condemnatus ad factum per sententiam præcisè compellitur ad illud adimplendum, neque soluendo interesse liberatur.

An iuramentum tollat exceptionem deductionis ne egeat.

8 *Si interponitur iuramentum super emphyteusim emphyteuta non soluens canonem in primo anno statim est priuatus ipso iure, & non expectatur biennium, neque triennium.*

9 *Iuramentum habet vim expressi.*

10 *Si venditor iurauit defendere emptorem in casu euictionis, & sciat postea litem motam, non requiritur quòd fiat ei denuntiatio: quæ alias requiritur.*

Quando aliquis iurauit aliquid facere, eo ipso quod instat in terminis faciendi iuramentum interpellat.

11 *Ex iuramento datur actio, intellige de iuramento litis decisorio.*

12 *Iuramentum præstitum per actorem aduersario suo non deferente, quid operatur. & nu. 16.*

Testes debent produci à parte & si vltro se offerant, & proferant testimonium etiam verum, nihil valet, neque pro parte neque contra partem. & num. 14.

13 *Confessio extraiudicialis & in absentia partis an & quando valeat.*

Iuramentum facit valere actum meliori modo quo potest

15 *Valet testimonium testis corrupti contra eius corrumpentem, si producatur contra eum, licet contra alium non valeat.*

17 *Confessio debet acceptari cum omnibus qualitatib. suis, nec potest pro parte scindi.*

Producens instrumentum licèt protestetur quòd illud producit in illis tantùm partibus quæ faciunt pro se, & non aliter, tamen tenetur contra se recipere partes, quæ pro aduersario faciunt limitando, vt hic remissiuè.

18 *An dispositio istius text. volens actionem dari quando iuratum est, procedat quando iuramentum est remissum, & numero 19.*

Aliud est tale, aliud est haberi pro tali.

Ex diuersis non fit illatio.

Iuramentum est stricti iuris.

Quare iuramentum producat actionem.

Priuilegia non recipiunt extensionem de vna re ad aliam.

19 *Qualiter intelligatur illa regula, quòd vna determinatio respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.*

20 *Quæ actio detur iuranti ex iuramento præstito aduersario deferente, tam contra reum, quàm etiam contra quos-*

quoscunque. & numero vigesimoprimo.

Iuramentum habetur pro veritate, & maiorem vim habet, quàm res iudicata,

Quemadmodum post rem iudicatam quis audiri non debet, ita & post delatum & præstitum iuramentum reus audiri non debet.

Actio datur illi qui iurauit contra eum contra quem iurauit vtilis natiua, & illa quæ competit contra iurantem: casu tamen quo iuramentum faceret pro aduersario, dicitur datiua.

22 *An si postquam iuramentum est delatum, pars quæ detulit, est contenta stare & credere conscientiæ alterius partis & credit possit dari actio & exceptio isto casu, ac si iurasset, & numero 25.*

An verum sit quod inter simplicem loquelam & iuramentum Deus non faciat differentiam & num. 26.

23 *Nunquid valeat promissio partis, siue delatio quòd stetur simplici dicto partis aduersæ. & quid in scriptura priuata. & numero. 24.*

Papa non potest facere quòd stetur simplici dicto vnius.

Potentior est lex quàm partium conuentio.

26 *Licèt pars fuerit contenta stare simplici assertioni petitoris potest iudex inuita parte iuramentum extorquere ex officio.*

Vt tollatur occasio delinquendi statutum non trahitur ad casus futuros.

Licèt quo ad effectum iuramenti sufficiat, quòd quis iuret, quibuscunque verbis non expresso verbo, Iuro, tamen vbi agitur de pœna periurij vel alia incurrenda, nunquam dicitur quis iurasse, nisi expresserit verbum, Iuro.

Officium iudicis datur, vbi actio non competit.

27 *Periurium in terminis istius text. sola diuina vltione punitur.*

De pœnis blasphemantium vide remissiuè.

Pœna periurij multiplex est, & nu. 28. & 29.

Omne periurium tam in causa criminali, quàm ciuili, Deũ habet vltorem, tamen per hoc non excluditur pœna hominis.

Pœna periurij in foro conscientiæ, est illa quæ pro quolibet peccato mortali imponitur, videlicet septem annorum.

Hodie omnes pœnitentiæ sunt arbitrariæ.

28 *Pœna periurij in foro iuris canonici tam clericorum, quàm laicorum est, quòd remoueantur à testimonio, & sunt infames infamia canonica & ciuili: et quæ differentia sit in hoc inter clericos & laicos.*

Clericus pro periurio potest priuari dignitate obtenta, non autem est priuatus ipso iure, nisi fuerit implicitus inter duo periuria: declarando vt hic.

Quo ad legem promotionis plus peccat homicida, quàm periurus.

Qui inducit aliquem ad periurium, plus peccat, quàm si alium occideret.

29 *Quæ sit pœna periurij laicorum in foro ciuili, tam in causa criminali quàm ciuili.*

30 *Quando proceditur per regulam & fallentias, melius distinguuntur & concordantur singula capita.*

31 *Doctori distinguenti cæteris paribus est standum, quia magis propinquat veritati.*

32 *Duplex est iuramentum de quo hic, & quæ sunt illa duo iuramenta, & quomodo differant.*

Iuramentum calumniæ præstatur, per principalem personam, & iuramentum veritatis præstatur per procuratorem in animam Domini, nisi fuerit clericus litigans pro ecclesia, nam tunc de vtroque iurare debet.

Iuramentum de quo loquitur gloss. ista facit cessare præsumptionem doli, & calumniæ, tamen non excusat aduersarium ab expensis, si temerè litigauit: declarando vt hic.

Deferens iuramentum tenetur etiam de calumnia iurare, & si non iurat, si ab eo petatur, redditur processus retro nullus; intelligendo vt hic.

33 *Species iuramenti sunt 51. quas vide remissiuè.*

34 *An l. manifestæ turpitudinis. allegata in gloss. ista sit correcta, & quomodo procedat.*

35 *De iure ciuili ex iuramento iudiciali actio nascitur, quæ vocatur in factum.*

37 *An ille qui iurauit testamentum non reuocare non obstante iuramento possit aliud testamentum facere absque periurio.*

Iuramentum quod potest obseruari sine interitu salutis æternæ, si non obseruetur, obligat ad periurium, ibidem.

In dependentibus ab animo vnius potest dari variatio, secus si in dependentibus à voluntate duorum, quia tunc nõ solùm contraueniens esset periurus, sed actus non valeret ibidem.

Si iuro non reuocare procuratorem, postea reuocatio facta non valet. ibidem.

37 *An si quis iurauit non doctorari, vel ad episcopatum promoueri, valet iuramentum.*

Iuramentum quod potest obseruari, neque est nutritiuum peccati venialis vel mortalis, debet obseruari, ibidem.

§ 1 ITEM SI QVIS Postulante. Ad euidétiam † istius text. præmittendum est, ꝙ licèt iuramentum, iusiurandum, & sacramentum, quo ad materiam istius §. sunt sinonyma, vt no. d. Abb. in rub. de iureiu. differunt tamen aliqualiter inter se: quia iuramentum est, vt genus comprehendens omnem speciem iuramenti. Sacramentum autem dicitur quando tangitur res sacra, vt sonat ethymologia, ita notabiliter colligitur ex doctr. Bar. in Authen. sacramenta. in prin. C. si aduer. ven. & ibi notabiliter declarat Ias. in 3. col. num. 14. volens post antiquos quòd sacramentum debet præstari super libro sacro vel euangelijs. Sed tu dic quòd hodie secundum consuetudinem Italorum sufficit tangere quemlibet librum. ita est glo. de hoc singularis in cle. j. in verb. tacta. de hæret. quam multum commendat Felin. in c. fraternitatis. in 8. colum. de testi. & in ca. tuis. in 3. col. eo. tit. Iusiurandum autem dicitur quod de iure fit, hoc secundum terminos iuris: ita Abb. in d. rub.

2 † In tex. ibi, si quis. istud verbum regulariter masculum & fœminam comprehendit. l. j. ff. de verbo. sign. Ex quo illa regula elicitur, quæ in magno pelago versatur, videlicet, quòd masculinum comprehendit femininum. cap. si quis suadente. vbi Archi. 17. q. 4. vt latissimè tradit Iason, & alij Moder. in l. si quis id quod. per illum text. ff. de iurisd. omn. iud. Hoc tamé secundum materiam subiectam regulatur, vt notáter per plura declarat Decius in regula secúnda, in 10. colũ. cum tribus seq. ff. de reg. iu. Et hoc in tex. nostro manifestè colligitur: quia illud verbum, si quis, fœminam non comprehendit, quia subiecta materia de qua text. noster loquitur, non patitur fœminas in iudicio versari. l. j. §. sexum. ff. de postul. Sed dicas id esse uerum pro alijs: secus autem est in causa propria: quia tali casu bene poterit in iudicio comparere, prout colligitur in d. §. sexum. & etiam pro alijs in casibus: vt in l. j. §. fi. ff. de postul. & tali casu mulier iurare poterit. & textus iste secundum regulam procedit.

3 † In text. ibi postulante. Istud verbum pro petitione extraiudiciali capitur. l. cum postulassem. ff. de dam. infe. propriè tamen in iudicio postulare quis dicitur. l. j. §. postulare. ff. de postu. & clarius probatur, in l. 4. § hoc autem iudicium. ff. de dã. infect. & ita capitur hic Et licet petere in iudicio etiam dicatur: vt in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. differt tamen ab isto

ab isto verbo, Postulare: quia petere dicitur quis propriè, per
litis contesta. d.l. amplius. postulare verò verificatur etiam ꝑ
citationem solam. ita not. Bald. in l.j. in princ. C. de lit. conte.
vbi infert ad quæst. dicit statutum, ꝙ possit peti instrumētum
cassari nisi fuerit petitum insinuari infra semestre. quomodo
intelligatur illud verbum, Petitum, vide ibi per eum, & per eū
dem in authen. habita. col. fi. versi. prædicta. C. ne fi. pro pa. &
in l. fi. §. illud. C. de temp. app. cum simili. vt per Alexand. in l.
si decem. per illum tex. ff. de verb. oblig. Sed tamen aduerten
dum est ꝙ modica videtur differentia inter ista: quia etiam pe
tere dicitur quis propriè per solam interpellationem, d.l. si de
cem cum petiero. per quam ita tenet Soci. in consilio quadra
gesimosecundo, incip. subtiliter. in quarto volu. & Corneus.
in consilio 267. incip. in hac consultatione. colum. penulti. in
4. volumin. & hoc manifestè probatur in d. §. hoc autem iudi-
cium. dum ibi dicitur, ꝙ postulare propriè dicitur pro tribu-
nali petere: quæ diffinitio, vt sit bona, debet conuerti cum suo
diffinito, secundum Bar. in l.j. ff. de testa. & ita petere quis di-
cetur pro tribunali postulare: & sic ibi probatur, ꝙ ista duo
verba confunduntur: & hoc idem probatur in tex. nostro, dū
in princ. vtitur verbo, postulante, & deinde dicit, peteret.
Sed tamen dic breuiter, quòd negari non potest, quin magna
sit differentia secundum ea quæ remissè tradit Alexand. in d.
l. si decem. & hoc secundum materiam subiectam regulatur.
secundum quod declarat ibi Ias. licet aliquando confundan-
tur quo ad propositum. tamen tex. nostri bene differunt: quia
hic ponitur postulatio in hac actione personali quæ fit in iudi
cio, & in hoc vnde differt à petitione, quia petere propriè quis
dicitur quod ad eum pertinet actiōe reali. l. actionum genera
ff. de actio. & obli. & l. actio in personam. eodem tit. quam ad
hoc alleg. Bar. in d.l. sed si. §. item quæri. in 2. lect. ff. de re. eo.
tenet Soci. in l. ait prætor. la ij. §. si petitor. in j. not. ff. de iureiu.
quod est notandum secundum eum ad statutum.

Non obst. ponderatio text. nostri: quia potest dici quòd hic
verbum Peteret, impropriè ponitur. Vel secundò dicas, quòd
illud refertur ad primam actionem intentatam, quæ fortè rea
lis erat, ex qua postea delatum fuit iuramentum, ex quo pro-
ducitur actio personalis, de qua loquitur tex. noster: & ita pro
priè ponetur illud verbum. In text. ibi aduersario, nota quòd
propriè aduersarius dicitur ille qui in iudicio contendit: se-
cus si extra iudicium. l. cum aliquis. C. de iu. delib. tenet Felin.
in cap. cùm super. de offic. deleg. in j. col. & ante ipsum Bald.
hoc tenet in l.j. col. 3. C. qui admit. quod facit ad statutum de
aduersario loquens, quod de tali aduersario intelligi debet:
vt dicit Abb. in ca.j. de iudi. licet interdum largo modo pro
quocunque qui se alteri opponit in iudicio, & extra tale ver-
bum capiatur, vt latiùs dicunt Mod. in d.c.j. vbi videndum ē.

4 † Nota primò ex isto tex. ꝙ secundum Ias. hic post Ang. iura-
mentum decisiuum habet vim plenæ probationis: sed domi
nus Ias. hic dicit ꝙ istud notabile non ꝓbatur hic, sed in l. non
erit. §. dato. cum alijs iuribus allegatis per Ang. ff. de iureiur.
Sed vos dicatis quòd istud notabile optimè hic colligitur: &
errat hic Ias. nam iura alle. hic per eum, & prius per Angel.
quæ secundum eum hoc probat, idem dicunt in effectu quod
tex. noster, ex quibus legibus de verbo ad verbum iste §. sum-
ptus est in illis verbis finalibus, vbi sumitur istud notabile, li-
cet ibi magis latè Iurisconsultus se extendat dando rationem
decisionis: & ideò quemadmodum secundum Ias. ibi optimè
probatur intentio Angeli, ita & in isto text. qui est idem cum
illo, vt dixi. & aduerte pro intelligentia: quia cautè dictum est
iuramentum habere vim probationis, eo quia nō dicitur pro-
priè probatio: quia tex. in d.l. non erit. loquitur per verbum,
Quasi, quod denotat fictionem regulariter. §. sed iste. & §. item
Seruiana. vbi dixi post Ias. suprà eo. & tex. in d.l. sed & si posses
sori. §. fi. quam alleg. hic Ang. & Ias. vtitur verbo, proinde ha
beri, quod etiam improprietatem denotat, l.j. ff. de recepta. &
hoc ratione suadetur: quia per iuramentum potius quis dici-
tur releuari ab onere probandi, quàm probet. l. eū qui in prin
cip. ff. de iureiuran. & ista est communis opinio. vt per plura
attestatur Hyppol. de Marsil. in repet. rubricæ. C. de proba. in
vigesimasexta columna. Ias. tamen tenet contrarium, in §. qua-
drupli. in sexta columna, num. 40. infrà eodem, contra gloss.
ibi alleg. pro hoc tex. quem dicit nunquam se audiuisse ad hoc
ponderari, de quo multum gloriatur, in l. fin. §. licentia. C. de
iure deliberan. Sed tu dic quòd illum tex. prius ad hoc allega
uit Bar. de Bellenzi. in additione ad Abb. in rubrica extrà de
probatio. ad quem respondent ibi Moder. & Hyppol. vbi su-
prà, videlicet, ꝙ ibi iuramentum in supplementum proba-
tionis recipitur, & ideò non dicitur probatio, sed releuatum
ab onere probandi dicta l. eum qui.

Nec obst. verbum, Aliæ, quod denotat similitudinem: quia
ipsi respondent, ꝙ illud non semper est verum vt patet in exē
plo dato per glo. in §. si vero. in verbo, aliud, in Authent. de liti
gio. de illo dicto euangelij, Crucifixus Christus, & alij duo la
trones. & text. optimus in Authen. vt defunct. funera. in princ.
ibi, milites congregare & seruos alios. & ibi no. glo. cum sim.
vt latè scripsi & limitaui in cap.j. de præben. lib. 6. post glo. ibi
in ver. alios. Sed quantum attinet ad propositum nostrū, mi-
hi videtur quòd iuramentum dicatur verè & propriè proba-
tio: quod probo sic. Probatio nihil aliud est quàm rei dubiæ
per argumenta ostensio: vt dicit glo. quæ communiter appro-
batur in rubrica C. de probatio. & est tex. in. l. ij. §. eiusdē quo-
que. versic. quæ argumenta, ff. de testi. cum si. sed ista verba dif
finitionis competunt iuramento decisorio. igitur &c. Nā cla-
rum est, quòd per iuramentum res dubia declaratur, & iudex
potest animum suum informare: vt colligitur ex tex. l. carmen.
§. fin. ibi, argumentis testimonijs, ff. de testi. ergo dicitur pro-
batio: & quòd sit probatio, videtur esse text. in c. ij. de proba.
ibi, cum aliæ probationes &c. ibi ponderat ad hoc illum tex.
Areti. in secundo notabili. ad idem text. & glos. in l. tutor. ff. de
iureiur. tenet Decius in consi. 18. viso puncto. in j. colum. j. lib.
& Pau. de Cast. in consi. 143. viso processu. lib. 2. nisi ad ista iu
ra respondent, quòd loquantur impropriè, quòd non videtur
solidum quamuis illa sit communis opin. Hæc tamen conclu-
sio multis modis limitatur, de quo dicetur in d. §. quadrupli.
super glo. in versic. duplicantur.

5 Hinc sumpta occasione Ias. hic connectit plures effectus iu
ramenti quorum aliquos prosequar addendo, vel limitando
prout occurret. deinde plures alios subijciam vltra ipsum.
Primus igitur effectus est: quia iuramentum habet vim litis
contestationis: quia sicut per negationem rei ad petitionem
actoris inducitur litis contesta. vt no. in l.j. C. de lit. contest. &
in cap. j. eodem titulo. eo. modo & per delationem iuramen-
ti factam per reum actori: nam ista delatio videtur quædam
confessio tacita contentorum in libello ad cuius responsionē
fit lit. contesta. d.c.j. & ita tenet Soci. in l. ait prætor. la. 2. §. si is
ff. de iureiuran. hoc est maximi effectus: quia vbi aliàs actio,
quæ produceretur ex aliquo instrumento, fuisset temporalis,
per appositionem iuramenti efficitur perpetua, quemadmo-
dum per lit. contest. quod multum ibi commendat Soci. post
Areti. & hanc opi. latè probat Goza. Bononien. in repet. l. 2. in
16. colum. C. de pact. inter emp. & ven. cum simi. quæ post ip-
sum latè congerit Hyppol. de Marsil. in singularibus suis nota
bili 141. inci. audistis. & tenet Albertus Brunus in consil. 38.
visis concessionibus. col. fin. & hoc pro cautela tradit Bartho.
Veronen. in tract. cautel. cautel. 20. inci. si ex forma statuti, &c.
Tamen diligenter considerandum est, quòd ista opin. non vi-
detur simpliciter vera: quia ratio quæ consideratur in. l. nam
& postea, §. si is qui temporali, ff. de iureiur. per quem tex. mo
uentur præfati docto. habet tantùm locum in iuramento iu-
diciali decisorio, quod defertur actori à reo. vnde merito il-
la delatio vim contestationis obtinet ratione, de qua suprà:
sed hoc in iuramento extraiudiciali, quod in instrumento ap-
ponitur, non habet locum: quia ibi considerari non possunt
extrema habilia litis contesta. quæ in iudicio tantùm fit: dicto
cap. j. de lit. contesta. Præterea quia litis contestatio non fit, ꝑ
quæcunque verba, sed requiruntur habilia: vt latè prosequi-
tur Andre. Sicu. post glo. & Abb. in c. j. de litis contesta. & in
ter illa verba litis contestationi necessaria non reperitur dela-
tio iuramenti: ideo &c. & quia unus & idem actus non debet
diuersos effectus operari, l. eum qui, ff. de usucap. ca. cognoui-
mus. 12. quest. 2. cap. in tua, de deci. vt per glo. in cap. cum om
nes, de constit. sed iuramentum principaliter inductum est, vt
quis releuetur ab onere probandi, & lis per hoc extinguatur,
cum sit quædam transactio, & habeat effectum rei iudicatæ,
l. eum qui, iuncta l. 2. ff. de iureiur. & facit tex. hic in fin. ergo
non

non debet operari diuersum effectum, vt inducat litis contestationem per quam potius perpetuatur lis, non autem extinguitur, l.sicut. C.de præscript.30.ann.iuncta l.j.ff.de vsuca. & ideò videtur quòd in hoc prædicti Moder. grauiter lapsi sint. super quo tamen cogitabis.& hoc fortè voluit sentire Bal. in con.420.in 4.parte.dum dicit, quòd iure non cauetur, ꝙ iuramentum habeat istam virtutem, vt actionem temporalem faciat perpetuam.

6 † Secundus effectus est. quia iuramentum habet vim nouationis, l. qui iurasse, §.fi.ff.de iureiur.& ita transit hic Iaso. post alios in d.§.fi.Tamen aduerte, ꝙ istud non est verũ: quia longè diuersus est effectus nouationis & iuramenti: quia nouatio est primæ obligationis extinctio, & in alteram transmutatio.§.præterea, suprà, quib.mo.tollit.obli.sed hic effectus nõ reperitur in iuramento: quia prima obligatio non tollitur, sed magis, per iuramentum confirmatur: vt fatetur idem Ias.in d. §. fi.& est glo. 3.hic igitur opin.Ias.non est vera.

Non obstat text.in d.§.fi.quia ibi illa dictio, Nouandi, non accipitur pro nouatione, de qua loquitur titulus de noua.sed ꝓ reformatione primæ obligationis: vt capitur in le. chirographis, ff.de admi.tu.& ita etiam notabiliter declarat Bart. in l. fi.C.de vsu.rei iudi. fateor tamen quòd si partes intenderent, primam obligationem transferre in actionem iurisiurandi, quod possent: & tunc esset inducta nouatio: sed in casu nostro loquimur in dubio propter solam virtutem ipsius iuramenti quo casu prima obligatio non videtur sublata per supradicta.

7 † Tertius effectus colligitur, ꝙ licèt in obligationibus facti quis præcisè ad factum compelli non possit, sed dando interesse liberetur, l.vbi autem, §. illud. & §.fi.de verb.obli. l.j.ff. de actio. emp. cum si.tamen si apponatur iuramentum super illa obligatione, facit vt quis præcise ad factũ teneatur, & possit compelli.gloss. in l. si pecuniam. ff. de condit. ob causam. ita Ias. hic & vltra ipsum hanc eandem opin.per dictam glo. sequitur Andr. Sicul.illam ampliando in c.iurauit. in 12. col. nu. 59. de proba. tenet Alber. Brunus in consi.39.incip. circa antedictum.in princi. alle.no.per doc.in c.veniens. de iureiu. & idem in consi. 67.incip. dum dubitatur. vbi pro hoc alleg. Abb.in d.cap.veniens.& in c.per tuas.de arbi.& Are.in l.si ita quis, §.ea lege, in pen.col.ff.de uerb. oblig. & alios plures: ut ibi per eum: & hoc idem latius prosequitur in consi. 88. uiso instrumento. Et hoc tenet Ant. de But.in c. fin. per illum text. ne præla.ui.suas.cum pluribus concor. quæ adducit Alexan. in consi.89. omissis non necessarijs &c. col.fin.in 7.vol.nouiter impresso.& nouissimè in l. stipulationes non diuiduntur ff.de uerborum obligatio.& tenet Ias. in §. actionum. nume. 46. infrà eodem. Sed prædictis non obst. contraria opin. de facili defendi potest, ex eo quia est trita regula in materia iuramenti, ꝙ iuramentum interpositum super aliquo contractu sortitur omnes conditiones & qualitates & naturam illius cõtractus super quo interponitur. ita dicit Abb.per illum tex. in c.quemadmodum.de iureiuran. & est tex.in l. sed & si possessori §.item si iurauero.& ibi not.Ias.in 9.notabili.ff. de iureiuran.& in l.fin.C.de non nu.pecu.cum concor.ut tradit Franc. Cur.in consil. 3.incip. & si subtilissimè. in j.col. & latiùs per Decium in consi. 36. & secundum alium numerum 240. inci. & diligenter.in 2.parte. Sed qualitas & natura obligationis faciendæ est, ne præcisè quis ad factum teneatur, siue possit compelli.l.stipulationes non diuiduntur.§.Celsus. ff.de uerb. oblig.l.si quis ab alio.ff.de re iudi.cum superius alleg. ergo iuramentum super tali obligatione interpositum eius naturam sortietur. Et pro hoc uidetur casus in cap.per tuas.de arbit.& plures inuenio hanc opi.tenuisse, quos breuitatis causa non refero.Quid igitur tenendum? Breuiter, inter plura quæ occurrunt, mihi uidetur quod prima opi.quæ est communis, sit solidior quam ultra prędicta firmat Mathesi.notabili 54.inci.no. quod iuramentum.pro qua uidetur esse tex.in cap.ad nostrã. de iureiur. & ibi Feli.colum.fin. colligit regulam, quòd iuramentum habet talem naturam, ꝙ facit aliquem teneri in forma specifica: ut latè exorditur Ias.in l eum qui.§. si iurauero. colum.2.ff.de iureiurando.& in §.in bonæ fidei.circa 17.col. infrà eodem.cum pluribus similibus, quæ aliàs dedi. Et hanc opi. ego firmo una ratione satis colorata, quia certum est, ꝙ iuramentum & sententia æquiparantur: ut plenè traditur per omnes in l.2.ff.de iureiur.ubi Ias.& tenet etiam hic Ias.in ultimo notabi.& est tex.in l.sed & cũ possessori.§. si cum de hæreditate.ff.de iureiuran.cum alijs concor. traditis per repe.in l.admonendi.in notabilibus.ff.eodem titulo.sed si sic est condemnatus in sententia ad factum, præcisè compellitur ad illud adimplendum: neque soluendo interesse liberatur: prout est text.& glo.singularis in l.qui restituere. in uersic.condemnatus. ff.de rei uendi. quem pro singulari ad hoc multum cõmendat Bald.in l.prima columna pen.uersic. sed pone.C.de sen. quæ pro eo quod inter.Barb.in c.fi.in j.colum. in fi. extra de preca.latius per Fabianum de Monte in tract. de emptio. & uendi. in 6.quæst.principali.in 11.column. & Petr. de Raue in Alpha. iuris in uersi.rei.uendicatio. circa finem.igitur si sententia hoc facit, à fortiori iuramentum.& ita de iuramento tenet dictus Fabianus in prædicto loco. & pro hoc est bonus tex.qui realiter cauillari non potest, in capitulo fin.ne prælа. ui.suas.facit.etiam tex.in l.fideicommissa.§. fin. de leg. 3. quia in casu illius text.quis uel fauore testamenti, uel reipublicæ ad factum præcisè compellitur: ergo à fortiori fauore animæ: argum.tex.in l.sancimus.C.de sacrosanctis ecclesijs. capitulo qui resistit. & capitulo Iulianus 21. quæstione. 3. & hac opin.transit etiam Alexan.in l.si conuenerit.ff. de iurisdi. om.iudi. per d.glo.in dicta l.si pecuniam.

Non obstat fundamentum suprà factum, ꝙ iuramentum sortitur naturam actus super quo interponitur &c. quia respondeo ꝙ illud est uerum de natura primordiali non accidẽtali, ut dicit glo.in l.certi condictio.in princip.ff.si certum petatur quam ibi omnes commendant per text. in l. item ueniunt. §. item si prædiximus.ff.de peti. hæred.& ideo hoc argumentũ retorquetur. quia in obligatione facti succedit obligatio ad interesse accidentaliter: argum.l. primæ.de in litẽ iur.nam principaliter quis ad factum tenetur: tamen si est in mora, & uoluerit facere: tunc succedit talis obligatio, sicut in l.Aquilia dicimus: nam ꝙ crescat per inficiationem, illud prouenit ex accidenti, quod non consideratur.d.§. item si prædiximus.& argum.l.si quis nec causam.ff.si certum petatur.iuramentum igitur quod se habet ut accessorium, non sequitur illam naturam accidentalem, sed primæuam, scilicet ut quis ad factum præcisè teneatur.& ita respondet Io.de Imo.in cap.j.de iudi. licèt non in ista quæstione.& hanc opin. puto ueriorem, quã latè probat dictus Albertus in d.consi. subdens unum aliud per hoc quod etiam iuramentum tollit exceptionem deductionis, ne egeat, ut ibi per eum: tamen in hoc ego tenerem contrarium: quia iuramentum non debet esse iniquitatis uinculum.cap.quemadmodum.de iureiuran.& ca. quintauallis. eodem titulo. maximè cum sit contra ius commune. capitul. intellecto.eodem titulo.

Et ex supradictis infertur, ꝙ opin.Ias.in l.2.in 9.q.& 13. column.C.de iure emphyten.redditur dubia ubi per prędictam rationem quod iuramentum sortitur naturam dispositionis, super qua interponitur &c. reprobat opin.Bald.in cap. querelam.uer.no.ꝙ propter.de iureiur. ubi notabiliter ponit Bald. unum nouum & singularem effectum iuramenti, uidelicet, ꝙ

8 † licet de iure ciuili emphyteuta non soluens canonem priuato infra triennium, cadat à iure suo, d.l.2.& in ecclesia.j. biennium.cap.propter.loca. Tamen si interponitur iuramentum super tali emphyteusi non expectabitur triennium uel biennium: sed statim ꝙ in primo anno non soluit, est priuatus ipso iure. ita Bald. in dicto loco.quem Iason ut supra reprobat, per prædictam regulam, quæ non obstat per ea quæ supra diximus.& illam decisionem Bald. cogitur fateri ueram idem Iason sibi contrarius in l.quod te.in 8.col.uersic.iuxta prædicta.ff.si certum petat.in l.si quis maior.in quarto notabili. C. de transactio.& pro illa decisione Bald.in facto consuluit Alexand.consilio 85. incip.non puto.in primo uolumine. quod reperitur repetitum in eodem uolumine consilio 126. sequitur etiam Corset.in repet.rubricæ de iureiur.in 11.priuilegio ubi reprobat Iason.in d.l. 2. & idem facit Hyppol. de Marsil. multum commendãs illud dictum Bald.in singularib.suis notabili. 226.incipiente emphyteuta priuati. & tenet Albertus Astensis in consilio 46. ad allegata &c. & consi. 48. col. fin. & alibi sæpe docto.Et per hoc habes alium effectũ iuramenti ultra Ias.hic.Circa aliũ effectũ iuramenti quem ponit hic Ias.

uidelicet

videlicet quòd iuramentum impedit purgationem moræ, per l. si quis maior, C. de transactio. quod sequitur Areti. in consil. 95. Alex. consil. 59. & consi. 158. in 2. vol. Bal. in l. si pacto C. de pactis, Saly. in l. magnam. C. de contrahen. & commit. sti pu. cum si. Dicas breuiter, ꝙ duplici rõne istud dictũ non est verũ. Primò ex eo, quia ideò impeditur purgatio moræ, quia facta est interpellatio: nam cùm iuramentum secundum cões conclusiones habeat vim litis contestationis, l. nam & postea §. si is qui. ff. de iureiuran. per litis contestationem censetur facta interpellatio; & ideò non potest purgari mora, per text. in l. si insulam. ff. de verb. obli. Hoc ergo immediatè non resultat ex virtute iuramenti, sed ex alio effectu iuramenti, qui producitur, ex virtute iudicij mediante iuramento. Præterea hoc suadetur: quia iuramentum habet vim geminationis. Abb. in ca. cum contingat. col. 2. de iureiuran. Alex. in rub. de verb. obli. col. pen. sed vbi est geminata promissio, impeditur purgatio, moræ, l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & oblig. per quam ita tenet Roma. in consil. 352. quæritur primò. in 2. dubio. ergo illud non inducitur simpliciter vigore iuramenti, sed alterius effectus resultantis partim ex iuramento & partim ex actu super quo tale iuramentum interponitur. Vltimò, quia clarum est, vt hic fatetur Iason, quòd de æquitate canonica non obstãte iuramento admittitur purgatio moræ: per ea quæ dicit Bal. in l. qui crimen. in 11. quæst. C. qui accu. non pos. si igitur hoc uerum est, & omnes fatentur, idem dicendum erit de iure ciuili ratione iuramenti, de cuius natura est, facere causam esse de iure canonico secundum quod iudicari & regulari debet. c. nouit. de iud. no. Io. An. in c. fin. de foro compet. & sic in isto casu non erit differentia inter ius ciuile & canonicum: qđ no. Non obstat tex. in d. l. si quis maior. quia ibi alia concurrebant præter iuramentum, vt effectus clausulæ, Rato manente: pacto, de cuius natura est, vt impediatur purgatio: vt tradunt doctores in l. si pacto. C. de pactis. & in l. & si post tres. ff. si quis cautio. & Alexan. in l. ita stipulatus. §. fin. ff. de verbor. oblig. & latius Moder. in l. si insulam. eodem tit. Item in d. l. si quis maior. impeditur purgatio moræ non tantum respectu iuramentis, sed etiam respectu infamiæ, vt ibi dicit Paulus de Castro & Moder. & sic ille text. multipliciter euitari potest.

Adde alium singularem effectum iuramenti vltra Iaso. hic quem ponit Bald. in prælud. feud. in 3. diuisione, quem pro singulari commendat Ias. in l. frater à fratre. colum. 21. versic. circa istam secundam fallentiam. ff. de condi. in debi. & in l. si donatione. colum. penul. C. de coll. quamuis sibi contrarius latè istum effectum reprobet idem Ias. in præludijs feud. in 27. col. versi. iuxta prædicta. quæ non discutio ad præsens.

Alium effectum iuramenti ponit idem Bald. in cap. ex rescripto. in j. colum. de iureiuran. quem refert & sequitur Alexan. consi. 32. in causa executionis. in pen. col. in 4. volu. & in l. Marcellus. in apostil. ff. de fideiuss. & pro singulari commendat Iason in l. vlti. in princi. in 2. col. versic. accedat. ff. si certũ petatur. vbi tenet contrarium post Alexan. ibi: & istos effectus declaro in voce.

Adde alium nouum & singularem effectum iuramenti, quẽ ponunt Moder. Taurinen. videlicet Claudius de Seycello, siue de aquis, egregius doctor, in l. ita stipulatus, in 3. columna. versic. ex hoc nouiter infero. ff. de verb. oblig. vbi dicit ꝙ licet regulariter incertitudo vitiet contractum, vt ibi est text. & in l. triticum, eodem titulo, vnde si promissio incerta esse iurata, tunc talis promissio bene valeret: quia veniret certificanda per arbitrium boni viri. Mouetur ad hoc per vnum fundamẽtum: quia clarum est, quòd licet incertitudo de iure ciuili vitiet: tamen de æquitate canonica valet, vt concludit Alexan. in l. j. in 12. colum. solu. matri. per dictum Archi. quod tollit ad sydera, in cap. sunt nonnulli. j. quæst. j. cum pluribus aliis: vt per Iaso. in l. triticum. in j. col. de verb. obli. Et tamen iuramentum facit causam esse de iure canonico. c. nouit. de iudi. ergo in eo debet ista æquitas seruari, quod dicit notandum: quia non est ab alio tactum. Or audi, ꝙ hic videtur fallacia: nam non est verum, ꝙ iuramentum faciat causam esse de iure canonico simpliciter, nisi quando causa vel persona promittens esset ecclesiastica: aliàs iudex secularis potest esse iudex: vt concludit Io. An. in c. fi. de fo. comp. lib. 6. Tamen non recedas ab opi. supradicta: quia videtur uerissima ex eo, quia quñ dubitatur, an iuramentũ valeat, vel non: tunc ecclesiasticus cognoscit, vt latè dicit Domi. in d. c. fi. col. fi. † Itẽ iuramentũ hẽt vim expressi: vt concludit Bal. in l. j. in 2. col. vers. secundò quęritur. C. cõmod. quod dictum pro singulari citat Iaso. in l. sub prætextu. la. 2. col. j. vers. adde quod idem. C. de transact. & in
9
10 l. certum est, col. j. ff. si certum pet. † Item iuramentum habet alium effectum, ꝙ si venditor iurauit defendere emptorem in casu euictionis, & sciat postea litem motam, non requiritur, quòd sibi fiat aliqua denuntiatio, quæ aliàs requireretur: ita singulariter dicit Alexan. in l. 2. §. vlti. in penulti. col. in 4. fallẽ. ff. sol. mat. & dicit se alibi hoc dictum non legisse, nisi per Io. And. in cap. breui. de iureiu. Et hoc idem dictum commẽdat Corset. in repeti. rubr. de iureiuran. in 4. priuilegio. Et Cremõ. notabili. 122. incip. vbicunque. & hoc sequitur Andr. Sicu. in c. fin. in 5. fallen. de emp. & vend. Aduerte tamen quòd contrarium tenet idem Alexan. in l. quod te. in 4. columnn. versi. in ea. ibi. ff. si certum petatur. Et de hac contrarietate meminit Lancelotus Decius. in d. l. quod te. super quo maximè cogitãdum esset propter varias rationes, quæ pro vtraque parte facere videntur: tamen vos teneatis primam opi. quæ mihi videtur magis communis, & eam ibi defendunt Ias. Soci. & al j in l. si seruus communis. ad fin. prin. ff. de vulg. & pup. & eã tenet Marcus Anton. Baue. in trac. de effectu iura. in 7. speciali. & Corset. in 4. Et hoc ratione suadetur: quia ex quo quis iurauit certum quid facere, eo ipso quòd istat terminus faciendi, iuramentum ex quo est vinculum animæ, interpellat. argum. tex. & quæ ibi no. in c. præterea. de appella. & in c. fin. ne præla. vices suas. Secundò pro ista opin. contra Alexan. in d. lege quod te. in 4. columna, pondero text. quem ipse alleg. per locum à speciali, videlicet, cap. licèt. si de feud. fue. contro. inter do. & ag. nam ex quo ibi speciale est in iuramento fidelitatis, ergo in cõtrarium est ius commune &c. nam ego dico quòd vbi aliquis casus est decisus in materia feudali, qui non reperitur decisus de iure communi, possumus de illo arguere, & inferre ad alios casus non decisos continentes eandem rationem, & iustitiam. ita singulariter decidit Roma. in consi. 212. incipien. quoad primum. in 2. dubio. allegat Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. & hoc dictum Rom. cum pluribus concordã. refert & sequitur Ias. in l. j. in 14. col. num. 60. C. de iure emph. cùm igitur tex. in d. cap. licèt. loquatur in materia feudali, & sit fundatum in ratione naturali, & iusta, potest ex eo inferri ad decisionem causarum in alijs casibus: ergo erit concludẽdum quòd sicut ibi iuramentum constituit quem in mora sine interpellatione, ita & in quacunque materia, & ita per istũ dictum tenet hanc opin. contra Alex. Anto. de Burgos doctor Hispanus non incelebris, in c. fi. in 5. col. de emp. & ven. & ibi ponit quandam distinctio. quam per te vide. tamen per ista adhuc mihi non acquiescit animus Nam ista priuilegia exorbitantia non sunt per subauditiones glossarum & doc. inducenda, vbi non est dispositio legis, vt no. Alexan. in rubr. de oper. nou. nunt. per glo. in c. cupientes. §. quod si per 20. in uerbo petere: de elec. lib. 6. & Ias. in l. j. in 10. col. de offi. eius. & not. per Hyp. in l. furem. ff. de sica. nam fugiendi sunt intellectus ducentes nos ad gratiam. vt dicit Ant. de But. & ibi Barb. in c. eam. de rescri. Abb. in c. cura. de Iurepat. & melius in c. ex parte. in 12. col. de testi. cùm igitur in isto casu non reperiatur dispositio iuris inducens istud priuilegium iuramenti: ergo neque nos inducere debemus, arg. l. de pretio. ff. de publicia. & l. præses. ff. de offi. præsi. cum si. Erubescimus enim cum sine lege loquimur. §. consideremus. in Auth. de trien. & semi. & cõmunem opin. possumus iudicare non habentem casum legis pro se: ut dicit Anto. de But. in c. tua nos. in 2. col. de usur. & sequitur Ias. in l. illam. in 3. col. C. de colla. post Andr. Sicul. consilio 10. in 2. uol. & idem And. Sicul. in consi. 34. num. 23. & in consi. 67. nu. 7. in eo. uolu. Nec obstat dictum Rom. in dicto consil. 212. quia dico quod opi. sua procedit in feudo, & emphyteusi de quo loquitur: qui uidentur habere maximam cõuenientiam, & in illis interdum argumentatur de uno ad alium, non semper: ut per Bart. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. à fortiori igitur est hic dicendum. & ideò concludendum est, quòd ex materia feudali ad aliam materiam non possit inferri: ut tenet Bal. in c. j. circa finem. de feu. cog. Saly. in d. l. j. & est communis opini. Alius est effectus iuramẽti

notabilis, quòd licèt substitutio compendiosa facta à Pagano per verba directa filio suo impuberi, valeat intra pupillarem ætatem iure directo, & postea annulletur, vt trandunt doctores in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. tamen si est appositum iuramentum, trahetur post pupillarem ætatem ad fideicom. ita notanter dicit Ioan. Bapt. de Sancto Seue. in l. precibus. col. 6. in fin. C. de impub. & alijs substi. quem sequuntur & multum commendant Modern. Hisp. in repe. l. filiusfa. §. diui. in 19. col. num. 116. de leg. j. & ibi ponunt duos alios effectus iuramenti multum notabiles, quos vide per te, & hanc decisionem prius pro notabili ponit Bauerius in tracta. iuramenti, in tertio speciali. Alius effectus iuramenti colligitur ex singulari doctrina Pauli de Castr. in l. si cum patruo. C. commu. de vtriusq. iud. quam pro singulari commendat Felin. in cap. 2. col. 4. ver. clara. extra de rescriptis. alij quàmplures effectus colligi possunt quos longa lectione digessi, quæ omitto, ne in immensum crescat opus, quos curiosus quisque congerere poterit, quæ addas ad illos nonaginta quæ ponit Marcus Baueri. in tractatu,
11 de effectu iuramenti, & ad Iason. hic. † Nota secundò ex isto textu secundum Ange. quòd ex iuramento datur actio vt notatur in l. nam & postea. §. fi. in glo. ff. de iureiurando. & tenet Bart. in l. si quis pro eo. in principio. ff. de fideiussoribus. numero tertio. Et hoc de iuramento litis decisorio intelligitur, vt ibi dicit Bartol. per illum text. in d. l. si quis pro eo, in primo notabili. Et idem est de iure canonico, vt tradit Iason in l. iusiurandum quod ex conuentione. la seconda. in fin. princip. Bart. tamen in dicta lege si quis pro eo. tenet contrarium, dicens quod de iure canonico, vnde oritur actio & obligatio rationibus de quibus ibi per eum: vnde pro intelligentia prædictorum duo essent videnda. Primum, nunquid sit verum quòd ex iuramento quolibet exceptio litis decisorio non producatur actio de iure ciuili. Secundum, quid de iure canonico, quæ duo latius reassumam infrà super glo. actionem.

12 † Glos. in ver. postulante. ex ista gloss. colligitur vnum, quod iuramentum præstitum per actorem aduersario suo non deferente, nihil proficit. d. l. 3. hic alleg. in glo. Ista tamen conclusio declaratur secundum Ioan. Fab. hic procedere in fauorem iurantis. proficit tamen aduersario, si in fauorem eius fuerit iuratum. allegat. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. acto. Sed tamen aduertendum est quòd ista limitatio, quam sequuntur hic omnes, non videtur vera: quia text. in dicta lege, de ætate. §. qui interrogatus. hoc non probat: quia ibi interrogatus fuit in primo casu pulsatus ab aduersario prætore deferente: in secūdo casu fuit interrogatur à prætore aduersario pñte & postulāte, quo casu merito illa confessio præiudicat. Vel secundò dicas quòd ibi non dicitur quòd confessio ualeat in fauorem aduersarij. sed quòd mendacium confitentis attenditur: intelligo quo ad hoc, vt puniatur: iuxta lege primam. ff. ad l. Cor. de fal. sed in casu nostro præsupponitur, quod vltrò fuerit prestitum iuramentum ab actore, & non quòd iurauerit siue quòd dixerit mendacium: vt dicitur in dicto §. qui interrogatus. & ideò tanquam confessio sine causa non valet. lege, certum. §. si quis absente, ff. de confessis. lege finali ff. de interrogato. actio. etiam de æquitate canonica. capitul. si cautio. de fide instrumen. cum si. vt per Alexand. in consilio 154. viso themate, in secunda columna, in quinto volumine, & in consilio 180. incipien. in causa angelorum. in penultim. colum. in secundo volumin. quia præsumitur per errorem emanasse: & ex quo vltro processit, præsumitur parte absente facta: vt not. Abb. in dicto capitulo si cautio in 4. columm. Et hoc probatur à simili. Nam clarum est quòd testes debent produci à parte. ita Bart. in lege, post legatum. §. is verò. ff. de his qui vt. in dig. cum si. Et tamen si vltro se offerunt, & proferunt testimonium etiam verum, nihil valet nec pro parte neque contra partem: vt notat Bartolus in dicto §. is verò, idem Barto. in lege vxori. §. primo. ff. de fal. cum si. vt per Feli. in c. 2. in 7. colum. versic. primo casu. de testi. & per Alexan. in consi. 68. incipiente, & viso. in 5. col. in 2. vol.

Sed tamen his non obstan. teneo opinio. Ioann. Fabr. quæ communis est. aliter tamen eam declarando quam doc. dixerint. Et ideò pro intelligentia aduertendum est, quòd glo. nostra loquitur in confessione iurata: quo casu resultat regula,
13 quòd † licèt aliàs confessio extra iudicialis & parte absente non valeat, per suprà dicta: tamen vbi esset iurata, tunc talis confessio plenè probat. doctri. est Bartoli per illum textum. in lege cum quis decedens. §. Codicillis. de legatis tertio. cum similib. vt ibi post eum dixi. quibus adde Iason. latè in repeti. leg. admonendi. in 57. column. ver. circa secundum quod visus est, &c. num. 158. ff. de de iureiur. & ibi alleg. Bart. in d. §. codicillis. sequitur Hyppo. de Marsil. in repet. rubri. C. de proba. in 22. colum. allegat Pau. de Cast. in quodam suo consilio facit quod voluit Roma. notabiliter in consilio 383. incipien. in casu proposito in j. colum. ver. cæterum aduertendum. quē sequitur idem Hypp. in d. rep. in 18. column. versic. & vltra. cū pluribus alijs concord. vt per Ioan. Sadoleti, in l. certum. §. si quis. in 7. colum. ff. de confess. Ita est in proposito nostro dicēdum, quia licet simplex confessio istius actoris aduersario non acceptante siue absente non valeat in fauorem ipsius neque in damnum, tamen quia in casu nostro iurauit reus, dato quod non deferente actore, debet valere illa confessio meliori modo quo potest, videlicet, quòd ex quo non potest valere, in fauorem iurantis iure resistente, vt in dicta lege tertia, hic alleg. in gloss. valebit tamen in fauorem aduersarij, & odium sui, argu. text. in l. cum pater. §. filius matrem. de leg. secundo. ubi traditur regula quòd inter alias uirtutes iuramenti habet istam, ut faciat ualere actum meliori modo quo possit: ut dicit Iaso. suprà in 9. effectu iuramenti. & idem Iason. in l. eam quam. post Bald. ibi in 4. colum. C. de fideicom. in 9. column. num. 18. uer. limita. & in lege si quis maior. C. de transac. Alexan. in lege si conuenerit. in princip. ff. de iur. omn. iud. Matthesi. in nota. 56. incipien. no. hanc regulam. Feli. in ca. cùm super abbatia. in 3. colum. de offic. deleg. Ang. in §. fideiussores. in fin. suprà de fideiusso. cum concordan. ut scripsi in dicto §. filius matrem.

14 † Non obst. quòd contra dictum est de teste ultrò deponēte: quia illud procedit quando simpliciter deponeret: secus autem quando iudex ex se deferret iuramentum, prout in casu. d. §. qui interrogatus. de quo nos loquimur: nam tunc bene dictum testis valeret. ista est sing. decisio Bald. in c. j. §. porrò. in penult. colum. uer. in eadem glo. ibi non coactus. quæ sit prima causa benefic. amit. & tenet idem Bald. in l. presbyteri. la. j. colum. 2. ver. secundum aliam expositionem. C. de episc. & cler. cum si. vt tenent Moder. in c. in nomine Domini. in 7. col. extra de testi. Et pro hoc facit no. doctri. Bart. in l. postquam liti. colum. fin. uersi. quæro utrū. C. de pac. ubi uult, quod licet regula sit quod per simplicem renunciationem factam in absentia partis non possit ius de futuro renuntiari: ut tenet gl. per bona iura in l. si unus. §. sed & si generaliter. ff. de pact. tamen ubi illa renunciatio fieret in iudicio acceptāte iudice, bene ualeret in fauorem absentis. ita concludit ibi Barto. quod
15 dictum pro no. † sequitur Ias. in l. prima. in 5. col. C. de pact. Et sic pro ista opinio. Ioan. And. Fab. defensata uidetur, pro qua ulterius facit unum simile: quia uidemus quòd testis corruptus testificari non potest. l. j. ff. de fal. cap. primo. de testi. tamen si producatur contra corrumpentem, ualet eius testimonium: dictum est singu. Bald. in capit. primo. in princip. col. j. in fi. uer. no. mirabile uerbum. si de inuesti. inter do. & ua. lis ori. & istud dictum pro sing. citat Fel. in cap. licet causam. in 4. colum. in no. 9. extra de proba. & prius Ioā. de Anaquem ipse no. alleg. in c. j. colum. 4. de cri. fal. & Hippolyt. de Marsi. in singul. 112. incipien. in ore duorum. cum sim. ita in proposito nostro, licèt iuramentum præstitum à parte aduersario non deferente non ualeat ratione, de qua hic per doct. per dictam l. tertiam. ff. de iureiur. hic alleg. in glo. ualet tamē contra ipsum in fauorem aduersarij, per supradicta. ad quod optimè faciunt quæ adducit Felin. in cap. cum causam. in 13. colum. uersic. in gloss. in uersic. compellas. num. 16. extrà de testi. quem sequitur Hipp. de Marsi. in repet. rub. C. de probatio. column. 30.

16 † Limita regulam huius gloss. alijs quatuor modis, ut per Alexand. & Ias. in d. l. 3. in principio. ff. de iureiur. quæ reassumit idem Ias. in repet. l. admonendi. in 100. column. eodem titulo. Et retenta opinio. Ioan. Fabri pro uera infert idem Ioan. Fabri, hic quem, Sequitur Iason. uidelicet quòd supradicta procedunt nisi in terminis gl. nostræ iuret taliter, quòd illa confessio faciat pro se & contra se: quia tali casu aduersarius recipiens

piens illam confessionem quatenus facit pro se, tenebitur eã recipere etiam in ea parte quæ facit contra se.l.publia. §. fin. ff. deposi. tamen Are.hic & Ias. dicunt istam limitationem nõ esse ueram: immo quòd illi confessioni stabitur omnino con tra iurantem: in alio uerò an probet pro se uel ne, text.ille nõ aperit, sed dicit quod arbitrabitur iudex. hoc dicit text. in le. publia.§.fin. ff.deposi. Sed tu aduerte quòd ille text.ibi, iudicem æstimaturum, non probat illud ad quod allegat Angelus. hic. & Iason sequutus eum. sed melius probat opinionẽ Ioannis Fabri. iuncta ibi gloss. fin. Mihi tamen ex alio uidetur quòd ille textus nullius opinion.probet: quia loquitur in diuerso casu: nam dicitur ibi, quòd quidam creditor misit epistolam cuidam debitori suo, dicens teneri sibi ad danda decem pondo auri, item discos duos, item cistophori decem, & alia de quibus in textu, cui debitor respondẽs ad prædicta dicit se habere deposita pondo auri plus minus decem: sub istis uerbis fuit modò dubitatio in dicta lege publia.§. finali.quia de alijs non dubitatur, uidelicet nunquid illa uerba, quæ uidebantur ambigua ratione illius adiectionis plus minusue, inducerent obligationem. Respondit Iurisconsultus, quòd nõ, sed tantùm probationem subdit textus, uideamus nunquid iste creditor attento quod illa uerba inducunt probationem, de decem pondo auri, possit de maiori quantitate probare ratione illorum uerborum plus uel minus: respondet textus, hoc iudicem æstimaturum. ecce ergo quòd iste textus, non facit ad propositum istorum. Quid igitur dicendum?

17 † Dicas quòd opinio Ioanni Fabri, ex alio est uerior non per allegata per eum, quicquid dicant Aretinus, & Iason hic, quia regulã est clara, quòd confessio debet acceptari cũ omnibus qualitatibus suis, nec potest pro parte scindi, siue diuidi: doctrina Baldi in l.si quidem. C. de exception. cum concordantis ut per Iasonem in lege, contra iuris.§.si filius.in decima column. numer. 12. ff.de pactis. Roman. consilio 147. incipien. Antonius accusatus &c. in secunda column. uersic. 4. & quia.& in consilio 353.incipien.quò ad primum.colum. final.ubi plura.& allegat & tenet Bald.in lege Gallus. §. quidam rectè.ff.de liber. & posthum. Alexand. in consilio. 33.& in consilio 92. colum.fin. in fin. j. uolum. & hoc pro cautela, tradit Bartho. Veronen.in suo tract.cautela 86. & 226. igitur si aduersarius uult illud iuramentum acceptare quatenus facit ꝓ se, tenetur ẽt acceptare quatenus facit cõtra se.&ita ẽ gl. magistralis loquens de instrumento, quæ ponit regulã in l. prima, §.editiones, quam ibi exornat Iaso. nu.11.ff.de eden. imò fortius uult ibi Ias.in dicta additione.col.fi.uer.4.ista gloss. ꝙ hoc quod dictum est, procedit etiam si producens instrumentum protestaretur, & diceret se producere in illis tantùm partibus quæ faciunt pro se, & in alijs secus: quia adhuc tenetur contra se recipere illas partes quæ pro aduersario faciunt, ex quo acceptauit partem facientem pro se: quod notabiliter de clara & limita, ut per Feli.in c.cum uenerabilis. in 5. & 6.col. num.18.de except.& prius per And.Sicu.in.cap.bonæ. il.2.in pen.col.de postu.præla.& in consil.54.incipien.à Ioue principium.in 3.& quarta columna, in tertio uolumine.Corneus cõsilio 145.primo uidendum.circa fi.in tertio uolumine.& Ioãnes Baptista de Sancto Seuerino.in repet.l. admonendi, in 38. col.ff.de iureiuran.& ibi Modern.Ex quibus omnibus poteris ingenuè materiam ampliare, quamuis plures hac tempestate sint ignaui docto. sponsi Penelopes, ut ista tanquam propria, ex locis penitus abditissimis sumpta sibi iure proprio uendicabunt.

Circa alia, quæ hic cumulat Iason, quia sunt satis extrauagan.& non pertinent ad glo.ideò nihil dispositiuè dicam: sed quòd solum circa dictum Bart.in l.Aurelius.§.idem quæsijt.ff.de libe.leg.de eo qui dicit se occidisse pro sui defensione ultra alleg.hic per Ias.uidebis, Abb.in.c.cum uenissent. in j.column.de institu.Hypp.de Marsi.in fin.185.inci.confessio. & idem Hip.in.l.repet.in 7.colum.uers.quartus est casus.ff.de quæstio.& latè Ias.in l.ut uim.in 2.colum.nu.13.ff.de iustit.& iur.& ibi Modern.& uide latè ultra ipsum, & alios, Lancelot. Galiau.in l.j.ff.de uulg.& pup.& in l.j.§.si quis simpliciter. in 5.no.ff.de uerb.oblig.&reassumunt subtiles.Modern.Hispani in repe.§.his itaque.in 2.columnn.nu.21.post Ang.Aret. ibi Insti.de iusti.& iure ubi latè hoc extendunt & limitant. & ultra ipsos hoc discutit Decius in c. cum uenerabilis. in 9.columnn super glo.confessis.de excep.& latius per Felin.in ca.auditis. in 17.colum. cum seq.de præscrip.& finaliter traditur ordinariè per doct.in duobus locis in l.j.§.si quis simpliciter, de uerbor.obl.& in l.j.ff.de uulg.& pup.& utrobiq; Alex.Ias.& Soc. ubi uidendum est.

18 † Glo. iurauit.ex ista gl.colligitur vna conclusio, uidelicet ꝙ dispositio istius tex.quæ uult actionem dari quando iuratum est, procedit quando iuramentum est remissum: quia ista iudicantur à pari.l.non erit.§.fin.cum l. seq. ff.de iureiur. hic alleg. in glo. Iason tamen hic dicit quòd quidam hic inaduertenter & inconsideratè limitant istam gl. procedere quantum ad hoc, vt iuramentum prosit, non autẽ quantum ad producendum actionẽ: quia tex.hic se restringit, quando fit iuratum, ergo actio non competit iuramento cessante: tamen Ias. tenet contrarium per iura hic allegata in gl. Or tu aduerte: quia opi. illorum scribentium uidetur verior. nam negari non potest quòd aliud est quòd fit iuratum, aliud quod habetur pro iurato: l. prætor ait. § .ff.j. de no.ope. nun. cum si.vt ibi congerit Ias.& ita expressè tenet Alex. in consi. 222.incipien.ponderatis his.in 2.colum.in 6.volu.nouiter impresso.facit illa regula, nam aliud est esse tale, aliud haberi ꝓ tali.l.si maritus.§.legis. ff.de adul. cum si. vt per Decium, in consi. 73. in causa quæ lucæ.in 3. column.num.7.in 2.parte. Cum igitur sint diuersa, ex diuersis non fit illatio. ergo dispositio istius textus loquentis de iuramento non vendicat sibi locum vbi fuerit remissum, nisi eo casu quo dicebant prædicti doctores. Confirmo istam opinionem: quia iuramentum est stricti iuris. capitulo penultimo.de iureiurando. & ideò talis materia non recepit ampliationem. l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligationibus.procedet igitur dispositio istius textus in casu in quo loquitur videlicet, vt tunc demum detur actio ex iureiurando, quando iuratum sit, aliàs nõ: quia competet solum in casu remissionis primæua actio.

Suadetur hoc vlterius: quia certum est quod secundum communem opinionem iuramentum, ideò producit actionem, quia habet vim nouationis. lege qui iurasse.§.finali. ff.de iure iurand.nam nouat per viam cumulationis primam actionem: sed iste effectus siue virtus non militat, quando non est iuratum, cùm illud sit tantùm priuilegium iuramenti: ideò non producitur actio, quę, vt dixi, illa ratione conceditur, quia iuramentum nouat: & priuilegia non recipiunt extensionem de vna re ad aliam. capitulo, sanè. de priuil. gijs. tenet Bartolus, in lege prima. & final.C.de sacrosanctis Ecclesijs.

Non obst.iura alleg.in gloss. & maximè text. qui videtur vrgentius probare in l.actori.C.de rebus credi. quia respondeo quòd illa verba, in factum actio competit &c. solum referun-
19 tur ad iuramentum, non autem ad remissionem. †Nec obstat quòd vna determinatio respiciens duo determinabilia, debet pariformiter determinare.l.nam hoc iure.ff.de vulg.& pupil. quia illa regula procedit quando est eadem ratio, & illa determinatio potest conuenire pariter cuilibet determinabilium: secus verò si non conueniat: quia tantùm determinabit illud cui conuenit: vt est casus & ibi ad hoc not.Ias.in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. Et quia vt suprà dictum est, non concurrit eadem ratio in remissione & iuramento quo casu illa regula nõ procedit.ut dicit notanter Imo.in l.Gallus. ff.de lib. & posth. per text.in l. 2.cum glo.ff.de offic. procon.& leg. alleg. etiam Bald.in l.si cum dotem, in princ.sol.mat. & sequitur Ang.in §. hinc nobis.in fi.in Auth.de hær.& fal.& est tex.in l.mulieri.ff. de cõdi.& demõ.& ita ẽt ad hanc regulã respondet in alio ꝓposito Pau.de Montepico, in rep.l.Titia.§. Titia. in 18. col. ff. de leg.2.& ibi alios alleg. Patet igitur ꝙ illa verba, actio competit, posita in d.l.actori.tantum procedunt quando est iuratũ.alia iura alleg.in glo.non loquuntur de actione. Vel secundò ille tex.in verbo, remissum, põt aliter interpretari, vt dicamus, quòd in illa parte tex.loquatur de iuramento delato à iudice, & in princ.de iuramento delato à parte: & sic erit iste sensus, vel ei remissum sit, idest, à iudice commissum.nã illud verbum, remissum, ita capitur in l.si lis.C.ad l.Cor.de fal.& sic ille tex.nihil faciet pro opin.gl.cũ non capiatur pro remissiõe. Vel si capiat, põt euitari, vt suprà, de quo aliq.d ẽt dicã j. post gl.seq.Gl. deberi.ponit duo principaliter, & ita in duas partes principales potest diuidi.Colligũtur ergo duæ cõclusiões siue

20 notabilia. † Primum est quod si iuratur ex actiõe personali, & quidem formiter, hoc est nomine contractus expresso, ex quo dico te fore mihi obligatum: tunc & isto casu competit actio vtilis ex ipso contractu expresso. l. si duo patroni. §. si quis. ff. de iureiur. & hoc propter iuramentum: intellige tamẽ hoc quòd dixi, actio vtilis ex ipso contractu: nam procedit vbi putabam contractum, puta emptionis vel locationis interuenisse: qui quidem verè & realiter non interuenit: quo casu si iuratum sit per ipsum actorem reo deferente illud iuramentum facit duo. Primum, quòd fingit contractum quem nominaui, interuenisse. Secundò quòd ex eo dat tibi actori qui iurasti vtilem tantum ex illo contractu actionem ac si interuenisset. & hoc est quod vult dicere glo. ibi, acsi, verè contractus præcessisset &c. & ita tenet Bald. in l. actori. C. de rebus creditor. in princ. cum iuramentum habeat istam virtutem, quod habetur pro veritate & maiorem obtineat vim quàm res iudicata. l. 2. ff. de iureiur. Et ideò quemadmodum post rem iudicatam quis audiri non debet. c. quò ad translationem. extra de re iudica. ita & post delatum & præstitum iuramentum reus audiri non debet: & hoc est quod dicit hic. text. non quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit. & isto casu huiusmodi actio vtilis dicitur natiua: vt hic dicit glo. & tenet Barto. in l. nam & postea. §. fin. ff. de iureiuran. Hoc tamen intellige vltra doct. hic procedere in actione quæ datur ipsi iuranti contra eum aduersus quem iurauit: secus autem est in actiõe quæ competit ex iuramento contra iurantem, puta eo casu, quo iuramentum faceret pro aduersario: vt dixi suprà in glo. j. quia tunc illa dicitur datiua, vt est text. in l. si duo. §. Marcellus. in versicul. actionem dandam. quem ad hoc ibi ponderat Bald. Ang. & Iason, ff. de iureiur. Si verò ego actor exprimo nomẽ contractus qui in veritate interuenit, & tunc non procedit ista glo. quòd detur vtilis, quæ tunc datur, quando verè contractũ probare non possum: sed dabitur directa ex illo contractu. & ista procedunt, quando formiter iuramentum præstitum est videlicet præcedente aliquo nomine contractus, ex quo formaui petitionem meam. Si verò informiter, & sic nullo contractus nomine expresso, à te. 10. quæ mihi debes, petij: hoc est simpliciter non specificando ex causa mutui vel depositi, vel alterius contractus. & reus non vlterius considerans detulit mihi petitori iuramentum, & iuraui: & tũc competit mihi actio in factum ex isto iuramento informiter præstito, non actio vtilis ex contractu. Ratio est, quare vtilis non competit, quia ex quo in petitione mea non fuit expressio ex quo contractu dicebam mihi deberi illa decem: tunc iuramentum non adinuenit extremum habile in petitione expressum, posset fingi præcessisse titulus etiam si non interueniret, & ex qua fictione cõtractus daret vtilem: & ideò remanet tantum isto casu auxilium solus actionis in factum: quæ actio competit vbi non est proditum aliud nomen actionis ex aliquo contractu, vero, vel ficto. l. j. ff. de præscriptis verbis. Nam dixi, si interueniret in petitione expresio ficti contractus, daretur tantum vtilis propter iuramentum, non ista in factum, & actio directa vbi verè contractus præcessisset. Et ista procedunt in actionibus personalibus, quicquid dixerint alij antiqui in dicta l. actori. & malè. In realibus verò, & sic sum in secunda parte, glo. si informiter petatur, competit utilis in rem propter iuramentum: quod secus est in personali. ratio redditur hic per doctor. quia dominium semper est unicum. vnde licet non exprimatur, sufficit tamen quòd agatur reali, quæ ipso facto præsupponit dominium. & sic vnam tantum causam, quæ siue exprimatur siue non, semper est certa, & habetur pro expressa: argum. l. 2. ff. de li. & posth. c. ex parte. de offic. deleg. ita dicit Bald. in d. l. actori. C. de reb. cred. facit tex. in l. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudi. & quod no. Abb. in c. 2. de li. obla.

21 † Et vt habeatur perfecta resolutio totius istius gloss. in hac secunda parte & dictorum hic per scribentes, distinguas breuiter in hac materia actionis realis, videlicet, quòd aut ego qui egi contra te actione reali, egi formiter, aut informiter. Primo casu si delatum est mihi iuramentum, & iuraui, est subdistinguendum, aut reus propter iuramentum meum tradidit mihi rem, quam petebam, quam postea idem reus vel alius occupauit: & tunc isto casu competit mihi actio publiciana propter iuramentum contra ipsum reum qui tradidit, vel contra quoscunque possessores. ita procedunt. l. prima, cum sequen. ff. de public. hic allegat. in gloss. Et ratio est: quia isto casu traditio facta ex causa iuramenti operatur translationem quasi dominij, sicut quando traditio fit ex causa sententiæ cui iuramentum æquipollet. dicta lege secunda de iureiur. quemadmodum ex traditione, quæ fit vigore sententiæ datur mihi publiciana: vt in lege 3. §. fin. ff. de public. ita ex iuramento, & ita potero agere contra quoscunque. Aut uerò reus contra quẽ formiter iuraui, non vult tradere rem, & isto casu agam contra ipsum actione vtili ex contractu expresso siue ex titulo, nõ publiciana: quia non interuenit traditio quæ requiritur. l. prima. ff. de publicia. §. sed istæ. suprà eodem. non directa rei vendicatione: quia non probaui me esse dominum, sed vtili ex illo contractu propter iuramentum quod habetur pro veritate & fingit me fuisse quasi dominum, ex quo quasi dominio cõpetit ista utilis. & hoc quando formiter egi. Sin uerò informiter petij rem mihi deberi, & isto casu etiam subdistinguendũ est, aut mihi actori iuranti tradita est res per reum, à qua cecidi, & isto casu competit mihi publiciana contra ipsum reum tantum, quando ipse reus occupauit rem quam mihi tradidit & non contra alium. & ita intelligo textum in lege eum qui, §. si petenti, allegat. hic in glo. super quo tam acriter cruciantur doctores. & ratio est: quia cùm traditio interuenit, & sine causa cùm informiter agerem, est imputandum ipsi reo, quare tradidit, & sic quare transtulit usucapiendi conditionem. unde ille error debet tantum sibi nocere, & non alijs contra quos non habeo illam causam agendi: & hanc puto esse ueram rationem & mentem dicti §. si petenti. Aut uerò mihi informiter iuranti res tradita non fuit, & tunc datur mihi utilis actio in rem, uel actio in factum ex iuramento ad eam rem repetendam contra eum & alios. Et ratio est, quia licet ista actio, quæ oritur ex iuramento, sit personalis: & actio personalis non debeat dari contra singularem successorem: tamen ex quo istud iuramentum prius præstatur super ista actione reali, actio in factum, quamuis personalis, assumit naturam realis, & dicetur in rem scriptã: ita tenet Iason in lege nam, & postea. §. si petitor. ff. de iureiurando, per allega. ibi per eum ista est mens glossæ, declarata breuibus uerbis ultra alios, ad quam potest reduci tota congeries dictorum hic per scribentes. Et iuxta prædicta Iason hic post Ioannem Fabrum, quærit de una notabili quæstione, quam omittere decreueram, cum intentionis meæ sit pro utilitate uestra tantum pertinentia ad tex. & gloss. prosequi: uerùm quia quidam uestrum desiderant resolutionem huius quæstionis quæ in contingentia casus uobis occurrit, ideò quàm breuius potero, resoluam.

22 † Quæstio igitur est, pone quòd iuramentum est delatum, sed pars quæ detulit, postea est contenta stare, siue credere conscientiæ, & fidei alterius partis, & ita credit. dubitatur nunquid potest dari actio & exceptio isto casu sicut si iuratum esset. Ioan. Fab. tenet quòd non, rationibus de quibus hic per eum. Iason tamen tenet contrarium, potissimum duobus fundamentis: primò per dictum Specu. in titulo de arbitris. §. primo. uersic. sed pone. & do. Anto. de Butr. in capitu. cum tempore. extra de arbi. cum alijs, ubi uolunt quòd dispositio. l. si quis maior. C. de transactio. quæ loquitur de iuramento, uendicat sibi locum in fidei præstatione: moti per illam regulam quòd inter simplicem loquelam & iuramentum Deus non facit differentiam. capitul. ad aures. quod met. causa. cum similibus: & hoc prius dixit Alexand. licet Iason non allegauerit, in d. l. si quis maior. in fin. & ibidem Alexan. in l. non erit, §. dato. in fi. ff. de iureiur.

Secundò mouetur Iason. per gloss. in uersicul. iurauerit. suprà eo. ubi datur regula per legẽ actori. C. de rebus credit. cum alijs, quòd ita datur actio in factum illi cui rem suum finit iuramentum à parte, sicut daretur si iurasset, ita uidetur dicendum in casu nostro, quòd remedia iuramenti, & per cõsequens actio in factum, detur illi qui simpliciter sub fide sua dixit rem esse suam. Postea Iaso. respondet motiuis adductis, per Ioan. Fab. quæ inferius suo loco referentur.

Quid igitur dicendum? Domini in ista quæstione uos pro uera resolutione faciatis duo capita, in quibus cõsistit neruus quæstionis.

23 † Primũ est, nunquid ualeat promissio partis, siue consensus ꝙ stetur

stetur simplici dicto partis aduersæ. Secundò præsupposito, quod sic, nunquid competant illi tali deponenti de fide sua remedia tex. nostri? Circa primum licet Iason hic non satis aperiat quæ sit vera & communis opinio: paucis tamen secundũ veritatem concludendo dicatis quòd licet non parua de hoc sit difficultas inter antiquos, vt patet ex adductis per Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratribus in 11. parte. quæstione 36. in 3. colum. qui finaliter tenet q valeat. Tamen vltra relata per ipsum & alios videtur dicendum contrarium. & facit pro parte ista negatiua text. in c. indicas. 3. q. 9. quem alleg. Roma. in singulari 507. incipi. an Papa. ubi per illum text. vult q etiam Papa non potest facere q stetur dicto vnius. & ita Roman. sequitur Felin. in capit. cum olim. in 10. colum. de re iudica. & in c. sicut de senten. excom. & idem tenet Roma. in singulari 750. incip. domini huius ciuitatis. licet ibi illum text. corruptè allegauerit. ergo à fortiori pars non poterit hoc facere: Probatur, quia potentior est lex quàm partium conuentio. Bar. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. sed per legẽ hoc fieri non potest. d. capit. indicas. ergo à fortiori per partem. Et quia princeps est lex animata in terris: vt dicit text. in Authentica. de consul. circa finem, cum si. vt per gloss. in l. prohibitum. C. de iure fisci. li. decimo. & videmus, etiam quòd per statutum hoc fieri non potest: vt tradunt indifferenter omnes in capitul. sicut, de probatio. ergo neque per consensum partium poterit expediri: iuxta ea quæ habentur in l. non impossibile. ff. de pact. & tradit Bart. in l. alia. §. eleganter. solut. matrimo. Ias. in §. quædam. num. 36. infrà eodem. & in l. fin. in princ. ff. qui satisd. cogan. cum multis concordantijs: vt per Soci. qui per istam rationem hoc in terminis firmat in l. certi conditio. §. quoniam. in j. column. ff. si cert. peta. & pro hoc est glo. singularis. §. quia vero. in Authen. vt sine prohib. matres. quam ad hoc multum commendat And. Sicu. in capi. nonnulli. nume. 2. de rescrip. Præterea pro ista opinio. facit, quia vbicunque lex loquitur negatiuè non potest illi consensu partium renuntiari. glo. est magistra in rubri. C. ne fideiussor. dotium dentur. quam ad hoc Bar. alleg. in l. si quis pro eo. nume. 9. ff. de fideiusso. & in l. si constante. in j. & 3. columm. & ibi Crotus in 10. ff. solu. matrimo. cum multis concordantijs: ut per Iasonem in l. penultima. C. de pac. in 5. colum. & per Decium in c. 2. in 2. colum. extrà de testibus. Sed in casu nostro, lex loquitur prohibitiuè, ne minus quàm duo testes admittantur in omni negotio: vt patet in c. licet vniuersis. circa finem, de testibus. igitur consensus partium nihil poterit facere, vt vni tantùm stetur. Suadetur hoc: quia clarum est quòd ad vtilitatem reipublicæ introductum est, vt res per plures testes expediatur. l. fin. C. si cert. pet. facit l. fi. C. de fideicom. l. hac consultissima. in fin. C. de test. & hoc vt veritas sit in conspicuo & corruptio euitetur, vt ibi dicitur, ergo cum hoc publicam vtilitatem contineat, non poterit consensu partium expediri. ar. l. transigere. C. de transacti. cum materia c. si diligenti. de foro compet. Et quia per unum testem iudex non potest plenè informari, cum faciat semiplenam probationem: ut tradit Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiuran. cum igitur talis informatio, quæ ex plena probatione resultat, sit actus pertinens, ad iudicem: vt tradit Areti. in l. vnica in prima column. C. vt quæ desunt aduo. non poterit consensu partium expediri: argumento textus in l. acta. ff. de re iudica. & eorum quæ tradit, Bal. in tract. de pace constan. in versiculo, secundũ mores. & pro ista parte possũt adduci præter ista infinita alia quæ colligi possunt ex dictis nouissimorum in rubrica. C. de probatio. ab octaua columna. usque ad 16. licet de istis mentionem non fecerint: & ad omnia iura & authoritates allegatas pro contraria parte posset responderi, nam maxima pars earum non loquitur in teste producendo in iudicio: ut patet in l. Theopompus. de dot. prælegata. & alia iura loquuntur in actu, qui tantum respicit utilitatem priuatam partis. ut in l. si conuenerit. ff. de re iudicat. secundum doct. ibi post Alexandrum sed nos loquimur quandò est etiam interesse iudicis. & alia procedunt quando potest suppleri defectus per aliam viam: ut patet ex dictis Bartol. in l. fin. ff. de præto. stipu. Sed his non obstant. teneatis contrariam opinionem, quæ est magis communis, ut attestatur Alexan. in consilio 54. circa idem, de quo quæritur. in principio. libro secundo. & ibi multa allegat. & idem tenet Alex. in consil. 67. viso themate. columna. 3. eo. li. & consil. 102. super prima columm. num. j. & 6. ff. de iureiurand. quæ adde ad ea quæ pro ista opinio. adducit Felin. in capitulo, veniens. in penulti. column. de testi. & Bartol. in l. fina. ff. de præto. stipu. & ratio istius conclusionis videtur, quia ex quo agitur de puro fauore partis, licitũ est suo iuri renuntiare. l. penulti. C. de pact. capitu. si diligenti, de foro competenti. & ita latiùs per istam rationem respondet ad dictũ Roma. suprà allegat. Felin. in capitulo constitutus. in octaua columna. versic. 2. limita. de rescrip. & ita etiam tollitur motiuum suum suprà factum. & pro ista ratione facit text. in capitulo, tuis. de testi. vbi partes possunt testi remittere iuramentum, quia est introductum in fauorem eorum: & isto casu potentior est voluntas partis, quàm legis: patet etiam in cap. veniens. de iureiuran. vbi statutum non potest tollere appellationem, & partes sic. l. fi. §. fin. C. de temp. app. & pro ista opi. vltra predicta faciunt quę no. Maria. Soci. in c. dilecti. in 3. gl. & ibi Abb. in fi. de fo. compe. & istam opinio. tenet Felin. in c. super, il 2. circa finem. de testi. & Lanfran. de Oria. in repetit. ca. quoniam contra falsam. in ver. testium. columna 21. & ibi Areti. in cap. proposuisti. de probatio. cum multis concor. quæ breuitatis causa omitto. Non obst. suprà adducta videlicet, quòd vertitur interesse iudicis vt probationes perfectæ admittantur: quia respondetur illud esse verum, nisi partes communi consensu velint probationibus plenis renuntiare, & stare semiplenis: quia ex quo agitur de principali eorum interesse. illud debet considerari, non autem secundarium interesse, qđ prætendere potest iudex argum. glo. notabilis. in c. quamuis. in glo. fin. de pac. lib. 6. cum infinitis concord. quæ congerit Iason per illam glos. in l. decem. num. 40. vsque ad 43. ff. de verb. oblig. & in l. si quis nec causam. in 2. column. si cert. petat. & Moderni. Hispani in repeti. l. filiusfam. §. diui. in 6. columna. ff. de leg. primo, cum similib. Quia tali casu remittente parte suum interesse, iudex etiam videtur remisisse. argu. eorum quę dicit Felin. per illum textum. in cap. primo in princ. de iureiurando. vbi dicit quòd licèt iuramentum principaliter obliget Deo: vt in cap. debitores. de iureiuran. tamen si pars ad quã pertinet interesse, remittit illud iuramentum, non requiritur ĩ alia absolutio ex eo, quia remittente parte Deus censetur remisisse, per plura, quæ ibi Felin. tradit, cuius opinio ab omnibus approbatur, ita videtur hic dicendum. Item etiam potest dici non clarè probari iudicem prætendere in hoc aliquod interesse. & authoritates suprà allegatæ non loquuntur quando partes remitterent: neque obstat quòd hoc nõ possit fieri per statutum: quia negari potest & communis opinio est in cõtrarium: vt latissimè probat Hyppo. de Marsil. in repetition. rubricæ. C. de proba. in 8. column. cum quatuor sequen. & præsupposito assumpto pro vero ex alio tale argumen. non valet negatiuè: vt dicit Bartol. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto. matrim. & in Authent. omnino. C. ne vxor pro marito Ias. in l. properandum §. sin autem alterutra. in 2. colum. C. de iudic. & in §. quædam. num. 36. infrà eo. Alex. consi. 59. in j. colum. 4. uolum. cum si. vt per Mod. in l. si donaturus. in princ. ff. de cond. ob causam. idem Iason in l. non impossibile. ff. de pact. & referunt omnes in l. non solum. §. morte. in glo. hæredis. ff. de ope. noui nunt. Neque obstat quòd lex loquatur negatiuè, quia dico illi posse renuntiari quando est introducta in fauorẽ partium: vt tenet Bald. in c. nonnulli. in prin. de rescript. & hoc in terminis dicit Felin. & probat aliquibus similibus in c. scripta in 2. col. uer. contrarium tamen dixit. extra de fide instr. & pro hoc facit decis. Tho. Fastoli. in decisi. Rotæ: causa 3. dubio. 12. ubi tenet, quod licèt cle. causam. de elec. ponat formam: poterit tamen illi renuntiari attento quòd est inducta merè in fauorem partium, & ita not. tenet Domi. in ca. statutum. §. cum uerò, in pen. colum. uer. non bene. de rescrip. lib. 6. cuius dictum sequitur & dicit se non legisse alibi Felin. in c. cum dilecta. uer. caue etiam. de rescr. & per hoc potest confundi opin. Ias. & sequacium in l. non dubium. C. de legi. & in l. pacta quæ contra. C. de pact. & in l. pen. eo. tit. & in l. j. ff. de lib. & posth. & alibi sæpe, in quib. locis cõcludit quod dispositioni habenti clausulam decreti annullatiuã etiã introductã in fauorẽ partium nõ possit de cõsensu partium renuntiari, quia ex pd ct s habet qualiter illud intelligi debet. Sed quãtum ad principalẽ

conclusionem nostram vlterius considera, si possent fœdere distinctionis istæ opi. concordari, vt dicamus quòd aut consensit extra iudicium, vt dicto alicuius soli stetur: aut in iudicio. primo casu procedat contraria opi. & glo in d. §. quia verò in Authen. vt sine prohibi. mat. Secundo casu procedant, quæ dicta sunt propter calorem iudicij, qui est tantæ potentię quòd supplet defectum numeri testium: vt est casus singularis quem ibi Alex. & alij multum notant in l. sancimus. C. de testamen. facit. l. cum ostendimus. ff. de fideiusso. tu. iunctis his, quæ adducit Felin. in cap. quoniam contra. in vlt. column. de probatio. & prius Barba. in rubr. de fideiusso. colum. penulti. quorum dicta tacito authore reassumit Iason in l. pacta nouissima. C. de pactis. in quibus locis reperies quantum possit calor iudicij: quæ omnia tene menti. & adde ad propositum nostrum text. in capit. de testibus. & in cap. cùm venissent. de testi. quæ iura in proposito nostro commendat Iaso. cum alijs allegatis per eum in authen. iubemus. in 2. col. C. de iudi. Et prædicta conclusio est adeò vera, quòd ille cuius fidei stare promittitur, poterit deponere absente parte. ita notabiliter limitat Alexander in consilio centesimo trigesimo. incipiente diffi cultas. in primo volumine, reiectis opinion. aliquorum, qui tenebant contrarium.

Secundò limitatur prædicta conclusio. quòd procedat illa conuentio, ꝙ stetur dicto vnius, dum tamen certi: secus verò si esset incertus, nam tunc talis conuentio non valeret, ne præstetur occasio delinquendi: ita dicit Angelus in lege, pactum inter hæredem. ff. de pactis. referunt & sequuntur Moderniores post Alexandrum. in l. prima. §. finali. ff. de verborum obligationibus. vbi aliter limitant. & ibi est text. pro ista conclusione quem tex. ad hoc dicit singularem Bald. in l. directas. C. de testamenta. manumis. & esse incognitum illis, qui habent puluerem super libros. & idem dicit Felin. in dicto capit. veniens. & Modern. Perusi. in dicta l. prima. §. fi.

24 † Et illud quod dictum est valere tamen conuentionem, vt dicto vnius stetur, ampliatur etiam procedere respectu priuatæ scripturæ: nam valet etiam conuentio, quòd illi stetur: ita Bald. in l. de quibus. in tertia columna. versic. item per pactũ. ff. de legibus. sequitur Alex. in dicta. l. j. §. fina. in principio. ff. de verbo. oblig. & tenet simpliciter Felin. in c. cum causam. in 3. colum. nu. 8. ver. in eadem gloss. ibi column.

Sed tamen aduertendum est, quòd istud dictum Bald. & Alexand. non videtur verum: quia doctri. est Inno. communiter approbata in contrarium in ca. cùm P. tabellio. de fide instru. quem ibi sequuntur docto. vbi vult, ꝙ pars non potest se obligare, vt priuatæ scripturæ credatur. neque etiam valet statutum, rationibus de quibus ibi per eum. & Inno. sequuntur etiã communiter docto. in capitulo. 2. de fide instrum. & sequitur Bald. in l. Imperator. in 2. lect. columna penulti. in fin. versicu. sed an valet pactum. ff. de sta. homi. Pau. de Cast. & Ang. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. Roma. in repe. rub. de arb. col. vigesima. idem in l. admonendi. ff. de iureiurand. & in l. nuda. in quarta colum. ff. de dona. & consi. 204. pro discutienda veritate. cum consi. seq. cum si. vt per Iaf. in l. iusiurandum. in j. column. num. 2. ff. de iureiurando. Vnde pro defensione Bald. & Alexan. posset dici, quòd dictum eorum procedat in scriptura priuata iam facta: quia isto casu cessat occasio delinquendi, quam considerant supradicti docto. dictum vero Inno. & sequacium procedat in scriptura facienda: quod tenet d. Alexand. in consi. 113. viso & diligenter. in 4. volumi. post Ang. in d. l. pactum inter hæredem. Et quamuis ista distinctio etiam morderi possit: tamen propter authoritatem Alexand. non videtur ab ea recedendum.

Postremò ultra alios é alius casus in quo statur dicto unius ultra 31. positos per Specu. in titu. de teste. §. restat. uersi. hoc tamen fallit. & per Felin. in dicto ca. ueniens. ubi quis deponit de facto proprio ad utilitatem alterius. ita notabiliter dicit Pau. de Cast. in l. quicunque. in fin. per illum text. C. de ser. fugi. & idem tenet Saly. in l. si quis decurio. in 4. opp. C. de fal. & Pau. de Cast. in consi. 370. uisis actis. in fine, secundum ueterem impressionem, ubi respondent ad l. ubi numerus. ff. de testi. cum concor. ut per Iasonem & Alexan. in l. j. §. si absens, circa. fin. ff. si ex noxa. cau. aga. ubi tribus fundamentis postea reprobant istam opi. Pau. de Cast. quam, ne sim longior, quã par sit, per uos uideatis. Ex his igitur omnibus habetis primam quæstionem firmatam uidelicet, ꝙ conuentio ꝙ aliquis

25 stet simplici dicto alterius: qua opi. retenta pro uera, † resultat secundum dubium nunquid ille cui remissum est negotiũ in conscientia uel fide sua, si asserit rem esse suam, competit remedium text. nostri. & Ias. hic ut uidistis, tenuit quòd sic, contra Ioan. Fab. fundamentis de quibus supra. Mihi tamen uidetur breuiter quòd opinio Ioan. Fabri sit uerior & minus periculosa, illa potissimum ratione: quia iura maximam faciũt differentiam inter simplicem assertionem, & iuramentum. patet in capitulo, cùm contingat. de iureiurã. cuius dispositio in simplici promissione non haberet locum. & idem in capitulo quamuis. de pactis. libro sexto. & in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus uendi. ut ibi dicunt docto. & tradit Bar. in l. si quis pro eo. in secunda colum. ff. de fideiusso. Et hoc in ratione consistit: quia iuramentum habet uim clausulæ ut res ualeat eo modo quo melius possit: ut infrà dicetur: & tenet Iaso. in l. si causa. C. de trãsact. Sed iste effectus non reperitur in simplici promissione: igitur quod de iuramento dicitur, non debet extendi ad simplicem fidei præstationem: quod tenet Ioan. de Imo. in capitulo cum tempore. de arbit. facit etiam pro hoc quod in alio proposito dicit hic Ioan. Fab. dum uult quòd licèt ex iuramento oriatur actio & exceptio. l. actori. C. de rebus credi. secus tamen ex fidei præstatione: quia leges secundum eum, multum ponderant iuramẽtum. Accedat aliud, quia materia iuramenti est stricti iuris. cap. penul. de iureiur. ergo non recipit extensionem. l. quicquid. ff. de uerbo. obliga. & pro ista parte bene faciunt quæ tradit Decius in cõsilio 54. in casu domini. in princ. num. j. & quæ dicit Bald. in l. milites C. de testa. mili. ubi dicit quod in teste requiritur ꝙ sit iuratus & non sufficit sola fidei assertio: aliàs non dicitur deponere. Et ideo dicit idem Bald. in l. presbyteri. C. de episc. & cle. ꝙ habens procedere sine solennitate non poterit testes recipere sine iuramento: ex quo datur manifestè intelligi ꝙ multum differt à simplici assertione: quod clarius firmat Barto. in extra uagan. ad reprimendum. in uerbo, sine figuram. quem sequitur Ioan. de Imo. in l. filiusfami. ff. de dona. & facit tex. in cap. nuper. de testibus. Et ideo cùm tex. noster loquatur in iuramẽto non debet extendi ad simplicem assertionem, cum iura nõ sint super hoc expressa: argumen. l. obligationum. §. placet. ff. de actioni. & obligationi. faciunt ad hoc quæ dicit Alexand. in l. sciendum. nu. 29. ff. de uerbo. obliga. dum loquitur de muliere renunciante Velleiano cum iuramento. Confirmatur ulterius ista opi. Ioan. Fabri, quia certum est ꝙ illud quòd stetur simplici assertioni vnius, uidetur esse speciale & exorbitans à regulis iuris communis. ca. cum à nobis. de testibus. cap. ueniens. eodem titulo. l. ubi numerus. ff. eodem. & tradunt doct. in l. j. §. fin. per illum text. ff. de uerb. oblig. igitur non debet induci aliud speciale, ut asserenti detur actio sicut si iurasset ne duo specialia circa idem concurrant: uul. l. j. C. de dotis promissio. & ne fiat extensio in limitatorijs & exorbitantibus iuxta notata in Authen. quas actiones. C. de episc. & cleri. cũ sim.

26 † Hinc est, quòd licet pars fuerit contenta stare simplici assertioni petitoris, potest iudex inuita parte iuramentum extorquere ex officio suo. ita notabiliter dicit Bald. in l. j. in 2. colũ. quem sequitur Alex. col. 2. num. 19. ff. de ferijs. Et hoc non ex alio prouenit, nisi quia iura non acquiescunt, quamuis expresse non resistant huiusmodi assertioni simplici delatæ per partem: cum per hoc detur facilis occasio delinquendi: quam occasionem iura multum considerant etiam in casibus non considerandis: ut in cap. j. de cohabi. clerico. & mulie. & in capitulo legitur, 81. distinct. cum concordant. traditis in capit. penulti. de consuetu. & in l. conuenire. de pact. dot. Sic est in proposito nostro, quia cum petitor consideret posse faciliter, assequi illam rem, quam petit, ne uideatur improbus, & contrarius petitioni suæ, de facili asseuerabit esse suam. nam unde ueniat, quærit nemo, sed oportet habere, ut inquit Satyricus: ut in l. non erit. §. dato. ff. de iureiurã. & sic præstatur materia delinquendi & usurpandi. ut dicit text. in l. j. in principio, ibi, materia dareẽ cũ furib. coeũdi ff. nautæ, cau. stab. & uulg. l. cõuenire. ff. de pact. dot. & tradit ĩ proposito iuramẽti Geor. Na. in repet. clem. sæpe. §. nõ sic tñ, in 17. col. de uerb. sig. & ideò dicit Barto. in l. cum lex. ff. de legibus. quod ut tollatur occasio delin-

delinquendi ſtatutum non trahitur ad caſus futuros, cum ſimilibus: vt tradunt Moder. in capitulo ex parte. de conſuetu. quæ omnia in caſu noſtro militare videntur. Nō obſtant adducta per Iaſ. primùm de l. quis maior. C. de tranſactionibus. vbi ille text. qui loquitur de iuramento, trahitur ad fidei præſtationem: quia dico in primis, quòd hoc negari poteſt: & contrarium tenet Corneus vir maximæ authoritatis, in conſil. 246. incip. videtur in hac conſultatione. in tertio volumin. vbi vult quòd qui non iurauit, non incidit in pœnas, d. l. ſi quis maior. Et vltra ipſum facit manifeſta ratio: quia omnes pœnæ. d. l. ſi quis maior. propter periurium ſunt inductæ: vt ibi probatur, & omnes ſequuntur. Et in iſta ratione illum text. conſiderat etiam Feli. in cap. intelleximus. in 4. col. de iudi. Spec. in titu. de actore. §. j. verſiculo, item quòd eſt reus. & Roma. notabili 493. incip. tu ſai. Card. conſi. 207. in cauſa, & quæſtione. & idem tenet Feli. in cap. primo, in antepen. col. de iureiuran. & Corneus conſi. 6. in hac col. penul. lib. j. vbi omnes volunt, ꝙ pęnæ illius text. ſint inductæ propter non obſeruantiam iuramenti. ergo non habebunt locum in illo qui tantum mala fide promiſit: quia non iurauit, & per conſequens non dicitur, periurus: vt tenent in terminis domini de Rota in deciſione. 138. incip. nota quòd poſito. in titulo de iureiur. in antiquis, & hoc latiùs firmat Bernar. de Biſig. in deciſi. Rotæ in antiquioribus, in titulo, de pact. deci. j. Et hoc videtur ſentire Alexan. in conſilio. 106. magnifice prætor. in 3. colum. in 4. volumin. & quòd d. l. ſi quis maior. non vendicet ſibi locum quando nō interuenit iuramentum, ſed fidei præſtatio, latè tenent nouiſ. rep. videlicet quidam Thomas Parpalia in dicta. l. ſi quis maio. in 10. notabili. maximè, quia cum lex illa ſit pœnalis, debet reſtringi. c. odia. de regu. iur. l. cum quidam. de liberis, & poſthumis. Et inter alia mouetur: quia ſi dicta lex ſi quis maior. in fidei præſtatione procederet, ſequeretur, quòd haberet locum in omni contractu non iurato: quòd tamen negant doctor. vbi cum in quolibet contractu ſemper præſtetur fides. Nec obſtat ſecundum ipſum fundamentum Alexan. ibi quòd inter ſimplicem loquelam & iuramentum Deus non facit differentiam: quia ipſe reſpondet quod imò eſt maxima differētia: vt idem Alexan. dixit in conſi. 59. viſo inſtrumento. in primo volu. colum. 2. & vltra ipſum adde Abb. & Feli. in procę. Grego. in 14. colum. & manifeſta differentia patet ex ſupradictis, & ex his quæ dicit Alexan. in rubrica. ff de verbor. oblig. in penult. colum. in fin. dum dicit quod nuda promiſsio non obligat ex eo, quia præſumitur indeliberata: ſecus ſi fuerit iurata: quia actus iuratus habet in ſe naturalem deliberationē. Secundò tu potes ad iſtud vltra ipſum & alios reſpondere, ꝙ Deus nō facit iter iſta drām quo ad promiſsionē, quia ita accipit Deus ꝓmiſsionē alicuius ſicut iuramētū: & ita debet quis adimplere quod ꝑſtita fide ꝓmiſit, ſicut q̄ iurauit: & iſta in obſeruātia ꝓcedūt à pari: ſed reſpectu nō obſeruātiæ de qua loqtur d. l. ſi quis maior. bene eſt differentia. patet quia aliter punitur periurus, & aliter fidei fractor. declarat Archi. in c. iuramenti. 22. quæſt. 5. & Domi. in c. ſi. colum. fin. de iureiur. libr. 6. cum ſimilibus: vt per Felin. in cap. querelam. colum. 2. nume. 7. de iureiur. Imò plus vult Car. in cap. præterea. de ſpon. quē ſequitur ibi Præpoſitus in ſecundo notabili, & dicit eſſe communem opin. quòd licèt quò ad effectum iuramenti ſufficit ꝙ quis iuret quibuſcunque verbis non expreſſo verbo, Iuro: tamen vbi agitur de pœna periurij vel alia incurrenda nunquā dicitur quis iuraſſe, niſi expreſſerit iſtud verbū, Iuro. quia pęnæ ſunt molliendę & reſtringendæ, l. interpretatione. ff. de pœnis. ſed in d. l. ſi quis maior. agitur de pœna, igitur &c. Secundò dicunt præfati repe. nam d. l. ſi quis maior. ꝙ ſi eo modo intelligatur, vt Alex. dicit, ſequeretur, quòd ſi aliquis emeret certam rem, ſi nollet ſoluere, quòd competeret remedium d. l. ſi quis maior. edita contra periuros: quod eſt abſurdum: & ita reſident præfati repe. relinquentes cogitandum. Adde vltra ipſos Aret. in d. l. ſi quis maior. in 6. notabili. vbi videtur etiam tenere, quòd illa l. non habeat locum in ſimplici fidei præſtatione. Ego vero præſuppoſita opi. Alexan. Iaſ. & ſequacium pro vera, ꝙ d. l. ſi quis maior. loquitur in fidei præſtatione, vltra ea, quæ ſuprà dixi circa l. ſi quis maior. aliter & plenius reſponderem, vt dicamus, ꝙ ideò d. l. ſi quis maior. habet locum in fidei præſtatione: quia text. ibi hoc extendendo diſpoſuit in illis verbis, ſed libero arbitrio, & voluntate. & ibi, vel implendo promiſſa. aliàs niſi ita dicamus: quia etiā aliter dici non poteſt, do. Alexand. & ſequaces malè loquerentur dum illam legem pœnalem, præter eius mentem, & verba vellent extendere ad fidei præſtationem contra regulā dicti cap. odia. & ea quæ ſuprà dicta ſunt. Si verò d. l. ſi quis maior. ex verbis, & mente hoc complectitur, habeo intentū: quia ideò lex extenditur ad illum caſum, quia ſuper eo vlterius proceſsit diſponendo: ut in ſimili reſpondet Bartol. ad l. j. §. non autem. ff. ſi menſ. fal. mo. dix. in repet. l. quod Nerua, in ſexta column. ff. depoſi. & in l. hoc edicto. §. j. ff. de publica. & iſto modo reſpondendi utitur idem Bartol. in l. Titia. §. Imperator. in fin. de legat. 2. Areti. in l. prima in 5. column. ff. de teſta. & in lege qui pignoris. column. fin. de acquiren. poſſeſſ. & Bald. in fin. §. emptor. in princip. C. commu. de lega. & Decius in capitulo quoniam contra. in ultimo notabili. de proba. & alibi ſæpe, & ſic dicta lege ſi quis maior, tollitur. & non facit ad propoſitum. & eodem modo ſubuertitur ſecundum fundamentum Iaſ. quia ideò illi cui remiſſum eſt iuramentum, datur actio in factum, quia lex expreſsè diſpoſuit ſic per hoc, ut patet in dicta lege actori. C. de reb. cre. cum aliis allegatis ſuprà in gloſſ. iurauerit. quæ diſpoſitio non reperitur in caſu noſtro, & ideò tanquam caſus omiſſus ſub diſpoſitione text. noſtri non comprehendetur. arg. l. commodiſsimè, ff. de lib. & poſthu. cap. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6.

Vel reſponde ad d. l. actori. ut dixi ſuprà in gloſſ. iurauerit, ſubuenitur igitur iſti cuius conſcientiæ uel fidei pars ſtetit, nō per actionem de qua hic, ſed officio iudicis, quod quidem officium iudicis datur, ubi actio non competit. l. quòd ſi minor. §. fin. ff. de mino. facit pro hoc text. in cap. primo. & 2. ſecundum unum intellectum. extrà de pactis. cum ſi. & per iſta ſit finita hæc quæſt. not.

27 † Glo. quæritur. Ex prima parte iſtius gloſſ. uſque ad uer. & not. collige unum, quòd periurium in terminis text. noſtri ſola diuina ultione punitur: & hoc eſt quod dicit hic text. quòd poſtquam aliquis iurauerit, non illud quæritur an pecunia ei debeatur, ſed an iurauerit. Hinc ſumpta occaſione Iaſo. hic ſatis impertinenter aggreditur pœnas blaſphemantium, in quibus longiùs, quàm par ſit diuagatur, circa quas ultra ipſum uide per Bonifacium de Vitalinijs in tract. maleficiorum in rubrica, de pæna blaſphemantium Deum & Sanctos, & circa hoc pulchram quæſtio. ponit Hippolyt. de Marſil. in l. fina. in 5. col. uerſic. facit etiam in ſimili. ff. de ſicarijs. & Soci. in cōſil. 102. incip. in preſenti conſultatione. circa princi. 1. li. Feli. in cap. auditis. in 18. columna de præſcriptio. cum alijs concor. non parum multis, quæ omitto, per Moder. in repeti. cle. j. de offi. ordi. folio 114. uerſiculo 14. fallit. in parua impreſsione. & unum caſum notandum prout Bart. in conſilio incipiente in quæſtione uertente. quem refero in uoce. & alium in le. j. ff. de publi. iudi. cum aliis quæ congerit Petr. Rauen. in alpha. iu. in uerbo, blaſphemia. Ego autem propius ad glo. accedendo quæ loquitur de periuro non blaſphemante, dico tibi, ꝙ iſta glo. non procedit in foro fori, in quo pęna periurij eſt multiplex, ut latè exorditur Andre. Sicul. in rubrica, de iureiuran. in clemen. & Are. hic, ſed ut habeatur certa & clara doctrina, uos breuiter ultra alios in iſta materia diſtinguatis præſuppoſito uno prius, quòd omne periurium ſiue fiat in cauſa criminali ſiue ciuili, habet Deum ultorem, ut hic dicit gloſſ. per lege 2. C. de re. cre. tamen per hoc non excluditur pęna hominis, & ideò ſuccinctè dicatis ſic, quòd aut ille qui periurat, eſt clericus, aut laicus ſi clericus, aut in foro ciuili aut canonico: & ſi in foro canonico, ſubdiſtingue: aut in foro fori, aut in foro poli Dei uel Eccleſiæ: ſi in foro poli Dei, procedit iſta glo. in foro poli contentioſo qui uocatur pœnitentiæ, accipe hanc generalem concluſionem, ꝙ in foro poli, & ſic conſcientiæ, pœna periurij ſiue in clerico ſiue in laico eſt illa pœna quæ pro quolibet alio peccato mortali imponitur, uidelicet ſeptem annorum: ut in c. hoc ipſum. 32. q. 2. ita dicit glo. ſummæ. 22. q. j. circa fi. alle. de hoc tex. in c. ſi. ea. cau. & quæſt. ſed cū hodie oēs pœnitentiæ ſint arbitrariæ. ca. quē pœnitet. c. menſuram. de pœni. diſtin. j. quia iam hodie merita & corpora defecerunt: ut dicit text. in cap. fraternitatis. 34. diſtinct. poteſt talis pœnitentia moderari & remitti ad libitum ſacerdotis.

28 dotis. si † verò sumus in foro fori iuris canonici: & tunc siue sint etiam laici, siue clerici, remouentur à testimonio. capitulo.paruuli. 22. quæstione. 5. item sunt infames infamia canonica,quæ repellit à dignitatibus: vt capitu. infames, 6. quæst. j.& infamia ciuili:vt est glo.in l.Lucius.ff. de his qui no.infa.& habetur in cap. cum non ab homine.& in cap. at si clerici. §.de adulterijs.de iudi. & in hoc non est differentia, inter laicum & clericum: differunt tamen,quia ex reiteratione aggrauatur longè magis pœna in clerico, quàm in laico: vt in dictis iuribus.& quanto maior fuerit persona clerici,tanto magis hoc casu punietur:vt in capitulo,cum quidam. de iureiurand.& ideò in Papa propter homicidium inducitur irregularitas ipso iure: vt dicit Feli.in cap.si quando.in prima columnn.de rescrip.secus in alijs qui puniũtur ad instar periurij. Item clericus pro periurio potest priuari dignitate obtẽta,secundum magis communem opin.non autem est priuatus ipso iure: vt in cap.querelam.vbi latè Mod.de iureiuran.& in capitulo.ex parte,el.j.vbi nouissimi pro vtraque parte multa dicunt extrà.de rescri.cum concor. vt per Tho. Ferratium cautel. 44. Decius in cap.dilecti.in 2.columnn.de exce.hoc tamen intelligatur,nisi fuerit implicitus inter duo periuria: nã tunc ipso iure est priuatus.text.est in c.tua nos. il j.de iureiur. quẽ ad hoc citat singularem Roma.notabili. 510.incipien. periurus. & quod dictum est periurium non inducere priuationem ab obtentis ipso iure dico hoc etiam procedere in obtinẽdis: quoniam periurium non impedit quò minus quis petere possit beneficium:quia talis exceptio opponi non poterit: vt dicit Abb.in d.c.tua nos. & Domi.in cap.quo iure.8. dist.quod est verum,nisi fuerit notorius periurus:quia tunc collatio facta tali periuro non esset ipso iure nulla:vt no.Abb.in ca.inter dilectos.de excess. præla. & in cap.fi.de præsump.& in capit. graue,de præben.cum simi.vt per Moder.in capit.j.post Abb. de iudic. & in cap.2.de rescrip. & in hoc nõ est differentia inter homicidam & periurum: vt per plura concludunt Moder. in d.c.2.Dic tamen hoc procedere quo ad legem promotionis:in foro tamen conscientiæ plus peccat homicida, quàm periurus: vt no.glo.in cap. prædicandum.22. quæstio.j.& ista procedunt in periurante vel occidente per seipsum: secus tamen est in eo qui alium ad periurium inducit: quia talis plus peccat,quàm si alium occideret,per rationem,quam assignat text.notabilis in cap. ille qui hominem.21. quæst. 5.quem ad hoc commendat Abb.in capitulo clericos. de coha.cle.& mulie.& Feli.in cap.nouit.in 12.colum.de iudic.& in cap.apostolicæ.in 2.columnn. de excep.

29 † Et omnia ista de plano procedunt de iure canonico: de iure verò ciuili respectu clerici,nulla est pœna,cùm lex ciuilis in clericos nullam habeat potestatem. cap. ecclesia.de consti. sed respectu laicorum variatur pœna:quia aut sumus in ciuilibus aut in criminalibus.primo casu aut periurium est in damnum alterius,aut non.primo casu tenentur pœna falsi & crimine stellionatus.l.j. in princ. ff. de fal.& hoc procedit in iuramento iudiciali, vel voluntario extra iudicium: in iuramento verò confirmatorio, actus aliter punitur: quia priuatur actione, & fit infamis:vt in l.si quis maior. C.de transact.vbi ad hoc est casus singularis secundũ Mathesil. notabili. 50. incipien.non magnum. quem sequitur Thomas Ferratius cautela 20. incipiente,notum est.circa fin. cum si. vt per nouissimos in l.si insulam.super.5.quæst.Barto. ff.de verborum obligationibus.& ibi hoc tenent Moder.si verò nulli fit præiudicium,& tunc procedit dicta l. ij. C.de reb. cre. quòd solum Deum habet vltorem:quam ita intelligit, & declarat glo.in capitulo quicunque.in ver.recipiatur.6.q.j. & ibi tex.imponit tali periuro taxatam pœnam in foro consciẽtiæ:Aut verò sumus in criminalibus,& tunc subdistingue:aut dolo malo deposuit, vt quis morte puniretur, vel alia pœna corporali: aut errore ductus deposuit.aut sumus in dubio:Primo casu talis testis tenetur pœna legis Corneliæ de sicarijs, vel simili alia, qua puniretur ille, contra quem testimonium perhibet,siue secutum fuerit homicidium seu pœna alia, siue nõ.tex. est singularis quem ita intelligo in lege.j.§.j.ff.de sica. quem vltra doctores hic allegat Ias.in l.& si legibus.C.si contra ius vel vtilit.public.& in l.si duo.§.si quis.iurauerit. in fin. ff.de iureiurando. & prius Andr.Siculus in rubrica de fideiussor. in penultima columna, in rubrica de iureiurando in cle. columna quinta,& Corsetus in singularib.suis in verbo,testis. el j. Angelus Aretinus in tractatu malefic. in uersiculo, de consensu & deliberatione omnium. cum similibus.Et ratio prædictorum est: quia ex quo de dolo deponentis constat, non consideratur an ex illo testimonio secuta fuerit mors,necne: quia vbi factum sonat in delictum, non fit talis distinctio: vt tradit Bart. in l.non solum.§.si mandato.in penul.colum.ff.de iniurijs.quem sequitur Ias. in §.omnes autem.num.3.infra eodem.licèt in alio proposito.facit bene glo.§.ope. in verbo tenetur. suprà de oblig.quæ ex delic. nas.tradit idem Ias. in l. j. C.de ser. fug.cum concor.vt per eundem in §. sequens. num. 34.infrà eodem. quia isto casu satis est quod affectauit, & ille affectus in le. Cornelia eodem modo punitur, sicut effectus. lege,diuus.ff.ad l.Cor. de Sic.l.is qui cum telo. C. eodem. Et hoc de plano procedit cõsiderato rigore iuris antiqui. hodie autem solus affectus & conatus nõ puniretur capite, cùm per vnam saltem consuetudinem derogatum sit legibus punientibus solum affectum siue conatum: vt notanter dicit Specu. in titu. de accusa. §.j.& no.Ang.in l.j.ff.quod quisq.iur. per illum tex.& reassumit Felin.in cap.significasti. il.ij.in ij. columnn.de homi.sequitur Bartho. Veron.in repe. Authen. sed nouo iure: in 3.col.C.de ser.fugi.Alex.in l.qui ea mẽte.in apostil.ad Bart. ff.de fur. & in Italia per statuta etiam illis legibus de conatu, loquentibus derogatum est. vt dicit Bar.in d.l.diuus. de Sica. cum si.vt per Iaso.in l.j.§. hæc verba. in j. & ij. colũ. ff. quod quisque iur.imò cessantibus prædicta consuetudine & statuto adhuc dici potest mitiùs puniendum illum qui actum nõ consummauit.ar.text.in cap.sicut dignum.& quæ ibi dicit Felin. in 3.colum.de homi.cum multis alijs concor.quæ in proposito congerit Feli.in tract. quando conatus puniatur. in prima charta.Aut verò errore deposuit contra aliquem,credens illũ occidisse:& tunc subdistingue,aut in foro ciuili aut in foro canonico.primo casu non punitur de iure.l. Cor.l.j.ff.ad Turpil. secundo casu bene punitur de iure canonico: quia talis prohibetur promoueri ad sacerdotium:ita concludit. d. Abb.in cap.penul.ne cle.vel mo.vbi est tex.de hoc.facit tex.in ca. de cætero de homi.istud tamen procedit, quando ex illo errore mors sequuta fuisset prout iura prædicta loquũtur: aliàs tamẽ credo tales minimè prohibendos,cùm iustus error excusationem habeat. l. item apud Labeonem.§. si quis virgines. ff. de iniurijs. & cap. si iudex. circa fin.de sen.excom. lib.6.faciunt quæ notantur per doct.in cap.ad probandum.de re iudi.& in l.j.C.de testa.& in l.Barbarius.de offi.præto.

Aut verò sumus in dubio,an testis deponat contra aliquem vt occidatur dolo vel errore: & tũc in dubio præsumendũ est ꝙ potius dolo.ar.l.j.C.de Sica. & capit. j.de præsũp.Hoc tamen intelligendũ est secũdum quod declarat Alexan. in lege, non solũ.§.sciendũ.vbi Iaso.in ij. col. ff. de oper.no. nun.dum pro contrario allegant.l.meritò.ff.pro socio.& idem tradit Felin.in c.significasti.el ij.in pen.col.de homi. & Iaso. in l.j.in 4. col.C.de ser.fugit.cũ alijs:vt per Deciũ in cap.in præsentia.in 12.notabili.col.8.de proba.& in l.si emancipati.in 3.no. C.de colla.& in cap.ij.in princip.de excep.& pro ista declaratione prædictorũ docto.bene facit text.in capit.cũ tu. de testi. cum aggregatis per Felin.ibi.& in capit.super his. in 7.colũna. de accusatio.& singulariter per Francis.de Aretio.in capit. cũ à nobis.in 7.col.in versic. nota tamen.de testi. & hanc generalem distinctionem tanquam nouam in hac materia teneas mẽti: quia ab aliquo hactenus non fuit considerata, & per eam solues multa contraria: & intelliges plura quæ traduntur per doct. in materia periurij,de quo loquitur tex.hic & glos. Non tamen inficior, quòd omnia supradicta clarius per regulam, & fallentias, vel ampliationes tradita perciperentur, qui modus procedendi placet Ioanni Baptistæ de Sancto Seuerino in repetitione leg. admonendi in quinquagesimaoctaua columna. ff. de iureiurando. quia quando proceditur per

30 regulam † & fallentias melius distinguuntur, & concordantur singula capita: vt dicit Nicellus in tractat.contrarie. Bartol. concord. 166. incipien. deducere. super quo instruit te Felin. in capitulo super literis. in vndecima columna. & in capitulo nonnulli. §. sunt & alij. in principio. de rescript. nam ex quo distinctiones fiunt per an vel aut, multum implicant:vt dicit Lancelotus Decius in l. si à substituto. columna.

2.de

2. de leg. j. ver. capio glo. & ideò dicit, quòd causa commodioris & planioris doctrinæ Cuma. enumerauit casus. & ita istum modum putat clariorem in l. quæ dotis. numero 68. ff. solu. mat. & Feli. in d. §. sunt & alij. in primis verbis. tamen istum modum ideò sequutus non sum, quia non poterant congruè omnia dicta subordinari fœdere distinctionis: congruètiùs igitur putaui omnia subdistinctione complectenda: quod prius tentauit hic Areti. licet diminutè plura membra omittens. & iste modus mihi placet: quoniam, vt inquit Salyce. in l. filiæ cuius. versi. ex prædictis gl. C. fami. her. post Senecam
31 quem ibi alleg. doctori † distinguenti cæteris paribus est standum: quia magis appropinquat veritati: pro quo dicto faciũt plura iura quæ allegant quidam moder. Taurinen. videlicet Boschus in rubr. extrà de iudicijs. folio. 10. in 3. colu. licet de Saly. mentionem non faciat. Reliqua verò quæ hic congerit Ias. post Aret. & si ad ea multa possint addi, & aliqua taxari: tamen quia extrauagantia, omittam post istam gloss. latius pertractanda, vbi potiores eorum decisiones breui quadam discussione complectar.

32 † In eadem glos. ibi, & no. glos. vult dicere quòd istud iuramentum de quo in isto tex. quod dicitur de re petita, dicitur veritatis: pro cuius intelligentia est aduertendum quòd simplex est iuramentum veritatis: vnum quod præstatur à parte in exordio litis, vbi etiam de calumnia iuratur. & de isto non loquitur ista glos. sed de eo dixi in §. sed istæ. nu. 34. suprà eodem. Aliud est quod præstatur à parte vel à teste in principio vel fine causæ ad decisionem: & de isto loquitur ista glos. de primo habetur in cap. 1. de iura. cal. li. 6. vbi in causis spiritualibus de calumnia & veritate dicenda iurari debet. In hoc tamen illa duo iuramenta differunt: quia iuramentum calumniæ præstatur per principalem personam: iuramentum verò veritatis præstatur per procuratorem in animam domini: nisi fuerit clericus litigans pro ecclesia: nam tunc vtrunque iuramentum subire debet. d. c. j. & plures notabiles differentias inter ista iuramenta assignat latè Maria. Soc. in c. cùm in causa. de iu. cal. §. j. nunc dicamus. & per eundem Maria. vt suprà. & in cap. literas. & in cap. in pertractandis. nu. 47. eodem titulo. vbi ponit in quibus causis prædicta iurameta præstentur: & an quis cogatur illud subire: quæ omnia declaro in voce. Et an istud iuramentum possit omitti vel non: per eundem in cap. cæterum. num. 13. eodem libro. Et vide nouem casus in quibus iuramentum calumniæ à iuramento veritatis differat. per eundem Maria. in rub. eodem titulo. in 2. col. ubi etiam ponit in quo inter se conueniant: cui adde Bald. in l. 2. §. quod obseruari. C. eodem tit. de iu. calum. quæ omnia pro intelligentia terminorum sunt notanda. sed de iuramento veritatis decisiuo, de quo loquitur hæc glos. vltra ipsum & alios sunt notanda aliqua nota. digna. primò quòd licet quis possit argui de calumnia vel dolo: tamen si præstetur iuramentum de quo loquitur ista gloss. nostra, facit cessare illã præsumptionem calumniæ vel doli, quæ resultaret fortè ob hoc: quia iste qui iuramentum huiusmodi præstitit, de calumnia non iurauit. casus est notabilis in l. 3. §. j. ff. de iureiuran. intelligendo vt per Bart. in consi. incipien. Andrutiolus. quem ibi alle. Moder. facit text. in l. Marcellus. §. j. ff. re. amor. Et licet, vt dictum est, huiusmodi iuramentum veritatis doli vel calumniæ præsumptionem tollat: non tamen cessare facit temeritatem: & ideò tale iuramentum non excusat aduersarium ab expensis, si temerè litigauit. ita tenet Bar. in l. eũ quẽ temere. ff. de iud. Mod. in cap. finem litibus. de do. & contu. & in cap. quoniam contra. de proba. circa fi. Alexand. in l. properandum. §. sinautem alterutra. C. de iudi. Bar. in l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. cum concor. vt per Alex. in d. l. 3. quæ in iuramento veritatis loquitur de quo hic. & prædicta procedunt etiam si litis contestatio facta non sit, neque iuratum de calumnia: quia iuramentum huiusmodi supplet defectum litis contestationis & perpetuat actionem in tantum, quod stante statuto quòd si quis non petat debitum intra 10. annos, excludatur à petitione, non excluderetur, si in instrumento esset iuramentum præstitum: imò perpetuatur actio per 40. annos, quemadmodum per litis contestatio. quod pro notabili refert & sequitur Bartho. Vero. in cautel. 20. incipien. ex forma. pro quo est text. in l. si is qui. quem ibi no. Ias. in 2. & 3. notabili. ff. de iureiurando. Et hoc de plano procedit tenendo communem opinio. super qua aliàs dubitaui suprà in primo notabili. Intellige tamen supradicta procedere respectu iurantis: ipse verò deferens iuramentum de calumnia iurare tenetur, si petatur: quod secus est in iurante. l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iureiuran. quod est notandum: quia si ille qui defert iuramentum, omitteret de calumnia iurare cum ab eo peteretur, redderetur processus retro nullus. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iu. calumniæ. & not. Ias. in d. §. qui iusiurãdum. Hoc tamen limitatur non habere locum in parente vel patrono, qui licet deferant iuramentum, iurare tamen de calumnia non tenentur ratione de qua ibi, & per tex. in l. licet. ff. de obsequijs. ex his habes differentiam inter diferentem & iurantem: aliam ponit Ias. in dicta l. iusiurandum. §. prætor. in 3. notabili. Aduertendum tamen est quòd illud quod dictum est processum retro esse nullum, quando ille qui defert iuramentum, ad petitionem aduersarij nollet de calumnia iurare, procedit antequam per aduersarium esset iuramẽtum acceptatum: secus verò si postquam acceptauerit iuramentum, petat quòd deferens iuret de calumnia: quia isto casu si ille qui detulit, recusasset illud iuramentum calumniæ pro remisso tacitè habetur. casus est in l. si actor. ff. de iureiuran. quem ibi not. doc. ad limitationem dicti §. qui iusiuran-
33 dum. † In eadem glo. triplex inuenitur &c. quòd iuramentum triplex inuenitur, tu pro ampla declaratione istius glos. vide Ioã. de Selua in trac. de iureiuran. in j. quæst. 2. partis præsentis, vbi ponit 51. species iuramenti. & per Andr. Sicul. in rubrica de iureiur. in clementi. per Moder. in l. admonendi. ff. eo
34 dem titulo. & in capitulo finali, extrà eodem. † Circa. l. manifestæ turpitudinis. hic alleg. in gloss. colligitur vnum quod dicta l. censeatur correcta per dispositionem l. generaliter. §. sinautem. hic alleg. in glos. & ita communiter alibi tenuit glosator. Sed non insistendo super hoc dicite quòd communis opin. est in contrarium, de qua per Barto. Alexand. & Ias. in d. l. manifestæ turpitudinis. & tenet hic Ang. & Iason post Fabrum. quia d. l. manifestæ. loquitur quando non subest iusta causa recusandi iuramentum delatum à parte parti consentiẽte iudice: quo casu recusari non potest. Sed vbi subest iusta causa, tunc bene potest recusari: & ita loquitur in d. l. generaliter. §. sinautem. pro quo vltra istos vide tu latè moder. in cap. fin. de iureiu. & latissimè vltra alios istam difficultatem. l. manifestæ turpitudinis. & l. generaliter. attingit Soc. in consi. 184. incipien. difficilis & dubius. in 2. vol. per totum. vbi omnino videas. nam mei moris non est transcribere dicta aliorum, quamuis occulta, vbi nihil addendum occurrit. quæ etiam limitatur vt per eundem Soci. in trac. regularum regula. 205. Aduerte tamen quòd possent aliter concordari. d. l. manifestæ. & l. generaliter suprà. alleg. videlicet quòd d. l. manifestæ turpitudinis. procedat quando actor, qui detulit iuramentum, habet aliqualem præsumptionem pro se: tũc enim reus cui est delatum iuramentum, est in manifesta turpitudine, nolle iurare nec iuramentum referre: secus verò vbi actor nullam pro se præsumptionem haberet: nam tunc reus in turpitudine non est, sed poterit non iurare vel referre. & ita procedat. d. §. sinautem. ista fuit singularis declaratio ad d. l. manifestæ. Spec. in tit. de iu. dela. §. j. versi. sinautem actor nihil omnino &c. quem per plura refert & sequitur Hipp. de Marsi. in singulari suo. 83. in ore vulgi. & in l. de minore. §. tormenta. in j. col. ff. de quæstio. & vltra ipsum Domi. in cap. vnico. in pen. col. in fi. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. in 6. cum simil. quæ præter ista latè congerit Ioan. de Selua in trac. de iureiu. in 2. quæst. 3. partis. vbi vide. Aduerte quod illud dictum Spec. videtur in diem reincidere cum dicto superiori: quia iusta causa, vt dicunt doctores præfati intelligitur illa præsumptio quæ facit pro actore quò ad hoc, vt iuramentum referatur vel non: nam stante dicta præsumptione reus non habet iustam causam, & econtra: de quo tamen tu vide per Soci. in d. consi.
35 † In eadem gl. ibi, ita demum actio in factum. collige vnum, quòd de iure ciuili ex iuramento iudiciali actio nascitur quæ vocatur in factum: & idem tenet glo. in ver. actionem. suprà eod. per text. in l. actori. C. de re. cre. & tenet Bart. in l. si quis pro eo. de fideiuss. & ista est communis opi. Ex prædictis gloss. modò circa istam materiam iurisiurandi exordiendi sunt aliqui

aliqui casus notabiles quos Ias. longo apparatu prosequitur in prima parte gloss. quos hic reseruandos duxi, quia commodius cadunt.

93 † Primus igitur casus inter cæteros notabilior videtur ille, quòd si iuraui testamentum non reuocare, non obst. iuramento potero aliud testamentum facere, neque sum periurus. ita tenet Bartolus in l. si quis in principio testamenti. columna finali. de legatis tertio. & in l. cum duobus. §. idem respondit. il j. ff. pro socio. cum similibus. quam opin. hic sequitur Ias. Tamen aduertendum est, quòd licèt illud verum sit quòd actus factus contra iuramentum valeat, per infinita quæ remissiuè scribit Fel. in c. si diligenti. col. 1. de præscrip. tamen illud non est verum quòd quis possit reuocare testamentum absque nota periurij: & in primis communis opin. est in contrarium, quam latè probat Ioan. de Imo. in repe. c. cum contingat. in 13. charta. de iureiur. cum concor. qui adducit Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. in j. col. de ver. ob. & idem Alexan. in consi. 16. in j. col. in fi. in 3. vol. And. Barb. in c. j. de proba. & est glo. de hoc ordinaria in c. si. in ver. reuocatus. de procura. lib. 6. quam sequitur Feli. in c. si diligenti. in 5. col. in fin. de fo. compe. & illam gloss. sequitur Ang. in l. & in perpetuum. ff. de proc. & in l. Stichum. §. vsumfructum. ff. de sol. & in l. j. §. si stipulanti. colum. fi. de verb. oblig. Bal. in margarita sua in verb. procur. Bar. in l. cum precario. ff. de preca. Roma. in l. alia. §. eleganter. ad fina. sol. mat. cum pluribus alijs similibus, quæ congerit Felin. in dic. cap. si diligenti. in 8. colum. versiculo amplia etiam. Alexand. in consil. 16. in j. colum. in fina. 3. lib. Et hoc ratione comprobatur vltra ipsos: quia ex quo iuramentum potest obseruari sine interitu salutis æternæ, si non obseruetur, obligat ad periurium. ca. querelam. & cap. tua nos & cap. si vero. de iureiu. & ita est in casu nostro: actus tamen per hoc non irritatur ex eo, quia in depēdentibus ab animo vnius potest dari variatio. l. si quis in prin. de leg. 3. c. pe. de spon. & no. Mod. in c. cum. M. in vltima charta. de consti. & in l. si quis in princip. de leg. 3. secus vero esset in dependentibus à voluntate duorum: quia tunc non solùm contrauenien s esset periurus, sed actus non valeret: vt concludunt omnes per glo. ibi in c. j. de const. lib. 6. & Moder. in l. pacta nouissima. C. de pac. & in d. c cum. M. de cōsti. post Bar. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nun. & per hoc ego infero vnum contra communem opi. quòd si ego constitui te procuratorem & promisi per iuramentum non te reuocare: quòd ex quo iste actus est simultaneus consistens in voluntate duorum, quòd non potero mandatum reuocare. contra gl. & omnes in d. c. fi. Istam opin. ego probo sic: nam clarum est quòd validum est argumentum de iuramento ad iudicia. l. 2. ff. de iureiu. vbi tex. plus etiam dicit quòd habet maiorem authoritatem quàm res iudicata: cùm dicatur quædam transactio: sed clarum est quòd postquam sententia transiuit in rem iudicatam non potest retractari: vt in c. quo ad consultationem. cum pluribus similibus de re iudi. ergo neque iuramentum, cum maius vinculum habeat, ex quo obligat Deo & homini: vt in c. j. & ibi omnes. de iureiu. Præterea ea quæ à principio sunt voluntatis post promissionem fiunt necessitatis, non possunt retractari. l. sicut. C. de actio. & obli. sed hic est huiusmodi: igitur &c. Præterea post litem contestatam quis reuocare procuratorem non potest. c. 2. de procura. lib. 6. ergo à fortiori post iuramentum quod continet maius vinculum. Non obstat illud quod dicitur de testamento: quia ideò est, quia voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem. & in vita nullum ius acquiritur per testamentum nisi morte confirmetur: secus est in cōtractibus, vt in casu presenti. per. d. l. sicut. & ex hoc ego infero quòd si constituo procuratorem ad resignandum & renunciandum ex causa permutationis, & iuro non reuocare: reuocatio præterea facta non valet: ita expressè tenent domini de rota in deci. 104. in titulo de procura. in antiquis. & istam opi. indistinctè firmat Alberi. in l. si procuratorem. col. pen. & in l. item ad litem. in fi. ff. de proc. vbi dicit se ita in practica obtinuisse: quod not.

37 † Secundus casus notandus in hac materia iuramenti uidetur ille quem ponit Bald. in l. si ad excludendam. C. de reb. cre. quem magnificat hic Ias. nu. 70. videlicet, si quis iurauit non doctorari uel ad episcopatum promoueri: tale iuramentum non ualet quia illicitum, neque eget absolutione. pro quo Ias. hic alleg. glo. in c. florentinum. 85. dist. cum alijs, vt hic per eum. Et hoc idem sentit Feli. dum alleg. illam gl. in c. constitutus. in 9. col. versi. generaliter. de rescrip. & in c. intimauit. in 2. & 3. col. de test. & in c. præterea. de sponsa. in 6. col. in fi. & hanc eandem opi. tenet Andr. Sic. in cle. Romani. §. dubium. col. fi. de iureiu. & Fel. post Abb. in c. si vero. in 2. eo. tit. cum similibus. & Angelus in Summa sua in verbo, iuramentum.

Or aduerte: quia contra prædicta videtur esse text. in d. c. florentinum. vbi probatur ꝙ valet iuramentum de non accedendo ad episcopatum: & idem sentit glo. in d. c. Innocens. & hoc in ratione consistit: quia vbi iuramentum potest obseruari neq; est nutritiuum peccati venialis vel mortalis debet obseruari. d. c. si vero. & pro hac opi. est in terminis decisio Roma. notabili. 501. inci. quid si vnus. qui pro ista opinio. allegat. l. fi. ff. ad muni. & circa hoc videtur dubitare Fel. in c. dilectæ. de exceptio. Sed his non obstan. teneo primam opi. quæ est magis communis, quam communiter Summistæ tenent post Angelicam in verbo iuramentum. il 5. §. 3. cum si. vt per Ioan. de Selua, in trac. de iureiu. in 3. parte. quæst. j. in 8. fallentia. Non obstat tex. in d. c. florentinum. quia ad illum respondet notabiliter Abb. in d. cap. si verò. in 2. col. Et vltra ipsum, vt omnia ad concordiam reducantur, distingue breuiter, quòd aut aliquis iurat non doctorari, vel episcopatum acceptare ex eo, quia se putat inhabilem ad talem administrationem, & sic mouetur tantum zelo publico, & vtilitate priuata rennenda: & tale iuramentum non est illicitum: vt habetur in c. in scripturis. 8. quæstio. j. & tunc bene obligat illud iuramentum, dum tamen vera sit illa cogitatio ex qua ad iuramentum mouetur. aut verò ille qui iurat, aliàs esset dignus ad tales dignitates: & tūc aut alius reperitur ita dignus qui hoc opus velit, vel possit subire: & illud iuramentum adhuc obligat. quia seruari potest sine interitu salutis æternæ & incommodo proximi. ar. eorum quæ no. doc. post gloss. in capitulo constitutus. de appella. Aut verò alius non ita dignus, neque industriosus vel vtilis reipublicæ reperitur, sicut ille qui iurauit: & tali casu iuramentum est illicitum: & talis non obstante iuramento compelli potest ad tale onus subeūdum: neque erit periurus: & ita debent intelligi iura prædicta, & dictum Baldi: & ita etiam sunt declaranda dicta Abb. tam in dicto capitulo, si verò. quàm in capitulo, cum inter. ad fin. de renuntia. Et de ista materia vltra prædicta vide per Moder. in l. non solum. §. morte. ff. de operis noui nuncia. & in l. qui in aliena. §. si non adierit. de acquiren. hæredita. in illa quæstione, de eo qui iurauit non fideiubere pro alio. & per Oldra. consilio nonagesimo, incipiente, Quidam iurauit. cum similibus quæ, breuitatis causa omittuntur.

SVMMARIA §. POENALES.

1 *Dictio, Quoque, continuatiua est.*

2 *Dictio, Multas, de sui natura duos vel tres casus comprehendit.*

Dictio, Pene, duo comprehendit, & regulariter ad modicum refertur: tamen secundum subiectam materiam aliquando ad plurimum refertur iudicis arbitrio. idem de dictione, Plurisve. ibidem.

3 *Dictio, Quid, hic exponitur, id est. Aliquid.*

Dictio, Aliquid, & dictio, Quid, regulariter in minimo verificantur: tamen secundum subiectam materiam diuersificantur, vt ibi latè. ibidem.

4 *An iste text. procedat in corrumpente minimam partem albi prætoris. ibidem.*

Pro minimo an & quando detur restitutio, & an & quando de minimo sit curandum. & nu. 19.

Intellectus l. scio. ff. de rest. in integ. ibidem.

Minor ad lucrum restituitur. ibidem.

Quæ sit differentia inter Quid & Quod.

Qui in parte malitiosè peccat, omnium reus iudicatur, intelligen-

intelligendo vt hic.ibidem.

Paria sunt quòd instrumentum appareat in totum falsum, vel particula eius quò ad hoc, vt totum falsum dicatur.

5 *Pœna corrumpentis edictum prætoris habet locum in subdito corrumpente arma vel insignia alicuius domini, & in vtente eisdem armis siue insignijs sine principis consensu, declarando vt hic.*

Imagines siue arma proditoris posita in ciuitate possunt deleri.ibidem.

6 *Creditur scriptis sculptis in parietibus, limitando vt in fin.istius numeri.*

Ex qualitate pœnæ arguitur efficacia ipsius actus.

Substitutio vulgaris tollit fuitatem, quando est valida: secus si caduca.ibidem.

Falsans instrumentum nullum, non punitur pœna falsi. ibidem.

7 *In terminis istius tex.non sufficit petere veniam, nisi etiam impetretur, & quod remedium habet ille cui denegatur licentia, non ita consideratur reuerentia potestatis de iure canonico, sicut de iure ciuili.ibidem.*

Dispositio legis, lis nulla.ff.de iud.non procedit de iure canonico.ibidem.

Filius emancipatus non potest conuenire patrem sine venia.ibidem.

Quando agitur de veritate dicenda, licentia superioris non est in consideratione.ibidem.

Intellectus.c.si religiosus, de electio.lib.6.ibi.nu.7.

8 *Monachus dicitur filius spiritualis monasterij & est in potestate abbatis quem non potest conuenire sine venia.*

9 *Quid si filius vel aliæ personæ de quibus hic absque venia citauit patrem, & post citationem consequatur veniam, nunquid euitet pœnam de qua hic, & talis venia ad hoc vt dicatur concessa, sufficit quòd iudex determinet citationem.& num.38.& 43.*

Sufficit quòd licentia confitendi de qua in c.omnis. de pœni. & re.interueniat ex post.facto.ibi.

In sacramentis ratihabitio operatur.ibid.

In pœnalibus debet fieri benigna interpretatio.ibid.

10 *An mandans committi maleficium puniatur vt committens.*

In statutis verba propriè capiuntur.ibidem.

Prohibitus vendere si vendit per alium, non incidit in pœnam quasi ipse vendiderit.ibidem.

Si aliquis mandauit tibi vt aliquem occideres, tu verò mãdasti alteri, nunquid primus mandans teneatur.

Quæ sit differentia inter mandantem, persuadentem, & conducentem.ibidem.

11 *Actiones pœnales prætoriæ sunt annales, sed rei persecutoriæ sunt perpetuæ, & transeunt ad hæredes regulariter ampliando & limitando, vt hic.*

An & quando actiones descendentes ex statutis ducum, marchionum, comitum &c.sunt annales.ibid.

12 *Actio de dolo an sit odiosa.*

Illud dicimur non posse quod est contra verecundiam. ibid.

Verecundia est maxima pœna.ibidem.

Pœnales actiones regulariter odiosæ sunt non sic rei persecutoriæ.ibidem.

13 *Pœnales actiones non dantur contra hæredes nec transeunt ad hæredes, distinguendo vt hic.*

14 *Quid sit album prætoris.*

15 *Pœna corrumpentis album prætoris habet locum siue edictum sit temporale, generale, vel speciale.*

Aliquid dicitur esse perpetuum quandiu durat.ibidem.

Super verbo ambiguo non potest fieri fundamentum. ibid.

Ratio finalis corrumpentis album prætoris est contemptus maiestatis.ibidem.

Argumentum de parte ad totum & econtrà, est validum etiam respectu temporis.ibidem.

16 *Libertus conueniens sine venia patronum, si non habet vnde soluat pœnam quinquaginta aureorum, debet luere in corpus, limitando vt hic, & ampliando, vt nu.18.*

Vbicunque in defectum prouisionis hominis succedit prouisio legis, illud remedium tolli non potest per hominem priuatum.ibidem.

Priuatus non potest legibus derogare.ibidem.

Vbi obligatio legis ad pœnam corporalem subrogatur in locum alterius obligationis, etiam iudex non potest illam pœnam remittere.

Patronus potest remittere liberto pœnam.l.aureorum, de qua hic.ibidem.

17 *Libertus qui fuit punitus corporaliter in defectum solutionis pœnæ pecuniariæ, si postea perueniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur soluere illam pœnam, secus si pœna fuit ei remissa causa paupertatis, quia tenetur illam soluere, si peruenerit ad pinguiorem fortunam.*

Colonus cui propter paupertatem pensio remissa fuit, si postea perueniat ad pinguiorem fortunam, soluere cogitur, & idem in cedente bonis.ibidem.

19 *Nihil fecisse quis dicitur, cùm aliquid superest ad agendũ.*

Modicum fermenti totam massam corrumpit.ibid.

An cessans in solutione vnius nummi, possit priuari emphyteusi.ibidem.

20 *Ex facto prohibito dolus arguitur.*

21 *Dispositio istius text.volens quòd libertus non possit conuenire patronum sine venia, habet locum etiam in parente & eius liberis, vt non possit conueniri à liberto sine venia, & talis venia debet concedi causa cognita, & non requiritur citatio.ampliando, vt nu.23.*

22 *Illud quod dicitur hic de patrono, procedit in omni illo patrono qui manumisit seruum, secundum causas hic enumeratas in glo.etiam si ex constitutione diui Marci consequutus sit libertatem. declarando vt hic.*

24 *Illud quod dicitur hic de patre, procedit in adoptiuo.*

Iuris correctio nunquam censetur habere locum, nisi expressè fiat. Et ideò per subauditiones non debet fieri.

Ille qui leuauit aliquem de sacro fonte, non potest ab eo conueniri sine venia.

Mater non potest à filio sine venia conueniri.ibid.

25 *Filius vel libertus in causa criminali quæ famam patris vel patroni sugillet, non possunt cum venia eos in ius vocare.limitando vt hic.*

26 *Dans solum libellum supplicatorium vel conuentionalem contra patrem vel patronum non incidit in pœnam huius edicti, ratio assignatur, declarando vt hic. & limita. vt nume.27.& 28.& talis oblatio libelli est actus extraiudicialis, & potest fieri die feriata, & hoc intelligitur de libello qui datur iudici, non autem parti.*

Iudicium incipit à citatione, non autem à libello, qui de processu non dicitur, secus in citatione.ibidem.

Intellectus.l.si libertus.ff.de in ius vocan. nu.26.ibidem.

Commissio simplex non est de processu.ibidem.

Licet quis supplicando dicatur molestare & controuersiã mouere, non tamen dicitur litem mouere nisi emanasset citatio.ibidem.

29 *Vocans in ius patrem vel patronum, licet non compareant in iudicio, incidit in pœnam huius edicti.*

Pœna huius edicti, cui venit applicanda, & à quo, & quando & in quibus casibus possit remitti. & 31.& 32.

Intelle-

Intellectus l.quamuis.ff.de in ius voc.ibid.& nu. 31.

30 *Quotiescunque ex edicto prætoris imponitur aliqua pœna contrafacienti, si ille pœniteat antequam ad vlteriora procedat, illa pœnitentia reducit rem ad pristinum statum, & euitatur pœna, nisi sit facta prouisio in contrarium.*

Pœna acquisita parti non potest remitti per principem. ibidem.

Quomodo intelligatur illa regula quòd vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet pariformiter determinare

Remissio pœnæ, nec etiam veniæ, de quibus hic non potest fieri à prætore nec à patre vel patrono ex pacto, sed bene tacitè. ratio assignatur.

32 *Volenti non fit iniuria, & qualiter procedat.*

Iuri reuerentiali renuntiari non potest pacto partium. ibidem.

33 *Processus propter omissam veniam non vitiatur. ratio assignatur declarando, vt hic.*

Licitè dicitur illud esse factum pro quo pœna imponitur. ibidem.

34 *Hæres extraneus liberti vel filij potest in ius vocare patronum sine venia, secus si fuerit filius. distinguendo vt hic.*

35 *Edictum de in ius voc. partim est odiosum & partim fauorabile, declarando vt hic. & nu. 36.*

Dispositio Macedoniani, est odiosa, et dispositio Velleiani est fauorabilis. ibidem.

Duo specialia simul esse non possunt, fallit vt hic. ibid.

37 *Patronus potest citari sine venia, si libertus sit tutor & citat patronum in causa pupilli. ratio assignatur limitando vt hic.*

Libertus etiam in causa propria potest citare sine venia tutorem vel curatorem patroni, non tamen procuratorem patroni. & quæ sit ratio differentiæ.

38 *Quæ sit forma petendæ veniæ per filium, vel libertum.*

Reus dicitur actor quando exceptio habet inclusam actionem.

39 *Quando non est statuta pœna in aliquo casu, relinquitur arbitrio iudicis, & tunc bonum est habere iudicem fauorabilem.*

An, & quando in aliqua lege circa vnum casum est apposita pœna habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, si postea fiat per aliam legem additio ad illum casum in alijs personis pœna posita in priori lege, censeatur repetita in additione. ibidem.

Limitatio ad regulam quæ habet, quòd masculinum concipit fœmininum. ibidem.

Quando sunt duo æquiparata à iure antiquo, dispositum in vno, trahitur ad aliud. ibidem.

An istud edictum vendicet sibi locum in parentibus spiritualibus. ibidem.

40 *Emancipatus potest patrem citare cum venia.*

Filius non potest in ius vocare matrem. ibidem.

An in spiritualibus filius possit citare patrem sine venia. ibidem.

41 *Filius existens sub potestate patris, nec cum venia nec sine venia poterit patrem in ius vocare.*

42 *An in casibus in quibus filius in potestate non potest agere contra patrem, si agat de facto & sine venia, nunquid incidat in pœnam edicti prætoris scilicet. 50. aureorum.*

Ex actu nullo quis puniri non debet. ibidem.

Casus omissus relinquitur sub dispositione iuris. ibid.

43 *Filiusfa. miles, vel aduocatus si agat respectu rerum castrẽsium vel quasi, requiritur quòd impetret veniam, amplia etiam si pater sit prodigus, cui rerum administratio interdicta est.*

Dictum gl. debet intelligi secundum legem, quam allegat. ibidem.

44 *Actiones de quibus in §. isto, sunt pœnales ex parte actoris intelligendo vt hic.*

45 *Iste §. vtrumque titulum comprehendit, videlicet titulum ne quis eum. & titulum, de eo per quem fac. erit. & quæ sit differentia inter eos titulos.*

Prætor dicitur plenus æquitate. ibidem.

Quæ sit detestabilior vis vel dolus, & magis punibilis.

Vis plus comprehendit quàm dolus.

Iurisdictio delegati est dignior & fortior iurisdictione ordinarij.

Ad veritatem disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram. ibidem.

46 *Quare Accursius obscurè & intricatè vt plurimum loquatur.*

47 *Ad quid prosint hodie tituli ne quis eum. & de eo per quem fac. erit.*

Per citationem perpetuatur actio. ibidem.

48 *Actio de qua in isto tex. & rubricis, ne quis eum qui in ius voc. & de eo per quem fac. erit. non perpetuantur per citationem, sed expirant anno, vt aliæ prætoriæ.*

Quæ sit differentia inter interruptionem præscriptionis & perpetuationem actionis. ibidem.

49 *Non solum eximens captum de manibus familiæ tenetur creditori ad solutionem illius debiti, tanquàm si pro capto debitore fideiussisset, sed etiam ille tenetur qui notificauit debitori alicuius quòd aufugeret, quia creditor volebat facere eum capi, & sic aufugit, ampliando vt hic.*

50 *Cardinalis habet priuilegium, vt si obuiat ei qui ducitur ad mortem per impositionem pilei eum liberat, idem dicendum est si condemnatus ad mortem amplectitur sacerdotem portantem corpus Christi, limita vt hic remissiuè.*

Consuetudo quæ præstat occasionem delinquendi, non tenet. ibidem.

Confugiens ad sacerdotem portantem corpus Christi, consequitur immunitatem. ibidem.

§ POENALES. Hic §. tres partes continet, & per consequens tres diuersæ materiæ ponuntur in eo, quas exactissimè prosequar in his quæ ad text. & gloss. pertinent.
1 † In textu ibi, quoque. ista dictio continuatiua est, de qua dic vt latè dixi suprà in §. in personam. in secundo notabili.
2 † In tex. ibi penè. ista dictio exceptiua est de sui natura: vt patet in §. ex hoc iure gentium. suprà de iu. naturali. iuncta l. ex hoc iure. ff. de Iustiti. & iure. Item ista dictio habet significationes multas, & virtus eius ad modicum refertur: c. factus. 7. q. j. & est tex. in c. dudum. il. j. quem ibi no. in pe. notabili extrà de elec. idem Abb. in c. tua nos. nu. 11. de coha. cle. & mulie. & videtur text. in l. si habitatio. in princi. ff. de vsu & hab. & tex. in §. discipuli. in procem. digestorum. & l. pe. ff. de sta. ho. facit tiam l. 2. in prin. C. de ve. iu. enucle. patet etiam in text. nostro propter adiectionem, Multas. quæ dictio de sui natura duos vel tres casus comprehendit. §. singulorum. vbi not. Ang. suprà de re. diui. & §. fin. suprà de iu. persona. & tenet Bar. in l. j. §. hoc rescriptum. ff. ad silleia. cum si. & de dictione, Penè, quòd duo comprehẽdat, videtur text. & ibi glo. in c. vnum. §. nomine autem. 25. dist. Sed tamen text. est in contrarium, quem ibi not. glo. in c. qui sine. 3. q. 7. vbi probatur quòd ista dictio, Penè, ad magnam quantitatem refertur. facit l. nemo. ff. de re. diui. Sed potest breuiter dici quòd ista dictio, Penè, regulariter ad modicum refertur per supradicta iura & tenet Præpositus post Archi. in d. c. qui sine. tamen secundum subiectam materiam aliquando ad plurimum refertur: vt patet de dicta dictione, Multi, quæ etiam regulariter

gulariter duo vel tres comprehendit per suprà dicta. & tenet Alexand. in l. si constante. in 7. col. nu. 23. ff. sol. ma. cum concor. vt latius congerit idem Alexand. in apostil. ad Bart. in l. si gêma. in fi. ff. de arbor. fur. cæs. Et vltra ipsum est gl. iuncto text. in c. vidua. 34. dist. quæ ridiculosè loquitur. Et de verbo, Penè est gloss. & ibi text. in authen. de non eligen. secund. nub. in prin. & habetur in l. properandum. in prin. C. de iudic. & in l. fin. in fi. C. de impube. Et hoc iudicis arbitrio relinquitur, prout de ista dictione, Plurisue, videmus, quæ de sui natura ad minimam partem refertur & paribus passibus ambulat cum dictione, Penè: vt dicit gloss. in c. quali. 23. q. 5. dum alleg. l. hæc adiectio. ff. de ver. sig. & tamen aliquando ad magnam partẽ refertur secundùm arbitrium iudicis, prout latè post Alexan. exorditur Ias. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. super gloss. in

3 ver. plures. iuxta l. j. §. fin. ff. de iu. delib. cum si. † In text. ibi, quicquid. ista dictio Quid, exponitur, id est aliquid. l. si multi. vbi gloss. ff. de public. & ista dictio Aliquid, & dictio quid, in minimo verificatur l. mulier. §. fin. vbi glo. ff. de condi. insti. tenet Bar. in l. si seruum. §. prætor ait. per illum textum. ff. de acquir. hære. & Bald. in c. quoniam. per illum textum extrà de testi. & ibi Decius in princi. Et hoc idem est de dictione Aliqua: vt est glo. notabilis in cle. j. in ver. aut earum parte aliqua. de fo. compe. facit tex. in l. liberis. §. siquis sciens. ff. de lib. cau. sequitur Fel. in c. 2. in 5. col. de libel. obla. Socin. in repe. l. j. in 7. col. ff. quando appel. sit. & est casus formalis vltra omnes in l. hanc legem. ff. de contrahen. emp. cum similibus de quibus aliàs latissimè dixi in rub. ff. sol. mat. & in c. maioribus. de præ

4 ben. & infrà dicetur. † Et secundùm hoc text. iste procederet in corrumpente etiam minimam partem albi prætoris. quod etiam probatur in l. 51. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco pub. ibi, vt si quid illic fiat &c. quæ verba in illo edicto etiam in minimo verificantur: vt ibi patet, & vt dicit Soc. in cõs. 215. visa prædicta. in 2. col. circa fi. in 2. vol. ista dictio aliqua, siue aliquid, quod idem est, comprehendit quamlibet partem. & inter plura allegat pro hoc text. in l. si vnquam. C. de reuo. dona. & in consi. 113. in causa Vbertini. in princ. lib. 4. & Signorol. in consi. 115. in quæstione Petri. in j. col. Imo. in consi. j. in 4. col. & in notabili casu idem Signorol. tradit in consi. 171. incipien. Ser Anto. in pen. col. vbi concludit quòd ista dictio si qua, vel aliqua, sit generalis comprehendens quamlibet partem siue in statuto vel contractu: per iura allegata ibi per eũ. Reperio tamen quod Philip. Decius in l. cum quid. in princi. ff. si certum pet. dicit quòd ista dictio, quid, interdum in minimo non verificatur. & isto modo posset teneri quòd iste textus non procedit in corrumpente minimam partem albi prętoris, pro qua opinione allegat duo iura simul iuncta l. in minoribus 25. annis. ff. de mino. & l. scio. ff. de in integ. resti. nam in d. l. minoribus. dicitur quòd minores restituuntur, cùm aliquid damni passi sunt: & tamen illa dictio, aliquid, non potest in minimo verificari, cùm pro minimo damno non competat restitutio. d. l. scio. Et vltra Decium contra glos. in d. cle. j. in ver. aut eorum. quod verbum, aliquid, in minimo non verificatur, est tex. in l. gallus. §. in omnibus. ff. de liber. & posth. quem Iason. in l. j. in 2. col. C. de pact. dicit se nouiter contra illam glo. ponderare. sed tamen ille text. resoluitur ibidem per eũdẽ. Et vltra ipsum contra illã gl. facit gl. in cle. j. in ver. incerta. de præben. facit textus. in l. stipulatio ista. §. siquis fortè. ff. de ver. ob. Sed tamen nõ est recedendũ à cõmuni opi. videlicet quòd illud verbum aliqua, siue aliquid, in minimo verificetur: quam vltra prædicta tenet Oldra. in consi. 226. quidam episcopus in 3. col. & Ias. in l. legitima. in 2. col. ff. de pact. pro qua est text. in c. ex parte. §. porrò. de priuil. facit c. vbi periculum. §. idem quoque. de elec. lib. 6. cum similibus: vt in d. glo. dixi. & retenta ista parte bene procedet intellectus contrà datus ad istum textũ, vt etiam in minima albi corruptione procedat. Non obstant iura suprà allegata in primo text. in d. l. minoribus. quia dico quòd ibi dictio, aliquid, pro minimo verificatur. non obstat text. in d. l. scio. quod pro minimo non datur restitutio: quia dico quòd hoc est falsum. quia imò regulariter in minimo læsus restituatur: vt ibi est text. inducendo, vt statim dicam: & probatur in §. gallinarum. supra de re iudi. faciunt adducta per Ias. in authen. qui rem. in 5. col. C. de sac. san. ecc. vbi adducit 12. decisiones ad probandum, quòd de minimis curetur cum alijs quæ adducit Alexand. in l. in execution. §. item si ita. ff. de ver. ob. & latiùs dixi post Alexand. & Mod. in rubr. ff. sol. mat. & pro ista parte solet allegari text. in l. si proprietarius. ff. de dam. infec. Non obst. text. in d. l. scio. quia respondeo q̃ ille text. probat contrarium illius ad quod allegatur: nam quod de minimo ibi non curetur, procedit eo casu, quo per restitutionem in minimo damno recederetur à contractu maioris summæ & quantitatis: secus autem in minimo damno per quod non fieret maiori summæ præiudiciũ, puta in re de se minima: quia tunc bene restitutio competit, per d. l. scio. quæ à contrario sensu hoc innuit. & pro hoc videtur text. in l. cum his. §. si prætor. ff. de transac. Et pro isto intellectu. d. l. scio. videtur casus in l. quoniam in prioribus. ibi, ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur. C. de inoffi. test. & ita istum intellectum sentit Marianus. Soci. in tractatu. de citationib. articulo trigesimoquinto. quæstione quarta principali. quæ est in finali charta tractat. & prius Bal. de quo ipse non facit mentionem in capitulo, cum adeò. in secunda, columna de rescriptis. Probatur efficaci ratione: nam clarum est quòd minor ad lucrum restituitur. lege, & si fine. in principio. & §. primo. & lege, denique. §. si quid minoribus. ff. de minoribus. iuncta lege, qui autem. in principio. ff. quæ in fraudem creditorum. ergo à fortiori, in damno debet restitui. & istum etiam intellectum sentit Barbat. apertè in consilio. 34. illud in medium. in 5. col. in 4. volu. & in consi. 10. incipi. clementissimi Dei. in 4. col. num. 4. j. lib. In ista tamen materia quæ videtur brocardica, certa regula dari non potest: vt patet ex adductis per Ant. corset. in tractatu de minimis. Et quantum attinet ad d. l. scio. magis communis videtur regula per illum text. quòd de minimo non curetur: vt plura per illum text. tradit Hip. de Marsi. in l. furem. in 2. & 3. col. ff. de sica. & in singularibus suis. 276. incipiente. parum & nihil. & moderniores in l. vt vim. in 13. col. ff. de iusti. & iure. cum multis notabilibus decisionibus quę congerit And. Sic. in consi. 88. sapienter scribitur. in 8. col. num. 12. in 3. volu. & Ioã. Bapt. de Sancto Seuerino in trac. de debito. fugi. in 3. principali. q. Et ideò in istis, & in dicta dictione, Aliquid de qua suprà, materia subiecta consideranda est, quæ secundum diuersos casus diuersificatur, prout in ista dictiõe, Quid, de qua hic agitur, dicit Prępositus Cardinalis in c. super eo. in princ. de eo qui cogno. cõsan. vxo. suæ. & ita declaratur tex. in §. mortis causa. suprà de donationib. ibi si quid humanitus contigisset. Inficiari tamen non potest quòd regulariter illa dictio, quid, ad minimum refertur, per supradicta. Et licet ista dictio, quid, in parte verificetur: vt suprà dictum est, secus tamen est in dictione, Quod, quæ ad totũ refertur. & sic est differentia inter quid, & quod: quia prima significat diminutionem, secunda perfectionem: vt est text. & ibi glo. in versic. si quid. in lege prima. §. hoc autem edictum. ff. de operis noui nũtiatione. quod nota ad multa. Tamen ista differentia mihi non satisfacit, neque aliquo iure probatur: & confunditur per ea quæ superius dicta sunt, dum fuit conclusum quòd ista dictio continet non solum totum, sed quamlibet partem quod tenet expresè Imola & ibi Claudius aquen. in dicto §. hoc autem. & est textus, quem ibi notat Iason in lege qui filiabus. §. primo. de legatis primo. ad idẽ lege si necessarias. §. si annua. digest. de pignoratitia actione. Et in text. nostro istud verbum siue dictio, Quid, magis cõsonat, quòd in magna parte albi prætoris verificetur: vt mitior fiat in pœnalibus interpretatio: & consonat regulæ dictæ l. scio. & esset minus durum quòd corrumpens minimam partem edicti pœna. 500. aureorum teneatur. facit etiam pro hoc text. in §. si quid. iuncto §. insuper. in c. statutum. de rescri. libro 6. vbi illa dictio si quid, in minimo non uerificatur. Sed tamen tenendo quòd iste text. etiam in corrumpente minimã partem procedat, prædicta de facili euitantur: quia pœna de qua in d. l. si id quod. propter contemptam maiestatem imponitur: & ideò tam grandi pœna mulctatur: ut ibi patet, secũdum communem literam. & quia eadem ferè ratio videtur: nam qui in parte malitiosè peccat, omnium reus iudicatur. capitulo defleat. de regulis iuris. facit l. uulgari. ff. de fur. unde debet esse idem ius, licet maior sit ratio in uno quàm in alio. arg. text. ualde notabilis in l. j. §. item notandum. & ibi scripsi. ff. de aleato. nam ubi de maiestate conseruanda agitur, minimum

mum á magno non differt: l. si quis non dicam. C. de episcopis & clericis. & sic in tali casu solus affectus punitur, & sola mala uoluntas. ut tradit Felin. in tracta. quando cona. noce. facit quod dicit Bart. in l. utrum. ff. de parrici. & facit optimè text. in capitulo inter dilectos. de fide instru. ubi paria sunt quòd instrumentum appareat in totum falsum, uel particula eius, quò ad hoc, vt totum falsum dicatur: & hoc putarem maximè procedere in re diuisibili, prout est album, & instrumentum, & in exemplo d. l. vulgaris. Nam qui auriculam hominis tangit, totum hominem tetigisse videtur. cum multis alijs quę de facilli adduci possunt. Hæc tamen quæ dicta sunt, declarātur pluribus modis: vt tradit Maria. Soci. in trac. citationum articulo. 20. quæst. j. 11. principalis per totum. licet de prædictis mentionē non faciat. neque obst. q; de minimis nō fit curā dū: quia illud procedit de iure speciali: secus de iure cōmuni: quia tali casu bene de minimo curatur. l. 1. §. illud. ff. de cōiug. cum eman. lib. & ita tenet Bar. in l. si proprietarius. ff. de dam. infec. quem sequitur Ias. in l. stipulatio hoc modo. in 1. col. ff. de verborum obliga. vbi dicit idem esse in omni casu vbi fit contra bonos mores. Et idem quando de delicto agitur: vt dicit Ange. in l. Mæuius. ff. de condit. & demonstra. & Bald. in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. quæ omnia teneatis cordi: quia conferunt maximè ad intellectum. §. nostri. & non traduntur ista à doctoribus: quia non ponderant istum text. in illa dictione, Quid, quæ est alicuius ponderis propter supradicta. & quia sæpius occurrit quòd aduersarij lacerant schedulas vel chartas affixas in ualuis ecclesiarum quibus aliquis declaratur excommunicatus uel falsarius siue proditor: nam dilacerātes in parte uel in totum tenentur actione de qua hic per supradicta.

5 † Nota primò ex isto text. secundum Iasc. & Aretin. quòd nemini impunè licet corrumpere edicta in albo prætoris proposita, sub pœna de qua hic: quod amplia, ut hic per eos. Adde quòd idem est in armis uel insignijs alicuius domini: nam si subditi corrumpunt illa insignia, non solum possunt conueniri actione de qua hic, in territorio illius domini, sed etiam possunt puniri ut rebelles. ita dicit Domi. in capitulo, quicunque. 30. distinct. quia per hoc dicitur priuari ille dominus subiectione. quod dictum sequitur ibi Præpositus. Et quod dictum est, puniendos esse qui edicta uel insignia publica corrumpunt: & idem dicendum de clericis uel fratribus delentibus insignia & arma ab ecclesia posita per ædificantem: nam debent puniri arbitrio iudicis, l. qui libertatē. ad fin. & l. opus. ff. de oper. publ. tenet Bar. in d. l. qui libertatem. & Roma. notabili. 474. incipiente, eorum arma. quamuis ille qui apposuit in ecclesia talia insignia uel arma, perdat meritum: vt dicit Domi. in cap. duo sunt. 65. distio. Eodem modo est dicendum quando non corrumpuntur siue delentur, sed si temerè quis illis insignijs sine principis permissu utatur: ut in l. j. C. ut ne priua. tit. Prædicta tamen nō procederēt, quando aliquis propter traditionem à ciuitate expellerentur: nam tunc eorum imagines & insignia corrumpere non est peccatum: imò impunè permittitur. vt hic etiam dicit Iaso. post Aret. per tex. notabilem in l. eorum. ff. de pœnis. & ultra ipsos hoc idem per illum tex. tenet Roma. notabili. 666. incip. an arma rebellium. tenet etiam Bart. Veronen. in tract. serui. vrba. c. 71. col. fina. & idem Roman. notabili. 474. incip. eorū arma &c. & de istis intelligitur illud dictum Iuuenalis. Descendunt statuæ restemque sequuntur: Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis Cedit, & immeritis frāgunt crura caballis. & alibi: Frangēda potius funestat imaginem gētem. Tamen mihi uidetur quòd licet quis à ciuitate expellatur, non propterea licitum est cuilibet illius statuas frangere. quia tex. quem allegant doc. in d. l. eorum. hoc non dicit: nam sine iussu principis quis non potest alterius rē inuadere. arg. tex. in l. fi. C. Vnde ui. imò etiā quādo propria est, non potest eam etiam à fure propria authoritate occupare. vt ff. de ui & ui ar. l. j. §. qui à me. c. in litteris. de rest. spol. & ideò crederem quod text. in d. l. eorum. debeat intelligi ex permissu principis cùm loquatur per uerba futuri temporis.

6 † Nota primo ex isto text. secundum Aret. hic quod creditur scripturis sculptis in muris siue parietibus. Iaso. tamē dicit q; istud notabile hic non multum probatur. Sed tu dicas hic optimè probari: quia si corrumpens scriptum positum in albo prætoris punitur pœna quingentorum ducatorum. d. l. si quis id quod. & videbimus in gloss. datur intelligi quòd illa pœna apposita fuerit contra rumpentem scripturam efficacem, per quam manifestè poterat probari aliquem fuisse citatum vel excommunicatum: vt hodie practicatur in curia. nā ex qualitate pœnæ arguitur efficacia ipsius actus. l. si quis maior. C. de transac. si igitur illa scriptura in albo posita fuisset inanis vel in efficax, eam corrumpens non teneretur aliqua pœna. l. eam quidem. vbi not. Bal. C. si man. ita fuer. alie. & idem tradit Bald. in l. filium. §. si quis. ff. de lega. præstan. & tenet Riminaldus in lege finali, in principio. C. de in ius vocando. cum alijs. vt per Ias. in lege vbi pactū. in penul. col. C. de transactionibus. & latissimè per Felinū in cap. ex tenore. in prima col. versiculo, de rescripto nullo. cum sequenti. & sequenti columna de rescriptis. & vltra ibi exactissimè cumulata per eum, facit in simili dictum Bald. in l. si mater. §. primo per glossam ibi. ff. de vulgar. & pupill. quod substitutio vulgaris tollit suitatem, quando est valida: secus si caduca. Et ideo dicit tex. in l. 2. §. testamentum. ff. quemad. testa. ape. quod l. loquens de instrumentis, debet intelligi de efficacibus. Hinc est quòd falsans instrumētum nullum non punitur pœna falsi. l. si quis legatum. ff. de fal. l. damus. & quod ibi not. Bal. C. eo. Et finaliter ista est magis communis conclusio quam tenet Ias. in l. admonēdi. in 51. col. in repe. ff. de iureiu. & ante ipsum latiùs Ange. de Aretio in tract. maleficio. in verbo Falsario. in 2. col. vbi latè, & latiùs per Gand. in eod. tract. titu. de falsarijs. quæst. 120. tenet Alex. consi. 70. viso processu. col. fi. lib. primo. Ex istis igitur patet quòd iste tex. optimè probat opinio. Ang. quia ex quo loquitur de corrumpente scripturam positam in albo efficacem, certum est quòd illa scriptura probat. & ita in terminis tenet Fel. in cap. cum causam. in 3. colum. versi. item fallit. extrà de proba. allegat text. ibi, in sui ratione. in l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. & pro ista opin. facit singulariter decisio Pau. de Cast. in l. si à fratre. in fin. C. de testa. mili. & habetur per Barba. in repet. rubricæ de fide instru. folio. 20. & ita videtur ipsa veritas, à qua, vt videtis, Iason studio contradicendi recessit. Sed opere pretium est, videndum, nunquid si scriptura quæ in albo posita est, fuierit inefficax, an rumpēs eam, teneatur aliqua pœna: & ex allegatis superius videtur dicendum quòd non. Tamen non videtur contrarium posse facilius defendi: in primis quia negari mihi potest q; ex actu nullo colligitur voluntas & propositum alicuius. l. fin. vbi Bart. ff. de reb. eorum. cum multis concor. vt scribo in §. ex maleficijs. infra eodem. & in cap. j. in 3. not. post Crotum ibi, de constitu. 6. Sed voluntas mala punienda est: ut probat text. in l. j. ff. de va. & extraor. crimi. igitur &c. Nō obstat quod falsum non est punibile quando nulli nocet. d. l. damus. quia respondetur illud esse uerum pœna falsi: pœna tamen extraordinaria punietur. vt dicit Bald. & Angel. in dicta l. damus. & Cy. in dicta l. prima. C. de sepul. vio. pro quibus latè consuluit Socin. in consi. 62. in 1. & 2. colum. incipi. consilijs nostris. in primo uolu. & pro ista parte faciūt plura quę congerit Felin. in cap. ex tenore. in 6. colum. de rescri. Et hoc maximè in casu nostro à fortiori procedunt propter maiestatem prætoris quæ in hoc læsa dicitur. Et ideo ego sic pro concordia opinio. distinguerem, uidelicet q; aut scriptura inefficax quę posita est in albo, fuit aliquando efficax: ut quia denunciabatur per illam Titium esse falsarium, uel quid aliud, quod pœnitentia & remissione principis uel priuati fuit abolitum: & tunc talem scripturā rumpens non tenetur. aut uero illa scriptura semper fuit inefficax, & subdistingue: aut hoc prætor sciebat, aut ignorabat: si sciebat, aut fecit propter aliquam causam rationabilem simulandam, sicut fecit Carolus Imperator & Alexander. III. Papa de quo per Fel. in c. afferte. de præsump. & per Ias. in l. si is qui pro emptore. colum. 50. de usucap. & isto casu punietur: si uero sine causa fecit, & idem: sed mitiùs punietur. quando uero ignorabat, tunc non punietur. aut illa scriptura est posita in albo à priuato, & idem dicendum erit: & isto modo procedunt contraria. Et quod dictum est de scriptura posita in albo prætoris, idem est de alia scriptura

scripta

scripta in marmoribus & parietibus concurrentibus requisitis, de quibus per Barto. in l. j. ff. de bono. poss. secundū tab. & per Feli. in d. c. cùm causam. quæ per te videas: quia non est materia propria. & adde Bald. in consi. 445. in 4. volu. qui vult φ literæ antiquæ non recentes sculptæ in marmoribus probent. Dicas tamen illud esse verum, nisi esset res maximi præiudicij: nam tunc non crederetur: vt latè per Socin. in consi. 258. in causa vicariæ: in 1. colum. versicu. sed ad hanc. in secundo volu. tenet etiam Felin. loco suprà allega. cuius requisita omnia ponit etiam Soci. in dicto consi-
7 lio. licet alter alterius mentionem non faciat. † Not. tertiò ibi, non impetrasset. secundum Aret. & Ias. hic, φ non sufficit petere veniam, nisi etiam impetretur. ar. c. si religiosus. de elect. lib. 6. casu tamen quo ex iusta causa non concederetur, posset haberi regressus ad superiorem, per not. in d. c. si religiosus. ita tenet hic Areti. quē formaliter sequitur Ias. nihil addendo. tu tamen adde Decium qui ad hoc idem pōderat. d. c. si religiosus. in l. venia. in 1. col. super glos. 1. C. de in ius voca. Et circa istud vltimum remedium in casu quo licentia denegaretur adde Felin. in c. super quæstionum. §. verum. in fin. de offi. deleg. Et hoc procedit quando est clarum φ venia peti debet. in dubio tamen, videlicet quando dubitatur an peti debeat vel non, requiritur petitio: vt dicit Ioan. Pet. in l. sed si hac. §. prætor ait. sequitur Maria. Soci. in trac. citationis, articulo. 3. quæst. 21. in princ. Sed tamen aduertendum est, quòd istud simile quod dant præfati doc. d. c. si religiosus. non facit ad propositum: quia ille text. loquitur eo casu quo non est lis inter ipsum religiosum & superiorem suum, quemadmodum hic, est inter patrem & filiū, libertum & patronum: vnde ille text. habet locum quando monachus vel religiosus promouetur ad maiora, prout propriè loquitur. Sed parificando terminos videlicet eo casu quo ille monachus vellet accusare & conuenire abbatem, contrarium illius quod tenent Ang. & Ias. est verius, videlicet φ non requiratur petitio veniæ, ita tenet Inno. in c. cùm P. de accus. quem sequuntur Ant. de But. & dominus Abb. in c. ex parte. in 1. col. eo. tit. & vltra ipsos tenet Bar. in l. ita demum. in 2. lectu. in fin. C. de procu. quem ita intelligit Car. in cle. religiosus. in 3. oppo. de procura. & clarè firmat Spe. in tit. de actore. in princ. versi. item opponitur contra actorem, φ est monachus. Et ista opi. præsertim de iure canonico. magis procederet, de quo non ita consideratur illa reuerentia potestatis quæ de iure ciuili attenditur. & ideo dispositio. l. lis nulla. ff. de iudic. quæ propter reuerentiam patris inducta fuit de iure canonico, non procedit: quia indistinctè potest alter alterum conuenire. ita est glo. & in c. si ecclesia. in versi. meliùs 23. quæst. 4. quam pro singulari alleg. Roma. in sing. 615. incip. de iure ciuili &c. & Barb. in cle. ne Romani. §. nos. ita. in 2. colum. versicu. Et adde. de iureiuran. Et ratio rationis est: quia de iure canonico patria potestas quo ad iudicia spiritualia nō consideratur. c. fi. de iudic. libro 6. quem ad hoc singularem citat Barba. in rub. de rescrip. in clem. colum. 11. sed dicas φ istud non est verum: quia patria potestas non est causa φ venia impetratur, sed reuerētia patris. patet, quia emancipatus sine venia vocare non potest. l. fin. C. de in ius voc. & hac ratione filius matrem, neque auiā quamuis in eorum non sit potestate, in ius vocare non potest sine venia. l. quique. §. parentes. cum l. sequen. ff. de in ius voc. tenet Aretinus in §. sed ea omnia. in prima columna, suprà de hæred. quæ ab intesta. & sic vides φ prædicti doctores labuntur. Adde vlterius pro ista opi. bene facere: quia vbi agitur de veritate dicenda, licentia superioris non est in consideratione. gloss. in c. primo de iura. calum. quam glo. post Abb. ibi in 4. & 5. colum. sequitur Felin. in c. cum nuntius. colum. fin. de testi.

8 † Posset tamen opinio Aret. & Ias. aliter defendi: nam clarum est, φ dispositio l. generaliter. ff. de in ius voc. quæ loquitur de parentibus temporalibus, habet locum & procedit in spiritualibus. nam quemadmodum filius carnalis sine venia patrem non potest cōuenire, eodem modo neque filius spiritualis: ita latè tenet Ias. post Paul. de Castro & alios in d. l. generaliter. in 1. colum. Sed monachus dicitur esse filius spiritualis ipsius monasterij: vt in terminis istis tenet Felin. in c. cum nuntius. in penult. colum. de testi. dum alle. c. cui portio. 12. quæst. 1. facit text. in c. in præsentia. de probat. ergo petere debet veniam & licentiam à superiore qui dicitur esse pater spiritualis: vt habetur in c. cum ad monasterium. de sta. monacho. & propterea dicitur esse monachus in potestate abbatis: vt dicit Alexand. in l. sub conditione. ff. de lib. & post. & pro ista parte est decisio Alexand. in terminis in d. l. generaliter. in fina. de in ius vo. vbi post Ioan. An. quem ibi refert, tenet quòd monachus non potest conuenire abbatem sine venia. Et vltra ipsum & alios ibi idem tenet Bald. in Margarita, ver. monachus, versic. 9. tenet Ludo. Ro. in l. quamuis. de in ius vocan. & in singularibus suis no. 550. incipien. quid in monacho. & pro ista opinio. facit: quia licèt filius posit esse in iudicio contra patrem non impetrata venia quando implorauit iudicis officium: vt declarat Ias. in l. prima, in pen. colum. num. 76. ff. de offi. procon. & leg. tamen illud officium iudicis non potest sine venia implorari: gl. singularis in l. cogi. §. si pater. in versic. obsequium ff. ad Trebel. quam ibi commendat Alexan. cum similibus: vt per Iaso. in l. prima. in 4. col. num. 8. in fi. ff. de iur. om. iudi. cum alijs similibus: quæ propter breuitatem omitto. Non obstant adducta suprà in oppositum de nota. in c. ex parte. de accusa. per Abb. & Anto. de But. cum alijs, quia solutio ad illum text. colligitur ex dictis Felin. in c. cæterum. in 5. col. de iudi. vbi dicit quòd ille text. procedit speciali ratione: quia loquitur in accusatione quæ fit alio respectu quàm monasterij, & sic fauore publico, ne delicta remaneant impunita: & ideo monachus admittitur sine venia, cùm delicta abbatis faciliter ab alijs sciri non possunt quam à monachis.

Item non obst. φ de foro canonico de quo censentur monachi, patria potestas non consideratur vt suprà est dictū: quia dico quòd hoc est valde dubium: vt patet per Præpos. & Abb. in c. nō est. de spon. per illum tex. qui facit in cōtrarium per locum à speciali. & varias opi. refert circa hoc Hieronymus Zanetus doctor egregius, in trac. contrarie. vtriusque. iur. in contrarietate 27. Et sic videas quòd vtraque opin. maximo se iudice tuetur.

Et ideò pro concordia potest dici, quòd de stricto iure & forma non reperitur quòd monachus debeat cōuenire abbatem suum prius petita venia: quia text. in d. l. generaliter. de liberto & filio carnali loquitur. & ita procedit dictum Specul. suprà alleg. cum alijs: sed de bene esse propter charitatem & uinculum spirituale: tunc esset rationabile quod conueniret petita uenia, cùm negari non posit φ Abbas pater sit spiritualis monachorum. & d. l. generaliter. in filio spirituali procedit per supradicta. & tenet Philip. Fran. in c. postremo. col. fi. de appel, & ita procedat contraria opi. & isto modo debet intelligi quod dicit Felin. in d. c. ex parte. in 1. col. nu. 2. quæ mihi satis placet. † Sed iuxta hæc est no- 9 tabile dubium ultra scribentes, habetis ex prædictis: quòd libertus, item filius tam carnalis quā spiritualis inter quos ponitur monachus, non potest conuenire patronum uel patrem nisi licentia petita, & obtenta: quid si priùs in ius uocāt non petita uenia, uel petita, & rationabiliter non obtenta, sed ex post ueniam consequuntur à prætore: nunquid euitent pœnam. l. fi. de in ius uoc. & l. si quis id quod. de iur. om. iudic. acquisitam patri uel patrono. Istam quæst. uidetur ponere Bald. licet non ita specificè, in l. fin. §. ueritatem. in pen. col. C. de bo. quæ lib. uersi. modò pone. Et ultra ipsum pro parte negatiua breuiter faciunt tria iura. primo text. in §. tutor Insti. de auto. tut. ubi colligitur quando authoritas sine licētia requiritur à principio, non sufficit si ex post facto interueniat. ad idem facit. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hære. & §. j. Insti. de nup. & text. uidetur hic cū simili. ad quæ in fine te remittam. In contrarium facit tex. in l. fin. ff. ad Macedo. ubi quod si à principio filiusfami. sine iussu patris pecunias mutuo accepit, si ex post facto iussus præstetur, censetur ab initio ille iussus interuenisse: quia retrotrahitur. Et hæc opi. mihi placet, quam comprobo per duas uel tres decisiones urgētes. primò per tex. in c. omnis utriusque sexus. de pœni. & re. ubi disponitur, quod quis non potest confiteri alieno sacerdoti nisi prius petita licentia &

tia & obtenta, prout hic dicitur in text.nostro. Quærunt ibi doctor. nunquid dispositio illius tex.procedat quando licétia ex post facto interuenit: & ibi per aliquos concluditur quòd sic: quia in sacramentis etiam ratihabitio operatur, iuxta.l. licet.in fin.ff.de iud. & ita tenet supplementum Pisanellæ in versi.confessio.il.2.num. 4. & hanc opin. ad illum text.dicit communem Albe.de Rosa.in dictionario iuris canonici.in versi.confessio.in 4. colum. cum similibus. vt ibi dixi. Secundò, istam opinio.probo: nam clarum est, ꝙ ius patronatus nō acquireť nisi diœcesano cōsentiente.Abb.in c.cura.in fin.de iur.pat.post Car.in 5.not.tenet rota in decisione.17.in titulo de præben.in antiquioribus. & illa licentia vel consensus debet interuenire in ipso actu: vt concludit Calde.in consilio fin.sub titulo de iure patro. cum similibus: vt per Felin.in cap. ex parte il. 2. in prima colum. de rescript. Et tamen si ille consensus uel licentia non interueniat à principio, sed ex post facto, sufficit: ut est text.in dicto cap.cura.quem ibi ad hoc ponderat Abb.in ultimo notabili.& idem firmat Abb. in consilio 89. incipiente, Iesu Christi.in prima colum.in 2. uolum. Et hanc dicit esse communem opinio.Car.in consilio.6.incipien. an ualeat presentatio.cum infinitis similibus: ut per Rochum de Curte, in tracta.de iure patro.in uersi.pro eo quòd de diœcesani consensu.in 4.colum.quæ reassumunt Mod. in tract. de beneficio. in 6.quæst.primæ partis princi.in 4.& 5.col.cum sequ.secūdum impressionem paruam, in uersic. item; idem Rochus &c.& hoc maximè in casu nostro procedere debet, qui loquitur in pœnalibus in quibus benigna debet fieri interpretatio.argu.l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.cum similibus.fateor tamen ꝙ passus iste difficilis est, ut patet ex nota. per Alexan.& alios in l.si quis mihi bona.§.iussum. & per Abb. in capit. cum uos. de his quæ fiunt à præla. & in capit. cum consuetudinis. ubi Mod.de consue. cum concord. non parum multis quæ congerit Rochus in fin.d. quæst. Nota ultimò ex isto text. secundum Aret.& Ias. ꝙ quò ad pęnalem actionem æquiparantur eximens, & dolo faciens ꝙ alius
10 eximat: & hic satis probatur secundum Iaso. ꝙ † mandans committi maleficium puniatur sicut committens. pro quo alleg.text.in l.si quis id quod.ff.de iu.om. iudic.& ibi istud notabile latiùs disputat. Sed aduertendum est, quòd istud non est simpliciter uerum in albo prætoris uel statuti: nam licet mandans puniatur, nō tamen eodem modo, ut faciés: text. est quem ibi inducit & not. Bald. in l. quòd sæpe. ff. de contrahen.emptio.quem ad hoc commendat Felin. in cap. licet ex quadam.in 2.columna.de testib.unde secundum eū mandans aliquem occidi, non tenetur ut occisor.& idem tenet Ioan.de Ana.in c.significasti. vltimo de homicid. facit text.& ibi dixi in l.item si obstetrix.ff.ad l. Aquil. faciunt ea quæ in simili dicit Ias.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.& pupilla.cum pluribus dictis per Andre. Sicul.in capit. 1.col.14.numero 39.de litis contest.Et hoc de plano procedit in statuto vel edicto.prout Bald.loquitur & declarat Io. de Ana. vbi suprà. Et ratio potest esse in promptu: quia in statuto verba propriè capiuntur.l.prima, vbi Bar. ff.de fonte. Sed tamē in lege videtur esse eadem ratio: per ea quæ adducit Ias.in l. prima, in tertia columna & tertio notabili.ff. de verborum obligationibus.dum vult ꝙ prohibitus vendere, si vendit per alium non incidit in pœnam quasi ipse vendiderit: & pro hoc alleg.text. in d.l. quod sæpe. quem dicit mirabilem: & tamen clarum est ꝙ illa prohibitio venditionis potest fieri à legę, & à statuto: vt patet in rubr. C. quæ res ven.non poss.& in l.fina.C.de reb.alie.non alie. Teneas tamen quod tibi placet. In hoc tamen aliter videtur distinguendum, prout latè tradit Baldus in l. prima. C. de ser.fugi.& ibi Ias.in tertia columna.num.22.ver. prima.videlicet, an ille cui mandatur esset aliàs facturus, vel non: vt primo casu procedat quod dictum est: secundò procedat dictum Ias.hic. Et hoc cognoscitur ex tribus: vt dicit Bald.& clarius Ias.in d.l.1.Tamen ista distinctio mihi non satisfacit ex eo, quia est vna regula communis, quòd quando mādatum cadit in delictum, non adhibetur illa distinctio an quis sit facturus vel non.glo.est approbata in l.1. §. persuadere.in glo.mag.ff.de seruo corrup.& glo.in verbo tenetur. in §.ope.suprà de obli.quæ ex del.nas.cum similibus: vt per Bart.in l.non solùm.§.si mādato.col.pe.ff.de iniurij. Et quid si mandaui tibi, vt aliquem occideres, tu verò mandasti alteri? nunquid ego primùs mandans tenear? vide text. in l.si ego.ff.quod vi aut clam. de quo tamen vltra prædicta & adducta per doctores hic, vide plenè de hac materia Moderniores in regula, qui per alium.post Dy.de regulis iur.lib.6. per Abb.& latè Moder.legentes & apostillantes in c. mulieres.de senten excom.& in c.fin.de homi.lib.6.per Bald.in l. ob hæc verba.ff.de his qui not.infa.& in l.data opera. circa 23.col.C.qui accu.non possunt. Et quæ sit differentia inter mandantem, persuadentem, & conducentem, vide per Bart. in l.non solum.§.si mandato.in 1.col.ver.venio ad materiā. ff.de iniur. vbi vult quòd mandans dicatur ille qui mandat propter seipsum; persuasor, qui propter illum cui fit persuasio: conducens verò, qui hoc facit data pecunia. & vltra Bart.vide de persuasore, instigatore, hortatore, authore, & fauore per Bald.in l.ob hæc verba. de infa. & in l.cum quis. de dolo. Et suggerente in l. prima. §. si curatorem. ff. de magi. conue.

Gloss.prima diuiditur in duas partes principales. in prima continuat textum ad præcedentia. in secunda per viam quæstionis ponit quadruplicem differentiam inter actiones
11 reales & persecutorias. secunda ibi, sed quæ est. † In secunda parte glo.quia prima nihil habet, colligitur conclusio quòd pœnales prætoriæ annales sunt: sed rei persecutoriæ de sui natura sunt perpetuæ & transeunt ad hæredes, nisi in aliquibus casibus: hoc probatur in l. in honorarijs. ff.de actioni.& obl.& in §.1. infrà de perpetuis & tempo.actio.hic allega.in gloss. Et hanc quæstionem ultra dicta hic per Iason.tanquam indubitatam tenet Alex.in l.miles.§.qui iudicati.in princ. ff. de re iudi. Hoc tamen fallit secundum gl.hic in actione furti: quæ licet prætoria sit, tamen est perpetua: ut infrà de perpet. & tempo. actio. Ratio assignatur per Bartolum in d.l.in honorarijs.ff.de actio.& obliga.quia furtum frequentiùs cōmittitur.l.aut facta.§.fin. ff. de pœn. Sed ista ratio mihi non satisfacit ex eo, quia dolus frequentiùs cōmittitur, cùm possit fieri in omni cōtractu: ut in l.in causæ.ff.de mino.& l.elegāter.ff.de dolo. & post cōmitti de per se: ut in l.1.eo.ti. Et furtū sine dolo nō fit.§.placuit. suprà de oblig.quę ex delict.nas.& l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur. & dolus etiā sine furto esse pōt: igitur est frequentiùs dolus quàm furtum: & tamen videmus ꝙ eius actio est tēporalis: igitur & furtū debet esse tēporalis. Quæ igitur potest esse ratio? Nulla alia uidetur, nisi quia furtū ex quo plerunque fit clam, non ita citius detegitur, sed opus est tēpore quo occulta deteguntur: unde attenta ista ratione, & etiā quia est crimen enormissimū, & omni genere à natura prohibitum.c.api.& si Christus.de iureiur. istis cōsideratis Imperator illud induxit, de quo latius dixi in principio istius tituli. Et istud etiam procedit in actionibus pœnalibus quæ dantur ex statutis episcoporum, ducum, comitum & marchionum: quia cum talia statuta prætoria sint, ut dicit Bartol. in l. secunda: in fi.ff. de bono.poss.& Abb.in c. fin.de offi. delega. cum si. ut per Iasonem in §. sed istæ.numero. 27. suprà, eodem post Areti.ubi uide quæ ibi dico nume.23. Ideò sequitur quòd eorum actiones annales sint. d.l. in honorarijs. & tenet Bart.in l.stipulationum aliæ.in princip.infrà de uerbo. oblig. Hoc tamen procedit quando illi comites &c.superiorem recognoscunt: secus verò si superiorem non haberent: quia tunc statutum eorum diceretur ius ciuile: ut per plura dicit Barba.in rep.rubricæ.C.qui admit.in 49.colum. numero 79.& tenent Mod.post Barto.in l.omnes populi.in 4.quæst.1.partis principalis. ff. de Iusti. & iur. Item suprà dicta intelliguntur, quòd actiones pœnales statutorum marchionum, ducum &c. sunt annales, scilicet quando ciuiliter intentantur: secus si criminaliter: nam tunc durant per 20. annos. l. querela. ubi est singularis secundum Barto.ibi. C. de falsis.& ita declarat Alexand.in l. 5.in fin.principij.ff.de uerb.obliga.& uidetur sequi hic Ias.licet de prædictis mentionem non faciat. Et ista putarem habere locum de iure ciuili. Sed de iure canonico contrarium crederem per ea, quæ dicit glo.in cap. admonere, in uerbo, pœnitentia.

pœnitentia.33.quæst.2.quam sequitur Feli. in c.licet causam in 20.colum.ver.& aduerte.de probatio.quia de tali iure vndecunque & quomodocunque crimina claruerint, accusari possunt etiam post pœnitentiam, quod est magis notabile: vt ibi dicitur:& sequitur Felin.in capit.testimonium.circa finem de testi. & latius in cap. cum nobis. in fine. de præscrip.post Bald.in l.prima in 20.col.C.qui accusa.& idem Feli.in c.fi. in princ.eod.tit.& in c.lator.in fine de re iudi.Istud tamen quod dictum est de iure ciuili,etiam indistinctè non procedit, sed sanè intelligas procedere quando agitur ad pœnam imponēdam:secus si ad declarandam:quia tunc etiam post viginti annos posset fieri.ita tenet singulariter Pe.de Anch.in c. si qui.in fin.de præscrip.li.6.Et tenet expressè Felin. licet Petrus de Anchara.non meminerit in c.cùm à nobis.in 4.colum.de præscr. Item procedit d.l.querelam.quo ad pœnam corporalem: secus verò quò ad confiscationem bonorum ob accusationem factam contra filios vel extraneos hæredes aperientes testamenta ante factam vindictam necis defuncti: nam contra filios daretur actio pœnalis in perpetuū, sed quo ad extraneos intra quinquennium.casus est notandus quem ibi mirabilem dicit Angel.in l.cognitione.ff.ad Sille. & tenet Alexand. in dicta l.querelam.Et hoc notabiliter declarat Ange.Aretin.in tracta malefi.in verbo,& eius bona. colum. 9.& 10.Et ibi Augusti. de Arimino in apostil.& ibi vltra alios.13.modis eam limitauit:sed tamen quantum attinet ad istos duos casus, posset dici competere actionem ciuilem non prætoriam. & isto modo posset euitari. dicta l. querelam.ne restringatur. dicta l.in honorarijs. tamen magna est authoritas Alexandri à quo facilè non soleo declinare:quia fulgura videntur dicta eius.nam cum ad illuminandam veritatem accingitur, totus in pugna versatur.

Et quomodo cognoscatur actio pœnalis quæ intentatur criminaliter ad vindictam ab eis quæ non intentantur ad vindictam in terminis in quibus suprà diximus vide Alexand.remissiuè in l.pœnales.in princip.vers.nota quod actio. ff. ad l.fal.

12 † In eadem gl.ibi.l.interpretatione.Io.Fab.& Ang.hic reprehendunt gl.& Iason videtur eam defendere: vt hic per eum. Tu dicas quòd defensio sua nihil valet.Nam quamuis in l.prima.§.ait pretor.& in l.non debet.ff.de dolo.non dicatur quòd actio de dolo sit odiosa expressè:hoc tamen necessario ibi colligitur tacitè,quia dum dicit ꝙ est famosa,satis probatur odiosa:quia infamia per actionem de dolo infertur: vt in dictis legibus,est maxima pœna præsertim bonis viris. l. secunda.C. vt intra certum tempus.& in lege,isti quidem.ff.quod met.causa.nam bona fama & vita æquiparantur.lege iusta. de ma.vin. Et ideò illud dicimur non posse,quòd est contra verecundiam l.filius. ff. de conditio.institut. quia verecundia maxima est pœna,capitulo quem pœnitet.de pœni.distinc.prima.capitulo cum dilecti.de accu.si igitur infamia est pœna: pœna ergo odiosa.dicta l.interpretatione.& capitulo odia.de reg. iur. libro sexto.Et ideò aliter saluari potest gloss.contra Ioan. Fab. & Ange.videlicet quòd ista differentia procedat secundum regulam: quia pœnales actiones regulariter odiosæ sunt, non sic rei persecutoriæ.& quamuis aliqua rei persecutoria odiosa reperiatur,per hoc tamen non infertur simpliciter quòd regula non sit vera,& quòd omnes rei persecutoriæ sint:quia vna hirundo non facit ver.per hoc igitur patet quòd gloss. hic bene loquitur.

13 † In eadem gloss.ibi pęnales.non transeunt contra hæredes adde neque etiam transeunt ad hæredes &c. hanc opi. glossæ quo ad omnia sequitur Alexand. in dicta lege pœnales. ff. ad l falci.& ibi notabiliter declarant Modernio.Perusini.Adde tamen vltra ipsos, ꝙ illud quod dictum est,actiones pœnales non transire ad hæredes, procedit in actionibus pœnalibus, quę competunt defuncto tanquam cuilibet de populo:de quibus loquitur & communiter intelligitur iste text.& tunc tales actiones ad hæredes non transeunt,nisi lite contestata. vt dicit hic gl.secus verò in pœnalibus quæ competunt sibi tanquam propriè:quia tunc dummodo non sint ad vindictam,transeūt ad hæredes.& ita procedit tex.in §.j.infrà de perpet. & temp. Ista fuit notabilis distinctio Bartol. quam teneas menti. in l.j. §.hæredem.ff.de priuat.delic.Illud tamen quod dictum est secundum gloss.hic,nisi lis fuerit contestata, est intelligendum secundum quod declarat idem Bart.in l.eum mota.in princ. in j.lec.C.de trans.reliqua enim dicentur infrà super glo.item aduersus eum.nam quæ sequuntur in gloss. difficultatem non habent & Iason in eis bene dicit.

14 † Glo.in ver. ex albo.colligitur ex gl.primò ꝙ album prætoris est quædam dealbatio posita in pariete, vbi scribebantur edicta prætorum & idre dicit gloss.in l.si quis id quod.hic alleg. & hoc sequuntur omnes.

Adde in primis pro ista gloss. aliam glos. in clem.prima.in verbo,albo.de iudi.quam ibi sequitur & declarat Imo. & Felin.in capitu.cùm causam.in penult.col. de probat.Et vltra ipsos dicas clariùs ꝙ album prætoris erat quædam tabula composita, in qua iudices notari prętorumque iura scribi solebant, & rursus prout opportunum erat delebantur. & ita tenet Cotta Catilianus in memorialibus iuris in ver.edere.& ita Grammatici omnes attestantur, vt per Ambrosium Calepinum in verbo album.

15 † Secundò collige ex ista glossa secundum docto.hic ꝙ dispositio textus nostri & pęna quinquaginta aureorum,de qua in dicta lege, si quis id quod.habeat locū in corrumpentem album prætoris siue perpetuum,siue temporale,generale,vel speciale.

Doctores omnes vna voce clamantes dicūt istam glossam cruci affigendam: quia illa pęna quinquaginta aureorum tantum in corrumpētem album siue edictum perpetuum datur. patet in d.l.si quis id quod.ibi,perpetuæ iurisdictionis.Et quia pęnę sūt stringēdæ.vulgaris.l. quidā.de liberis & posthum.cū similibus, hæc est summa multorum verborum Iason.& doctorū hic. Sed mihi videtur ꝙ prædicti doctores potius impetu quàm ratione ducantur.Primò:quia si rectè inspiciatur glossa,non dicit ꝙ pęna quinquaginta aureorum detur contra corrumpentem album prætoris, cùm de illa pęna non caueatur in text.nostro ad quem glossa se refert, sed intentio glossæ fuit declarare quid sit album prætoris: & dicit prout in ea siue sit scriptum de citando aliquem,siue de alio pręscripto generali vel speciali posito in loco:nam illud dicitur album prætoris & hoc in veritate voluit gloss. dicere, & bene dicit.Sed præsupposito assumpto ꝙ gloss.ita velit,prout doctores dicunt,illud tamen fundamentum de dicta l.si quis id quod.non videtur efficax ad impugnandum gloss. quia illa verba perpetuę iurisdictionis &c.possunt intelligi,id est,annalis, cum perpetuum dicatur aliquid esse, quandiu durat. l.id vestimentum. cum concordan.vt ibi gloss. ff.de pecu.Et sic cùm hoc verbū, perpetuum,variè potest intelligi,vt patet in lege prima, cum gloss.ff.pro socio.non potest super illo fieri fundamentum tanquam super verbo ambiguo.argumen.l.in ambiguo.ff. de rebus dubijs.Et hoc ratione comprobatur:quia clarum est ꝙ eadem est ratio in corrumpente album prætoris temporale quod in perpetuo,nam ratio finalis corrumpentis album prætoris est contemptus maiestatis. ista ratio ita militat in edicto tpali,sicut in edicto perpetuo:quia argumentū de parte ad totum & econtra, valet etiam respectu temporis. in l.si cui.in principio.in versiculo perinde.& ibi notat Baldus. de leg.primo.facit textus in l.tres tutores.& ibi Bartolus in primo notabili.ff.de administra. tutor.cum similibus: vt tradit Decius in l.cuius effectus.ff.de regulis iuris.

Reliquæ gloss.istius primæ partis tex.nihil babent,cū ex superioribus facilè percipi possint. & ea quæ dicit Ias. super gl. corrupisset.latius tradunt in dicta. l.si quis id, quod. & suprà in principio istius tituli breuiter veritatem præstrinximus. Et ideo venio ad gloss.secundæ partis.§.

16 † Glos.in verbo, eum.Colligitur regula ex ista gloss.ꝙ si libertus conueniens sine venia patronum, non habet vnde soluat pœnam quinquaginta aureorum, debet luere in corpus. legibus allegat.in gloss.c.finem litibus.de dolo & contu. & l. prima.§.fina.ff.de pœnis.& de hoc aliàs suprà dixi, in §.item si quis in fraudem.super gloss.magna.& ideo ad ibi dicta me remitto, & præsertim quia ista conclusio tangitur etiam per Iasonem in §. eum. infrà eodem, cum similibus: vt latissimè congerit Firmianus in reperto. suo in versiculo debitor pauper.numero 34. quæ per te videas: & inter alias limitationes hic positas per Iasonem, illa est magis aduertenda, scilicet quòd ista regula procedit nolente parte cui pœna acquiri debet per dictam legem finalem.ff.de in ius vocan.

& alia hic allegata per eum. Tamen istud dictum videtur dubitabile: quia vbicunque in defectũ prouisionis hominis succedit prouisio legis, illud remedium tolli non potest per hominem priuatum: gloss. est notabilis, quam ibi multum commendat Bartolus, & latè Iason in lege secunda, in versiculo, repellere. circa med. C. de iure emphyteut. & hoc idẽ tenet Bar. in lege finali. C. de pactis cõuent. & in lege prima. §. vnde queritur. in fine. ff. de publica. & alibi sæpè, vt per Iasonem in §. item seruiana, numero 69. in decima columna, suprà eodem titulo. & in lege item quia. in secunda columna, numero tertio. ff. de pactis, & in dicta lege secunda. Sed in casu nostro pœna corporalis de qua loquitur ista gloss. succedit in defectum prouisionis hominis primæ pœnæ quinquaginta aureorum, quæ acquiritur patrono petenti siue agenti ad talem pœnam, vt patet in lege finali. ff. de in ius vocan. igitur illa pœna corporalis non poterit per patronum remitti, cùm sit pœna legalis & posita in arbitrio iudicis: vt in l. prima. §. finali. ff. de pœnis. & in l. quicunque. C. de seruis fugiti. nam priuatus non potest legibus derogare. lege nemo potest. de legatis primo. Non obstat doctrin. Bart. hic alleg. per Iasonem in l. cum duobus. §. idem respondit. il secundo. ff. pro socio. quia respondeo, quòd ibi Bartolus concludit totum oppositum. & ita etiam tenet Bart. in l. secunda. in principio, versic. secundò quæro. ff. de public. iudic. vbi post alios quos refert, concludit, quòd vbi obligatio legis ad pœnam corporalem subrogatur in locum alterius obligationis, prout hic, etiam iudex non poterit illam pœnã remittere. facit quod dicit Alex. in lege non solum. §. morte. in fine. ff. de operis noui nuntiatione. Sed pœna in casu nostro ex dispositione legis subrogatur in locũ pœnæ debitæ patrono, igitur remitti non potest, neque per iudicem, neque per patronum. & per hoc resoluuntur dicta Iason. In pœna verò quinquaginta aureorum non esset dubium quòd patronus posset eam remittere: vt tenet Decius in l. venia. in fi. C. de in ius voc. Et prædicta procedunt in casu in quo iudex vellet iuxta suum arbitrium punire libertum non valentem soluere, & illo casu pars repugnaret: quia tunc arbitrium iudicis considerari debet, non contradictio partis, per supradicta: quod coniecturis moueri debet ex quibus possit verisimiliter argui prædictum libertum in futurum etiam nõ posse soluere dictam pœnam.

17 † Et casu quo dictus libertus corporaliter puniatur, dicit Ias. hic, ꝙ si postea perueniat ad pinguiorẽ fortunam, non potest conueniri ad illam pœnam à qua fuit liberatus per pœnam corporalem. l. sed si vnius §. si ante. ff. de iniurijs tenet Bart. in l. fi. ff. de in ius voc. ad idem tex. in l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præsid. cum si, vt hic per Ias. Adde vltra doct. hic, Roma. in notabili. 24. incip. quòd non valens soluere &c. qui dicit esse singularem ad hoc tex. in d. §. si ante. & sequitur Felin. in cap. ad liberandam, extra de Iudæ. & vltra ipsos dico de hoc esse casum in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & ibi dico. Tamen aduertendum est diligenter: quia regula d. §. si ante iudicem. & d. §. qui furem. & d. §. fin. procedit quando remissio pœnæ fit per subrogationem alterius pœnæ: quia tali casu debitor soluere dicitur. & isto modo verificatur quod dicit Felin. in c. primo. in 13. colum. versi. limitatur quartò. de consti. vel quando ex causa paupertatis multa per iudicem remittitur: vt in d. §. fi. secus verò esset in pœna cuius remissio non fit per viã subrogationis, sed tantum principaliter causa paupertatis, vt in casu nostro: quia illa non liberat in euentum pinguioris fortunæ; neque dispositio dictæ l. illicitas. §. fin. haberet locum. ita notabiliter dicit Bar. in l. prima. in fi. princ. ff. si quis ius di. nõ obtemp. & idem Bar. in d. §. fin. sequitur Bald. in c. at si clerici. colum. 6. extrà de iudi. & Pau. de Cast. in d. l. prima. §. j. hinc est ꝙ colonus, cui propter paupertatem pensio remissa fuit, si postea peruenerit ad pinguiorem fortunam, soluere cogitur: & idem in cedente bonis: vt tenet gl. in d. §. fin. quam ad hoc dicit notabilem Io. de Ana. in c. 2. in 3. colum. de maledi. nam cessante cã finali, debet cessare effectus. l. adigere. §. quãuis. ff. de iu. pa. c. cum cessante. de appel. nam causa finalis remissionis fuit pauperatis: ista igitur cessante, cessat remissio. arg. c. si pau per. de præben. li. 6. Præterea pro ista opi. videtur esse casus in l. sed si vnius. § seruus. ff. de iniuri. vbi qui petit aliquem puniri, non prohibetur postea agere l. Aquilia, ad damnum. Et ita per ilum tex. tenet Barth. Veronen. cautel. 33. incip. sciant omnes. post Angẽ. in d. l. sed si vnius. §. si ante. & pro ista parte videtur tex. in l. qui nomine. ff. de fal. vbi qui egit criminaliter, non prohibetur postea agere ciuiliter: quem text. dicit nõ esse alibi Roman. nota. 310. incipi. tu sai. ad idem facit doctri. Bartol. in l. prætor. §. hoc edicto. in prima col. ff. de vi bo. rap. Et ideò in hac materia nouiter discussa, ego ita distinguerem, quod aut aliquis pro delicto corporaliter punitur propter paupertatem taliter quòd tunc temporis non poterat ciuiliter puniri, si postea deueniat ad pinguiorem fortunam ego dicerem posse ad pœnam ciuilem agi, quando illa pœna non cederet in lucrum agentis, qui prius fecerat reum corporaliter, & sic criminaliter puniri. & ratio videtur, quia per illã pœnam videtur lucro renunciare: quod perdere, non est damnum sentire. l. fin. C. de codicil. & de hoc videtur esse text. in terminis in c. si res. 14. q. 6. & ita procedit gloss. in c. fraternitas. 12. q. 2. & tex. in d. l. sed si vnius. §. si ante. & d. §. qui furem. Aut verò pœna ciuilis non concernit lucrum agentis, sed restaurationem damni, & sic succedit loco interesse: & tali casu per pœnam corporalem illatam propter paupertatem quis non videtur tali pœnæ renunciare, quominus peti possit dum reus deuenit ad pinguiorem fortunam: quia nõ videtur quis in dubio velle iuri suo renuntiare. l. sicut §. non videtur. ff. quib. mo. pig. vel hypo. solut. & ita procedit text. in d. §. seruus meus. cum allegatis in contrarium: tamen aduerte, quia ista distinctio mea videtur posse morderi per doctri. Bartol. in l. prætor edixit §. si dicatur: versicu. Item dissoluit. ff. de iniuri. vbi per illum textum Bartolus vult, quòd pœna dupli vel quadrupli, quæ mihi acquiritur ex facto alicuius, dicitur res familiaris: & illam pęnam perdere, est damnum in patrimonio sentire: & tamen nemini dubium est quòd pœna quadrupli est vltra damnum rei: vt probatur in d. c. fraternitas. & ideò quamuis istud dictum Bartol. subtiliter cauillari possit ex his quæ Bar. & Baldus tradunt in l. prima. C. quando act. cri. ciui. præiud. & Ange. de malefi. in suo tract. in verbo, nec non ad querelam. colum. fin. tamen quia vera subtilitas. legalis versari debet circa sustinendas doctri. magistrales, ideò aliter sic distingue, quòd aut ille qui corporaliter punitur, ideò punitur, quia non habet vnde soluat: qui aliàs si esset soluendo non puniretur: & tali casu per talem pœnam videtur recessum à pœna ciuili, quasi per illam videatur nouatum, & in illam facta transfusio. & ita procedit text. in d. l. fin. ff. de in ius voc. & gl. nostra hic cum allegatis pro ea, aut verò ille qui corporaliter punitur, aliàs si esset soluendo nihilominus puniretur corporaliter: quia erat duplex pœna: & tunc procedunt contraria.

18 † Non tamen vnum est omittendum quod Ias. hic ponit in quarta limitatione, videlicet quòd prædicta regula, qui non habet in ære, luat in corpus, procedit etiam si reus totam pœnam persoluit, excepto vno nummo: quia pro illo debet luere: ista fuit singularis decisio Bald. in l. cum sit. C. de sepul. vio. ar. l. 5. §. si sortem. ff. de verb. obl. Sed Iason hic dicit quod contraria opi. est verior, quia pro minimis non posset pœna pecuniaria in corporalem transmutari, vt dicit idem Bal. in l. quicunque, in j. col. ver. Item facit ad q. de muliere. C. de ser. fugitiu. & ita cum hac opinio. contra Bar. in d. l. cum fit transit Iason. Sed tu considera quòd doctri. Bal. in d. l. cum sit. videtur esse verior & communis: quam sequitur idem Ias. sibi contrarius in auth. qui rem. in 4. colum. ver. 3. facit. C. de sac. san. eccle. sequitur Alex. in l. si quis id quod. in j. colum. num. 5. ff. de iu. om. iudi. & ibi nouissi. & idem Alexan. in l. si seruus. §. si plurium. in fin. ff. si quis cautio. & in l. fin. in princip. & in l. in executione. §. penultim. ff. de verbor. oblig. Corset. in tract. de minimis. fol. 7. in 2. fundamento partis affirmatiuæ. Feli. in capitul. ad liberandum. in 3. not. extra de iudæis; faciunt quæ ponit Andr. Sicu. in consilio 88. sapienter. in antepenultim. column. in 4. volum. & in consilio 33. in 5. column. eod. volum. & hoc ratione probatur: quia qui in vno peccat, factus est omnium reus. cap. defleat. de reg. iur. & quod per illum text. not. Feli. in capitul.

19 causam. colum. final. de probatio. quia † nihil fecisse quis dicitur, cùm aliquid superest ad agendum. l. penul. in fi. C. de his quib. vt indig. & facit text. singularis in c. j. de baptis. Et hinc vulgò dicitur, quòd modicum fermenti totam massam corrumpit; vt dicit Host. in cap. ad probandum, de re iudi. &

iudi.& est gl. ad literam.l.si unus. §. pactus ne peteret. in uer. ipso iure.in principio. ff. de pactis. Non obstat argumentum Ias.quia illud dictum Bal. in d.l. quicunque. non facit ad propositum,nec loquitur prout ipse refert & intelligit:: & ideò super eo non insistendum.Et licet prædicta opi. sit dura : tamen quia communis non debet omitti in iudicando: & ita eam sequitur,licet dicat duram,dominus Alex.in l.non tantum.in additio.ad Bar.ff.de appellatio. & per ea faciunt quæ adducunt Moder.Papien.in authen.præterea.C.unde uir & uxor. in ea.q.an cessans in solutione unius nummi,possit priuari emphyteusi.& uidentur latè concludere quòd sic : de quo per Iason. in dicta authenti.qui rem.& per eundem post Alexan. & Soci. in l. si quis ante. ff. de acquirenda possessione. Nec obstat, si dicas,de minimo non curatur: quia respondetur ut aliàs suprà dixi,esse uerum quando propter minimum receditur à iure communi & à contractu maioris summæ.dicta l. scio. de in integrum restitutio. secus autem est in casu nostro. & ita probat tex.in dicta.l.scio.quem ad hoc ponderat, licet in alio casu, Decius in capitulo maioribus.de præbend. Hæc tamen decisio Baldi in dicta l. cum sit. limitatur non procedere , si ille numus esset omissus propter errorem calculi : nam tũc nõ deberet pro illo puniri. l.quamuis.de conditio.& demonstratio. ubi Bal.no.quem sequitur Imo.in l.in executione. ff.de uerborum obligationibus.quæ omnia tene menti.

20 † In fine gloss.ibi, superior tamen &c.hæc glo.ab omnibus approbatur : tamen aduerte quod non uidetur bene loqui : quia eodem modo in §. superiori factum consideratur sicut hic: quia ex facto prohibito dolus arguitur.l.1.C. de sicarijs. c.1.de præsump.& dum dicit glo.hic per uerbum fortè , quòd filius etiam tenetur tali pœna. dicas quòd hoc uidetur expe-
21 ditum in l.si quis id quod ff.de iurisd.om.iudi. † Glo. patronum. Diuiditur ut hic per Iason. colligitur ex prima parte, ꝙ libertus non potest sine uenia conuenire patronum nec eius parentem uel liberos , iuribus de quibus in gloss. & talis uenia causa cognita concedi debet in qua citatio non requiritur, ut dicit Bald.in l.sed si hac.§.prætor ait.hic alleg. in gloss. quicquid ibi teneat Paul.de Castro.& idem tenet Bald. in l.ea quæ.col.fina. uersiculo ultimò noto.C.quo. & quando iudex. sequitur Alexand.in dicta l.sed si hac.§.liberos.in fine.& reassumit Decius istam opin. esse tenendam propter authoritatem Bald.in l.venia.C. de in ius vocan.& eam tenet Hipp. de Marsi.in l.de vnoquoque. in 18.col. ff.de re iudicata: cum qua etiam transeo, quia magna est authoritas Baldi:vt dicit Alexand. in l.moribus. in 2.colum.in fine, numero. 17. ff. de vulgari & pupillari.Et licet ratio sua in casu nostro non videatur efficax : tamen quia pro contraria parte aliquid efficacius non vrget, non recedo ab eo,etiam si dictum eius non probetur: vt dicit Alexan.in l.tertia,in principio, numero 5. ff.de legatis primo.& tradit Thomas Ferratius in caut.22.in fi.& ista opinio Bald.videtur communis.

22 † Et quod dictum est de patrono debet intelligi de omni illo patrono qui manumisit seruum secundum causas hic enumeratas in glos.etiam si ex constitutione diui Marci, seruus libertatem consequatur:ut est quando ego uendidi tibi seruum ut certo tempore manumittas,nam si tu illo tempore non manumittis,ille seruus ex constitutione diui Marci peruenit ad libertatem,& efficitur libertus emptoris.l.secunda & tertia.C. si man.ita fue.alie.ut manumi.& hoc est quod uult hic dicere glossa.Et hoc procedit quando emptor nummis suis emit seruum:secus si nummis serui , quos potest conniuentibus oculis habere,ut dicit text.in l.quarta.in principio.ff.de manumi. nam isto casu si emptor emisset nummis serui data sibi fide de manumittendo,si postea non manummitteret,efficitur liber, & potest eum in ius uocare:nec est eodem modo sicut quando nummis proprijs:quia tunc licet rumpat fidem in non manumittendo certo tempore:tamen constitutione diui Marci suffragatur:vt de his est text.in l.sed si hac.in principio.ff.de in ius vocan.& ibi glo.& idem est dicit ibi text.quando vendidi ancillam eo pacto ne prostitueretur:nam seruato pacto habet emptorem in patronum:sed nõ seruato efficitur libera,& habet me venditorem dominum.Et est ratio decisionis:quia beneficio mei venditoris illa consequitur libertatem.Sed aduerte,quare etiam in primo casu emptor non seruauit fidem,sed ex constitutione diui Marci seruus peruenit ad libertatem nõ efficitur libertus mei uenditoris,cùm militet eadẽ ratio quòd beneficio meo ille consequutus est libertatem,ex quo apposui pactum in contractu uenditionis.Posset dici,quia quando prostituitur ancilla concurrunt duo:beneficium meũ & delictum emptoris prostituentis:sed in isto secundo casu nullum est delictum emptoris & ideo &c.Et per hoc ultra alios ha-
23 bes declaratam istam particulam gl. † Secundò collige ex ista glo.quòd libertus sine uenia non solum patronum & patronam parentesve eorum conuenire non poterit,sed neque etiam liberos patroni siue sint mares siue fœminæ:& hoc in infinitum intelligitur:ut dicit text.in d.l.sed si hac.§.liberos. el.ij.quod etiam in filio respectu patris obseruatur:ut dicit glossa sequens.& clarus est text.de hoc in l.4.§.prætor ait.hic alleg.in prin.glo.Et hæc de plano procedunt in ascendentibus & descendentibus coniunctis:secus tamen uidetur in hæredibus extraneis:quia tantum petitio ueniæ de primis hæredibus intelligitur non in infinitum:licet contrarium teneat gloss.sequens in versic.in ius vocasset:tamen mihi non videtur vera.argum.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.significa. cum similibus,quæ per illam legem latè tradit Ias.in l.duobus.§.si ei qui in prima colum.ff.de iureiur.& in l.diuortio.§. quod in anno.in ij colum.versic.adde.ff.solu.mat.& in l.placet.in 3.colum.ff.de lib.& posthu.cum simi.quod ratione cõprobatur:quia in hæredibus hæredum extraneorum cessat cõiunctio quæ in sanguine fundatur non in successione rerum.l. fi.C.de in ius voc.Et licet hæres hæredis primi testatoris hæres dicatur:vulg.l.fi.C.de hær.insti.illud tamen impropriè dicitur:in materia tamen propria & stricta talis hæredis hæres appellatione hæredis non comprehenditur:vt ibi dicit Bald. q.ij.& est tex.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.& pup. tradit Ias.& alij moder.in l.cũ filio.in 6. nota.ff.de leg.primo. & vltra ipsos no.Bart.in l.multa.ff.de condi.& demon.Et cum hic simus in materia pœnali,debet fieri propria & stricta interpretatio.vulg.c.odia.de regu.iur.lib.6.Et per ista tolluntur quædam motiua Decij quæ contra istam conclusionem adducit in l.venia.contra gloss.in verb.parentes.quæ hoc idem sentit.C.de in ius voc.de qua aliquid dicam in gloss.sequenti.

24 † Et omnia prædicta procedunt in patre adoptiuo,prout hic dicit gloss.per d.l.sed si hac.Sed Io.Fab.dicit hoc esse correctum per text.in l.cũ in adoptiuis.C.de adop.cuius ratio prima facie videtur astringere.& hanc opi.tenet Bal.in consi.24. in 3.vol.& hoc idem videtur dicendũ in arrogato per ea quæ in notabili casu tradit Io.de Ana.in consi.27.incip.j.tamẽ opi. gl.videtur communior:pro qua facit,quia iuris correctio nũquam censetur habere locum nisi expresse fiat.vulg.l.præcipimus.C.de appella.& text.in d.l.cum in adoptiuis non loquitur in casu nostro.& ideo per subauditiones nõ debet extendi quo ad hoc,vt iura corrigantur:vt dicit gloss.in c.cupiẽtes.§.quod si per 20.de elec.lib.6.Item quia negari non potest quòd erga patrem adoptiuum sit aliqualis reuerentia,& si nõ tanta prout in patre legitimo & naturali,tamen est aliqualis. argu.text.in.§.inter eas.suprà de nupt.& hoc ratione suadetur:quia videmus ꝙ licet ille qui leuauit me de sacro fonte,sit mihi extraneus:item & alij positi in l.2.ff.de in ius voc.tamen propter quandam reuerentiam non possunt in ius vocari sine venia:prout concludit Alex.& Ias.in l.generaliter.eo. tit.quorum ratio etiam in isto casu videtur cõsiderabilis propter nomen adoptionis & patris adoptiui : & illa ratio potestatis in qua se fundant tenentes contrarium , non impedit reuerentiam:& ideò videmus ꝙ mater licet filios in potestate non habeat , in ius tamen vocari non potest sine venia.l.quique.in fi. ff.de in ius voc.idẽ est in defensore ciuitatis vt tenet hic Aret. in 4.col.quia pater ciuitatis dicitur:vt in §.eos autẽ in authen. vt iud.sine quoquo suffra.Gl.in ius vocasset.hæc gl.secundum Ias. hic non est tota Accursij sed habet quasdam additiones nouiter factas.

Sed tu dicas quòd stylus videtur esse Accursij,& illæ additiones in omnibus impressionibus reperiunt : & iõ totã legã sit cuiuscũque.Diuiditur igitur hæc gl.in 6.partes.scda ibi sed quid si solutum. tertia ibi item quid si non ueniat.quarta ibi, itẽ nũquid hæredes.quinta ibi,sed quare secus.sexta & vltima
25 ibi, Item si alter. † In prima parte glo.collige vnum quòd filius

lius uel libertus in causa criminali quæ famam patris uel patroni sugillet, non possunt cum venia eos in ius vocare: hoc tamen intellige nisi suam vel suorum iniuriam grauissimam persequantur, vt dicit glo. in l. fi. C. de his qui accus. non poss. vel in criminalibus exceptis vt læsæ maiestatis & alijs de quibus nota. in l. hi tamen. in gl. 2. ff. de accusa. in illis enim casibus venia non requiritur, vt ibi probatur: & ideo bene dicit glo. quicquid Ias. hic dicat. Et sunt alij plures casus in quibus filius patrem in iudicium trahere potest, quos prosequuntur doctores in l. lis nulla. ff. de iudicijs. & congerit Soci. in regula. 244. in tractatu fallentia. & gloss. fin. in c. fi. de iudicijs. li-
26 bro sexto. † In secunda parte glossæ ibi, sed quid. collige ꝙ dans solum libellum supplicatorium vel conuentionalem cōtra patrem vel patronum non incidit in pœnam huius edicti: ita concludit hic gloss. per text. in l. libertus. la. 2. qui ita communiter intelligitur, vt ibi per Alexand. ff. de in ius voc. & ratio istius conclusionis videtur, quia iudicium incipit à citatione non à libello: vt not. omnes in rub. & l. fina. ff. de in ius voc. §. fin. Institu. de pœ. te. litig. & citatio & non libellus de processu dicitur: vt latè concludunt Lanfran. & modernio. in cap. quoniam contra. in versi. citationes. in princ. de proba. alleg. l. libertus aduersus. ff. de in ius voc. & Bart. in extrauagan. ad reprimēdum. in verb. summariè. & dicam inferius: & ideo per libellum huiusmodi non dicitur vocasse patronum. & idē est per commissionem simpliciter factam, cum à pari procedant: vt est glo. quam ibi not. docto. in cle. auditor. de rescript. Et ista de plano procedunt quando lex quo ad commissionem pœnæ vlterius requirit aliud plusquam solam commissionem vel libellum: vt in casu nostro, vbi requiritur citatio quo ad hoc vt quis in pœnam edicti incidat: secus tamē si simpliciter lex prohiberet ne alicui, puta patrono vel patri molestia inferretur: quia eo casu per solam supplicationē vel porrectionem libelli quis in pœnam incideret: vt dicit Alexand. in l. si quis maior. C. de transact. per illum text. quem ita intelligit. tamen idem Alex. quò ad illum intellectum contrarium tenet in consil. 33. viso themate. in primo vol. quod errore est repetitum in consil. 87. in 5. vol. sed extra intellectum d. l. si quis maior. super qua non insisto, dictum simpliciter est in se verum quò ad terminos nostros: vt latè exorditur Alexand. in consi. 52. viso testamento. in 2. vol. & in consil. 73. videtur prima consideratio. in 3. vol. cum alijs, vt per Barto. & doc. in l. si prius. ver. 5. oppo. ff. de no. oper. nun. cum concor. vt latissimè prosequor in cle. 1. de rescri. Et licet quis supplicādo, siue libellum porrigendo dicatur molestare & controuersiam mouere, vt suprà est dictum, non tamen dicitur litem mouere nisi emanasset citatio. cap. 1. de iud. §. fin. Instit. de pœ. te. lit. l. causas. C. de transac. & optimus text. in l. edita actio. C. de eden. aliàs si lis esset orta vnde edictum committeretur, cùm per litem diceretur pater vel patronus constitui aduersarius. d. c. 1. vbi no. omnes extrà, de iudi. & dixi suprà in §. itē si quis postulante. & per consequens eius reuerentia in qua fundatur huiusmodi edictum, cōtemneretur. Et hęc est ratio d. l. libertus. vt suprà dixi. pro qua vlterius facit illud quod vult Barto. in rub. C. de in ius vocan. vbi dicit, quòd talis oblatio libelli est actus extraiudicialis, & potest fieri die feriata l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. & declarat not. Lanfran. in repeti. cle. sæpe. in 4. col. ver. tertia conclusio. de ver. signi. nec processus dicitur inchoatus nisi citatio interueniat: & ideo talis non debet puniri isto edicto. arg. l. amplius. ff. rem ra. ha. quod tamen intellige procedere in libello qui offertur iudici, prout loquitur d. l. libertus. & est text. in c. quoniam contra. de proba. secus tamen de libello qui datur parti, prout declarat Feli. in c. fi. col. 5. ver. secunda declaratio. de iudi. & in d. c. quoniam, in 4. col. Bal. in l. 1. ff. de in ius voc. & Mod. omnes in rub. C. de eden. Nā isto casu d. l. libertus, non procederet. & ita limitat Host. in c. præterea. de dila. & Lanfran. sequitur in d. cle. sæpe. vbi aliam
27 singularem limitationem ponit. † Item limita etiam vltra alios d. l. libertus. non habere locum quando filius vel libertus porrigeret libellum supplicatorium accusationis criminalis principi contra patrem vel patronum per quem imponeretur aliquod crimen, quo fama illorum apud bonos & graues læderetur: quia dico quòd isto casu possent puniri isto edicto, cùm ratio illius, vt reuerentia exhibeatur his personis, & ne fama eorum sugilletur, militat isto casu: frustra enim esset prospicere eorum honori, si alia via posset lædi. arg. l. oratio. ff. de sponsa. & facit l. non debet. ff. de dolo. cum simili-
28 bus. & ista est noua limitatio. † Secundò limitatur prædicta conclusio ꝙ d. l. libertus. non procederet si libellus offerretur parte, hoc est patrone præsente. Nam tunc cum præsentia patroni habeat vim citationis. l. si eum. §. j. & fi. ff. de fideicō. lib. cum similibus: vt per Ias. in l. j. ff. de in ius voc. & tenet Alex. in l. in pecuniarijs. in prin. C. de procuratoribus. & Hypp. de Marsil. in notabili. 30. tu scis. non censetur in ius eum vocasse: ita limitat Bal. in c. plerunque. de rescri. sequitur Barba. in clem. auditor. eo. tit. & in rub. de lit. contesta. num. 11.

Tamen ista limitatio mihi non placet ex eo, quia licet filius vel libertus eo casu quo pater vel patronus in iudicio reperiuntur, non eos citauerint, cùm necessarium non fuit, tamen illa oblatio libelli videtur confirmare citationem, ex quo illos admonere videtur ad litigandū. arg. eorū quę dicit Bart. in l. furioso. ff. de re iudica. & Bal. in c. 2. col. 2. de testibus. quæ latius reassumit Feli. in c. 1. de iudicijs. & Alexand. in l. de vno quoque. ff. de re iudicata. Et quia isto casu animus & audacia considerari debet, vt puniatur. ar. l. 1. ff. de extraor. crimi. facit quod dicit Socin. consil. 52. in prima col. in prima parte. &
29 istud puto verius. † In tertia parte glos. colligitur conclusio ꝙ vocans in ius patrem vel patronum, licet non compareant in iudicio, tñ non euitat pœnam filius vel libertus vocans. Sed tamen isto casu facilius remittitur. Doc. hic nihil boni dicunt. Et ideo aduertendum est primò pro intelligentia quòd istud dictum glo. de remissione pœnæ potest dupliciter intelligi: aut quòd remittatur à iudice aut à parte quæ fuit in ius vocata sine venia: vnde hoc dependet ab illa quæstione videlicet, cui veniat applicanda talis pœna, vt videamus à quo remitti possit: de quo sunt plures opinio. nam si applicatur fisco, talis remissio posset fieri à principe: de quo posset intelligi d. l. quamuis. si verò acquiritur parti, princeps non potest remittere. l. venia. C. de in ius voc. Vos tamen concludatis breuiter ꝙ cōmunis opi. est doct. in l. si quis id quod. ff. de iur. om. iud. ꝙ pœna de qua in edicto istius tex. applicatur parti, & per consequens remitti nō poterit à principe: ut dicit tex. in d. l. uenia. Sed qualiter respondetur ad d. l. quāuis hic alle. Potestis dicere quòd ille tex. procedat de iure antiquo: uel uerius ꝙ ille tex. habet locum in casu quo citatus sine uenia non comparuit: quia perinde est ac si citatio nō interuenisset, ut dicūt hic doc. dum reddunt rationem d. l. quamuis. & isto casu remissio fit per prætorem. & dicit Iason post alios hic quòd ista remissio conceditur in illis tribus casibus enumeratis in d. l. quamuis. per illam regulam. l. nam hoc iure. cum si. quod una determinatio &c. & ita uidentur intelligere. d. l. quamuis. Moder. repet. in l. si quis maior. in 7. nota. C. de transact. Mihi autem aliter uidetur, uidelicet quòd illa remissio pœnæ in d. l. quamuis. solum respiciat primum casum, ut statim ostendam: & ita poterunt concordari. dicta l. uenia & l. quamuis. ad quæ nullus scribentium aduertit. & quòd dicta l. quamuis. respectu remissionis pœnæ procedat in primo tantum casu.
30 demonstratur, † quia habemus regulam quòd quotiescunque ex edicto prætoris imponitur aliqua pœna contrafacienti, si ille pœniteat antequam ad ulteriora procedat, illa pœnitentia reducit rem ad pristinum statum, & euitatur pœna, nisi facta sit specialis prouisio in contrarium. de hoc est text. not. in l. hoc edicto. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. quem ad hoc cōmendat Ias. in l. auunculo. in 2. colum. ff. de condict. sine causa. post Bald. in c. 1. in princ. de prohi. alie. feu. per Fed. Sed in casu nostro libertus uel filius qui citauit patrem uel patronum pœnituit, & actionem remisit: ut dicitur in d. l. quamuis. ergo pœna debet ei remitti. & sic in illo casu limitatur d. l. uenia. sed in alijs duobus casibus enumeratis in d. l. quamuis. ratio non consonat, neque uerbo prætoris, ut pœna remittatur, quæ remitti non potest per principem, cùm sit acquisita parti. dicta l. uenia. quia licet patronus uocatus non uenit: ex quo tamen libertus qui illum sine uenia in ius uocauit, non pœnitet, sed stat in sua pertinacia & ingratitudine contra reuerentiam patroni, cum per eum non stetit, quò minus non prosequeretur litem contra eū, si patronus compareret: debet teneri isto edicto, nec remitti potest, ut dixi per prætorem

pœna.

pœna. Non obst. quòd vna determinatio respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare. d. l. iam hoc iure. quia respondeo esse verum quando est eadem ratio in pluribus determinabilibus: secus si diuersa: nam tunc pariformiter non determinatur, prout est text. quem ibi ad hoc ponderant Moder. in l. mulieri. ff. de condi. & demonstratio. & quatuor alijs modis illa regula limitatur, qui faciunt ad propositum: quorum tres vide per Pau. de Montepico celebrem doctorem in repe. l. Titia. §. Titia. cum seq. ff. de leg. 2. & quartam limitationem ponit. d. Bap. de Sancto Blasio in repe. rub. decreti in 20. oppo. quæ omnia tene menti. & adde ad dictam l. iam hoc iure: & ad doct. ibi, & Iason hic. pro quo faciunt quæ adducit Decius in cap. secundo requiris. de app. dum limitat illam regulam quòd clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia &c. Nec etiam ob. si dicas quòd d. l. quamuis. non loquitur de remissione pœnæ, sed de remissione veniæ quæ remitti per prætorem potest: quia dico quòd magis fortificatur arg. ex eo, quia à fortiori est dicendum ꝙ venia non possit remitti non solum à prætore, sed neque à patre seu patrono: nam cùm sit fundata in reuerentia: vt patet in l. 1. C. de in ius voc. simpliciter remitti non potest, etiam pacto expresso. l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. quem ad hoc ponderat Ias. in l. pen. col. 5. C. de pac. & Feli. in cap. si diligenti. col. 6. de fo. compe. & in cap. 2. de testi. & licet text. in d. §. eleganter. loquatur in beneficio, ne quis conueniatur vltra quàm facere possit: idem tamen est in hac impetratione veniæ: cùm ista duo à iure æquiparentur: vt in l. parens. cum duabus seq. ff. de obsequijs. & vltra text. in d. §. eleganter. est casus de hoc singularis in l. fin. C. de bo. lib. quem text. ad hoc not. ibi Bald. & Saly. & citat singulariter Rom. in singu. 480. incip. Episcopus. & hanc opin. tenet Ang. in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius voc. & hoc idem tenet Feli. per. d. §. eleganter. in c. si qui testium. in 1. col. extrà de testi. & ratione istius reuerentiæ non potest etiam renuntiari beneficio. l. ad egregias. ff. de iureiur. vt concludit Roma. in singulari. 269. tu audisti. & reassumit Feli. in d. c. si qui testium. de quo tamen latè videas quæ tibi dixi hoc anno in c. secundo. de iudi. lib. 6. Et hoc etiam procedit in præscriptione: quia iuri reuerentiæ præscribi non potest. c. cùm non liceat. vbi Feli. latè. de præscriptio. facit quæ not. Rochus de curte in repe. cap. fin. colum. 79. in princi. dum loquitur de priore naturali, extrà de consuetu. ergo ex prędictis concludendum est, quòd dicta l. quamuis. non loquatur in remissione veniæ sed pœnæ, quæ etiam per prætorem, vt suprà dictum est, remitti non potest: sed per patrem vel patronum postquam eis acquisita est. d. l. venia. & ita illum text. in d. l. quamuis. intelligit Decius in l. venia. in fine. C. eod. tit. & in consi. 317. visis quæ acutissimè in 2. colum. num. 6. in secunda parte, vbi pro hoc aliqua similia adducit: communis tamen opini. est quòd d. l. quamuis. in remissione veniæ loquatur quæ per patronum remitti potest in illis tribus casibus ibi enumeratis. & licet text. in d. l. quamuis. expresse hoc non probet: tamen vt concordetur cum d. l. venia. ita intelligendus est & reducendus eius sensus, si quem intellectum patitur ad terminos. d. l. venia. quæ de pœna loquitur, prout intelligit gloss. hic. communem tamen opinio. sequitur Feli. ita intelligens d. l. quamuis. in c. si diligenti. in 6. col. versi. quartum correlatiuum. de fo. compe. vbi allegat etiam pro hoc bene facere l. quod nomine. cum lege sequen. ff. de condict. indebit. vbi licet beneficium ne quis conueniatur vltra quàm facere possit, in reuerentia cōsistat. §. eleganter. tamen certo casu renuntiari potest, vt puta quando per errorem esset solutum debitum insolidum: quia tunc non datur repetitio, vt ibi probatur: vt declarat Ias. in d. l. ad egregias. & in d. l. quod nomine. ita videtur dicendum in d. l. l. quāuis. ꝙ licet ius reuerentiæ remitti nō possit, ex pacto tacite nō possit. ar. l. 2. C. de iura. cal. & c. 1. eo. tit. lib. 6. vt puta quando pater vel patronus non inuitus in iudicio comparuit. & ꝙ tali casu remissio veniæ fieri potest. Et ꝙ ita intelligatur. d. l. quamuis. tenuit Alex. in cōsi. 166. viso puncto. in prin. in 2. vol. Et per ista videtur quòd vtraque pars in disputationis congressu sustineri posset. Tenendo tamen communem opin. quòd in illis tribus casibus enumeratis in d. l. quamuis. pœna remittatur, operepretiū est videre, quæ sit ratio fundamentalis illorū triū casuum, de quibus in d. l. quamuis. nam primus casus est quādo libertus pœnituit, & actionē remisit. ratio istius casus est: quia per pœnitentiam res reducitur ad pristinum statum, vt suprà dixi per text. in d. l. hoc edicto. ff. de alie. iud. tenet Dy. in regula, peccatum. de re. iu. lib. 6. & quia libertus remisit actionem, quod intelligitur secundum formam l. postquam liti. C. de pact. aliàs illa remissio fuisset frustratoria, cùm posset iterum patronum conuenire, si soli instantiæ fuisset renuntiatum. & ista pœnitentia habet locum vsque ad sententiam secundum communem opi. vt per Barto. & alios in l. in criminali. C. de iuris. om. iud. post glo. in d. l. quamuis. latius in l. amplius. rem ra. hab. licet Bar. videatur variare. in d. l. quamuis. sed prima opi. est communis: licet non parua sit difficultas. Secundus est casus si patronus vocatus non veniat. & ratio est secundum Alex. & communiter alios in d. l. quamuis. quia vocatus non potest se fundare super vocatione in qua fuit contumax: vt dicit singulariter Bart. in l. quamuis. ff. de dam. infec. & in l. sepulchri. ff. de sepul. vio. & in l. vbi cœptum. ff. de iudi. & ideò etiam & isto casu veluti paria delicta mutua cōpensatione tolluntur, vt probat text. in c. intelleximus. extrà de adul. & in l. viro. ff. sol. mat. tamen aduertendum est: quia contra istam rationem videtur esse casus in l. 2. ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi exi. vbi in pari causa delicti imputatur liberto. in ius vocāti sine venia. & d. c. intelleximus. quia illa regula non procedit quando delicta sunt diuersa. ita dicit not. Innoc. in c. sicut. il 3. de iureiu. quem sequitur Soc. in trac. regularum. fallen. 86. facit tex. in l. quemadmodum. §. si nauis. in fi. ff. ad l. rhod. de iactu, cum concor. quas adducit Deci. in c. dilecti. in fi. extrà de excep. Neque ob. quòd vocatus nō possit se fundare super vocatione in qua fuit contumax: per doc. Bar. in d. l. quamuis. cum similibus quæ scribit Fel. in c. ex tenore. in 7. col. versi. lex, ubi cœpetum. de rescrip. quia respondetur dupliciter: primò quòd illa regula procedit, nisi præponderetur dolus citantis: ut in d. l. 2. & arg. text. in l. item si obstetrix. in fi. ff. ad l. Aqui. Vel secundò dicas, quòd illa dicta Barto. procedunt ubi quis uerè fuisset contumax. sed in casu proposito patronus citatus sine uenia non comparendo non potuit esse contumax cùm citatio prædicta fuerit nulla. l. 1. uer. Offilius. quem ibi ponderat Alex. ff. ne quis eum &c. & ideo leges loquentes de contumace, in tali non habebunt locum: ut tradit Alexand. in l. quamuis. in ulti. notabi. nume. 8. ff. de in ius uoc. & ideo dico quod alia est ratio. d. l. quamuis. uidelicet quod libertus debeat puniri, sed non in tota pœna. 50. aureorum: & hoc est quod dicit ibi textus, moderandam &c.

32 † Tertius casus est si patronus citatus sine uenia non inuitus compareat. & ratio est secundum Alexan. in dicta l. quamuis, quia uolenti non fit iniuria, facit pro hoc l. cum donationis. C. de transactioni. regula scienti. de regulis iuris, libro sexto. & istam rationem tenet Bartol. in dicta l. quamuis. in fi. Sed tamen circa istam rationem aduerte, quòd in casu isto non uidetur uera: quia licet scienti & uolenti non fiat iniuria: illud tamen non procedit ubi de honestate agitur: quia tunc bene iniuria fit: ut tenet Bal. in l. prima. §. usque adeo. ff. de iniurijs. & in l. tertia. §. si quis uolentem. ff. de libe. ho. exhi. & in notabili casu tradit Angel. in §. sancimus. per illum textum in authentica de lenonibus. Sed in casu nostro de honestate agitur, ut suprà dictum fuit. ergo sola uoluntaria comparitio non est sufficiens ad remittendum licentiam, qui actus prætoris uidetur. l. quarta. §. prætor ait, ibi, sine permissu meo. ff. de in ius uocan. & in l. generaliter. ff. eodem titulo. & quia iuri reuerentiali renuntiari non potest pacto partium. l. alia. §. eleganter. & ibi Bartol. not. ff. solu. matrimo. Neque obstat text. in d. l. quamuis. quia ille text. non dicit quòd tali casu in totum sit immunis à pœna libertus: sed quòd debeat moderari.

33 † Postremò, circa intelligentiam prædictorum est aduertendum, quòd licet, ut supra dictum est, filius uel libertus non possint sine uenia patrem uel patronum in ius uocare: tamen propter omissam ueniam processus qui ad citationem sine uenia reperitur factus, non uitiatur, quia ueniæ petitio non est de substantialibus: ut dicit Barto. C. eod. & licet Aret. hic uideatur uacillare: tamen illa est communis opi. quæ tamen declaratur per Alexan. in d. l. quamuis. & in d. l. fin. & per moderniores Ticinenses ibi procedere quando patronus

vel pater non inuitus comparuit. vt dicit d.l. quamuis. tunc enim uidetur renunciare, & pœnam remitterè. d.l. quamuis. præsupposita cōi opin. & per ea quæ not.Bar.per illum tex.in l.fi.C.de exceptio.secus verò si patronus non comparuit:quia processus est nullus:vt tenet Bart.in d.l.quamuis.& Alexan.& Moder.in l.fi. C.eo. sed mihi vr̃ quod isto casu non debet esse processus nullus: quia secundum communem intellectum. in l.quamuis. hæc tria à pari procedunt, quòd patronus non inuitus compareat, vel nullo modo compareat, vel quòd libertus pœniteat: vnde si in casu quo patronus comparuit, valet processus, eo quia videtur liberto concedi venia, eodem modo in alijs duobus casibus: quia vna determinatio respiciens duo determinabilia debet pariformiter determinare.l.quamuis.& l.2. C.de impuber.& alijs substitu.l.in testamento.C.de testamen.milita.cum similibus traditis.in l.iam hoc iure.ff.de vulga. & pupilla. Item processus etiam esset nullus, quando patronus compareret, sed inuitus: quia tunc ex quo non videtur venia remissa, processus est nullus. ita Bar. in d.l.quamuis.Sed aduerte,quia si venia non est de substantialibus,vt suprà est dictum, omissio illius non videtur quod processum annullet, & quòd patronus compareat inuitus vel non, imò facit, ꝙ venia dicatur de substantia, sed facit bene respectu pœnæ: quia quando coactus comparet, non videtur pœna remissa, & potest eam petere, & ea soluta videtur quòd processus sit validus per regulam quæ traditur in cap. 2. de præbend. vbi colligitur regula per Dec.ibi in princ.quòd licitè dicitur illud esse factum pro quo pœna imponitur, & solutur: tamen licet processus valeat, nihilominus talis filius, vel libertus in ius vocans sine venia punietur de offensa: per ea quæ notabiliter dicit Bar.in l.j.per illum tex.ff.de his quib. vt indig. prout in notabili quæst. tradit Bald. in l. decuriones. in fin.C.de his qui no.infa.cum concordan. traditis per Alex. in l.j.in princip. ff.ne quis eum qui in ius voc.est, vi exi. Et per hoc notabiliter potest limitari regula.l.Graccus.C.de adulte.
34 quæ teneas menti. † In eadem gloss. ibi, nunquid hæres &c. colligitur conclusio quòd hæres extraneus liberti, vel filij potest in ius vocare patronum sine venia: secus si fuerit filius.l. hæres. hic alleg. in glos. Sed pro intelligentia terminorum aduerte, quòd glos. ista in liberti hærede extraneo de plano procedit. In filio verò hærede debet distingui: aut fuit vnà cum patre manumissus à patrono, aut non: primo casu etiam non potest quemadmodum, & pater eius non posset patronum sine venia in ius vocare, etiam si sit miles: quia eius libertus fuit. text. est in l.fina.C.de libe.& eorum libe. secundo casu subdistingue, aut fuit emancipatus à patre liberto, aut nō: primo casu procedit.d.l.hæres.cum reputetur extraneus. l. vnica.§.extraneum. C.de rei vxo.act. secundo casu non potest conuenire, cùm eadem persona censeatur. vide de hoc gloss. quæ ista declarat in l.2. C.de in ius vocan. & in d.l.fina.
35 † In eadem glo. ibi, sed quare secus in hærede liberti & cæt. Habeas istam conclusionem quòd edictum de in ius vocan. pro parte est odiosum, & pro parte fauorabile: odiosum, ex parte liberti: & ideò istud edictum non extenditur ad hæredes eius extraneos: fauorabile respectu patroni: quia extenditur eius fauor ad hæredes eius etiam extraneos in infinitū. & istam glos. sequuntur & Modernio. & Ias.in l.ij. C.eod. vbi est similis, quam in pulchro casu alleg. And.Sicul.in repe.rubricæ.C.qui admitti. & vltra quatuor alle.per Iaso.in d.l.2.est similis glo.in cap.3.in fin.de præbend.lib.6.& ibi latè dico,& pono remisiuè in l. qui exceptionem. ff.de condict.indeb. & ad idem est glo. quam ibi nota.Alexan.in l. sed si hac.§.fi.ff.de in ius voc. Sed tamen considera, quia ista videntur dubia ex eo, quia clara est iuris regula,quòd vna & eadem res non potest partim esse fauorabilis, & partim odiosa: quia non debet diuerso iure censeri. l.eum qui ædes.ff.de vsuca.Ias.in l.vnica. in 4. col. C. quando non pet.par. imò debet aut principaliter dici fauorabilis, aut principaliter odiosa: & illud quod principaliter abundat, debet attendi. argu.l.si quis nec causam.ff. si cert.peta.& l.quæritur.ff.de sta.ho. quemadmodum de Macedoniano dicimus,qđ odiosum est illud ōsideratur: & econtra in Velleiano: vt in l.qui exceptionem. vbi Barto.& Moder. ff.de condi.indebi. Bal.in l.fi.in prin.C.vnde leg.cum concor. vt latè Deci. in d.l.2. vbi eod. modo impugnat glo.ibi. Sed tu salua istam glo. ꝙ diuersis respectibus vna & eadem res bene potest dici partim odiosa, & partim fauorabilis.doct. est Bar. in l. itē in potestate.in fi.ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur.cum concord.vt tradunt Mod.in c.per venerabilem.§.rationib.qui fil.sint legi.vbi prædicti Doct.concludunt ꝙ filius in dignitate constitutus est sui iuris quò ad ea quæ tendunt in odium eius: & etiam reputatur esse in potestate quantum ad sui fauorem: vt latè prosequitur Firmianus in tracta. de episcopo. fol.8. in j.col.faciunt ea quæ Barba. adducit in cap.fi.in prin.de pecul. cleri. facit gl.in verbo nullam.in l.eleganter. ff.de dolo.& notabiliter per Rochum de Curte, vbi istam regulam multipliciter declarat in repe. c.fi.in 4.col.de consue.& pro hoc facit, quia videmus ꝙ duo specialia simul esse non possunt. l.j.C.de dotis promis. & tamen quando concurrunt diuersis temporibus, compatiuntur & æquè principaliter. ita Bar.in l.ex facto. in 6.col.versi.quicquid.ff.de vulg.& pup. & idem Barto.in l.si quis pro emptore.col.pen.ff.de vsucap.per l.j.ff.de capti. & §. ab hostib. supra quib.mod.ius pa.po.sol. pro quo est optimus tex.in l.fi.C.ad Velleia.ita hic est dicendum quod in diuersis personis potest fauor, & odium concurrere æquè principali-
36 ter. Et ita resoluuntur motiua Dec. in d.l.2. † Tamen ex alio adhuc videtur ꝙ ista conclusio glo.non sit vera: quia iure non probatur ꝙ priuilegium concessum patrono,vel patri ne possint in ius vocari sine venia, competat eorum hæredib.extraneis: quia illa ratio glo. ꝙ fauor debeat ampliari, non habet locum in materia priuilegiatiua: vt probat text. in c. sanè. de priuile. quia priuilegia personam non transgrediuntur: vt ibi dicitur, & in §.sed quod principi.sup.de iu.naturali. Et ex hoc solo ꝙ ex parte patroni fauor versetur, intellectus legum non debent trahi ad gratiam: vt dicit Abb.in cap.ex parte A. in 9. col.nu.10.& ibi Io.An.de testi.& tenet Ant.de Bu.& ibi Barb. in 15.col.in c.eam te.de rescrip.& Abb.in c.cura.de iu.patro. Et ideò melius videtur dicendum,vt dixi sup.in glo.proxima.
37 †In ea glo.ibi,item si alter agat tutorio nomine,&c. habes ex ista gl. colligere ꝙ patronus potest citari sine venia,si libertus sit tutor,& citat patronum in causa pupilli.l.quæsitum.ff.de in ius vocan. hic alleg.in glo. & ratio assignatur, quia aliàs si libertus non citaret patronum, teneretur pupillo actione tutelæ. & sic officium liberti esset sibi damnosum, quod esse non debet.l. si quis ex signatorib.ff.quemadmo. test.ap. Accedat, quia in pari causa dāni quis excusatur,si quis res suas diligentius custodiuit.l.si pupillus.ff.quæ in frau.cre.quia prima charitas incipit à seipso. c.petitio. vbi gl.de iureiur. & l.præses.C. de serui.& aqua. & hinc est ꝙ si pater nō habet bona sufficientia,ut se & filiū alat,non tenetur illi præstare alimenta:ut dicit Ange. in l.Iulianus.ff. si quis omis.causa testa. facit quod dicit Bar. in l.maritum.ff.sol.mat.Et ideò dicit glo.in c.si Romanorum. 19.dist. ꝙ absurdum est aliis benefacere, & sibi nocere: quia,ut dicit glos. in c.nisi. de authoritate,& usu pal.ꝙ potius debeo me diligere,quàm alium. pro quo facit tex.notabilis in l.uenditor.§.si constat. ff.com.prædio. & l.licet.ff.de arbitr.& quod dicit Ang.in l.cùm depressa.ff.ad leg.rhod. de iac.& Ias. in §.oēs.nu.23.sup.eod. Tamen aduertendum est: quia uidetur ꝙ ista glo. non bene loquatur ex eo, quia licet libertus tutelam susceperit,intelligitur tamen saluo iure suo, & illorum quib.de iure tenetur. ut probatur in c.petitio. & in c.breui.de iureiuran.quia in simplici obligatione non intelliguntur promissa inhonesta.cap.ueniens.& cap.quintauallis. de iureiurā. quia in istis semper etiam ius superioris censetur exceptum. cap. uenientes. eodem titulo.cùm igitur libertus patronum in ius uocare prohibitum sit hac ratione, ut ius reuerentiæ ad quam libertus tenetur, conseruetur, clarum est quòd istud ius non læditur ex eo, quod libertus tutor factus sit: quia tale ius tolli non potest: per ea quæ superius dixi. nume. 30. per textum. in l. alia. §.eleganter. ff. soluto matrimonio.cum alijs ibi adductis: neque hoc casu reperitur, quòd libertus teneatur actione tutelæ, dum tamen ille certum faciat pupillum: nam tali casu libertus facit quod debet: & ideò non debet culpari.l.qui iniuriarum.§.is qui.ff.de iniuriis.c.cùm ecclesia. de elec.& l.qui pōt.ff.de re iu. Nō ob.regula supradicta, ꝙ prima charitas,&c.& ꝙ officiū suū non debet sibi esse dānosum: quia illa regula procedit nisi sequatur absurdum, uel inhonestum. ita dicit Zab.in c.per uestras.in j.quæst. de iure patron.

Non

Non obst. text.in d.l.quæsitum. alleg. in gloss. 1. quia ille text. non dicit quòd si libertus non citauerit patronum, teneatur actione tutelæ: vel si eum in ius vocauerit, quod in totum sit immunis: nam est verum quòd tali casu, pœna ordinaria non punietur: quia facit secundum legem quæ excusat à pœna 50. aureorum: tamen non excusabitur ab offensa, quæ per talem citationem inducitur: per ea quæ singulariter dicit Bar. in l. 1. per illum text.ff.de his quib.vt indig. & Baldus in l. decuriones.circa fin.C.de infa. & est de hoc casus in terminis nostris in l.1.ff.ne quis eum.quem ibi sing.declarat Bald. in 2. not.cũ alijs concor. quæ adducit ibi Alexand. & Ias. in 4. not. & secundum distinctionem quam ibi Bald. facit poterit ista materia concordari.& pro ista opi.multum facit text.in l.sed si hac §.semper.ff.de in ius voc.Amplia istam glo. vltra alios procedere etiam quando libertus in causa propria citaret tutorem vel curatorem patroni non ipsum patronum:quia tunc non requiritur venia. arg.text.in l.libertus.la.1.ff.de in ius voc. & de hoc est casus in l.sed si hac.§.fi.ff.de in ius voc.secus tamen est in procuratore patroni: quia venia requiritur, per rationem quam ibi assignat, glos.licet Alex.post Fulg. super hoc discepter. Tamen ratio differentiæ est: quia magis fundatur ius in personis administratorum quàm in persona principalis. l. neque.C.de procu.secus in procuratore cuius administratio recipit fomentũ à persona domini.& ita tenet.Maria.Soc. in repe.rub.de dila.arti.2.quæst.26.in 1.arti.1.quæst.Limitatur ista gl.ꝙ non procedat in patrono tutore: quia sine venia non potest côueniri etiã nomine pupilli:vt est casus in d. l.sed si hac. §.semper.Alio modo limita vt in d.l.§.qui manumittitur.

38 † Glo.cum id non impetrasset. diuiditur vt hic per doc. In prin.istius glos.habes formam petendæ veniæ per filium vel libertum, quam sequuntur omnes doc. Tamen tu aduerte vltra ipsos, quòd istud procedit in filio vel liberto agente, secus in defendente vel excipiente: quia edictum prætoris de vocando in ius loquitur,& sic de actore: reus verò propriè actor nõ dicitur.ar.l.de pupillo.§.qui remissionẽ. & in l.in prouinciali. §.si ego.ff.de ope.no.nun. quod est verũ, nisi exceptio habeat in se inclusam actionem: vt in text. sing. c. significauerunt. de excep.& in proposito est text.& ibi declarat Bar. in l.libertus. la.1.ff.de in ius voc.Et tali casu tempore ipsius actus debet interuenire venia, cùm citatio non concedatur nisi venia petita & obtenta, vt hic:credo tamen si ex post interueniret sufficeret,neq; per hoc inualidaretur citatio:cùm venia nõ sit de substantialiter requisitis pro forma:vt supradictum est in gl.præce.& ideò illa solẽnitas ex post interuenire põt:vt no.latè Alex. in l.si cum dotem.§.eo autẽ tempore.in princ.ff. so.ma.& in l. si quis mihi bona.§.iussuum.ff.de acqui.hær.Et talis venia quò ad hoc vt dicatur concessa, sufficit ꝙ iudex petitionem admittat decernendo citationẽ absq; eo ꝙ constet de admissione. ar.l.sed si hac.§.prætor ait.ff.eo.nam qui vult consequens, videtur velle suum antecedens.l.ad rem mobilem.ff.de procu.

39 cum si.vt per Alex.in rub.C.qui admit. † In 2.parte glo. ibi,illud etiam &c. Collige vnum quòd pœna 50.aureorũ, de qua in edicto prætoris,procedit tantũ in vocante patrem vel patronum sine venia,non autem extenditur ad personas enumeratas in l.2.& 3.ff.de in ius vo.& ratio istius glo. videtur manifesta,quia illæ personæ de quibus in d.l.2.& 3. prohibẽtur in ius vocari à iure ciuili:ius autem prætorium qui pœna 50. aureorum introducit,nihil de illis personis cauit: ergo tanquam casus omissus relinquetur in dispositione iuris, & non fit ad eum extensio.ar.l.commodissimè.de lib.& posth.l.cùm quidã.eo. tit.quæ dispositio iuris communis vult quòd quando non est statuta pœna in aliquo casu,relinquitur arbitrio iudicis.l.j. vbi Bal.&Saly.C.de sepul.uio.gl.or.in l.nemo martyres.C.de sac. san.eccl.& l.i.§.effractores.ff.de effrac. & isto casu bonum est habere iudicem fauorabilem:vt dicit Abb. & ibi moder. in c. consuluit.de off.deleg. & prius glo. in regula in iudicijs. in fi. de reg.iur. lib. 6. Et ex istis colligitur vna notabilis regula ex glos. ista quòd quotiescunq; in aliqua lege circa vnum casum est apposita pœna habito respectu ad priuilegiũ alicuius personæ,si postea per aliam legem fiat additio ad illum casum illum extendendo ad alias personas non facta mentione de pœna in illa additione, pœna posita in priori lege non censetur repetita in illa additione. Istã gl.ad hoc notat & exemplificat Ias.in l.fi.in princ.ff.de in ius voc.& idem Ias.valde commendat post gl.ibi in §.ex maleficijs.in ver.in iudiciũ.in 10.col.nu. 38.infrà eodẽ.& vltra adducta per eũ, hoc idem tenet Bart.in l.in testamẽto.la.1.ff.de condi.& de Bal.in l.cùm pater. §.certã.ff.de leg.2.& de hoc est tex.& gl.no.in cle.2.in ver. sanctione.de vi.& ho.cle.quam ad hoc not.Feli.in c.causam.in 3.col. versic.limita octauò.de rescrip.cum similib.vt per Deci.in l.factum.§.in pœnalibus.num.6.ff. de reg. iur. Sed tamen contra istam regulam glos.nostræ adducitur glos. quam ibi dicit veriorem Abb.in cap.de multa. in versi.ecclesia. de præben. vbi pœna quæ imponitur in princ.illius text.obtinentibus duo curata habet locum in dignitatibus, de quibus text.in fin.addendo loquitur:& ita intelligit illum tex.Domi.in c.eum. in j.col. de præben.lib.6.& cum illa opi.gloss.& Abb. videtur transire Feli.in c.translato.in pen.col. de consti. cum si. Sed tamen ad ista respondet Ias.in d.l.fin.de in ius voc.ex mente Romani ibi dicentis quòd ideò in d.c.de multa.fit repetitio: quia est facta additio in eadem constitutione, & vnitas constitutionis multum operatur.ita procedat c. de multa. secus autem si fuisset facta additio in diuersa lege:quia tunc procedit glo.ista.& gl. d.l.fi.quæ concordat cũ ista. Sed ista solutio Romani licet Ias. eam non improbet, non videtur tuta: quia eadem ratio videtur in vtroque casu:nam illud quod venit per modum additionis nõ fit pars prioris constitutionis.ar.l. sed si manente. ff.de preca.& regula quam adducit Abb.in dicto cap.de multa.loquitur in diuersis casibus, & sunt diuersæ clausulæ, licet sub una dispositione contentis; quo casu idem de illis casibus iudicatur acsi essent in diuersis dispositionibus de per se. ista est notabilis decisio Roma.& Ful.in l.lecta. ff. si certum petatur. quam post Alex.ibi in 3.not. multum commendat ibi Ias. per illum text.in 3. not. uersic.ista regula fallit. & ultra ipsos facit pro hoc notabilis decisio Bald. in l.multis.ff.de sta.ho.ubi dicit quòd in casibus in quibus masculinum concipit fœmininum, nunquam hoc procedit quando in aliqua dispositione est facta mentio de masculo & fœminis: quia tunc si postea de per se exprimatur aliquod nomen masculinum non concipit fœmininum: & hoc idem in notabili casu exemplificat Bart.in consil. 39. incipien. cola.ubi notabiliter dicit quòd si aliquis relinquit uixori suæ fundum cum ista conditione, si castè uixerit, deinde in eadem dispositione relinquit ei domum in ista oratione sine clausula, non censetur repetitia illa conditio,si caste uixerit. ita ibi Bart. quem sequitur Socin. in consi.10.incip.quamuis.in 6.colum.lib. 6. Præterea ex alio etiam dicta solutio non est uera.quia licet l. 2. hic alle. in gloss. sit diuersa dispositio à lege prima, tamen ex quo illa l.2.ponitur incontinenti post & continuatiuè dicitur inesse primæ dispositioni.argu.d.l.& eorum quæ no.Bar.in l.si uentri. §. fin.ff. de priuile.cre.Et pro hoc facit illa regula quæ semper allegari solet quòd quando duo sunt æquiparata de iure antiquo, dispositum in uno trahitur ad aliud, quam regulam adducit Roma. in consil. 120. circa princ. in pen. col & in consil. 129.licet magna. &c. alle.l.si quis seruo.in fi.C.de fur. declarat Bar.in l.2.ff.de leg.1.& reassumit notabiliter Are.ĩ pulchra q.in rubr.ff.de acquir.poss.in 2.col.uer, 2. adde per totum.& hanc regulam in proposito nostro sequitur etiam Phili. Dec. in c.2.requiris.in 2.col.uer.sexto.si pœna.de app. subiungẽs quod ex quo eadẽ ratio consideratur in 2. dispositione in qua fit additio,debet fieri etiam in pœnalibus extensio. c.1.§.porro.quæ fuit prima cau.bene.ami.alia adducens quæ prius tradit Corse.in not.suis in uersi.additio.nota.23.& Felin. in locis superius alleg.& sequitur idem Felin.in c.primo.in 2. colu. de iureiur.& in c.præterea.in 12.colum.de sponsa.& in cap.super quæstionum.in prin.in 1.colum.de offi. deleg. Et contra Rom. est gl.in cle.1.in uersi.sanctioni. de ui. & ho. cle. Ego autem & si cum hac opi.alias scribens in repe.mea. c. de multa. transiuerim,modò ulterius cogitans contrarium teneo. nam in casu in quo hic agitur,est longè diuersa ratio inter unum casum & alium: quia prouisio de parentibus & patronis non conueniendis sine uenia fuit inducta à iure prætorio, & sic à iure antiquo: & prohibitio personarum de quibus in dicta l. secunda, & tertia. fuit inducta à iure ciuili & à iure prætorio: ut prædicti doc. præsupponunt nõ erat facta æquiparatio istorum casuum: quia ius prætorium nihil disposuit de illis perso-

K 4 nis &

nis & ius ciuile quod de illis postea disposuit, de pœna nullam mentionem fecit, sed solum de habenda reuerentia: unde tanquam in casibus diuersis non debet fieri extensio, argum. l. Papinianus exuli. ff. de minor. quia quando vna dispositio extenditur ad alios casus, non censetur facta extensio quo ad pœnam. ista est doct. Ioan. An. communiter approbata in capitu. dispendia. §. reus quoque. de rescript. lib. 6. quam approbat Abb. in c. fin. in 4. colum. de fer. & in c. prout. columna. penult. de dolo & contu. & in c. primo. colum. fina. de loca. & in c. fin. in 6. colum. ne cle. vel mo. Domi. in ca. si forte. in 2. colum. de elect. lib. 6. & in c. 1. in 4. colum. de temp. ord. & in c. statuimus. in 10. col. de sen excō. eo. lib. & Ias. in l. nō dubiū. num. 11. C. de legib. Et hoc colorem iuris videtur habere: quia clara & indubitata etiam est alia iuris regula, ꝙ nunquam in aliqua lege habet locum pœna, nisi lex expressè dicat. text. est in §. cùm igitur. in authen. de non eligen. secundo nu. quā regulā cum pluribus alijs legibus facit & sequitur Iaso. in l. diuortio. §. si fundum. in 10. colum. nume. 4. ff. solu. matrimo. & in l. fi. quis maior. in secunda col. C. de transac. & in l. quod te. in 12. col. ff. si cer. petatur. & in l. prima. in fin. C. de transact. & in authen. non licet. in 2. & 3. col. C. de lib. præte. Decius in consi. 90. & pro tenui. colum. fin. in prima parte. idem Ias. in l. cùm quidam. in 3. ff. de lib. & posth. Et ista regula etiam habet locum in correlatiuis: vt notanter dicit Decius in c. translato. in secūda lectu. colum. fin. de consti. per alleg. ibi per eum, & faciunt ea quæ dicit Alexan. in apostil. ad Bar. in l. fin. ff. de acceptila. & per consequens regula d. l. si quis seruo. non vendicat sibi locum isto casu, quæ solum procedit vbi datur eadem ratio & similitudo vel æquiparatio facta à lege, prout prædicti doc. volunt. & pro hoc bene etiam consonat ratio Ias. in d. l. fin. videlicet, quòd ius prætorium habuit respectum ad priuilegiū personæ patris vel patroni. patet ex verbis edicti, vt hic dicitur: quo casu vbi priuilegium consideratur, extensio non procedit: vt glo. hic sentit. & idem tenet glo. quæ ad hoc pro singulari allegatur in §. item mixta. aliàs §. ex maleficijs. in ver. in iudicium. infra eo. quam summè no. Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo. col. 6. nu. 14. ff. ad l. fal. cū sim. & licet ipsi pro hoc nihil allegēt, videtur casus in §. sed quod principi. in ver. planè. ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplū trahuntur. suprà de iure naturali & cap. sanè. de priuile. & gl. 2. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. & gl. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr. punientur igitur vocantes tales personas in ius extraordinariè. vt hic dicit. gl. Sed tamen vlterius aduertendum est ꝙ contra istā gl. & supradicta videtur decisio omniū doc. in l. generaliter. ff. de in ius. voc. dū volunt ꝙ istud, dictū de in ius voc. vēdicet sibi locum in parentibus spiritualibus, inter quos enumerātur personę de quibus in d. l. 2. & 3. de in ius voc. & ibi Ias. sibi contrarius addit post Io. Fab. hic ꝙ dispositio istius text. & eius pœna habet locū in vasallo citante dominū sine venia, licet hoc nō sit iure cautū: sed solum per extēsionem & æquiparationē, cuius cōtrariū ipse tenet ī locis superius alle. Nec ob. si dicas ꝙ dicta doc. in d. l. generaliter loquūtur respectu venię petēdæ nō aūt pœnæ: quia dico ꝙ Ias. hoc in pęna declarat habere locū: & alle. j. in cōtrariū gl. nostrā hic, licet postea cōtrariū teneat: aliàs frustra fuisset de venia petēda disputare, si pœna locū nō haberet, cū quilibet ꝑ arbitrio suo in ius vocaret: nisi dicas tūc illos puniēdos arbitrio iudicis. Tñ vt euitentur maiores circuitus & expēsæ tutior & certior esset j. opi. ar. eorū q̄ notabiliter dicit Alex. in l. cū fundus. in j. col. §. seruū. ff. sol. ma. post Io. An. quē ibi alle. ī addi. ad Spe. in rub. de ob. & sol. Et ad rōnes supradictas posset rñderi, primò ad illud ꝙ dispositio priuilegiatiua nō debet extēdi: ꝙ illud ꝓcedit nisi cōcurrat fauor publicus: tūc enim bene potest fieri extēsio: vel nisi cōcurrat honestas. de hoc est glossa, quā doc. sequūtur in l. miles. ff. de re iud. per glo. etiam in lege, illud. in verbo, alia causa. C. de sacrosan. ecclesi. facit bene text. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen. & tenet Gaia. in repe. l. centurio. in 6. col. nu. 40. ff. de vul. & pup. præte. ea quia regula supradicta procedit in mero priuilegio: secus verò est in priuilegio qualificato: vt est in illo quod est insertum in corpore iuris: quia de illo iudicatur, vt de iure communi: vt dicit Decius in capitulo de causis. in fine de officio delega. & ideò lata fieri debet extensio: vt tenet Cardi. in capitulo ignorantia. 28. distin. & Cardi. Zabarel. in consil. 52. colum. 2. & est gloss. Bart. in 2. colum. versic. secundò quæro. in authenti. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. & ita procedit quod dicit Abb. & Anto. de But. in cap. olim. in tertio notabili. de verb. signifi. & Areti. in l. cum lege. ff. de testa. sed priuilegia, de quibus in d. l. 2. & 3. sunt huiusmodi: igitur &c. Tamen non procedendo vlterius mihi magis placet præcedens opi. quę est magis communis. Et ista est verissima doctri. in iure quòd iura pœnalia maximè priuilegiatiua personarū, vt in d. l. 2. non extenduntur respectu pœnæ, nisi lex vlterius procedat disponendo: aliàs homo non habet facultatem extendendi ex sua interpretatione, quæ omnia tene menti: quia hactenus iste articulus non fuit per doct. nostros ita plenè discussus. In tertia parte gloss. ibi, sed nunquid hæc petitio. Collige conclusionem, ꝙ licet libertus hodie habeat ius natalium & generationis & sic per consequens ius aureorū annulorum, nihilominus patronū in ius vocare non potest sine venia per d. §. j. in authen. vt liber. de cætero alleg. hic in glos. Sed tu aduerte quòd ista conclusio gloss. procedit in iure aureorum annulorum imperatorum à Principe, & priuilegio legis de quo loquitur d. authen. secus autem esset si libertus natalibus restitutus esset per principem: quia tunc sine venia poterit in ius vocare. Casus est de hoc in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius voc. quod not.

40 † In eadem ibi, in filio distingue &c. Colligitur ex gloss. ꝙ emancipatus potest patrem citare cum venia. Et ratio potest esse: quia licet emancipatus pro extraneo reputetur. l. vnica. §. extraneus. C. de rei vxo. actio. tamen ista petitio veniæ consistit in reuerentia non in patria potestate, vt suprà dictum est: hinc est quòd filius non potest in ius vocare matrem, quamuis in eius potestate non sit. l. 4. in fin. ff. de in ius vocando.

Sed maius est dubium, quid in spiritualibus in quibus filius potest liberè agere sine consensu patris, & reputatur sui iuris, capitulo fin. de iudi. libro 6. nunquid hoc casu requiratur venia: & videtur quod sic per rationem supradictæ cōclusionis. Tamen vnum facit in contrarium: quia iste est casus omissus, & in pœnalibus non debet fieri extensio. argu. text. in capitulo susceptum. de rescrip. libro sexto. & l. commodissimè. de liberis & posthumis. tamen prima opinio videtur iustior quā teneas arguendo de spiritualibus ad castrensia: vt arguit glos. in capitulo ex parte. de resti. spo. sed in castrensibus requiritur venia: ut in l. adoptiuum. in Princ. ff. de in ius uocan. ergo idē in spiritualibus. & istam opinio. tenet Maria. Socin. in repetituli de dilationibus. articu. 20. in 11. quæst. 26. principalis. & dixi in capitulo fina. de iudi. libro sexto, ut uidistis anno præterito, licet cum collega meo in circulis contrariam opin. firmauerim secundum conclusiones publicatas.

41 † Secundò collige ex ista particula gloss. quòd filius existens sub potestate patris nec cum uenia nec sine uenia poterit patrem in ius uocare. l. fin. C. de in ius uocan. Aduerte hic, quia ista glo. uidetur sibi contraria, quoniam inferius in uersi. item quærò. dicit quòd filiusfami. poterit patrem cum uenia in ius uocare extra causam peculij. Tamen tu poteris defendere gloss. ibi quòd loquitur in alijs causis exceptis similibus illi de quibus potest esse lis inter patrem & filium. quæ no. per glos. fi. in capitulo fina. de iudi. libro sexto: & in l. lis nulla. ff. de iudi.

42 † Sed iuxta hoc oritur noua difficultas ab alijs non considerata, uidelicet utrum in casibus in quibus filius in potestate nō potest agere contra patrem, si agat de facto & sine uenia incidat in pœnam edicti prætoris, scilicet 50. aureorum, & uidetur quòd non: quia ex quo filius extra casus not. in d. l. lis nulla. prohibetur agere, citatio facta per illum est nulla & ex actu nullo quis puniri non debet. l. 1. in fin. & quod ibi not. Bald. ff. quòd quisque iur. cum concordan. quas dedi suprà in primo notabili. quia non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum: ut in regula iuris. libro sexto. capitulo, non præstat. & hanc opin. uidetur sentire Specu. in titulo. de do. & contu. §. restat. uersi. sed vocans &c. Et quia casus omissus relinquitur sub dispositione iuris: d. l. commodissimè. Tamen contrarium uidetur mihi uerius ex eo, quia hic filius deprehenditur magis inobediens & praui animi ex quo patrem attentat in ius uocare contra duplicem prohibitionem iuris. prima est ne filius agat contra patrem, nisi de castrensi & quibusdam alijs notatis in d. l. lis nulla. & in l. actiones

hic

hic alleg. in glo. Alia est prohibitio quòd in casibus in quib. potest agere, in illis non uocet patrem sine uenia. Nec obstat, quòd ex actu nullo quis non debeat puniri, quia illud non est uerum, per text. & quæ ibi not. in l. si quis legatum. ff. de fal. & no. in l. pe. C. eodem titulo. quia in delictis consideratur effectus & merum factum non iuris effectus: ut est tex. in l. eum, qui. C. de adult. Et licèt dicta citatio est nulla, debet intelligi, uolente patre uel patrono in quorum iniuriam facta fuit citatio. arg. glos. in l. eleganter. in uerbo nullam. ff. de dolo. quam commendat Ias. in §. actionum. num. 41. infrà eodem. uerùm quia iste casus non est prouisus à prætore, credo quòd extra ordinariè & arbitrio iudicis talis filius uel libertus esset puniendus: ut in simili dicit glo. suprà in alio casu. Et iuxta prædicta potest applicari alia notabilis quæstio quam ponit Paul. de Cast. in l. j. ff. ne quis eum. & dicit non esse tactam ab alio, quam omitte: quia eam latiùs attingo in l. quãuis. ff. de in ius uocan. post Alexand. ibi.

43 † In quarta parte gloss. ibi. l. adoptiuum. colligitur ex glos. quòd filiusfami. miles uel aduocatus si agant respectu rerum castrensium uel quasi requiritur quòd impetrent ueniam. & de hoc est glossa ordinaria secundum Aretinum hìc in l. cogi §. si pater. in uersi. obsequium, ff. ad Trebellianum. Et licèt Iason hic dicat quòd illa glos. non probet nisi hoc, uidelicet, ꝙ si imploratur iudicis officium, quòd debet uenia impetrari. Tu tamen dicas quòd utrunque dictum probat. patet: quia alleg. dicta l. adoptiuum. quam hic glo. allegat & sic dictum gl. debet intelligi secundum legem quam allegat: ut dicit Bartolus in l. finali, in principio de condictione indeb. & Iason in l. diem functo, in princ. ff. de offic. asses. & in l. j. 10. col. ff. solut. matr. per tex. in l. Imperator. ff. de in diem adiec. & ita illam glo. in d. l. cogi. ad hoc idem ad quod glo. nostra hic alleg. Alexan. in d. l. adoptiuum. in fin. & ad utrumq; in dicta lege cogi. §. si pater, in pen. colum. & utrumque dictum in se est uerũ quod sequitur Bald. hic & Nico. de Neapo. & ad illud ꝙ non imploratur officium iudicis in causa castrensi, quòd uenia requiratur alleg. d. glo. in l. cogi. Iason. in lege prima. in 4. columna. ff. de iuris. omn. iudi. licet idem Iasou ariare uideatur. & eandem alleg. in contrarium in lege prima, in pen. colum. num. 75. ff. de offi. procon. & leg. Prima tamen opin. quòd impetratio ueniæ requiratur est communis. & eam sequitur Decius in l. fin. in princ. C. de in ius uocan. & alleg. alias glo. concor. licèt Bald. uideatur sentire contrarium, quò ad primum dictum in l. fin. §. necessitatem. in col. fi. uersic. quæro nunquid in obligatione. C. de bon. quæ liber. sed ex ibi dictis potest defendi illa opinio. Item quod dictum est requiri ueniam quando filius in castrensibus agit, dicas istud procedere etiam si pater sit prodigus cui rerum administratio interdicta est. ita dicit Bald. in l. quamuis. columna. fin. uersic. & nota si pater, C. de fideicom. Tamen aduertendum est, quia istud dictum Bal. non mihi uidetur uerum, licet à nullo uiderim impugnatum. in primis, quia clarum est quòd prodigus æquiparatur in omnibus furioso, nisi quò ad acquirendum. l. is cui bonis. & ibi no. Ias. in 6. not. ff. de uerb. oblig. sed clarum est. ꝙ quando pater est furiosus, ab eo consensus non exigitur, etiam in casu in quo ex forma statuti requireretur consensus patris, ꝓut concludit Alexand. in l. ij. §. uoluntatem in j. col. num. 7. ff. solu. mat. post Bald. in l. cum hæres, ff. de acquir. hære. & ultra ipsos est bo. tex. in §. j. insti. de nup. igitur in casu isto idem dicendum est, quando pater est furiosus. Tamen illud dictum Bald. in d. l. quamuis multipliciter potest defendi. Primò, quia in casu suo ideò uenia requiritur, quia non debet impetrari à patre prodigo, sed à prętore, cùm sit actus prætoris, ut in lege 4. §. prætor ait. ibi, sine permissu meo. ff. de in ius uocã. & ideo furor uel prodigalitas patris tali casu nihil officiunt. secus uerò esset si uenia a patre debuisset impetrari. & ita loquitur tex. & tex. per me supra allega. immo in casu statuti de quo Alexã. loquitur, licet pater propter furorem consensum filio præstare non possit: iudex tamen debet supplere uicem patris, & tali casu actus per filium celebratus non dicitur factus sine cõsensu patris. ita tenet Bald. in l. si furiosi. C. de nup. cuius opin. mihi uidetur uerior, quicquid Alexan. dicat in d. §. uoluntatẽ nam Bald. in d. l. si furiosi. sequitur Ang. de Are. supra de nupt. in fin. princ. & ibi latiùs Ioan. de Plate. facit quod dicit idem Bald. in l. in coniunctione. C. de nup. & istam opin. dicit communem Decius in consi. 41. alias. 245. incip. in causa. in pen. colum. in secunda parte. facit quod dicit idem Bald. in l. transactionem. in fin. C. de transactio. & ista opin. rationem habet ex eo, quia illa quæ a iudice fiunt, dicuntur facta cum solennitate. per ea quæ latè ponit Iason. in lege pacta nouissima. C. de pactis, sed ut dictum Alexan. defendatur in quo semper solet inesse neruus ueritatis, poteris ita distinguere, uidelicet quòd aut in statuto uel alia dispositione requiritur consensus patris ex eo quia tractatur principaliter de eius præiudicio, & tali casu procedat opinio Bald. & sequacium in di. l. si furiosi. Aut uerò consensus requiritur solum propter fauorem filiæ & isto modo procedat opin. Alex. & aliorum. & ista distinctio uidetur probari in l. sed si unius. §. filio. ff. de iniurijs.

Postremò circa istam materiam aduerte quòd licèt uenia, in omnibus prædictis casibus debeat peti & obtineri, ut text. hic dicit: si tamen quis peteret & iudex committeret citationem simpliciter, per hoc uidetur ueniam concedere. ita concludit notabiliter Aret. in consi. 208. incip. uera uidetur. & dixi suprà. pro hoc facit. l. sed si hac. §. prætor. eodem titulo. & quia qui uult consequens &c. argum. l. ad rem mobilem. ff. de pro :. cum concor. ut per Rom. in consi. 330. incipi. circa primum. in 4. & 5. column. & plenius per Iason. in l. Gallus. in princ. in 9. column. ff. de lib. & posth. & Alexan. in rubrica, C. qui admit. In eadem glo. ibi quæro quis iurabit de calumnia &c. quia est materia satis impertinens, non me extendã: sed vide vltra omnes doct. latissimè omnia dicta istius gl. circa istam partem discussa per Maria. Socinum in ca. in pertractandis in 5. colum. nu. 11. cum col. seq. extrà de iu. calumn. & dixi alias de isto iuramento, credo in §. sed istæ. suprà eodem. Glo. aduersus eum. Diuiditur in tres partes principales, prout hic per Ias. Capio primam partem, circa quam Ias. hic longius quàm par sit diuagatur. Vos tñ breuius colligatis vnam

44 conclusionem ex ista parte glo. ꝙ † actiones de quib. in §. isto sunt pœnales ex parte actoris: quod sic intelligas: quia ad pęnam principaliter agit actor & non ad rẽ, quæ sibi debebatur cum illa temporis lapsu sint præscripta per reum sine culpa sua. l. fi. in princ. ff. de eo per quem fac. erit. & ideò dicitur pœnalis ex parte actoris, quia ad hoc principaliter intendit, & q̃ res ad quam erat obligatus reus, sibi abest, quã cum pœna cõpensat: vt probatur in l. si per alium. §. in eum. ff. ne quis eum iuncta. l. j. §. si reus. ff. de eo per quem fac. erit. & l. sed actio. ff. si quis cautio. Et hoc procedit quando actor effectualiter, ab eximente pœnã consequuutus est, aliàs dabitur recursus, contra reũ exemptũ siue detentum. l. ex hoc edicto. in princi. ver. planè. ff. de eo per quem fac. erit. & de hoc non est dubiũ

45 † In secunda parte, glo. ibi, primò quæro &c. colligitur cõclusio, ꝙ hic §. noster vtrunq; titulũ comprehendit, videlicet titulum ne quis eum. & titulum, de eo per quem fac. erit. Iason. hic vltra alios dicit hoc probari in text. nostro, nã primus titulus clauditur sub illis verbis, item aduersus eum qui vi. secundus ibi, cuiusve dolo alius, &c. confirmatur ista opi. Iason. ex verbis istius text. ibi, cuiusve. nam illa dictio, Ve. de sui natura idem importat quod dictio, &: & sic copulatiua. Ita dicit Barto. in l. si ita. ff. de iniust. rup. & est tex. quem ibi ponderat Areti. in l. possideri. in princ. ff. de acq. poss. tenet Caro. Ruyn. in repe. §. & quid si tantum. in 27. colum. ff. de liberis & posthumis. cum similibus, vt per Modern. in rubri. de cau. poss. & proprie sed natura dictionis copulatiuæ est diuersa copulare, vt in rubric. ff. de iu. & fac. igno. & in cap. inter cæteras. de rescriptio. igitur in text. isto de illis duobus titulis tractatur, qui distinguuntur & signãtur per illam copulatiuam Ve. Sed breuiter quicquid dicat Iaso. communis opi. est in contrarium, & iõ teneatis quòd omnia illa verba sunt primi tituli, ne quis eum. patet in eodem titulo. l. sed eximenti. §. item si quis cum lege sequen. & tenet Bar. in rubrica. ff. ne quis eum. dum ponit omnia verba edicti completa. vnde istud fundamentum Ias. nihil valet: sed teneas opin. Ioan. Fab. Aret. & aliorum hic, quãuis vtraque opin. potest sustineri. Non obstat quod dixi de dictione, ve, quia dico ꝙ illa dictio, Ve, est ambigua, & licèt copulatiuè interdum ponatur, aliquando etiam disiunctiuè ponitur, vt patet in l. Stichũ. §. j. ff. de sta. lib. & in l. sæpe. ff. de verbor. sign. Card. in cle. plerisque. de electio. & sic super illa dictione

ctione non potest fieri fundamentum, cũ sit ambigua: ut colligitur ex dictis nouissimorum, videlicet, cuiusdam Andreæ Alciati in l.2.in princ.col.5. de uerb.oblig. & facit pro hoc, l.duo sunt.ff.de testa.tutel.nam eius quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur, vt dicit Bald.in l.scire. ff. de legibus. Et quia parua aut nulla est vtilitas ex ista discussione, transeo ad alia. Item circa differentias quas hic ponit glo.inter titulũ ne quis eum, & inter titulum de eo per quem fac.erit.vide vltra doct. hic latissimè & magistraliter Maria.Soci. in tracta. citationum articulo 34. per totum & 35. q.j. Et omnes hæ differentiæ glo.communiter approbantur excepta tertia quæ de satisdatione loquitur, & hoc ratiõe manifesta probatur, quia istæ actiones competunt actori propter damnum sibi illatum ex retentione rei: vt suprà dictum est, ista ratio militat tam antè, quàm post satisdationem, esset enim iniquum quòd prætor permitteret ante satisdationem quòd dolo & fraude aliquis circumueniretur, quod non est dicendũ, cùm sit plenus æquitate, iuxta l.quod si Ephesi.ff.quod cer.loc. & ne inde iniuriæ nascantur vnde iura nascuntur, cõtra tex.in l.meminerint. C. vnde vi. & c.qualiter. de accusatio. Circa vltimam differentiam ꝙ titulus ne quis eum, procedat quando vi eximitur vocatus, & quòd alius titulus de eo per quem fac.erit, procedat quando dolo: debes scire quod istam opinio.etiam tenent omnes, tamen dum infert Ioann.Faber.hic & post eum Ias.quod ideò ex hoc magis punitur incidens in primum edictum q̃ in secundum: quia magis detestabilior est vis quam dolus. ista ratio iudicio meo est falsa: quia regula est in contrarium, ꝙ dolosa persuasio plus est quàm violenta coactio.l.3. §. si quis violentem.ff.de liberis homi.exhi. & l. prima. §. persuadere. ff.de ser. corrup.no.Dy.in cap.scienti.de reg.iu.lib. 6.& gl.in cap.certè 12.q.j. Et hoc quidem apud Cicero. expeditum est in libro primo officiorum, dum in hæc uerba fraudem detestatur: Cum autem duobus modis aut vi aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpeculæ, vis Leonis videtur: vtrumque alienissimum ab homine. sed fraus odio digna maiore.totius autem inimicitiæ nulla capitalior est, quàm eorum qui tum cùm maximè fallunt, id agunt, vt viri boni videantur. hæc Cicero quod etiam satis innuit text. in l.j.C. de male.& Mathe. dum dicit plus esse aliqnem veneno, & sic proditoriè occidere, q̃ gladio, nam ab his nos defendere possumus: sed à fraudibus & dolis nequissimi hominis minimè.l.ad eos. ff. commoda. & bonus tex.& ibi glo.in c.ita ne. 32.q.5.facit l.2. §. si eo. ff. de admi.re.ad ciui. perti. est bene verum quòd in plus se habet vis quàm dolus: tamen dolus est magis punibilis: nec ex eo quòd magis comprehendat vis, debet fieri argumentum: quia clarum est ꝙ episcopus magis comprehendit quàm delegatus Papæ, & tamen delegata iurisdictio est dignior & fortior.c.sanè.de offi.deleg. cap.studuisti. de offi.leg.tamen hoc variat secundum subiectam materiam. nam aliquando plus vis quàm dolus punitur, vt in l.si quando. & l.meminerint. C. vnde vi.cum ibi no. tamen quo ad istud edictum æqualiter puniuntur: vt patet hic, vbi ponitur dictio Ve, ibi, cuiusve dolo, &c. quæ idem importat quod uel. & sic ē disiunctiua. l. Stichum. §.j. ff.de sta.libe. ad cuius ueritatem sufficit alteram partem esse ueram c.inter.de rescript.l.si stipulatus. ff.de uerbor.oblig. ergo siue ui siue dolo quis detineatur, cõpetit hæc actio, & per consequens malè dicit Iaso.post Ioan. Fab.

46 † In tertia parte principali glo.ibi super hoc §. secundò quæritur &c. Glo. in ista parte est intricata & utilis. & iste est mos Accursij in nodosis difficultatibus ut plurimum se implicare, forsitan ea ratione de qua dicit Pau. de Castr.& Ias. in l. iurisgentium. §.quinimo.in 9.columna. uersiculo in secunda parte glo. numero uigesimooctauo.ff.de pac. id est, ut faceret posteros musare, ne ex nimia facilitate difficultates legales redderentur communes cum idiotis. Et hac ratione dicit idē, Ias.in l.infantis.in principio.C. qui admit. quòd Imperatores plerunque responsa ambigua dabant, ne ab omnibus intelligerentur. hoc enim factum fuisse ea ratione arbitror, de qua dicit Bald.in l.j.col.3.C.com.de leg.quia difficilis sermo placet uulgaribus: quia communiter non cadit in idiotis: hæc tibi uolui dixisse, ne si aliquando plus debito in intelligendis glo. insudaueris, malè de Accursio nostro sentias.

47 † Pro intelligentia igitur & declaratione istius glo.oppo.cõtra istum text. similiter & contra illius duas rubricas de quibus facta est mentio in secunda parte istius glo.videlicet ꝙ remedium prætoris de quo ibi & hic sit frustratorium & nullius momenti: quia si actor citauit aduersarium suum, prout omnes leges illorum titulorum præsupponunt, non est curandũ, an eximitur reus dum venit ad iudicium vel non; cùm per illam citationem illa ratio quæ est temporalis perpetuatur, ex parte actoris per 30.annos, & sic ratio considerata à prætore in edicto suo cessat, quæ fuit, quia ex quo per exemptionem factam de reo frustrabatur actor actione sua tempore, quo fortè agere tenebatur: quod per exemptionem rei elabitur: & sic eius lapsu excludebatur, ab agendo, ideò ne per maleficia alicuius isti actores perdant actiones suas, prouidit prætor vt actio pœnalis competat actori contra illum eximentem, siue detinentem reum citatum ea ratione: quia tempore excludebatur actor, vt dicit text.in l.ex hoc edicto.in princip. ff.de eo per quem factum erit.sed omnia ista remedia & istæ rationes cessant quando actio est facta perpetua per citationem: quia si reus in primo anno detinetur, poterit actor secundo, vel in tertio vel quandocunque eum iterum conuenire, & sic consequitur effectum suum, nec per illam exceptionem infertur illi præiudicium: ideò cessant hodie illa remedia cessante rõne Et quod per citationem actio perpetuetur, hoc probat glo. de iure antiquo & de iure nouo. Primò per l.constitutionibus. ff. de actio.& obligatio. secundò per l.sicut. & l. cùm notissimi. C.de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. nam in dicta l.constitutionibus. dicitur quòd hæres ad pœnam conueniri potest si citatio fuit facta prius contra defunctum quasi lite contestata cum mortuo. & clarè probant iura noua in dicta lege sicut & l.cum notissimi.in princ. Glo. videmus difficultatem. respondet prius dupliciter ad l.constitutionibus.dicens quòd in l.constitutionibus. ponitur dictio Quasi, assertiuè, hoc est ꝙ ibi secundum veritatem lis fuit contestata, non similitudinariè, hoc est fictè: & sic cum ibi lis verè contestata fuerit, merito actio perpetuatur. Sed in terminis edictis prætoris de quo hic præcessit sola citatio.& ideò non sufficit. Vel secundò dicit glo. potest responderi quod in d.l. constitutionibus. fuit lis contestata conuentione partium porrigendo libellum principi, qui habetur pro litis contestatione: vt in l.j.& ij. C.quando lib.prin.dat. lit.contest.fa.& sic ille tex.nõ obstat. & restat ergo saluum & proficuum nobis istud edictũ prætoris de quo in textu nostro, & defensatum à contrarietate iuris antiqui. Sed quid dicendum de iure nouo videlicet de l. sicut & l. cum notissimi? Et dicit glo. quòd videtur ꝙ per illa iura sit hodie correctum edictum de quo hic dicit glo.& in hoc aduertas ꝙ leges veteres intelligas de illis titulis ne quis eum &c. & de eo per quem fac.erit. &c. loquuntur in personalibus actionibus quæ non perpetuantur per citationem iudicis siue executorem, quod idem est, & ideò si pereat actio contra eum qui fuit vi exemptus, datur actio personalis, de qua in §. nostro, & in illis titulis contra vi vel dolo eximentē ad interesse, & tenetur actori in pœnam sui delicti inquantũ iurauerit non attenta veritate: vt quemadmodum fur punitur ad pœnam dupli vel quadrupli, ita & iste in id in quo actor passus damnum in litem iurauerit.sed d.l. sicut & l. cùm notissimi. loquuntur in actionibus realibus, quæ ex prouisione illarum legum per solam conuentionem perpetuãtur: quæ prouisio non reperitur facta in personalibus.& ideò fuit necessarium & est hodie istud remedium prætoris de quo in tex.no

48 stro. hæc est mens glo. latius declarata. † Ex qua colligitur hæc conclusio, quòd actio de qua in tex. isto, & illis rubricis ne quis eum qui in ius voc. vi exi. & de eo per quem erit.non perpetuetur per citationem, sed expiret anno, vt aliæ prætoriæ: propterea opus fuit remedio prætoris, de quo hic, quod hodie correctum non est. Ista conclusio glo.communis, vt patet ex dictis per Alexan.in l.si eum.§.qui iniuriarum.in glo.ff. si quis cautio. tenent Modern. post Abb. in c.illud.de præscri. & idem Ias. vbi declarat terminos perpetuationis & interruptionis. in l.nam & postea. §. si is qui temporali.ff.de iureiuran.cum concor. vt latè tradunt nouissi.in tract. præscriptio. in 3.parte.6. partis principalis, quæst j.& in 4. parte eiusdem 6.partis, quæst, 2. & Maria.Socin.in tract. citationis, articulo 35.q.5.principali.& ista conclusio gl.quòd actio annalis prætoria

toria non interrumpatur per citationem, sed per litis contestationem & libellum principi oblatum procedit etiam si præscriptio annalis inducta esset ex constitutione episcopi, ducis comitis, marchionis: quia interrumpitur sicut de prætorijs ē dictum: ita tenet Bar. in l. 2. §. si rem. ff. pro empto.

Sed tamen circa solutionem iurium quæ contra prædicta adducebat glo. hic, aduertendum est, quia non in omnibus glo. bene loquitur. & primo in quantum dicit quòd in d. l. constitutionibus. verè fuit lis cōtestata, nō est verum: nam licet hāc solutionem ponat etiam Bar. in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fac. erit: tamen postea recedit ab illa solutione, & dicit quòd in d. l. constitutionibus. non dicitur quòd per citationem præscriptio interrumpatur, sed quod actio sit transitoria ad hæredes: & possunt ista esse simul ꝙ actio pœnalis transeat ad hæredes, & quod sit temporalis, ista videtur mens glo. Sed ista sol. non satisfacit, cum longa sit differentia inter interruptionem præscriptionis & perpetuationem actionis, de qua nos loquimur: vt patet per glo. in d. l. cum notissimi. quam sequuntur communiter ibi doct. & Pau. de Cast. in l. naturaliter colum. fin. ff. de vsuca. ibi Moder. Ticinenses. latè Ias. in prædicta l. nam & postea. §. si is qui temporali. & in l. j. colum. pen. C. quando lib. princip. dat. & ideò Alexand. in d. l. fi. post alios quos ibi refert, tenet quod in d. l. constitutionibus. stetit per reum quò minus litem contestaretur. quo casu habetur lis pro contestata: & eo casu quasi contestatio litis idem operabitur quod vera contestatio. Et licet iste intellectus posset notari tā quam diuinatiuus: tamen ne in infinitum procedatur, teneas vtrunque intellectum tam Alexand. quàm Bart. quia ueri sunt & illum intellectum Bart. tenet glo. in d. l. constitutionibus. & in d. l. fin. & sequuntur alij quos enumerat Alexan. in d. l. fi. cuius verba formaliter transcribit Ias. tacito Alexand. hic.

Item circa l. cum notissimi & l. sicut malè respondet gloss. quia secundum magis communem alleg. leges loquuntur, & procedunt tam in actionibus realibus, quàm personalibus, vt tenent ibi glo. & doct. communiter. Vnde aliter posset respōderi quòd illæ leges non loquuntur de prætorijs annalibus & pœnalibus de quibus hic loquimur, & ista videtur bona responsio per quam omnia de plano procedunt: licet hic Iaso. ex mente Bar. quem ipse non alleg. sed est in d. l. fin. de eo per quem fac. erit &c. distinguit inter præscriptiones quem vide per te. & hanc distinctionem per omnia prius tradit Marian. Socin. in dicto tract. de citatio. in 35. articulo. q. 4. cuius dicta non refero. & ita breuiter teneas. Reliqua verò quæ plura essent hic dicenda, videas ibi in dictis locis hic per me allegatis ad quæ nihil addi potest, cùm sint regulæ magistrales: & ideò frustra nolui papyrum denigrare illorum nomine suppresso, vt dicit de se Barto. in l. non solum. §. morte. in j. colum. versi. quæri glo. ff. de oper. no. nun. quamuis plures hac tempestate hoc suffragio suffulti vetera pro nouis vendant sibi nimium blandientes, contra quos veluti latrones multum clamant Andreas Sicu. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. in 5. columm. nu. 33. cum seq. extra de rescrip. Extra glo. plura possent hic annecti de pœna eximentium vel occultantium creditores nostros uel captos à familia potestatis quæ prosequitur hic Iason, & ante ipsum latius prosequitur Maria. in prædicto loco, & magis vtiliter congeruntur in tracta. de exempt. & per Hypp. de Marsil. in l. j. in princ. in 7. colum. ff. de quæstio. & in l. j. in prin. in 10. colum. ff. de ad l. Cor. de cic. cum multis similibus, & concor. quæ cumulat idem Hypp. in singul. suis nota. 137. &

49 278. vbi omnino vide. † Tamen tene vltra ibi dicta vnum singulare dictum menti, ꝙ non solum eximens captum de manibus familiæ tenetur creditori ad solutionem illius debiti tanquam si pro capto debitore fideiussisset: vt innuit hic Ias. per tex. notabilem in l. quoties. C. de exac. tribu. libr. 10. sed etiā ille tenetur qui notificauit debitori alicuius quod aufugeret: quia creditor volebat facere eum capi, & sic aufugit, quia talis tenetur. ita notabiliter dicit Petr. de Anch. in consi. 341. incipien. viso themate. in fin. & Ioan. de Ana. in consil. 55. quia dubia. in fin. verbis. & ante ipsos hoc tenuit Bald. in c. dilect. colum. penul. de appella. quem ibi sequitur Præpositus. quod dictum pro valde singulari commendat Hyp. de Marsi. in tracta. de fideiusso. in 3. columm. in fin. & prædicta procedunt ēt si eximens vellet probare, quòd ille qui fecerat capi debitorem, non erat creditor, vt dicit singulariter Angelus in l. si eximendi. §. item si quis. ff. ne quis eum qui in ius. quod dictum commendat ibi Alexan. & Bartho. Veronen. in consilio 14. incipien. pro declaratione. in 4. col. sequitur etiam Hypp. in d. tract. in 14. quæstio. colum. 30. Præterea dispositio dictæ l. quoties. ampliatur procedere, etiam si illi quorū fraude prędicti debitores aufugerunt postea dictos debitores restituant ad manus familiæ, siue ad carcerem: quia propter hoc non liberantur quin creditoribus teneantur. ita tenet Salyce. in l. in bonæ fidei. in 10. colum. C. de reb. credi. quem sequitur Ias. in l. j. §. is. videtur. colum. fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. & pro hoc videtur bonus text. in l. prima. §. si rem: ff. depo. Tamen ista limitatio communiter approbata non satisfacit: licet de illa hic nullus mentionem faciat, ex eo quia regula in iure est clara quòd per præsentiam res reducitur ad primum statum, per ea quæ superius dicta sunt: per text. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. & l. hoc edicto. ff. de alie. iudi. Non obstat. d. §. si rem. quia ille text. loquitur in deposito in quo plura alia specialia contra regulas iuris admittuntur: ut tradit Ias. in l. j. C. de edend.

50 † Limitantur tamen supradicta non habere locum in Cardinali eximente: quia inter alia priuilegia istud sibi tribuitur vt si obuiat ei qui ducitur ad mortem, per impositionem pilei eum liberet: vt dicit Bal. Sali. & Pau. de Cast. in l. addictos C. de appella. quos sequitur Iason. hic. adde vltra ipsos quòd istud dictum sequitur Bartho. Veronen. in tract. cautel. cautel. 2. & Ias. in l. j. in fi. C. ne lic. po. & Feli. in c. quærenti. in pen. col. de offi. deleg. Hipp. in singularibus suis not. 273. in penult. colum. & ista est communis opin. Tamen reperio quòd eam latè impugnat Andreas Sicul. in trac. de præstan. Cardi. in 9. quæst. primæ partis. & Anto. Corse. in notabilibus suis, in versi. Cardinalis. & sequuntur nouissimi in memorialibus iuris, in verbo, rationis identitas. Et inter alia mouentur, quòd illud quod non competit Deo, non debet competere Cardinalibus: sed corpus Christi non habet hoc priuilegium: vt dicit glo. in cap. quæsitum. 13. quæst. 2. quæ vult quòd si condēnatus ad mortem aufugit & amplectitur sacerdotem portantem corpus Domini, non liberatur: ergo minus debet liberari per pileum Cardinalis. Præterea, quia ista consuetudo quæ dat occasionem delinquendi & per quam crimina remaneāt impunita, non valet. cap. pe. de consue. l. conuenire. ff. de pac. dot. sed in casu isto est huiusmodi: igitur &c. alia plura adducunt quæ videas ibi per eos. sed ista sunt potiora fundamenta quibus non obstantibus teneo communem opin. videlicet, ꝙ hoc liceat Cardinalibus: quam vltra prædicta sequitur Martinus Lauden. in tra. de Cardina. no. 6. & Bart. in d. c. quærenti. 19. & nouissimi quidam in trac. qui circunfertur de dignitate & potestate legati. in 6. conclusione. vbi alios alleg. pro ista opinio. Non obstant modò allegata in contrarium. & primò ad dictum glo. d. c. quæsitum. est dicendum quòd illa glos. est falsa, quam ibi reprobat Archi. & quòd corpus Christi habeat huiusmodi immunitatem, concludit Abb. per plura motiua, in c. sanè. de cele. missa. & ibi hoc tenent communiter doct. & ita consuluit Ro. vt ipse dicit no. 335. & tenet Alexan. in rub. ff. de no. ope. nun. in 3. col. nu. 10. & istam opin. tenent Modern. in tract. de immunitate eccle. in 17. columm. vbi subdūt vnum, ꝙ licèt aufugiens ad corpus Christi immunitatem mereatur, secus tamen est in carcerato qui recepit corpus Christi. alle. ibi Pau. in cle. si dominum. de rel. & ve. san. & videtur sentire Car. in cle. j. circa fin. de pœniten. & remissio. Et istam opinio. tenet ibi Imo. & idem Cardina. in cle. j. §. institutione. circa fin. de reli. & ve. san. & sentit Oldra. consil. 54. aufugiens. in fin. & finaliter quod corpus Christi habeat prædictam immunitatem probat latissimè per plures rationes Marian. Soci. in tracta. citationem articulo 16. q. 5. in 4. col. & ista opin. mihi videtur multum rationabilis & honesta. nam si ecclesia habet istam immunitatem, vt confugientes ad eam liberentur l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confug. & per totum titulum de immu. eccle. & istud priuilegium ecclesiæ concessum est propter Christum, à fortiori talis immunitas debet concedi Christo: quia propter vnumquodque tale, & illud magis. Authen. multo magis. C. de sacrosan. ecclesi. Et pro ista opin. dicit se consuluisse in ciuitate Vrbini Lud. Rom. notabili.

tabili. 335. incipien. dicamus ad solatium, licet aliqui tenuerint contrarium. Et quantum ad illud quod dictum est, carceratum non liberari de carcere, propter sumptionem corporis Christi, hoc est uerum: tamen propter reuerentiam tanti sacramenti, debet eius mors differri, usque ad sequentem diē: ita dicit Hostien. in summa de immun. ecclesi. col. 7. & istam opin. sequuntur alij plures, quos breuitatis causa non refero. Non obstat etiam, quòd talis consuetudo præstat occasionem delinquendi: quia istud non debet haberi in consideratione, ex quo ad istum finem non fuit ordinata talis immunitas: & ideò regula posita in d. l. conuenire. & d. c. penult. procedit quando principaliter ad hoc intenditur, ut occasio delinquēdi præstetur: secus si indirectè hoc accidit. ita notabiliter dicit Ang. in disputa. sua. inci. nobilis quidam. in 3. col. quem sequitur Alexan. in consil. 2. uisis codicillis. in 8. col. uers. non obstat septimum. ubi pro hoc etiam Alexā. allegat text. & ibi Bar. in l. 2. §. si uerò. & §. fi. cum l. seq. & utrobique Bart. ff. si quis cautio. & facit pro ista solutione quæ dicit Fel. in c. de cætero. in princ. de sen. excom. cum multis concor. aggregatis, per eundem Felin. in c. cum inter. colum. 11. uersic. limita. 3. de excep. Facit pro hoc, quia talis occasio delinquendi, quæ in proposito nostro consideratur, est præsumpta & non certa: & ideò non consideratur. ita tenet Fel. in c. 2. uersic. fallit. supra, de fide instru. dum allegat Anto. de Butri. in c. fraternitatis. de testi. & Bal. in l. cùm antea. in 2. col. de arbi. Tamen aduertendum est, quòd ista solutio, licet notabilis sit, tamen potest morderi ex eo quia regula est quam ponit Ias. in l. si quis nec cām. columna penult. uersic. stat ergo ex prædictis. ff. si certum petatur. quia in delictis ita consideratur occasio, quę indirectè præstatur, sicut ea quæ directè tendit ad malum. l. athletas. §. siue autem. ff. de infamib. & l. non licet. ff. de contrahen. emptio. quæ addi possunt ad alleg. ibi per eum. & ideò dicitur, quòd prohibita una uia, prohibetur omnis illa per quā peruenitur ad prohibitam. l. oratio. ff. de sponsali. & in puncto ūr doctr. Bar. in l. dāni infec. §. Sabini. in fi. j. col. ff. de dā. infe. ubi clarè sentit, ꝙ ita ꝓhibetur occasio delinquendi quę principaliter cōsiderat, sicut q̄ indirectè & secundariò accidit: & ita subtiliter colligitur ex dictis eiusdē in l. nemo pōt. in 3. oppo. de leg. j. Et rō esse pōt: quia in prohibitis non fit interpretatio, an directè uel indirectè. ut in lege, si sponsus. §. j. de dona. inter uir. & uxor. c. j. de præsum. Et ideò ista solutio non satisfacit. unde secundo modo potest ad regulam responderi negando, ꝙ in casu nostro præstetur ex tali immunitate occasio delinquendi: quia ex quo tali consuetudo est laudabilis, & in fauorem immunitatis ecclesiæ inducta, & consona iuri diuino, quo cautum est Deum nolle mortem peccatorum, sed ut conuertantur & uiuant. c. quia diuinitatis: de pœn. distin. prima. non potest dici, quòd sit nutritiua peccati: nam attenta ratione, idem esset dicendum in corpore Christi, & tamen uidemus contrarium per supradicta: tūc enim daretur occasio delinquendi, quando crimen remaneret impunitum: sed ille qui confugit ad ecclesiam, ab ecclesiastico iudice punietur. vel si non punitur, non est inconueniens quòd regulæ iuris transgrediantur propter qualitatem loci uel personæ: ut dicit text. in l. ad bestias. ff. de pœnis. & in l. pen. ff. de sicarijs. Nam etiam confugiens ad statuam principis habet immunitatem: suprà de his, qui sunt sui uel alie. iur. & l. ij. ff. eod. ergo eodem modo & isto casu propter supremam dignitatem Cardinalis hoc concedi debet. Nam non propterea regulariter illud accidit, ut homicidæ liberentur, cùm non sit frequens Cardinalium transitus: ut fortè, uel fato quodam sæpius delinquentibus occurrant.

Istud tamen limitatur pluribus modis: ut per Andre. Sicul. in dicto tractat. & per Hyppol. de Marsil. in rubrica. ff. de fal. in tertia column. inter alia quòd talis immunitas concessa Cardinali non habeat locum in criminibus grauissimis puta falsi, læsæ maiestatis, & cæteris propter diuersitatis rationem, de qua latè ibi per eos: quos uide.

SVMMARIA SVPER §. PRAEIVDICIALES.

1 *Quot sunt actiones præiudiciales prætoriæ de quibus hìc, & quibus, & contra quos competant.*

Actio istius text. procedit etiam in liberis arrogatis, vel adoptatis: dum tamen sint in nostra potestate, aliàs competit officium iudicis.

Abbas potest monachum vendicare etiam si sit factus Papa.

2 *Verbum Videtur, hìc veritatem significat.*

Verbum Videtur, de natura sua est denotare improprietatem.

3 *Dictio Ferè, est diminutiua & incerta: & qualiter hic accipiatur.*

Dictum testis per verbum, Ferè, non valet: limitando vt hic.

Dictio, Ferè, multis modis capi potest.

Natura disiunctiuæ est disiungere verba, & effectum, siue significatum coniungere ibidem.

Actio qua quæritur, an aliquis sit liber vel non, est prætoria ibidem.

Multæ sunt actiones ciuiles & prætoriæ. ibidem.

4 *Minor pars debet maiorem sequi.*

Regulæ in dubio adhærendum est. ibidem.

5 *Verba debent capi naturaliter, non ciuiliter.*

Alimentorum causa quando summaria est ibidem.

An libellus sit offerendus in causa alimentorum. ibidem.

6 *An actio directa & contraria regulariter reperiantur, & quomodo cognoscantur.*

Quod iure non cauetur, in practica non habetur. & ideò dicere non debemus. ibid.

7 *Intellectus & practica l. diffamari. C. de ing. ma.*

Quòd ea quæ sunt in potentia, videntur esse in actu. ibidem.

§ 1 PRAEIVDICIALES. † Ad euidentiā istius text. vltra prolixitatem Iaso. præmittam, propius ad materiam accedendo, quòd secundum communem opin. duæ sunt præiudiciales prætoriæ de quibus in isto §. agitur. vel secundum intellectum quem infrà teneo, sunt tres. Prima est, quando aliquis asserit alium esse seruum suum, & ille negat. Secunda quādo aliquis est in possessione libertinitatis, & dicit aliquem esse libertum suum, vel libertus dicit illum esse patronum suum, & illi negant, quo casu prodita est actio ista, quæ dicitur præiudicialis: quia de statu personæ quæritur, quæ causa dicitur maximi prę iudicij. vt dicit Barto. in l. siue contra. §. j. in 2. col. nu. 5. ff. de lib. ag. & ideò per magnos iudices debet expediri. l. placet. C. de peda. iudi. habetur in l. quoties. C. de iudicijs. & hac de causa delegari non potest. Barto. in l. imperium colum. fina. ver. quæro quot sunt gradus. ff. de iurisd. omn. iudi. non tamen propter, hoc dicuntur meri vel mixti imperij, sed simplicis iurisdictionis, & iure actionis expediuntur: vt ibi dicit Bartol. allegans text. nostrum hic.

Et ista actio competit abbati contra monachum, ciuitati contra ciuem, & in alijs multis casibus. sed illo casu dicetur vtilis præiudicialis, cùm de illis personis non caueatur in edicto prætoris, sed per extensionem proceditur, ut dixi suprà in §. sed istæ. per doctri. Bar. & aliorum in l. curatoris. C. de neg. gest. & tenet glo. hic, & tenet Aret. & Ias. infra num. 64. & 51. cum seq. Secunda prætoria est de partu agnoscendo, videlicet quando aliquis est in quasi possessione filiationis, & dicit aliquem esse filium suum, & econtra: qui reputatur filius, dicit talem esse patrem suum, & teneri præstare ea quæ patris sunt: & ista actio non solum competit ratione patriæ potestatis, sed filiationis, & datur eo casu quo filius à nullo detinetur: si verò ab aliquo detineretur, siue inuitus, siue volens intentari debet rei vendicatio, adiecta causa de iure Romanorum. ita dicit text. in l. j. §. per hanc. ff. de rei vendi. declarando, vt per glo. §. ius autem. in glo. magna circa finē suprà de pa. po.

Et ista

Et ista actio tex. nostri extenditur etiam ad liberos arrogatos vel adoptatos, dum tamen in potestate nostra sint, aliàs puto competere officium iudicis. si verò detineantur ab eo, competit remedium. d. §. per hanc. Et hoc procedit etiam in abbate, qui potest monachum vẽdicare etiam si sit factus Papa. gl. fin. in cap. quam sit. 18. quæst. 2. & isto casu ipsemet debet iustitiam facere, quam paratus esset facere in personis aliorum, ut ibi dicitur, & istæ omnes sunt & reales & transitoriæ ad hæredes. vlterius etiam aduerte quod plures etiam dicuntur exceptiones præiudiciales de quibus habetur per doct. in §. Præiudiciales. infra de exceptio. & quot modis quæstio dicatur, Præiudicialis, vide not. per Dom. de San. Gemi. in consil. 67. incip. pro declaratione. in princ. & in consil. 95. incip. præsupponitur. in j. col. vers. secundò præmitto.

2 † In tex. ibi, in rem esse videtur. ꝙ istud verbum, videtur, licèt de natura sua sit denotare improprietatem: tñ hic veritatem significat. & concord. text. in l. seruum filij. §. si quis rẽ. de leg. j. cum similibus. vt per Socin. in l. possideri. §. ex contrario. vbi alij Mode. & in l. generaliter. & in l. j. §. per seruũ. vbi Ias. ff. de acqui. pos. cum alijs concord. vt latè Firmia. in repertor. suo. in ver. videtur, & Fely. in c. de cætero. in princi. de homi. & per Moder. in l. sciendum. de verbo. obl. & hoc in isto text. accidit ratione adiuncti. hoc suadetur. quia ista dictio iungitur cum verbo esse, de cuius natura est veritatem & substantiam significare: vt dicit Ias. post Bald. in l. cætera. §. item quæri. ff. de leg. primo. Bart. in l. si maritus. §. legis Iuliæ ff. de adulte. Tamen vt euitetur quædam cauillatio, potest dici ꝙ hic ponatur ex superabundanti, nam per verbum, videtur, respondent sæpe legislator capitulo præterea. de appella. & dixi suprà in §. æquè. vel tertiò hoc necessariò hic colligitur ex subiecta materia, quæ in §. isto veritatem exprimit: vt patet ad oculum, quia istæ actiones de quibus hic, verè reales sunt. vel quartò potest attentari vnum, quod verbum videtur, hic positum importat fictionem secundum naturam suam, & regulam communem. Neque obstat verbum esse, quia dico ꝙ illud verbum etiam fictionem inducit: vt probatur in le. quod Nerua. ff. deposi. ibi, latam culpam dolum esse. & tamen lata culpa non est propriè dolus. vt ibi doctores dicunt. & est tex. in l. prima. §. primo. ff. si mens. fal. mo. dixe. lege si fideiussor. ff. man. ibi, dissoluta negligentia prope dolum esse. & quod verbum, esse, fictionem denotat, tenet Bald. in l. quæ fortuitis. in quarta columna. C. de pigno. act. vbi dicit quòd si statutum dictat ꝙ Florentini sint originarij ciues Perusini. tali casu exponitur illud verbum sint, idest esse fingantur: quia secundũ ipsum non potest authoritas statuentium naturalem veritatẽ remouere à subiecto l. prima & secunda. ff. de vsu earum rerum quæ vsu consu. & pro ista opin. est text. quem ibi ponderat Bar. & omnes. in l. 3. §. genera. ff. de acq. pos. & hoc maximè procedet in text. nostro, vbi tale verbum adiungitur alteri verbo denotans fictionem, vt est verbum videtur. Ex quib. omnibus resultat vnum: licèt quòd tenuerũt quidam antiqui, quòd actiones de quibus hic. licèt videantur in rem: non tamen sunt reales sed personales. facit text. in simili modo loquendi in §. quædam infrà eodem, dum ibi dicitur quòd quædam actiones mixtam causam habere videntur, vt sunt illæ, quæ ibi enumerantur. & tamen secundum communem opin. illæ non sunt mixtæ: vt ibi dico: & hoc in proposito rõne suadetur: quia istæ actiones personas tantum respiciunt: quibus mortuis actiones extinguuntur: sicut personales seruitutes, ex eo dicuntur, quæ cum persona expirant: vt dictum est suprà, in §. æquè. & quia non rem ipsam, sed quandam personæ adhærentem concernunt, ergo debent esse personales. & hoc quantum ad actiones hic expressas locum habet: secus quò ad aliàs. & ita bñ ponitur iste §. hic: & secundum hoc malè dicit Iason & glos. dum assignant rationem quare istæ actiones positæ fuerunt hic cum sint reales. nã ex prædictis habes claram rationem, quicquid ipse dicat

3 † In text. ibi ferè. nota quòd hæc dictio diminutiua est, & incerta. Et propterea dictum testis per istam dictionem prolatum non valet: vt si dicat, Ferè possedit per 5. annos dictum est Baldi in l. fina. in 15. oppo. C. de edi. diui Adrian. toll. pro quo est text. in cap. penult. in princip. de cle. ægro. Hoc tamen limitarem nisi proferretur cum aliquo adiuncto ex quo certitudo annorum posset colligi prout est textus in l. secunda. §. ijsdem temporibus. ff. de origine iuris. Et licèt multis modis hæc dictio capi possit, vt per Alber. in suo dictionario. hìc tamen propter similitudinem istarum trium actionum non inconuenit ꝙ pro Vix accipiatur: vt ponitur in l. furti. §. fin. in fi. ff. de his qui not. infa. & isto modo esset hic sensus. quòd illa prima actio præiudicialis quæ ponitur hic in princ. text. vix legitimam causam habet. & hoc nullo modo posset dici de iure ciuili, ꝓpter conformitatem in pluribus cum alijs: quia vix idem importat quod nullo modo doc. Bar. per illum text. in l. si iure. in princ. ff. de leg. 3. & vltra Bart. est casus de hoc in l. impuberem. ff. de fal. cum alleg. in glo. ibi facit. l. si plures. in fi. ff. de vulg. & pup. cum si. Et secundùm ista expositionem, iste intellectus esset nouus & contra omnes. & isto modo intelligendo debes ponere casum sic. Domine Imperator dubiũ, fuit inter iurisperitos an causa status, vt puta quando aliquis dicitur esse seruus, sit actio ciuilis vel non. & respondet quod vna istarum ex tribus hic enumeratis nullo modo legitimã causam habet. de cæteris autem dicit imperator, non est dubium quòd sint de iure prætorio, & approbatiuè de iure ciuili. & propterea in ista actione seruitutis dicit vix, quia nullo modo etiam approbatiuè dicetur ciuilis, cùm nihil de nouo sit inductum intelligendo de directa actione; secus de utili. Et ad istum intellectum consonant verba text. in princ. dum illa uidentur æquiparari alijs in illis verbis, an aliquis liber sit an seruus vel libertus, quia natura disiunctiuæ est disiungere verba, & effectum siue significatum coniungere. l. ad protegẽdum. vbi glo. C. de in lit. dan. tu. Et tamen clarum est, quòd actio qua quæritur an quis si libertus uel non, est prætoria, vt hic omnes fatentur, ergo & alia, cùm una pars alternatiuè, per aliam declaretur, ut dicit Bar. in l. j. per illum text. ff. de rebus dub. Nec obstat quòd illa dicitur ciuilis ut patet in tit. de liber. causa. in l. liberis. quia potest responderi hoc non releuare: quia licèt detur ciuilis, ista tamen est prætoria quemadmodum pignoratitia datur ciuilis & prætoria: ut dixi in §. item Seruiana. suprà eo. & patet etiam in ultima actione, quæ hic ponitur in text. de eo qui dicit aliquem esse filium suum. quia est prætoria, ut hic: & ciuilis, ut in l. j. §. per hanc. ff. de rei uendi. & tradit Bar. in l. siue contra. §. j. in prima colum. ff. de lib. agno. & idem in pluribus alijs, puta depositi & commodati: ut l. j. §. prætor ait. ff. deposit. & in l. j. ff. commo. Sed non recedas à communi in iudicando.

Glo. mag. diuiditur in 9. partes principales quas in prosecutione distinguam. secunda ibi. unde queritur. tertia ibi, & sunt tres. quarta ibi, sed qualiter. quinta ibi. item quare. sexta ibi. item quid si nulla. septima ibi. item nunquid. octaua ibi, item quo iure. nona ibi, item si quis.

5 † Ex secunda parte ibi, unde quæritur. colligitur ista conclusio, ꝙ ideò istæ actiones prætoriæ reales sunt positæ hìc rõne actionis ciuilis de qua hic dicitur. Ista ratio glo. communiter damnatur tum ea ratione, quia conuenientius fuisset quod illa ciuilis sequeretur ordinem duarum pretoriarum propter, maiorem numerum, quàm quòd duæ prætoriæ debeant secũdum ordinem unius ciuilis regulari. argum. l. maiorem. ff. de pact. & c. prudentiam. in prin. & quod ibi not. Abb. de offic. deleg. Sed esto, ꝙ ratio glo. ex isto capite defendi posset, ex alio tamen confunditur: quia illa attenta deberet iste §. poni suprà, post §. primum ubi de realibus ciuilibus tractatur. Et ideò dicit Iason hic quòd sibi uidetur ꝙ hic ponatur una diuisio actionum quæ singulariter de per se poni debuit: argu. §. alio. suprà quib. mod. test. infirman. & istam opinio. ante ipsum tenet Ioann. de Platea hic, & Ang. Aret. Sed considerandum est, ut dixi superius in pen. notabili, quòd dictum istorũ uidetur diuinatiuum. Nam quamuis Imperator diuisionem posuisset de per se, debuit tamen poni suo ordine uel post reales, ciuiles, uel prætorias, cùm nulla ratio subesse potuit, quare hic poni debeat. Et ideò mihi probabilius uidetur dicendum hoc fuisse factum ex arbitrio uoluntatis ipsius conditoris, quòd in his quæ sunt positiui iuris habetur pro lege, ut dicit glo. in l. j. §. pueritiam. in uerbo ratus. ff. de postu. & maximè hoc in constitutionibus Imperatorum reperitur, in quibus plura pro libito admittuntur quæ in libris ffforum aliter statuta sunt: ut tradit Decius in rub. C. de testa. mili. Vel defendendo

dendo Imperatorem potest teneri firmiter quòd istæ omnes actiones sunt personales per rationem quam posui suprà, in pen.notabili. Neque ob.ea quæ Ias.hic dicit ꝙ verbum Videtur, aliquando veritatem exprimat: quia fateor, vbi aliter materia subiecta interpretari non potest, quàm vt veritatem exprimat, sed hic aliter est propter modum loquendi. ex quo colligitur mens disponentis. vt suprà dixi: argum. l. Labeo. ff. de sup. leg. Et quia in dubio adhærendum est regulæ, sicut Bononienses Carrocio. per glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. nam præsumptio iuris est pro eo qui regulam habet per se. lege, suus quoque. §. puto. ff. de hære. instit. & capit. decimas. de restit. spol. lib. 6. glo. not. in cle. fi. de rescri. cum pluribus concor. vt per Modern. in rubr. de reg. iur. post Alexã. in addi. ad Barto. in l. non solum. §. sed & reprobari. ff. de ope. noui nuntiatio. Sed regula est ista quòd dictio, Videtur, importat fictionem: per iura superius allega. igitur standum
5 erit regulæ: quia † verba simpliciter prolata naturaliter, intelligi debent, & propriè non autem impropriè. l. si. C. de his qui ve. æta. imp. cum si. vt per And. Sicu. in rep. l. cùm acutissimi. in 49. & 97. col. C. de fideicommis. & Iason in repe. l. admonendi. in 27. col. ff. de iureiuran. cum materia l. non aliter. de leg. 3. In tertia parte glo. ibi, quia summatim quæritur. &c. habes ex ista glo. ꝙ alimentorum causa summaria est: quod tenet Bald. in l. 2. in 2. colum. ver. quæro nunquid. C. de fideicom. quod ex eo probatur, quia die feriata talis causa agitari potest. l. secunda. ff. de fer. quia officio iudicis expeditur nõ iure actionis, vt dicit ibi Alexan. & notabiliter per Bartol. in in l. solet. in secunda columm. versic. quæro dicitur. ff. de alimen. & cibar. leg. & ideò non debuit mirari Iason hic de dicto Petr. de Ancha. in cle. 2. de Iurepatro. quod in tali causa non requiratur libellus, ex eo, quia cùm sit causa summaria, regulariter libellus non est necessarius: vt dicit text. ad literam in cle. sæpe. §. nos autem. de verb. signific. nisi in casibus à iure expressis. Est bene verùm, quòd quando alimenta peterentur iure actionis: vt est quando debentur ex testamento, ut declarat Alexand. in l. prima. §. excipiuntur. in prima colũ. in fi. ff. de ferijs. qaòd tali casu esset notabile dictum Petr. de Ancha. quando probaretur: sed eo casu non esset verum, cum tunc requiratur libellus, per doct. Bar. quam ita intelligo in l. pecuniæ. circa fin. ff. de ali. & cib. leg. Sed putarem necessariã rescripti præsentationem, quæ secundum communem opinion. obtinet vim libelli in summarijs, prout dicit Guliel. & Imol. & Georg. Nata. in repetitione dictæ clement. sæpe. in princ. col. 69. & hoc non solum quò ad iudicem, sed etiã quò ad partem per d. cle. sæpe. quæ indistinctè loquitur. Ex quo infero, ꝙ malè loquitur hic Ias. & contra veritatem iuris, dum vult quòd isto casu libellus offerri debeat parti cui non sufficit libelli præsentatio: quia dico esse falsum in causis summarijs per suprà dicta. & doct. Bald. quam ipse allegat. in l. prima. C. de precib. imper. offe. & in l. prima. quando lib. princip. ob. non loquitur in causa summaria, sed ordinaria, ĩ qua verissima est conclusio quòd libellus requiritur, ut in authen. offeratur. C. de lit. contesta. & quæ differentia sit an libellus offeratur parti an iudici, vide Alexand. in l. prima. nume. 13. ff. de fer. quod facit ad ea quæ tradunt Modern. in rubric. C. de edend. vbi aliquando dixi.

Sed vlterius aduertendum est circa prædicta ꝙ illud quod hic dicitur causam alimẽtorum esse summariam. procedit qñ petuntur alimenta de præsenti vel de futuro: secus verò si peterentur de præterito, quia tali casu causa esset ordinaria: ita tenet Albe. in l. cum hi. in princi. ff. de transac. & tenet expresse Ias. post Bar. ibi in 2. lec. in l. de alimentis. colum. fin. C. de transact. ratio ibi redditur per doct. quos videas. Secundò limita prædictam regulã procedere quando alimenta debẽtur pauperi: secus si diuiti, per no. per Alexan. in l. si certis annis
6 C. de pactis. † Ex ea parte glo. habes aliam conclusio. ꝙ actio de partu agnoscendo, de quia hic, siue agat filius siue pater, dicitur directa & non contraria. ratio est secundum glos. quia contrarium l. non reperitur. concor. glo. quæ etiam sing. reputatur per Bald. Nouell. in tractat. do. in prima parte in l. omnino. ff. de impen. in re. dota. fa. & hoc Bal. in l. iudex. ante fin. ff. de his qui sunt sui uel ali. iur. tenet Alex. in l. curatoris. C. de neg. gest. & in l. diuortio §. si uir. in prima col. num. 2. ff. solu. ma. vbi aliter loquitur. & ista opi. principaliter fundatur, in ratione gloss. in l. consensu. ff. de ac. & ob. ubi ponit docto. agnoscendi actiones directas à contrarijs. dicit enim ꝙ ubi in aliquo contractu duo sunt nomina de per se principalia actio nascitur uniformiter directa, ut in contractu emptionis: quia unus dicitur emptor, alius uenditor, & ideò quilibet habet actionem de per se directam: sed ubi nomina contrahentium non sunt de per se, sed unum dependet ab alio, ut in mandato: quia mandatarius descendit à mandante: propterea actio competens primo est directa, secundo est contraria. Tamen aduertendum est quòd retenta opin. glo. in d. l. consensu. ista conclu. glo. potest confundi. ex eo, quia negari non põt quod filius dicitur à patre descendere, & illum tanquam superiorẽ, & causam cognoscere. l. j. ff. ad muni. & l. parentes. ff. de in ius uoc. ergo consonum est ꝙ alterius istorum actio directa sit, alterius uerò contraria: per doctri. glo. in d. l. consensu. nam siue pater petat filium in suum, siue filius agat, ut pater, ut talẽ recognoscat, datur quædã similitudo mandantis & mandatarij, & si non totalis, tamen aliqualis respectu descendentiæ, ut in l. licèt. §. ea obligatio. ibi, actionem mandati parit. ff. de procurat. & istam opin. uidetur tenere gloss. sibi contraria j. in 6. parte ibi, item quo iure. cuius opin. tanquam ultima. est tenenda per glo communiter approbatam in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. cum si. ut per Iaso. in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iu. om. iu. Non ob. illud qđ dr̃ de actione, de dote: quia illud negari potest. & contrarium tenet Alexand. in d. §. si uir. Sed istis non ob. non est recedendum à communi opi. gl. qa ut dicit gl. talis differentia non cauetur lege: & quod iure non cauetur, in practica non habetur: ut inquit Bal. in c. nihil. in ult. col. de elect. pro quo facit tex. in l. dissentientis. C. de repu. ibi, nulla iuris præcipit constitutio. quia quod lex non dicit, neque nos dicere debemus. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hær. ut dicit Bald. in l. omnes. in fi. ff. de iusti. & iur. no. Ias. in l. quicquid in j not. ff. de uerb. obli. facit tex. in c. illa extra, ne sede ua. ibi. nunquã inueniatur cautum in iure, &c. immo fortius non est standum alleg. Iuriscõ. nisi quatenus decidit, ut not. Ang. in l. si possessor. §. ait senatus. per illum tex. ff. de pet. hær. quia non sufficit allegare, nisi probetur. c. non est. in uerbo allegat. ubi Domi. no. quæs. decidit. de consue. lib. 6. & l. j. cum glo. dicatur. ff. si qua. pau. fecidi. cum si. ut per And. Sicul. in consi. 162. col. 1. lib. 1. & consili. 17. col. 51. lib. 2. & consi. 56. col. 2. lib. 3. & consi. 88. col. 7. eo. li. & consi. 82. lib. 4. & ideò dici solet quòd authoritates doctorum probabiles sunt & non necessariæ: ut no. in. l. j. C. de legi. & not. Bèr. in l. 1. in 4. col. ff. si cer. pet. unde cum non caueatur aliqua lege, ꝙ detur actio præiudicialis contraria, ideo nos eã ponere non debemus. Non ob. ꝙ filius descendit à patre, &c. Quia respondetur illud procedere naturaliter: sed in casu isto nihil ad rumbum, quia dum ista actione experimur, non ẽ clarum an quis sit pater uel filius: quia propterea agitur, ut hoc decidatur. & sic dubitari contingit antequam ueritas rei appareat. Non ob. contrarietas glo. infra eod. in 6. parte, quia licet ibi optimè ista contrarietas per Ias. resoluatur post alios, quos ibi refert: ego tamen ex alio dico illam partem gl. non mereri allegari in proposito nostro duplici ratiõe: primò quia glo. ibi non loquitur de præiudicialibus actionibus de quib. hic in textu dicitur: sed de alia competenti colonis censitis, & similibus. Vnde in illis casibus procedit opinio gloss. Vel secundò dicas, quòd ibi glo. non loquitur de actione contraria. & in hoc salua pace doct. malè uiderunt eam: quia in lib. meo ista sunt uerba. Item quo iure ascriptitij coloni censiti & similes petuntur. Responde utili præiudiciali, non directa. Nam & ipsi coloni se petunt in libertatẽ contrariã præiudiciali utili non directa &c. ista uerba in uer. contrariam, non intelligũtur de actione sed de actione præiudi. contraria utili quæ datur contra dominos habentes etiam utilem non directam, ex eo, quia tales casus non fuerant expressi a prætore, sed ueniũt ex extensione: & ideò glo. uult dicere quòd sicut inter dominum & seruum dantur duæ præiudiciales actiones directæ, quæ inter se sunt contrariæ ratione personarum diuersa petentium. quia dominus petit aliquem seruum suum, & ille negat esse seruum: & sic sunt contraria: ita in utili præiudiciali est dicendum, quòd illæ duæ actiones vtiles sint inter se contrariæ

trariæ. & ita nouiter saluatur glo. In quarta parte glo. uer. sed qualiter. ibi. l. diffamari, &c. Ex ista gloss. habes no. conclu. ꝙ quando aliquis inquietatur ab alio, vt puta, quia appellatur ab eo suus seruus, vel sibi alia similis iniuria infertur, potest talis agere condictione ex l. diffamari. vt tali iniurianti silentiũ imponatur, & iniuriatus declaretur esse integri status. cũ ista opin. glo. transeunt doct. vbique.
7 † Adde tu, quòd in terminis d. l. diffamari. ita debet libellus formari. nam petet diffamatus à iudice certum terminum diffamanti prefigi, intra quem experiri debeat si quod iuris habet & prætendit contra diffamatum. & eo non agente vel accusante, petet diffamatus à iudice, vt imponatur diffamanti perpetuum silentium, secundũ Sali. in d. l. diffamari. facit quod habetur per Bal. in l. fi. C. ne lic. po. & per glo. & Bar. in l. Aurelius. §. si centum. ff. de lib. lega. Et cum mysterio dictum fuit de perpetuo silentio ex eo, quia prohibitio facta simpliciter non in totum excluderet diffamantem: per ea quæ Inno. dicit in c. cùm in tua. qui ma. accu. pos. de quo meminit Ang. in l. j. C. vt ne. inui. nisi in duobus casibus, vbi terminus esset statutus à l. vel statuto: quia eo lapso nemo audiretur. vt dicit Inno. vt suprà. vel nisi iudex cõminatus fuisset quòd nisi compareret, amplius non audiretur vt dicit Saly. in l. si ea. C. qui accu. non pos. & Aret. in §. si minus. in 7. col. infrà eod. & alij quos refert Feli. in c. venerabilis. in 3. col. de iudi. vbi subdit vnum sing. verbum, videlicet ꝙ licèt iudex posit terminum præfigere intra quem diffamans agat: tamen non perdit ius agendi, nisi à iudice bis fuerit monitus: gl. est sing. secundum Ang. in §. j. in 2. col. in authenti. de hær. & fal. quod dicit esse mirabile pro declaratione d. l. diffamari. & istud dictum sequuntur alij quos ibi Feli. adducit. Adde quòd iste est vnus casus in quo iudex potest abbreuiare terminos agendi: vt dicit Ias. in l. 2. in 6. col. ff. de re iudi. & ibi Alex. & prius Old. in consi. 3. in princ. declarando, vt sing. per Bal. in sua marg. in uerbo. silentium. in j. q. & multo singula. per Ang. in l. si quis libertatem §. nam cum quidã. uer. planè ff. de pet. hæ. vbi dicit ibi esse casum sing. Aduerte tamen ad unum, quòd licet petitio in libello debeat fieri, ut suprà dictum est, tamen actor non poterit in eo petere, quòd iudex prohibeat alteri ne agat: quia actio negatoria non competit in talibus personalibus: sed in realibus. l. egi. & l. & harum. ff. si ser. vendic. ita in terminis dicit Rota in decis. 305. in tit. de dilati. in antiquis. Tamen contra istam decis. uidetur doct. Aret. quam Deci. optimè probat in ca. in præsentia. in 3. nota. per illum text. de proba. Et secundum hoc Ro. sentit, quòd talis actio quæ competit in terminis d. l. diffamari. licet sit præiudicialis, tamen est personalis: quod est contra oẽs, & pro opi. quam supra teneo in tex. Item aduerte etiam ꝙ d. l. diffamari, non solum habet locum in casu de quo glos. hic loquitur, sed etiam in diffamatione ciuili, etiam si non agatur de causa status: ut not. declarat Inno. in c. conquerente. de offic. ord. quem ibi Anto. sequitur & Abb. in fi. Ro. consi. 54. incip. uisis them. ubi alleg. ultra Inno. Spec. in tit. de emp. & uen. §. nunc dicendũ. uer. ultimò nota. ubi notcasum ponit quem uide. & alia quæ circa d. l. diffamari. dici possunt, uide per Areti. in §. j. in 18. col. infra de excep. & per Alexan. in consil. 103. consideratis his. in 5. uol. & not. per Bald. in Authenti. si quis ab aliquo. colum. 3. uersi. aduerte. C. de testi. & an quando agitur remedio d. l. diffamari. possent testes recipi lite non contest. uide per d. Ant. in c. cùm olim. de testi. in uersi. tertius intellectus. ubi uidetur tenere quòd sic. Et an remedio d. l. diffamari. posit excommunicatus compelli agere: uide Abba. post do. Ant. & Inno. in c. exceptionem. in fi. de excep. Imo. in c. significauerunt. in 3. col. eo. tit. & latius Feli. in c. intelleximus in 5. col. extra de iudic. Quis autem erit iudex competẽs ubi agitur remedio. d. l. diffamari. per Abb. in c. si quis contra clericum. in princ. de fo. compe. & d. Anto. in c. si clericus laicum. in fi. eo. tit. & in c. quintauallis. uer. uenio. ad quartum. de iureiu. & finaliter cõcludunt ꝙ iudex ipsius diffamati erit iudex, pro quo faciunt quæ adducit Ro. in consi. 412. pro habẽda. & Perusi. in rub. de ap. col. pen. quæ omnia addenda sunt, ad ea quæ dicuntur in d. l. diffamari. In 5. parte glo. communiter approbatur: ut latius per Do. & Mod. in l. j. C. de or. cog. In 6. parte ibi, sicut Augustus dicitur &c. habes. ex glo. ꝙ actiones dicuntur esse præiudiciales, dato ꝙ in effectu nullum præiudicium pariant: & sic habes regulam, ꝙ ea quæ sunt in habitu & potentia, dicuntur simpliciter talia, non secundùm quid: & ideò Imperator dicitur uerè Augustus: licèt actu non augeat imperium, cùm sit in habitu augendi. & eodem modo Pontifex, dicitur quasi faciens pontem: & tamen si non facit, nihilominus dicitur pontifex, quia aptitudine potest. ut tenet Abbas. in capitulo primo. extra de iudi. col. pen. & Mod. omnes in l. j. ff. de acq. poss. & exemplum istud glo. ponit Bart. in proœ. fforum, & declaratur per Abb. in proœ. Grego. nu. 11. Et ꝙ idem sit, quòd res sit in aptitudine uel actu, est bonus textus in l. j. §. 1. ff. de aqua quot. & æsti. quem ibi Bar. inducit, ad quæstio. ad idem est glo. in l. uendicatio. ff. de rei uendi. & Bal. in l. j. in 8. q. C. de insti. & substi. ubi allegat bona iura. & istã regulam etiam approbat Ias. in l. j. col. pen. ff. sol. mat. dum allegat. l. abesse. & l. qui mittuntur. ff. ex quibus. cau. ma. licèt de prædictis non faciat mentionem. quæ regula potest deseruire ad multa quæ traduntur in l. is potest. ff. de acq. hæred. ubi de ista potentia loquitur Iason & alij. Hìc propter ingentes calores & indispositionem, omisimus lectiones.

SVMMARIA SVPER §. SIC ITAQVE.

1 *Actio personalis de qua in isto §. appellatur condictio, & quare.*
Quomodo de iure antiquo et hodierno requiratur denuntiatio debiti. ibidem.
2 *Dictio, Itaque, de sui natura est continuatiua & determinatiua casus præcedentis, & taxatiua siue respectiua casus sequentis. & nu. 22.*
Item, importat formam & modum, ibidem.
In alimentis non proceditur secundum ius commune. ibidem.
Legatum factum de domo, intelligitur de proprietate. ibidem.
3 *Dare, est dominium transferre. & quomodo procedat. nu. 5. 6. & 23.*
Ille qui est obligatus ad dandum, debet adimplere per seipsum non per alium: limitando & declarando, vt ibi.
4 *Quod forma debet impleri in forma specifica, quomodo declaratur.*
Verbum Dare, non est directum. ibid.
5 *Differentia est inter dare & donare, declarando vt ibi.*
6 *Dare & promittere à pari procedunt.*
Datio sine causa non est efficax ad transferendum dominium.
Promissio sine causa non est efficax.
Verbũ Cõcedo, Adiudico, Do et Assigno, Reddo, Suscipio, Relinquo & simil. penes te, vel apud te, qualiter conueniant, & inter se differant.
Intellectus nouus l. cum mota. C. de transactioni. ibidem.
Declaratur doctri. Bartoli. in l. naturalis. §. 1. ff. de præscripti. verb. ibid.
Venditor ad quid tenetur & ad quid emptor. ibi.
7 *Remittens non transfert dominium.*
Venditor quare teneatur ad dandum. ibidem.
8 *Illud quod meum est, amplius meum fieri non potest. declarando & limitando, vt nu. 10. 11. 12. & 13.*
Res propria alicui legari non potest. declarando vt hic remissiuè, nec etiam pignorari, nec in ea constitui vsusfructus.
Semel dominus non potest amplius fieri dominus, ibid.
9 *Illud, dicitur verè & propriè meum quod vendicare possũ.*
10 *Illud quod commune est, non potest dici meum, ibid.*
11 *Quando efficacius per secundã causam efficior dominus, possum semel effectus ex alia illud acquirere, ibidem.*

Regula

12 *Regula l.non minus.§ 1.ff.de hære.insti.quòd capacitas serui venit à domino,qualiter intelligatur. ibidem*

13 *Res mihi debita,propriè non potest dici mea,sed largo modo.*

Lex,non est nouum.ff. de actio. empti.qualiter declaratur ibidem.

14 *Odio furis inductum est, vt domino detur condictio furtiua per quam compellat furem ad dandum: licet regulariter actio personalis ad dandum domino non competat, & ratio assignatur,& de quo fure intelligatur.*

Condictio furtiua non competit contra patrem: quia infamat. sed dabitur certi condictio generalis, vel actio in factum. ibidem.

15 *An in duplo vel quadruplo in quo condemnatur, contineatur res furto subtracta.*

16 *An pœna dupli vel quadrupli de qua hic,possit exigi de iure canonico.*

Quando de iure ciuili est clara dispositio, quæ non reperitur de iure canonico,tunc illi dispositioni standum est.

Qualiter intelligatur text.& glo. in c. fraternitas. xij. q. ij. volenti quod in foro canonico quis non tenetur ad pœnã quadrupli, ibidem.

Leges ciuiles sunt seruandæ in foro conscientiæ. nam qui facit secundum legem humanam quæ non est contraria iuri diuino,non peccat.

17 *Actiones reales, vendicationes appellantur.*

Disputatio nominum relinquenda est pertinacibus. ibi.

Grammaticos tantum inutiles reipublicæ censuit Plato. ibidem.

Imperatores aliquando loquuntur grosso modo.& ibi de vsu loquendi.

Quando plures sunt capti pro aliquo maleficio, cessantibus alijs indicijs, ab illo debet incipi tortura, qui habet turpe nomen.

18 *Quare Papa mutat nomen in sui creatione, et quis fuit primus qui dedit causam commutationis.*

Natio praua aliquando nocet idem in mala phisionomia.

Gens Sclauonum est pessima. Et quid de Hispanis, Catalanis, Anglis,Francis, Italis, Florentinis, Romanis, Siculis. ibidem.

Quando aliquis vocatur eo nomine quo vocabatur pater, præsumitur eius filius.ibidem.

Filius fit gratior patri quando eodem nomine nuncupatur. ibidem.

19 *Nomina inutilia non sunt indaganda.*

Parũ est habere nomen nisi factum concurrat ibidem.

20 *Contra furem quot dantur actiones.*

21 *Dictio, Actio, pro condictione exponitur: improriè tamen & abusiuè.*

22 *Continuatio.l.ad l.& §.ad §.quando potest fieri causa clarioris & commodioris doctri.ibi.*

23 *An ille qui obligatus est ad genus,teneatur ad dandum:& quid de illo qui obligatus est ad speciem.*

Genus non dicitur perire,sed bene species,ibidem.

24 *Qui promittit rem simpliciter in dubio dare intelligitur,nisi natura contractus aliud suaderet.& num. 15.*

Intellectus l,quod sæpe. §. in his ff.de contrahen. empt. ibidem.

An dominium quod ipso iure transfertur,sit proprium. numero, 15.

Intellectus,l.si ita distrahatur,§. 1.eod.tit.ibid.

Intellectus l.à Titio. de furtis,ibidem.

Declaratio.l. si iactum retis,ff.de actio.emp.ibidem.

25 *In qualibet actione attenditur illud ad quod principaliter tendit.*

Actio furti principaliter tendit ad pœnam,condictio furtiua principaliter ad rem.

In dubio videtur intentata actio specialis. limita vt ibidem.

Declaratur doctrina Bart.in l.hoc legatum.de legat.2.ibidem.

27 *Olim dominus hodie præsumitur dominus; quod declara, & limita,vt hic.*

Idem dicendum est de possessore.

Exceptio qualiter debet esse de regula.ibidem.

Declaratur nouiter iste tex.

28 *An condictio furtiua detur contra furem ad dandum, vel restituendum.*

Nemo rem suam potest petere sibi dari oportere, nisi contra furem ageretur.

Quando excep.debet esse de regula,oportet quòd loquatur in termino regulæ.intellige,vt hic.

29 *An quemadmodum contra furem datur condictio furtiua ad dandum, ita etiam contra quemlibet malæ fidei possessorem.*

In pœnalibus & odiosis debet fieri restrictio, & non interpretatio extensiua: ratio. & à persona nominata non recedetur,limita vt num.30.

Specialia multiplicanda non sunt,num.29.

Dictio, Alius, denotat similia expressis,

31 *Prædonibus & inuasoribus qui furibus æquiparantur, parcendum non est eorum vitæ,ibidem.*

Malæ fidei pos. est triplex:scilicet improbus,improbior, & improbissimus,ibidem.

35 *Nemo condicit rem suam nisi à fure. & rationem vide remissiuè: & limita vt procedat quando quis condicit dominium,secus si poss.quia tunc etiam à bonæ fidei possessore cõdici potest,si indebitè tradita sit,num.32.vbi vide duas alias limitationes.*

36 *Debitor antequam conueniatur, non est primo extra iudicium de necessitate compellendus, & ratio assignatur. & limita vt num.34.*

Dies interpellat pro homine solùm in obligationibus in diẽ, sed etiam in puris.

In obligationibus puris dantur debitori decem dies ad soluendum.

35 *Instante die solutionis,debitor interpellare debet creditorem, & ire ad domum suam, & protestari quòd est paratus soluere.*

36 *Interpellatio diei statim in mora constituit,secus in interpellatione hominis, quia non prius constituitur debitor in mora quàm potuerit se præparare ad soluendum.*

Interpellatio hominis extraiudicialis quem effectum producat.

Interpellatio extraiudicialis potentior est quàm interpellatio iudicialis.

Quando sunt plures debitores insolidum obligati, & creditor interpellat vnum extra iudicialiter,vt sibi soluat suam ratam partẽ,intelligitur inducta diuisio,secus si iudicialiter interpellaret.

Qualiter debeat fieri interpellatio extraiudicialis.

S

SIC ITAQVE. Diuiditur & summatur iste tex. ut hic per Ias. Et ad euidentiam dicendorum præsupponatur prius,quòd
1 † actio personalis de qua in isto. §. tractatur, appellatur condictio, quæ prisca lingua dicitur denuntiatio:ut dicitur hic in tex.in uer.denuntiare. nam de iure antiquo quando aliquis agere uolebat contra aliquem sibi obligatum, antequam posset eum conuenire requi-

requirebatur, quòd prius illi fieret denuntiatio, vt solueret: & sic fieret tractatus siue simultanea locutio debito. & ab ista simul locutione descendit cõdictio à Con & Dico, qua si simul dictio, vel locutio, q̃ denũtiatio in actionib. realib. nõ requirebat, in quib. nõ est obligata p̃sona. §.1. suprà eo. & licet hodie ista denũtiatio non sit necessaria, vt dicit glo. in verb. denũtiare. infra eo. vbi dicã, tñ ea rõne, de qua dixi, dictæ fuerunt istæ personales actiones condictiones: vt dicit ét gl. in quibus. infrà eo. & gl. i l. actionũ genera. in prin. ff. de actio. & obligatio. quædam remanserunt in isto nomine generico condictiones excepta condictione furtiua, quæ est specialis: tñ vt una cognosceretur ab alia, additę fuerunt adiectiones quædã vnæ notæ, vt discerni possent: ut condictio ob cãm, condictio indebiti, triticaria & similes: & istæ remanserunt in noĩe sui generis: quia sunt actiones, vt plurimum generales, de quibus fit mentio in gl. in rem. infrà eo. & omnia ista declarat Iaso. in l. certi condictio. in prin. in 1. col. ff. si certũ peta. Sic ergo in §. isto tractatur tam de cõdictionibus specialibus, quàm generalibus ẽm quod obligatio facta est. nã si ex cã locati vel similibus, ista erit cõdictio, & sic actio personalis ex empto, & sic de aliis innominatis secundum quas in vtrisque poteris hic formare casum. His breuiter præmissis venio ad tex.

2 † In tex. ibi itaq;. no. ꝙ hæc dictio de sui natura est continuatiua & determinatiua casus prædendentis, est taxatiua siue restrictiua casus sequentis: & ita ad hoc istum text. alleg. Moder. Tauri. post Are. in l. ita stipulatus. ver. Sabinus. in prin. ff. de verbo. ob. licet ibi Cuma. tenuerit contrarium & malè. & ita tenet Io. Crotus de Monteferrato in repeti. l. si constante. in 4. co. in prin. ff. sol. matri. alleg. inter alia text. in l. libertus. §. hæc scriptura. ff. de manumis. testa. & vltra ipsos est text. in l. neganda. C. de his qui accus. non possunt. & tex. magis notabilis in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb. quem in notabili casu commendat Ias. in l. si idem. colu. 1. ff. de iurisdic. omnium iudicum. & idem Iason citat singularem in l. si mora. colum. secunda. ff. soluto matrimonio, post Bal. in repe. l. primæ. colum. 14. versi. super quinta. C. de sac. san. eccle. ad ea de quibus ibi per eos. & ibi latè dixi. quibus adde Soci. cõsi. 49. capio primam. in princ. lib. 1. & in consi. 99. circa primam. in tertia columna. lib. quarto. & consilio. e. nume. 7. & consilio. 101. colum. fina. eodem libro. & ita transit Saly. in l. vbi adhuc. per illum textum. C. de iure dot. & in notabili quæstio. tradunt nostri Moder. Hispani in repet. §. diui. in quinta colum. de legat. primo. Quod etiam facit ad quæstionem de facto habuit Alberi. de Rosate, vt patet in suo dictionario, versicu. ita testator legauit domum suam vxori: ita tamẽ ꝙ posit in ea habitare toto tempore vitæ suæ. decidit Albericus, quòd tale legatum restringitur ad habitationem tãtum, nõ ad proprietatẽ. alle. c. de pace constan. §. in causis. in princi. ibi, ita tamen. & quæ no. in d. l. Lucius. §. hæredum. Et vltra ipsum pro ista opini. bene facit text. in l. si habitatio. §. sed si. ff. de vsu & hab. Sed contra istam decisionem facit: quia illa verba sunt posita ad ampliandum fauorem vxoris: ergo debent latè interpretari, nec restringi. argumen. l. nulla. de legibus. & in istis terminis tenet Socin. in consi. 100. in dubitationibus præmissis. in prima columna. nu. 6. cum seq. lib. 4. & nouissimi in c. quanto. in prima colum. extra de iudi. Non ob. d. §. quæ habebat. quia ille tex. loquitur in alimentis in quibus non proceditur secũdum ius cõmune: vt patet in l. codicillis. & in l. liberis. §. fin. de an. leg. iunctis notatis per Alexand. in l. licet Imperator. colum. fina. de leg. primo. nu. 11. & tenet Petr. de Ancha. in clemen. prima col. fin. de iure patro. cum similibus: vt per Ias. in §. præiudiciales. in quarta colu. nume. 24. suprà eod. & ibi dico. Tamen pro prima opi. multum facit tex. in §. nõ solum. suprà de verb. obligationibus, quem text. dicunt nouissi. Floren. repeten. post Soc. & alios in repet. §. Cato. fol. 16.4. columna, quòd dictio Ita, importat formam & modum specificatum: vt videlicet, ita verba intelligantur sicut sonant: pro quibus est doctrina Bartol. in l. quibus. §. termilius. in secunda colu. de condi. & demonstra. faciunt, quæ no. Saly. in l. vbi adhuc. C. de iu. dot. ponderando illum tex. in versic. ita. quem sequitur Curtius in consili. 57. incipien. summa totius. in prima col. & ista opi. videtur verior. Nam ex quo testator se restrinxit ad tempus vitæ vxoris, apparet de voluntate expressa nolle illi proprietatẽ legare: & sic legatũ debet restringi non tã ex natura dictionis Ita, quã etiã quia expresit tp̃s taxatum vitæ: arg. tex. & quæ ibi not. in c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. nam concessum ad tempus, censetur denegatum post tempus. c. in præsentia. de probationibus. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de ædil. edict. & licet legatũ simpliciter de domo, videat de proprietate. d. l. filios. & ibi Bar. ff. de vsufr. leg. Bald. in c. 1. de natu. feud. & l. Titio fundus. ff. de vsufr. leg. l. planè. §. fi. de leg. 1. Tamen istud nõ habet locum, quando in legato sunt dictiones de natura sua restrictiuæ per quas tacitè & expresè de voluntate testatoris constat, quæ attendi debet. l. in conditionibus. ff. de de condi. & demon. & quia legata de sui natura sunt strictè interpretanda, ne grauetur hæres. l. nũmis, de leg. 3. l. vnũ. §. si rem. de leg. 2. Et pro hoc facit, quod dicit Bal. in l. liberti. in 7. colu. versiculo, denuo quæro. C. de operis libert. vbi uult ꝙ si alicui conceditur castrum simpliciter, intelligitur ad vitam. sic igitur à fortiori est hic dicendum. facit etiam in simili: quia tunc legatum factum simpliciter vxori, intelligitur pro alimentis. l. quidam. ff. de vino, tritico, & oleo legat. ita & istud legatum intelligitur pro habitatione tantum sua. & circa istam dictionem Ita, vide in l. fructus. solu. mat. & per Socinum cons. 24. uisis in 3. co. li. 1.

3 † No. primò, secundum Areti. & Iaso. hic regulam, quòd dare est dominium transferre. concor. iura hic alle. per eos. & ita ad hoc allegat istũ tex. Socinus in consi. 58. in tertia col. primo lib. & Corneus in consil. 195. prima facie. in prin. lib. 4. Et istud dare, de quo hic dicitur, ius directũ significat: vt dicit Bald. in l. fi. colum. fin. C. de sacrosanctis eccl. & alleg. text. hic. ex quo infertur, quòd ille, qui est obligatus ad dandum. debet adimplere per seipsum. & illo casu dare, dicitur si verò alius pro eo, det, dare non dicitur: quia non est dominus, q̃ dat nomine alterius, vt dominium transferat: & ideo nõ dicitur dare, sed tradere: vt dicunt doctores in l. vbi autem. §. fin. de verb. obligat. facit. l. 2. ff. de conditio. & demon. Hoc tamen quo ad pœnam euitandam locum non habet: quia tunc in obligationibus dandi vnus pro alio soluens liberat alium à pœna. vt tradit Bart. quem sequuntur cõiter doct. in l. quarta. §. Cato. in 8. oppo. de verb. oblig. Et isto casu verè dicitur dare, qui per alium dat: vt dicit Bal. in l. prima, in 1. colum. numero. 7. versi. in mandante. C. de ser. fugi. qui sic debet intelligi. Et ita etiam potest verificari text. in l. statulibera. §. si quis non dare. ff. de statuliber. & quod dicit Albe. post glo. & Guli. de Cun. in l. Arethusa. ff. de stat. hominum. & Bar. in l. Stichum, qui meus erit. de lega. 1. dum alle. l. cui fundus. & l. pen. C. de condi. insertis.

4 † Non obstat, quod forma debet impleri in forma specifica, & sic per ipsum qui est obligatus ad dandum & non per alium. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de conditioni. & demõstrationi. quia illud procedit, vbi de iure impleri potest: aliàs de facto sufficit adimpleri mediante ratihabitione. l. mulier. §. j. vbi glo. & Barto. ff. de conditio. instit. & tenet notabiliter Barto. in l. cum seruus. ff. de uerb. oblig. vel illa regula. d. l. Mæuius. limitatur, vt per Bar. & plenissimè Moder. in l. Gallus. §. et quid si tantum. in 2. colum. ff. de liberis, et posthumis. Vel tertiò dicas quòd illa regula procedit de rigore: secus de æquitate. l. posthumus. ff. de iniust. rupto testamẽto. Et dictũ Bal. procedit qñ verbum, Do, in prima p̃sona pronunciat: secus uerò si dare quis promittat: nam tunc non est directum, sed obliquum, et potest per alium adimpleri. et ista est noua ratio siue limitatio ad dictum Bart. in d. §. Cato. pro qua est deci. Iaso. in l. cum filio. in 3. col. in primo. no. nume. 9. de legatis 1. Et licet ipse pro illa differentia nihil alleget, est tamen decisio Barto. notabilis in l. ita legatum sit Seio. ff. de legatis primo.

5 Et ista de plano procedunt † in verbo Dare: secus tamen crederem in verbo Donare: cum magna sit differentia inter ista: ut no. glo. in uersi. inuitus. in c. iam uero. 23. q. 6. quam sequitur et no. Archid. in c. duo sunt. in 12. quæstio. in principio. et declarat Alex. licet de istis non faciat mentionẽ, in l. cũ quid. in secunda et tertia col. ff. si cert. petat. et notabilius in l. si pecuniã. in 5. col. nu. 17. ff. de cõdi. ob cau.

faciunt quæ adducit idem Alex. in l.illud.C.de col.dum fa
cit differentiam inter datum simpliciter & donatum.
Sed aduertendum est: quia istud mihi non videtur verũ
per text.in l.1.& 2.ff.de dona. vbi Iurisconsultus non facit
differentiam inter dare & donare:imò promiscuè vtitur il
lis uerbis.ad idẽ bene facit.l.inter donũ.ff.de uerb. sig. vbi
dicitur, ꝙ donum dicitur à dando seu à donando.tamẽ ali
quando secundum subiectam materiam uariantur: vt tra-
dit Bartol.& Moder.in rubrica.ff.solut.matri.in 3.col.& no
uissimi in l.1.ff.de rebus dub.post Bart.& alios. Neque etiã
satisfacit,ꝙ uerbũ, Do, magis ĩ prima persona, quã in alia
sit directum:quia illud in re non probatur,& tale uerbum
non potest in statutis,& alijs dispositionibus regulariter in
prima persona pronuntiari,vt congrua fiat dispõ, vt patet
ad sensum.erubescimus ergo cum sine l.loquimur.quod tñ
dictum est,potest procedere quando proceditur ad execu-
tionẽ:vt do tibi vestem. quo casu ista uerba non possunt ue
rificari in alio dãte.pro isto ar. tex.in l.magis.ff.de solutio.
nisi eo casu de quo per Fel.in c.nonnulli.§.sunt & alij.in 7.
col.de rescri.Et regula ista tex.nostri, ꝙ dare sit dominium
transferre, procedit quando datur cũ cã : aliàs datio facta
sine causa non est afficax ad transferendum dñium:ita de-
clarat Alex.istum tex.in l.si donatione.in 5.col.nu.16.C.de
col.tenet Fel.licet de Alex.mentionẽ non faciat, in c.si cau
tio.in 1.col.versi.cessantibus.de fide instrum.quod ratione
6 probat:quia videmus, † ꝙ dare & promittere à pari proce
dunt.l.fi.C.ad legem Falc. & tñ promissio facta sine causa
nõ est efficax,neque intelligitur facta ex causa donationis,
secundum communem opi.l.2.§.circa.ff.de do.excep.cum
si. ergo idem erit in donatione simpliciter facta.l.nunquã.
ff.de acqui.rer.do. Secus tamen est in hoc uerbo,Concedo:
quia licet de cã non appareat, tamen in dubio transfertur
dñium,cum illud uerbum donationẽ importet:vt per plu-
ra iura probat ibidem Alex.contra Saly. & idem latè Alex.
in l.si quis ante.in fi.ff.de acq.pos.& in l.cum quid.in 2.col.
nu.13.ff.si certum pet.cum pluribus concordan. vt per eun
dem Alex.in l.sed si me putem.§.1.in prin.ff.de cõdi. inde.
& latius per Ias.in l.1.in prima col. per illũ tex.ff.de consti.
prin.Sed tamen aduertendum est,ꝙ istud dictum Alexan.
& aliorum non procedit sine dubio:quia non uidetur ràtio
concludens quare magis verbũ,Concedo,in dubio arguat
subesse causam,quę donationem inducat,potius quàm uer
bum ,,Do.cum in hoc voluntas donantis attenditur. quod
manifestè probatur:quia dare,nihil aliud est,quàm conce-
dere.ita no.Bal.& Pau.de Cast.per illum tex. in l.cognitio.
ff.de offi. eius cui man.est iuris. quẽ sequunt̃ nouissimi Hi-
spani in repe.l.filiusfa.§.diui in 2.col. ff.de leg.1. & est tex.
ultra ipsos.in §.illud.& ibi glo.in authen.de æqual.do. sed
datio debet fieri cum cã,secundũ Alex.vt suprà:ergo & cõ-
cessio.& pro hoc facit,quia uerbũ,Cõcedo,quemadmodũ
verbum, Co,ad actus inter uiuos referuntur,& ita æquipa-
rantur.l.binas.la 2.cum l.seq.vbi gl.ff.de serui.vrb. prædio.
quem allegat Areti.in §.si vir. in princip.ff.de acqui.pos.&
vltra ipsum est tex.in l.si cui.& ibi glos.ff.de ser.ti.ge. Et de
uerbo do,est tex.in l.1.in fi.ff.de tab.exhi.cũ si.vt tradit qui-
dam Guido Papæ in tracta.de præsump.fol.1.nu.8.ergo si-
cut uerbum,Cõcedo,donationem importat,ita & uerbum
Do.quod tenet Soci.in consi.92.circa primum.in 9.colu.1.
vol.ubi pro hoc plura adducit.Et quia uerbum do, est ma-
gis aptum ad donationem,quàm uerbum concedo, per ea
quæ docto.nouissimi tradunt in d.§.diui.quamuis ista non
adducãt,neq; sua hic refero : qa solũ sufficiret loca magna
citare.Itẽ & quòd uerbũ dare ẽt sine cã importet donatio-
nẽ,sicut de uerbo cõcedo,dicit Alex.tenet expresse per istũ
tex.in l.si fundũ.ff.de uerb.ob. quẽ sequitur Bal. in l.cũ vi-
rũ.C.de fideicõ.& Saly. in l.si donatione.C.de colla.quem
sequitur Soci.in cõsi.93.inferius alle.in 9. col. per quæ opi.
Alex.in dictis locis,& in l.à Titio.ff.de uerb.ob.quod idem
firmauit,confunditur non tamen ex natura verbi dare,quã
etiam ex conuenientia , quam habet cum uerbo concedo,
in actibus inter uiuos: immo etiam utrunque verbum etiã
ad actus in ultima voluntate adaptatur.vt de uerbo conce
do,est text.in l.vxori.§.fi.de lega.2. & de verbo do, est text.
in l.2.C.de codici.& in l.si statuliber.§.si filiusfa. & l.ita li-
ber.ff.de statulib.& per.consequens,siue inter viuos siue in
vltima voluntate loquamur,non est dña.Sed ex alio dictũ
Alex.non uidetur verum,quòd verbum concedo,importet
translationem dominij:vt tenet Bald.in c.litibus. si de feu.
fue.contro.inter do.& va.& tenet Do. post glo. ibi in c.1.in
ver.Titio.de vsur.lib.6.idem.in c.lex est,in 2. dist. & plures
alii quos Felin.refert in c.cum venerabilis.in prin. extra de
excep.nisi defendendo Alex.dicamus,quòd ista uerba & si-
milia secundum subiectam materiam plerunque varientur.
vt in terminis tradit notabili.Soci. in consi.93.circa primũ.
in 1.col.lib.1.& in consi.69.visis.versi.his tamen non obstã
tibus eod.l.1. Et quod dictum est de uerbo concedo,idem
dicendum est in verbo relinquo: nàm per illud transfertur
dominiũ tam in actibus inter viuos, quàm in vltima volun
tare,sicut in verbo do:prout latè scribit Andr.Sicul.in cap.
vnusquisq; in 1.no.de pecu.cle.& in c.requisisti.in 3. col.de
testa.vt latius ibi per eum. quod dictum pro notabili sequi
tur Ias.in l.qui Romæ.§.cohæredes.in 7. colu.versi.sed ad-
uerte.ff.de verb.obli.& reassumunt nouissimi Hispani. vbi
latè insistũt in repe.§.diui.l.filiusfa. de lega.1. & hoc itẽ est
in hoc verbo Adiudico , vel Consigno, quod trãslationem
dñij significat,cã tñ habili præcedente.& sic verba Do,Cõ
cedo,Adiudico,& Assigno paribus passibus ambulãt,quo
ad translationem dñij:vt concludit Areti. allegãs plura in
consi.160.longa est ista consultatio.in 7. col. in versi. venio
ad sextum.& ita ibi intelligunt text.nostrum. & ita intelli-
git,& extendit Soc.in consi.69.viso laudo lato.in 1.colum.
nu.9.lib.4.& in consi.14.insignis docto.in 4.colum. eo.lib.
dum alle.l.prædia.ff.de acqui.poss.& in consi.15.nu.6.eod.
lib.& not.in consi.9.prosequendo.lib.1. & latè prosequitur
Corn.in consi.228.incip.quòd dictus.in 2.colum.4.lib. vbi
pro hoc multa iura allegat. vbi extendit procedere in om-
ni materia per plura iura quæ ibi adducit. Et idẽ est in isto
verbo Reddo, quòd translationem dominii significat :ut
est textus & ibi gloss.in l.qui uxori.ff.de aur.& arg.lega.&
idem importat quod dare,l.verbũ reddendi.ff.de verb.sig.
& hoc idẽ est in uerbo stipulatio.prout est text.in l.cũ mo-
ta.secundum doct.omnes ibi.C.de transa.In cõtrarium ta-
men solet ibi allegari text.in l.naturalis.§. & si quidem.ff.de
præscrip.uerbis.& ideo Alex.Ias.& alii, in d.l.cũ mota.dñt
quod regulariter illud uerbum non importat dominium.
ut d.l.naturalis.§.1.sed in d.l.cum mota.illud ideo est:quia
ibi illa dictio fuit adiecta generi,de cuius natura est, vt do
minium transferatur.& istam opi.quæ fuit Bar.in d.l.natu-
ralis.§.1.approbat Soci.in consi.153. uiñs processu. in ante-
pe.colum.lib.1.tamen Lancelotus Decius in d.l.cum mota.
damnat istam opinio.Barto.ex eo,quia regula sua procedit
quando additur generi generalissimo:secus si generi subal
terno:arg.gl.in l.legato generali.de leg.primo.Tamen ista,
quæ dicit Lancelotus sunt omnia ex eo,quia tex.in d.l.cum
mota.loquitur de parte bonum bonorum , quæ non potest
considerari,ut genus generalissimum : ut tenet in terminis
Raph.Cu.post Pe.Ray.& Alb.in l.non amplius.§. si. de le.1.
quod rõne suadetur ultra ipsos.quia ex quo tex.in d.l. cum
mota.loquitur de parte bonorum, non intelligitur de toto,
sed de dimidia.l.nomen.§.portionis.ff.de uerb.sig.& psup
posito,quòd de bonis simpliciter loqueretur,illud uerbum
non est aptum ad genus generalissimum:secus est in uerbo
rei:vt in l.1.ff.si cer.pet. & dixi suprà in §.1. & habetur in l.
rei.ff.de uerb.signi.Præterea in d.l.cũ mota. fuit facta tran-
sactio ex causa testamenti,quo casu non potuit fieri in gene
re generalissimo per ea,quæ no.maximè per Bar. Veronen.
in l.sub prætextu.la prima,eodem titu. Suadetur hoc : quia
ut patet in tex.litigiũ fuit super certa re.arg.l.fi.C. de anna.
excep.ergo transa.nõ potuit esse sub genere generalissimo.
l.si de certa.ubi no.C. de transa. Et ideo ex alio mihi uide-
29 tum commendant doct. vt hic dicit Iason, videlicet quòd §. noster volens quod omnis condictio degenerat cõtra furem, procedit etiam cõtra quemlibet malæ fidei possessorem: quia eodem modo contra illos datur cõdictio furtiua ad dandum, sicut contra furem. §. si tamen. suprà de re. diui. hic alleg. in gl. Sed tamen istud dictum glos. non videtur verum: quia text. iste de fure tantùm loquitur; & in malæ fidei possessore minor ratio militat: ergo in pœnalibus & odiosis debet fieri restrictio. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. capit. odia. de regu. iuris lib. sexto. & ideò dicit Bald. in l. cum proponas. colum. fina. C. de hære. insti. quod in casibus pœnalibus non admittitur interpellatio extensiua: quia casus pœnales sunt stricti iuris. & hinc videmus quòd licet substitutio de vno casu ad aliũ extendatur. l. fina. C. de insti. & substi. cum simi. tamen vbi de odio & pœna agitur, non fit extensio: vt dicit Barto. in l. pater Seuerinam. in princip. ff. de condi. & demon. facit etiam, quia licet nomine venditionis alij contractus comprehendantur. l. statuliberi. §. quintus. ff. de sta. lib. tamen in materia pœnali stricta fit interpretatio, vt tantùm pro venditione accipiatur, vt notat Bartolus. in l. qui duobus. ff. de fals. & licet appellatione hæredis veniat hæredis hæres. in l. finali. C. de hære. instit. in materia tamen odiosa hoc non procedit: vt dicit ibi Bald. quæstione 22. facit textus in l. qui liberis. §. hæc verba. de vul. & pupil. Et finaliter in odiosis à persona nominata non receditur: vt not. Bartol. in l. multa. de condi. & de. Bald. in l. prima in iij. oppo. C. de his quę pœ. no. licet in casu nostro text. hic de fure loquitur odio eius: ergo à persona nominata in text. nõ est recedendum, neque debet fieri extensio ad malæ fidei poss. cùm omnia iura alleg. hic in gloss. de fure loquantur. & text. hic speciali ratione procedit: quo casu specialia multiplicanda non sunt. l. in fraudẽ. ff. de test. mili. l. j. C. de do. promis. Præterea quia actio personalis, quæ competit contra furem, non potest dari contra malæ fidei possessorem qui possidere rem suam dicitur. ita dicit Bald. in l. ij. §. fina. in fi. Communia de leg. alleg. text. no. in l. j. ff. de vsucap. Non obst. text. in §. si tamen. suprà de re. diui. qui melius cæteris videtur probare: quia respondetur quòd ille text. limitatiuè loquit̃ de quibusdam alijs possessoribus. & sic ex natura illius dictionis, Alijs, de similibus expressis intelligẽdus est. capit. sedes. de rescrip. cum concor. vt per And. Sicu. in commento. l. cùm acutissimi. col. 12. C. de fideicom. vt de prædonibus & inuasoribus qui furibus æquiparantur. vt no. Alexand. in apostil. ad Bart. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœ. facit text. in l. eũ qui. in prin. ver. adeo autem. ff. de fur. & §. furtiue. suprà de vsucap. & bonus text. in c. non sanè. in fi. 14. q. 5. & in l. prima in fi. cum l. seq. ff. de tritica. & sic debet intelligi de illis quorum vitæ nullus parcere debet. l. j. C. quando li. sine iudi. se vin. non autem intelligendum est de malæ fidei possessoribus, qui non tantum dicuntur delinquere. & ita in terminis istam opini. tenet Pau. de Castro in l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. licet prædicta non adducat. Tamen non est recedendum à prima opi. quæ est communis pro qua est gl. in l. si quis nec causam. quam ibi latè defendit Alexan. & allegat glo. hic: & hoc idem tenet Alex.

30 in l. scire debemus. §. si à fure. ff. de verb. oblig. † Non obst. motiua suprà adducta: quia ad illa respõdetur quòd licet in pœnalibus non debeat fieri extensio: fallit nisi militet aliqualis ratio, licet non tanta: vt est bonus text. in l. prima. §. quod autem. ff. de vsu aleæ. & tenet Decius in l. si emãcipati. in j. col. de coll. cum simi. vt est text. pro hoc notabilis. in c. j. §. porro. quæ sit prima cau. benefi. amit: quem ad hoc Ias. alle. in §. tripli. nu. 21. suprà eo. & in l. j. in 4. col. C. de transact. & in l. fin. ff. de in ius vocan. neque obstat quòd priuilegia non sunt multiplicanda: quia est verum circa idem, secus si ad diuersa: vt in l. singularia. ff. si cert. pet. & no. Alexan. in l. sciendum. in j. col. ff. de verb. oblig. & de hoc do tibi casum not. in l. fi. C. ad vellẽ. vel concordando opi. potest distingui de malæ fidei possessore, quod triplex est malæ fidei possessor improbus, improbior & improbissimus: vt declarat magistraliter Barto. in authen. malæ fidei C. de condict. ex leg. de prima specie loquãtur fundamenta supradicta de duabus alijs procedat opin. docto. hic & Alexan. in d. l. scire debemus. & has tres species exem-

31 plifica vt per Bald. in dicto loco † Secundò colligitur vna alia no. limitatio ex ista gl. quòd regula est per text. hic, quòd nemo condicit rem suam, nisi à fure. ratio redditur per Iason. in l. si quis nec causam. §. res pignori. ff. si cert. petat. quia condictiones omnes sunt personales & obligatio personalis præsupponit debitum: quia habẽt personam obligatam, vt suprà dixi in euidentialibus: sed in re propria non potest cadere obligatio. l. cum filio. de leg. j. l. neque pignus. ff. de reg. iu. igitur illa

tur ista actio personalis dabitur contra furem: quia odio furis potero agere ad rem meam: ut hic dicit tex. Tamen aduerte quod ista ratio Iason non uidetur omnino uera: quia licet uerum sit quod condictiones dicantur actiones personales: illud tamen est impropriè, casus est hic in ver. nunc uero abusiuè. & in materia odiosa talis improprietas non attēditur ut tradit Bar. in l. multa. ff. de cōdi. & demon. & in l. j. ff. de fonte. per illum tex. Neque ob. quòd dentur cōdictiones contra furē: quia per hoc non infertur quòd sint proprie actiones personales. patet in l. certi condictio. in prin. ubi certi condictio datur pro interesse & fructibus & alijs de quibus ibi: & tamen pro illis non potest competere actio ad dandum, cùm interesse sit factum ut tradunt nouissi. rep. in §. Cato. & in l. stipulationes non diuiduntur. ponderando. l. primā. C. de sen. quæ pro eo quod in fi. de verbo. obligat. Sic igitur patet, quòd non valet consequentia, Datur condictio cōtra furem, ergo datur actio personalis: nisi lex vlterius procedat disponendo, vt hic: ex hoc tamen
32 non potest fieri ratio generalis. † Secundò limita secundum gloss. hic, quòd ista regula procedit quando quis vellet condicere dominium: & ita procedit iste text. secus verò si possessionem: quia tunc etiam a bonæ fidei possessore condici, potest, si indebite tradita sit. l. indebiti. §. si nummi. de condi. indebi. hic allega. in gloss. Et cum ista regula transeunt omnes doc. hic. & Alexand. & alij in l. si alienam. ff. solu. matrimo. & in d. §. si nummi. Adde quòd istam glo dicit ad hoc singularem Alexan. vbi latissime videas in l. prima. in pen. & fi. col. ff. de leg. j. tu dic esse glo. concor. in §. legatum. in ver. hypothecaria. suprà de leg. Et vltra alios adde duas alias limitationes. prima quòd dicta regula fallit respectu vtilis dominij: quia licet directum condicere non possit, vtile tamē poterit. ita Bar. dicit in l. certi condictio, in fi. in princ. ff. si cert. peta. alleg. duo iura videlicet. l. prima. C. de dona. quæ sub mo. & l. prima ff. de do. in generali. vbi idem tenet Barto. & sequitur Ias. in d. l. certi. condi. in princip. in 10. col. & vltra ipsum idem Barto. in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti.

Secundò limita, quòd prædicta regula procedit in directo dominio acquisito de iure gen. secus si non erat acquisitum propriè per actus iuris gen. sed per actus ciuiles: quia tunc bene competit actio personalis. ita Ias. in d. l. certi condictio. in 10. colu. & in l. j. prima. col. & 2. per totum. C. com. deleg. & prius latè prosequitur Alexan. in d. l. prima in penul. & fin. col. de leg. j. & in consil. 83. visa facti narratione. in secundo. libro ibi ēt meminit de prima limitatione hic per me posita & hoc idem tenet Jas. in l. si rem meam. in l. nemo. ff. de verbor. oblig. & in l. si eum. in princip. ver. 3. pondera. ff. si cert. petā.
33 † Glo. denuntiare. colligitur vnum no. dignum secūdum Are. hic quem sequuntur alij omnes, quòd debitor antequam conueniatur, non est primo extra iudicium de necessitate interpellandus. l. quidam hiberus. ff. de serui. vrb. præd. hic alleg. in gloss. & omissis dictis doct. hic ratio istius quæstionis videtur: quia dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahen. stip. tenet Alexan. in consi. 51. videtur. in 5. vol. quod non solum procedit in obligationibus in diem, sed etiam in puris, in quibus miserationis gratia dantur 10. dies ad soluendum, ne creditor veniat cum sacco paratus. l. promissor. ff. de consti. pec. quia illi. 10. dies dati interpellant quemadmodum dies obligstionis. ita per plura concludunt Modernio. Ticinenses videlicet Claudius de aquis in l. si legati. in secunda colum. ff. de verbo. obligatio. Et non solum procedit in die expressa, sed etiam tacita. vt in l. secunda. C. de iu. emphy. gloss. in l. si mora. vbi Alexand. & alij. ff. sol. mat. tenet Ias. in l. cum
34 quid in 2. lect. in prin. ff. si cer. pet. Et ista procedunt † quando persona creditoris reperitur: secus si non reperiretur. l. pecuniæ fœnebris. in fi. & l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsuris. tenet Alex. in consi. 177. visis & opportunè &c. in j. col. in 2. lib. cum alijs limitationibus: vt dixi in d. l. magnam. cum aliis tribus vel quatuor quas ponit Soci. in tracta. regula. fallen. 90. Et hæc videtur causa quare de necessitate extra iudicium de-
35 bitor interpellandus non est: † istud tamen totum econtra bene procedit, videlicet, quòd instante die solutionis debitor interpellare debet creditorem, & ire ad domum suam protestari quod est paratus soluere: vt tenet Alex. in consi. 120. ponderatis. col. fi. in 5. vol. alle. l. ij. in fi. C. de iure emphy. & Bart. in l. item illa. de consti. pec. licet contrarium circa hoc teneat
36 Io. de Ana. in consi. 5. † Et ista omnia procedunt in interpellatione diei, quæ statim in mora constituit: secus in interpellatione hominis non, in qua prius constituitur debitor in mora quàm potuerit se præparare ad soluendum secundum Bal. no. in c. 1. de no. for. fideli. quem refert & sequitur Alexan. in l. j. §. item si ita. col. 2. circa fi. ff. ad l. fal. Ista tamen interpellatio hominis extraiudicialis maximum effectum producit: vt dicit hic Ias. & Aret. quia ubi alias non facta ista interpellatione debitor conuentus in iudicio statim confitens euitat expensas: secus si non confiteretur, prout dicit Bald. in authen. contra qui. in fi. C. de non nu. pecu. & Innocen. in capit. querelam. de procur. de quibus doct. hic non faciunt mentionem: tamen ubi procederet ista monitio siue interpellatio iudicialis: licet postea debitor in iudicio confiteretur, non euitat expensas. ita tenet no. Abb. in c. 2. & in 2. colum. de accusa. ubi per mod. Io. de Ana. in c. licet hely. in 4. colum. de simo. Ludouicus Roma. in singulari. 316. incip. alio sero. cum concord. ut per Felin. in c. nouit. colum. fin. extra de iudi. ubi ponit alium effectum istius interpellationis extraiudicialis, de qua in d. l. quidam hiberus. hic alle. in glo. Et hanc eandem cautel. cum omnibus quæ circa ea dicit Ias. hic unà cum dicto Bald. in l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expen. reassumit idem Ias. in l. certi condictio. in princip. in 2. colum. ff. si cer. pet. Et iste est unus effectus interpellationis extraiudicialis quæ potentior est quàm interpellatio iudicialis, quicquid dicat hic Ias. ut ex prædictis patet. alium effectum ponunt Moder. Ticinens. in l. si creditores. in fine principij. C. de pactis. scilicet quòd si sunt plures debitores insolidum obligati, & creditor interpellat unum extraiudicialiter, ut sibi soluat suam ratam partem, intelligitur inducta diuisio: secus si iudicialiter interpellaret, & de ista interpellatione iudiciali & extraiudiciali uide latè Aret. in consi. centesimo quinquagesimo. Vlterius aduertatis quòd interpellatio extraiudicialis de qua suprà dictum sufficit quòd quo quo modo fiat: unde poterit fieri per uerba deprecatiua uel enunciatiua: & nihilominus inducetur idem effectus. ita Alexander in l. secunda. §. uoluntatem. in quinta colum. ff. sol. matr. & notatur per Bart. in l. prima. in princ. in 3. quæstione. ff. de ope. no. nuntiatione.

SVMMARIA SVPER §. SEQVENS.

1 *Omnis actio realis rei persecutoria est, sed ascendens ex cōtractu vel quasi contractu aut, ex maleficio est, vel rei persecutoria, aut pœnalis, aut mixta.*

2 *An & quando sub simplicibus contineatur mixtum. num. 3. 4. 5.*

Quod principaliter fit, attenditur. limitatur vt ibidem.

3 *Expressio quæ fit causa maioris claritatis & intelligentiæ non nocet.*

Verba prolata ad tollendum dubitationem, tolerantur, licet sint superflua.

4 *In dubio casus mixtus sub simplicibus comprehenditur, ratione de qua ibi.*

5 *Dictio, omnis, nihil excludit.*

6 *Expressum illud dicitur, quod verbis specialibus designatur.*

Quando expressio specialis pro forma requiritur, non sufficit generalis, secus verò si non requiratur pro forma quia tunc sufficit generalis.

7 *Propter euitandam absurditatem casus mixtus sub simplicibus continetur.*

8 *Omnis actio in rem dicitur rei persecutoria, sed non omnis actio in personam.*

9 *Actio depositi, licet regulariter sit ciuilis, tamen in quatuor casibus hic expressis dicitur prætoria.*

Actio depositi duplex est, videlicet directa & contraria, decla-

declarando vt ibi.

10 *Iniuria quæ fit Deo, est popularis, & quot modis fiat. ibid.*

Interdicta sunt personalia in rem scripta. ibidem.

11 *Certi condictio specialis ex stipulatione an detur.*

An pluralitas actionum factorum & sententiarum præsumatur. ibidem.

12 *Quotuplex est certi condictio quæ datur pro mortuo.*

Diuersitas actionum cognoscitur ex medio concludendi, intellige vt ibi.

An certi condictio generalis & specialis habeant eundem modum concludendi.

Declaratur l. v. §. conuentionales. ff. de verb. oblig. & l. a Titio. eod. tit.

13 *Qualiter differant commodatum & precarium. vide remissiuè.*

§. SEQVENS. Iste † trimembrem diuisionem continet, secundum quam in tres partes potest diuidi, & quælibet de per se legi. In prima parte enumerantur actiones descendentes ex contractu. In secunda parte quæ descendunt ex maleficio. In tertia quæ descendunt ex quasi cõtractu: & hanc tertiam speciem nullus considerauit: & hac de causa Ias. diuisit istum textum in duas partes. secunda ibi ex maleficiis. quæ pro §. multoties allegatur. Tertia ibi, item mixta. quæ etiam pro §. aliquando notari solet. & quòd ista tertia pars de mixtis ex quo contractu loquatur, patet in §. hæres quoque. suprà de oblig. quæ ex quasi cõtractu.

1 † Hic tex. summatur secundum me sic: Omnis actio realis rei persecutoria est, sed descendens ex contractu vel quasi cõtractu aut ex maleficio est vel rei psecutoria, aut pœnalis, aut

2 mixta. h. d. vsq; ad §. quædam. † No. j. secundum Ias. quòd mixtũ non continetur sub simplicibus. patet hic: quia mixta species de per se consideratur. In contrarium tamen facit tex. in §. omnium. suprà eo. vbi mixtum sub simplici cõprehenditur: vt ibi etiam no. glo. quam omnes sequuntur. & licet dicat hic Ias. ibi dixisse: non tamen resoluit istam contrarietatem, neque de ea facit mentionem. Et ideò vos potestis respondere dupliciter. Primò, quòd licet in d. §. omnium. sub simplicibus mixtũ comprehendatur, illud est: quia militat eadem ratio in mixto: quo casu siue simus in fauorabilibus siue odiosis propter identitatem rationis casus mixtus comprehenditur: vt no. Are. qui hanc regulam ponit in l. si ita scriptum. ff. de libe. & posthu. sed in §. nostro casus mixtus consideratur diuersimodè, vt puta ex contractibus & ex maleficijs in quibus diuersus effectus & diuersa ratio producitur: vt patet hic in tex. nostro. Et ideo mixtum sub simplicibus non comprehenditur. Comprobatur hoc ex his quæ notabiliter dicit Decius in l. rogasti. in pe. colum. ff. si cert. pet. vbi dicit, quòd licet regula sit, quòd illud quod principaliter agitur, debeat attendi. l. si quis nec causam. eod. tit. tamen illud procedit quando illud quod secundariò consideratur, se non compatitur. secus verò si compatiuntur. & pro hoc allegat illud quod hic dicimus de mixto separato: quia debet iudicari principaliter de p se ut simplex pars arg. §. si vero per mixtæ. in auth. de nõ eli

3 gẽ. cũ concor. vt ibi per eum. † Vel secundò posset dici quòd casus mixtus bene comprehenditur sub simplici. d. §. omniũ. sed hic fit expressio causa maioris claritatis & intelligentiæ: quo casu talis expressio non obuiat dictæ regulæ. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & argen. lega. l. testamen. vbi Ias. in vltimo not. C. de test. & ideò dicit Abb. in c. solitæ. in gl. tanquam. de maio. & obe. quòd verba prolata ad tollendam dubitationẽ tollerantur, licet sint superflua: & pro hoc est glo. in l. certi condictio. in principio. ff. si certum petatur. cum concordan. vt tradit Decius in l. quæ dubitationis. ff. de regu. iur. & ideò secundum regulam d. §. omnium. ista species mixta sub simplicibus comprehendi deberet: tamen si exprimitur, non per hoc vitiatur illa regula: quia fit expressio ad maiorem cautelam. l. qui mutuam. ff. manda. Sed maior ex hoc oritur difficultas ex eo, quia tex. in dicto §. omnium. videtur in dubio loqui nulla facta prouisione de casu mixto, quo casu est doc. Barto.

4 communiter approbata. in l. ij. in prin. de verb. oblig. † quod in dubio casus mixtus sub simplicibus nõ comprehendatur: & ratio istius dicti videtur, licet ipse non ponat, quia in dubio à proprietate verborum non est recedendum. l. j. §. is qui nauem. ff. de exerci. l. j. ff. de fonte. sed ex proprietate sermonis mixtum sub simplicibus non continetur. l. quid ergo. §. quod ait Prætor. ff. de his qui no. infa. l. si ita scriptũ. de lib. & post-

5 hu. igitur &c. † Sed tu poteris respondere quòd in d. §. omniũ, satis cõprehenditur ex illa generali expressione, nã loquitur ibi tex. per dictionẽ vniuersalẽ, omnis, quæ nihil excludit. l. 1. ff. de aur. & arg. leg. & l. Iulianus. de leg. 3. c. j. de cõst. cũ si. vt ibi dixi: ergo dum dicit tex. omnium actionum diuisio in duo genera deducitur: igitur videtur casus mixtus cõprehẽdi tanquã expressus: & ita intelligit Bar. d. §. omniũ. in l. ii. in prin. ff. de ver. ob. Sed contra hoc posset iterum instari & dici q in d. § omniũ, nõ sit expressio casus mixti sub illis verbis genera-

6 libus: quia † expressum illud dicitur quod verbis specialibus designatur. l. apud Labeonem. § hoc edictum. ff. de iniur. capitulo, inquisitores. vbi gloss. de hæret. libro 6. cap. si episcopus. & ibi gloss. declarat de præbend. eod. libro. Sed breuiter dicas quòd ista iura procedunt quando expressio specialis requiritur pro forma, quia eo casu non sufficit expressio in genere, secus vero si pro forma non requiritur, quia tunc bene sufficit generalis. l. sancimus. §. omnem. C. de administratio. tutor. Bar. in l. prætor. ff. de ope. no. nuncia. Et ita concordat. ista iura Felin. licet in alio proposito in cap. translato. in 2. columna, de constitut. Et quamuis multa hincinde possint dici quæ posui in d. l. sancimus. & in repet. mea in cap. 1. de constitut. libro 6. tamen quia extra propositam quidem materiam viderentur, ideo omittam, circa quæ Nouissimi multum certant in l. 1. ff. de vulga. & pupi. tamen pro nunc istud teneatis: quia ex quo in casu mixto non requiritur specialis expressio sufficit generalis, quæ colligitur ex dicta dictione, omnis, posita in d. §. omnium. de cuius natura est comprehendere plures casus etiam dissimiles ut Aret. tradit in l. 1. §. sed si mihi. ff. de ver. ob. & mod. Rhegienses in repe. §. Cato. fo. 6. & idẽ Aret. in l. centurio. in glo. paganus. ff. de vulg. & pupil. & in l. hæres. in prin. ff. de acquiren. hære. post Bar. in l. moschis. ff. de iu. fis. cũ aliis, vt per Corn. consil. 237. viso. 3. lib. quæ addenda sunt ad

7 ea quæ dixi supra in §. 1. Vel † tertio possetis respondere illud ideo esse, vt euitetur absurditas: nam propter eam euitandam casus mixtus sub simplicibus comprehenditur, vt not. Bartol. in d. l. ii. seqnitur Ias. in d. §. omnium. numer. 27. Et circa istam materiam mixti vide quæ dico infra in §. ex male-

8 ficiis. in primo notabili. † No. secundo secuudum Angel. hic regulam generalem, quòd omnis actio in rem dicitur rei persecutoria: sed non omnis actio in personam. l. actio. ff.

9 eod. † Not. tertiò ex isto tex. quòd licet actio depositi regulariter sit ciuilis, tamen in quatuor casibus hic expressis dicitur prætoria, videlicet quando quis propter metum tumultus vt incendii, ruinæ, uel naufragii rem suam penes aliquem deposuit, & est duplex, directa, & contraria. directa prætoria est quando ille qui deposuit, agit contra depositariũ, ut rem restituat, in prædictis quatuor casibus. l. 1. §. 1. & l. quod tumultus. ff. deposi. & ista à principio est in simplum & sic rei persecutoria, sed quando depositarius nollet reddere res apud eũ depositas, tunc est mixta & datur propter dolum illius in duplum computata re, & sic est rei persecutoria, vt pœnalis. contraria vero depositi actio prætoria datur depositario in eisdem quatuor casibus de quibus in text. contra deponentem ad recuperandum expensas factas per depositarium in re deposita, & datur vtroque modo contra hæredes eorum in dictis casibus, sed extra istos casus de quibus dicitur, ciuilis est: & rationem diuersitatis ponit gl. in verbo depositi. in §. actio-

10 num. infra eodem. † Gl. mixtæ. Ex ista gl. collige quòd remedium istius actionis rei persecutoriæ competit vnicuique de populo, quando aliquid fit in loco sacro ad diminutionem loci ea ratione. quia iniuria quæ fit Deo quemlibet de populo tangit, & sic est popularis. l. Manicheos. C. de hæreti. & ista iniuria fit Deo multis modis, ut habetur in cap. conquestus. de fo.

de fo. compe. & latissime omnia declara & prosequere ut per Feli. in c. cum sit. eodem tit. & quis possit agere iniuriarũ, an prælatus nomine suo, uel nomine ecclesiæ pro rebus inuasis, dic ut hic per Are. & late per Feli. in c. doceri. de rescrip. Sed modò aduerte, quòd ista conclusio gl. quæ ab omnibus approbatur non uidetur uera ex eo, quia pro eo quod fit in loco sacro proditũ est proprium remediũ, scilicet actio in factum ex alio edicto, ne quid in loco sacro fiat, ut in l. 1. & ii. ff. eo. ti. & in l. ii. §. interdicta. ff. de interdic. ex qua actione restituitur opus in pristinũ statum, ut ibi dicitur: & sic non est uerũ quòd competat actio rei persecutoria, cùm iure non caueatur: quia loca sacra in nullius bonis sunt: ut in §. sacræ, suprà de re. diui. & actio rei persecutoria cõpetit habenti ius in re: vt patet ex illo verbo rei persecutoria: nã est casus genitiui, qui secundũ cões regulas denotat dominium vel ius in re. vt tradunt docto. in rub. ff. de ope. no. nũ. per tex. in l. ij. in prin. ff. de reli. & istud mihi videtur verius, quicquid doc. hic dicant. Nec obst. ratio gl. quia illa est sufficiens, vt detur actio in factũ ex supradicto edicto, non vt nouum genus actionis inducatur. sic ergo concludendũ est, quòd remedium istius tex. in prædicto casu non competit, cùm sit remedium reale: sed interdictũ quod competit ne quid in loco sacro fiat, est in rem scriptum sicut & alia interdicta. l. j. §. interdicta. ff. de interdictis. & sic sunt origine psonalia, licet cũ illa adiectione: ut tenent Mod. in rub. ff. si cer. pet. & tenet Ias. supra in §. j. nu. 7. ergo tanquam species diuersæ non possunt ad idẽ cõpetere maxime cum de remedio

11 istius tex. tali casu non reperiatur cautum.† Glo. in ver. petit actor. concludit vnũ quòd quando quis petit certam pecuniã ex causa mutui, datur certi condictio generalis: quando verò illa promissa est per stipulationem, agitur certi condictione speciali ex stipulatione. hoc probat glo. per tex. in l. si quis certum. ff. si cer. pet. & suprà de oblig. in prin. qui text. ad hoc idẽ allegatur per Bar. in l. certi condictio. in prin. ff. si certum petatur. & sequuntur ibi & hic communiter doc. & hoc idem tenet Bart. in l. j. col. fin. uersi. aliud exemplum. ff. de condi. ex lega. & in specie ad probandum istam communem opi. Bar. põderat tex. hic in rub. ff. si cer. pet. in pe. col. dum loquitur in plurali, quibus mutuam &c. quasi innuat, quòd duæ sunt certi cõdictiones. Sed ad istam ponderationem respondent nouissimi in d. l. certi condictio. in ij. col. & ẽt ad iura hic allega. per glo. Et ita mihi contraria opi. videtur de iure verior vno motiuo vltra ipsos: nam quòd ex mutuo oriatur certi cõdictio, hoc ideo est, quia materia ad hoc habilis & subsistens reperitur, neque contractus repugnat, vt id efficere possit: sed in stipulatione est contrarium dicendum ex eo, qui a contractus stipulationis non est aptus ad porducendam actionem specialem, cum sit stipulatio introducta ad confirmationem & robur aliarum obligationum. l. v. §. conuentionales. ff. de verb. obl. non autẽ tanquam persistens de per se. cum igitur non habeat per se existentem materiam, sequitur quòd ex ea specialis actio oriri non potest: ut in l. iuris gentium. in prin. ff. de pac. præterea in dubio pluralitas actionum præsumi non debet. vt dicit Bal. in l. neque natales. col. 2. C. de prob. quem sequitur Decius in capitulo in præsentia. in 9. notab. de proba. & eodem modo pluralitas sententiarum etiam non præsumitur, ut dicit Salic. post Bal. in l. ij. C. de erro. aduo. neque etiam testamentorum pluralitas in dubio arguitur: ut in l. omnium. vbi no. glo. C. testa. & idem est in pluralitate factorum: ut dicit Bal. in l. qui iurasse. §. fin. ff. de iu. iur. cum simi. vt per Ias. in d. l. ij. colum. 2. num. 7. C. de bon. pos. secundum tab. & eodem modo etiam pluralitas stipulationum præsumitur: ut tradunt doc. in l. scire debemus. ff. de verb. obl. & Feli. in c. cùm Ioan. in 2. col. de fide instr. videmus etiam quod Iurisconsultus non præsumitur multiplicare remedia: vt in l. j. §. j. & ij. ff. ut leg. nomi. caue. si igitur ista vera sunt, clarum est quod in proposito nostro non reperiretur nisi vnica certi condictio generalis, de qua in l. certi condictio. in princi. ff. si certum petatur ex quo in dubio plures actiones vel remedia non præsumuntur inducta, nisi sint expressa. & in casu prædicto nullus est tex. qui de condictione certi speciali faciat mentionem. & cum ista opi. per alias tamen rationes tenent Vltramontani, vt refert Bar. in d.

12 l. certi condictio. in prin. videlicet † quod vna tantùm sit certi condictio generalis, & non duæ certi condictiones, videlicet generalis & specialis. Et inter alia illud est inefficax fundamentum illorum ad quod Bar. iudicio meo non rectè respondit, quòd diuersitas actionum cognoscitur ex medio cõcludendi: prout late vltra adducta ibi per eos & alios tenet Abb. in c. fin. de iudi. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. in j. col. ff. de lib. & posthu. & in consi. 117. in 2. volu. de quo est text. in l. non debet. ff. de dolo. Sed certi condictio generalis & specialis habent idem medium concludendi: ergo non sunt diuersæ sed una & eadem. Bar. in l. certi condictio. respondet ad hoc, dicens quòd imò habet diuersa media concludẽdi ex eo, quia in condictione certi medium concludendi in libello est, quia certum: sed in speciali certi condictione, quia mutuauit: & propterea sunt diuersæ. Ista so. Barto. ibi communiter reprobatur per doctr. eiusdem in ea. l. col. penul. dum concludit quòd idem est medium in vtraque. & doct. non aliter respondent. Sed tenendo opin. Barto. & communem ego ad illud fundamentum respondeo, quòd illa regula, videlicet quòd diuersitas actionum cognoscatur ex medio concludendi, procedit inter actiones speciales: secus ubi concurrit generalis & specialis: quia tunc potest esse quòd sit idem medium concludendi, & quòd sint duæ actiones. casus est notabilis de hoc in l. item apud Labeonem. §. hoc edicto. ff. de iniuriis. facit quod no. Bar. in l. j. §. hoc autem edicto. ff. de ope. no. nun. Et per hoc remanet communis opin. firma. Ad alia fundaméta Vltramõ. respondent satis bene doc. in dictis locis: vbi videas. Non obstant etiam ea quæ superius dicta sunt, videlicet quòd stipulatio non est apta ad producendum actionem specialem, cum sit inuenta ad roborandum alios contractus: & hinc est quòd stipulatio sine causa, id est, sine contractu non valet. l. à Titio. ff. de verborum obli. cum simi. quia respondetur quòd illud est falsum: quia stipulatio etiam de per se subsistit etiam sine alio contractu: ut in l. prima. & per totum titulum. ff. de verbo. obliga. & enumeratur tanquam species de per se: vt patet in §. & ex hoc iure iuncta glo. suprà de iure naturali. & dicit Bal. in l. si ex pretio. in prin. post Cyn. C. si certum petatur. quod est efficacior contractus quàm sit in iure & ad hoc bene facit text. in l. j. §. conuentionis. ff. de pactis. & in l. consensu. ff. de actio. & obligatio. & quod sine causa fieri non possit hoc non de contractu intelligendum est, sed de indiscreta quadam rerum suarum iactatione: requiri igitur tractatum: vt l. Titia. ff. de verbo. obligatio. quod si de istis non constet, valebit in vim donationis, vt tenet Bar. ĩ l. nuda. col. j. ff. de do. Bal. in l. fin. in v. oppo. C. si certum petatur. & idem Bart. in l. ij. §. circa. ff. de excep. doli. Sed istud vltimum non teneo pro constanti. propterea quæ contra Bart. adducit Alexand. in consil. 19. in his quæ in themate. in j. colum. in 4. volu. vbi respondet motiuis Barto. & dicit esse communem opin. contra eum. Et ideo dico tibi stipulationem sine causa ideo non valere: quia est contractus multum delicatus. vt patet in l. j. & in §. si quis. & §. si ita. eodem titulo. vel ea ratione de qua per Alexand. in d. l. à Titio. & istam opin. tanquam communem vltra prædicta reperio, quòd tenet Ias. in l. rogasti. §. si à furioso. ff. si certum petatur. tamen rectius & firmius cogitanti prima opi. mihi videtur solidior, quæ per ista non sufficienter videtur eneruari: quia cum stipulatio sine contractu & sic sine causa esse non possit intelligendo de conuentionali, cum ad robur cõtractuum sit inuenta, vt suprà dictum est, non videtur de se sufficiens, vt certi condictionem specialem induceret: quæ non erat necessaria, cum non sit contractus de per se, sed adiectio aliorum contractuum: vt tradunt Alexan. & Ias. in d. l. v. in

13 prin. † Circa alia cumulata hic per mod. circa materiam libellorum istarum actionum, quia moris mei non est formas libellorum prosequi in tractatu quæ ampliari & restringi possunt pro libellantis arbitrio, vt communis habet experientia: ideo omitto, & videatis diffusius omnia quæ traduntur per Ias. circa libellum mutui, per eundem & Nouissimos in d. l. certi condictio. §. si nummos. & ibi dixi. Item circa differentias quas hic Ias. prosequitur inter commodatum & precariũ, videatis omnes doc. post Bart. in l. ij. ff. si certum petatur. in princ. & ibi dixi vltra alios. modò pro comprobatione dictorum hic per Ias. vltra ibi dicta adde Alexan. in l. si quis antea. in princip. in 2. colum. ff. de acquir. pos. & per Ioan. Ignei. late in repe. l. contractus. in 10. col. ff. de regulis iuris. & per Deciũ ibidem

ibidem in 5.colum.& per eundem Ias. in l. 3. §. ex contrario. in 4.colum.ff.de acqui. pos. In reliquis dic vt hic per Ias. quibus plura addenda essent nisi ab instituto proposito longius diuagarer.

SVMMARIA SVPER §. EX MALEFICIIS.

1 *Mixtum dicitur illud quod, participat de duobus simplicibus declarando vt ibi latè.*

2 *An quando pro furto imponatur pœna corporalis. num. 3. 4.5.vsque ad 14.*

3 *Pax debet fieri quando bellum sine iniuria inter partes interuenit.*

Pax non rumpitur furto.declaratur vt ibi. & nu. 5.

Intellectus §. si quis quinque solidos. de pace tenen. ibidem.

Pax non rumpitur per adulterium commissum cum vxore illius cum quo pax facta fuit.

Pax non dicitur rumpi, nisi offendaris in casu antiquæ inimicitiæ super quo facta fuit pax.

Per raptum etiam filiæ cum persecutionibus illius, non dicitur rumpi pax.

4 *Fur consuetus furari si deprehendatur in vltimo furto, debet furca suspendi.& ratio ibi assignatur.*

Ex qualitate pœnæ arguitur grauitas delicti.

Peccatum veniale ex vsu fit mortale.ibidem.

5 *Intellectus non dicitur diuinatiuus ex quo declaratur per alia iura.*

Intellectus licet conueniat titulo, non debet admitti quando continet absurdum & contra regulas iuris.

Plura iura ponit sub rubricis quæ non conueniunt titulis.

Lex debet intelligi secundum titulum.ibidem.

Iurisconsulti vt plurimùm in primis et secundis legibus tit. exponunt substantiam illius.

6 *Propter vtilitatem personæ regulæ iuris transgrediuntur.*

7 *Iudex in dubio præsumitur secundum iuris ordinem processisse: non autem de facto, nisi contrarium probetur.*

Intellectus l.penultimæ.ff.de condictione ob causam.

Iniuria nasci non debent, vnde iura nascuntur.

Princeps nunquam præsumitur de facto procedere.

Officium publicum bonæ fidei præsumptionem inducit.

8 *Quotiescunque in aliqua lege aliquis casus proponitur, præsupponitur quòd omni ex parte habilitas concurrat.*

9 *Iustitia æqualiter obseruari debet erga magnos & paruos.*

10 *Publicus latro furca debet suspendi.*

11 *Maritus statuto permittente occidens vxorem deprehensam in adulterio, videtur renuntiare lucro dotis quod deberet habere propter illud adulterium si eam non occidisset, licet licitè fecerit.*

Fur nocturnus potest occidi ne delictum remaneat impunitum, cùm postea cognosci non posset. idem in bannito.

Occidens furem nocturnum surrogatur in locum iudicis.

12 *Fur deprehensus in trino furto potest ad pœnam condemnari. intellige & declara vt ibi.*

Plura verba iniuriosa vno contextu non faciunt conuitium: secus si ex interuallo.

Si plures res vno contextu donantur, vna erit insinuatio, si legitimam summam transcendant tanquam sit vna donatio, secus si diuerso tempore.

Si domesticus hodie furatur vnam rem paruam & cras aliam, quòd punietur de delicto magno.

13 *An pro furto magno æquipollenti tribus possit imponi pœna mortis, sicut dictum est de tribus furtis.*

Declaratur. l. si qui tres. §. penultimo. ff. de excu. tutorum.

In pœnalibus non debet fieri extensio ad casum non expressum.

Quis debeat magis puniri subtrahens rem vilem, an subtrahens pretiosam.

Quis grauius peccet cognoscens mulierem pulchram, an cognoscens turpem.

Vbi quis magis delectatur & moratur, plus peccat.

14 *An pœna dupli vel quadrupli habeat locum in foro conscientiæ.*

15 *Pœna vi bo. rap. est triplum extra rem, computata verò est quadruplum.*

In fure manifesto totum quadruplum de quo hic, est pœna, & sic fur manifestus qui minus delinquit, plus punitur quàm vi bo. rap. & rationem assignat.

Contractus emptionis an sit frequentior mutuo. ibidem.

Occidenti vxorem maior pœnitentia imponitur quàm occidenti matrem, ratione de qua ibi.

Quare fornicatio simplex magis puniatur in clericis quàm cætera crimina grauiora.

Quare fur diurnus non manifestus non potest occidi.

Declarantur l. furem. ff. de sica. & aliæ plures. ibidem.

16 *Contra negantem actio l. Aquilæ competit ad duplum, limitando. vt 17.18.19.*

Variæ pœnæ in pluribus casibus dantur contra negantes. de quibus vide remissiuè.

Pœna quæ ex negatione vel mendacio resultat, accidentalis est, & extrinseca & ideo non venit petenda ratione primæ obligationis. declarando vt ibi latè.

Lex si.ff.de rei vendicatione.limitatur, vt ibidem.

Fideiubens pro alio pro certa quantitate soluenda non tenetur ad pœnam quæ ex contumacia vel negatione illius resultaret.

Stante statuto, quòd dans auxilium, puniatur eadem pœna qua principalis, si pœna postea per contumaciam vel aliter fuerit aucta, ille non teneretur.

Statuto dictante, quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio, non tenetur soluere pœnam quadrupli, quæ per aliud statutum esset posita non soluenti intra mensem.

18 *Licet non respondens positionibus habeatur pro confesso, tamen fallit quando quis poneret scienter falsum.*

Tex.in l. 2.§.quòd si actor.C.de iuramen. calum. puniens nolentem iurare, non procedit quando libellus esset ineptus, vel non concludens.

Lex, damus. C. de fal. declaratur & ampliatur. An ex actu nullo quis puniatur.

20 *Plus punitur qui palam delinquit quàm qui clam, ratione de qua ibi. & nu. 21.*

Aliquando peccata occulta magis puniuntur, vt hic.

An plus punitur disputans de fide catholi. publicè, quàm occultè. num. 22.

Quando actus dicatur fieri clam & quando palàm: vide remissiuè.

Debitor

Debitor hodie non potest esse tutor pupilli.
An & quando furtum permittatur, & etiam homicidium.
23 *Pœna istius §. habet locum in differente soluere legata.*
Dispositio istius textus, an habeat locum in Iudæis. ibidem.
Declaratur & limitatur l. Christianis. C. de Paganis. ibidem.
An raptor & fur manifestus differant. ibidem.
Noui intellectus ad l. si vendidero. §. cum raptor. ff. de furtis, ibidem.
24 *Iusta causa dilationis excusat à pœna tam legali quàm conuentionali, & à dolo & à mulcta. & quid de iniusta. nume. 25.*
25 *Difficultas excusat à periurio & non à pœna.*
Specialia non sunt multiplicanda.
Licet iniusta causa excuset à dolo, non tamen à contemptu nec à lata culpa, neque etiam à poena legali vel statutaria: quia requiritur iusta causa. vide tamen nu. 26. & 29. 30. 31. 32. & 33.
27 *Transgrediēs canonem ex concupiscentia, vel ira, aut alia causa etiam non iusta, non punitur de contemptu, etiam si illa causa iniusta bestialis sit.*
Contumacia propriè non est crimen.
Dolus est propriè delictum.
28 *Causa iniusta præstat bonam fidem. intellige si probetur. 29. & an prosit ad præscribendum. 34. prodest etiam ad faciendam fructus suos. 35.*
31 *Qui potest legitima exceptione repelli, dicitur obligatus ad non petendum.*
35 *De iure canonico hodie potest præscribi longissimo tempore cum sola bona fide sine titulo.*
36 *An sit vera glo. hic inquantum vult quòd si ecclesiæ soluatur indebitum non potest repeti.*
Ecclesia est cultrix iustitiæ, & alteri præiudicare non vult.
Ecclesia non ditatur cum aliena iactura: nec succedit in aliquod turpe lucrum.
37 *Non tantum fauendum est locis pijs, vt alijs iniustitia fiat.*
Ecclesia non exigit aliquod vltra iustum pretium neque poenas legitimas puta dupli vel quadrupli.
38 *In pertinentibus ad ecclesiam, imperatori non est data authoritas imperandi, sed necessitas obsequendi. declarando vt ibi.*
39 *Quod dicitur hic in gloss. quòd si hæres non habeat vnde soluat, debeat luere in corpus, non procedit in ecclesia quæ non requirit amplius à debitore quàm facere possit, & non habeat pœnam temporalem, sed spiritualem.*
40 *An si ille qui negauit relictum esse factum ecclesiæ, & postea poeniteat & confiteatur esse relictum, releuetur per confessionem à pœna de qua hic. numero 41. 42. 43. 44.*
41 *Pœna dupli de qua hic, ideo habet locum, quia actor grauatur onere probandi.*
42 *Quando poena imponitur habito respectu ad aliquem finem & non ad principium actus, semper poena poenitentia tollitur.*
43 *Stante constitutione episcopi quòd omnis contractus vsurariorum censeatur de duplo si vsurarius restituat vsuras, per illam præsentiam non solum euitat poenam, sed etiam tabletur nomen vsurarij.*
44 *Licet filia quæ peccauit in corpus, nec ali nec dotari debeat à patre: tamen si agit pœnitentiam debet ali & dotari. idem in filio qui propter ingratitudinem pot erat exhæredari.*
45 *Per simulatam pœnitentiam non debet deludi prouisio legis.*
46 *Scholaris qui fuit priuatus matricula, quia fuit inobediens rectori, si pœnitet debet recipi in matricula.*
47 *An semel malus desinat esse malus per pœnitentiam. vide remissiuè.*
Habito fine non est curandum de modo. ibidem.
49 *Dilatio solutionis non facit committere pœnam, nisi ad iudicium quis trahatur.*
Dispositio l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. restitu. non est necessaria. ampliatur nouiter. ibidem.
Dispositio l. si C. de sacrosan. eccle. in quibus casibus procedat. ibidem.
50 *Fauore religionis & reipublicæ debet fieri extensio.*
Priuilegia an extendi debent extra casus expressos. ibidem.
Priuilegia concessa principali, conceduntur eius seruitoribus. ibidem.
51 *Fiscus ecclesiæ Romanæ maior est Imperatore.*
Ecclesijs multum est fauendum. limitando vt ibidem.
Ecclesia debet esse cultrix iustitiæ. ibidem.
Relictū Deo vel Sanctis an habeat priuilegium istius tex. ibidem.
Ecclesia in dubio debet intelligi de maiori. ibidem. & de qua ecclesia intelligatur. latè ibidem.
Regula quòd verba debent capi in potiori significatu, limitatur. ibidem.
53 *Intellectus l. Titia. §. fin. de aur. & argen. lega. latius discuntur ibidem.*
Relictum ecclesiæ debetur pauperiori. ibidem.
54 *Relictum imagini depictæ in muro, cui debeatur.*
Hæc est secunda pars. §. sequens. aliàs allegatur pro .qui diuiditur & summatur: vt hic per doct.

§ EX MALEFICIIS. Not. primò secundum Ange. hic, quòd mixtum dicitur illud quod de duobus simplicibus componitur: de quo fuit supra dictum in princip. §. sequens. & not. omnes in l. Imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudi. Aduertendum tamen est, quòd licet mixtum à duobus extremis pendeat, tamen regulariter sortitur naturam alterius, non autem æqualiter producitur: vt tradit Signor. de homed. in consi. 48. incipien. quæritur. in prima columna. per text. in l. prima. §. ætatem. ff. de aqua quoti. & æstiu. & l. Titiæ textores. in tertio casu de legatis primo, facit quod not. Dyn. in regula, qui tacet. & in regula, is qui tacet. de reg. iuris lib. sexto. l. quæritur. de statu hominum. declarant Moder. post Abb. in capit. quanto. de iudi. & in casu nostro ita dicendum videtur, quòd actio mixta naturam potius pœnalis actionis quàm rei persecutoriæ sequatur, cum pœna præponderet. argu. l. in seruorum. ff. de pœnis. & in §. si quis in alia tabula, suprà de rer. dub. cum similibus. vt not. Iason in §. omnium. numer. 29. supra eodem, & Alexand. in l. quinta. in prima columna. ff. de verborum obligatio. & in consi. 121. lib. primo. Sed tamen contrarium dici potest ex eo, quia in mixtis rei persecutoriis mixtum debet denominari à minus digniori parte: vt est text. in l. hæreditatis. & ibi not. Saly. C. de petitio. hæredita. Præterea ista quæ dicta sunt, intelliguntur, nisi qualitas quæ de se potentior est, accessoriè ueniat: quia tunc in denominatione qualitas principalis attenditur. §. si tamen, supra de rerum diuidun. de quo per Feli. in c. j. de præscrip. & finaliter in ista materia potest concludi, quòd in casu mixto

mixto attenditur illa qualitas propter quam minus iuri com muni derogatur:ut no. Abb. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. in verſi. vl. noto de offi. deleg. & hoc idem in no. caſu tradit Pet. de Anch. in conſi. 36. incip. contra Io. cum ſi. vt per Rochum Curtium in tract. de iure pat. in verbo, ius. in j. q. acceſſoria vii. principalis. & per Decium in conſi. 9. aliàs. 213. viſis his. in 1. col. 2. parte & in no. q. tradit Georg. natam repe. cle. ſæpe. §. quia. in 4. & 5. col. de verb. ſig. & Alex. in l. 2. circa fi. de leg. j. & in l. v. in 1. col. ff. de verb. obl. & in conſi. 21. in 1. volu. Abb. in rub. de except. & in c. j. de iure pat. facit quod dicit Bal. no. in tractat. dotis in 6. parte. in 37. ſpeciali circa fin. cum multis aliis concor. vt dixi in cap. ꝙ in dubiis. de conſecra. ecle. vel alta. & vide prò & contrà Signorel. in d. conſil. 48.

2 † Not. ij. ſecundum Iaſ. hic, ꝙ pro furto ſiue manifeſto, ſiue non manifeſto non imponitur de iure aliqua pœna corporalis, ſed tantum pecuniaria dupli vel quadrupli. authenti. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit. tenet Alexand. in conſi. 5. in caſu inquiſitionis col. fi. lib. j. & conſi. 135. circa primũ col. pe. eo. lib. & Bar. Veron. in cõſi. 80. quod eſt in ordine finale, col. pe. nu. 6. & Alexan. conſi. 110. ſtante ſtatuto. in fin. lib. 4. Fallit tamen iſta regula ſecundum Angel. hic in tribus caſibus in quibus pro furto pœna mortis imponitur. primus eſt in c. j. §. ſi quis quinque ſolidos. de pace tenenda. vbi pro furto quinque ſolidorum laqueo quis ſuſpenditur. Sed tamen ad illum tex. rñdet idem Ang. hic & ſequitur Iaſ. ꝙ ideo ibi pro furto imponitur pœna mortis: quia vnà cum furto concurrebat fractio pacis ſecundum naturam tituli: & ideo ſtãte duplici delicto, meritò aggrauatur pœna. & iſtum intellectum ad d. §. ſi quis quinque ſolidos. dicit veriorẽ Bar. Veronen. in repe. auth. ſed nouo iure. in 2. col. C. de ſer. fug. & ante ipſum hoc idẽ tenent Aluarotus & Præpoſitus in d. §. ſi quis quinque ſolidos. & Iaſ.

Sed ists non obstan. opi. glo. est verior: quam in primis tenet Rofre.doctor antiquus qui super d.l.christianis. longam philateriam texit finaliter concludens quòd non debet iudæis concedi remedium istius text.ad quadruplum : quia facultas agendi non debet illis competere nisi in casibus expresis, cū priuilegijs sint indigni. & istam opinio. tenet Ioan.de Ana.in capitulo sicut in princip. & in prima & secunda columna,extra de Iudæ.vbi ponit formam libelli qua debet iudæus agere in terminis dictæ l. Christianis. & hoc latius prosequitur Ioā. Andr. in additioni.ad Specu.in titu. de iudæ.vbi singulariter post Rofre.limitat dictam l.Christianis. procedere in reb.mobilibus per verba illius text. ibi dum dicit , diripuerunt bona & abstulerunt &c.quo casu competit iudæis actio in duplum ex illa lege . secus verò si violentia illata fuisset circa bona immobilia:quia tali casu competeret communis actio : cùm iudæi iure Romano vtantur in casibus non prohibitis. dicta lege iudæi.quod est multum notandum. & istam limitationem ad literam approbat Ioann.de Anan.in capitulo,& si iudæos columna penultima.extra de iudæis.

Non obstant adducta in contrarium: quia ad illud de officio iudicis respondetur,quòd immo iudæis competit conditio ex illa l. christianis. ex eo, quia verba loquuntur impersonaliter: vt patet ibi,compellantur &c.quo casu, secundum communem regulam important actionem non officium iudicis : ut est text.in authen. sacramenta puberum.C. si aduer. uendi. cum alijs quæ tradit Bar. in l. vnica. ff. de condi.ex lege. & licet in d.l. Christianis. de offic.iudicis fiat mentio, illud est ratione executionis, non autem principalis remedii:quod patet. quia illa uerba de officio iudicis negatiuè loquuntur,& sic nō important illud officium iudicis quod datur ratione deficientis actionis:ut latius post Bart. declarat Ias. in dicta l.ubi bona iura adducunt.Neque obst.quòd Iudæi legibus communibus utuntur. d. l. iudæi.quia istud procedit in casibus à iure , expressis, per suprà dicta. & per ista fit conclusio gloss.firma, q̄ iste text. non habeat locum in Iudæis:& meritò cum deteriores sint Gentilibus & Sodomiticis: quorum genus extirpari conuenit à terra. capitulo primo.uigesimaoctaua quæstione. 1.ubi glo. in uerbo,non dimittat. & est text. in capitulo nonne.prima quæstione 1. & rationem assignat ibi glos. notabilis, quàm uideas. Secunda conclusio colligitur ex gloss.quòd raptor potest conueniri duplici actione, uidelicet ui bonorū, quæ datur ad quadruplum & actione furti manifesti, quæ datur etiam ad quædam per text.quem allegat gloss. in l. si uendidero. §. cum raptor.ff.de fur. cum ista opinione gloss.transeunt omnes reprobata opinione Placenti. de qua in princip. glo. Or aduerte antequam sigillatim magis particularia attingamus, quòd ista gl. loquitur a remotis & in casu in quo loquitur, non meruit reprehendi Placenti.ex eo, quia quæstio posita in principio glo.fuit,nunquid raptor posit etiam conueniri furti non manifesti: & ad hoc bene respondet Placent. iudicio meo: quia dicit,quòd non, si prius conuentus est ui bono.rap. & hoc dicit text.in l.prima.ff. ui bo.rapt. allegatus per eum : præterea glo.in fin.concludit contra Placentinum in diuerso casu,uidelicet in furto manifesto de quo Placenti. in principio glo.loquutus non fuit: & ideò non meruit reprehendi, cum maxima diuersitas sit inter unum casum & aliū.

Sed uideamus modò nunquid in casu in quo glo.loquitur, bene dicat.& mihi uidetur quòd non,ex eo,quia text.in dicto §. cum raptor.non dicit,quòd ille teneatur etiam furti manifesti, si recte intelligatur: & ideò pro uero intellectu illius literæ pondera duo. primo quò ad hoc ut quis raptor dicatur,& posit conueniri ui bonorum raptorum, requiritur necessariò quòd uim intulerit. item requiritur q̄ gente coadunata fuerit deprehensus.ita declarat Alexand. in consil. 103. inci. uidetur prima consideratione.in secunda & tertia colum.libr.1.& Ange.in tract.malefi.in uerbo,& uestem cœlestem. in secunda & tertia column.& habetur in l. 2.& 3. cum seq.ff. de fur. tunc sic in d.§.cum raptor.non dicitur q̄ talis intulerit vim ex eo, quia tex.dicit q̄ debet æstimari fur manifestus.unde in illo text.potuit talis esse casus,uidelicet, q̄ quis iuisset ad domum alterius causa capiendi & inferendi uim,si ibi resistentia fieret: si postmodum uel pœnituit, uel resistentiam non inuenit,& res subtraxit, erit fur manifestus non uiolentus raptor. Nec obst. q̄ text.ibi appellat raptorem : quia respondetur illud esse ad demonstrandum casum.non quod in effectu sit raptor. argumen.tex.in cle.si summus.de sent.excō.& pro hoc facit bonus text. in c.1. de conces. præben. libr. 6.!& hic primus sensus.Secundus intellectus potest dari ad §. cum raptor. uidelicet q̄ ille in effectu fuerit raptor contra quem cū acclamatum fuerit crimen effectum est manifestum: & ideo hac de causa poterit dici fur manifestus , quo ad odium sui, non quo ad effectum actionis: quia si conuentus est actione ui bonorum raptor. non poterit illa actio habere locum : per text. in lege, cum ex uno. & lege,qui seruum.& lege,quoties. §. primo. ff. de actionib. & obligatio. aliàs sequeretur, quod effectus titulorum furti manifesti,& ui bonorum raptor. confunderentur. Concludo igitur, quòd talis raptor, qui in effectu rapuit, nomine dicitur fur manifestus . vnde quo ad odium sui omnia priuilegia quæ denegantur furi manifesto , denegabuntur. Postremo inquantum gloss.ad idem allegat textum in lege, si quis domo . ille textus non facit,

ad propositum istius quæstionis: licèt in casu suo ille text. sit singularis. vt per Bal. in c.j. §.si duo.de pace ten.& in l. si quis in tantam. in pe. col. C. vnde vi. de cuius intellectu aliter disceptat Lu. Bologni. in primis suis interpretationibus super
24 illa. l. vt ibi per eum videas. † Gloss.distulerit. in princip. ibi,vel sine iusta causa &c. collige vnam conclusionem,quòd iusta causa dilationis excusat à mora.l. sciendum.ff.de vsuris. cum alijs hic alleg. in glo. & hoc etiam procedit respectu interesse: quia iusta causa excusat ab obligatione interesse. dicit glo. notabilis in l.3 §. in hac. aliàs incipit. in hac. ff.de triti. quam Bald. summè commendat in c. j. qui suc. feu. confir. in ver.pone quòd hæres.sic etiam iusta causa excusat à pœna tam legali quam conuentionali, & à dolo & à mulcta: vt latè tradit Iaso.in l. si quis id quod.per illum tex. in 7.& 8.notabili,de iu.omnium iudicum. & communiter solet ad hoc alleg. glo.in l.ab executore.in ver. perperam.C.quorum appel. non reci. cum alijs alleg. & sequitur Albertus Brunus in consilio 23. inci. vexandi non sunt. & in consi. 23. viso processu.in pe. col. & latius prosequitur Hypp. de Marsil. in l.patre vel ma-
25 rito.in 4.col.ff.de quæstionibus.† & latè Moderniores, in lege, qui Romæ. §. duo fratres.post Alexandrum ibi in 4. col. de verborum obligationi. contra quos multa disputatiuè teneri possent quæ ibi congerunt repetentes, nec satis iuridicè, quæ omitto,ne impediatur processus. Et quod dictum est,procedit etiam si iniusta fuerit:vt idem Albertus latè concludit in consilio octuagesimoseptimo. circa primum. in sexta colum. per glossam in lege prima in verbo iustis. ff. de abigeis. & Decius in consi. 52. incip.in causa inquisitionis. in pen. col. in 2.parte.& in consil. 76.incip.consultus à reuerendo &c. in fi. eo. lib. cum concor. vt congerit Rochus Curtius in tracta. de consue. siue rep. cap. fi.in 10. colum.& idem latius tradit, Iason post Alex.qui aliqualiter impugnat in l.j. §. hoc iudiciū in 3. col.per glos. ibi.ff.si quis ius di.non obtemper. & idem Iason in quodam suo consilio impresso cuius est initium, in causa reuerendi domini gentilis.in 4.col. & latius idem Iaso. prosequitur in l. qui iurasse. in princip.in j.colum. ff. de iureiurand.tenet etiam Ioann. Crotus de Monteferrato, in repet. l.nemo potest. in 17. col.de leg.j. Sed circa hoc diligenter aduerte: quia videtur, quòd iniusta causa neque etiam iusta excuset à pœna: nam clarum est ꝙ difficultas præstandæ rei est iusta causa quæ à mora excusat: vt in l.quod te.ff. si certum petatur. item excusat à periurio:vt in cap. breui. de iureiuran. & tamen non excusat à pœna etiam si nulla negligentia præcessit. casus est notabilis in l. nummis.ff.de in lit.iur.quem ibi ad hoc ponderat etiam Ias. in quinto notabili vbi laborat circa resolutionem illius: & tamen relinquit inresolutum, & si ille tex. facit contra prædicta. Aduerte si potest dici,quòd hoc ibi sit speciale in deposito, sicut & alia plura contra regulas communes in eo contractu recipiuntur: vt in l.pen.C. depositi. & tradit Ias.in l. j. in secunda column.C. de eden. facit. l. j. §. si rem. ff.eo.tamen quia specialia non sunt multiplicanda,l. j.C. de dot.promis. ista solutio non extaret. Ideò secundò potest responderi, quòd ille text. procedit quando dolo & mora debitoris non restitutæ sunt pecuniæ sua die non propter difficultatē, sed propter malitiam,vel si difficultatem fatemur, q̃ tamen ex illo text. euidenter non colligitur,ex quo erat debitum pecuniæ, non præstat difficultatem, cùm nunquàm pereat.l. incendium.C.de reb.cred.vel ibi mora & dolus dedit causam difficultati quo casu non excusat.l. si seruum. §. j. ff. de verbor.oblig. hoc tamen declaratur etiam si iniusta causa allegata fuerit ad incommodum: vt declarat no. Bart. in l. inter omnes. §.rectè. per illum text.ff.de fur. Alexand. consil. 114. in j. colum.1. volu.quod est verum, nisi contemnatur iudex,quia licèt causa iniusta excuset à dolo:non tamen à contemptu: quia requiritur iusta causa: vt probatur in c. cupientes. §. quòd si per 20.de elec.lib.6. & hoc firmat Alexan. in l.1.§.fi. in pe.colum.ff.si quis ius di.non obtempe. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 5.colum.ver.sed hæc distinctio.ff.de
26 verbor.obligat.† Tamen licèt doct. simpliciter transeant ibi cum illo dicto Alexan. mihi nullo modo videtur verum, nec in illo tex. probatur:quia etiam iniusta causa excusat à contēptu sicut excusat à dolo. ita expressè & in terminis consuluit Calde. in consilio vndecimo, in titu. de verborum significatio. allega. ea quæ not.in capitulo Metropolitanum: secunda quæst. 7. & l.fatis. ff. de in ius voc. & istud dictum Cal. sequitur Feli. in c.2.in 2.col. versic. vlt. circa prædicta. de maiorit. & obed. & pro hoc facit dictum Arc.post beatum Tho.in ca.
27 quicunque. 81. dist. vbi dicunt † quòd transgrediens canonem ex concupiscentia, vel ira, aut alia causa etiam non iniusta, non punitur de contemptu. quod dictum commendat, Felin.in cap.cùm nō liceat.in secunda col.de præscrip. & hoc idem tenet Domin. in cap.nullus 55. dist. quem refert & sequitur idem Felin.in cap. cùm quidam.in 3.column.de iureiuran.& in cap.1.in 2.versi. quinimò plus &c. de consti. & in c. ego N. in 2. colum.de iureiuran. & in sermone indulgentiæ. in 6.col.& hoc ego ratione probo:quia clarum est quòd ille contemptus de quo loquitur Alex. in d.l. 1. §.fin. nascitur,ex contumacia,quæ non est propriè crimen.l.aut facta. in princ. de pœnis. tenet Bar. in l.omne delictum.in prin. ff. de re mi. & fatetur ibi Alex. & tamen dolus est propriè delictum. l. 3. ff.de cri.pec. cum pluribus simi. vt dixi in §. item si quis in fraudem.suprà eo.in glo.magna:& tamen causa etiam iniusta excusat à dolo, vt suprà est dictum: igitur pariformiter excusabit à contemptu qui nascitur ex contumacia quæ est minus, quàm delictum: super quo tamen cogita.& ista procedunt et si illa causa iniusta bestialis sit: vt dicit Socin.in consi. 108. in
28 hac consultatione.in 5.colum. lib. 1. † alle.glo.in d.l.vnica.si quis ius di. non obtemp. cum aliis. & pro hoc etiam est glo. in l. plagii. la. 2. C. de plagia.quem sequitur Alexan. in consi. 92. perspectis his.col.fin. in 1.volu. sic etiam videmus, quòd causa iniusta præstat bonam fidem glo.no.in l.1. C. vbi causta. quod no.Alex.in consi.127.visa inquisitione.in 2.column. ver.& ideò Bald.in 4.volu.& de hoc videtur tex.quem ponderat ibi Pau.de Cast.& nouissimi in l.Celsus. ff.de vsucap. cum multis aliis quæ latissimè congerit Alexand.in consi.119.titulus quæstionis.in 3.colum.in fi.ver.2.pro hoc.cum column. sequen.in 2. volum.& in consi. 115. viso themate. in 2. colum. versi.quinimo.in 4.volu.& reassumit latissimè Hypp. de Marsi. in repe.l.de vnoquoque.in 4. col.ff.de re iudi.
29 † Sed hoc limita vltra omnes, vt procedat quando iniusta cā probatur. tunc enim bene excusat à dolo, & pręstat bonam fidem.hoc videtur innuere Bar. in l.j.§.non autem.ff.si quis testi. li.esse iuss.fue. pro qua opin.facit, quia licet dicatur quòd ignorantia legis post duos menses non excuset: tamen fallit, nisi probetur: nam tunc talis causa,quæ à lege præsumitur iniusta,probata admittitur, vt tradit Felin.licèt non ad istud ꝓpositum.cap.2.in 6.colum.in fin. de consti.
30 † Item limitatur hoc non procedere in lata culpa: quia licèt causa iniusta excuset à dolo, non tamen à lata culpa: ita no.Bar. in l.iuste.ff.de acqui.poss.quem ibi multum commendat Ias. in fi. assignans rationem diuersitatis inter dolum & latam culpam. & ibi aliter limitat istam regulam, scilicet, vt iniusta causa non excuset à pœna legali,vel statutaria per dictum Ioann.And.in c.1. in 6.col. post Arch.de elec.lib.6.in nouel. quem sequitur Bald.in l. generaliter.in 4.colum.C.de episco.& cle. cum aliis ibi alleg. per eum. & sic per ista regula istius glos. optimè iustificatur.Tamen ista limitatio confundi potest ex his quæ supra proximè dicta sunt: & quia clarum ē, quòd ignorantia iuris communis est lata culpa:vt Bar. concludit in l.quòd Nerua.in 5.column.ff.depo.per l.lata culpa.cum multis aliis, ut ibi per eum: & tamen talis ignorantia excusat a pœna legali, & statutaria: vt concludit Ioan.And.in c. 2. de consti.lib.6.quem pluribus iuribus & authoritatibus sequitur Feli.c.cognoscentes.in 3. column.de consti.& in cap. fin.eodem titulo. faciunt ea quæ tradit Iaso.in l. cum quidam. in 2. column.ff.de liber. & posth. Et hoc est quod vult dicere text. in l.non est in mora.de reg.iur. li.6.dū ponit regulā ꝙ non est in mora qui legitima exceptione se tueri potest. Et ratio illius regulæ potest reddi per ea quæ dicit Bal.&Imo.in l.Mæuia.§.
31 fundus.post glo.ibi.ff.solu.ma.quia † qui potest legitima exceptione repelli, dicitur obligatus ad non petendum: vt dicit ibi gl.Et qualiter debeat probari ista causa, siue impedimentum, ꝙ per eum non stetit, quò minus adimpleret. vide Iaso. in l. properandum. §.finautem. in 1.col.C.de iud. uersi.
32 3.& uers.4.† Limita tamen singulariter istā conclusionē ultra limitationes superius adductas, aliis duobus modis. primò, quòd

quòd procedat quando quis non errasset circa ea quæ sunt iu
ris naturalis, vel quasi. aliàs licèt, quis simpliciter allegaret
quandam causam iniustam,& diceret,quòd fuit motus pro-
pter illam:non sufficeret, quia oportet, quòd appareat quòd
illa fuerit causa propter quam tunc motus est:& sic quòd si
illa causa non intercessisset,non ita fecisset,ar.l. qui cum vno,
in principio. ff. de re milita.ita not.declarat Ang.Cu. & Imo.
in l. ex consensu.§.fi.ff.de appel.quos refert & sequitur Alexā.
in consi.103.videtur prima consideratione,columm.penul.ver
sic.& dato quòd omnes.in 1.volum.
33 † Secundò limita prædicta procedere in extraiudicialibus
delictis : tunc bene iniusta cā excusat à dolo:secus tñ est in de
lictis quæ in iudicio committuntur : ita no. declarat Socin. in
consi.118. visa narrati puncti. in 3. col. versic. his tamen non
obstan. in j. lib. alle.text. à contrario sensu,in d.l. plagij.
34 † Vlterius circa prædicta aduertatis, quòd licèt iniusta cā
bonam fidem præstet, vt suprà dictum est, illa tamen bona fi
des non prodest ad præscribendum lōgo tempore de iure ci
uili:prodesset tamen de iure canonico ad præscribendum lō-
gissimo tempore vbi olim poterat præscribi de iure ciuili sine
titulo & bona fide.l.si quis emptionis.§ j. C. de præscript.30.
35 anno. Et ratio est: quia † de iure canonico hodie potest præ-
scribi longissimo tempore cum sola bona fide sine titulo: sed
absque bona fide non posset. ita no dicit Pau.de Cast. in d. le.
Celsus.de vsucap.quem ibi nouissimi sequuntur: ibi plus sub-
dit,quòd ista bona fides causata ex iniusta causa, siue errore,
prodest ad faciendum fructus suos.per tex.no. in l.sed si lege.
§. scire. ff.de peti. hære. tenet Dyn.in regula prima.in 7. q. &
in regula possessor in 8. quæst.ver. item quæri potest. de regu
lis iuris.lib.6.tenet glo. Bar. Ang. Imo. & omnes in l.furtum,
§. j. de vsucap.cum similibus,vt per Franc.Curtium consi.71.
incip. princeps. colum.6.declarando,vt per Bar.in d.§. scire,
& Bald. in l.irritam. colum.2. versicu.modò quæritur. C. pro
dona.& reassumit Feli. qui circa istud caput plures limitatio-
nes ponit in c. de quarta.col. 8.de præscrip. ad quem poteris
prædicta omnia addere.& doct.Bar.in d.§. scire.sequitur Ale
xan. in consi. 121. viso themate.4.volu.& Franc.Cur.d.consi.
71. Abb.in capit.consultationibus. de iur. pat. & in cap.gra-
36 uis. columm.penult. de restit.spo. † In eadem gloss. item hæc
legata.colligitur conclusio ,quòd ecclesia habet priuilegium,
ꝙ si ei soluatur indebitum,non potest repeti.§. fina. suprà de
obliga.quæ ex quasi contractu. hic alleg.in glo. Hanc conclu
sionem tanquam indubitatam sequuntur omnes hìc,& Ludo.
Roma. in consi. 327. in terminis propositæ:in j. col. Mihi ta-
men multum dubitabilis videtur. quia in primis habemus re
gulam,ꝙ ecclesia est cultrix iustitiæ.cap.j.ver.Mediolanensis.
de aliena.feu.cum alijs,vt per Feli.in c.in præsentia.in 22.col.
de proba.& prius dixit Bal.in l. ea lege,in 6.q.de conditio.ob
causam. in l.vt acceptam. in fin.de vsur.& ideò alteri præiudi
care non vult: vt dicit Bald.in l.si quis presbyt.in 3.not. per il
lum text. C.de episc.& cle.quem commendat Ioann.de Ana.
in consi.68. viso statuto in j.col.Si igitur alteri non vult præiu
dicare,dicendum est quòd non debet indebitum solutum re-
tinere, cum ecclesia non debeat locupletari cum alterius ia-
ctura neque succedere in aliquod turpe lucrum. cap.ex trans
missa.de deci. tenet Fulg.in consi.7.in 3.columm. etiam si il-
lud lucrum aliquo casu sit licitum : vt tradit idem Fulg.in con
sil.9.inci. abb. columm. fin.per text. in cap. suam. de pœnis.
& in c.fin. 17.quæstio.vltima & prius tenuit Bald. in l.j. quæ-
stio. 11. C.si ser. exte.& ideò si facta sit locupletior, tenetur il
lud restituere: vt tradit Alex.in conc.4.viso processu. columm.
j.in 3. volum.& Barto. post gloss. ibi in ver. eum. in authenti.
qui res.C.de sacrosan.eccl. cum similibus:vt per Deci. in l. si
37 qua pœna.& in l.iure naturæ.ff.de reg.iur.Nam † non tātum
fauendum est locis piis,vt aliis iniustitia fiat:vt dicit text.in c.
ex tenore.de fo.compe.c.nuper.de dona.inter vir.& vxo. te-
net Bald.in consi. 5.quæritur.in j.lib. Et hinc est, quòd eccle-
sia non exigit aliquid vltra iustum pretium gloss.communiter
approbata in c. ea quę.alias est c.hoc ius porrectum.in versic.
vt plus. 10. quæst. 2. neque pœnas etiam legitimas, puta du-
pli vel quadrupli quæ alijs iustè acquiruntur, extorquet post-
quam rem consecuta est.c.fraternitas.12.quæst. 2. vbi tex. in
ista ratione fundatur,quòd ecclesia cum augumento recipiat,
quod de terrenis rebus videtur amittere & lucra dānis quære
re : quod est contra ea quæ hic dicuntur per omnes. Non ob.
modo.§.pen.de obli.quæ ex quasi contractu, cum similibus.
quia respondetur, quòd Imperator non potuit hoc statuere:
38 quia † in pertinentibus ad ecclesiam non est data sibi autho-
ritas imperandi,sed necessitas obsequendi.dicit text.in c. ec-
clesia Sanctæ Mariæ.de consti.& ibi dicitur,quòd statutum ab
eo factum etiam si commodum & vtilitatem ecclesiæ respi-
ciat, nullius est roboris, nisi ab ecclesia fuerit confirmatum.
cum igitur hæc potius contra ecclesiam reputetur ratione ho
nestatis & modestiæ quæ in ecclesia præcipuè fulgere debent,
à qua exemplum melioris vitæ capimus: vt in c. qualiter. il 2.
de accusa.propterea dispositio ciuilis non valet, vt cum dam
no alterius ditetur: & ideò non habet locum ille.§.sed debet
censeri correctus quemadmodum titulus de præscriptio.lon-
gissimi temporis.ea ratione correctus fuit de iure canonico:
quia cum mala fide ex solo tempore quis cum alieno præiudi
cio locupletatur.&eodem modo vsuræ eadem ratione illicitæ
iudicatæ sunt, & alia plura.non debet ergo ecclesia in se pati
39 quod in aliis detestatur, cum sit cultrix iustitiæ. † & per ista
etiam redduntur dubia ea quæ in fine istius gl.dicuntur, quòd
si non habet vnde soluat hæres,quòd debeat in corpus luere:
quia puto contrarium in ecclesia,quæ non requirit amplius à
debitore quàm facere potest:maximè ex causa lucratiua, per
d.c. fraternitas. nisi quis inops fuerit à principio & delinquit
vt ibi dicitur aliàs. & facit tex.in d.c.suam.quia tali casu eccle
sia pœnam temporalem non habet, sed spiritualem : vt dicit
text.in c.inter hæc.33. q. 2.not.in c.quamuis.de pœnis. lib.6.
40 † In ea.glo. ibi l.quis sit fugitiuus &c. concludit glo. quòd si
aliquis prius negat relictum esse factū ecclesiæ,& postea pœ-
niteat & confiteatur esse relictum,ꝙ ista confessio siue pœni
tentia nihil releuet,cùm quis propter hoc non desinat esse no-
cens: vt dicit tex. in d.l.quis sit fugitiuus.in prin.de ædil. edi.
hic alle.in glo. & de hoc est etiam bonus tex. in l.palam. §.nō
solum. ff.de ritu nup. & l. qui ea mente. ff.de fur.l. prætor. §.
is etiam.ff.de eden. cum si. vt latè per Ias. in l.quæstionem.C.
de fideicommiss. Tamen hæc opi. glo. hic indistinctè est vera,
non facta distinctione aliqua prout faciunt doctores hic. Pri-
mò per primum fundamentum gl. hic quod videtur efficax.
41 † nam ratio quare pœna dupli habet locum in casu isto,ē quia
per negationem actor grauatur onere probandi.l.eum qui. de
iureiu. sed ista ratio cessat quando ille qui negauit antequam
actor onere probandi grauetur, pœnitet, & confitetur: igi-
42 tur,&c. † Secundo facit: quia quando pœna imponitur ha
bito respectu ad aliquem finem & non ad principium actus.
semper illa pœna pœnitentia tollitur, & nunquam committi
tur, nisi ille finis propter quem obseruandum pœna imponi-
tur, violetur: de hoc est casus satis in proposito in l. quam-
uis.ff.de in ius voc. vbi pœna trahentis patrem vel patronum
in iudicium sine venia,est 50.aureorum.l.pen.eo.tit.Ratio est:
quia per hoc honori patris detrahitur & reuerentiæ.& tamē
dicit text.in d.l.quamuis.quòd si aliquis citauerit patrem uel
patronum sine venia,& postea pœnitet, quòd illa pæna re-
mittitur: vt dictum est supra in §. pœnales. & ratio est : quia
cessat illa causa per pœnitentiam propter quam pœna impo
sita fuit : ita videtur in proposito à fortiori dicendum . nā cū
ecclesia nō claudat gremiū redeunti.c.quāto.2.q.5.& de pœn.
dist.3.c.talis. §. ecce. cum si. etiam si sera fuerit pęnitentia, ut
ibi dicitur, ꝙ per pœnitentiam, & sic confessionem post ne-
gationem factam pęna de qua in §.nostro non habeat locum,
cum per pœnitentiā res ad pristinum statum deducta sit,pro-
ut est casus notabilis & quasi in terminis in l.hoc edicto §.pe
nul.ff.de ali.iu.mu. causa fac.& quod per illum tex. no.Ias.in l.
auunculo.ff.de condi. sine cau. & Bal. in c.1.in prin.de prohi.
feu.alie.facit l. imperialis.C.de nup.& in c.inter.de purga.ca
no.& pro hoc etiam facit decisio not. Bal. in rubr.C.de vsuris
43 in 2.q. vbi dicit,† quòd statē constitutione episcopi, quòd om
nis contractus vsurariorum censeatur de duplo,si usurarius re
stituat usuras,per illam pœnitentiam nō solùm euitat pœnā,
sed etiam aboletur nomē usurarii:& ita dicit se cōsuluisse:pro
quo alle.c.cū tu.in uer.donec.de usur.facit quod no.idē Bal.in
c.pastoralis.in prin.de offi.ordi.& hāc opi.Bal.sequitur Laur.
de Rodul.in tract.usurarū.q.c.Breuiter cōis opi.videtur in cō-

trarium: vt tenet Bald. in l. palam. §. non solum. ff. de ritu nup. & alibi sæpe. Tamen quia plures sunt qui tenent cum Bald. idò concordabis opi. secundum Alex. in l. j. C. de eden. & in l. prætor ait. §. is etiam. ff. eod. tit. quem ibi communiter sequuntur docto. & ante ipsum fuit concordia Ioan. de Anan. in c. quia in omnibus. 26. col. de usur. quem sequitur Decius in c. j. in 14. col. de proba. & ibi dixi. & secundum illam concordiam, de plano procedit dictum Bald. ad idem pro ista parte bene facit tex. in l. sequitur. §. item Labeo. ff. de vsuc. vbi furtum cõmissum per depositarium in re deposita, purgatur acta poenitentia & reposita re in pristinum statum. accedat ad hoc notabile dictum Specul. in titul. qui fil. sint legit. in §. pen. versi.
44 quid si pœnitẽtiam egerit. vbi vult quòd † licèt filia quæ peccauit in corpus, nec ali nec dotari debeat à patre, vt tenet Bal. in l. fi. C. de dot. promiss. tamen si pœnitentiam egit, debet ali & dotari. quod dictum cum concord. sequitur Alexan. in l. j. in 7. col. versi. prædictis etiam. ff. solut. matri. vbi etiam dicit idem esse in filio qui propter ingratitudinem poterat exhæredari: quod dictum sequitur Are. in l. 3. §. filius. in 2. col. ff. de li-
45 be. & posth. † Sed aduerte, quòd quantum ad primum dictũ de plano procedit opin. Alex. quando per illam pœnitentiã, non eluditur dispositio iuris, quæ habuit locum durante turpitudine, quo tempore caruit alimentis: iste autem effectus non concurrit in 2. dicto: quia per simulatam pœnitentiam posset deludi prouisio legis: quod esse non debet. l. fina. ff. ne quid in lo. pub. & præstaretur occasio delinquendi, contra l. conuenire, ff. de pac. dota. & ea quæ dicit Alexand. & alij in lege, stipulatio hoc modo, col. pen. ff. de verb. obl. & ita istud secundum dictum reprobat Feli. in c. Rodulphus, in 3. col. versi. & ad prædictam. de rescript. vbi vide quæ ibi dico: quia defendo Alexan. ideò vlterius non repeto, maximè quia in casu nostro non videtur iste casus habere dubium respectu Ecclesiæ, quæ non quæri nisi pœnitentiam malè factorum.
46 † Aliam notabilem decisio. habes Bal. in qua multum operatur pœnitentia. in l. acceptam. in 19. q. C. de vsur. videlicet qñ scholaris fuit inobediens rectori propter quod matricula priuatus fuit: nam si pœnitet, debet recipi in matricula. Alium casum & sæpius contingentem ponit Alex. in l. si ab hostib. in princ. ff. solut. matri. quem vide. Non obst. tex. in d. l. quid sit fugitiuus: quia ad illum tex. respondet Ioann. Fab. & Ang. hic & bene, quicquid Ias. dicat declarãdo latius q̃ ipsi, videlicet, ꝙ ibi crimen erat iam consummatum, & nihil amplius agendum supererat, quo ad seruum qui aufugerat, & consummauerat quod decreuit vsque ad finem. sed in casu nostro est secus: quia dum primò negauit, adhuc sumus in princip. quia nondum actor onus probandi assumpserat: vt hic innuit glo. quo casu in nullo est grauatus. & ideò pœnam petere non potest quæ propter grauamen debetur. dicta lege, cum qui: & quia text. hic non dicit quòd hæres negans, & postea pœnitens debeat puniri: sed solùm de negante simpliciter loquitur: quo casu nõ non debet fieri illa extensio ad casum in quo ille hæres post negationem pœniteret. argum. tex. in §. cùm igitur. ver. nec lex quæ hoc dicit. in Authen. de non elig. secundò nub. per quem text. ita expresse tenet Bal. in Authen. ex testamento. in penult. colum. C. de secun. nup. Fateor tamen, ꝙ si actor iam in se totum onus probandi assumpsisset, quòd pœnitentia & confessio illius nihil releuaret, cùm quærat remedium post vulnus. l. fi. C. in quib. cau. in integ. restit. cum si. vt per glos. in cap. suscepimus. de homici. & eodem modo respondetur ad alia iura suprà dicta. & ista resolutio comprobatur ex dictis in sequenti parte glossæ, per quã facit, quòd dicit
47 Ale. in d. l. j. & Decius in d. c. j. † Et quia ista incidunt, in illud mare magnum, an semel malus desinat esse malus per pœnitentiam, vel præsumatur adhuc malus: ideò non amplius insisto: sed vide Feli. vbi quatuor modis regulam limitat in ca. fi. de præsumpt. cum infinitis concordan. quæ congerunt nouissimi apostillantes ad Dy. in regula, semel malus. de reg. iu. li. 6. & dixi latissimè in cle. vnica. in 2. nota. de concess. præb.

In eadem glo. ibi, item quid si confessus, &c. gloss. hic vertit superiorem quæst. per contrarium, & cõcludit quòd qui prius confitetur, deinde negat debet puniri. & ratio istius glo. potest esse: quia, vt suprà dixi in parte proxima, in casu istius negationis non consideratur nisi effectus, videlicet, an actor ob hoc sit grauatus, an non: vnde cessante illo grauamine quocũque modo rem actor sine onere & molestia consequatur, non est curandum de modo. ar. l. cum seruus. de ver. oblig. & l. 4. C. de insti. & substit. & ideò verba text. nostri cum effectu debent intelligi. l. j. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. c. relatum de cle. nõ resi. cũ si. & ꝙ ita intelligatur iste tex. facit l. fin. ff. de re. ven. quã in terminis ita notabiliter declarat Roma. in cons. 59. ad discutiendũ. in antepe. col. vers. quod vltimũ. & in cõsi. 70. visis thema. in 3. col. vers. quod tertiũ. vbi vult, ꝙ quo ad hoc vt negans puniatur ex sua negatione, requiritur ꝙ sit conuictus: & per consequens actor onere probandi grauatus. & idẽ tenet Ias. in §. omniũ. in 16. col. suprà eod. & in §. sed istæ in 7. col. eod. titu. cum sim. quæ latius reassumit Hyp. de Mar. ad quem ista addere poteris, in tract. de fideiuss. in 46. q. in 2. limitatione. ex quibus videtur quòd ista sit cõis opi. quæ oĩa tene menti. & adde Andr. Sicu. in consi. 36. in 3. libr.

Secundò habes ex ista glo. vnam regulam quæ solet cõiter
48 allegari, † ꝙ vltima mora nocet. l. illud. ff. de peri. & com. rei. vend. l. si per emptorem. in prin. & §. j. ff. de actio. emp. cum similibus. Limita tu istam regulam tribus modis, vt per Alex. & latius per Ias. in l. si seruũ. §. sequitur. ff. de verb. oblig. & per Socin. in tractatu regularum nu. 270. & per Alex. in lege, semel mora. in princ. ff. sol. matr. & inter alias limitationes illa est summè notanda, quia est singularis, & quilibet interrogatus diceret contrariũ, ut dicit Ale. in d. §. sequitur. videlicet, ꝙ ista regula non procedit fauore reipublicæ: quia tunc prima mora nocet. exempli gratia: ego debeo capere a camera huius Illustrissimi Senatus Venetorum, quolibet mense ratã mei stipendij: ponamus ꝙ in fine temporis quo dantur portiones, alijs doctoribus non vado ad capiendum stipendium meum, & sic sum in prima mora: nunquid si postea peto, & camera non dat, constituatur in mora: & per regulam suprà dictã dicendum esset quòd sic: tñ tex. decidit contrarium in l. fortissimi. cum sequen. C. de eroga. mi. an. lib. 12. quem ad hoc vnicum in iure citat And. Sicu. in proœm. cle. in 2. lect. §. salutem. col. 8. nu. 33. & hoc idem tenet Bar. Bologn. in rep. Authen. habita. in 16. col. versic. vnum tamen non exeat mentem tuã C. ne fi. pro pa. & quidem Moder. in tract. de docto. in 4. parte quest. 5. Et pro limitatione prædictæ regulæ vide tex. notabilem in d. l. si per emptorem. §. j. secundum quod declarat Iason in l. 3. §. nunc de offic. ff. de eo quod certo loco. In ea. glo. ibi, quid si non inficietur. dic ut per Ias. & alios in l. quæstionem. C. de fideicom. & uerior videtur conclusio, quòd si probetur testamentum non valere, non puniatur, per supra allegata suprà in vltimo notabili. In fi. gl. dixi suprà in §. pœnales. & in §. item si quis in fraudem. & dicitur infrà in §. fin. Glo. in iudicium. ibi, l. in minorum &c. glo. concludit duo, pri-
49 mum † quòd sola dilatio solutionis non facit committere pœnam dupli, nisi ille qui differt, in iudicium uocetur. Secundũ est quòd sicut fauore minorum mora committitur re ipsa sine interpellatione: ita etiam fauore ecclesiæ. & sic ista gl. vult quòd dispositio. l. in minorum. habeat locum in ecclesia. & ratio assignatur hic per Iaso. quia minor & ecclesia æquiparantur, c. auditis. cum simi. de in integ. rest. Adde tu & fortifica istam rationem ultra ipsum, quòd adeò est uera, quòd immo maior ratio concurrit in ecclesia, ut sibi priuilegia minorum competant quàm ipsis minoribus: quia ecclesia subiacet magis fraudibus quàm minor. Ratio, quia ecclesia regitur alieno tantum arbitrio: sed minor suo, et alieno: et ideò strictiores sunt ecclesiarum prohibitiones quàm minorum. ita no. dicit, Bal. ĩ c. j. in prin. episcopum uel abbatem. in usibus feudorum. alleg. glo. quam dicit sing. in l. j. C. contra. iu. de qua etiam idem Bal. in pulchra q. meminit. in auth. quibuscunque. C. de sacrosan. eccles. et istam conclusionẽ glo. ꝙ in relictis pijs locis non requiratur alia interpellatio, sed ꝙ ipso iure committatur mora, sequitur Ias. in l. j. in fi. C. de his qui. ut indi. Et approbant Mod. Bonon. s. Marcus Baue. in trac. de mora. in 2. parte. in 5. limitatione, et duab. seq. cũ alijs. infrà allegandis.
Sed tñ his non obst. contraria opi. vr̃ uerior: quia lex, in minorũ. odiosa et pœnalis est, et priuilegiatiua minorũ: ergo extẽdi nõ debet ultra casum suũ. c. sanè. de priuil. §. quodcunq; suprà de iu. na. gl. in l. a diuo pio. ff. de re iu. et de hoc est gl. hic in sequenti membro, quam multũ cõmendant doct. hic, et dixi s. in §.

in §.pœnales. in glo.magna, & pro ista parte bene facit illud quod vult Ias. in §.sed istæ, in 2.not. nu. 34. & nu. 75.suprà. e. dum vult ꝙ licèt ecclesia habeat priuilegium quòd ex solo titulo transferatur dominium sine traditione.l.fin.C. de sacrosan.ecclesi. tamen non competit ei publiciana, nisi facta fuerit traditio: cum ille casus non sit expressus in d.l.fi. & illa est communis opin.vt ibi dicitur. & quia in exorbitantibus non debet fieri extensio. ita ibi concludit Iason. & dicit esse hanc opin. magis veram. & fuit prius opin.Abb.in c. ex literis. de consue. & hoc ratione suadetur: quia priuilegia non sunt multiplicanda.l. in fraudem.§.si quis.ff.de mili.testa.l.j.C.de dot.promis. cum igitur in d.l. in minorum. de ecclesia nihil dicatur. ideò extensio fieri non debet. & faciunt pro ista opi. quod hic dicit gl. in seq. versi.dum quærit, an dispositio istius text.procedat in fisco, & concludit ꝙ non, ex quo dispositio ista est pœnalis.pro qua opi.vlterius facit:quia dispositio.l.fi. C.de sacrosanct.eccl.alleg.hic in glos. quæ fiscum & ecclesiā æquiparat, præcedit in illis tantum quatuor casibus: vt tenet ibi glo. j. ver. vendiderit, & extra illos casus non argumentatur: vt dicit notanter Mathesila.in tract. extensionis, in primo membro. & tradit Saly. in d.l.fi.in vlt.nota. & est communis opi. vt latè firmant Modern.Taurinen. in tract.præscriptio. in 3.parte quintæ partis princ.in j.q.post Alex.in consi. 16. in 5. volu. & Aretin.in consi.4.consultatio.col.fin.& est glo.& Bar. in authen. quas actiones. C.de sacrosanct.eccles.vbi volunt ꝙ dispositio illius Authen.quæ in ecclesia loquitur: non procedat in ciuitate neque fisco qui à pari ambulant: ergò à fortiori est dicendum in casu nostro, ex quo est constitutio pœnalis: & idem per supradicta videtur dicendum in relictis hospitali, vel pro redemptione captiuorum: quæ omnia pia dicuntur: vt hic tenet gloss.in uersic.item quod si in redemptione. &c. Sed tamen contraria opin. fauore religionis & reipublicæ videtur æquior: qui fauor multum à legislatoribus, consideratur. l. sunt personæ.ff.de relig. & sump. fune.l. prima soluto matrimonio. vbi Bart. & alij cum multis concord. vt per And.Sic.in consi.j. in 29.col. in fi.in 4.volumine.& propter hos fauores à regulis iuris receditur.l. tertia de primipilo. C. libro duodecimo. & tradit Specu.in titulo de instrum. edit. §. instrumentum.ver. item opponitur, quòd tabellio. & in titulo de dispu. & alleg. §. satis clarè. versi. & breuiter. & Rochus Curtius in tractatu iuris pat. in verbo, competens.& in verbo, construxit. 4. q. & in verbo, & dotauit in 2. quæsti. in fine.& in verbo, ipse vel is à quo.in 25.q. prin.in 4. q.accessoria, in fine.& Lancelotus Decius in l.de statu.in princ. ff. de testa.cum concord.vt per Corneum in consilio septimo.rudis & incomposita.in tertia columna.libro primo.doc. in capitu. bonæ.il primo.de postulat.præla.& ideò dicitur quòd publica vtilitas iuuanda est interpretatione.l.hoc modo.in fine. ff.de conditio. & demonstra.cum similibus. ergo licet tex. in dicta lege, in minorum.de ecclesia non loquatur, neque iste textus, de fisco vel redemptione captiuorum nihil dicat: tamen con
50 uenit interpretatione adiuuari hos casus, vt ad illos fiat † extensio fauore religionis & reipublicæ. ita dicit Bart.in l.si constante. in nona q. ff.solu. matr. vbi latè repeten. & idem Bart. in l.quemadmodum. C.agrico. & censi. libro vndecimo. in l. secunda. §. exercitus. ff. de his qui no.infa.Roman. in consi. 105. viso themate.& quod lex quamuis pœnalis debeat extēdi fauore ecclesiæ, tenet Domin. in con. 36.dubitatur de duobus.col. fi.allegat glo.in c.sciant cuncti.de elect.lib.6.cū aliis vt ibi per eum.& per Feli. in c.at si clerici.§.de adulterijs. extra de iudi. & idem Domin.in consi. 106. incip. super dicto dubio.in j. col. & in terminis nostris, quòd dispositio d.l. minorum.extenditur ad ecclesiam & alia pia loca, prout hic dicit glo. tenet expresse Alex.in l.quod te.in 4.col.ff.si cert.pet. vbi dicit, quòd ista gl.est ad hoc singularis.& vltra ipsum istā glo. in hoc sequitur Roma. nota. 116.inci.tu habes, quòd in minore &c. & Mathesi.no. 44.inci.no. quòd ecclesiæ, &c. & ultra ipsos tenet Bal.in l.j.C.de peri. & com.rei ven. Ro.in le. non solum.§. morte. ff.de oper.no.nun. & quod de ecclesia, dictum est, procedit etiam in fisco: vt concludit Alex. in d. l. quod te.per glo.sing. in l.cum quidam. §. fiscus.in ver.inferūt ff.de vsur.& alijs ibi allegatis.& istam opi.tam in ecclesia, q̄ in fisco, tenet Franc.de Are.post præceptorem suum in l. si ex legati causa.in 6.col. ff. de verb.obl. Non ob.quòd priuilegia non sunt trahenda extra casus expressos, & ideò d.l.fi. de sac. san.eccl. non habet locum nisi in casibus ibi expressis, vt supra est dictum: quia dico, quòd licèt priuilegia non extendatur, illud est verum, nisi priuilegia concedantur à lege: quia ex quo l.de sui natura debet esse communis.c.erit autem 4. dist. tunc data paritate rationis fiet extensio: prout est textus in l.fi. C. de fructi.& lit. expensis l.in sacris.la 3.C.de proxi. sa. scri. lib.12. quæ iura quo ad prædictam regulā aliter declarat Dy. in regula in iudicijs, in 1. col.de reg.iur.lib.6. & supra in alio. §. dixi. Vel dicas quòd illa fallit, nisi fauore piæ causæ & reipublicæ: per supradicta.pro quo est notabile consilium Oldr. 11.in ordine incip. thema tale est. vbi concludit, quòd priuilegium datum super decimis terrarum certi hospitalis, comprehendit terras nedum deputatas vsui pauperum, sed etiam seruitorum hospitalium loco mercedis. allegat inter alia. le. administrantes. §. 1. de excu. tuto.& istud dictum Oldr.cum pluribus decisionibus ornat Felin.in cap.quàm sit.de Iudæ.& istam limitationem sequuntur Moder. repe.in alio proposito in l.centurio.in 6.col.num.11..ff.de vulga. & pupil. alleg.in l. miles.ff.de re iudi.& glo.in ver.alia causa.in l. illud. C. de sacrosan.eccle.facit glo.in l.2.C.de cura.fur.& illud dictum Oldra.latè extendit Decius in regula, in omnibus causis id obseruatur.ff.de reg. iur. & d.l.fi. licet in quatuor casibus loquatur: tamen dico quòd extenditur ad hospitalia & alia pia loca vt est casus, & ibi Bar. in l.omnia.C.de episc.& cleri. Bald.in Authen. hoc ius porrectum.colum.2 in vers.2. est videndum C. de sacrosan.eccle. Abb.in c.relatum.il primo.de testa.& in cap.nulli. col. fin.de re.eccle.non alie.& in cap.j. de in integ. resti. Anto.de But.in consi. 40 nulla est dubitatio. Pau. de Castr.in consi. 269.dubitatur nunquid.in 1.uolum.secundum nouam impressionem. Corne.consi. 57. in causa.in 3.volu.Alex. in consi. 120. super eo. in primo lib. & in consil. 9. visis.in 2. volu.quæ omnia adde ad alleg.per Ias.hic.& ratio est in prōptu, quia quemadmodum ecclesia minori æquiparatur, & restituitur vt minor. d.ca. auditis.de in integ. resti. eodem modo & hospitale.l. orphanotrophos, vbi Bal. C. de episcop. & cleri. ergo non inconuenit quòd d.l.in minorum. quæ de minore loquitur, etiam in his habeat locum. & dispositio tex.nostri etiam in supradictis procedat à maioritate rationis: quia magis expedit ne pauperibus relicta differantur siue inficientur, quàm ecclesiæ ne vexentur eorum ministri, & debitū pauperibus subtrahatur obsequium: quæ omnia etiam in fisco uēdicant sibi locum supradicta, & per ea quæ dicunt Moder. in
51 c. 1. de proba. et hæc à fortiori procedunt † in fisco ecclesiæ Romanę qui maior est Imperatore: vt dicit Bald.in l.eam quā in 11.col.C.de fideicom.& hanc.eandem opinionē tenet Ange.hic & quidam alii per alia fundamenta quæ uide. & ita in iudicando tenerem, quicquid dicat Iason hic, qui contrariū tenet, cuius motiua per suprà dicta tolluntur.est bene verum & hoc tene menti, quòd Feli.in cap.licet Hely.in 3.col.versic. in glo.in versic.inscriptio.de simo.tenet quòd ista glo. procedat solum in debitis ex testamento: & ita ad hoc allegat eam Bald.in l.1.C.de sacrosan.eccle.& hoc fortè fuit quod voluit And.Sicu. in cap.fin.de empt.& vendi.quod ibi expressè firmat Anto.de Burgos doctor Hispanus non incelebris, in 4. col. vbi probat quòd extra debitum ex testamento ecclesia tenetur interpellare debitum, per tex.in cap.potuit, loc. & cap. breui.de iureiuran. inducendo, ut ibi per eum: & isto modo, restringendo prædictam conclusionem ad suprà dicta respondet, quòd licèt multum sit ecclesiis fauendum, hoc est uerū, nisi ex hoc inferatur alteri præiudicium: ut dicit Andre. Sicu. in consilio 1. 30. columm. 3.volum.per tex.in capitulo, ex tenore.de fo.compe.& est tex.quem ibi ad hoc no.Bald.in l.si quis presbyteri. C.de episc. & cler. quia ecclesia debet esse cultrix iustitiæ, Bald.in l.ea lege, in 6.quæstione, C.de condit. ob causam, & in l.acceptam, in fi.C.de vsur.et est tex.in c.clientulus, §. si diuersum, de alie. feu.et non debet sibi vendicare qd̄ iure minimè noscitur pertinere: ut tradunt Mod.in capi. 1. de proba.et in capitul. in præsentia eodem titulo. Fateor tamen, quòd iste passus non est sine dubio, propter fauorem ecclesiarum, quibus multum defertur: vt tradit Rochus de Curte.in tract. de iu. patro.in verbo, competens.in 2.qu.in fin. &

alibi sæpe, vt suprà dixi, ex quibus omnibus posset iste articulus disputari. Circa alia quæ hic Ias. de extensione cumulat, nihil dicam, cùm satis vobis dixi in §. pœnales, in glo. magna, suprà eodem, vbi est similis glo. & vltra ibi dicta videatis latè eundem Ias. in l. fin. in 3. col. C. de pac. & latissimè in Authen. quas actiones. C. de sacrosan. ecclesi. per Ioan. Crotũ de Monteferrato in repet. l. si constante. in 29. & seq. columnn. ff. solu. mat. cum infinitis alijs; vt dixi ad Dyn. in regula, in ar. de regul. iur. lib. 6. post Moder. ibi apostillantes: & plura alia possent addi quæ omitto; quia hæc materia extẽsionis est brocardica, & non habet fundum; vt tradunt latissimè Moder. in tracta. suis, de extensione. & dicit Alexan. in d. l. si constãte.

52 † In fin. glo. quid si Deo vel alicui Sancto &c. concludit glos. quòd relictum simpliciter Deo vel alicui Sancto, habet priuilegia tex. nostri. & illa verba in dubio intelliguntur de maiori ecclesia: pro quo glo. alleg. text. notabilem, quem uide in §. si quis in nomine. in Authen. de ecclesia. tit. no. igitur istud ex ista glo. quòd legatum Deo, censetur legatum maiori ecclesiæ illius ciuitatis. Sed quid si legetur ecclesiæ simpliciter, nec dicit in specie de tali ecclesia, in dubio de qua intelligetur: Iaso, hic se remittit, & sub verbis dubijs postea dicit, quòd videtur decisio Bar. per tex. singularem in l. quæ conditio. §. fi. ff. de condi. & demonst. quod intelligitur relictum illi ecclesiæ cuius testator est parochianus: deinde dubitat de hoc & alleg. quasdam decisiones in contrarium & non firmat. Quid tenendum? Vos autem dicatis, quamuis super hoc sit dubium apud antiquos, ꝙ magis communis opi. est illa de qua in d. l. quæ conditio, videlicet quòd legatum debeatur ecclesiæ parochiali: quam opin. firmat Alexan. & Iaso, in l. qui insulam, in princ. ff. de uerb. obliga. & reassumit idem Ias. latius in l. non utique. §. si quis insulam. de eo quod cer. lo. Soc. in d. l. quæ conditio. §. fi. cum alijs allegatis per eos: pro prima opin. faciũt ea quæ notabiliter dicit Abb. in consi. 99. videtur primò in secundo volu. ubi hanc eandem opinio. tenet, & ibi plures quæst. ponit: quamuis Ias. uideatur super hoc variare in l. j. C. de sacrosan. eccle. & Angel. Aretin. post Io. Fab. in §. sed ius quidem ciuile, suprà de iusti. & iur. moti per illum tex. nã cum iuris mentionem facimus, de communi Romanorũ intelligimus: eodem modo quando de ecclesia fit mentio, de maiori illius ciuitatis debet intelligi, & sic de ecclesia cathedrali per excellentiam; quia uerba debent capi in potiori. &c. l. prima. ff. de fonte. & l. j. ff. ager uectig. capitulo penulti. de sent. excom. Tamen tene primam opini. quæ est uerior. Et ad hoc respondetur, quòd licèt uerba debeant capi in potiori significato: illud est uerum quando aliter intelligi non possunt quàm in potiori respectu adiuncti: secus uerò si simpliciter uerba proferantur: quia tunc non magis debent uerificari in potiori quàm in alio. ita notabiliter declarat Bartol. istam regulam in l. si mater. §. eandem. circa finem. ff de except. rei iudi. quem sequitur & multum commendat Ias. in l. indebiti §. sed & si nummi. in prima colum. num. sexto. ff. de condict. indebiti. & hoc maximè procedit in uerbis prolatis ab homine; ut est text. in capitulo pia, & ibi not. Domi. de except. lib. sexto. & Felin. in capitulo si quem. de sent. excom. Sed in casu isto illud uerbum, ecclesia, prolatum à testatore potest uerificari tam in cathedrali quàm in parochiali, cùm sit uerbum habens plures significationes: ut dicit Barb. in c. relatum. numero octauo. de testa. capienda est igitur interpretatio secundum intentionem testatoris, ut hic. nam præsumptio est quòd testator plus diligat parochiam suam in qua recipit sacramẽta & habet patrẽ spũalẽ, q̃ alienam. arg. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. uel aliter illa regula declaratur ut per Socinũ in consilio 25. nume. sexto in tertio uolumine. Neque obstat text. in d. §. sed ius quidem. nam ille text. habet uarios intellectus ut uidistis. suprà in prin. istius tituli. ubi latè dico. quo casu super illo fundamentum fieri non debet; uulg. doctrin. Bart. in l. in ambiguo. ff. de rebus du. Et de hoc uidetur esse casus iudicio meo, in c. quamuis. il primo. de præben. li. 6. ubi expressio facta in rescripto uel priuilegio de ecclesia, non intelligitur de maiori & sic cathedrali, nisi specialiter exprimatur: per regulam quam ponit text. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniurijs: uidelicet quòd ea quæ sunt speciali no. digna, nisi exprimantur, neglecta esse uidentur; & ecclesia cathedralis est huiusmodi: ut no. glo. in c. 2. de præbend. lib. 6. igitur tale legatum de illa non intelligitur. Sed replicari potest & dici, quòd tex. in d. c. quamuis. loquitur in odiosis: secus uerò in fauorabilibus: quia tunc de cathedrali intelligitur: ut ibi in principio & in c. cùm tibi de cleri. de uerborum significationibus. & in capitulo primo. de autho. & usu pal. & licet legata etiam sint stricti iuris, ut in l. nummis. de legatis tertio. tamen ubi sunt relicta ecclesiæ dicuntur fauorabilia & latius interpretantur: ut est casus singularis in l. Titia. §. fin. ff. de auro & argento legat. quem ad hoc pro singulari citat Roma. notabili 315. incipiente, quæro quid si lego. Bal. in proœ. decretalium. Soci. in tract. regularum nu. 310. priuilegio 41. & Abb. in c. indicante. in 2. colum. nu. 6. de testa. post Bar. in d. l. Titia. §. fi. Ista igitur ratione attenta si legatum relinquatur ecclesiæ simpliciter, debet intelligi de cathedrali: tamen ad hoc etiam respondetur quòd tex. in d. l. Titia. procedit ubi nullius præiudicium uertitur quàm concedentis: hic uerò agitur de præiudicio ecclesiæ parochialis: igitur &c. Vel secundò dicas, quòd text. in d. l. Titia. loquitur de interpretatione facienda circa res legatas, non autem circa loca quibus legatur, nã ille casus tanquàm omissus interpretatur secundum uoluntatem testatoris: pro quo uide Ias. in l. si domus in 2. col. ff. de leg. j. Vel tertiò potest dici, quòd in dicta lege Titia. nõ fit interpretatio de digniori, sed de mediocri: nam in illo templo solebant tria signa Dei poni aut aurea, argentea, vel ærea. vt textus in fine innuit: vnde in dubio textus ibi dicit deberi argenteum. & secundum istum intellectum mihi non obst. text. cõmuniter malè intellectus in capitulo ex parte, de censi. dum in voto dicunt minimum deberi, quòd illa litera sanè intellecta inficietur, nam ibi tres mensuræ solui cõsueuerant maior, minor & minima, quòd si mensura in dubio promittatur dicitur quòd minor debetur: & sic ille tex. potius concordat cũ d. l. Titia. licèt nõ cum cõmuni. sed quia in d. l. Titia præsupponitur tantum dona fuisse aurea vel argentea: ideò aliter non

53 respondetur. † Vel quartò melius responde, quòd text. in d. l. Titia. §. fi. procedit secundum regulam d. l. nummis. & probat totum oppositum illius ad quod suprà dicti doctor. allegant. nam ibi dicit text. quòd in illo templo non nisi dona aurea, & argenteam legari consueuerant: ideò legatum de argento intelligitur, & sic de minori: vnde si dona ærea etiam essent solita ibi legari, de illis intelligeretur legatum, vt de re minima: aliàs si verum esset dictum doct. quod fauore Ecclesiæ de maiori intelligeretur, deberet ibi interpretari donum deberi de auro: cuius contrarium dicit text. & ita illum tex. nouiter intelligit Bald. Nouel. in trac. dotis. in 6. parte. priuilegio. 37. licèt, Deum testor, antequàm eum vidissem, ita mihi videbatur. Et etiam istum intellectum tenet Dec. illo tacito in lege semper in obscuris. col. j. ff. de re iud. & Mod. Bono. in tract. extensio. col. 11. & nescio quis eorum fuerit fur: quoniam alter alterius mentionem non facit: & ita prius intelligit Barb. de quo nullus prædictorum meminit, in c. indicante, in 6. & 7. col. de test. ubi postea disceptat de litera illius legis: nam secundum quod ipse legit, communis intellectus ad illum textũ. multum uerificatur: nec est uerisimile quòd stante litera hodierna Bar. & Bald. & plures alij antiqui quos pro communi sententia adducit ibi Barb. supini fuerint circa intellectum illius legis tam triuialis & claræ, prout hodie habetur, nisi ꝙ illorum Codices aliter circunferebantur. & sic uides ꝙ opinio prima uidetur uerior. Sed quid? si duæ essent ecclesiæ, in parochia testatoris, deberetur ecclesiæ pauperiori. ꝙ si omnes pauperes essent, illi deberetur ubi sunt fœminæ religiosæ propter infirmitatem sexus. ita dicit Cy. in l. cùm multæ. C. de donat. ante nup. & ibi Bal. ꝙ si illæ duæ ecclesiæ essent religiosorum fratrum non fœminarum, deberetur potius illi ecclesiæ, ubi sunt mendicantes religiosi. ita dicit Ioan. And. in c. j. de testam. lib. 6. de quo doctores omnes in d. cap. indicante,

54 presertim Andr. Sicul. & Abb. in prędicto consil. † Postremo pro complemento istius §. quærit hic Ias. quid si relictum sit, alicui imagini depictæ in aliquo muro facienti miracula? Et respondet post Angel. in quadam alia disputatio. ꝙ debetur Deo immortali. Et hæc est communis opi. quam ultra adducta hic per Ias. firmat p plura Pet. de Perusi. in tra. de quarta epis. in 2. parte prin. 4. c. q. 15. & 16. in c. 15. principaliter q̃ritũ

cum

cũm ĩ multis ecclesijs sit imago &c. & subdit ibi ꝙ de talib. relictis quarta debeẽ episcopo. Et hanc eandem opi. latè ad vtrãque partem disputat Troylus de Maluisijs doc. Bonon. in trac. de oblation. in tertio dubio principali. vbi omnia quæ hic dicit Iaso. & quam plura alia ad istam q. pertinentia reperies: & post multa cõcludit, quòd talia relicta debentur Deo immortali. & respondet ad §. œconomos. in authen. de san. episc. qui videtur probare quòd illa relicta debeantur domino illius loci vbi est imago depicta. de quo etiam latiùs disceptat Felin. in c. dilectus, in prin. & per vnam col. de offic. ordin. vbi post Abba. multa dicit. Sed est dubium magis difficile præsupposita ista opin. & retenta pro vera: dubitatur quis debet recipere & habere illa relicta siue emolumenta temporalia, an episcopus vel parochialis presbyter: & circa hoc sunt urgentissima motiua pro vtraque parte quæ latissimè congerit præfatus doctor Troylus Maluitius in dicto tracta. obligationum, in quarto dubio. & Ang. latius prius disputauit in disputatio. sua incip. quæstio proponitur. tandem post multa concludit dominus Troylus attenta maiori authoritate doctorum quòd ad rectorem parochialem spectant: & quòd ille debet illa habere, nisi esset contrarium de consuetudine. de quo vide ibi per eum: quia non est materia nostra, neque faciens aliquid ad propositum istius glossæ neque textus. & est quæstio quæ de per se exigeret tractat. super qua multi excellentissi. doctores contrarium consuluerunt: vt refert Marianus Socinus in tractat. de oblation. decimooctauo libello. & ibi diuidit istã quæstionem in quatuor mẽbra in quibus multũ notabiliter loquitur: uideas ibi per eum.

Postremò ex ista gloss. posset colligi vna regula quam hic ponit Ias. in princ. ꝙ in pęnalibus quando habetur respectus ad priuilegium, non fit extensio. ita colligitur ex ista gloss. quam valde commendat idem Iason in §. tripli. in 2. col. num. 28. infrà eodem. de quo latè dixi in §. pœnales. vbi est similis glossa, suprà eodem. Et per ista fit impositus finis huic §. præsenti lectione.

SVMMARIA SVPER §. QVAEDAM.

1 *Actiones quæ in isto §. enumerantur, personales sunt.*
Omnis obligatio quæ ex contractu vel quasi descendit, personalis dicitur. ibidem.
2 *Mixtũ dicitur quod de duobus participat, & quid si magis de vno quàm de alio. ibidem.*
Mixtam naturam habere, & esse mixtum, idem est.
Habito fine, non curatur de origine. ibidem.
4 *Actio ex testamento habet naturam bonæ fi. non tamen est bonæ fi. sicut est stipulatio pro dote. ibid.*
Aliud est esse tale, & haberi pro tali. ibidem.
5 *Quando vna res venit in consequentiam alterius, non dicuntur tot stipulationes, quot sunt res.*
Sententia in causa summaria non habens solennitates iudiciales dicetur merè diffinitiua. ibid.
6 *Quare actio fin. reg. fami. erciscundæ & communi diui. dicatur mixta.*
Actio fami. er. est duplex. ibi.
Actio fami. erc. quæ datur bonc. pos. est vtilis & bonæ fidei. ibidem.
7 *Quid requiratur, vt competat actio fam. ercis. ex parte actoris.*
In petitione hæreditatis iudex non potest sententiare pro diuiso. ibid.
Petitio hæreditatis debet prius intentari quàm iudicium fam. erciscundæ. ibid.
8 *Quid requiratur vt competat actio fam. ercisc. ex parte rei.*
9 *Actio fini. reg. datur quando est contentio de finibus prædiorum, & ex vna parte est prædium rusti. ex alia verò vrbanum.*
10 *Verbum, adiudicatur, propriè conuenit iudi. diui.*
Adiudicare & abiudicare quomodo differant. ibid.
Actio communi diui. datur quando aliquid est commune quomodocunque vel ex societate vel aliter. ibi.
Res potest esse communis & societas soluta. ibid.
11 *Vbicunque agitur de præiudicio alicuius, semper est citandus ille de cuius interesse agitur.*
In iudicijs diuisorijs etiam parte non petente, iudex potest adiudicare vni totam rem. ibidem.
12 *Arbiter ex causa potest non solum modicam rem sed etiam magnam alteri tribuere.*
Regulæ iuris ex legitima causa infringi possunt ibi
13 *Actiones in rem scriptæ habent originem ex quasi contractu.*
14 *Actio fami. er. respectu præscrip. dicitur personalis*
Actio fami. er. potest præscribi quando vnus ex cohære. sine consti. tantum possideret. ibid.
15 *Nemo cogitur stare in communione, qualiter procedat.*
16 *Vbi est facta mentio de tempore indefinitè vel quantitatis, intelligitur in perpetuum.*
Intellectus l. si præfinito. ff. de pœnis. ibidem.
17 *Communio solet parere discordias.*
Pactum de stando in communionem cum iuramento, valet. ibidem.
18 *Insinuationi cum iuramento potest renuntiari.*
19 *Causa immediata debet attendi*
Donatio inter virum, & vxorem firmatur iuramento. ibidem.
20 *Communio parit discordiam, & qua fuit origo istius dicti.*
21 *Iuramentum debet adimpleri in forma specifica.*
Pactum de stando in communione ad tempus intelligitur de decem annis.
Vbi non fit mentio de tempore intelligitur de decem annis. ibidem.
23 *Pactum de stando in communione ad tempus indefinitè, an valeat.*
24 *Pactum de stando in communione in perpetuum valet. in æternum verò secus.*
Itel. l. si constat. §. si conueniat. communia prædi. ibidem.
Dictio omnino, facit actum præcisum. ibidem.
25 *Argumentum de contractibus ad vlti. voluntates valet, sed non econtra.*
26 *Doctor contrarius qualiter possit excusari.*
Bart. erat solitus conferre cum mercatoribus. ibid.
27 *Alienans causa mutandi iudi. perdit beneficium diuisionis.*
Alienans in filium potentiorem, dicitur fecisse causa mutan. iudicium. ibidem.
Actio finium reg præscribitur 30. annis ibid.
28 *Actio petiti. hæredit. est mixta.*
29 *Mixtum participans de accidenti & de origine non dicitur mixtum.*
Lata sententia super principali, extinguitur ius quod debetur officio iudi. ibidem.
30 *Duo fratres venientes ad diuisionem, quis debeat eligere.*
31 *Quando aliquid non est decisum de iure ciuili, de iure vero cano. sic, illi standum est.*
Dictum alicuius Sancti munitum authoritate testamẽti ueteris præfertur omnibus alijs consti. ibidem.
32 *Exemplis non est iudicandum.*
33 *Papa habet illam potestatem in terris ei subiectis, quam habet Impera. in suis.*

34 *Plenitudo*

34 *Plenitudo potestatis quam habet papa in clericos respectu ecclesiarum, non extenditur ad bona patrimonialia.*
Clericus reputatur laicus in patrimonialibus. ibid.
35 *Maior an dicatur qui diutius bona gubernauit.*
36 *Statutum de maiore, an intel. respectu ætatis vel administrationis.*

6. QVAEDAM. Hìc ponitur tertium membrum siue tertia species actionum quæ
sub. §. omnium. suprà eo. comprehenditur vt hic dicit gloss. & sic enumerantur
tres actiones mixtæ quæ in hoc differũt,
secundum Angel. hic ab alijs mixtis, de
quibus in §. præcedenti: quia illæ sunt mi
xtæ alio respectu: hæ verò quia in eis vter
que est actor & reus: vt in l. in tribus. ff. de iudi. Sed vt hæc om-
nia secundum veritatem constent, in primis non videtur verũ
1 ꝙ glo. prima hic dicit ꝙ hic ponatur † tertia species mixtæ
actiones: quia imò istæ actiones quæ in isto §. enumerantur,
veræ personales sunt. lege prima. ff. finium regun. & hoc mani
festè probatur: quia descendunt ex quasi contractu. §. item si
inter aliquos. supra de obliga. quæ ex quasi contractu nasc. Et
istud est expeditum, ꝙ omnis obligatio quæ ex contractu vel
quasi descendit, personalis dicatur: vt declarant Ias. & alij in
rubrica. ff. si certum petatur. & cum ista opin. post Nicolaum
de Neapo. & Ioan. Fab. transit Ias. §. omnium. colum. tertia. nu
mero vigesimo septimo. suprà eodem. & Iason. hic super pri-
ma gloss. pro qua opinione facit, quod dicit Bartolus in l. si in
lege. §. petitio. ff. de petitione hæredita. quòd queadmodum
impossibile est quod duæ species diuersæ misceantur sub vno
indiuiduo, vt homo & asinus: ita est impossibile quòd ex a-
ctione reali & personali, & sic ex diuersis speciebus fiat mi-
xtum. Et secundum hoc de plano procedit diuisio facta in d.
§. omnium. videlicet quòd omnis actio in duo genera diuidi-
tur: aut est in rem aut in personam: alias ibi imperator malè lo
queretur, dicens esse duo genera. & ad istum textum respon-
det Ioannes Fabri in dicto §. omniũ. ꝙ hic non dicitur ꝙ aliæ
sunt actiones mixtæ: sed ꝙ quædam sunt actiones quæ mixtam
naturam habere videntur: & ita hanc eandem opinio. sequi-
tur Angelus hic post Baldum, & eã dicit veram esse sicut euan
gelium Iason in lege stipulationum. la prima. in princ. in j. col.
ff. de uerb. oblig.

Sed tamen opin. gloss. de facili sustineri potest: quia licet hę
actiones personales præstationes habeant. d. l. j. fin. reg. negari
tamen non potest, quin etiam reales contineantur persecutio-
nes: vt exemplificat Iason in rubrica ff. si certum petat. & in di
cto §. omnium. in prin. in euidentialibus. & innuit textus hic,
2 & isto respectu † mixtæ dicuntur: quia ex duobus participant
§. sequens. suprà eod. l. imperium. vbi notat Paulus de Cast. &
alij ff. de iurisdictione omnium iudicum. capitulo, quanto. de
iudi. & lege quæritur. de statu hominum. & licet magis de vno
quàm de alio aliquando participet, nihilominus dicitur mi-
xtum: vt tradit Iason, vbi hoc pro regula ponit in d. l. stipula-
tionum. in fin. primæ colum. per d. l. quæritur. Et quod hæ mi-
xtæ dicantur pro expedito tenet Alexander, & Iason sibi cõtra
rius, & communiter doct. in d. rubrica ff. si cert. pet. & hoc fate
tur Ias. in d. §. omnium. dum ibi colligit ex tex. quòd sub sim-
plicibus continetur mixtum: nam illud mixtũ dicitur de quo
hic tractat. & tenet Fulg. quem ibi sequitur Alex. in l. in actio-
nibus. in j. col. num. 9. versi. adde quod pro hac. ff. de in lit. iur.
3 Nec responsio ad istũ text. satisfacit dum faciunt differentiam
inter actionem mixtam & habentem mixtam naturam: quia
habere mixtam naturam & esse mixtum, iudicio meo † idem
est: vt in d. l. quæritur. nec probatur contrarium aliquo iure. Et
ratio Ias. infrà in gl. j. nõ cõcludit: quia licet hæ actiones mixtę
non sint origine, sufficit effectu esse mixtas: quia habito fine nõ
curatur de origine. l. cum seruus. de verb. ob. & per consequẽs
dicendum, est quòd hæ actiones constituant tertiam speciem.
quod tenet Dy. hic & Ang. post gloss. Et hoc ratione proba-
tur: quia certum est quòd istæ non dicuntur in totum persona
les neque in totum reales: sed participant de vtroque. l. item
Labeo. §. familiæ. vltimo. ff. famil. ercis. & declarat gloss. 2. hic:
ergo dicuntur mixtæ. l. imperium. ff. de iu. om. iud. vbi latè Mo
der. Sed tamen vlterius cogitanti mihi videtur quòd prima
opi. sit satis solida: pro qua dico esse casum in terminis in l. j.
§. j. ver. nemo. C. de anna. excep. ibi, neque alterius cuiuscũque
actionis personalis &c. & tamen superius text. de actionibus
famil. er: communi diui. & fi. regundorum loquutus est. Ad idẽ
est tex. in l. item Labeo. §. familiæ. ff. famil. er. dum tex. dicit ꝙ
ex duobus constat iudicium famil. er. rebus atque præstationi
4 bus, quæ sunt personales actiones &c. † Et secundum hoc re-
sponsio Io. Fab. in d. §. omnium. suprà. eod. ad istum tex. bene
adaptatur: quia hic non dicitur quòd istæ actiones sint mixtæ
sed quod videntur habere mixtam naturam, sicut dicimus de
actione ex testamento, quæ habet naturam bonæ fidei: tamen
non est bonæ fidei originaliter. l. in minorum. C. in quib. cau.
in integ. rest. non est neces. sic etiam in stipulatione pro dote:
q̃a naturã bonæ fidei hẽt, tñ simpliciter nõ ẽ bonæ fidei. §. fue
rat. infrà eo. Nã aliud est esse tale, aliud haberi pro tali. l. q̃a pa
rentis. ff. so. ma. l. interdum. la 2. §. qui tutela. ff. de furtis. Neque
ob. ꝙ istæ actiones de duobus participent, scilicet de persona
libus præstationibus & rerum persecutionibus: quia respon-
detur, ꝙ propter hoc non debent dici mixtę, cũ illa duo æquè
principaliter non concurrant, sed per viam accessionis: nã in
substantia istæ actiones personales sunt, per allegata superius
& licet participent de actione reali respectu persecutionis cõ
tra possessores, illud venit in consequentiam, non ex substan-
tia & essentia istarum actionum. arg. text. in l. item veniunt. §.
cùm prædiximus. ff. de pe. hær. & tradit in simili Bal. in repeti
tio. legis cùm mulier. in septima colum. ff. solut. matrim. facit
textus in §. & quia. vers. si vero permixtæ. in authen. de nup. &
ideò illa qualitas magis potens est in consideratione, non il-
lud quod in consequentiam venit. lege si quis nec causam. &
quod ibi tradit Ias. ff. si certum petatur. facit lex legatis. §. si v-
nus. ff. de legatis tertio. de hoc est doctrina Alexand. & Iaso-
nis post Bartolum in l. scire debemus. in princip. de verborum
5 obligationibus. vbi concludunt, quòd quando vna res venit in
consequentiam alterius, non † dicuntur tot stipulationes quot
res, sed vnica erit stipulatio. & per prius in terminis nostris vi
detur decisio Bartoli & Ang. in lege prima in principio de ver
borum obligationibus, vbi vult quòd in casu istius legis, stipu
latio mixta non faciat tertiam speciem, ex quo non confun-
ditur substantia. lege. adeò. §. cum quis. ff. de acquirend. rerum
dominio. Considerata igitur iuris dispositione est in simili di-
cendum, ꝙ tales actiones erunt simplices, licet participent de
vno & de alio: per tex. in dicta lege quæritur. vbi Hermaphro-
ditus propterea non dicitur mixtus, licet de vtraque sexu par-
ticipet, cùm in uno plus quàm in alio regulariter magis inca-
lescat. Et pro hoc bene facit in simili quod[a] dicit Paul de Cast.
& ibi Iason in tertia colum. in l. imperium. de iurisdict. omn.
iudicum. ubi uolunt, quod licèt sententia in causa summaria
non habeat solennitates iudiciales, nihilominus quia princi-
paliter negotium diffinit, dicetur merè diffinitiua & non mi-
xta: ut dicebat ibi Angel. & hoc dictum Paul. de Cast. latiùs di
scutit, & approbat Georg. natam in repetitio. clement. sæpe. §.
eo quia. in quinta col. de verborum significatione. facit text. in
cap. quod in dubijs. de consecra. ecclesiæ uel alta. & ita tenet
Roman. in consilio 174. spectabilis. in principio. & in consil.
358. in præsenti dubitatione. in fine. facit quod dicit Bar. in l. si
cum exceptione. §. hæc autem. uersic. tu dicas. ff. quod metus
causa. & tenet Alexand. consilio. l. uisis. colum. penult. lib. 2. cũ
alijs concordan. quæ ad d. l. quęritur. tradit Decius in consilio
9. uisis his. numero. 3. in secunda parte. Secundo inquantum
Angel. hic in principio dicit per d. l. in tribus. quod hæ actio-
nes mixtæ dicuntur ea ratione, quia in eis quilibet est actor &
reus: Ista ratio morderi potest: quia tex. in d. l. in tribus. potius
contrarium uidetur innuere, dum dicit quod is actor dicitur
qui prius ad iudicium prouocauit: ergo alter prouocatus dici
tur, non etiam actor.
6 † Vnde omissa declaratione Paul. de Castr. in d. l. in tribus.
quæ per textum in capitulo ex literis. de proba. confunditur:
ut ibi ponderant nouissimi, uerior uidetur declaratio Bal. ibi,
uidelicet, ꝙ ideo dicitur quilibet actor & reus in his tribus a-
ctionibus: quia hincinde adiudicatio fit & condemnatio. &
idem tenet Bald. in l. 2. ver. sed iuxta. C. commu. diui. nam pro
ea par-

ea parte quæ unicuique ex parte alterius adiudicatur, dicitur actor: in ea uero parte quæ condemnatur, reus dicitur. & ista de plano procedunt. Item ulterius est præmittendum ad intelligentiam istarum actionum ꝙ actio famil. ercis. duplex est: quædam est directa: & est illa quæ datur hæredibus de iure ciuili ad diuidendum corpora hæreditaria, mobilia & immobilia: vt hic est tex. & toto titu. ff. famil. erciscun. non autem datur ad diuidenda nomina debitorum. l. 2. §. fina. & l. hæredes. §. primo. ff. famil. ercis. Ratio est quia lex. 12. tabular. ipso iure sine facto hominis diuidit nomina debitorum pro portionibus hæreditarijs. l. pro hæreditarijs. C. eodem titulo. Et ideò frustra diuideret, quod lex iam diuiserat. Alia est vtilis quæ datur bonorum possessoribus de iure prætorio, vel datur contra bonorum possessorem & hæredem: vt habetur in l. sed & eius. §. j. in gloss. fin. ff. famil. ercis. in l. si ex asse. eodem titu. Et hæc actio semel intentata non potest amplius intentari. l. si filia. §. famil. ercis. ff. eod. & est actio bonæfidei. l. non est ambiguum.
7 C. si. reg. in §. actionum. infrà eodem. † Item aduerte quòd ista actio familiæ erciscun. quò ad hoc, vt possit intentari, requiritur quòd hæres qui agit contra hæredem, sit possessor. aliàs autem non potest statim intentari ab hærede non possessore: ꝙ si agat, expelletur exceptione præposterationis, prout est casus singularis secundũ Bal. in l. j. ff. famil. ercis. Et rõ est, quia hæres qui non possidet, debet prius agere petitione hæreditatis per quam iudex cognoscit eum esse hæredem. quo probato, tũc iudex diffinitiuè pronuntiat illum esse hæredem pro indiuiso: lege, si quis libertatem. ff. de petition. hæredita. etiam si petitio sit facta pro parte: quia in petitione hæreditatis iudex non potest sententiare pro diuiso: sed vt dixi pro indiuiso dicens eum esse cohæredem: quo facto isti sic hæredi declarato competit istud iudicium diuisorium siue actio fami. ercisc. ita est tex. qui declarat hos terminos in l. non possumus. ff. si pars hæred. peta. vnde si talis hæres non possessor omittit istum ordinem, præposterè agit, & potest expelli. hoc est quod dicit. d. l. j. Et istud procedit quando alij cohæredes negarent istum actorẽ esse cohæredem. tunc enim exceptione præposterationis repelleretur. Secus autem si confitentur: quia tunc dato quòd nõ possideat, potest intentare hanc actionem absque eo quod prius intentet petitorium quò ad hoc, vt declaretur cohæres: vt suprà dictum est. vnde data illa confessione non erit opus intentare petitorium sed diuisorium. Et hoc clarum est quando ille qui petit, non possidet. Si verò possideret petitor, licet ab hæredibus negetur cohæres, non requiritur quòd petitorio agat, sed diuisorio. Et tunc exceptio præposterationis non habet locum, vt dicit textus in dicta lege prima. ratio duplex as-
8 signatur per Baldum ibi quem videas. † Et ista procedunt ex parte agentis: ex parte verò illius qui hoc iudicio conuenitur, requiritur quòd sit possessor & cohæres. aliàs autem contra alios possessores hæreditatis non hæredes non datur. lege tertia. in principio. & lege, sed eius. §. primo ff. eodem titul. Et ita per ista iura reprehenditur Alexander per Iasonem & alios Moderniores in rubrica ff. si certum petat. qui vult quòd detur contra quemcunque possessorem, ad similitudinẽ realiũ.

Itẽ sciendũ est, ꝙ ista actio, & aliæ sequentes nõ possunt nisi coram vno iudice proponi: vt de hoc est specialis titulus. ff. de qui. re. ad eundem in ea. Et ratio redditur ibi per gloss. quam vide & nota. & in quibus casibus istud iudicium siue actio non competit, vide tex. qui est singularis à capite vsque ad pedes vt ibi dicit Bar. in leg. hæredes. §. similes. & §. quod pro empto
9 re. ff. eodem. & in lege, & puto. §. sed & si. eodem titulo. † Vlterius circa actionem finium regundorum aduertatis ꝙ ista actio, vt hic dicit textus, datur quando est contentio de finibus prædiorum. Sed hoc procedit quando ex vna parte est prædium rusticum. & ex alia vrbanum, vel ex vtraque parte rusticum: vt dicitur in l. secunda. ff. finium regundorum. in principio. Sed si esset cõtẽtio super duobus p̃dijs vrbanis, cessat ista actio: & tunc daretur illud remedium, vt puta rei vendicatio, vel quodlibet aliud remedium: vt dicetur in glossis. & ista actio est stricti iuris cum non enumeretur in §. actionum. infrà eodem. Iste textus diuiditur & summatur vt hic per Iasonem.
10 † Nota primò in textu ibi, adiudicare. secundum Iasonem ꝙ istud verbum propriè pertinet ad ista iudicia diuisoria vt dicit gloss. in l. sed si res. in vers. adiudicata. ff. de Publicia. Adde tex. in l. si quis fundum. §. officio. ff. commo. diuid. & in §. si familiæ. infra de officio iudicis. cum similibus: vt tradit & declarat Domi. in capit. Abbate sanè. in principio, in vltimo notabili & prima opposi. de re iudicata, libro sexto. Et differentia est inter adiudicare cum d. & abiudicare cum b. quia primo casu idem est quod assignare & dominium trasferre, prout concludit Socinus in consilio. 69. viso laudo. in secunda columna. in quarto volumine. allegans text. in lege. si quis putans. §. si fundus. ff. commu. diuidundo. & d. §. si familiæ. cum similibus per eum alleg. Sed abiudicare idem est quod remouere & abdicare. capitulo inter cæteras. de rescriptis. & notat Decius in capitulo ex parte. il primo, per illum textum in principio. eodem titulo. Nota secundo ex isto textu secundum Iasonem, ꝙ Communi diuidundo competit quando aliquid est commune quocunque modo vel causa societatis vel alio modo. lege secunda, in principio, commu. diuidun. cum alijs: vt hic per eum. Sed aduertendum est ꝙ illud quod de societate dicitur, non videtur sine dubio: quia contrarium tenet Angelus hic & Ioannes Fabri. & pro ista opinione videtur gloss. in d. l. prima ff. commun. diuidund. iuncto text. facit etiam vltra ipsos: quia potest remanere res communis, & quod societas sit soluta. vt habetur in lege actionum. §. si potest. ff. pro socio. & ideo remedia ad inuicem confundi non debent. & de hoc videtur esse casus in terminis in §. item si inter aliquos. supra de obligationibus quæ ex quasi contractu. facit gl. & quæ ibi notat Aretinus & alij suprà de rerum diuisione. in principio in verbo communia. Tamen prima opinio mihi magis placet, quam vltra prædicta pro indubitata tenet Ioannes Baptista de sancto Blasio in arbore sua actionum, numero. centesimoquadragesimo sexto. Et pro ista parte clari sunt text. in dicta lege secunda cum alijs allegatis hic per Iasonem. Et ad text. & gloss. in d. l. prima, clarissima patet solutio: quia ibi non dicitur, quòd ista actio non competat pro rebus in societate deductis. Sed actio pro socio non competit ad res cõmunes alio iure quàm societatis, cùm illa competat ad personales præstationes: & ideo necessarium fuit istud iudicium communi diuidũdo. Et ista actio à superiori familiæ erciscundæ differt: quia illa datur ad res vniuersales & ad corpus hæreditatis. hæc autem ad particulares. Nec obstat textus in dicto §. item si inter. quia ibi solùm ponitur differentia inter. contractum & quasi: non autem respectu actionis quæ dari potest etiam pro societate: vt in lege secunda. ff. commu. diuid. & tenet glossa ibi. Nec inconuenit quòd pro vno negotio plures competant actiones: vt in lege secunda. C. commu. de legatis. lege, cùm pater. §. varijs. de legatis secundo. & habetur in lege, non est nouum. de actioni. empti. cum concordantijs. vt nouissimi tradunt in lege tertia. §. ex pluribus. de acquirenda possessione. Et dum Iason hic reprehendit Nico. de Neap. qui vult quod quando inter aliquos agitatur iudicium communi diuid. quod vsufructuarij illarũ rerum erant necessario vocandi, per textum in l. si is qui fundũ in fine ff. de vsufruc. leg. Dicatis Nicolaum bene dicere quicquid musitet Iason. quia tex. in dicta lege, is qui fundum. bene probat in illis verbis dum dicit quòd diuisio facta cum proprietario non præiudicat vsufructuario absenti, & sic per consequens debes subintelligere, quòd diuisio non valet. ratio est: quia ille vsufructuarius de cuius interesse agitur, deberet vocari quo ad hoc vt sibi præiudicari posset: aliàs sibi non præiudicat talis diuisio: ita est ibi textus quem ita intelligit Nic. quẽ suo modo refert Iason. Et hoc idem in creditore habente hypothecam in re communi ab altero socio constitutam: quia illi præiudicari non potest. quod intellige secundum quod notabiliter declarat Bartolus in l. Iulianus. §. idẽ Celsus. ff. de actio empt. & in l. 3. §. fi. ff. qui potior. in pig. hab. cùm si. ut tradunt Modern. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. super nona quæstione Bar. ff. de verborum obligationibus. & finaliter ista est regula, quòd ubicunque agitur de aliquali præiudicio alicuius, semper est citandus ille de cuius interesse agitur. le. si eo tempore. vbi Bartolus. C. de remis. pig. cum his quæ latius congerit Socinus in consil. 282. vias tuas &c. in secunda colum. 2. volum. Felyn. in capitulo humili. in j. colum. circa finem. de maio. & obedien. & in capitu. exhibita. in principio, de iudicijs.
11 † Nota vltimò secundum Iasonem & alios, quòd in istis tribus actionibus potest iudex vni parti etiam non petenti ex causa totam

sa totam rem adiudicare.& pro hoc facit in simili secundum Angelum, quia arbitrator ex causa etiam potest de iure vnius alteri tribuere, vt puta pro bono pacis, vt euitetur scandalum. gloss. in lege si de meis. §. recepisse. ff. de arbit. cum similibus. Sed Iason hic mordet istud simile Ang. dicens non conuenire eò, quia illud quod arbitrator potest, procedit tantum in modico: aliàs recurreretur ad arbitrium boni viri: vt dicit Bartolus in d. §. recepisse. Sed aduerte quia Angelus non meretur reprehendi: quia ipse non dicit ꝙ arbitrator potest totum ius vnius partis alteri attribuere: cùm allegata per eum dicant ea quæ pro impugnatione adducit Iason. Sed solùm voluit dicere hoc quòd quamadmodum ex causa alias arbitrator potest de iure vnius alteri tribuere pro parte, eodem modo subsistẽte causa iudex potest totam rem vnius alteri adiudicare. & sic arguit de parte ad totum & à simili. Imò plus dico contra Ia-
12 sonem, † quòd etiam retenta sua subauditione dico Angel. bene dicere: quia arbitror ex legitima causa potest non solùm modicam rem, sed etiam magnam alteri parti attribuere: est casus singularis in capit. nisi essent. extra de præben. quem ad hoc valde commendant Andr. Sicu. in consi. quadragesimoprimo. nu. 21. libro j. & consilio vndecimo. in prima & secunda colum. in secundo volumine. & in consilio primo. in prima columna. in tertio volumine. & in capitulo primo in vigesimaseptima columna. numero. 161. de consti. Alexander in consilio. 119. in tertia colum. secundo libro. & consilio 119. & consilio 124. in tertia col. eod. libro. Corsetus in notabilibus suæ literæ. A. notabili vigesimosecundo cum concordan. vt latè ibi dixi. & de hoc ratio est manifesta: quia ex iusta causa vt puta pacis vel alterius transgredi potest iudex regulas iuris: vt per plura concludit Rom. in consil. 332. incipien. quò ad primum. col. finali. & est tex. in lege diuus. la seconda. ff. ad l. Corn. de fal. & dictum vulg. Inno. in capitulo primo. de constitut. quem sequitur Iaso. in lege prima. C. de preci. impe. offe. & in l. cùm seruus. in penultima column. ff. de condictione ob causam cum similibus. de quibus latè dixi in lege, si hominem. per illum tex. ff. manda. post Bartolum in lege quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & hoc fatetur idem Iason in §. ex maleficijs. numero tertio. & nu. decimoquinto. & sequẽti supra eo. dum vult quòd licet aliàs regulariter quis pro furto mori nõ debeat: tamen quando per illud furtum etiam minimum pax rumpitur, debet furca suspendi. §. si quis quinque solidos. secundum communem intellectum, de pace tenend. de quo tamen latiùs ibi disputaui. Et rationem postea ponit per uiam regulæ in dicto numero 15. quia ex legitima causa possunt regulæ iuris infringi. Si igitur ius constitutionis infringi potest ex iusta causa, à fortiori potest ius partis alteri attribui: vt est casus in c. cùm inter. de sen. & re iudi. Nec obst. illud quod dicit Iason, quòd in arbitratore fit reductio per arbitrium boni viri: quia dico ꝙ hoc faciliùs procedit in iudice, cuius sententia per appellationem infirmari potest. l. j. ff. de appella. & in arbitratore vel arbitro est quid imputandum partibus, quare in illos consenserunt: vt dicit tex. in l. diem proferre. §. stari. de arbi. Et ideò si læduntur, vt quia ius vnius transfertur in alium, de se conqueri debent. arg. l. Imperatores. ff. de iur. fisci. & eis dici potest, Viam quam elegistis, ipsa vobis pateat. l. si mulier ff. ad velleia. Præterea quia talis reductio ad arbitrium boni viri, est quędam species appellationis. l. non distinguemus. §. cũ quidam. ff. de arbi. & intra. 10. dies peti debet sicut appellatio: vt dicit Specul. in tit. de arbit. §. sequitur. uers. sed intra quod tẽpus. quem per plures rationes sequitur Abbas in capitul. quintauallis. in septima columna. versi. uenio ad secundam. de iureiurando. Sali. in l. si societatem: §. arbitrorum. in duodecima quæstione. ff. pro socio. Guid. de Susa. in l. si ex consensu. C. de episcopal. audientia. & plures alij quos propter breuitatem omitto. & tamen Iason fatetur, quòd iudex possit hoc facere: ergo eodem modo & arbitrator: vel si arbitrator nõn potest, eadem ratione neque iudex: quod tamen est falsum: relinquitur ergo concludendum, opinio. Ang. Aret. esse veram. Glo. ercisicundę. ibi, ideò dicitur mixta &c. Colligitur ex gloss. alia ratio, quare hæc actio mixta dicatur. suprà incidenter post Angelum dixi vobis rationẽ esse, quia in istis iudicijs diuisorijs quilibet est actor & reus: vt est casus qui ad literam hanc rationẽ assignat in cap. ex literis. de probatio. cum alijs quos allegat hic Iason. ista tamen ratio quæ hic ponitur per glo. magis specialis est, quam videatis: quia clara est. Iason tamen hic retenta ista ratione quærit de ratione differentiæ inter istas actiones diuisorias mixtas, & actiones in rem scriptas & longo verborum ambitu repetit ab origine earum effectus. Vos domini di-
13 catis ita & breuius, ꝙ † actiones in rem scriptæ habent ortũ ex quasi contractu: & unde iste quasi contractus oriatur, dicatis quòd ex rei peruentu: quasi ex illa peruentione rei ad illũ & susceptione inducatur quasi contractus, ex quo oritur actio personalis ad exhibendũ, quæ est in rem scripta. de hoc est doctrina Bar. quã modò intelligitis in l. si tertius. §. si quis prius. colum. j. ff. de aqua plu. arcend. & in lege prima. ff. de interdic. dum allegat tex. in lege de eo. §. fin. ff. ad exhiben. verùm quia ex æquitate proueniunt tales actiones ad instar realium: ideo competunt contra quemcunque possessorem. & dicitur in rẽ scripta, vt dicit Alexander, & ibi latius Ias. in rubric. ff. si certũ petatur. Istæ vero actiones diuisoriæ non dantur contra quemcunque possessorem, sed contra ipsos cohæredes vel consortes: vt dixi suprà in euidentialibus, per legem tertiam, & l. sed eius. §. j. ff. famil. ercisicundæ. & hoc debetis tenere pro certo
14 & firmo omissis ambagibus. † In eadem gloss. ibi, sed quanto tempore durat &c. Collige cõclusionem, quòd actio famil. ercisicũdæ respectu præscriptionis, dicitur personalis: quia quẽadmodum quælibet personalis spacio. 30. annorum præscribitur: ita & ista: per textum qui expressè hoc dicit, in l. prima. §. primo, versi. nemo. C. de anna. excep. Hoc tamen declaratur breuiter, omisso longo apparatu, procedere quando vnus tantum ex cohæredibus siue consortibus totam hæreditatem possideret. nam tunc si per. 30. annos alij consortes non petierũt diuisionem, procedit præscriptio: neque poterunt compellere illum possidentem diuidere: sed cogeretur in communione stare. Secus tamen si à principio omnes in communi reperiuntur possedisse: nam eo casu licet per 30. vel mille annos staret in communione, nunquam currit præscriptio non petendi diuisionem quando placuerit. ita tenet Baldus in l. fin. C. finium regũdorum. cum concord. vt hic per Ias. tenet Fran. de Cur. in consilio 68. columna. 12. & hanc opinio. tanquam communem sequuntur Modern. Taurinen. in tractatu præscriptio. in quarta parte quartæ partis principalis, quæstione decimatertia. Et omnia ista procedunt etiam in actione communi diuidundo: vt dicunt præfati Moderni. Quid autem sit in actione finium regundorum, dicam infra.

15 † Colligitur igitur ex ista gloss. iuncta declaratione Ias. hic, vna notabilis limitatio ad regulam quæ ponitur in l. 3. commu. vtriusq. iud. & l. fi. C. cõmu. diui. videlicet, quòd illud quod ibi dicitur, quòd nemo cogitur in communione stare, non procedit quando ab altero ex socijs vel habentibus rem communem esset præscriptum actioni per quam petitur diuisio: quia tali casu quis in diuisione stare cogitur. Tamen vt omnia ista quæ dicta sunt & traduntur per doct. hic, quæ multum vtilia sunt, melius & clarius intelligantur, tu in primis facias regulam quam tibi vltra alios ampliabo & limitabo. Regula igitur est ista, quòd nemo in communione stare cogitur, iuribus superius allegatis. Hoc procedit etiam si factum sit pactum de stando: quia tale pactum non obligat. l. in hoc iudicio. §. si conueniat. ff. commu. diui. tenet Felin. in capitulo licet. il 3. columna secunda. de testi. tenet Roma. in consilio decimotertio. incipien. idem videtur. quod procedit etiam si non sit dictum in perpetuum & nulla facta mentione temporis: quia etiam dictum pactum non valet. ita tenet Albe. de rosa. in l. fi. C. commu. diui. dum simpliciter concludit quòd pactum de diuidendo non valet: quia vbi non est facta mentio temporis
16 indefiniti vel quantitatis eius intelligitur † in perpetuum. l. seruus. C. de pœn. per quam ita tenet Felin. & Decius in dicto capitulo ex literis. & in terminis nostris ita concludit Socin. in consilio 278. columna finali, in secundo uolumine. ubi hoc aliter comprobat: ut ibi vide. Item ampliatur, vt dicta regula procedat etiam per sententiam arbitri cui stare promisimus: quia non potest facere, ne in perpetuum diuidatur: vt per plura probat Alexand. in consil. 48. iusis & accuratè. columna penultima. in 6. uolum. nouiter edito. Item ampliatur hoc procedere, ut tale pactum non obliget etiam naturaliter: ut tradit Angel. in consilio 225. incipien. punctus talis, Martinus &c. in prima

prima columna.neque etiam tale pactum firmatur iuramento:vt tradit Alexand.in consilio 18.visis capitulis. in prima columna,libro secundo.& hoc idem in fortioribus terminis tenet Old.in consilio 241.factum tale est.& sequitur Felin.in capitulo,si diligenti.in quinta colum.in fin. versi. limita hæc. de fo.compet.& Fran.de cur.in consilio 68. incip. dominus Ioannes.in antepenul.colum.principaliter fundantur in gloss.capituli fin.de procu.libro sexto,cum multis similibus quæ congerit Feli.vbi suprà in 9.col.Ego pro ista opin. adduco vnam rationem satis concludentem quia ratio quare inductum est,
17 quòd nemo cogatur in communione stare,fuit: † quia communio solet communiter parere discordias etiã inter coniunctos.l.cũ pater.§.dulcissimis.ff. de leg.2. l.2.C.qñ & qb.quar. pars.lib.10.propterea pactum non obligat tanquam præstans occasionem discordiæ:minus igitur debet valere iuramentũ. c.veniens.& c. & si Cristus.c.quintauallis.vbi bonus tex.& capitulo.quemadmodum.de iureiurando.& capitul. non est obligatorium. de regulis iuris, libro sexto.cum similibus. vt per Modern.in l.fin.C.de pactis.Præterea sequeretur ꝙ libera rerum suarum dispositione quis priuaretur:quod esse non debet.arg.l.nec emere.C.de iure deliberandi.cum quilibet in re sua sit moderator & arbiter.l.sed si lege.§.consuluit. ff. de peti.hæ.no.Abb.in c.j.de emp.& venditio.Tamen his non obstãtibus,quantum ad illud quod dictum est de iuramento,teneo contrarium, quòd imò tale iuramentum faciat valere pactũ. Nam clarum est,quòd quando iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ,est seruandum.cap.si verò. de iureiur. Sed in casu isto potest obseruari: igitur &c. Hinc videmus ꝙ licet lex prohibeat alienationem fundi dotalis. l. lex Iulia. ff. de fun.dot.tamen alienatio valet, & tenet facta cum iuramento.capit.cùm contingat.de iureiur.& habetur etiam in capitulo,quamuis.de pac. libro sexto. & tamen illa alienatio fuit inducta ratione euitandæ fraudis.Idem videmus in insinuatione in l.sancimus.secundum quod ibi declarat,Bal.C. de donationibus.
18 † nam insinuationi renunciari non potest:vt ibi dicunt omnes,& Bar.in l.Modestinus. ff. de donationibus. quia per hoc daretur occasio fraudis.Tamen cum iuramento valet renuntiatio:vt tenet Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de instr. edi.§.porro.in vltima additione.per id quod habetur in d.c. cum contingat.& firmat Alexander in consilio tertio, col. penul.lib.j.& consi.17.viso instru.in 2.col.eod.lib.& consi. 82.visa facti narratione in fi.2.vol.& latius in consil.20.ponderatis his.col.2.lib.3.quicquid dicat Ange. Are.in §. aliæ. col.pe.suprà de donationibus.Et plures alij sunt casus de quibus longa texeretur historia,in quibus iuramentum dat robur actui qui non valeret,aliàs vt tradunt latè Moder. in tracta. de virtute iuramenti.& dixi vobis supra in vno.§.istius tituli, vbi pono plures effectus iurisiurandi:quæ omnia ad propositum nostrum videntur conuenire.Et ideò concludendum est quòd si in pacto de non diuidendo siue de stando in communione ponatur iuramentum,quòd tale pactum valebit & debeat obseruari.& ita in terminis reperio consuluisse Corneum Perusinũ virum magnæ authoritatis in consi.13.incip.videntur in præsenti.in pen.col.in 3.volu.& cum hac opi.videtur transire Iason in l.si non fortem.§.si centum,in 2.col.nu.7.ff.de condi. in debi.Et ista ampliatio Alex.& sequacium potius est limitatio prædictæ regu.Non ob.modò,ꝙ iuramentum præstaret occasionem discordię quam communio solet producere: quia respondetur,quòd principaliter & immediatè nõ tendit ad hoc vt discordiæ fiant,sed vt fratres potius discordantes ex distributione partium concilietur:quia diuisio potius & inæqualitas est causa discordiæ propter inuidiam quę ex disparitate oriri solet:vt in l.cum oportet.§.j.& §.sin autem.C.de bo.quæ lib.fac.tex.in l.vt liberis.in prin.C.de colla.& l.fin.C. commu. vtriusq.iud.cum simili.& quãuis occasionaliter cõtingat quod ex communione discordia oriatur, illud non debet attendi:
19 quia † est causa mediata non immediata. argu. l. si quis nec causam.ff.si cer.pe.Ista solutio probatur ex dictis Io. de Imo. in c.cum contingat.48.char.de iureiur.vbi dicit ꝙ donatio inter virũ & vxorem prohibetur : quia præstat occasionem deprædandi,ne mutuo amore se spolient.l.2.ff.de don. inter vir. & vxor.& tamen quia illud regulariter & directè non contingit,sed occasionaliter,& sic per causam remotam,talis donatio firmatur iuramento:quod secus esset si directè & immediatè talis donatio præstaret occasionem delinquendi: quia non valeret.c.non est obligatorium.de re.in.lib.6. sic ergo in proposito concludo,quòd quamuis communio interdum soleat parere discordias,tamen quia hoc regulariter non contingit, illud purgatur per iuramentum : quod vlterius suadetur:quia si communio esset causa immediata & propinqua discordiæ non fuisset mandatum à Domino in euangelio,quòd omnia essent communia inter Apostolos & Cristi fideles,& quòd omnia ponerentur in communi:vt in capitulo. non dicatis. & in capitulo,expedit.& capitulo uidentes. 12. quæstio.j.& uita ẽt clericorum temporeq primitiuæ ecclesiæ erat cõis, cap.quoniam.de uita & hone.clericorum. ergo apparet quòd communio non erat causa discordiæ sed maioris charitatis & perfectionis norma:quod verum est lege euangelica qua uiuimus: tamen in lege ueteris testamenti communio improbatur tanquam nutritiua discordiæ:ut patet Genesis.13.capit.ubi dixit Abraam Loth nepoti suo qui greges in communi habebant, Ne quæso sit iurgium inter te & me, & inter pastores tuos & meos:fratres enim sumus.ecce vniuersa terra coram te est,recede à me obsecro:si ad sinistram ieris, ego ad dextram pergam &c.vnde ex istis dictis habuit ortum illud prouerbium,
20 Communio parit discordiam: † vt dicit Lucas de penna in l. j.C.de his qui se deferunt.lib.10.colum.3.Deinde superuenit lex,qua redempti sumus, & copulata est charitas & dilectio: quibus mediantibus res omnes inter Chisti fideles fuerunt cõmunes, & facti sunt omnes tanquam nihil habentes & omnia possidentes.& quos amor rerum temporalium non turbauit,dilectio Christi & communis charitas colligauit. Postremo crescente malitia & rerum immensa cupidine quibus præcipites agimur, accidentaliter communio fuit causa discordiæ.d.l.cùm pater.§. dulcissimis. aliàs euictis ex eo quod ab omnibus negligebatur cura:vt dicit Innoc. in c. quod dicitur. de voto.& in d.l.2.quomodo & quãdo quar. pars. & inde proprietatis aperta est via:vt notabiliter dicit text. in c. quo iure. 8.dist.per hoc tamen absolutè dici non potest,quòd communio sit causa discordiæ.pro quo bene facit quod dicit Bal.nouell.in trac.dotis.in fin.secũdæ partis dũ alleg.Tho. de Aquino.Non obstat etiam gl.in c.fin.de procura.lib.6.super qua se fundãt prædicti doctores, quia ibi erat actus dependẽs à voluntate vnius : vt in l.si quis.in prin.ff.de leg. 3.hic vero sumus in dependentibus à consensu duorum: quo casu est magna differentia,per ea quæ tradũt in l.non solùm.§.morte.ff.de ope. noui nun.per Bar.& alios.Habes igitur ex prædictis primam limitationem ad regulam,quòd licet quis in communione sta-
21 re non cogatur, fallit nisi fuerit iuramentum: quia † iuramentum debet adimpleri in forma specifica. c. ad nostram.il j. de iureiur.cum simili. Secundo limitatur prædicta regula, vt per gloss.nostram hic vt supra retuli,videlicet quod non procedat vbi esset præscriptum communioni. Tamen licet doct. hic transeant cum ista gl. mihi videtur, quòd omnino non sit verum quod ipsi dicunt per ea quæ dicit Bald.in l.fi.C. fi. regun. & Ias.in l.si non fortem.§. si centum.de condi. indebiti. & Angel.in consilio.54.Curtius in consil.68. in 12.col. ubi concludunt quòd etiam per cursum centum annorum potentiæ petendi diuisionem non præscribitur. ergo istud dictum docto. non est uerum.Non obst.gl.hic quia loquitur in actione fami. erc.in qua non concurrit tanta ratio quanta in actione communi diuidundo.uel propter hoc non denegatur alia uia potentia diuidendi saltem in effectu : quamuis illa actione non agatur expressè,sed in consequentiam.& hoc puto quod uoluerit gloss.

Tertiò limitatur,nisi fuerit pactum temporale quòd in communione stetur, puta usque ad 10.an. quia tale pactum bene astringit quem in communione stare per illud tempus.ita limitat Aret.hic quem sequitur Iason.& hoc probat tex. in d.§. si conueniat.& ita limitat Roma.in consi.13.incip. idem videtur.Alex.in consil. 46.uisis & accuratè. in penult. colum.lib.j. Felin.in rub.extra de rescrip.in 5.colum.in fi.uersi.facit gloss. Soci.in consil.165.uisis inuestituris.in 9.colum.uer.10.in 2.lib. & idem Alex.in consil.59.uiso themate in 5.uolum.Cor.con. 13.colum.j.in 4.vol.& tenet Bal.per illum tex.in l.si ita quis.in 2.notabili.ff.de condit. instit.Bart.in l.quintus. ff. de an.lega.

Pau.de

Pau.de Cast.& Alex.in l.si non sortem.§.si centum ff. de cond. indeb. Et hoc procedit etiam si in pacto tempus non esset expressum, sed solùm in eo diceretur de stando in communione ad tempus: quia tale pactum adhuc † valet, & interpretatur illud tempus de decem annis. ita est decisio notabilis Floriani in dict.§.si conueniat. quem sequitur Socinus in consilio 278. in quæstione. in penul.col.ver.aliquando & tertiò. in secūdo volu.& pro hoc allegant textū.l.sine præfinitione.ff.de pœnis.vbi est casus quòd quando in aliqua dispositione fit mentio temporis: tamen de quantitate non constat, debet intelligi de decem annis.& ibi dicit Bart. quòd ille textus non habet concordantem.& Bal.dicit non esse alibi, in l.prima.C.de postu.quem refert & sequitur And.Barba.in c. si quorundam. in 3.colum.de solutio.& idem Bal. dicit esse singularem in c. ex literis.in 3. col.de const.vbi infert ad cōtractum emphyteuticum, vbi est posita dictio, tempus, sine præfinitione. nam secundum eum debet intelligi de 10.annis.& ita ibi sequuntur omnes Moder. cum concor. vt per Ias. in l.ita stipulatus. in 3. col.ff.de verb.ob.vbi hoc extendit ad quemlibet contractum. Et vltra ipsum hoc clarius tenet Barba.in rub.de rebus eccle. non alie.in 10.col.nu.54. Et idem est dicendum in concessionibus & statutis supprimentibus aliquam dignitatem ad tempus: vt concludit idem Barba.in cle.fi.in 10.colum.nu.26.de rescriptis.& secundum paruam & nouam impressionem Parisiens.est in 16.colum.versi.sed pone. Tamen diligenter considerandum est, quòd tex.in d.l.sine præfinitione. in quo fundatur ista limitatio, nō facit ad propositum: quia loquitur in materia criminali in qua, quia materia est odiosa & pœnalis, placuit fieri illam interpretationem ex benignitate.tex.in l.interpretatione.ff.eodem tit. de pœnis. & hoc ratione adiuuatur: quia in odiosis indefinita non æquipollet vniuersali: vt dicit Alex.& omnes in l.nominatim.per illum tex. in j.colum. ff.de liber. & posth.ideò conuenit quòd ista oratio temporis quæ est indefinita, ad decennium restringatur. non autem in perpetuum: vt fiat mitior & benigna interpretatio: quod vlterius suadetur: Nam videmus quod extra materiam criminalem illa dictio, tempus, indefinitè prolatā, relinquitur arbitrio iudicis: vt est casus in l.prima ff.de iure deliberan. cum pluribus concord. vt per Hip.de Marsi.in l.de minore.in principio. in 8.colum.in medio versic.item vltra.ff.de quæstion.& in l.in lege Cornelia.colum.fi. ff.ad l. Corne.de sicar. Sed in casu nostro ista ratio non concurrit, vt ita fieri debeat interpretatio: cum retenta communi opinio.pro vera ex validitate & interpretatione huiusmodi pacti præstetur occasio discordię.& sic fauorabilior est interpretatio, vt tale pactum nō valeat, quàm interpretari vt ualeat, & præstetur occasio † discordiæ. & secundum hoc queadmodum pactum de stando in perpetuum in communione non valet: ita neque pactum indefinitum: cū isto casu æquipolleat vniuersali, & capiatur pro omni tempore.& hanc opinionem uidetur tenere Ias. sibi contrarius in l. sed & si possessori.§.item si iurauero.in prima colum.ff.de iureiuran.quam legem legit cum fine præcedentis, dum ibi reprobat opin.Bal.in dicto cap.ex literis. Postremò, quia text.in dicta l.sine præfinitione. procedit quando iudex errans non expressit tempus, quod exprimere debuerat: & ideò lex interpretatur, ut ibi: & ita lex hoc ibi probat: secus uerò si scienter hoc fecisset: quia tunc non haberet locum illa lex, sed l.cùm seruus C.eodem titulo. at in casu nostro pactum de quo suprà, non fuit factū àb errantibus: & ideò ille text.nihil facit: quod tene menti: quia ista non transeunt sine dubio.

22 (margin, beside "ne ad tempus")

23 (margin, beside "interpretari vt ualeat")

Ista tamen limitatio quæ uult pactum temporale ualere, ut quis in communione stare cogatur, intelligitur per uiam exceptionis, non autem actionis. ita notabiliter declarat Baldus in consilio 72. in secundo uolumine. Tamen aduerte, quòd hoc est uerum, nisi præcedat oblatio habilis, quæ actionem produceret: per ea quæ tradit Bartol. in l.singularia. ff. si certum petatur.

24 † Quartò, prædicta regula limitatur singulariter procedere quando pactum de stando in communione esset factum in æternum, uel sic quòd nullo unquam tempore fiat diuisio. & ita procedat tex.in d. §. si conueniat. secus uerò si pactum factum sit ne in perpetuum fiat diuisio: quia bene ualet. ita dicit Floria.& limitat istam regulam in d. §. si conueniat. quem sequitur & approbat Alexander in consilio 59.col. fin.lib.5.& latius per Decium in consilio 61. incipiente in instrumento. in secunda parte. & ibi post Floria. respondet ad d. §. si conueniat. quòd procedat quando in æternum factum fuerit pactū: quod ex eo suadetur secundum eos, quoniam ibi ponitur dictio Omnino, cuius natura est actum præcisum facere. capitulo, & si Christus.& ibi Abb.de iureiuran. l.in naue saufelli. in fine & ibi glos.ff.loca.& sic ibi tex.prohibet diuisionē in æternum fieri, quo casu etiam societas nō valeret l.nulla.ff.pro socio.& tamen societas in perpetuum bene ualeret: ut dicit gl. in dicta l.nulla. quia perpetuum intelligetur tali casu, id est donec uiuāt. allegat l.primam eodem titulo. & cum ista opinio. transit etiam Iason in l.si non sortem. §. si centum. in secunda columna, numero octauo.ff.de de condi.indebi. Et ista opinio ex alio potest confirmari secundum Decium in dicto consilio: quia clarum est ꝙ regulariter ualet argum. de ultimis uoluntatibus ad contractus. l. pactum inter hæredem.ff.de pactis l. seruum filij.§.eum qui.de legatis primo. Sed testator potest ex causa alienationem prohibere etiam in perpetuum: ut concludit Alex.in l.si non sortem.§.si centum.ff. de condictio.indebi. idem Alexander in consilio 56. consideratis uerbis. columna secunda. in primo uolumine.& consilio 145. consideratis uerbis testamenti, columna prima. in secundo uolumine. Andreæ Sicu. in repetitio. l. cum acutissimi. columna 68. C. de fideicommiss. ergo pariter dicendum est, quòd hoc per pactum fieri possit. Et hoc uidetur sentire Corneus in consilio decimotertio in fine. quarto uolumine. & Roman. in consilio 106. uiso themate. in prima columna, uers. secundum autem. Or audi & attende diligenter, quòd ista limitatio ad d. regulam dicti §. si conueniat. non transit sine dubio: & mihi uidetur ꝙ sit regula in primis, quia attenta illa ratione ꝙ pactum factum in perpetuum debeat ualere, ex quo per mortem alterius socij uerificatur, & non transit ad hæredem, eodem modo deberet ualere pactum, ut nullo tempore fieret diuisio: quia intelligeretur de tempore uitæ paciscentiū: quia aliàs societas fieri nō potest: ut l.adeò.ff.pro socio.& ideò sicut illud uerbum Perpetuum, interpretatur ad uitam paciscentium ut ualeat pactum: eodem modo deberent illa uerba interpretari: & tamen hoc est contra tex. in d.§.si conueniat.& contra illud quod dicunt prædicti doctores. & contrarium tenet Cyn.in d.§. si conueniat. in apostil.ubi uult quòd non poss t excedere metas. 30. annorum. & in contrarium et tenet Bart.& Alberi.de Rosa.& alij ibi, qui summat illum tex. quòd pactum ne perpetuo quis diuidat, non ualet.& ita ibi cōcludit Odofre.& idem tenet Alberic.in l.fi.C. commo.diui.& hanc dicit esse communem opin. Socin.quem sequitur reprobato Florian.in consi.178.col.penult. in secundo uol.& hanc opin.tenet Fran.de Curt.in consi.68.inc. dominus Ioannes. in antepen.col. Non obst. quæ modò supra dicta sunt. uidelicet ꝙ ualet argumentum de ultimis uoluntatibus ad contractus: quia dico quòd licet hoc possit inficiari, ut concludit Alexan. in l.j.col.fi.C.de insti.& substi.post Dyn.Ray. & Imo.in l.seruum filij.§.eum qui.de lega.primo. & Angel.in l.si à substitu
25 to.§.fi.eodem tit.dum cōludunt † quòd arg.de contractibus ad ultimas uoluntates bene ualet per suprà dicta iura: sed nō procedit econtra: quia esset arguere de maiori ad minus affirmatiuè, quod non ualet: ut c.cum in cunctis. de electio. & de hoc 28. instantias ponit Iason. Tamen præsupposito pro firmo quòd tale argumentum omnino procedat, ex alio illud motiuum resoluitur: quia non est uerum quòd testator possit in perpettuum diuisionem prohibere: ut firmat Paul.de Cas. Soci.& Iason.in d.l.si non sortem.§.si centum.& hoc tenet Alex. sibi contrarius in consil. 111. incip. circa primum dubiū quo queritur. in tertio uolumine.& Bald.& Angelus in lege si quis ita. ff. de conditio. insti. tenet Curtius in consilio sexagesimooctauo. in duodecima columna. Alexander in consil. quadragesimoseptimo. columna penultima. in sexto uolumine.& sic isto modo bene procedet argumentum de contractibus ad vltimas uoluntates: ut queadmodum contractus non ualet ut perpetuò in communione stetur, eodem modo neq; præceptum testatoris: quæ teneas cordi quia adhuc hic passus uidetur dubius. Non tamen omitto, ꝙ fuerunt nouissimi moderni qui conati fuere ad concordiam reducere opin. Alexandri sibi con-

bi contrarij dicentes opinio.eius in dicto §.si centum. procedere quando testator extraneos hæredes instituit.nam ex quo videtur eos honorare,& per consequens in hoc eos grauare possit.ar.l.ab eo.C.de fideicom.Imò ex quo testatori licitum fuit eos in totum per fideicommissum portione priuare, debet per consequens ei licere quod est minus,vt portionibus retentis in communione stetur.arg.l.cui pacto.de ser.exportan. & capitulo cui licet.de regulis iuris.libro sexto. Contraria verò opin.tam Pau.de Cast.& Alex.in d.consilio.procedat quando testator instituisset filios tantũ in legitima. Nam si postea mandet vt essent perpetuò in diuisione,non valet tale mandatum ex eo,quia filij in legitima dicuntur creditores. gloss. in l.3.C.de iur.& fac.igno.& ideò legitima censetur æs alienum: vt dicit Bal.in l.secunda.in fi.C.de lib.præter.& in l. quamquã ad.l.faci.Alex.in l.si debitor.ff.eo.tit.Sed testator nõ potest prohibere diuisionem in præiudicium creditorum, & sic alienatio fiat.l.filiusfamil.§.diui.de leg.primo:quia prohibitio diuisionis est prohibere alienationem. l. si pupillorum. in principio.ff.de rebus eorum.declarando vt per Soci.in tracta.fallen. regula.228.ergo in isto casu testatoris voluntas non valet. & ita procedit opi.Alex. Pau. de Cast. & sequacium. sed ista distinctio licet videatur colorata, in proposito tamen nostro nõ conuenit:quoniam Paulus de Cas. Iason & reliqui superius allegati non loquuntur in legima:sed generaliler in quocunque relicto.probatur manifestè:quia prædicti docto. principaliter se fundant,in regula prædicta.d.§.si conueniat. neque de legitima aliquod verbum dicunt:& ideò illa concordia est diuinatiua:nam verè excusari non potest Alex.à cõtrarietate.Neque
26 est inconueniens,quòd † doctor aliquando sit sibi contrarius: cùm quotidie ex cursu temporis & nouis motiuis nouæ generantur opiniones:vt dicit Bal.in l.j.in 2.col.C.de his qui ante apert.tabu.& in l.de tutel.C.de in integ.rest.mino.Et hoc præsertim in lecturis contingit,in quibus propter cursum lectionum quarum sequens stimulat præcedentem,vt dicit Fel.in c. causam quæ.in 12.col.de rescri.non potest veritas ita de facili indagari.Et proptereà Bar.in lecturis nõ ita bene ponderabat sicut consulendo:vt dicit Bal.consi.189.incip. super alio. in 2. lib.& Ioannes Bapti. de Sanct. Seuerino in tract. transactio.q. decimatertia.ante fin. nam quando casus super quo consultatio petebatur erat dubius,Bart.solitus erat cum mercatoribus conferre:vt tradit Abb.in capitulo ad nostram. de consuetud. & Corset.notabili 371.in versiculo testamentum. Et ideò mirandum est si Alexan. in consulendo rectius considerauerit & tenuerit contrarium illius quod legendo trutinarat. quapropter illam opin.tanquam veriorem teneo.nam Alexan.authoritas in consulendo in tam illustri & excelso loco sita est, vt ab eius responsis nephas quodammodo sit recedere:vt dicit Decius in consilio sexagesimosecũdo,columna tertia.prima parte.& Ioan.de Neuizanis in tract.syluæ nuptialis.folio 2.in ter-
27 tia col. † Quintò limitatur prædicta regula in casu singulari.l. fina.ff.de aliena.iudi.mutan.cau.videlicet quando aliquis alienaret partem suam pro indiuiso,causa mutandi iudicium diuisorium:quia tunc in pœnam mutantis negatur,ne possit petere diuisionem nec ipse qui alienauit, nec ille in quem alienatum est,ita est casus notabilis ibi,quem ad hoc multum commendat Alexan. in apostill.ad Bar.in d.§.si conueniat.& Ias.in d.l.fina. Iason hic. & idem in d.l.si non sortem.§.si centum. Ista tamen limitatio declaratur procedere quando alienatio in extraneum potentiorem facta fuisset: secus autem si in filium potentiorem : vt notabiliter declarat Bald.in l.ea lege.in tertia columna, quinta quæstione, numero decimoquinto.C. de condi.ob causam.alleg.gloss. in l.si ita quis. §.ea lege. ff. de verborum obliga.quod pro singulari refert & sequitur Hipp. de Marsil.in notabili suo 160.incipiente pater & filius. Et per ista remanet expedita ista gloss. in qua de actione famil.ercis. & communi diuidundo dictum est:de quibus etiam habetur per Pet.de Vbaldis in tractatu societa. in decimatertia parte. q.51.Tamen non in eleganter quæri potest quid de actione finium regundorum.& breuiter concludendo communis opin. est quod 30. anni requirantur ad præscriptionem. de quo est tex.& gloss.in l.fin.C.finium regundorum.Tamea ista præscriptio currit à tempore actionis ortæ: & ideò si habemus duos fundos vicinos & termini non steterunt turbati per 30.annos postea turbantur: ex tunc oritur actio finium regundorum. & tunc incipit præscriptio: vt tenet Bald. post alios quos refert in dicta l.fin.in secunda quæstione,in versiculo, extra quæritur.& ibi opponit de vno forti contrario quem vide sic. ergo antequam actio orta sit, præscriptio non procedit. l.in rebus §.omnis.C.de iur.dot.Et quid in actione pro socio, vide Petr. de Vbal. in dicto tractat. in decimatertia parte, quæstione prima.
28 † Glo.in versiculo,confines.ibi, adiunge his tribus mixtis &c.habes hic gloss.quòd petitio hæreditatis dicatur mixta.super quo docto. segniùs quàm res expostulet, scribunt: inter quos Aret. latius cæteris hoc dictum gloss. prosequitur suprà post Ioan.Fab.hic.de quo dixi aliquid in §.item seruiana.& in §.omnium.suprà eodem. Modo autem pro ista opin. quæ hic pleniùs discutienda venit,in primis vltra alios allego glo.quæ istam partem tenet suprà de obliga. quæ ex quasi contractu. in §.hæres.& istam opinio.tenet Alexan.in rubrica. ff.si certũ petatur.per l.hæreditatis.hic allegat.in gl.& in l.si finita. §.Iulianus.in vigesimanona columna.numero.113. versiculo quid si immissio.ff.de damno infecto.& vltra ipsum tenet Bar. in l, & an eandem.§.actiones.columna fi. versiculo quæro quid in actione mixta.ff.de exceptio.rei iudic. & in l.sed si possessori. §.fin.vbi in duobus verbis videtur variare. ff. de iureiurando. & in l.fi.C.de exceptio.rei iudi.Aretin.in l.tertia §. genera. in quarta columna.ff.de acquirend.possessio. & hanc eandẽ opinio.tenet quidam Crispus de Montibus in quodam suo epilogo actionum,numero 131.Dynus hic & Ioan.Fab.& Nico.de Neapo.Bal.& Bart.in dicta l.hæreditatis. & in l.secunda,in secunda columna eodem titulo. & Baptista de sancto Blasio in tracta.actionum.numero quarto.dum discutit naturam actionis mixtæ rescissoriæ.& pro ista opinio. vltra prædictos doct. ego adduco ad hoc probandum aliqua fundamenta. Primũ quia clara est & aperta iuris regula ꝙ reales actiones ex contractu vel quasi non descendunt: vt in §.primo suprà eodem. ibi nullo iure obligatus &c. sed petitio hæreditatis descendit ex quasi contractu:vt dicit gloss.iuncto tex. in §. hæres quoq;. suprà de obliga.quæ ex quasi contractu.ergo non est realis mera:neque per hoc etiam personalis mera dici non potest,cùm rem prosequatur.l.sed si lege.§.petitio.ff.de petitio.hæredita. ergo datur intelligi quòd sit mixta.Prætetea mixtum quid dicitur,quod de duobus simplicibus participat, & facit nouam speciem.l.munerum.§.mixta.ff.de mune. & hono. & dixi suprà in §.sequens.sed petitio hæreditatis est huiusmodi vt patet in l.Fulcinius.§.fin.ff.quib.ex cau.in posses.ea.& l.cùm proponas.C.de bon. aut. iudi.pos.Sed istis non obstan. contraria opinio videtur verior,quam tenet Bar.in l.sed si lege.§.petitio ff. de petitio.hæred. vbi dicit quòd quemadmodum diuersæ naturæ non possunt cadere sub vno indiuiduo, vt quòd quis sit homo & asinus:ita etiam mixtura actionis realis & personalis non possunt cadere in eadem actione.idem voluit Bart. in l.veluti.ff.de petitio.hæredita.& in l.licet.eodem titulo. vbi docet formare libellum in ista actione,quemadmodum in realibus tenet Alexander & Bartol.in l.prima columna secunda, in principio.ff.de edendo.idem in l.edita. columna tertia.C. eodem titulo.& hanc eandem opinionem clarè tenet Bart.in l.si quis vi.§.differentia.columna finali, versiculo quæro quotuplex.ff.de acquiren.posses.licet Alexander ibi malè allegando Bar.dixerit,quòd sit in rem scripta.& hanc opinionem tenet Ias.hic.& idem Iason in rubrica, si certum petatur. alleg. de hoc bonum tex.in l.finautem.§.sed & his.ff.de rei vend.& tenet Iason in l.fin.columna penultima.in principio.C.de codicil.& in §.item seruiana.numero 121.& in §.sed istæ.numero quadragesimoprimo.suprà eodem.idem & in §.actionum. numero vigesimoquarto & 238.infrà eodem.Et istam opinionem ego teneo:pro qua vltra prædicta pondero tex. nostrum hic,quem nullus ponderat:vbi hic enumerantur actiones mixtæ:& tamen Imperator inter eas non ponit petitionem hæreditatis.Et hanc opinio.sentit Bar.in dicta rubrica.si certũ petatur.in principio,dum dicit,suprà visum est de realibus tam particularibus quàm vniuersalibus, hoc est de rei vendicatione & petitione hæreditatis &c.Ad idem facit tex.in l. prima. in principio.ff.de rei vendi.vbi Iurisconsultus intendit tractare de merè realibus:& continuat illum titulum ad præceden.

dicens

dicens,quòd post actiones vniuersales est videndum de particularibus: & tamen vt illa subordinatio iustè fiat,debet ibi necessariò præsupponi petitionem hæreditatis esse realem : de quo in dicto titulo præcedenti cauetur . Et pro hoc facit : quia nulla quæ est prius realis habet materiam mixtam, sed personalis, vt istæ quæ enumerantur hic in textu nostro:nō autem econtra.ita dicit Franciscus Curtius in apostil. ad Alexandrum in rubrica si certum petatur. allegat Bartolum pro hoc in l.sed si lege.§.petitio.ff.de petitio. hæredita. Et pro ista opinione,quòd dicatur petitio hæreditatis realis,probatur ex rubrica.ff.& C.de petitione hæredita. quia clarum est ꝙ istud verbum,Petitio,cõuenit actioni merè reali:vt est tex.in l. actio in personam.ff.de actio.& obligatio.persecutio verò pertinet ad mixtam:vt ibi probatur. ergo ex rubrica probatur apertè, quòd ista actio sit realis, cùm dicatur de petitione hæreditatis.& pro ista parte facit text. cum gloss. in l.si mater.§.primo iuncta l.si à te.in principio. ff. de exceptio. rei iudica. & tenet gloss.in rubrica.ff.de inoffi.testamen.& in l.fin.C.de condicil. Præterea,quia omnis actio personalis aut descendit ex contractu vel quasi,aut ex delicto vel quasi:sed ista actio non est huiusmodi,cum non agatur contra obligatum sed contra possessorem,sicut rei vendicatio: & hoc respectu repræsentationis: vt l.cum hæredes.ff.de acquiren.possess. & l. prima.§. primo. ff.si pars hæredi.peta.& l.generaliter.de peti. hæredi. concludendum est ergo illam esse realem. ex quo infero quòd statutum pœnale & odiosum loquens de actione reali comprehēderet proprè petitionem hæredita. quod expressè firmat Signorel.de homodeis in consilio quadragesimooctauo incipiente,quærirur.per totum, vbi hoc latè probat.& ante hac illud consilium non videram , nisi hodie in casu quodam Brixiæ satis arduo, super quo consului,quem propterea notabitis . Non obstat modò text.in dicta l.hæreditatis. C.de petitio. hæredita.hic allega.in gloss.quia potest dici quòd petitio hæreditatis habet mixturam cum personali quò ad effectum præscriptionis,per rationem quam ponit ibi Bartol. & istum intellectum siue solutionem ad illum textum sequuntur Modern. Taurinen.in tract.præscriptionum in quarta parte quartæ partis.in decimaquinta quæstione. quam solutionem ego probo isto modo.Nam clarum est,quòd quando mixtum capitur ab effectu vel accidenti,nunquam res definit propter hoc dici merè talis,attenta origine.l.sin autem. §.fin. ff.de aqua pluuia arcen.l.cuius. ff.de regulis iuris:Sed petitio hæreditatis origine est realis:vt suprà probatum est:ideò licet ex pòst accidat mixtura,illa non facit quò minus simpliciter talis dicatur , pro-
29 ut est ab origine. † Et si aliquis vestrum quærat à me cuius vtilitatis est hæc inuestigatio, an sit realis , an mixta. Dico quòd maximā:quia si esset mixta , præstationes personales peterentur iure actionis:& licet non essent petitæ in libelllo , venirent tamen in condemnatione, vel etiam possent in alio iudicio peti,vel in alio libello , secundum quod dicimus de expensis debitis iure actionis,vel de fructibus &c. vt no. Iason in l.prima & in l.properandum.§.sin autem alienata.col.2. C.de iud. Sed si petitio hæreditatis esset actio realis , tunc præstationes personales non venirent etiam in sententia nisi fuissent petitæ. l.quarta §.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.vbi traditur regula,quòd nunquam iudex impartitur officium suum nisi requisitus.l.quod si nolit.§.sciendum.ff.de ædil.edic. & latā sententia in principali extinguitur ius in illis personalibus præstationibus quæ deberentur solū officio iudicis. l. quarta. C.deposi.quod non esset,si deberentur iure actionis: quia possent peti in alia instantia:vt suprà est dictum. Et per ista habetis vltra doct.articulum discussum ad vtilitatem. In eadē gloss. in fine ibi, dic omnes esse personales &c.Dicas vnà cum Dyn. Bald.& Ioan.Fab.quos sequuntur alij,quòd istæ actiones omnes enumeratæ præter actionem petitionis hæreditatis,dicuntur merè personales , in rem tamen scriptæ: prout est text.in l. tertia.§.est autem personalis.hic alleg.in gl.vbi est ibi glo. magistralis enumerans omnes actiones in rem scriptas , quam valde commendat Ias.in §.omnium. nume.27.suprà eodem. & alibi sæpè.& est text.in l.j.in fi.ff. de interdic. & hoc ibi Alberi.tenet post Guliel.& alios.Successiuè Ias.in discursu istius materiæ diuisionis quærit de una quæst. quæ quotidie accidere potest,quam etiam de more omittere decreueram:quia extra propositum text.& gl.tamen quia aliqui vestrum instant esse necessarium:ideò succinctè quo ad ueritatem eam attingo.

30 † Quæstio igitur talis est: sunt plures fratres qui veniunt ad diuisionem,quæritur quis eorum eligere debeat & partes facere,an maior,an verò minor?Et in hoc breuiter perstringendo dicta Ias. reperiuntur duæ opi.vna est communis de iure ciui.quæ vult ꝙ neque minor,neque maior eligat vel diuidat: sed mittuntur sortes.ita Bar.& Ang.in l.prima.C.de his qui se def.li.10.cum pluribus similibus:vt tradit Iason hic,& magis ordinatè in l.prima in 6.col.ff.si cert.peta.Alia est etiam communis de iure canonico , quæ vult minorem debere eligere, maiorem autem diuidere.Sed quid tenendum ex istis duabus opi.Ias.tenet opi. de iure cano. tanquam magis firmam quæ obseruari debet secundum ipsum in vtroque foro per regulā traditam per gl.in c.licet ex suscepto. in ver.vacante. de foro competent.c.primo.de oper.no.nun.cum alijs similibus.nam cum de iure ciuili nullibi sit clara decisio de hoc,de iure autē
31 canonico reperiatur tex. clarus in cap.primo de paro.& † decisio Sancti Augustini munita authoritate veteris testamenti: ergo illis constitutionibus standum est:neque leges super hoc quicquam in contrarium disponere possunt. cap. de libellis. 20.distinctio.in his paucis stāt omnia dicta Ias.tam hic quàm in dicta l.prima.Vos dicatis ꝙ opi.de iure ciuili videtur posse defendi:primo per dispositionem tex.nostri dum vult quòd quando dissensio est inter aliquos iudicio famil.ercisc.per iudicem facienda est diuisio.hoc disponitur hic , ꝙ si commodè res diuisionem non patitur,sorte res dirimetur , vel aliter prout iudici videbitur:ut in §.quod si commodè.infrà de offi. iudi.per Feli.in c.prudentiam.in prin.in secunda colum.de offi. delega.& ita in hanc opi.inclinat domi.Abb.in dicto cap.primo de paro.sequitur Roma. in consil.106. uiso themate. & in consi.471.lucrum. vbi plures opin. refert cum alijs concord. quæ tradit Ias.in d.l.j. in 6.colum. Non obstat modò illud in quo faciunt maximum capitale doc. uidelicet : quòd dictum alicuius Sancti munitum authoritate ueteris testamenti præfertur cuicunque constitutioni , etiam papali. d. c.de libellis. quia fateor: tamen in casu nostro dictum Augustini quem docto.canonistæ allegant , non est munitum authoritate ueteris testamenti:nam licet reperiatur in ueteri testamento narratū ꝙ Abraham & Loth ita diuiserunt:non tamen propterea reperitur lex ueteris testamenti ꝙ ita præcisè mandet fieri diuisionem:nam idem esset si illi aliter diuidere bona decreuissent, cum de hoc tunc non esset lex neque diuina neque humana. Sic ergo gloss. in d. c. de libellis.debet intelligi quando esset authoritas ueteris testamenti præceptiua & dispositiua : sed propter hoc quod fuerat semel inter aliquos fratres seruatū,
32 non infertur ꝙ in futurum sit faciendū. † Nam exēplis non est iudicandum,sed legibus.l.nemo.C.de sen.vbi est glo. notabilis dicens,quòd licitum est recedere ab authoritate Imperatoris quando non est redacta in corpore iuris. Nam uidemus,ꝙ etiam merum ius diuinum circa iudicialia & cerimonialia obseruandum non est:vt est tex.& gl.in c.fi.§.his itaque.6.distinc.gloss.& ibi communiter docto.in capit.fin. de consuetu. Imol.in l.stipulatio hoc modo concepta.in tertia columna, ff. de verborum oblig.& in l.quarta.ff.de testamen.Ioan.de Ana. in capitulo Iudei.il 2.de iudæ.post bea.Thomam. quem ibi adducit.Et isto modo ad dictum c.primum de paro.etiam patet solutio,quòd ibi in rebus ecclesiasticis loquitur fauore ecclesiæ ratione cuius multa specialia contra regulas iuris recepta sunt.vt in l.fina.C.de sacrosan.eccle. secus tamen est in rebus prophanis per iura prædicta ponderata per Bar.& alios in quibus patet clara decisio , quicquid dicat hic Ias.Cogita tamen quia Io.de Ana.in c.qualiter.de accusa.dicit quòd omnes illæ responsiones ad d. c. j. nihil valent. & ideò quod illi text.est standum,tenet Hieronymus Zanetus doct.Bononien. in tract. contrarieta.iuris cano.differentia 88.& ideò propter istam diuersitatem fortè And.Barba.in rubr. de reb. eccle.non alie. in 58.columnn.num.183. ponit vnam distinctionem ex qua possunt ad concordiam reduci istæ opinio. quæ distinctio non complectitur omnia necessaria.propterea ego nouiter in hoc articulo ita concordarem iura : quòd aut extat consuetudo quis primò diuidere debeat & illa attendenda est:vt etiam dicit Barb.vbi suprà.& Ludo.Roman.in d.consilio,& Lucas de

Penna

Penna in l.secunda.C.de his qui se defe.lib.10.in 3.col.aut nō est consuetudo: tunc aut agitur de bonis patrimonialibus aut de ecclesiasticis, primo casu debet fieri diuisio vel sorte vel officio iudicis: dicit tex.in lege secunda, C.quādo & quando quar. pars lib. decimo ibi breuium vel sorte &c.tenet Bald.in l. prima. C. de his qui se defe. & in hoc non erit differentia inter laicos & clericos sed secundum dispositionem d. l. si maior. iudicabuntur: neque in hoc dispositio canonum attendi debet respectu clerici: quia in patrimonialibus Papa non habet potestatem: vt dicit Inn.in c. inquisitioni. de senten. excommunica.cum similibus: vt per Alex.consi.3. ex his &c. in prima eolum.in 5. vol. Et isto modo cessat contrarium. d.c.1. de paro. Et hoc procedit in terris non subditis temporaliter Papæ. † Nam in subiectis habet illam potestatem quam imperator in suis: vt tradit Abb. & alij in c. per venerabilem. qui fil.sint legit.text.& ibi docto.in c.si duobus. de appella. & in c.licet.de foro competen.& Alex.latè in dicto consilio.Feli.in c.primo. in 10. columna de constitutio. aut verò loquimur in bonis ecclesiasticis: & tunc isto casu procedit dispositio d.c. 1.de paroch. & ista distinctio probatur ratione & authoritate: ratione, quia ille qui ab alio potestatem habet, non plus debet posse quàm ille à quo potestatem consequitur. cap.dudum.de præben.libr.6.l.si augustæ.de leg.secundo. Sed Papa habet potestatem à Deo, & est vicarius Iesu Christi. capitulo quarto.cum sequen.de transla. Episcopi. ergo non debet plus posse quàm Christus. licet de temporalibus Christus noluit se impedire neque de illis iudicare: vt habetur Lucæ duodecimo capitulo. ibi, Ait ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo vt mecum diuidat hæreditatem. at ille dixit ei, Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos &c. & alibi, offerentibus ei tributum, dixit danda esse Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ Dei Deo: innuens manifestè se de tẽporalibus intromittere nolle. ergo neque Papa hoc facit. & pro ista differentia est notabilis doctrina Antoni. de But. in

33

34 cap. constitutus. de relig. domi. vbi dicit † quòd plenitudo potestatis Papæ in clericos respectu ecclesiarum non procedit respectu bonorum patrimonialium de quibus Papa non potest ad libitum disponere. quod dictum dicit ibi Abb. se alibi non legisse. Nam in patrimonialibus clericus reputatur laicus. Abb.in capitulo, cùm dilectus. de iure patrona. facit quod dicit idem Anto. in cap. constitutus. de restitutio. in integr.post Bar.in l.cunctos populos.C.de sum.Trinita. vbi concludit quòd statutum laicorum ligat clericos quò ad ista bona.& istam distinctionem bonorum sequitur Fel. in cap. quæ in ecclesiarum.colum.11. versi. tertia declaratio. de constitutio.vbi de dicto Inno.in d.c.inquisitioni. facit mentionem, & de Anto.de But. in d. c. constitutus. & pro hoc etiam videtur glo. in cap. cùm dilectus. in versi.ætate.de elec. Ex istis igitur videtur concludendum, ꝙ opi.legistarum debet obseruari in bonis patrimonialibus. In ecclesiasticis verò procedat dispo-

35 sitio. d.c. 1.de paro. quæ omnia tene menti vltra docto. † Et quis dicatur isto casu maior aut quis minor, licet hic Iaso.dicat quòd ille qui diutius bona gubernauit: tamen ego puto hoc relinquendum esse arbitrio iudicis, cùm secundum subiectam materiam hoc debeat regulari: vt dicit Alexan.in consilio.4.ponderatis. in quarto volumi. Feli.in rubric.de maio.& obedien.& patet ex adductis per Andre.Sicul.in commento.l. cum acutissimi. in 54. colum. C. de fideicommis. cum alijs: vt per Corneum consil. 303.videtur.in tertio volumine. & per Feli.in c.veniens. in penultimo notabi. de Simo. & quot modis dicatur maior, vide Feli.in cap.super eo.il secondo, in penultima colum.de testibus. in dubio tamen maior ille reputatur qui maiorem habet ætatem, vt latè tradit And. Sicul. in consi.10.incip. sapienter scribitur. col.fin.lib. secundo. & in consilio. 30. sacro scriptum est Euangelio.col. prima, eodem lib.Nam ille est propriè maior qui plures annos habet.& tradit Alexan.in consi.123.discussis.in j.colum. pri. lib.& melius per Soci.in consilio.252.visis instrumentis.in secunda col.vol. 2. & inter alia alleg.l.si pater.§.fi.cum l.sequ.ff. de adop.cum alijs: vt ibi per eum.& an statutum loquens de maiore debeat

46 intelligi de maiore respectu ętatis vel administrationis: † vide Carolum Ruynum in repetitio. §.quid si tantum.l.Gallus.31. colum.ff.de liberis & posthu.

SVMMARIA SVPER §. ATCIONVM.

1 *An diuisio ista actionum sit bene posita.*

Diuisio quò ad hoc vt sit bona, quid debet continere. ibidem.

Esse bonæ fidei vel stricti iuris sunt qualitates. ibidem. & numero 9.

Imperator pro iuuenibus non debet malè loqui. ibi.

2 *Contractus celebrati cum principe an dicantur bonæ fidei vel stricti iuris. & quæ vtilitas inde resultet.*

Mora in contractibus bonæ fidei vbi est dies & pœna, an possit purgari. ibidem.

3 *Aliud est mixtum, aliud obtinere causam mixti.*

Priuilegiatus in casibus in quibus non reperitur priuilegiatus, vtitur iure communi. ibidem.

4 *Contractus omnes de iure canonico an sint bonæ fidei.*

Lex ciuilis continens rigorem dato quòd per ius canonicum expressè non reprobetur: tamen non debet obseruari de iure canonico. ibidem.

5 *Actio ex testamento an dicatur bonæ fidei vel stricti iuris.*

Quid in donatione. ibidem.

6 *Quæ sit ratio quare contractus hic expressi dicantur bonæ fidei, alij stricti iuris.*

7 *Actio ex extimato quæ dicatur.*

Actio præscriptis verbis quare dicatur bonæ fidei in duobus casibus tantùm hic expressis. ibidem.

8 *Filius quando assimilatur patri præsumitur adulterius.*

Similitudo quæ dicatur bona. ibidem.

De actione iudicatur prout de re quæ sibi assimilatur. ibidem.

Permutatio est vicina contractui emptionis: & quid in extimatione. ibidem.

9 *Petitio hæreditatis quare hodie sit bonæ fidei.*

Et quid in particulari hæreditatis petitione. ibidem.

Petitio hære. non datur contra particularem debitorem defuncti, tanquam contra debitorem. ibi.

10 *Pœna non habet locum in surrogato, nisi exprimatur.*

Subrogationis regula qualiter procedat. ibidem.

11 *Obligatio ad interesse quæ surrogatur in locum obligationis faciendi est diuidua: licet factum sit indiuiduum.*

Certi condictio generalis surrogata in locum actionis bonæ fidei an dicatur bonæ fidei. ibidem.

12 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei, an annullet contractum ipso iure.*

Et quid sit dolus dans causam & dolus incidens. ibi.

13 *Intellectus l. eleganter in versi. nullam. ff. de dolo. potest annullari. ibidem.*

Actus potest dici nullus ipso iure qui largo modo potest annullari. ibidem.

Declarantur ibidem multa iura dicentia quòd actus sit nullus ipso iure: nam intelligitur si opponatur: vt ibidem.

14 *Intellectus l. 3. § fin. ff. pro socio.*

Argumentum de contractu ad distractum an valeat. ibidem.

15 *Dolus annullat ipso iure contractum stricti iuris de iure prætoris, vt in constituto.*

Coactus adire quare de iure ciuili efficiatur hæres, & non de iure prætorio. ibidem.

16 *Dolo inductus ad religionem non potest propter hoc ingressum*

gressum annullare. limitando, vt ibi.

17 *Vsuræ ex mora quomodo veniant in contractibus bonæ fidei.*

Vsuræ in quibus contractibus sunt prohibitæ omni iure & qualiter in casibus prohibitis permittantur. ibidem.

18 *Vsura in iure tripliciter peti potest.*

Interesse lucri cessantis & damni emergentis in quibus personis consideretur. ibidem.

Declaratio l. filius. §. si ff. de colla. dotis. ibidem.

19 *Mora regularis qualiter committatur in contractibus bonæ fidei & stricti iuris.*

Mora re ipsa in quibus contractibus committatur. ibidem.

Intellectus l. curabit. C. de actio. emp. ibidem.

Vsuræ in contractibus bonæ fidei an veniant iure actionis & offic. iud. ibidem.

Quando peto quod fuit meum vel nunquam fuit, vsuræ quo à tempore currant in contractibus stricti iuris ibidem.

Mora in officio iudicis nobili vel mercenario quomodo committatur. ibidem.

20 *Fructus in bonæ fidei iudicijs vel stricti iuris à quo tempore veniant, & qua actione petantur. ibidem.*

Quæ vtilitas resultat an fructus veniant iure actionis an officio iudicis.

21 *Glo. authoritas magna est, quia prævalet communi opi. quando aliquis doctor cum ea concordat.*

Glo. sunt naues per quas nauigamus per hoc vastum pelagus iuris ciuilis. ibidem.

Fructuum ratio tripliciter habetur. ibidem.

Intellectus l. 1. ff. de act. empt. ibidem.

Inter interesse dandi & restituendi quæ sit differentia. ibi.

22 *Accessoria in contractibus bonæ fidei, vel stricti iuris quomodo veniant, licet non dicatur.*

Ornamenta equi an sint accessoria necessaria ad equum. ibidem.

Stipulatio aliquando extenditur ad non expressa. ibi.

23 *Si res deterior redditur, quis non liberatur in contractu bonæ fidei. & quid in stricti iuris. ibi.*

Declaratur l. cùm quid. ff. si cert. petatur. ibidem.

24 *Clausula, dolum malum abesse, qualiter intelligitur in contractu bonæ fidei vel stricti iuris. ibi.*

Error quomodo vitiat contractum bonæ fidei & stricti iur. ibidem.

Stipulatio pœnalis an nouet præcedentem in contractu bonæ fidei vel stricti iuris. ibidem.

Difficultas an vitiet contractus bonæ fidei vel stricti iuris. ibidem.

25 *An contrauentio vnius ex hæredibus faciat, vt omnes teneantur ad interesse in contractibus bonæ fidei vel stricti iuris. ibidem.*

26 *An actio præscriptis verbis quæ nascitur ex pacto incontinenti apposito dicatur bonæ fid. & stricti iuris.*

Permutatio in quibus casibus & quomodo cognoscatur. ibidem.

Et an de genere ad speciem, vel ad genus fieri possit. ibidem.

Intellectus l. 1. ff. de contrahend. empt. ibidem.

27 *Quantitas dicitur esse genus.*

28 *Actio bonæ fidei informata ex pacto incontinenti apposito an dicatur bonæ fidei, an stricti iuris.*

Contractus, do vt des, an sit permutatio. ibidem.

29 *In contractu, do vt des, non agitur præscriptis verbis, sed de dolo, & an hoc sit verum. ibidem.*

In contractu, facio vt des, personæ sunt distinctæ. ibidem.

30 *Quæ est ratio quare contractus hic expressi dicantur nominati & alij innominati.*

Actio præscriptis verbis quæ datur pro precario, an dicatur bonæ fidei vel stricti iuris. ibidem.

Intellectus l. 2. §. hoc interdictum. de precario. ibi.

ACTIONVM. Hic §. habetur veluti oceanum & profundum pelagus in materia contractuum: & ideò diligentiùs illum attingam: quoniam vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum. l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carbo. edic. c. vbi periculum. de elect. lib. 6. quare iuxta subiectam materiã istius text. oportet vos circa quæ dicentur habere memoriam bonæ fidei, quæ, vt inquit Seneca, in promptu reddit sibi credita, & quasi omnia quamuis illustria sint credas in hac nostra legum disciplina illico
1 periuria. diuiditur & summatur, vt hic per Ias. & Aret.† Antequã ad notabilia istius tex. veniamus, operæ pretiũ videndum est, nunquid ista diuisio actionũ sit congruenter posita. Et Ioã. Fab. hic, & post ipsum Ias. dicunt ꝙ congruentiùs & melius Imperator dixisset se ita diuisionẽ facere: videlicet, actionum quædã sunt bonæ fidei: quædã malæ fidei: vel quædã sunt ampli iuris, quædam stricti, ex eo, quia diuisio debet fieri per contraria: vt hic per eos. Adde per hoc quia quo ad hoc vt diuisio sit bona, non debet poni per qualitates accidentales, sed essentiales: vt tenet Decius in c. postulasti. in fin. de rescrip. & vltra ipsum hoc clarius firmat Alexan. in l. 1. colum. 10. nu. 47. versic. in hoc articulo. ff. de acquir. poss. allegat glo. in l. fi. §. quoties. ff. de publica. glos. in ver. in seruorum. in §. fi. suprà de iu. perso. Et hoc etiam tenet vltra ipsum Io. Fab. in §. omnium. in prima colum. versic. in hoc dicendum. suprà eodem. cùm igitur esse bonæ fidei vel stricti iuris sint qualitates secundum Baldum in l. certi condictio. in prin. ff. si certum petatur. vt dicam infrà in discursu materiæ: ergo diuisio taliter facta non valebit. Sed potest responderi ad ista: vt dicit hic Ioannes Fabri. & Ias. quòd Imperator hoc facit pro iuuenibus: & ideo talis diuisio tolleratur. pro ista responsio. vltra ipsos facit glos. in §. & ecce vas. suprà de, re. diui. tamen quicquid ipsi dicant, mihi videtur quòd Imperator bene diuiserit: neque est dicendum quòd pro iuuenibus vellet vt ipsi dicunt, ineptam diuisionem facere: vt est glo. contra ipsos in terminis communiter approbata. suprà de re. diui. in princip. in verbo, habentur. Et ideo ego dico quòd ista diuisio est bona & substantialis ex eo, quia bona fides nihil aliud est quam æquitas iuris gẽtium à quo tales contractus descendunt. l. bona fides. ff. depo. iuncta. l. ex hoc iure. ff. de Iustit. & iure. & verbum, stricti iuris nihil aliud importat quàm rigor: vt est tex. ad literam in l. placuit. C. de iudi. sed æquitas & rigor sunt contraria. vt d. l. placuit. & text. & ibi gloss. fin. in l. sunt personæ. ff. de religio. & sum. fu. ergo ista diuisio est facta per species oppositas contra Ioan. Fab. & Ias. Confirmatur hoc: nam clarum est quòd omnes contractus bonæ fidei descendunt à iure gentium regulariter, & stricti iuris contractus descendunt à iure ciuili. l. ex hoc iure. ff. de Iusti. & iur. sed ius gentium & ciuile sunt species oppositæ sicut æquitas & rigor. c. ius autem. prima disti. & §. ius autem ciuili. suprà de iure naturali. ergo patet quòd ista diuisio est bene posita. Neque ob. quòd istæ sunt qualitates per doctrinam Bald. in d. l. certi condictio. quia istud ibi non tenetur per Mòder. sed præsupposito dicto pro vero, dico tibi quòd diuisio potest fieri per qualitates opositas. in primis de hoc est doct. Io. Andr. in regula, nemo potest. la prima. in quæstione col. fi. de reg. iur. in mercu. & secundũ logicos talis diuisio potest fieri tripliciter secundum Boetium quem Moder. reducunt in sua dialectica iuris, capite de loco à diuisione. & tales diuisiones sæpe in iure reperiuntur: vt patet in §. sequens. & §. omnes. suprà eo. & cap. legimus. circa fin. 93. distinc. vbi fiunt diuisiones ab accidenti. Nota primò ex isto text. secundum Iaso. & alios hic. quòd omnes actiones, aut sunt

sunt bonæ fidei aut stricti iuris. Et sub primo capite bonæ
2 fidei connumerantur † omnes contractus facti cum Principe, qui habent naturam contractuum bonæ fidei: vt dicit hic Ias. post Bal. titulo de pace Constan. §. si quis verò. versi. nota. in 21. col. Adde ꝙ idem tenet, & pro singulari commendat Ias. l. ciuitas. in 4. colum. ver. item attende. ff. si cer. pe. vbi dicit quòd ab alio tactum non legit. Sed dic quòd hoc idem dicit Alexan. in apostil. ad Bart. in l. Cæsar. de publi. & dicit ibi pro ista opi. esse text. & tenet And. Sicu. in consi. 1. ex sacris. col. 4. ver. & adduco. lib. 1. & illud dictum Bald. pro singulari etiam citat Cremonen. notabili. 35. inci. omnes contractus. Præpositus in c. 1. in titulo de na. feu. Iacobinus in sua inuestitura feudali in 53. speciali. Baptista de Sancto Seuerino in rep. l. omnes popu. col. 57. de Iusti. & iu. Ludo. Bolo. in consi. 48. colum. 2. in fi. & commendat Feli. & Deci. in c. 1. in prima colum. de proba. & idem Decius in c. 1. in 3. colum. in 2. lect. de consti. idem Ias. in l. cùm fundus. in prin. in 3. fallen. ff. si cer. pet. & in l. & si post tres. col. fin. versi. quantum ad primum. ff. si quis cautio. & in l. si insulam. col. 9. ver. ista limitatio. ff. de ver. ob. & Decius in consi. 187. colum. fin. & in consi. 4. incip. & pro tenui facultate in prima columna. cum similibus, vt per Ioan. de Neuizanis excellentissimum Iurisconsul. in quodam suo consilio inter consilia Alber. Bruni Asten. consil. 12. in 5. colum. Et hoc scire est maximi momenti, & vtilitatis propter contractus publicanorum initos cum principibus, in quibus licet sit dies & pœna, tamen admittetur purgatio moræ cùm sit bonæ fidei contra regulam quam ponit Bart. & latè Alex. in l. si insulam. de verb. ob. vbi est conclusio quòd vbi est apposita dies & pœna non admittitur purgatio moræ. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obliga. iuncta l. magnam. C. de contrahen. & commit. stip. & bonus tex. in l. 2. C. de iure emphyt. nam ista regula fallit in contractibus bonæ fidei, iuxta dictum singulare Bald. in l. cùm allegas. colum. penul. in 6. oppo. C. de vsur. quod magnificat Ias. in dicta l. si insulam. in octaua col. versic. vnum non omitto. & in d. l. & si post tres. mouetur principaliter per text. notabilem in l. Lucius ff. de actio. empti. à contrario sensu. Sed aduerte, quia ista prima vtilitas siue limitatio ad regulam communem impugnat notabiliter Alexan. quem Iaso. non vidit, in consi. 106. incip. magnifice prætor. in 2. col. versi. adducitur &c. in tertio vol. & dicit, ꝙ Imo. & Fulg. in d. l. si insulam. reprehendunt illud dictũ Bald. ex eo, quia sua opi. non probatur iure: Nam in contractibus bonæ fidei in quibus maior exigitur obseruantia, deberet faciliùs induci, vt mora purgari non possit propter maiorem perfidiam in non implendo conuenta: & ideò debet minùs succurri non implenti. allegant bene facere. l. primã in princ. ff. de cõsti. pec. neque obstat tex. in d. l. Lucius. allegatus per Bal. quia ibi non debet sumi argumentum à contrario sensu, ne resultet prauus intellectus. gl. in capitulo primo. de æta. & quali. libro sexto. Vel secundum Fulgo. in principio dictæ l. Lucius. sunt illa verba narratiua: & ideò argumentum à contrario sensu non procedit secundũ Salyc. in l. qui se patris. in quinta columna, C. vnde libe. cum pluribus ibi alleg. per eum. Vel tertiò secundum Iaco. in d. l. Lucius. ibi argumẽtum à contrario sensu sumitur respectu interesse, non pœnę. & hãc opini. tenet Paul. de Castro in dic. l. si insulam. & alibi vt ibi per eum. & in d. l. si insulã. in 5. col. hoc idem dicit. Sed mihi videtur quòd opi. Bald. possit defendi ab impugnationibus Alex. & aliorum. primò ex eo, quia facultas purgandi moram est fundata super æquitate. l. si seruũ. §. sequitur. ff. de verb. ob. quæ æquitas magis attenditur in contractibus bonæ fidei q̃ stricti iuris. l. bona fides. ff. depos. l. quia tantundem. ff. de nego. gest. ergo faciliùs debet posse admitti illa æquitas purgandi moram in istis contractibus, quàm in alijs: præterea quia in contractibus bonæ fidei citiùs committitur mora quàm in stricti iuris. l. videamus. §. actionem. & l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vsur. ergo faciliùs debet posse purgari. Nam qui in vno grauatur, debet in alio releuari. l. eũ qui. ff. de iureiur. pro hoc facit tex. in c. potuit. de loca. iuncta l. 2. C. de iu. emphyteu. nam ex eo ꝙ emphyteuta ecclesiæ citius in mora constituitur, puta intra biennium, vt in d. c. potuit. ideo faciliùs admittitur purgatio moræ: vt ibi probatur. facit etiam pro hoc gl. in cle. j. in verbo, per seipsum. de reli. & vene. sanct. quę vult ꝙ idem opus magis meritorium est in vouente q̃ in alio. ratio ibi redditur per docto. quia ideo magis meretur vouens: quia non obseruans magis punitetur: vnde qui in vno grauatur, in alio debet releuari. Nõ obstant responsiones datæ ad d. l. Lucius. quia illæ sunt diuinatiuæ, & nõ obst. nã ibi tex. est clarus ſm Are. in d. l. si seruũ. §. sequitur. vbi etiã dicit idem esse tex. pro ista parte. Secunda vtilitas est, quia in cõtractibus bonæ fidei subaudiri solet clausula, rato manente pacto. vt tenet Bal. singulariter in l. si pacto. in tertia colũna. C. de pact. quod dictũ pro singulari cõmendat. Iason in lege, cùm proponas. in vltimo notabili. C. de transactionib. licet ibi de eo dubitet. Item quia in cõtractibus bonæ fidei veniunt casus improuisi: secus in his quæ sunt stricti iuris: vt notabiliter in pulchra quæstione consuluit Bal. consi. 343. examinanda sunt. in 2. col. lib. j. & alia quam plura priuilegia quæ in hoc §. doctores enumerãt: quæ omnia si verum est illud dictum Baldi, in contractibus celebratis cum Principe habebunt locum.

Sed tamen licet illud dictum Baldi in dicto titulo de pace costan. approbet communiter, vt suprà vides: Mihi tñ videtur dubitabile. nam regula est firma quã omnes doctores hìc tradunt. & solet vulgariter allegari ad hoc iste tex. ꝙ omnes contractus qui non enumeratur in isto §. dicuntur stricti iuris: quã regulã etiam facit optimus pater, & maximus textualis Odofret. in l. in minorum. in prima columna. C. in quibus causis in interg. resti. & Bart. in l. certi condictio. in princip. in secunda columna. ff. si certum petatur. Bald. Nouel. in tract. dotis in prima parte, in 9. columna cum alijs: ut infrà dicam in gl. & alij pleriq; de quibus in sequenti col. versi. & ex prædictis. sed contractus facti cũ Principe hìc non enumerãtur: ergo sunt stricti iuris. & licet in illis contractibus bona fides versetur: non tamen per hoc datur actio bonæ fidei, quæ nõ competit nisi in in casibus hic expressis: vt dicunt hìc doctores de actione ex testamento de quo suo loco videbimus. & pro ista parte in simili facit: quia præsupposito assumpto doctorum pro vero, ipsi dicunt quòd tales contractus habent instar bonæ fidei. vnde ego dico, quòd ex hoc simpliciter inferri non potest, quod sint bonæ fidei, per similem textum in §. quædam. su-
3 prà eod. vbi probatur † quòd aliud est esse mixtum, aliud obtinere causam mixti. nam actiones ibi enumeratæ secundum communem opinionem de qua ibi per Iason. & alios super glo. prima. licet mixtam causam habere videantur: non tamẽ mixtæ sunt. ita in proposito licet contractus facti cum principe naturam bonę fidei obtinere dicantur: non tamen sunt bonæ fidei simpliciter: quia hoc nullo iure cauetur: ideo erubescimus, cùm sine lege loquimur. l. illam. C. de colla. & tenet Decius in simili in c. 1. in 5. col. in prin. de probat. nam si princeps hanc sibi vellet prærogatiuam competere, hoc expressisset: argum. tex. in l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tol. & capitulo, ad audientiam. de decim. nam cùm in quolibet actu potentia requiritur & voluntas: vt l. multum. C. si quis alteri vel sibi. capitulo, cùm super. de offi. delegati. & princeps non constat quòd voluerit tollere dispositionem istius §. hoc casu licet potuerit. Ex quo igitur hoc non fecit, in dubio debemus interpretari quòd velit vti iure communi: ar. l. in testamento. C. de test. mili. facit tex. in cap. proposuit. de concess. præb. l. ex facto. de vulg. & pup. & tradit Bald. in l. ex imperfecto. ad fin. facit quod no. Inno. in c. innotuit. col. fi. de elect. & Ang. in l. bene à Zenone. col. 1. C. de quadr. præscri. facit etiam dictũ Inno. in c. dudum. de decimis & Bald. in l. bonorum in princ. C. qui admit. Et hoc non solum in principe procedit, sed in quacunque persona priuilegiata: nam in casibus in quibus priuilegiata non reperitur, vtitur iure cõmuni. l. item veniunt. §. in priuatorum. vbi gl. ff. de peti. hære. & l. j. & ibi Paul. de Cast. eo. ti. tenet Io. de Monteferrato in repe. l. si constante. in 27. col. in fin. ff. sol. mat. Et pro ista opi. facit dictũ Soc. cum multis allegatis per eum in consi. 68. visis inuestituris. in tertia col. lib. 1. vbi concludit quòd contractus feudi, licet conceditur à principe, vt patet in casu proposito per ipsum, est stricti iuris: quia nõ reperitur expressus in isto. §. nostro. quod not. Est etiam circa prædicta notandum dictum Bald. in cap. unico. ad fi. de plus peti. quod magnificat & sequitur hic Ias.
4 dum vult, † quòd omnes contractus mundi, quantum ad mentem & substantiam, de iure canonico sint bonæ fidei. & hoc

dictum Bal. pro singulari etiam cōmendat idem Ias. in §. quadrupli. in fine suprà eodem: facit pro hoc quod notat Ioannes Andreas in capitulo secundo de feudis. quem refert & sequitur Iason in lege tertia, quæstione. 13. post glo. C. de iu. emphy. facit etiam in simili quod no. Archi. in c. sunt nonnulli. j. q. j. quem multum commendat Ias. in l. triticum. in ij. col. ff. de ver. obligat. Sed tamen aduerte, quòd Ias. sibi contrarius reprobat istud dictum Bald. in l. quod te. in pe. colum. ff. si cert. pet. & in l. postquam. col. fina. C. de pac. & in l. & si post. tres. in fi. ff. si quis cau. motus ratione & authoritate. primò, quia quando non tractatur de materia peccati aut spirituali, ius ciuile quod nō reperitur immutatum per ius canonicum, procedit etiam in foro canonico: ut habetur in c. j. & ij. de oper. no. nun. adde Panor. in c. ecclesia in 5. col. de cōsti. nam tali casu leges habent vim canonū: vt dicit Barba. in consi. 1. in 12. col. in 3. volu. & isto modo arguendi vtitur Alex. in consi. 213. viso & opportunè. in 2. col. lib. 2. cū si. vt ibi per eū, Sed de iure ciuili reperitur dispositio tex. nostri faciens differētiam inter contractus bonæ fidei & stricti iuris: ergo debet obseruari de iure canonico: hæc Ias. in d. l. cùm postea. Deinde in d. l. quod te. allegat istam met rationē contra Bal. & dicit esse tex. contra eū de iure canonico, faciens apertam differentiā in c. cùm venerabilis. de excepti. Sed tñ ab ista impugnatione Ias. Bal. saluari potest: quia ego habeo vnam regulam, ꝙ quando lex ciuilis fouet rigorem, licet expresè per canonem nō reprobetur, talis rigor nō obseruatur de iure canonico. c. dilecti. de iudi. & est tex. quem ibi no. Abb. in c. filius. de test. in vlti. nota. & idem Abb. in c. cùm esses. eo. ti. & Abb. in c. ecclesia Sāctæ Mariæ. de constit. sed in casu in quo loquitur Bal. & eum reprehēdit Ias. est rigor de iure ciuili: vt patet in l. si quis cùm aliter. ibi, de iuris subtilitate. de verbor. oblig. not. Bart. in l. eleganter. ff. de dolo. igitur non debet attendi de iure canoni. Non obst. text. in d. c. cùm venerabilis. dum ibi ponitur differentia inter cōtractus bonæ fidei & stric. iu. quia dico quòd illa sunt narratiua partis: quo casu disponunt c. si Papa. de priui. lib. 6. gl. in l. vnica. & ibi dixi. C. quando non pet. par. & ita istam rationē Ias. eo tamen tacito impugnat quidam Lanc. Galiaula doct. celebris Papien. in rep. §. Cato. ff. de ver. ob. licet aliā rationem non ponat. Vnde mihi videtur, quòd his non obstan. alia via dictum Bal. non sit verum: quia videtur contra eum text. in terminis in c. cùm eccle. de causa pos. iuncta declaratione gloss. vbi expresè Papa approbat ius ciuile, quo cauetur omnia venire in iudicio de quibus nominatim dictū nō veniat. quā regulā ius ciuile intelligit in bonæ fidei iudicijs siue cōtractib[9]. secus aūt est in cōtractibus stric. iuris. vt dicit hic gl. 1. facit. l. quicquid astringend. ff. de ver. ob. & l. quia tātundē. ff. de neg. gest. & c. cùm dilectus. de arbitris. facit gl. in c. inter corporalia. in verb. nō inuenitur. de transla. præla. Secundò ex alio etiā dictum Bal. est falsum: quia contractus bonæ fidei qui enumerantur in textu isto nō ex verbis, sed ex mente robur accipiūt: quæ quidem mens principaliter in his contractibus attenditur. l. sed Celsus. §. si fundus. ff. de contrahend. empt. l. fina. C. quæ res pig. ob. pos. in contractibus verò stricti iuris magis verba quàm mens attenduntur, & tantum dictum quantum scriptum. l. quicquid astringendæ. & ibi notant doctores. ff. de verborum obligationib. & l. prima. eodem titulo. & optimus textus in l. consensu. ff. de actionibus & obligationibus. vnde attenta opinio. Baldi, nulla esset differentia inter contractus bonæ fidei & stricti iuris: quod est contra istum textum.

5 † Et ex prædictis potest etiam determinari quæstio de qua hic per Iasonem, videlicet nunquid actio ex testamento dicatur bonæ fidei vel stricti iuris. & breuiter resecato multiloquio communis conclusio est, quòd non est bonæ fidei, nisi in duobus casibus, videlicet quò ad vsuras & fructus qui debentur à tempore moræ in hac actione sicut in cōtractibus bonæ fidei: vt est tex. vltra adducta hic p doctor. in l. cùm res. & ibi notat Iason in secundo notabili de legatis primo. & hoc expressius firmat Areti. in l. ita stipulatus. in uigesimatertia columna. ff. de uerborum obli. & ibi Iason in 16. colum. & ita tenet Bartol. & communiter alij in l. si hæres. ff. de eo quod cert. loc. & prius Odofred. in l. in minorum. in prima colum. C. in quib. cau. in integ. rest. non est neces. Et ita intelligūtur ea quæ dicit Nicolaus de Neapol. in l. si tutor. la. 1. in lecturis Bartoli ff. de tutel. & ratio. distra. & firmat clarè idem Nicolaus de Neapo. in l. prima in lect. Bartol. ff. de eo qui pro tutore. & ꝙ sit stricti iuris, firmat Alexan. in l. fi. ff. de condi. ob tur. causam. & in l. in actionibus. in tertio notabili. ff. de in lit. iur. & ibi Ias. in prin. & latè declarat Socinus. vbi omnia quæ hic dicit Iaso. prius posuit in consilio. 174. pro facto. in secunda columna. versiculo, sed iterum. in secundo volumine. quod errore est repetitum in consilio. 133. in primo volumine. & Iaso. in l. si domus. §. de euictione. in tertia colum. ff. de legat. 1. Et principale fundamētum omnium doctorum supradictorum est, quia non enumeratur in textu isto: igitur resultat quòd sit stricti iuris. Et hoc idem sequuntur moderniores repetent. in l. 2. in fin. princip. C. de rescin. vend. cum pluribus concordantijs. vt per Decium in capitulo, cùm venerabilis: in quinta columna. in ver. in ea. glo. ibi a lie. de exceptio. & vltra ipsum tenet Aretin. in §. loca. suprà de verborum obligationibus. in prima colum. & Iason in l. si filius famil. §. cum fundum. in penultima columna. ff. de verborum obligat. post Alexandrum ibi, nume. quinto. vbi post glo. ibi Iason ponit vnum alium casum in quo actio ex testamento habet instar bonæ fidei, scilicet quia legata re fructus censentur esse legati. l. apud Iulianum. §. primo. ff. de legati primo. sicut in contractu emptionis vendito fundo censentur venditi fructus. licet non dicatur. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de action. emp. & l. fructus. C. eodem titulo. sed secus in stipulatione: vt ibi dicit glossa. Et ratio est quare in quibusdam habet naturam bonæ fidei: quia in testamentis lata sit interpretatio. c. cum dilecti. de donationibus. tradit Ias. in l. 1. C. de his quib. vt indig. Et quod dictum est de actione ex testamento, idem dicendum est in actione quæ competit ex donatione causa mortis, videlicet quòd sit stricti iuris: habet tamen naturam bonæ fidei, vt dicit hic Iason, per textum & glossam quem dicit singularem in l. Seia. §. in bonę fidei ff. de donationi. causa mor. Et istam opinio. tenet Alexan. dicens text. in d. l. Seia. esse meliorem de iure ad hoc in l. vinum. in penul. col. nu. 17. ff. si certum peta. post Ioan. dę Imola. in d. l. Seia. & hoc ibi not. Bartol. & hanc opi. sequitur etiam Decius in cap. cum venerabilis in 5. col. de excep. & Roman. notabili. 117. incipient. certum est. vbi subdit quòd per hoc extenditur d. lex in minorū. sicut coriarius extendit coriū. & ista est communis opi. à qua non est recedendum: licet quidam Moder. & minus bene contrariū senserint in d. l. Seia. Aduerte tamen quòd illud quod suprà dictum est de actione ex testamento, procedit quò ad hoc vt dicatur non esse bonæ fidei: tamen bene dicitur esse ad instar bonæ fidei: quia ista sunt diuersa, vt notabiliter colligitur ex dictis Bart. in l. continuus. §. illud. post prin. ff. de ver. ob. & not. nouissimi repe. in. §. Cato. in 3. char. de verb. ob. facit quod dicit Bartolus in l. si maritus. §. legis. ff. de adulte. Tamen illa doctrina Barto. posset declarari secundū superiora in illis duobus casibus positis in d. l. in minorum. vt declarat Ias. in l. certi condictio. in 9. col. num. 29. ff. si cer. pet. addito alio per Socin. in prædictis consilijs. Or audi diligenter vltra alios, quòd ista inuestigatio, an actio ex testamento sit bonæ fidei vel stricti iuris, nullius uidetur utilitatis, interesse, aut commodi: prout est tex. in l. Aurelius. §. fin. ff. de lib. le. ut tradit ibi Alex. Sed in contrarium est gl. ordinaria in l. si cui. §. si Titio. in uer. non ualet. in fi. de leg. 1. & firmat Io. Fab. in §. ex cōtrario. in prin. suprà de lega. & tex. in d. §. fi. hoc non clarè probat. & ideo intelligi debet secundū alia iura quæ apertā faciunt differentiā: ut in l. uideamus. §. actionē ff. de usur. cū multis allegatis hic in gl. Sed breuiter his non obstan. tene primam opi. quam firmat Barto. & omnes in l. si creditori. ff. de leg. 1. & Moder. repeten. in l. 1. eod. tit. de leg. 1. sed intellige illā procedere quò ad commodum legatorū pro quibus competit actio ex testamento: sed in alia materia bene cōsideratur talis differētia. in d. l. in minorum. & §. fuerat. infrà eodem titulo. Et ista quæ dicta sunt uidentur etiam habere locum in donatione simplici: nā uidetur esse bonæ fidei. ut sentit Bar. in l. si quis cum aliter, in penul. colum. uersi. quæro igitur. ff. de uerb. obli. tamen per regulam glo. hic dicendum est contrarium de quo in glo. dicetur. His breuiter discusis modò uidendum est quid uelit text. noster dicere, dum dicit quasdam esse actiones quæ sunt bonæ fidei & aliæ stricti iuris. Ioan. Fab. hic dicebat, quia istæ hic enumeratæ

6 ratæ magis frequentantur; † tamen Iason dicit quòd ista ratio non valet ex eo, quia stipulatio deberet dici bonæ fidei cũ cæteris sit frequentior; vt notat idem Ias. & Alex. in rubrica. ff. de verb. obli. & latè Moder. in repet. rubricæ ff. si certum pet. Et ideò concludit Ias. quòd ista sunt de arbitrarijs in quibus certa ratio dari non potest. Aduerte quòd mihi videtur, quòd possit vna noua ratio attentari, videlicet quòd ideo contractus hic enumerati dicuntur bonæ fidei, quia sunt maioris latitudinis ex natura sui & necessitate rei patet, quia sunt vltro citroque obligatorij. l. Labeo. §. contractum. de verb. sign. sed stipulatio & mutuum & similes non ita latas habent habenas; nam hincinde non nascitur obligatio natura ipsius rei in contractus deductæ dictante. quia esset contra omnem rationem, ꝙ dans pecunias suas mutuo obligaretur accipienti: & propterea non dicuntur propriè contractus, vt dicit Alex. in l. 5. in prin. in 2. col. ff. de verb. obl. & ideò stricti iuris dicuntur, non sic est in contractibus hic in textu expressis; quoniam natura negotij, & ratio dictat vt hincinde regulariter producatur obligatio, & per consequens ratione istius latitudinis siue comprehensionis plurium personarum isti cõtractus bonæ fidei dicuntur. hinc est ꝙ iurisdictio ordinaria ex quo est maioris comprehensionis, est bonæ fidei, & est fauorabilior & dignior delegata, vt concludit Andre. Sicul. & Felin. in rubrica. de officio delegato. Iaso. & Modern. in rubrica. ff. de officio eius. & glo. in capitulo primo. & capitulo, dispendia. de rescriptis libro sexto. & hac ratione videmus quòd actiones reales digniores sunt personalibus; quia dantur contra quemcunque possessorẽ. l. actionũ genera. in principio. ff. de actionibus & obligationibus. & l. officium. in fine ff. de rei vend. secus est in personalibus: quia sunt magis strictæ. l. fin. ff. de cõtrahenda empt. & eadem ratione dicimus bono. posses. secundũ tab. digniorem esse quàm contra tabu. quia in prima concurrit voluntas defuncti & legis: sed in bono. pos. contra tab. solum legis: vt not. gloss. & omnes doctores in rubrica. C. de bono poss. contra tabul. Et ita videtur dicendum in casu nostro: quia ex quo in contractibus hic enumeratis concurrit obligatio vtriusque partis, ideo dicuntur bonæ fidei siue ampli iuris, quod idem est in stipulatione & mutuo, ex quo vterque contrahentiũ non obligatur, dicuntur stricti iuris: super quo vide quæ dico suprà in princip. istius. §. & interea cogita: quia adhuc posset hæc ratio morderi: tamẽ minus peri-
7 culosa. † Nota secundò ex isto textu, quòd actio præscriptis verbis in duobus casibus est bonæ fidei, videlicet quando pro extimato competit, & quando ex permutatione; in alijs autem casibus pro quibus hæc præscrip. actio competit dicitur stricti iuris. Et dicitur primo casu pro extimato competere isto modo quando dedi alicui aliquam rem extimatam ad vẽdendum vel ad eius pretiũ explorandũ: vnde si talis recipiens rem pro se retinere vellet, nec eam restituere, neque extimationem: isto casu datur mihi ista actio præscriptis verbis pro extimato. & de ista actione habetis specialem titulum. ff. de extimato. actio. & probantur ista in l. 1. dicti tituli & in l. si gratuitam. §. si margaritas. ff. de præscript. verb. facit. l. si dominus. & l. apud Labeonem. & vtrobique Bart. eodem titulo. Et ista actio est ciuilis & personalis & rei persecutoria: vt probatur in d. l. prima. secunda est actio præscriptis verbis bonæ fidei quæ datur vbicunque quis rem conuenit cum alio permutare, & ipse rẽ dedit; & sic adimpleuit pro parte sua. alius verò recusat adimplere: tunc competit hæc actio, vt seruet cõtractum, vel rem restituat; vt in l. prima. §. finali. ff. de rerum permutatione. Sed videtur quòd actio præscriptis verbis ex permutatione sit eadem cum illa quæ datur ex illis quatuor contractibus innominatis, do vt des, facio vt facias, do vt facias, facio vt des: cum vtroque modo competat actio præscriptis verbis: vt in l. naturalis eodem titulo. Sed dicas quòd maxima est differentia: quia illa actio quæ datur ex permutatione, est bonæ fidei: vt patet hic: alia est stricti iuris: quia hic nõ enumerantur. item ex alio differt permutatio ab illis quatuor contractibus: quia permutatio tunc dicitur quando species cum specie permutatur. si verò genus pro genere vel species pro genere vel econtra daretur, tunc non diceretur permutatio, sed cõtractus, do vt des. ita declarat Bart. in l. prima. in fin. ff. de rerum permutatione. Et Alexand. in l. si pecuniam numero vigesimoprimo. de condictione ob causam. de quo vide quod dicam infrà super gloss. finali. vbi tenebo cõtrarium. & sic habes ex prædictis ꝙ hæ duæ actiones tantum hic enumeratæ sunt bonæ fidei. Sed iuxta hoc quærit hic Iason, quæ est ratio, quare ista actio præscriptis verbis dicatur potius bonæ fidei in his duobus casibus quàm in alijs. respondet post Aretin. & Iacobum, quòd hoc est propter conformitatem quam habet cum contractu emptionis. l. prima. cum similibus. ff. de rerum permutatione. Sed ista ratio non satisfacit: quia eadem ratione deberet permutatio dici cõtractus nominatus sicut emptio, ex quo habet conformitatem cum ea, & habet elegans nomen & perfectum: nam dictio, Per, denotat perfectionem. l. vrbana. §. pernoctare. de verborum significationibus. & propter similitudinem non debet induci identitas. l. quod Nerua. & ibi not. ff. depo. notat Bald. in authent. ex testamento. in prima columna. C. de collatio. hinc dicebat Iacobus But. in l. finali. C. de carbo. edi. vt refert Iason in l. Gallus. in princip. in vigesimatertia columna. de liber. & posthum. quòd quando filius assimilatur patri potiùs erat præsumptio quòd non esset eius filius, quàm quando erat dissimilis: quia similitudo non arguit identitatem circa qualitates substantiales, vt patet in pacto & pollicitatione, quæ licet in aliquo conueniant, non tamen sunt similia: nam vbi sunt plures discordantiæ & differentiæ quàm consonantiæ non datur similitudo: vt dicit Bal. in l. prima in septimo notabili. C. de iure emphyt. & in l. humanitatis. in prima columna. C. de impub. & alijs substitution. sed inter contractum permutationis & emptionis sunt plures differentiæ quàm consonantiæ: igitur de vno ad alium argui non debet, & propterea non debet dici permutatio esse bonæ fidei ex eo, quòd cõtractus emptionis sit bonæ fidei. cum inter istos contractus plures sint differentiæ: vt per glossam & Bartol. in l. secunda. C. de rerum
8 permutatione. & in l. prima. ff. eod. titulo. † Tamen his non obstantibus tenenda est ratio prædicta quæ est communis, prn quando tibi glossam notabilem in l. naturalis. §. sed si facio. in ver. similis. ff. de præscriptis verbis. vbi in contractu, facio vt facias, quando habet similitudinem in contractu bonæ fidei, iuratur in litem sicut in contractu bonæ fidei: quia illa similitudo facit ut contractus bonæ fidei dicatur: & ita illam glo. pro notabili sequitur Alex. in l. in actionibus. in 3. col. nu. 10. ff. de in lit. iur. Et eodem modo dicitur de extimatione quæ emptioni similis est: ut per Bart. in l. si ut certo. §. 1. ff. commodat. not. doctores in l. ex conuentione. C. de pact. & in l. 1. C. de iure dotium. debent igitur istæ actiones in illis casibus dici bonæ fidei: nam de actione iudicatur prout de re cui assimilatur uel in ea continetur; ut notat Bart. in l. potest. de authoritate tutorum. cum concordantijs. ut per Alexandrum in l. à diuo pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. facit gl. in l. 2. §. peruenisse. ff. de hære. uel actio. uen. quæ dicit ꝙ actio ex empto quæ pro hæreditate datur ipsi emptori hæreditatis dicitur uniuersalis sicut ipsa petitio hæreditatis. sic in proposito nulli est dubium quòd permutatio & extimatio dicantur similia contractui emptionis: ut l. prima. C. de re. permuta. nam ut dicit textus in l. finali. ff. ex quibus caus. in pos. ea. & in l. secunda. ff. de re. permu. permutatio dicitur uicina contractui emptionis, & dicitur etiam species emptionis & uenditionis: ut in l. sciendum. §. deinde. ff. de ædil. edic. cum similibus. ut per Fabia. de monte in tractatu emptionis. quæstione secunda. per totum. & ideo iudicari de ea debet, prout de emptione. Et ad contracari prædicta patet solutio ex dictis per Abba. in capitulo. cõstitutus. de appellation. & ex his quę tradit Ias. in l. inter stipulantem. §. sacram. in septimo notabili. ff. de uerborum obligationibus. ubi latè declarant, quando aliquid alteri simile dicatur; per quod tollitur argumentum suprà factum & reassumunt latius repetentes moderni in lege quòd Nerua. ff. depo-
9 siti. ubi latius dixi. † Vltimò nota, quòd petitio hæreditatis hodie est bonæ fidei, licet antiquitus fuerit dubium: ratio redditur hic per Ioannem Fabri, post alios antiquos quos sequitur Iason, uidelicet, quia petitio hæreditatis est realis: & de realibus nulla reperitur quòd sit bonæ fidei, nisi ista. cuius ratio fuit, quia habet plurimum personalitatis. l. hæreditatis. C. de petitio. hære. tamen ista ratio de facili potest cauillari: quia ista ratio non procederet tenendo quòd petitio hæreditatis

ſit realis : ſed tenendo quòd ſit mixta, prout erat expeditum de iure antiquo per omnes doctores antiquos per dictam l. hæreditatis. & licet Paulus de Caſt. in l. etiam. §. ſi quis abſentis. in fine. ff. de petitio. hæredit. & alij quos retulit ſuprà in §. quędam. quorum opinio de facili poſſet teneri. & adhuc ſub iudice lis eſt : iſta ratio non proceret neque eſſet generalis : imò tunc de plano procederent propter mixtam. vt de actione familiæ erciſc. communi diuidundo, quæ etiam bonæ fidei ſunt. vt hic patet. Alia igitur fuit ratio antiquorum quare de hoc dubitabatur, videlicet, quia hæc actio habet latas habenas. nam ſi pro vna re intentatur, cenſentur omnes aliæ deductæ in iudicium, de quibus dictum, nec cogitatum fuit. l. ſi hæreditatem. & l. ſi quo tempore. ff. de peti. hæredit. quod non eſt in alijs contractibus, qui non exprimuntur in hoc. §. vt notatur in l. quicquid aſtringendæ. de verborum obligationib. Habetis igitur, quòd petitio hæreditatis bonæ fidei ſit : & hoc clarum eſt de petitione generali ſiue vniuerſali ſecũdum Iaſonem & Ioannem Fabr. Sed maius dubium eſt de petitione ſingularum rerum, pro qua competebat teſtatori actio ſtricti iuris, nunquid ſi illæ particulares res petantur per petitionem hæreditatis. iuxta. l. & non tantum. ff. de pe. hæred. dicatur tunc illa petitio bonæ fidei, an verò ſtricti iuris. Ioan Fabri hic quem ſequitur Iaſon tenent quòd erit ſtricti iuris : & ſic quòd text. noſter debet reſtringi & limitari in petitione hæreditatis vniuerſali. Mouentur ratione: quia illa petitio particularium rerum ſubrogatur in locum primæ actionis quæ teſtatori competebat. ergo debet eius naturam primordialem ſortiri iuxta legem. item veniunt. §. cùm prædiximus. ff. de pet. hæredit. ſecundum quod declarat glo. magna in l. certi condictio. in principio. ff. ſi certũ petatur. & tenet idem Iaſon in §. ſed iſtæ. numero trigeſimonono. & quadrageſimoprimo. infrà eodem. & ita illam regulam declarat Socinus in tractatu fallentiarum. regula. 383. cum ſimilibus. vt tradunt moderniores in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & latius Baldus in conſilio. 112. quæritur, qui intelligantur. columna ſecunda. libro primo. Sed natura primordialis actionis primæ teſtatoris erat, vt præſupponitur in quæſtione : igitur iſta ſubrogata erit ſtricti iuris. Sed tamen his non obſtantibus, quantum attinet ad propoſitum quæſtionis noſtræ, dico quòd ſuprà multum decipitur hic Ioannes Fabri, & Iaſon: quoniam ſiue petitio hæreditatis detur ad vnam rem particularem ſiue ad plures, ſemper eſt vnica petitio hæreditatis & illa vniuerſalis. l. ſi hæreditatem. & lege : item videndum. §. finali. cum l. ſequenti. ff. de petit. hæredit. nam petitio hæreditatis ex quantitate rei non variatur. vt ibi probatur. vnde ex quo textu hic dicit petitionem hæreditatis eſſe bonæ fidei: non poteſt diſtingui quod loquatur de generali vel particulari. vt hic doctores dicunt, cum ſit vnica, cum ita dicatur vniuerſalis, ſi intentetur pro vna re quantum pro mille. facit l. quæ de tota. de rei vend. tenet Bartol. in l. licet. ff. de peti. hæredi. prætereа ex alio iſta dubitatio Fabri & Iaſonis videtur inanis, quoniam petitio hæreditatis non datur contra particularem debitorem defuncti tanquam contra debitorem, ſed datur contra eũ, ſi contendit ſe hæredem. vnde ſi nõ contendit ſe hæredem, non datur hæc actio, ſed alia. tex. eſt notabilis in l. ſi debitor. ff. de petit. hæredit. ſi igitur non datur hæc actio propter debitum principaliter ſed propter aſſertionem dicentis ſe hæredem, non poteſt dici quòd habeat locum propriè ſubrogatio. ſed eſto quòd dictum iſtorum de plano procedat, ex alio videtur quòd eorum opinio non ſit vera : quia regula quam ipſi ponunt de ſubrogatione facit à remotis : quia primordialis naturas actionis non eſt eſſe bonæ fidei vel ſtricti iuris : vt dicit Baldus in dicta l. certi condictio. in principio. in quarta columna. verſicu. quærit glo. &c. pro quo allegat gloſ. hic. & ego vlterius probo hoc forti ratione. nam clarum eſt quòd certi condictio generalis eſt ſtricti iuris : quia hic non enumeratur : & tamen naſcitur ex quocunque contractu bonæ fidei ſiue ſtricti iuris & ideo natiua dicitur, vt tenet Bart. in dicta l. certi condictio. in principio. in prima columna. verſicu. iuxta hoc quæro. & in ſecunda columna. verſicu. quærit gloſſ. quæ attenta ratione Iaſ. deberet eſſe bonæ fidei ex quo ſubrogatur in eius locum. quod tamen eſt falſum, vt dicit ibi Barto. primordialis ergo natura actionum non eſt an ſint bonæ fidei an ſtricti iuris. ſed an ſint natiuæ vel datiuæ. quod patet: quia in iſto titulo prius poſuit Imperator de natiuis vel datiuis. vt in §. primo. ſupra eodem. quod probatur: quia actionem eſſe natiuam vel datiuam concernit materiam quæ prius attẽditur quàm forma. Bar. in l. licet. §. idem ſcribit. colum. pen. ver. ſed circa hoc. ff. de pecul. & bonus text. in l. adeo. §. cum quis ex aliena. ff. de acqui. re. domi. & l. ſeruus. & l. cui lana. & l. quæſitum. §. illud. & l. lana. de le. 3. ſic ergo actionis natura primordialis eſt, an ſit natiua vel datiua, & an ſit nominata vel innominata: vt concludit Alexan. & idem Iaſ. & omnes in l. iuris gentium. in prin. per illum tex. ff. de pac. & ſuprà iſto tit. in prin. illud autẽ an bonæ fidei ſit vel ſtric. iur. ſunt qualitates quæ poſtea accidunt: vt tenet expreſsè Dec. in c. dilec. ver. ſed iſta ratio. extra de iu. & ideo ſecũdũ regulam ſapit primordialem naturã non accidentalẽ: & iſta petitio particularis non propterea alteratur. Et ꝙ iſtæ ſint qualitates & accidentia eſſe actionem bonæ fidei vel ſtricti iuris, patet in petitione hæreditatis de qua antiquitus, prout hic dicit tex. an eſſet bonæ fidei vel non: ex quo datur intelligi quòd erat quoddam accidens quod poteſt adeſſe & abeſſe certo tempore citra ſubiecti corruptionem. l. falſa demonſtratio. de condit. & demonſt. Nam clarum eſt quòd ſi eſſe bonę fidei & ſtricti iuris fuiſſet de natura primordiali, non eſſet dubium olim an petitio hæredit. eſſet bonæ fidei vel non : quoniam ſtatim ꝙ producta fuit, competeret cum ſua natura certa. Et hoc manifeſtè patet in actione ex teſtamento quæ aliquando eſt bonæ fidei aliquando non: & ſic variatur illa qualitas. & à fortiori in caſu noſtro dicendum eſt: quia licet per petitionem hæreditatis petantur res particulares, nihilominus ſuam naturam nõ perdit, & dicitur vniuerſalis reſpectu illius quod accidere poteſt, & ſi non accidat: vt eſt bonus text. in l. ſi hęreditatem. ff. de pet. hære. quia vt dixi, de natura ſui importat vniuerſalitatem : licet res ſingulares proſequantur. Et quia vna & eadem actio non debet diuerſo iure cenſeri: ar. l. eum qui ædes. ff. de vſuca. & hanc opinio. per alia fundamenta Lancelotus Decius in l. pacta quæ contra. colum. fin. C. de pactis. Non obſt. text. in dicta l. item veniunt. §. cum prædiximus. quia ibi ſubrrogata actio benigne ad primordialem refertur: quia ad accidentalem naturam commodè adaptari non poterat propter pœnã quæ non habet locum in ſubrogato niſi exprimatur, per ea quæ di-

10 cit Bar. in l. in teſtamento. † per illum text. ff. de condi. & demonſt. & in l. multa. & in l. pater Seuerinam. in princi. per illum text. eodem titulo. cum ſimilibus: vt per Decium in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de regulis iuris. & ideo quia in illo caſu accidentali diuerſa ratio concurrebat, non potuit habere locum ſubrogatio, prout dicit Alexan. in conſi. 117. viſo themate. in 2. colum. in 3. volum. opus ergo fuit vt ſubrogatio ibi locum haberet quò ad naturam primordialem. Et maximè quia in quæſt. noſtra ſubrogatio non fit cumulatiuè, ſed in locum actionis extinctæ per mortem defuncti : quo caſu prædicta regula ſubrogationis non procedit, prout concludit Angel. & Roma. & Iaſ. in l. certi condictio. in princip. per tex. in l. quod debitori. ff. de dona. cau. mor. ſed prima ſolutio ad d. §. cum prædiximus. magis placet: pro qua videtur doct. Bart. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue. in ultimo membro. ubi uult quòd quando una actio accumulatur alteri principaliter non habito reſpectu ad illam, prout eſt in quæſtione noſtra, ut ſuprà in princip. iſtius quæſt. declaraui: tunc ſubrogatum non aſſumit naturam primordialem uel accidentalem, ſed retinet naturam propriam : patet in actione hypothecaria, & in actione ex teſtamẽto, quę competunt pro legatis. l. 2. C. com. de lega. Alexand. & omnes in l. 1. de lega. 1. & tamen retinent ſuam propriam naturam. Probatur hoc per duo optima ſimilia : primum eſt de text. in l. ſtipulationes nõ diuiduntur. in uerſicu. Celſus. dum ibi tradit regulam quòd in contractibus ſtricti iuris de faciendo puta inſulam, uel aliud, ſuccedit obligatio ad intereſſe à tempore moræ. l. ſi inſulam. eodem titulo. de uerb. oblig. & l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. & ſic obligatio ad intereſſe ſubrogatur in locum illius facti uel rei in principali obligatione deducti: nã ſicut ipſum factũ peti poteſt lapſo tempore quo debuit fieri, ſic & cõſtituto debitore in mora poteſt peti ipſum intereſſe quod ſubrogatur loco ipſius facti principalis: per dictam regulam. d. §.

qui iniuriarum. & tenet Areti.in l.non amplius.§. cùm bonorum. de leg. 1. post Barto. in l.1.in prin.ff.de actio.empt. facit quod dicit idem Barto.in l.si ita fideiussorem accepero. ff.de fideius. Et tamen in ista subrogatione non attenditur natura primordialis.patet,quia obligatio facti est indiuidua:& tamē
11 obligatio ad interesse quæ subrogatur, diuidua,† nisi in duobus casibus : vt de primo casu per Bartol. in l. 2. §. ex his. in penul.colum.ff.de verb.obliga.& de secundo casu vt per Bartol. in l. 4. §. Cato.in 6.quæst. eodem titulo. Secundum simile est de doc. Barto. & Alex, quos ibi communiter sequuntur alij,in l. certi condictio.in princ. in 2. col. num. 9. ff.si certum petatur. dum ibi volunt præfati doc. ꝙ si certi condictio generalis subrogetur actioni bonæ fidei,non sapit naturam primordialem , vt isti dicunt hic, scilicet vt dicatur bonæ fidei : sed remanet in sua natura stricti iuris secundum quod ibi notabiliter Albe. declarat, dicens ꝙ certi condictio subrogata nihil amplius cepit ab actione speciali in cuius locum subrogatur,nisi tempus & summam , quia esse bonæ fidei vel stricti iuris est magis beneficium quàm natura: vt ibi dicit notabiliter Bald.& hoc dictum valde commendat ibi Alexan.& Ias.& sequitur eu m.Ita in proposito est dicendum,quòd actio petitionis hæreditatis subrogata in locum specialis actionis quæ competebat defuncto , non accipiat ab illa actione nisi summam & tempus: remanebit tamen bonæ fidei : vt dicit hic tex.qui generaliter loquitur nec se restringit : ergo neque nos restringere debemus: etiā si maior ratio sit in vno casu quàm in alio. l.1.§.quod autem.ff.de aleato. cum similibus . & pro ista opin.decisio Barto.in l.1.in prima colum.nume.8.C.quorum bono. & pro hoc etiam faciunt ea quæ dicit Ias. infrà in glos. ex permutatione. Glos.1. magna in princi. Ex ista gloss. colligitur vna regula quæ solet in scholis communiter allegari, videlicet quòd omnes contractus vel actiones quæ hic non inueniuntur expressæ, sunt stricti iuris.istam gl. ad hoc alle.in l.certi condictio.in 3.col.ff.si certum pet.& Aret.in l.si seruū. in 2.col.de verb. obliga. Bald.Nouel.in tract. dotis.in 8. parte in 4. priuilegio. & in 12. parte in 3. colum. & alij plures quos suprà in discursu materiæ allegaui. Sed tamen ista regula ex multis reddit falsa.primò in actione de dote quæ hic expressa non est: & tamen est bonæ fidei: vt infrà.§.1.Item in actione ex testamento,quæ etiam est bonæ fidei.l.in minorum.C.in quibus causis in integ.rest. nō est necessaria.item in contractibus principum celebratis de iure canonico qui omnes sunt bonæ fidei : vt suprà in principio est dictum. item in donatione quod Barto.voluit in l. si quis cum aliter.circa fi. de verborum obligat.addunt quidam casum in mutuo,in quo extimatio quanti plurimi venit à tempore moræ sicut in contractu bonę fidei:vt not.communiter doc.in l.vinum.ff.si cer.pet.sed tamen isti casus non dicuntur simpliciter bonæ fidei, sed stricti iuris:licet in aliquibus habeant priuilegia bonæ fidei:nam actio ex testamento , de dote, & ea quæ datur ex contractibus principium origine sua bonæ fidei non sunt: quia hic non reperiuntur expressè: vt dicit glo. hic.& ratio fundatur , quia vbi casus sunt enumerati à lege,non est licitum ex capite aliū casum addere: vt dicit Bald.in l.vnica.§.1.in 2.col. C. de cad. tol.& sic regula istius glo.debet intelligi de actionibus bonæ fidei originarijs: aliæ verò hincin de repertæ sunt ex accidenti. donatio verò neque origine neq; priuilegio est bonæ fidei: quia non reperitur expressum,quicquid sentiat Bar. vbi suprà. Illud etiam de mutuo falsum est : quia licet extimatio quanti plurimi veniat à tempore moræ sicut in contractu bonæ fidei, illud ideò est , quia sumus in contractu qui re contrahitur , & petitur illud quod aliàs fuit meū:per tex.in l.videamus.§.si actionem.ff.de vsuris. vel per rationem de qua per Pau.de Cast. in l.vinū.ff.si certū petatur.de quo tamē inferius dicetur.Vnū tene menti,ꝙ sicut omnes contractus hic expressi sunt bonæ fidei,ita & omnes distractus:licet hic non sint expressi.ita dicit Aret.in l.si seruum.in prin.in 3.col.ff.de verborum obliga. alleg. inter alia Barto.in l.eleganter.in 3.col.ff. de dolo.& eodem modo pactum appositum iuxta contractū bonæ fidei & officium iudicis deseruiens actioni bonæ fidei erunt eiusdem naturæ:licet hic non sit expressum.ita dicit Bal.in l. petens.in fi.C.de pactis.in repe. & dicā infrà in eadem gl. ibi imò si interueniat dolus in cōtractu &c.collige ex ista gl.vnā cōclusio-
12 nem,quòd† dolus dans causam contractui bonæ fidei,annullat contractum ipso iure : secus verò si solùm incidat in contractum:quia tunc nō annullat ipso iure,sed datur actio ex ipso cōtractu: in contractu verò stricti iuris nō fit differentia au det causam contractu: an incidat : quia vtroque modo agitur actione de dolo,vel excipitur.l.eleganter.in prin.de dolo. l.Iulia.§.si venditor.hic alleg. in gl. Et dicitur dolus dare causam cōtractui quando induxisti aliquem dolosis suasionibus ad vēdendum,vt eum deciperes qui aliàs non erat venditurus : sed tuus dolus principaliter induxit aliàs nolentem vendere ad vendendum : tunc quia ille consensus à quo cōtractus recipit robur, ut in l. 1. §.1.ff.de pacti. fuit dolo elicitus, & repugnat contractui bonæ fidei,in quo bona fides à principio interueni re debet,& super ea contractus fundari: & ideò tanquàm sub stātia deficiente contractus est ipso iure nullus. l. cùm his.§.si prætor.ff.de transa.l.eius qui.ff.de appel.recip. & l.cùm preca rio.ff.de preca.c.cùm dilect.de rescri.c.1.de baptis.l. diligenter.ff.mādati.Sed quādo dolus incidit in cōtractu,non annullat ipso iure : quia dolus nō fuit adhibitus circa cōsensum,qui fuit liber & purus respectu venditoris aliàs volentis vendere: sed tamen fuit adhibitus circa valorem rei.nam cùm aliàs res valeret centum,circūuentione mea & dolo tibi persuasi non valere nisi quinquaginta : & sic mihi eam vendidisti:isto casu dicitur dolus incidere in contractum : & tunc non annullat ipso iure, vt dicit hic glos.& ita procedit text. in l. in causæ.ff. de minoribus cum similibus.& hanc esse communem opi.attestatur Ioan.de Imol.in capitulo cùm dilecti. in tertia colum na.de emp. & vend. quam Ias.tenet hic.& idem tenet Iaso. in l.cum postea.C.de pactis & sequuntur modern. repet. in rep. l.secundæ.C.de rescin.vendi.per totum: & maximè in trigesimaquarta columna . Et Bartho. Veronen. in tract. de simul. contract.per totum. faciunt ea quæ tradit Gerardus de Petra Sancta notabili 22. incip. rogo vt nunquam . & Fabianus de monte in tract.emp. & vend.in prima quæstione 8.partis principalis. & hanc etiam conclusionem glo.nostræ sequitur quidam Ambrosius de Vignate in repe.capituli,salubriter,in tracta.de vsuris. in vigesimatertia columna , in forma paruula. cum similibus . & aliqua per Decium in l. semper in contractibus.& in l.fraudis.ff.de regul.iuris. cum similibus:vt notabiliter tradit Thomas Ferrarius in trac.cautel. in quarta cautel.incipien.regula est.& vt latè dixi in rep.mea l.secundæ.C. de rescin.vend.& tenent nouissimi repet.in rubrica.ff.de verborum obligatio.in 3. charta. versiculo,secundò prædicatur. Et pro ista conclusione solùm inducuntur duo iura in quibus est tota vis,videlicet tex.in d.l.eleganter.in versi.nullam.quod verbum importat nullitatem ipso iure. l. prima. ff. de iniust. rup.& irri. test.Secūdò adducitur l.tertia in fi. ff. pro socio.ibi ipso iure nullius momenti est facit etiam text. in l. in causæ. la secunda,in principio.de minor.ibi, nullam esse societatem. & ibi,munitus est ipso iure, & vltra ista iura adducūtur duo alia fortia fundamenta per Bar.in l. eleganter. quæ sequitur Ias.in l.si quis cum aliter.ff.de verborum obligatio.

Ista tamen communis conclusio validissimè oppugnatur per Vltramontanos quorum aliqua fundamenta refert hic Ias.alia verò quæ vrgentiora sunt omittit. & ideo referam aliqua prius vltra ipsos quæ videntur efficaciter vrgere, deinde subnectam fundamenta eorum . Vltramontani ergo quos refert Cy.in l.2.C.de rescin.ven. Pet.de Bellaper.& Ioan.Fab. hic tenent contra gl.nostrā,& dicunt non esse differētiam inter dolum dantem causam contractui,uel incidendē in cōtractum bonæ fidei:imò quòd utroque casu contractus ualet : & pro ista opi. ego induco ultra ipsos,text. qui ualde urget in l. maioris. C. comm. utr. iud. in uerb. reformabitur. ubi dolus dans causam diuisionis nō reddit diuisionem nullam , sed debet tantum reformari : & tamen iudicia diuisoria sunt bonæ fidei , ut patet ibi in text.& hic. Ad idem concor. text. in l. tres fratres.ff.de pac. & hoc latiùs probat Corneus in consilio 240.præsuppositis his:in principio, in quarto uolumine.Secundò,pro ista parte etiam urget text.quem ipsi Vltramontani adducunt in l.Iulianus.§.per contrarium.ff.de actio. emp. ad quem non bene respondet, ubi dolus dedit causam contractui, & tamen ualet. quod probo inneuitabiliter, quicquid dicat ibi gloss. & pondero illa uerba text. quibus subtractis

 facilè

facilè quasi minimo valeret hæreditas,vt sibi ea venderetur, persuasit. in veritate ista verba cauillari non possunt, ut utar verbis textus in l.penultima.ff.ad exhibendum. Et sic pondera illa verba,vt sibi ea uenderetur,persuasit. Nam non dicit textus,quod persuasio fuerit facta circa rem,sed circa contractũ & sic ut sibi ea uenderetur cum ille animum uendendi nõ haret.tamen ex duobus fuit inductus:ut dicit textus.primo,quia ille villicus subtraxit res hæreditatis,& deinde persuasit ut ea sibi uenderet:& sic animum nolentem dolis circumuenit: & tamen dicitur ibi ualere contractum, sed competere actionẽ ex uendito ad illud in quo circumuentus fuit: & quia ad ista iura non uideo iuridicam neque urgentem solutionem , ideo transeo cum ista opinione.

Pro qua ultra dicta adduco duo: primò gl. quæ hanc opin. Vltramonta.tenet in terminis in l.in maioribus.C.qui. ex cau. ma.ubi quærit glo.quid si aliàs me nolentem uendere inducas ad uendendum & rem tradidi, nunquid competit mihi aliqua actio.& dicit quòd sic, scilicet actio de dolo. allegat d.l.eleganter.& sic uides quòd gl. in isto primo exemplo loquitur de deceptione siue dolo dante causam cõtractui:& tñ dicit dandã actionẽ de dolo nonnullũ contractũ . Deinde gl. ponit exẽplum de dolo incidente in contractũ,vt puta quando in pretio me decepisti: & tunc dicit ꝙ datur actio ex contractu.Præterea pro ista parte facit ratio inconuincibilis:quia docto.volunt ꝙ ratio quare propter dolum annulletur cõtractus, quia est dolus adhibitus circa cõsensum, & sic circa substantiam contractus,quo casu debet vitiare contractum. arg. tex.in l.in ementis.C.de contrah.emp.sed ista ratione attenta esset idem dicendum in contractu stricti iuris, in quo consensus ita est de substantia sicut in contractibus bonæ fidei. l. inter stipulantem.ff.de verborum obligatione.l.consensu. ff. de actio.& oblig.& l.j.§.fin.ff.de pact.& tam cõtractus stricti iuris ipso iure nõ vitiatur , vt omnes fatẽtur,minus etiam debet vitiari contractus bonę fidei. Secundò pro ista opinione adduco:quia si ista opinio gloss.esset vera,ꝙ dolus dans causam contractui,annullaret contractum ipso iure, sequeretur quòd neque ex illo contractu trãsferretur dominium.l. non dubiũ. C.de legi.Bart.in l.prima.§.si vir.in fi.ff.de acquiren.poss.Tamen consequens est falsum: ut patet in d.l.eleganter. in prin. igitur &c.nec responsio Alexan.ad illum tex. dum dicit in l.j. §.si vir.ff.de acquiren.possess. quòd ibi text. processit vlterius disponendo,aliquo modo satisfacit:arg.glo.in l. filium quem
*3 habentem.C.fam.ercisc. † Non obstat modò fundamenta cõmunis opi. Et primò tex.in d.l.eleganter. in vers.nullam.inducendo vt supra dixi.quia ad illum text.respondet Ioann. Fab. hic dicens ibi esse nullam venditionem,videlicet in effectu.& licet ipse nihil pro hoc alleg.est glos.quæ ita similia argumenta soluit in l.iurisgentium.§.sed cùm nulla. ff. de pactis. dum dicit ibi text.ex pacto nudo nullam obligationem oriri . dicit ibi glo.nullam , scilicet efficacem. Ad idem est gloss.in l. nostram. in versic.non valere. C.de test.& gloss.in l. vniuersa. in verbo,valeant. C.de pre.impe.offer. & ita est communis responsio gloss. ad huiusmodi modum loquendi:nam actus qui in effectu potest annullari ,largo modo potest dici nullus.l.si dari.vbi Ias.in princip. ff. de verborum obligat. tenet Abb. in c.cæterum . de rescrip.cum simil.vt notabiliter per Aret.in l.j. in 4.col.ff.de testa.& per Moder.Hispanos in c.cum dilecti.de empt.& vend. Vel potest aliter responderi. Dicas igitur quod ille tex. in d.l.eleganter. non restringit se ad nullitatem,sed alternatiuè loquitur,aut competere actionem ex empto, aut nullam esse ipso iure:& sic text.absolutè non vult contractum esse nullum:sed hoc in arbitrio decepti relinquit an velit dicere esse nullum,vel vt ualeat,& agere actione ex ipso cõtractu. Pro qua solutione facit optimè tex.in l.fin.in ver.sancimus.C. de libe. præte.ibi , euertat ipso iure , an competere bonorum possess.contra tabulas. inducendo hoc modo clarum est , ꝙ de iure Codicis testamentum patris non est nullum propter præteritionem vel exhæredationem filij : ut habetur in l. omnimodo.C.de inoff.testa.& tamen dicit ibi tex.euertat ipso iure,aut competere bono.possess.cõtra tabul.Sic est in proposito,aut competere actionem ex empto,aut nullam esse venditionem: quod videtur notare glo.in d.l.in contractibus. facit quod no.Decius in l.posthumo.in 6.col.C.de contratab.Non obst.etiam l.si fraude.C.de præscriptio.long.temp.quia istud ibi est in præscriptione in qua bona fides necessario requiritur,quæ cessat vbi est dolus: per ea quæ no.Abb. in capit. per
14 tuas.in secunda columna,de dona. † Ad tex.in d.l.3.§.fin.pro socio. qui magis uidetur urgere,respondet Ioann. Fab. dicẽs esse speciale in societate, rationẽ specialitatis adducens: quæ per te uideas: tamen potest aliter responderi ex mente Petri, videlicet quod est uerum esse ipso iure nullum contractum societatis, si dicatur nullum : ut suprà est dictum : quod probatur efficaci fundamento: ut per tex.in §. in bonæ fidei. infra eodem. ubi dicitur quod compensatio tollit actionem ipso iure: nam intelligitur si opponatur: ut no. per omnes in l. si cõstat.C.de compensa.ad idem est tex.quem not.ibi Bald.& Saly.& Ias.in l.scimus.in prin.C.de inoff.testa.ubi text.in uerbo ipso iure.ita exprimitur. quod sequuntur nouissi. repe. uidelicet Galliaula in l.centurio.nume.444. ff.de vulga.& pupi. ad idem facit tex.in l.filio.ubi gloss. & omnes.ff.de iniusto rupto.& irri.tex.in l.posthumus.eodem titul.de qua per glos. in l.scimus.in princ.in uersiculo,ipso iure.C.de inoffi. testa.cum concor.ut per Ias.in l.admonendi.in 3.colum. ff. de iureiur.in lectura.ubi plura congerit.& ultra ipsum hoc suadetur : nam certum est quod si ille contra quem dolus commissus est,non uult petere, nullum esse contractum,quod valet contra dolosum:vt est glo.singularis in d.l.iuris gẽtiũ. §. prætor ait in uersiculo,dolo malo.quam ibi summè commendat Ias. & Alexã. in ultimo notabili. facit tex.in l. Iulianus. §. si quis à concludente . ff.de actione emption.quem ad hoc citat singularem Baldus in l.dolum. C.de periculo.& comm. rei uend. Ad alia fundamenta Bar. faciliter etiam potest responderi . primo ad illud quod quando dolus dat causam contractui , actio non datur contra hæredes &c. dico quòd istud argumentum de necessitate non infert dolum dantem causam contractui annullare nullum ipso iure : quia tex.in §.aliquãdo.infra de perpe.& tempo.actio.allegatus per ipsum,hoc non dicit. Neque istud secundum fundamentum de quo etiam gloriatur , nihil ualet,dum arguit de contractu ad distractum,cùm illud argumentum non semper procedat: ut est tex.quem ibi ponderat Bald.in l.fin. in princip.C. si tu.uel cura.inter. facit quod not. Bal. in l.prima.C.quando lib.ab emp.disce.& quod no.idem Bart.in l.ab emptio.col.fin.ff.de pac.tamen præsupposito fundamento pro uero, dico tex.in d.l.eleganter.§.nõ solum. alle. per Bart.probare potius contra ipsum,dũ ibi dicitur,ꝙ dolus dãs causam distractui debet per uiã actionis ex illo cõtractu resolui:aliàs si per illam actionem resolui nõ põt,datur actio de dolo.& sic non dicitur ibi quod sit nullũ ipso iure:ut Bart. dicit. Et ita potest retorqueri argumentum contra ipsum : nã si argumentum de contractu ad distractum ualet, quemadmodum distractus per dolum dantem ei causam,non est nullus , ita neque contractu.alia omnia fundamenta militant in contractibus stricti iuris:vt dicunt Moder.in c.cum dilecti.de empt.& vend.& hoc ad oculum patet.Vides igitur quòd conclusio communis istius glos.non rectè defenditur:sed disputationis congressu posset contrarium teneri: vt aliàs publicè disputaui:licet quidam satis impudenter quidem ex istis fundamentis sibi ascripserunt . Postremò ne quid penitus vtilitatis ignoretur non obst. vnum dictum Bald.quem docto. hic non adducunt:magnifaciunt tamen nouissimi in d.c.cum dilecti. in 15.colum.dum vult.Bald.in c.primo in fi. de mu. pet. quòd ideò dolus dans causam contractui bonæ fidei annullat ipso iure:quia contractus bonæ fidei sunt iuris gentium: & ideò in eis attenditur principaliter consensus purus & liber sine dolo:sed in contractibus stricti iuris,cum procedant à iure ciuili à quo habent fomentum,ideò valent,neque per dolum annullantur:quia non in eis principaliter consensus attenditur , sed verba . Sed domini dicatis,quòd ista ratio pro communi est falsa,vt Diabolus:& miror quòd nouissimi nostri Hispani ĩ d. cap.cum dilecti.tanti fecerint, cum attenta illa ratione idem esset dicendum in contractu mutui & alij pluribus stricti iuris, qui tamen sunt de iure gẽtium:vt patet in §.ex hoc iure. §. de iu.naturali.& tamẽ videmus quod dolus dans eis causam non annullat ipso iure,cum sit stricti iuris. Neque etiam est verum quod in contractibus stricti iuris non consideretur principaliter consensus.l.j.§. conuentionis.ff. de pactis. vbi etiam

fortius

fortius probatur, quòd stipulatio, quæ verbis dicitur accipit esse à consensu. facit.l.consensu ff.de actio.& oblig.

15 † Præsupposita tamen communi pro vera limitatur singulariter. primò non habere locum in contractibus stricti iuris, de iure prætorio: vt est in constituto qui est stricti iuris: & tamen constitutum dolo vel metu celebratum, nõ valet. quia ius prætorium constat ex æquitate naturali. ita notabiliter limitant, Nouissimi in rub. de verb. oblig. in 15. col. alle. pro hoc vnum simile. quia videmus, quòd coactus adire hæreditatem de iure ciuili efficitur hæres: sed tamen coactus agnoscere bonorum possess. non efficitur bonorum pos. l. mulier. §. si metu. ff. quod metus causa. l. 3. §. inuito. ff. de bono. poss.

Secundò limitatur prædicta conclusio, quòd procedat, quãdo ille dolus qui dedit causam contractui, esset talis qui caperet etiam prudentissimum: quia tunc bene operatur rescissioné contractus: aliàs non. ita est decisio Inno. in c. cùm dilectus, quod me. cau. quam post Bald. in rub. C. de rescin. ven. commẽdat hic Ias. & prius Felin. in cap. ad nostram. in penult. col. de appel. vbi per illam doctrinam Inno. mirabiliter limitat text. & ibi dicta per Abb. in capitulo dudum. de conuer. coniug.

16 dum communiter ad hoc alle. ille tex. † quòd inductus dolo, ad religionem, non vitiat ingressum propter dolum. limitat, ibi Feli. hoc esse verum quando dolus ille non caderet in prudentissimum virum: secus autem si ille dolus esset sufficiens capere prudentissimum: quia tunc bene posset vitiare ingressum, per dictum Inno. ita Feli. ibi & istud dictum Feli: siue limitationem referunt & sequuntur nouissimi in cap. cum dilecti. in 16. col. de emp. & vend. quod not. alijs pluribus modis, hæc conclusio limitari: quæ breuitatis gratia omitto, de quibus latius dixi. in l. si quis cum aliter. vbi traditur per omnes materiæ ordinariæ. ff. de verb. oblig. & ibi Ias. latius prosequitur ea quæ hic remissiuè scripsit. In eadem glo. ibi non veniunt vsuræ ex mora. &c. habes primam differentiam, quam facit glo. inter contractus bonæ fidei, & stricti iur. quia in contractibus bonæ fidei veniunt vsuræ ex mora: secus autem est in contractibus stricti iuris, per iura hic alleg. in glo.

17 † Or diligenter aduerte pro declaratione fundamentali istius difficilis materiæ: quia videtur quòd ista differentia quã hic facit glo. rationabili in causa sit hodie inanis, & penitus inutilis ex eo, quia vsuræ hodie sunt prohibitæ, non solum à iure diuino, veteri, & nouo, sed etiam à iure canonico & ciuili, vt magistraliter exorditur Alexan. aliàs est consilium Anto. de Prato inter consilia Alex. in consi. 49. incip. paucis vtar. in princ. in 4. volu. & sunt text. in cap. quia in omni. & per totum extra de vsur. & in l. 1. vbi Iaso. C. de summa Trinitate. & ista prohibitio non solùm habet locum in priuatis personis, sed etiam in ciuitatibus & vniuersitatibus: vt dicunt doct. in cap. conquestus. de vsur. vbi Alanus doctor antiquus, ex hoc reprehendit ciuitates Italiæ committentes vsuram. & tenet Cardi. in clem. j. in 5. quæst. de vsur. Et per istam rationem opin. Bald. & sequacium redditur dubia in l. cum allegas. in 8. & 9. oppo. C. de vsur. & in l. j. in 3. q. C. de his quæ pœnæ. no. Paul. de Cast. in l. j. C. de summa Trinitate. col. pen. volentium quòd testator posset in testamento mandare, vt vsuræ præstentur: quia ad istum casum non extendebatur prohibitio canonica: vt ibi latius per eos: quia dico quòd ratio prohibitionis magis videtur comprehendere testatorem, maximè in vitæ discrimine constitutum quàm alium. & istam opin. firmiter tenet Bar. in l. 3. §. fin. ff. de an. leg. & in l. cum stipulatus. in fi. ff. de verbo. oblig. & in l. 2. ff. de his quæ pœnæ no. & tenet Alex. in consi. 27. viso themate. in 2. colum. in 4. vol. Are. in §. fin. supra deleg. cum similibus. vt per Alex. in l. diuortio. in prin. (versic. idem videmus. ff. sol. matr. & Are. consi. 152. viso themate in 2. colum. Et ideò vt intellectus istius glo. & doc. alibi circa istam materiam dilucidetur, habes scire, ꝙ prohibitio vsurarum tantùm reperitur facta circa vnum contractum stricti iuris, videlicet mutuum, non autem in alijs: vt dicit Card. in cle. j. in prin. in 9. q. & in §. fin. in 7. q. de vsur. & tenent omnes Summistæ: vt tradit Angel. de Clauasio in summa sua, in verbo, vsura. & Lauren. de Rodulphis in tract. vsura. in prima parte, in tertia quæst. declarando, vt infrà dicam. Ratio redditur per Bald. in l. secunda. §. creditum. ff. si certum petat. de quo prædicti docto. mentionem non faciunt, quòd ideò in mutuo prohibetur vsura: quia in eo agitur totaliter de transferendo dominio in accipientem: vnde iniquum esset ꝙ dominus rei suæ teneretur alteri non domino. Non sic est in contractu locationis, quando exigitur pensio & in alijs: quia quis exigit de re sua: vt tradit idem Bald. in l. si nauis. ff. de rei vendi. In contractu igitur stipulationis non habebit locum prohibitio: quantum in tali contractu potius illa vsura dicitur pœna quæ promissa est, quàm propriè vsura. quod ex eo probatur: quia videmus ꝙ in contractu stipulationis pœna non committitur, nisi facta interpellatione. l. si ex legati causa. & l. si insulam. cũ similibus. de verborum obliga. & tamen vsura etiam sine interpellatione & mora posset committi: vt tradit Alexand. & doct. in l. lecta. in prin. ff. si certum petatur. & clarius Bar. in l. qui fine. ff. de neg. gest. & in l. cum stipulanti. ff. de verbo. obliga. patet ergo quòd si in contractu stipulationis apponatur vsura, ꝙ illa in effectu dicitur pœna: & propterea non prohibetur. & eodem modo est in quocunque alio contractu siue stricti iuris siue bonæ fidei vbi pecunia mutuata non interuenit, sed alio respectu: vt quando agitur de domo vel fundo: vt notabiliter declarat Archi. in capitulo, eijciens. 88. distinct. Tamen isto casu etiam usura consideratur, quando alia species uel domus redigatur ad pecuniam. uidetur probari, in capitulo nullus. & in capitulo quoniam. 14. quæstio. quarta. & nota. in capitulo penul. 14. q. tertia. & secundum hoc non esset mirabile quod dicit Ias. per illum tex. in l. cum res. in primo notabil. ff. de lega. primo, sed secundum regulas procederet. Sed dicas quòd dicta Ias. ibi procedunt de iure ciuili, secundum quod statuitur, ꝙ in speciebus non venit usura. l. in fideicommissi. §. si auro. ff. de usur. & l. cum quidam. in fin. eodem titu. Tamen posset illud distingui respectu moræ, non respectu usuræ an committatur uel non. & idem est in actione pignoratitia: quia in ea licitè usuræ ex mora peti possunt. Bar. in l. quamuis. §. fin. per illum tex. ff. de pig. actio. cum similib. ut ibi per Modern. & eodem modo ueniunt in actione pro socio post moram ueram uel fictam. l. socium. in princ. ubi Bart. ff. pro soc. Idem in deposito pecuniæ numeratæ non speciei. ita Bald. in l. secunda. C. depositi. Bar. in l. die sponsaliorum. §. qui pecuniam. ff. deposi. & eodem modo in contractu emptionis in quo usuræ loco interesse petuntur: ut tenet glo. Bart. & doct. in l. Iulianus. §. ex uendito. hic allegata in glo. & gloss. in l. curabit. C. eodem titulo. de actioni. empt. tenet Abb. in capitulo conquestus. de vsuris. Alexan. in consilio 27. in 2. col. in quarto uolumin. & alibi sæpe doct. & finaliter in omnib. bonæ fidei contractibus permissæ uidentur: quia succedunt loco interesse etiam de iure canonico, & ueniunt à tempore moræ: ut tradit Bar. in l. Lucius. in tertio notabili. ff. deposit. & in l. publia. §. primo. eodem titu. & istud interesse consideratur non solum ratione damni emergentis, sed lucri cessantis: ut uult Inno. in c. sacro. de senten. excommu. quem sequitur Abbas in c. p. & g. in primo notabili, de offi. delega. & in cap. dilecti. de foro competen. & in consil. 64. uenio ad primum. in 6. col. libr. j. Areti. consi. 9. eleganter. circa fin. Cuman. consi. 139. colum. fin. Petr. de Anch. in consi. 149. in q. col. 2. cum similibus. Sed istud intelligitur procedere in homine solito negotiari: ut dicit Bar. in l. 3. §. fin. per illum tex. ff. quod cer. loc. & ita debent intelligi supradicta: ut dicit Alex. in consi. 190. uisa scriptura. lib. 2. & ideò istud quòd sit solitus negotiari, articulari debet: aliàs actor non obtineret: ut tradit idem Alex. in consi. 141. uiso themate. lib. 5. hoc tamen de solito negotiari, ut in eo ratio habeatur lucri cessantis, efficaciter impugnat Decius in c. cum uenerabilis. in 5. col. de excep. ubi uidendũ, est, quia non est propria materia nostra: quia doct. non tangunt. & in hoc bene dicit hic gloss.

Tamen circa contractum mutui attentis supradictis ista glos. uidetur dubia: & ideò tu diligenter aduerte pro uera cogni-

18 tione † quòd usura in iure nostro potest peti tripliciter. primo tanquam sors. & ita est permissa omni iure & omni contractu, & non est dubium. secundò ut interesse. & licet quidã hoc casu distinguant inter contractus bonæ fidei et stricti iuris, putarem non esse differentiam, nisi respectu commissionis pœnæ ad interesse per regulam. l. socium. ff. pro socio: quia uidemus quod in mutuo uenit etiam interesse ratione moræ. l. uinum. ff. si certum petatur. et not. in l. nummis. ff. de in lit. iur.

& in

& in l. j. C. de summa Trini. licet contrarium teneat Bald. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. Breuiter teneas, quòd non sit differentia quando tale interesse petitur ratione damni: secus si ratione lucri cessantis: vt tenet Paul. de Castro. & Iason in l. prima. C. de summa Trini. nisi in solito negotiari: ut l. tertia. vbi latè Moder. ff. quod cer. loc. Panor. & omnes alij, in cap. conquestus. de vsur. declarando, vt no. per Laurentiū de Rodulphis in tract. vsura. in prima parte. quæstio. 8. Tertio modo petitur vsura vt vsura. & isto modo procedunt prohibitiones: vt suprà dictum est. Tamen in isto casu in pluribus casibus permittitur vsura etiam in mutuo: in quibus casibus potest bene defendi glo. hic. Primus casus est in casu in quo accipio mutuo pecunias sub vsuris, & postea cum illis non indigeam rogatus vt alteri mutuo tradam sub hoc pacto, quòd ipse soluat vsuras quas ego promiseram: tunc tali casu permissum est. ita tenet Archidiaconus in cap. finali. 14. q. tertia: quod dicit mirabile. & tenent Hostien. & Gofre. in summa. & Bald. in cap. fin. de vsuris. Habes ergo vnum casum in mutuo in quo potest procedere ista glo. Secundus est casus, quando ego mutuo alicui ciuitati siue vniuersitati pecuniam cum hoc pacto ne tenear ad collectas: quia isto casu non est vsura. ita tenet Specul. in titulo de usur. §. fi. & ibi Bald. quod tenet Ioā. And. in c. consuluit. de vsur. eodem modo quando usuræ petuntur in recompensationem identitatis: ut declarat Bald. in rubrica. C. de usur. & fruc. lega. eodem modo in usuris pensionum quæ peti possunt. Bald. in l. 2. in fin. C. de vsu. eodem modo in uidua sunt permissæ: ut declarat Abb. qui alios plures casus ponit in capitulo conquestus. de usur. ad quem ista addere poteris, alios etiam casus præter istos ponit Lauren. Rodulphus in dicto tracta. in prima parte in octaua quæst. & aliū casum habes per Bald. in l. hac edictali. §. his illud. in tertia columna uersiculo, pro usufructu. C. de secund. nup. uidelicet quando usura petitur in compensationem usufructus, quando res erat fructum allatura. alios etiam casus ponit Ias. in l. cunctos. C. de summa Trinitate. In istis ergo casibus, & pluribus enumeratis per prædictos docto. poterit differentia glos. habere locum. Facias ergo conclusionem, quòd in contractibus stricti iuris non uenit usura à tempore moræ: quia non debetur circa uinculum stipulationis: secus in contractibus bonæ fidei. Hanc conclusionem sequitur Iaso. in l. cum res. in primo notabili de legatis primo. & in l. qui Romæ. §. Seia. colum. finali. ff. de uerborum oblig. Floria. in l. usuræ. & in l. lite. ff. de usur. Bar. & Moder. in l. qui negotia. ff. de neg. gest. & in l. Lucius. in tertio notabili. ff. depositi. Nico. de Neapoli. in lectur. Bar. in l. j. in princip. in prima colum, de eo qui pro tuto. cum similibus, ut per Soc. in consi. 174. pro facto. in 2. parte. De contractu bonæ fidei plura dicit idem Socinus consi. 88. abundè & eleganter. & consi. 103. præsens consultatio. per totum. lib. 4. & istam conclusionem pro indubitabili firmat Saly. in l. in bonæ fidei. & in l. cum allegas. in 2. col. C. de usur. Sed tamen contra istam conclusionem facit text. in l. filius. §. fina. ubi glo. & Bar. ff. de colla. dot. ubi in stricti iuris iudicijs non solū usuræ sed etiam interesse uenit à tempore moræ. ego non uideo qualiter ad illum tex. respondeatur, nisi quòd ibi sit speciale: ut dicit Bald. in l. si soror. C. de colla. & ratio specialitatis redditur per Ias. in l. si filius. §. cum fundum. ff. de uerb. obliga. in 2. col. quia ibi istud disponitur in recompensationem fructuū qui in hæreditate patris de parte filij emācipati reperiuntur. Tamen ista solutio mihi non satisfacit: quia ego non uideo cur ipse frater fructus etiam conferre teneatur. nam si ex mora, ista ratio non eneruat text. si uero sine mora, filia non esset obligata: ut præsupponit text. qui moram ponderat. Sed retēta opi. communi pro uera modò circa istam differentiam siue conclusionem gl. est uidendum de duob. Primò, qualiter mora committatur in contractibus bonæ fidei & stri. iuris: Secundò an in contractibus bonæ fidei usuræ ueniant iure actionis an officio iudicis. quib. diligenter declaratis habebitis resolutionem perfectam istius glo.

19 † Circa primum dico, quòd mora regularis tam in contractibus bonæ fi. quam stricti iuris committitur per interpellationem extraiudicialem. glo. & Moder. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uer. obli. glo. in l. uinum. ff. si cer. pet. & hoc de mora regulari intelligitur: sed irregularis mora committitur in contractibus ultro citroquè obligatorijs per implementum alterius contrahentis sine aliqua interpellatione: ut est text. in l. curabit. C. de action. empti. notat Socinus in consilio. 133. in secundo uolumine. & in consilijs suprà allegatis.

Tamen aduerte: quia istud quod dictum est de contractu stricti iuris ꝙ per interpellationem extraiudicialem mora committatur, non uidetur uerum quo ad terminos istius glo. quia immo requiritur litis contestatio. l. videamus. §. si actionem. ff. de usuris. Et per hoc pondero esse casum in l. cum fundus. in principio. ff. si certum petatur. ibi, iudicium acceptum fuerit. iuncta. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. ad idem text. in l. uinum. ibi, petitum esset. eodem titulo. ad idem text. in l. finali. de tritic. & l. tertia. §. in hac. ff. commoda. & l. hominem. ff. manda. cum similibus. in quibus iuribus probatur apertè ꝙ in contractibus stricti iuris mora tunc committitur, cum petitum fuerit: & tamen petitio dicitur fieri per litis contestationem secundum omnes conclusiones dictæ l. amplius. & per hoc redditur dubitabilis alia communis conclusio doctorum in l. uinum. ff. si certum petatur. dum omnes uolunt ꝙ in contractibus stricti iuris extimatio quanti plurimi ueniat à tempore moræ, cum plura allegata pro illa opinione loquātur per uerbum, petitum. & hoc erit magni effectus, propter ea quę inferius dicentur. Extat ergo conclusio istius glo. quia ideò in contractibus stricti iuris usurę non debentur ex mora sicut in contractibus bonę fidei: quia litis contestatio requiritur: in contractib uerò bonę fidei sola interpellatio: quāuis tñ posset attentari, quod in contractu bonæ fidei non constituatur mora per interpellationem, sed re ipsa: per text. in dicta l. curabit. quia ante implementum, quis re integra non constituitur per alterum ex contrahentibus in mora. cùm ipse idem sit in mora etiam adimplendi ex parte sua, lege, illud. ff. de periculo & commodo rei venditæ. requiritur ergo quòd alter ex contrahentibus adimpleuerit ex parte sua, & tunc committitur mora, sed non per interpellationem, sed re ipsa: ut est tex. in dicta l. curabit. & tenet Socinus in dicto consilio & Alexā. in l. quod te. in quarta columna. ff. si certum petatur. & in consilio 147. perspectis. in quinto volumine. Soci. consilio. 176. in secundo volumine. & in consilio centesimotrigesimotertio. perfecto, &c. quod est repetitum consilio centesimoseptuagesimoquarto. Tamen aduerte, quòd potest saluari communis opinio isto modo: quia licèt mora re ipsa contrahatur, vt suprà est dictum: tamen illud procedit priuilegio minoris: & ita expressè loquitur text. in dicta l. curabit. quem doctores non considerarunt. & sic ille tex. loquitur in terminis l. in minorum. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. Sed præsupposito assumpto pro vero vt etiam in aliis ille text. habeat locum: non tamen propterea quòd mora re ipsa contrahatur, tollitur quin possit etiam regularis committi, quæ fit per interpellationem: immo in multis casibus est necessaria. nam quando mora contrahitur re ipsa ex quo contractus est tātum adimpletus respectu vnius, morosus non tenetur nisi de fructibus perceptis, non de his quę percipere potuit. glo. singul. in l. de diuisione. vbi Paul. & alij. ff. soluto matrimonio. secus est in mora regulari: vt l. apud Iul. §. j, ff. legatis j. tenet Ias. in l. si seruus. ff. de uerbor. oblig. item morosus reipsa non tenebitur de interitu, vt ad extimationem teneatur, iuxta l. vinum. ff. si certum petatur. secus in alio: quod not. Et alij plures casus sunt quos omitto. Tenendo tamen communem opinionem. Est tamen intelligenda cum grano salis, videlicet, quòd licèt in prædictis casibus mora committatur, sine interpellatione: tamen subauditur tempus antequam cōtrahatur mora: de quo in l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solu. casus est notabilis de hoc in l. diuortio. in principio. ff. de negotijs gestis. quem ad hoc commendat Aretin. in l. si ex legati. in sexta columna. ff. de verborum obligationibus. & idē dicendum est in mora regulari. quia sola interpellatio in contractibus bonę fidei non statim aliquem in mora constituit, nisi lapso tempore quo arbitrio iudicis interpellatus potuerit soluere. l. si quis. §. finali. de colla. bon. & declarat singulariter Alexand. in l. prima. §. item si ita. ff. ad l. Falcid. vbi omnino videas. super quo tamen distinguendum est, quòd aut peto quod est meum, & veniunt fructus & vsuræ à tempore moræ, d. l. videamus. §. si actionem. & l. Iul. scribit. ff. de rei vend.

tam

tam in contractibus bonæ fidei quàm stricti iuris. Aut peto qd non est meum, sed aliquando fuit: & tunc aut fructus veniũt iure actionis, & consideratur tempus obligationis. l.indebiti in princi. & l.in summa.§. ei.qui.ff.de condi.indebi. & dicta l.videamus. in princ. aut veniunt fructus vel vsuræ, officio iudicis: & tunc à tempore moræ veniunt.d.§.si actionem.& sic istis duobus casibus non est differentia inter contractus bonæ fidei & stricti iuris: vt tenẽt etiam doctores.in l. fructus.ff.de rei vendica.aut verò peto quod nec est neque fuit meum, & tunc in actionibus stricti iur.veniunt fructus & vsuræ à tempore lit.contesta.l.cùm fundus.vbi omnes Moder. in principio ff. si certum petatur. & dic.§. si actionem. si verò in actionibus bonæ fidei, veniunt à tempore moræ.l.4. §.in hac.ff.com moda.l.socium.ff.pro socio.& dicta l.videamus.§.ex causa.& ita intelligitur gloss. hic, quæ tene menti. limita tamen singulariter istud dictum gloss.non procedere in extimatione rei, q̃ pro ipsa re debetur: quia tali casu non est differentia inter cõtractus bonæ fidei & stricti iuris; sed debentur à tempore moræ. ita est glo. communiter approbata in l.vinum. ff.si certum petatur.quamuis Iason ibi in 9.column. disceptet de ratione Ego tamen ibi tenui esse differentiam, & dixi quòd gloss. nostra procedit etiam in extimatione, & dico supra: sed quia illa non est propria materia istius glo.dic vt ibi, & teneas illã limitationem, quia est communis. Et hoc quantum attinet ad istud primum quæsitum.

Circa secundum, nunquid vsuræ in contractibus bonæ fid. & stricti iur. veniant iure actionis vel officio iudicis. Breuiter communis opinio est quòd veniant offi.iudic.vt firmat Alex. in l.si cùm dotem.§.sin autem in sæuissimo.colum.fin.ff. solu. matrimonio.per l.quartam.C.deposit.& in l.vbi autem.§.qui sortem.in fine.ff.de verborum obligationibus.vbi ponit differentiam quando debentur officio iudi.uel iure actionis. & idem tenet Spec. in titulo de offic.om.iud.§.iudicis officium. in 3.columna.& latius in §.deseruit.eodem titulo. & hoc intelligas de officio iudic.mercenario deseruienti actioni: quia tali casu procederent supradicta, quòd vsuræ uenient à tempore moræ quæ per interpellationem extraiudicialem contrahitur: vt suprà est dictum: secus si vsuræ venirent officio iudicis nobili: quia in tali casu mora non committeretur per interpellationem extraiudicialem: sed requireretur litis contestat.vt est textus singularis quem ibi declarat Bartol. in l. cum postulassem.ff.de damno infecto.& idem Barto. in l. vbi. §. j. ff. de edendo. cum concordantijs. vt tradit Iason. in l.vinum. in vndecima columna.ff.si certum petatur. Et secundum hoc non procederet differentia glo. hic communiter approbata, & ideò intelligendum est quòd tales vsuræ veniant officio iudicis mercenario.& ista est vera & indubitata conclusio. Ex
20 quo habes optimè declaratam istam particulam glo.† In eadam gloss. ibi, item in actionibus stricti iuris fructus non veniunt ex mora,&c.vide circa istam materiam quæ dico in l.lecta.in secundo notabili,si certum petatur. Colligitur conclusio, quòd in actionibus stricti iuris ita demum fructus ueniunt à tempore moræ. si petam quod aliquando fuit meum: secus si petam quod non fuit meum, ut puta promissum ex stipulatione. Nam tunc solum ueniunt à tempore litis contestationis. l.uideamus. §.si actionem.ff.de usuris.hic allegat. in gloss.de quo tu plenè distingue, ut suprà dictum fuit in proxima conclusione de usuris, in quibus non est differentia hoc casu. Et ratio istius conclusionis est, quia iura magis conseruant illud quod nostrum est, quàm nobis debitum: ut colligitur in dicto §.si actionem. & tenet Iason in §.item si quis in fraudem numero trigesimotertio.suprà eodem.& est notabilis doctrina Bartoli in lege secunda. ff. de hæreditate uel actio. uendi. Et ista est una limitatio ad regulam quæ habet, quòd in contractibus stricti iuris fructus ueniunt à tempore litis contestationis.fallit nisi petam quod fuit meum: quia tunc ueniunt à tempore moræ. Et per istam rationem redditur dubitabilis, opinio Bartoli contra glossam ibi in lege pacta, quæ contra. C.de pactis.ut ibi aduertit Iason in fi.& latissimè Decius post Riminaldum discutiunt in scriptis non impressis ubi notabiliter loquuuntur. & ante ipsum plura ponit Hispanus noster, in leg.iuris gentium.§.quinimo. in uigesimaquinta. column. ff.de pactis.eo tacito.& ita istam regulam cum hac limitatione & alijs tribus ponit Iason in lege cum fundus. in principio ff. si certum petatur. & infra in gloss.pe. mutatione. numero nonagesimoseptimo. & in lege uinum.in undecima columna. ff. si certum petatur. & declarat idem Iason in lege si filiusfami. §. cum fundum. in penultima columna. ff. de uerborum obligationibus. ubi habes gloss. ponentem aliam differentiam inter contractus bonæ fidei & stricti iuris per textũ ibi quem notant omnes, & ibi ponit Iason pro declaratione terminorum aliqua necessaria. Sed ultra ibi adducta per doctores aduerte, quòd licèt in contractibus stricti iuris fructus ueniunt à tempore moræ quando res mea petitur: ad illam tamen moram debet præcedere interpellatio: ut doctores omnes concludunt post glossam in l.qui Romæ.§.cohæredes. ff. de uerborum obligationibus. Sed per quem actum uel qualiter debeat fieri in istis contractibus stricti iuris, doctores non aperiunt. Mihi tamen uidetur, ut etiam suprà dixi, quòd in istis contractibus debitor non constituatur in mora, nisi per litis contestationem.pro quo põdero textum in l.uinum.in uersiculo, petitum esset. ff. si certum petatur.iuncta.l.amplius nõ peti.ff.rem ratam haberi. & est textus in lege finali.ff.de triti. facit textus in l.cum fundus.ff.si certum petatur.& in lege hominem. ff. manda.& l.3. §. in hac. ff.commoda. & secundũ hoc parua aut nulla esset differentia, an petatur res propria, an sibi debita. Ad quæ iura non uideo bonum responsum. Et hic interpellatio isto casu facta in contractibus stricti iuris, erit nullius momenti. Non obstat dict. §. si actionem. quia ille textus non probat communem distinctionem. Nam gloss. etiam ibi multipliciter exponit illum textũ. doctores tamen communiter in dicta l.uinum. tenent quòd sufficiat quælibet interpellatio etiam extraiudicialis siue in contractibus bonæ fidei siue stricti iuris, à quibus non est recedendum: licet ad ista non aduerterint.

In eadem glo. ibi, nec obstat quòd ueniunt.&c. Habes unum singulare ex ista glo. quòd in actionibus bonæ fidei, fructus petuntur iure actionis: usuræ uerò officio iudicis. Secus autem in actionibus stricti iuris: quia fructus ueniunt in illis officio iudicis. Ita istam glossam ad hoc citat singularem & ualde commendat Baldus in cap. cum uenerabilis. in 7. colum. de exceptionibus. & istud dictum glossæ sequitur idem Baldus, licèt istam glossam non alleget, in l.si marito. §. final. ff. soluto. matrimonio. Mathesilanus in notabili nonagesimoprimo. incipiente, nota glossam singularem institu. de actionibus &c. cum similibus: ut per Iasonem hic.& si istud dictum glossæ esset uerum, utilitas est maxima scire an fructus debeant peti iure actionis, an officio iudicis: ut tradit Mathesilan.in dicto notabili nonagesimoprimo. & Iason.in l. properandum.§.sin autem alterutra.in prima & secunda columna. C.de iudi.Cremonen. no. 120. & declarat Iason infrà numero.52.& dixi in §.quædam.in uersiculo, ex maleficijs.super gl. in uersiculo, confines.suprà eodem. & ultra ibi deducta aliã notabilem differentiam ponit Bald. in capitulo cum dilectus columna finali. de causa possessio.& proprie.& Feli. post Abbat.in capitulo penultimo. columna penultima de exceptio. quia quando ueniunt iure actionis, in eodem libello non potest fieri cumulatio.l.quarta. C.deposi. Sed si petuntur fructus officio iudicis, potest fieri cumulatio: immo necessario requiritur quòd fiat: & sic actor in libello petet rem cum fructib. uel sortem cum expensis uel damnis & interesse: aliàs nisi ista accessoria peterentur specificè lata sententia super re uel sorte non esset lata super fructibus uel expensis, neque iterum iudex super illis posset pronuntiare, cum functus sit officio: ut dicitur in dicta. l. 4. Item quia si fructus uenirent iure actionis, deberent computari à tempore contractus, non à tempore moræ.l.indebi.in principio.& l.in summa. de condictione indeb.& dixi suprà in 2.conclusio.glossæ.

Tamen attendite: quia ista glo.in hoc communiter reprobatur per Alexan. & alios in dicta l. si marito. §.fina.& licet Iason hic uideatur post Io.Fabri dubitare: idem tamen Iaso.clarius istam glo. reprobat in l.edita.in 10. column. numero. 32. C. de edendo. & latius in l. prima, in secunda columna, numero. 9.C.de iudic.& in l.uinum. in 9. column. ff. si certum petatur. & Alexand.in rubrica.ff.soluto matrimo.in penultima column. & mouetur ratione: quia in contractibus bonæ

fidei

fidei fructus veniunt ex mora quæ transcendit naturam actionis propositæ: ergo actio non potest ad illud competere. Itē quia regula est, quòd fructus officio iudicis mercenario debentur. l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict. dicta. l. 1. vbi glo. & Ias. C. de iudi. ergo à regula recedendum non est, nisi per ius expressum. quod quidem cum non reperiatur tale quid dicens, relinquitur quòd istud dictum glo. non sit verū. & quia hoc specialiter inductum est in iudicijs vniuersalibus d. §. fi. ergo secus est in particularibus. Qui tamen vellet defendere gloss. de facili potest eo, quòd habemus regulam notabilem quam tradit gloss. & communiter doctores, in l. si filiusfam. §. j. ff. de verborum obligationibus. quòd in contractibus bonæ fidei ex natura actionis censentur fructus venire etiam si de fructibus non sit facta mentio, vt in l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de action. emptio. & l. fructus. C. eodem titul. vbi si emo fundum, & nihil dico de fructibus, etiam fructus dicuntur venditi: secus est in stipulatione. dicta l. si filiusfam. §. primo. Si igitur fructus censentur ven diti vel locati: ergo ad illos repetendos competet mihi actio ex vendito & locato, sicut & ad ipsam rem. l. fundi partem. ff. de contrahend. empt. non igitur venient officio iudicis. ad idem bene facit. l. si venditor. in principio, ibi, placuit ex vendito esse actionem. & cætera. ff. de ser. expor. Secundò facit pro ista parte: quia non refragatur aliqua iuris dispositio huic dicto gloss. immo consonat propter exhuberantiam bonæ fidei quæ multa specialia inducit: vt patet hic in glo. quàm sequitur sibi contrarius Alexand. in l. Paul. la prima. num. septimo. ff. de re iudic. & ideò in hoc consequenda est opinio glo. cuius authoritas, vbi non est tex. in contrarium, & si concordat aliquis doctor cum ea censetur communis; vt Iacobus in l. 1. C. qui pro sua iurisdi. cū alijs similibus: vt tradit Felin. in c. primo in penult. colum. de constitu. & dicit Saly. in l. 1. C. de pactis. quòd glossæ sunt naues, per quas nauigamus per hoc vastum pelagus iuris ciuilis ducentes nos in portum claræ veritatis: quod dictum valde cōmendat solennis doctor Thomas Ferrarius in tractatu cautelarum, cautela vigesimaseptima. incip. magna est. Tamen vos non recedatis à communi, cùm non habeamus legem, & regula sit in contrarium. Non obstant ea quæ pro contraria parte, superius dixi: quia considerandum est quòd fructuum ratio, potest haberi tripliciter. nam quidam sunt pendentes tempore quo fit contractus, & tunc tales fructus in contractibus bonæ fidei veniunt actione ex illo contractu. quia censentur venditi. ita procedunt iura suprà allega. Ratio est: quia verisimilius est quòd fundus ob hoc pluris fuerit venditus: & ideò illi fructus censentur pars rei. text. est in l. si venditor ab emptore. ver. in contrarium me vocat Sabin. sententia. ff. de ser. expor. & tex. in d. l. fundi partem. & text. in l. fructus. ff. de rei vend. secus est contractibus stricti iuris; quia nisi expresse de fructibus fit dictum, etiam si extantes sint & præsentes, in dubio non veniunt; vt est casus in d. l. si filiusfa. §. si fundum. ff. de verborum obligationibus. Aut verò fructus sunt percepti qui non erant pendentes, sed postea nati sunt, & percepti à venditore; & tunc distingue aut pretium fuit solutū ab emptore, & tunc veniunt ratione ipsius contractus bonæ fidei, l. post perfectum. & l. fructus. C. de actio. emptio. & d. l. venditor ex hæreditate. ibi, quemadmodum fundi venditi fructus, præstaret bonæ fidei ratione, &c. sed secus est in contractibus stricti iuris: vt ibi dicit glo. alij sunt fructus, qui non sunt percepti sed percipi potuerunt; & tunc distingue vt est dictū de perceptis pro pretio veniunt; sed pretio non soluto percepti veniunt officio iudicis, percipiendi nullo modo, per textum in d. l. venditor. vbi text. dicit quod illo casu licitum est negligere fundum, vt alienam sententiam aliqua culpa; sed soluto pretio secus: quia videtur in mora irregulari. l. curabit C. de actio empti. Secunda conclusio ex ista glo. quòd in obligationibus faciendi succedit obligatio ad interesse, per iura hic allegata: de quo vide Floria. omnino in l. stipulatus. in fi. prin. ff. de vsur. Sed aduerte ꝙ hæc est differentia inter contractus stricti iuris, & bonæ fidei; quia in stric. iur, de quo vide Alcia. in §. Cato. fo. 37. quos non refero: quia nihil occurrit addendum & declaro in voce. In eadem glo. ibi, item non venit, interesse si rem dari. &c. Colligitur vnum ex ista glo. quòd licet regula, quòd in obligationibus dandi non succedit obligatio ad interesse, fallit nisi in contractibus bonæ fidei. ista gl. in hoc citatur per plures singulares quos refert hic Iason, & idem Iason. etiam valde commendat in l. stipulationes, non diuiduntur. in 15. column. ff. de verborum obligat. Tamen postea dicit, quòd hoc dictum gl. iure non probatur; & iō glossæ non credendum quando bonam legem allegat; vt dicit Bal. in l. res publica, C. ex quibus causis maiores. Immo neque secundum cōem est iudicandum, qñ non habet legem pro se: vt tradit Ias. post Ant. de But. in l. illā. C. de colla. Ias. in d. stipulationes, respondetur ad text. in l. 1. ff. de action. empti. hic allegata. in gloss. ꝙ iste tex. non loquatur in obligationib. rē dari, sed in obligationibus rem tradi. Sed tamen aduertendū, ꝙ ista glossa de facili defendi pōt, & eā sequitur Areti. in l. si. seruū. §. effectus. in princ. de verb. oblig. & istam defendit Abb. in c. cum venerabilis. de excep. & in contractibus innominatis de plano procedit in quo succedit obligatio ad interesse. l. naturalis. §. j. ff. de præscrip. verbis, tenet Bal. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in 11. oppo. cum similib. alleg. per Ias. in l. qui Romæ. §. Flauius. in 3. col. nu. 14. de verb. oblig. & in d. l. stipulationes non diuiduntur. colum. 15. vbi plures casus ponit in quibus in obligationibus dandi succedit obligatio ad interesse. & l. stipulationum quædam. §. fin. e. titu. & alibi sæpe. sed in alijs contractibus stric. iu. est magis dubiū. Tamē iudicio meo per ea quæ tradit Bal. in l. fructus. de ac. em. dubium tñ illud tollitur per tex. in l. j. de ac. em. si bene & diligēter ponderetur & intelligatur. Nā ibi clarè dicit tex. ꝙ in contractu emptionis succedit obligatio ad īteresse pp bonā fidē. Nec obst. ꝙ ibi tex. dicit, tradatur; quia dico ꝙ illa verba habent respectū ad factū, non ad iuris ministeriū. nā traditionibus nobis dñm acquiritur. l. traditionib. C. de pactis. & tñ illud intelligitur qñ traditio fit à domino qui ad dādum tenetur. quia si à non dño fiat traditio, solū transfertur vsucapiendi conditio; vt dictū est in §. sed istæ. suprà eodem. & in l. clauibus. de contrahend. emptio. ergo dum text. ibi dicit, tradatur, ita potest verificari in domino tradente & sic in illo, qui est obligatus ad dandum, sicut in illo qui non est dominus. Est tamen differentia in hoc; quia qui vendidit, si dominus est, potest compelli, vt rem emptoris faciat; secus autē si non est dominus nō tenetur rē emptoris facere: sed vtroq; mō traditio interuenit: licet ad diuersum effectū. & ita intelligitur. l. cum manu sata. ff. de contrahenda emptio. & Angel. in §. prætiū. suprà de empt. & vendi. & ea quæ no. Ias. post Bart. in l. cū mota. C. de transac. ut latissimè scripsi in d. l. cum manu sata. Et per hoc habes ꝙ tex. in d. l. j. hic alleg. in glo. ita pōt in obligationibus dandi, quemadmodū in obligationib. tradendi uerificari. Et secundum istam opi. bene verificatur quod dicit Ange. in l. fi. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Vel aliter pōt defendi ista glo. quòd procedat re perempta; quia tunc licet regulariter in obligationib. dandi nō succedit obligatio ad interesse, tali casu succedit. l. in cōdictione. vbi Bar. ff. de condi. fur. l. qui seruū. §. fi. ff. de verborum oblig. Est tamen in hoc notabilis differentia circa istud interesse in obligationibus dandi, eo mō vt dixi productū, & in interesse in obligationibus restituendi siue faciendi ex eo, quia primo casu cōdemnatio fit, officio iudicis; sed in obligatione restituendi fit condēnatio iure actionis in d. l. in condictione. intelligendo eam in condictione mixta; ut per Ang. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de uerb. obliga. & hoc tenent nouissimi Mediolanenses in l. 4. §. Cato. in 16. col. eod. tit. Adde Abb. in c. penulti. column. penulti. de excep. Vlterius aduerte singulariter circa hoc ultra alios: quia illud interesse quod re perempta resultat in obligationibus dandi, habet unum alium notabilem effectum, uidelicet, quòd licèt regulariter ea, quæ ueniunt officio iudicis, non possint per sententiam peti, nisi deducantur in principio iudicij. l. 4. C. deposi. tñ in prædicto interesse hoc est inductum, ut etiam post sententiam iudex poterit facere condemnationem, & sic supplere, text. est notabilis, in l. utique. ff. de rei uendica. quam ad hoc dicit singularem Imol. in l. Atheius §. fi. ff. de aqua pluuia arcen. † In eadem glo. ibi, item in bonæ fidei veniunt ea quibus nec est actum nec cogitatum. &c. Istam opinionem tenet Ias. in lege Iulianus. §. qui fundum, in primo notabili ff. de uerbor. obligatio. & Areti. in l. si seruum in principio colum. prima. ff. de verbo. oblig. super ista glo.

varie loquuntur hic scribent. sed omissis ambagibus, tu dicas, quòd istud dictum gloss. debet intelligi circa accessoria ipsius rei quæ non veniunt in contractibus stricti iuris, nisi expressè caueatur: vt in l. quia tantundem. ff. de ne. gest. & l. ratio. §. j. ff. de actio. empt. vel circa connexa. vel illa vbi est eadem ratio omnino: per ea quæ dicit Areti. in l. quicquid. circa finem. de ver. oblig. Crederem tamen, quòd si essent accessoria necessaria ad rem deductam in contractu, vel essent de natura contractus, quòd tunc etiam in contractibus stricti iuris venirent. Nam in stipulatione dummodo non omittatur forma stipulationis, quæ facit, vt sit stipulatio, pôt aliud tacitè venire & subintelligi: & sic erit idem iudicandum de tacito, qđ de expresso. l. triticum. ff. de verborum obligatio. facit doctrina Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. columu. penultima. de verborum obligationibus. & hoc expressè firmant Modern. in lege prima, in principio. in quinta columna. ff. de verborum obligationibus. & est quidam Lancelotus Galiaul. doctor celebris. Et isto modo dicit ibi intelligendum esse dictũ Baldi in lege, de quib. in vigesima columna. versiculo quinto quæritur. ff. de legibus. facit bene textus. in lege, si stipulatus fuero. ff. de verborum obligationibus, quem ad hoc ponderat Socinus. in lege cum quid. in quarta columu. ff. si certũ petatur. & hoc clarius firmat Aretinus in lege quicquid. circa finem. ff. de verborum obligationibus. facit optimè quod idẽ, Aretinus dicit in l. si seruum. in principio, per illum textum, eodem titulo. & quæ dixi suprà in principio istius tituli. numero quinto. & ita etiam possunt intelligi, quæ adducunt hic doctor. de venditione vel stipulatione equi: nam veniret sella, & frenum, licèt non esset dictum prout dicit hic Ias. per tex. notabilem in l. ædiles. la secunda. §. vendendi. ff. de ædil. edic. & tenet idem Ias. in repeti. l. de quibus. in penult. col. ff. de legib. quod procedit etiam respectu ornamentorum ipsius equi: vt dicit Deci. in c. præterea. in 6. col. de offi. deleg. Tamẽ quò ad ornaměta ego contrarium teneo: quia ornamenta nõ sunt accessoria necessaria. nam sine his equus poterit equitari: & illa parantur secundum qualitatem, & affectionem singularem vniuscuiusque, quo casu attendi non debent: argumento. l. pretia. ff. ad leg. Falcidiam. Et ideò crederem, quòd illis non demonstratis in contractibus stricti iuris nõ veniant: secus in contractib. bonæ fidei: at in sella, & fræno, licèt nõ demõstrẽtur, tacitè veniũt; quia sine his cõmodè equitari nõ pôt argumẽto. l. secundæ. ff. de iurisdictione oĩum iudi. Sed vbi demonstrata fuerunt tempore venditionis vel per duos dies ante, tunc ratione demonstrationis videatur de illis cogitatum in contractibus stricti iuris. & ideò veniunt: & sic debet intelligi dictum doctorum hic, & Angel. Aretin. qui prius omnia, quę hic ponit Iason, scripsit in §. in duplum. in secunda columna, in versiculo fortius dicto. suprà eodem. vbi subdit vnum singularius, quòd adeò ornamenta demonstrata veniunt quòd si deteriora traduntur, posset emptor agere redhibitoria pro illis ornamentis, quemadmodum pro vitio, vel morbo rei. & ista redhibitio debet fieri infra sexaginta dies. licet regulariter redhibitoria infra sex menses competat. lege cùm sex. ff. eodem. Immo fortius dicit ibi Angelus, quòd propter redhibitionem istius accessorij siue ornamenti, potero etiam ipsum equum, & sic rem principalem redhibere, dato, quòd non sit uitiosa. & pro hoc dicit esse textum mirabilem cũ glossa in dicta l. ædiles. in princip. quæ omnia tene menti. Aliæ quàmplures differentiæ inter contractus bonę fidei & stric. iu. ponuntur hic per scriben.† quarum vna notabilis est, uidelicet, quòd in actionibus bonæ fidei si quis restituat rem deterioratam, non liberatur à prima actione. l. 3. §. si reddita. ff. commoda. & l. prima. §. si res. ff. deposit. secus est in actione stricti iuris: quia reddendo rẽ et deterioratam liberatur à prima actione, & agitur actiõe de dolo uel ad interesse. l. eleganter. §. non solùm. ff. de dolo. cum concordantijs: ut hic per doctores. Or audi diligenter: quia reperio quòd quidam doctor Placentinus cuius nomen Ioann. Franciscus Burla est: is enim prout in cæteris mira dexteritate laudatur, ita & in hoc nostro ciuili iure interpretando ingenium subtile, dulce, facile, eruditum præstat. Ille enim cum Patauij inter studiosos contendentes circa hoc uerba faceret, dicebat me quoque tunc præsente quòd ista differentia non uidebatur omnino uera ex eo, quia nemini dubium est contractum mutui esse stricti iuris. & tamen uidemus quòd in eo contractu nòn debet res deterior reddi, sed æquè bona: quia ex natura contractus hoc tacitè actum uidetur: & pro hoc competit actio mutui: ut est casus in lege, cum quid. ff. si certum petatur. & sic est ibi casus, quod reddens rem deteriorem non dicitur liberari à mutuo: ergo falsa est communis differentia. Nisi dicamus in hoc contractũ mutui sortiri naturam bonæ fidei quod erit inter alia singularia mutui connumerandum. quam singularitatem idem etiã probat ex alio, quia uidemus quod in dicto contractu mutui extimatio quanti plurimi uenit à tempore moræ, sicut in contractibus bonæ fidei, prout idem uidemus in actione ex testamento & alijs pluribus casibus suprà enumeratis. Postremò post multa addebat hoc esse dicendum fortius in contractu mutui, in quo de credito oneroso agitur. nam si ubi ex causa lucratiua quis creditor est, non potest compelli ad accipiendam rem de eo genere deteriorem, ut in l. legato generaliter, de legatis. j. multo fortius in mutuo hoc recipiendum fuit ratione supradicta. Contra ista tamen fortiter urget doctrina Bartoli in lege exhibitionis. C. ad exhib. dum inter plura capita distinctionis illud, ut præcipuum ponit, uidelicet quòd in obligationibus in quibus debetur genus, si soluit debitor rem deteriorem, non liberatur actione prima. allegat de hoc text. in terminis in lege, qui mihi aut Titio. ff. de solutionibus. & ita Bartolum communiter doctor. sequuntur: sed tamen super illo textu dicit se latius dixisse in commentarijs dictæ legis, cũ quid. & disputando utranque partem admisisse. & cum ista opinione ego transeo ductus amicitia & dilectione maxima dicti uiri, cuius opinionem libuit his nostris scriptis inserere ut in perpetuum sit pignus & fides certa mei erga se amoris. Addo ego alias differentias ultra traditas hic per doctores inter cõtractus bonæ fidei & stricti iuris. Prima est, quòd in contractu stricti iuris promissor tenet̃ stipulatori decepto ex clausula, dolum malum abesse: si fuit apposita in contractu. lege quarta, in principio. ff. de uerborum obligationibus. aliàs agitur actione doli. l. eleganter. §. non solum. de dolo. licet non sit dictum dicti. §. non solum. Istam differentiam tradit Iaso. & communiter alij in l. si id quod aurum. in secundo notabili. ff. de uerborum obligation. Tamen ista differentia mihi nõ satisfacit: quia aut loquitur in dolo dante causam contractui: & tunc nulla competit actio ex contractu bonæ fidei, cum secundum communem opinionem sit ipso iure nullus. aut uerò loquitur in dolo incidenti: & isto casu glo. nostra hic nullam uult esse differentiam, & communiter docto. cum ea transeũt. aut loquitur de dolo re ipsa, & eodem modo nulla uidetur differentia per ea quæ tradit Bartol. in l. si quis cum aliter, colũ. prima. ff. de de uerborum obligationibus. Secunda differentia colligitur in dicta lege, si id quod aurum. per Raphalẽ Cumanum. Areti. uidelicet, quòd in contractibus stricti iuris error in materia uitiat contractum: secus in contractu stricti iuris. Tamen ista differentia uidetur etiam confundi per textum in l. si sterilis. §. quamuis. ff. de action e emption. & lege, cum ab eo. §. finali. quæ iura ad hoc Iason inducit in dicta lege, si id quod aurum. in tertia columna. Sed tu attendas: quia illi textus nihil faciunt: quia loquuntur quando dolus interuenit, & deceptio: ideo uitiat contractum: secus uerò ubi solus error in materia: quia tali casu contractus emptionis ualet. casus est in terminis in l. in uenditionibus. circa fi. ff. de contrahen. emptio. facit text. in l. domum. & in lege liberi. eodem titu. Tertia differentia, quòd quando procedit conuentio bonæ fidei, stipulatio pœnalis non nouat præcedentem, secus si stricti iuris. Ista differẽtia etiam redditur multum dubia: quia articulus iste latissimus est, super quo infinita congerunt Moderniores in lege, ita stipulatus. ubi post Bartolum, Alexand. Aretin. in uigesimatertia columna, & Iason. latè disceptat in decimasexta columna, ff. de uerborum obligationibus. ego autem hic nihil dicam: quia non est propria materia: scripsi tamen de hoc plenius in lege, si pacto. C. de pactis.

† Quarta differentia: quia difficultas expressa in contractibus stricti iuris uitiat contractum. lege secunda. §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco. & in §. locatio. supra, de uerborum obligationibus. secus uerò est in contractu stricti iuris:

iuris: & tunc ipsa adiectio difficultatis vitiatur & non vitiat, vt lege insulam. §. primo. ff. locati. & ita tenet Bart. in lege cõtinuus. §. illud. ff. de verb. oblig. super quo ibi doct. disceptat.

Quinta: quia in contractibus bonæ fidei licet in eis sit adiectus dies & pœna, potest purgari mora: vt est casus notabilis in l. Lucius. ff. de action. empt. tenet Bald. in l. cum allegas. C. de vsuris. secus est in contractibus stricti iuris, & ratione, de qua Aretinus in lege, si seruum §. sequitur. in princip. per illũ textum. ff. de verborum obligationibus. & hoc tenet Alexan. & Iason in l. si insulam. in septima & octaua columna. Tamẽ ego contrarium tenui suprà in princi. istius textus in alio tamen proposito. vide ibi. Sexta quia in contractibus stricti iuris duobus ex hæredibus contrafacientibus, omnes tenentur, in solidum ad interesse: sed in contractibus bonæ fidei agitur mitius, & non tenentur insolidum: hoc tenet Aretinus in l. quarta. §. Cato. in nona columna. ff. de verborum obligationibus. Aliæ quamplures differentiæ colligi possent, quas curiosus adinueniet. Gloss. diuidundo. diuiditur in duas partes. prima declarat textum. secunda quærit de quæst. & soluit. secunda ibi, sed quid. In prima parte dic vt dixi suprà in §. quædam. vbi dico an ista actio communi diuidundo, pro re communi ex causa societatis detur. & videtur breuiter concludendum quòd non: quia quælibet actio suis terminis debet esse contenta, ne promiscuis actibus iudiciales turbentur actus, argumen. l. repetita. & leg. generaliter. C. de episcopis, & clericis. & l. finali. C. de assessor. cum igitur actio pro socio inducta sit pro societate, non debet pro ea dari ista actio, quæ solũ introducta est quando res alio modo fit communis: & ita videtur magis solida opinio, quæ satis iustificatur ex his, quæ Modern. tradunt in tractatu societatis, in 12. char. In secun. parte glossæ quæritur, an actio fin. regum. sit bonæ fid. & gloss. concludit quòd non, duplici ratione. prima: quia hic non reperitur expressa: secunda ratione, quia ista actio est magis rigorosa, quàm aliæ duæ hic expressè. Patet quia in ea potest iudex illud quod purè meum est, tibi adiudicare, vt in l. 2. §. fin. ff. finium regund. Sed in alijs communis res non propria adiudicatur: vt infra de offic. iudic. §. finali. cum ista ratione glo. communiter doct. transeunt: solus Ioan. Fab. & Areti. hic impugnant istam rationem ratione satis frigida, de qua hic per eos. Mihi videtur quòd ista ratio communis nihil valeat, immo potius retorquetur. nam non est verum quòd in actione finium reg. tantum adiudicetur illud quod purè est meum, & non in alijs duabus actionibus. ex eo quia text. in lege secunda & tertia. ff. finium regundo. dicit, quòd ita demum iudex poterit ex alterius prædio alteri adiudicare, quando commodè id aliter diuidi non potest: & tunc pro eo quod ei adiudicatur in certa pecunia condemnandus est. ita dicitur in l. secunda & tertia. Istud enim etiam in alijs duobus iudicijs diuisorijs fiat: nam quando res commodè diuidi non potest, vt puta seruus vel equus, vestis, vel domus, tota adiudicatur vni & debet in eo quod plus est in pecunia condemnari. text. est de hoc in §. quædam suprà eodem. vbi hoc expresse notat Aretin. & Iason in vltimo notabili. & hoc idem expressius dicit text. in §. si familiæ. & §. eadem. infrà de offic. iudic. præterea quia actio fin. reg. habet maximam conformitatem cũ actione communi diuid. ex eo, quia non potest habere locum iudicium fini. regund. quando termini agrorum sunt confusi, nisi fiat diuisio per iudicem ponendo metas. & sic per diuisionem terminorum cernuntur agri. Si igitur hoc regulare est in istis tribus iudicijs, non video quare potius contineat rigorem istud iudicium finium reg. quàm alia hic expressa. maximè, vt dicit Florianus in l. 1. in princip. ff. finium regund. allegando leg. 4. cum alijs pluribus. C. eodem titulo. actio ista fin. regund. habet magis latas habenas quàm aliæ. Et ideò concludendum est, quòd sit bonæ fidei. Neque obstat, quòd hic non reperiatur expressum: nam pleræque aliæ non exprimuntur: vt patet in actione de dote, & alijs de quib. supra dictum est. Tamen non recedendum est a communi, videlicet, quòd ista actio sit stricti iuris non ea ratione de qua hic per glossam: quia vt superius vidistis nihil ualet. sed ego dico quòd ea rõne dicuntur bonæ fidei actiones hic expressæ. videlicet famil. erciscund. & communi diui. quia inter se in pluribus conueniunt: & talis conuenientia est multum conformis permutationi: quia diuisio nihil aliud est quàm permutatio. vt dicit gl. in lege prima. C. de iudi. vbi dicit text. quòd diuisio quæ fit in istis duobus iudicijs famil. erciscund. & commun. diuidũ. de quibus tantùm loquitur illa illa rubrica, vicem emptionis obtinet. Sic ergo diuisio habet maximam conformitatem cum contractu permutationis & emptionis. vt etiã declarat Cor. in consilio. 240. præsuppositis. in princip. 4. volumin. & in cõsilio 42. videtur. & consilio. 228. quod dictum. eod. libro. sed contractus emptionis & permutationis sunt bonæ fidei, ergo & illi hac ratione fuerunt enumerati inter contractus bonæ fidei. cum de similibus idem debeat esse iudicium. capitulo, translato. & ibi gloss. de constitutio. nam in habentibus symbolum facilius fit transitus. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. & §. sed hodie. supra de adoption. & c. inter §. sicuti. de transla. episc. sed ista conuenientia & similitudo nõ reperitur in actione fi. reg. & ideò non fuit visum iurislatori, quòd fuerit bonæ fidei. & propterea titu. C. com. vtriusque iudi. de duabus tantum actionibus loquitur. s. fam. erciscun. & com. diui. Neque ob. quòd in iudicio fin. regund. fit diuisio: quia illud est falsum, nam nulla est lex in illo titulo. ff. fin. regund. quæ vtatur hoc verbo: quia iudex in illo iudicio non diuidit, sed dirimit, vt l. 2. & l. si irruptione. §. fin. eo. immo ista videntur esse incomparabilia: quia vno iudicio intentato, manet aliud: vt in l. iudicium. la prima. ff. eo d. titu. licet istud iudicium cum alijs duobus concordet in aliquo: quia in quolibet eorum quilibet est actor & reus. vt in l. iudicium la 1. ff. eo. & in cap. ex literis. de probatio. cum alijs vt in l. in tribus. ff. de iudi. Tamen quia in pluribus discordant, propterea non dicuntur inter se similitudinem habere: vt not. Bald. in l. 1. in 2. not. C. de iur. emphy. & in l. curatoris. in j. colum. versi. tertia conclusio. C. de neg. gest. Et ideò tanquam diuersa fuerũt hic distincta. Concludendum est igitur, istam actionem fin. regund. esse stric. iur. ratione prædicta. & quia hic expressa nõ reperitur. Et ad illud de actione de dote fuit supra responsum in alio proposito: quia istud ideò est, quia actio ex stipulatu, quæ in loco illius subrogata fuit. vt infra §. proxi. non est originaliter bonæ fidei, sed ex priuilegio. & regula istius gloss. intelligitur de actionibus bonæ fidei originarijs de natura sua: nam tunc regula est vera vt illa quòd non reperitur hic expressa, dicitur stricti iuris natura sua: & sic non obstabit. §. proxi. tene menti.

26 † Gloss. in versiculo ex permutatione, &c. collige vnum ex princ. istius glo. quòd actio præscriptis uerbis quæ nascitur ex pacto incontinenti apposito iuxta contractum sit stricti iuris. istam conclusionem sequitur Bald. in l. petens. in colum. fin. C. de pac. limitatur hoc esse uerum, secundum Aretin. & Iason. post alios hic, nisi illud pactum contineret extimationem uel permutationem. quia tunc illa actio præscriptis uerbis esset bonæ fidei, licet oriretur ex pacto incontinenti apposito ex hoc propter generalitatem istius text. qui vult actionem præscriptis verbis in illis duobus casibus esse bonæ fidei: nec distinguit quomodo: ergo neque nos distinguere, neque restringere debemus: & quod dictum est de permutatione, procedit secundum Ias. & Are. hic quando interuenit ex vtraq; parte species: ut quia do equum meum pro tuo: & ita definit permutationem Host. & doc. in rubrica extra eo. & Azo in summa: secus si genus pro genere vel species pro genere, ut hic per eos: quia non esset permutatio, sed contractus, do, ut des, quo casu actio præscriptis uerbis quæ inde nascitur, non esset bonæ fidei. & ista est cõmunis conclusio, quã ubicunque doc. sequuntur. & rationem istius differentiæ ponit Ias. in l. 2. in princ. in 3. uol. uersi. ex his. ff. si cert. pet. Sed aduertatis, quòd licèt alias opin. istorum supra sequutus fuerim, modò ista distinctio permutationis de genere ad speciem non satisfacit, neque per consequens ratio assignata per Iaso. in d. l. 2. & in primis pro ista opin. quòd siue permutetur genus pro genere, siue species pro genere, siue species pro specie sit permutatio, ego adduco tex. in terminis. in l. j. ff. de contrah. emp. qui non solum in ratione sui, sed etiam in uerbis hoc manifestè probat, dum ibi dicitur quòd olim ideò permutatione homines utebantur, et unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum inutilibus utilia permutabat, quoniam plerunque euenit, ut quod alteri supperest, alteri desit. ita ibi tex. Mõ quæro nunquid ista ratio tex. ita militet in his q̃ i gñe consistunt

consistunt, ut puta in oleo frumento uino &c. de quibus in l. 2.ff. si cert.pet.quemadmodum in his quæ in specie, nemo sanæ mentis inficiabitur: quia ad uitam hominis harum rerum commercium necessarium est. & sic illa ratio Iurisicon. quæ in necessitate fundatur, in his rebus locum habebit. Secundò pondero vlterius eundem tex.quòd propter difficultatem permutationis: quia non facile concurrebat desiderium, & vtilitas permutantium, inuenta fuit pecunia numerata & successerunt emptiones.sed sic est quòd ea quæ in genere consistunt possunt vendi etiam incerta.l.si iactum.ff.de act. emp.l.si domus.in princ,de leg. j. glo. in l. si à substituto. §. fi. eo.tit. tenet Aret.in §.sic itaque. in glo. j. suprà eo.& fatentur omnes in d. l.2. ergo eadem possunt permutari. cùm ea quę possunt in permutationem deduci, eadem & vendi possunt: cum origo emptionis à permutationibus cœpit: vt dicitur in d. l.j. Tertiò vrgentius pondero eundem text. dum ex mente Homeri refert exercitum Græcorum ære, ferro hominibusq; vinum permutasse. & idem dicitur in §. pretium. supra de emptio. & ven. & tamen nemini dubium est, ꝙ ferrum & vinum in pondere & mensura consistant & recipiant functionem in genere suo.l.2.§.mutui.ff cer.pet. & suprà de obli.quæ re contrahuntur.in prin.ergo contra doc.hic dicentes, quòd genus pro genere non potest permutari: & ita istam opi. per text. in d.l.j. tenet glo. sibi contraria in proœ.fforum.in fin. in versic. permutantes. Facit etiam pro ista parte generalitas rubricę. ff.& C.de rerum permu. non enim dicit de specierum permutatione, ex qua datur intelligi quòd cum rei appellatio nomē sit genericum: vt in l.j.ff.si cer. pet. quòd permutatio de genere ad genus fieri potest: pro quo videtur casus in l.pen. C. de rerum permu. intelligendo illam legem ꝙ loquatur in permutatione secundum naturam tituli. vulga.l. Imperator. ff. de in
27 diem adiec. † Præterea pro ista parte contra communem facit.nam certum est, ꝙ quantitas dicitur esse genus. l.incendiū. C.si cer.pet. Sed de quantitate ad quantitatem potest fieri ꝑmutatio.l.j ff.de re.permu.ibi, pretium vtriusq; fieri oportet. igitur potest fieri in genere.& hoc vlterius suadetur: nam videmus quòd emptor qui tenetur ad pretium, debet pretij dominium transferre, & sic obligatur ad dandum.l.ex empto.§. j.de actio. empti. l.j. ff.de rerum permutatione. ratio est, quia pretium est quantitas & quantitas siue pretium quod idem ē, est genus: vt dicit Ias. Decius, & alij in l.2.in fi.ff.si cer. pet.idē Ias.in l.cum mota.in j.col. C.de transac.dixi suprà in §. sic itaque.cum igitur de natura generis sit quòd transferatur dominium, & de natura permutationis sit quòd trasferatur dominium: glo.in l.permutationem.& in l.cum precibus. C. de rerum permu. vbi Saly. & in l.j.ff.eo.ergo magis conuenit permutationi commercium generis quàm speciei.& cum ista opi. transit etiam And. Sicul. licet non per ista motiua in rubrica extra eodem.& Pe.Gamma. solemnis docto. Bononien. in tract.permutationis.in 5.col.& quidam alij: posset tamen ab his defendi communis ex quadam distinctione quam in alio proposito ponit dictus Pe. in præfato trac. in tertia columna. quam ne sim longior, omittam.

Ex his igitur infertur ꝙ cum permutatio de genere ad genus, & de specie ad genus fieri potest, actio, quæ ex tali commercio nascitur, dicatur bonæ fidei, contra doct.hic. Et de hoc ēt reddi falsa ratio Ias.in dicta l.secunda, si certum petatur. quia cum genus transfertur ex vtraque parte non video quare etiā non sit perfecta mutatio: & aliter eum reprehendit domi.Pet. in dicto tract.in quinta column.vbi etiam in quarta columna disputat, an sit contractus nominatus, de quo non insisto: quia non facit ad rem nostram.

28 † Hinc sumpta occasione Ias. post alios quęrit de vna quæstione quę melius cadit in dicta l. iuris gentium. §. quinimo. vbi per glo. tangitur.& latè per Moder. videlicet an actio bonæ fidei informata ex pacto incontinenti apposito, bonæ fidei sit an stricti iuris.& communis opin.est ꝙ actio bonæ fidei informata ex pacto incontinenti apposito non mutet naturam: vt dicatur stricti iuris, sed manet bonæ fidei. & ratio videtur clara: quia diuersus est ortus actionis ex contractu, & illius quæ nascitur ex pacto incontinenti apposito: nam prima informata nascitur ex natura contractus, quæ etiam sine cohærentia, pacti erat de se efficax & ampla: secunda, quæ ex præscriptis verbis nascitur ex eo, quia pactum incontinenti dicitur inesse Et pro hoc faciunt ea quæ dixi suprà in vltimo notabili in q. simili: & dico latius in repetitione legis, lecta.ff.si certum petatur. circa tertiam chartam. vbi circa hanc materiam nouā peperi opinionem, vt ibi audiuistis: mō aūt disputatiuè videtur quòd opnio contra omnes sit efficacior: videlicet ꝙ talis actio informata dicatur stricti iuris: & probo sic. Regula ēst ꝙ vbi vna & eadem actio recipit duplicem naturam, uidelicet primordialem & accidentalem, debet attendi accidentalis, non naturalis. text.est in §. fuerat.infra eodem. & in l. si stipulatus.ff.de vsu. quam regulam facit Bartolus in l.uideamus §. si actionem.eodem titu. quem sequitur Ias. in l. singularia. in 9.& 10.colum.ff.si cer.pe.& Soci.in l.si quis ante.in 2.col.in 5.no.ff.de acqui.pos.& in rubric. ff. de uerb.oblig.in 2 col. & ibi latè Ias. & nouissimi.sed quòd actio informata competat, ad deducta in pactum, illud est ex accidenti propter adhærentiam pacti, non ex natura contractus præcedentis: ergo debet sequi naturam pacti, quod cum sit stricti iuris, talis erit actio informata: cum tali casu in text.nostro non reperiatur expressa: & quia tali casu accidens magis attenditur quàm natura: ar.l.j.§.bestias.ff.de postu.cum concordan. vt per glos.in uer. ex accidenti.in l.2.§.exactis.ff.de orig.iur.neque est mirandū si ista actio informata respectu diuersi effectus habeat duplicē naturam, uidelicet bonæ fidei quando datur ad deducta: in contractu bonæ fidei, ex quo nascitur: & ista est naturalis, alia quando agitur ad deducta in pactum, nam in simili uidemus in actione ex empto, uel alia bonæ fidei quæ contra filium datur qui contraxit: nam tunc est bonæ fidei: licet si datur contra patrem, est stricti iu. ut tradit magistraliter Batt. in l. j. in 4.colum. uersi.item quæro, an actio. ff. de peculio.quem sequitur Ias. in §. actiones autem.nu.27. suprà eo.licet in alio proposito. Neque ob. quòd vna & eadem res non debet diuerso iure censeri l.eum qui.ff.usu. quia illud procedit circa eundē effectum: secus circa diuersos ita declarat Rochus Curtius in repe.cap. fin.in 24.colum. de consue.ubi 8. modis limitat. d.regulam.& in proposita limitatione est text.in l. si seruo. de hære.insti.alia plura motiua possent adduci sed quia ea latius traduntur per Riminald.post Alexan.& Soci.& utrosque Decios in l. pacta quæ contra.C. de pac. omittam. In eadem gl. quòd est permutatio &c. glo. concludit, quod iste contractus do, ut des, est permutatio.Ias. hic post alios hoc intelligit uerum, quando de specie ad speciem fit mutatio: ut supra est dictum: aliàs non, sed esset contractus innominatus, do, ut des, non permutatio. Sed tamen quia ista opi. non est satis firma, ut suprà uidistis in prima parte glo.ideo dico aliter esse declarandam hanc particulam glo.quod hic contractus, do, ut des, esset permutatio non perfecta sed in fieri, non faciendo differentiam de specie ad genus: nam si ego conueni tecum de permutandis decem modijs frumenti cum 10. cadis uini, si ego adimpleui pro parte mea, & sic dedi ut dares: tu autem non uis dare: ista permutatio non est perfecta: quia non est ab utraque parte facta traditio, sed ab una tantum: & ideò competit mihi actio præscriptis uerbis contra te ad complendā permutationem ex parte tua.uides ergo quod hic contractus, do, ut des, est permutatio in fieri: & tunc competit actio, ut fiat, quæ dicitur bonæ fidei: quod si perfecta est permutatio ut doctores intelligunt, & hincinde adimpleta, cessat actio, cū nulla sit obligatio: quia non est ad quid agam: opus est igitur ut permutatio sit in fieri, ut uerè actio cōpetat. licet in casu l.2.ff.eo.ēt cōpetat, puta pro uitiis & morb. rei permutatæ quo casu ēt actio illa dr̄ bonæ fidei.quæ oīa tene menti: quia sunt noua in materia: aliqui inuerecundè ista sibi tanquā pro-
29 pria publicauerint. † In eadem glo.ibi, de dolo agitur nō præscriptis uerbis.no.ex ista glo.ꝙ in contractu, facio, ut des, non agitur præscriptis uerbis, licet de dolo: ratio assignatur per Ias. in l.cum mota.C.de transa.quem ibi uide: ubi etiam probat quod utilius fuisset isto casu quòd daretur actio præscriptis uerbis, cum sit perpetua, & actio de dolo sit annalis: de quo dic ut ibi per eum. retenta tamen ista conclusione gloss. declaratur secundum Bart. in d.l. cum mota.in prima colum. & in l. naturalis. §. quod si faciam. hic alleg.in glo.procedere duobus concurrentibus. primùm quòd actio detur ex parte illius qui ad factum tenetur respectu cuius dicitur, facio, ut des,

des, non autem ex parte alterius qui dare propter factum debet: quia ex parte illius dicitur contractus do, vt facias, & habet locum actio præscrip. verbis. & sic iste contractus facio, vt des, distinguit personas contrahentium quemadmodum contractus emptionis. nam alius est ille qui emit, & dicitur emptor, alius qui vendit, qui dicitur venditor, & ita hic videtur dicendum: tamen considera, quia per istud dictum Bart. videtur inferre, quòd isti duo contractus, facio ut des, & do, ut facias, in effectu confunduntur, & est unus & idem contractus sicut contractus uenditionis: & sic contractus innominati non essent nisi tres, quod est contra text. in l. naturalis. ff. de præscri. verb. item facit etiam contra glo. hic: quia si effectu ē unus contractus, neque potest dari contractus, facio ut des, quin etiam detur, do ut facias, non deberet diuersificari actio ut pro uno detur præscriptis uerbis, & pro alio actio de dolo quæ sunt diuersæ: quia una & eadem res &c. ut l. eum qui ædes. ff. de vsucap. & casu quo duæ actiones competerent, deberent esse eiusdem naturæ: vt videmus in contractu emptionis. præterea ex alio dictum Bart. Ias. hic & communiter doct. non est verum: nam præsupponit vnum quòd actio de dolo de qua loquitur hic glo. datur illi ex parte cuius est factum: nam hoc est contra tex. in l. iurisgen. in prin. ver. & ideò puto. ff. de pac. vbi ex parte illius qui tenebatur ad manumittendum, & sic ad factum datur actio præscriptis verbis & nō de dolo: vt hic dicit Ias. & in d. l. naturalis. & ideò ego putarem quòd vtraque actio competat tam de dolo, quàm præscriptis verbis: vt videtur. de hoc casus in l. solent. ff. de præscrip. verb. & hoc quantum ad primum casum qui propius facit ad glos. Secundò requiritur quod ex isto facto nihil adsit alteri parti, quæ tenetur dare; aliàs si adesset, daretur præscriptis uerbis, vt hic latius excutit Ias. & dum postea Ias. hic ponit contrarium de regula posita in l. solutam. ff. de solu. Dic quod illum text. melius resoluit idem Ias. in d. l. naturalis. §. quòd si faciā. in penult. column. de præscrip. uerb. dum dicit quòd ideò ibi paria sunt quòd mihi soluatur, uel alteri de uoluntate mea; quia vtroq; modo mihi adest ab illo cui uolui fieri solutionē, possum repetere: alias regula non procederet. quod not. Ex istis duobus requisitis Bart. & Ias. habetis colligere vnū quod inducam ad optimum propositum, videlicet quòd in isto contractu innominato, facio ut des, personæ contrahentium distinguuntur ad instar emptionis & uendi. ut dicit hic Ias. post Butr. in dicta l. cum mota & alibi sæpè. Per istud dictum confunditur dictum Bald. ꝙ à plerisque approbatur in l. iuris gentium. in princ. in penult. col. ff. pe pact. dum ibi reprobata ratione Bar. assigat rationem quare emp. & uen. & cæteri dicuntur contractus nominati: & quatuor isti de quibus in glo. hic innominati appellantur. dicit ipse istam rationem: quia in cōtractibus nominatis nomina contrahentium sunt distincta, ut in emp. & uend. unus dicitur emptor, alius uenditor: in commodato unus commodans alius commodatarius, & sic de similibus: quod in innominatis non reperitur. ita dicit ibi Bald. Sed domini, contra istud dictum Bald. facit quod hic dicitur per Ias. & alios post Bar. nam in isto contractu facio, ut des, qui est innominatus, sunt distinctæ personæ contrahentium ad instar emp. & uend. ut exemplificat Bar. in l. cum mota. & doct. hìc, ut dixi suprà. & tamen attenta sua ratione deberet dici nominatus: quod est falsum, & ideò dicatis, ꝙ alia est ratio diuersitatis iustior & planior, quę talis est, quòd ideo illi contractus hic expressi dicuntur nominati: quia ius ciuile eos ualde dilexit dando illis proprias actiones ab eo noīe dictas: ut patet in emptione, mandato, pro socio, & similibus, Innominati uerò contractus econtra lex ciuilis despexit, neq; ita dilexit aut ī grege nobilium collocauit, sed uoluit eos esse mendicos. & ideò propria actione siue uirtute non insigniuit sed uoluit eos contentos actionibus præscriptis uerbis, & in factum. & hæc etiam dicit text. in l. inquam. ff. de præscript. uerb. & in l. j. §. item emptio. ff. de re. permu. ibi quod in his, duntaxat receptum est quòd nomen suum habent, &c. dum ibi dicitur, eos contractus esse innominatos quorum appellationes nullæ iure ciuili proditæ sunt, & econtra illos esse nominatos quæ nomina habent actiones: & sic ponsidera illud uerbum nomen, quod idem est quod actio; ut in l. periculum, ff. si cer. pet. & hanc rationem uidetur sentire Bal. in l. 2. C. qn̄ lic. ab emp. disce. licet ista iura non alleget: & ita etiam per hoc intelligit tex. in l. 2. & 3. ff. de præscrip. uerbis. dum dicūt, dum proprium nomen inuenire non possumus, descendimus ad eas actiones quæ in factum appellantur. Vel potest dici, ꝙ ideo tales dicuntur nominati, & no. digni: quia uulgo magis in usu recipiuntur tanquam magis necessarij. & ideo lex eos magis altiori loco euexit: eos uerò quos usus non ita recepit, ut squalentes suo nomine inusitato uariatur.

In eadem glo. & tamen nemo dicit condictionem esse bonæ fidei. circa istam partem glo. uide quæ dixi suprà ult. nota. istius tex. & licet hic Ias. uideatur transire cum ista glo. tamen in l. certi condictio. in princ. 9. col. tenet contrariū dicens, certi condictionem quæ datur loco cōtractus bonæ fidei, esse bonæ fidei. non stric. iuris. communis tamen est in contrarium, ut ibi patet. & uide quæ ibi dico. In fi. gl. ibi, item quid de actione præscri. uerbis &c. collige ex gl. unum quod actio præscri. uerb. quæ datur pro precario dicitur stricti iuris: & ratio assignatur hic in glo. quia non reperitur expressa in tex. nostro ꝙ hoc casu sit bonæ fidei. cum ista glo. transeunt communiter scriben. hic. Sed audi: quia glo. hic non aduertit ad text. in d. l. 2. §. hoc interdictum. de precario hic alle. in glo. qui ad literam probat, ꝙ sit bonæ fidei: ad quem non uideo bonum responsum. & ratio glo. non releuat: quia licet in isto text. non sit expressa illa actio præscri. uerb. quæ datur pro precario: est tamen expressa in alia parte iuris, uidelicet in d. l. 2. & hoc ulterius comprobatur: quia doct. omnes uolunt, ut dixi suprà. in j. notabi. post Ias. quod omnes contractus, qui cum principe celebrantur, sunt bonæ fidei. & eodem modo dicunt de iure can. non esse differentiā inter cōtractus bonæ fidei & stricti iuris, sed omnes esse bonæ fidei. hac ratione, quia æquitate mediante & de bono & æquo celebrantur: & tamen illi casus nō sunt expressi in text. nostro. igitur ratio istius glo. & docto. hic non est uera. præterea illa actio de dote non enumeratur hic in text. & tamē est bonæ fidei. l. sed & si ideo. §. fi. ff. sol. ma. & eodem modo actio ex testamento & aliæ plures de quibus dictum est suprà in discursu istius tex. quæ omnes sunt bonæ fidei licet hic expressæ non sint: sic ergo concludo ꝙ considerata æquitate ista actio præscri. uer. quæ pro precario datur: licet inter alias bonæ fidei connumerari: cùm text. in d. l. 2. dicat ex bona fide oriri. ratio illius legis. 2. fuit, quia precariū natura ipsa continet æquitatē: & ut ibi dicit text. est bonæ fidei & & non stricti iuris, quia actiones stricti iuris non continent æquitatem, sed rigorem, ut suprà dixi alleg. l. placuit. C. de iudi. nec tex. in d. l. 2. solidā cauillationem patitur iudicio meo. & ista sufficiant cū laude Dei pro scholastica doctrina istius §. & constricta quadam text. & glo. interpretatione. reliqua circa formas libellorum in practica uideas hic per Iaso. ubi more suo longius quàm deceat, & humeri professorum portare possint, circa id diuagatur.

SVMMARIA SVPER §. FVERAT.

1 *Quæ est ratio quare actio rei vxoriæ ita olim appellabatur.*

Matrimonium quare potius denominatur à patre quàm à matre. ibidem.

Patres sunt incerti. ibidem.

2 *Filius magis accipit de matre quàm de patre.*

Actus ab illo denominatur qui plures labores, in eo patitur.

3 *Laborantibus magis subueniri debet. ibidem.*

Mater in procreatione se habet vt radix, filius vt flos. ibidem.

Mater plus dolet de incommodo filij quàm pater, ibidem.

Matris labores in procreandis filijs enumerantur. ibid.

4 *Priuilegia solo nomine data non considerantur.*

Mulier sterilis habet dotis priuilegia. ibidem.

5 *Subrogatus sapit naturam subrogati. ampliatur latè ista regula & limitatur ibi per duas chartas.*

Ciuitas Constantinopolitana dicitur communis patria.

Roma

53 *Qualitas sufficit, quòd à principio interueniat, licet postea non duret.*

S VERAT. Diuiditur & summatur, vt hic per Ias. sed pro introductione materiæ, & intelligentia istius actionis rei vxoriæ quærit hic Ioan. Fab. & postea Iaso. quæ est ratio fundamentalis, quare ista actio
1 ab antiquis fuit nominata rei vxoriæ? † Respondet Io. Fab. quòd ratio est, quia ista actio tendebat ad repetendam dotem: quæ est proprium patrimonium ipsius vxoris. vt dicit Iurisconsultus in l. tertia. §. sed vtrum. in fi. de minoribus, vnde in his quæ tangunt iura nuptiarum, fit denominatio à muliere & non viro: & ideò dicitur matrimonium, non patrimonium: hæc Faber. Sed Iason hic dicit, quòd ista ratio quare dicatur matrimonium non est bona: sed illa est quæ ponitur per textum in capitulo fin. de conuer. in fin. videlicet, quia mater est ante partum onerosa, in partu dolorosa & post partum laboriosa: Propterea matrimonium denominatur potius à matre, quàm à patre. Et ideo dicit ipse, quòd propterea dicitur rei vxoriæ actio: quia fuit inuenta propter vxores ad repetendas earum dotes: licet fuerit postea extensa ad maritos. Sed aduertendum est primò, quia ista consideratio Iason. non tollit dictum principale Ioan. Fab. quod fuit, quod ideo dicatur actio rei vxoriæ: quia ista actio tendebat ad repetendam dotem ipsius vxoris & cætera. & ideo ego dico, quòd ista ratio non est bona: quia etiam illa actio competebat viro ad exigendam dotem promissam: vt in l. vnica, per totum. C. de rei vxo. actio. Et hac ratione non deberet ab vxore nomen capere. minus satisfacit ratio Iaso. circa secundum dictum Ioan. Fab. ex eo quia si bene consideratur ratio Ias. incidit cum ea Ioan. Fa. nam Ioannes Fab. dicit, quòd ideo dicebat rei vxoriæ, quia illa actio prıncipaliter tendebat ad repetendas dotes vxorum, quæ erant proprium patrimonium earum: hoc non est aliud dicere, quàm quòd inuenta est propter uxores: ut dicit Ias. Et dum postea subdit Ias. quòd illa ratio Ioan. Fab. quare dicatur matrimonium, nón est vera: quia illa assignatur per d. c. fi. dicatis illam esse verissimam, quòd in his quæ tangunt iura nuptiarum, denominatio fit à matre. quæ autem sit ratio istius rationis generalis hæc ponitur in d. c. fina. quem Ias. alleg. Or audias: quia unde per verba & clara istius quæstionis intelligentia mihi uidetur, quòd isti patres non rectè dicant: nam vult unum, quòd à principio ista actio rei uxoriæ fuit inducta propter uxores, deinde extensa ad uiros: hoc nullibi probatur. Et ideo erubesuimus cùm sine lege loquimur. uul. §. consideremus. in authentica de trien. & semis. Et quia iura omnia quæ de ista actione loquuntur, uicissim uolunt competere utrique coniugum, declarando, ut per Bal. nouel. in tracta. dotis in 2. par. in 7. col. uersi. uenio nunc. circa mediũ. dum alleg. l. 2. ff. de orig. iu. unde ratio uidetur, quòd ideo dicatur rei uxoriæ. i. act o quæ datur propter rem uxoris: nam datur uiro ad exigendum dotem, uxori, ad repetendam: & sic à principio competit utrique. Circa illud etiam quod dicunt præfati doctores: quare dicatur etiam matrimonium, licet ratio posita in d. c. ex literis. siue sit persuasiua: non tamen est concludens & necessaria. patet, quia illa ratio tantum haberet locum in uxore suscipiente filios, & tamen etiam si non habeat: dicitur matrimonium: ergo illa non concludit: neque frontem trahas, si ratione euidente iurislator reprehendit: nam ubi de bono, & æquo agitur, non discernitur uillicus à Rege: arg. gl. in c. nuptia: um. in uersic. cum enim. 27. quæstio. 1. dicit in illo casu Augustinum dormitasse: uidemus etiam Iurisconsultum aliquando errasse: ut in lege tertia. §. neratius. ff. de acqui. possessio. & in l. Mutius. & ibi not. ff. pro socio. notat Alex. in l. 1. 5. colum. ff. si cer. pet. & in l. rei iud. catæ. colum. fi. ff. sol. matrim. quod pulchrè Tertulia. probat in apologet. c. 3. & Aulus Gel. lib. 6. noc. attica. ubi Alphenũ Iureconsultũ Seruii Sulpitii discipulum de quo extant infinita responsa à uera interpretatione argenti puri deuiasset & manifestè uidemus in definitione latæ culpæ, quam posuit in l. latæ. ff. de uerborum significatio. quem reprehendit Barto. in l. quod Nerua. in tertia columm. ff. deposi. quem ibi sequuntur communiter scriben. Sic uidetur in proposito nostro, quòd dato quòd ratio supra dicta assignetur per legislatorem in d. c. fi. tamen ex quo illa non concludit, de his quæ non pertinent ad decisionem causarum, non est necessariò tenenda, quando conuincitur defectiua. Vnde isto puncto alia potest dari ratio magis naturalis, quæ uidetur probari in ratione sui per Iurisconsultum in l. quia semper. ff. de in ius uocan. s. quòd ideo à matre debet dici matrimoniũ: quia mater semper est certa, patres uerò incerti, quos tantum uerisimilis quædam coniectura & benigna nominis & consuetudinis existimatio patres facit, non rei ueritas occultata: ut in l. miles. §. defuncto. ff. de adulte, iunctis his quæ tradit Pau. de Cast. in consi. 115. incip. super pvimo. colum. fi. li. j. Cor. in consi. 1. colum. 10. & seq. lib. 3. Benedic. Capra columñ. 1. & 2. Andre. Sicu. consi. 68. omnipotentem. columñ. 2. & 3. quarto libr. & ideo ex quo in matre non concurrit incertitudo quam tus periculum & oculorum attestatio diluit: ideo tanquam à certiori subiecto ab ea potius matrimonium denominationem sumpsit.
2 † Adiuuatur ista ratio: quia consonum etiam naturæ est, quòd matrimonium à matre sumat exordium ex eo, quia secundum Galenum quem adducit Socin. in consil. primo. in prima columñ. uersi. cum ergo sit. in 1. uolu. filius plus accipit in procreatione à matre quàm à patre: quia sperma hominis, ut ipsi aiunt, est uelut fides ad citharam: id est instrumentum ad materiam. & hoc idem fuit de mente Philosophi in primo de generatione animalium. & sic uidetur, ꝙ ista ratio sit solidior illa posita per textum. in d. ca. ex literis. Tamen ulterius cogitanti uidetur etiam ratio posita in d. c. ex literis. habere colorem iuris & rationis naturalis ultra hoc, quod cõmuniter approbetur: ut patet per omnes Summistas in uerbo matrimonium. Angelum Are. in princi. suprà de pa. po. In primis ego ita probo: quia regula est, quòd actus debet denominari ab eo, qui maiores labores patitur, ac qui plus habet incommodi. arg. tex. in l. j. ff. de test. mili. ubi milites nomen hñt à malo, & sic à labore. facit tex. in l. nemo. C. de offi. mag. offi.
3 nam † consonum est, quòd qui magis laborat magis illi tribuatur. l. j. C. de consuli. lib. 12. & in c. miramur. circa fi. ubi bonus. text. 61. di. & in c. ius militare. 1. di. & in c. sacerdos. 1. q. 1. cũ concord. ut per Spec. in tit. de citatione. §. 5. uer. porro. col. 2. cùm igitur mater in matrimonio & prolis procreatione maiores labores patiatur, quàm uir: ut suprà dictũ est: ut est text. in l. assiduis. C. qui po. in pigno. haben. ut statim ratione probabitur: ergo conueniens fuit ut matrimonium à matre nomen caperet: quoniam ea spe contrahitur, ut mater fiat. Et hoc ratione & authoritate probatur. Ratione: quia negari nõ potest, quòd mater in procreatone filij dicatur radix, filius uerò dicitur pomum siue flos: ut in c. tunc saluabitur. 33. q. 5. & ibi glo. fin. si igitur radix est, dicitur totum pondus coniunctionis & matrimonii sufferre, quod circa prolis procreationem uertitur: ut habetur in l. 1. ff. sol. matrimo. Præterea ea ratione qua patrimonium dicitur à patre: quia in eo conseruando & acquirendo plures labores patitur: eo modo iustũ fuit, ut eadem causa matrimonium dicatur à matre: quia in eo sustinet pondus & æstus. & sic nomina ista sunt quodam modo diuisa iter socios diuinæ & humanę domus, ut l. 1. ff. rer. amo. aliàs esset societas leonina, si totum uni attribuatur: ut l. si nõ fuerit. §. fin. ff. pro socio. neque commune patrimonium distingui posset confusione rei à patre dicetur, quòd matres plurimum laboris habeant, patet experientia ipsa in qua ulteriorem rationem quærere esset peruersæ cogitationis: ut dicit Bald. in rubrica. ff. sol. matrimo. in princip. cum alleg. per Ias. in l. cùm filio in 7. colu. de legat. 1. scinduntur enim vt partus edant teste philosopho. 9. Ethi. dicente, ꝙ laboriosior est generatio matrum & magis sciunt, qui ipsarum sunt filij, quàm patres. refert Ioan. de Neuiza. in tract. sylux nuptialis, fol. 4. in secunda col. propterea magis dolent, quàm patres de incommodo filij: ut dicit Philosophus, & patet Prouerb. 10. c. dum dicitur: filius sapiens lætificat patrem, filius uerò stultus mœstitia est matris suæ. & Eccl. 7. gemitum matris tuæ non obliuiscaris. Et ita pro ratione audi Tobiam. 4. capitulo dicentem, Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo mater tua. Et ideo magis à filio diligi debet quàm pater: ut per plura probat Io. Lud. de Monte Regali

gali in tracta.de veritate contractionis fol.47. in qua re Diui. Hiero.testimonium super hoc finem faciet:hic iam paululum pulcherrimorum spectator assistas : is enim in epistola 6. 3 partis de honorandis parentibus de laboribus,& prærogatiua matrū hæc verba pertulit. O filij debitam impendite matribus reuerentiam quæ vobis vteri labore seruientes pondus vestri corporis tolerant atque ignotam portantes infantiam famulatū quendam exhibent nascituris.illo tempore non sibi tantùm mater esuriit,nec acceptos sola digerit cibos, materno victu alitur & ille,qui latet eiusque membra alterius comestione pascuntur: vt homo futurus alterius morsibus saturetur. quid ipsa memorem nutrimenta & teneræ infantiæ dulces iniurias quas nutritoris affectus de suis parabolis sumit: quid cibos in matre confectos,qui fœmineis manātes ex mēbris lacteum soluuntur in succum, & inualidas fauces liquido sapore perfundunt cogentem natura sumunt infantes de matre,quod bibant, & dente non nato hoc sibi currentibus labris eliciunt,quod non sit necesse mordere: seruiunt materna posteris pectora,seruiunt ipsis incunabilis manus,& terga membris deuota lactantium gratos artus accipiūt:optat mater paruulum crescere,optat cito videre maiorem:eumq; numeris iuuenū miscere festinat nunquam sibi forsitam seruiturum.his tot tantisq; præcedentibus factis parentibus matri tota debet alacriter seruiri:reddatur naturæ debitum, reddatur & matri,quod debetur &c. Ex quibus oībus iā in conspicuo est ratio summi Pontificis in d.c.ex literis. quæ tota in laboribus matris fundatur, non carere suffragijs : vt merito matrimonium à matre ea de causa nuncupetur:exigua profectò tāti actus & ponderis merces:exhibet illa facta, nos vix libera verba tribuimus,contra tex.& gl.in c.ecclesias.§. ad hæc. 14.
4 q.1.† videmus enim priuilegia verbalia derideri: vt de comitibus palatinis & Episcopis abusiuis nullatenen. dicit Bald. in c.1.per illum text.quis dicatur dux, vel mar. Iason. & Decius in l.1.in 2.col.ff.de offi.eius.non igitur tantum dubitemus, & hoc matri priuilegium tribuamus.s. vt ab ea potius quàm à patre matrimonium nuncupemus, à qua nihil in effectu tribuendo maiora accipimus: constat etenim lege antiqua Romanorum , vt Plutar. author est,multum matribusfami. tribui,adeo vt à viris locus illis cederetur:quamobrem verisimile est maritos hoc illis nomen matri. honoris causa tribuisse. Et licet aliquæ sint quæ hos non perpetiantur labores vitio sterilitatis:tamen nihilominus dispositio illius tex. habebit locum: & quia communiter illud in pluribus non contingit : & sufficit,quòd illa intentione matrimo. contrahatur, vt partus edat:quod si minimè accidat,illud non officit:dicit Baldus in l.fi. in princip.C. de spon. dum alleg.l.assiduis. C. qui pot. in pign.ha.& hinc est,quòd priuilegia dotium etiam sterili competunt.vt Bart.in l.1.colum.penult.ff.sol.mat.Et ita in hoc pas
5 su videtur concludendum.† Not.1.ex isto tex. quòd subrogatum sapit naturam illius in cuius locum subrogatur:ita communiter iste tex. ad hoc solet allegari : vt hic dicit Ias.ad idē text.in l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio. cū concor. vt ibi per scriben.& alijs quæ in pulchro casu citat Bal.in consi.112.quæritur quid intelligantur.colum .2.lib.1.& consi.50. quia verba testamenti.in j.col.in j.parte.& per Georg.Natam in repe.cle.sæpè.in 15.colum.de uerb.signifi.& istam regulam sequitur etiam Iaso.in §.item seruiana.nu.101.& in §. sed istæ. nu.39.in §.actionum.nume.24.suprà eo. Ampliatur ista regula vltra docto. Primò , quòd procedit etiam in subrogatione respectu nominis: nam si subrogato idem nomen impositum fuerit, idem per omnia reputatur : vt est text.not.l.filiæ.§.fin. ff.de condi.& demon.vbi eadem ancilla reputatur,ex quo nomen idem imponitur.quem tex.dicit non esse alibi Soc.ibi.& in notabili casu tradit Deci.in consi.77. non leuis. nume.3.in secunda parte.& per hoc dicit idem Decius in c. 1. in 5. colu. de præben.nouiter impressis, quòd ciuitas Constantinopolitana dicitur communis patria sicut Roma, & eadem ciuitas reputatur,ex quo idem nomen illi impositum fuit. & ex hoc infert vnum post Bal.in rubr.C.qui accu.in fi. ꝙ sicut forenses Romæ dicentur esse de populo illa ratione : quia est cōis patria,eodem modo & in Constantinopoli.quod est notandum ad declarationē,& extensionē tex.& doc.Bar.in l.Roma.ff.ad municipa.Et eodem modo Venetię hodie possunt dici cōmunis patria:vt dicit Cu.in consi.72.visis pactis.in fi.& rationem assignat Fulgosius in consi.62.stante statuto in 2.colu.Sed tamen ista illatio mihi non satisfacit:quia licet verum sit, quòd Roma sit communis patria propter excellentiam vrbis: istud tamen priuilegium non reperitur concessum alteri ciuitati : neque extendi potest ex identatitate rationis.c.sanè.de priui. le.Vel melius dicas, quòd Roma ideo dicitur communis patria non respectu vrbis,sed propter residentiam Imperatoris & nūc Papæ : & ideo prærogatiua non competit Romæ illis absentibus:vt tenet Feli.post communiter omnes in c.fi.in 14. col.in glo.fi.de fo.compe. & isto respectu nemo dicitur forensis Romæ: vt dicit Rochus Curtius per plura adducta per eū in c.fi.in 27.col.de consuet. Et hinc vulgo dici solet, quòd vbi est Papa,vel Imperator ibi,est Roma,& communis patria : vt dicit Inno.in c.exposuit.de dilatio.& idem Inno.& Moder.in capitulo, ego N.de iureiurand.& Bald.in l.prima.§. ait prætor.ff.pe postu.Abb.in c.dura.de cri.fal.sic ergo illud quòd sit communis patria non est prærogatiua vrbis , sed personæ. & ideo si Papa hodie Bononiæ resideret , ibi diceretur cōmunis patria,per suprà dictā.pro quo vlterius facit istū notabile Bal. in l.sed & milites.§. sed & ignominia.ff.de exceptu. quòd licet infamis possit esse procurator.§.fi.infrà de exce.tamen dicit ipse illud non habere locum in ciuitate Romana, quæ ibi est vbi residet Princeps. cùm igitur tale priuilegium communis patriæ propter præsentiā Principis concedatur , non magis in hoc ciuitas Constantinopolitana consequitur propter nomen Romæ,quam aliæ ciuitates etiam longè inferiores. & sic subrogatio nominis tali casu nihil operabitur : & per hoc dictum Decij,& sequacium non videtur uerum: & per ista et poterunt declarari ,ea quæ idem Deci.dicit in c.meminimus. de appella. regula tamen de subrogatione nominis , licet in isto exemplo dubitabilis reddatur: tamen extra istum casum est in se vera.& ideo de iure antiquo filiis nomina parentum suorum imponebantur: quia censebantur quodammodo subrogati in locum parentum quorum persona eadem censebatur:vt probat text.in capit.olim iussus.8.quæstio.j.& l.cum filius.§.pater.ff.de leg.2.& tex.singularis in l.vxorem.ff.de ma. testa.qui probat vnum,quòd si posthumus vocetur eo nomine quo pater,præsumitur ex hoc eius filius,quod dicit non esse alibi Bald.in c.tuam.in 2.col.de or.cog.nam talis subrogatio arguit identitatem.vt dicit tex.in d.l.filiæ.§.fi.iuncta.l.sciēdum.ff.de legatio. secunda regula tex.nostri ampliatur habere locum in vltimis voluntatibus & actibus pijs etiam respectu pœnæ. exemplo , vt si testator dedit formam distributioni legatorum piorum.s. vt fiat cum consilio Prioris Fratrum Prædicatorum,& executor decesserit, vel negligens fuit intra annum,quo casu eius loco successit Episcopus, iuxta ea quæ notantur in c.tua nobis.de test. talis Episcopus ex quo censetur subrogatus ,tenebitur Prioris consiliū adhibere:aliàs non valebit distributio.ita dicit notabiliter Bal. in l.si puellam. in fialibus verbis.C.si mā.ita fue.alie.vt ma.quod putat Bal. mamoria dignum. Et multum commendat Feli. vbi hoc dictum multis similibus ornat,in c.cùm accessissent.in 7.colum.vers. ex hoc dicto.de consti.& c.cùm dilecta.in 16.colum. versicu. amplia 7.de rescrip.& prius Alexand.in l.prima.§. hæc actio. in apostil.ad Bartol.ff.si quis test.lib.esse iuf.fue. Et per ista limitantur & declarantur plura dicta quæ congerit Decius in
6 l.factum suum.§.in pœnalibus.ff.de re iud.† Tertiò per regulam istius text.dicit Felin.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.5.colum. versic. & retenta. de constitu. quòd clerici in bonis patrimonialibus non gaudeant priuilegiis clericorum , nisi in casibus a iure expressis:vt tenent omnes in capitu.si diligenti. de fo.comp.cum si.tamen illa regula non habet locum, quando clericus fuisset ordinatus ad titulum patrimonii : quia tunc patrimonium cēsetur subrogatum in locum beneficij : & per consequens sapit naturam eius &c. vt in text. h. d. Sed istud dictum non videtur sine dubio: quia ista subrogatio patrimonij non reperitur in iure, quod sit in locum bonorum ecclesiæ,sed potiùs ad exonerandum Episcopum ab obligatione,qui ordinatis tenetur dare vnde viuant,vt in c.accepimus, de ætate & qualitate. & hoc probat text. in capitulo, Episcopus.in illa exceptiua,Nisi,de præbend. & licet Decius vtrobique contrarium teneat,non tamen ad istam rationem respon

det: dicit enim quòd aliàs illa intitulatio nihil operaretur: sed ad hoc respondet Abb. in capitulo, tuis. de præbend. quòd satis operatur ex quo per illam satisfit iuri. Nec obst. quòd Decius replicat contra Abb. quòd eodem modo satisfieret iuri, si ordinarius haberet unde viueret, licèt non fuisset ad titulũ patrimonii ordinatus: quia hoc est falsum: quia habens patrimonium nihilominus petere potest ab episcopo, vt sibi beneficium tribuat vnde viuat: ex quo nemo tenetur suis stipendiis militare. c. cùm ex officii. de præscrip. & qui altari seruit, debet de altari viuere. c. cùm secundum. de præbend. & ideo habens patrimonium, si ad illud non est ordinatus, licitè potest reseruato patrimonio de fructibus beneficii uiuere: ut tenet Abb. & ibi latè And. Sicul. in c. postulasti. de rescri. Felin. in c. ad audientiam. in princ. de præscrip. & idem Andr. Sicul. in tract. de præstan. Cardi. in 6. q. principali. 2. partis.
7 † Quartò per istam regulam dicit Andr. Sicul. in consil. 2. incip. sapienter. col. fin. in secundo vol. quòd commendatarius abbatiæ, censetur verè Abb. ex quo in locum illius subrogatur. & ideò refert, quòd dispositio. c. quoniam Abb. extra de offic. deleg. habebit locum in commendatario. Adde pro ista opin. bene facere quæ dicit Abb. in cap. cum illorum. in glo. per Abb. de sen. exc. vbi vult quòd idem iudicatur de præposito loco Abb. quod de ipso Abbate.

Tamen istud dictum mihi videtur dubitabile ex eo, quia ista regula quòd subrogatus sapiat naturam subrogati, intelligitur secuudum omnes quò ad naturam primordialem, per l. item veniant. §. cum prædiximus. ff. de peti. hære. cum si. vt infrà suo loco dicetur: sed commendatarius non sapit naturam primordialem: ergo non est vera subrogatio, neque erit verus Abb. quòd ita sit, probatur aperta ratione: primo, quia verus Abb. habet titulum: nã p legitimam electionem creatur: vt in cap. cum ad nostrum. cum c. seq. de elec. & c. nullus. eo. titul. lib. 6. & ille dicitur verè prælatus: vt in c. 2. de iudi. & ibi not. Deci. in 2. no. Item dicitur sponsus Ecclesiæ, sicut Episcopus, vt tradit Inn. in c. quia propter. in pxin. de elec. sequitur Bar. in l. si ita quis. §. is cui. in fin. ff. de leg. 2. & facit fructus suos: vt in cap. præsenti. de offic. ord. li. 6. & omnia ista dicuntur necessaria requisita & de natura primordiali talis dignitatis: sed in commendatario illa non concurrunt: quia non est prælatus vt tenet glo. communiter approbata in cap. nemo deinceps. in versi. commendare. de elec. li. 6. item non facit fructus suos talis commendatarius: vt ibidem dicit gloss. cum non dicatur prælatus: & tenet Innoc. in c. dudum, secundo, de elec. sed custos vel simplex minister dicitur: vt latè probat Angel. in consilio 35. incip. quidam nobilis. quem sequitur Alexan. in l. Lucius. in apostil. ad Bar. ff. depos. & latissimè reassumit Roma. in consi. 350. in casu propositæ consultationis. per totum. vbi videas. Patet igitur quòd illud dictum Adr. Sicu. non est verũ: nam licèt commendatarius subrogetur: in locum prælati, nõ tamen per eandem viam per quàm nascitur dignitas principalis, sed de iure speciali: quo casu non debet censeri idem cum primo: vt tradit notabiliter Felin. in c. cum olim in 3. colum. ver. ad 10. q. de ma. & obe. Et per hoc infertur, quod dispositio. d. c. quoniam Abb. de offic. deleg. non habebit locũ in commendatario, cum text. ibi de Abbate simpliciter loquatur, & sic de vero & proprio, non de accidentali: ar. c. pen. de sen. excom. & l. j. §. hoc interdictum. & ibi Bar. ff. de fonte. Neque etiam ob. dictum Abb. in d. c. cum illorum, quia licet illud dictum magis clarè per ipsum approbetur: tamen non procedit nisi quò ad præeminentiam præpositi certo casu, non autem generaliter per viam surrogationis: vt patet ex adductis,
8 per Bald. qui contrarium in proposito † tenet in consilio 335. incip. Archidiaco. in 3. parte. & ideò dicit idem Bald. in l. sed & si §. pretor ait. in verb. semper, quòd licet vicarius episcopi repræsentet illius personam: non tamen debet honorari sicut Episcopus. & per ista iustificantur ea quæ dicit Decius, in ca. sanè. de offic. deleg. circa dictum Bartoli in l. filius. ff. de legatio. qui volebat, quòd vicerector debet vt rector honorari. de quo dicto distinguit Ioan. Bap. de Sancto Seuerino in repet. l. diem functo. in 44. q. ff. de offic. assesso. Ex istis igitur habes declarationem ad regulam text. nostri, quòd surrogatus ita demum sapit naturam illius in cuius locum surrogatur, quando omnes qualitates deductæ sunt in subrogatione per eandem viam communem: secus si per viam specialem: per doct. & exempla Feli. in d. c. cum olim. & per hoc etiam confunduntur dicta eiusdem Felin. in c. cum olim in pe. col. ver. quo autẽ nomine. extra de testi. vbi per istam regulam volebat, quòd quando per negligentiam prælati alius agit, debet agere nomine ecclesiæ sicut prælatus. Nam supra dicta faciunt in contrarium & dictum Bart. in l. 1. C. de bo. ma. quem ipse alle. pro se. Et per hoc etiam confunditur dictum Andr. Sicul. in ca. ad audientiam. il 2. de rescriptis. vbi per regulam istius text. dicit quòd appellatione beneficii venit pensio propriè & strictè. nã illud est falsum, cùm non subrogetur pensio in locum beneficii per eandem viam. nam habens beneficium tenetur ad officium diuinum: secus in habente pensionem: vt tradit Ioann. Bap. de Sancto Seuer. in tract. pensionum, nõ impresso, in 12. q. vbi alias differentias ponit. & in specie illud dictum And. Sicul. reprehendit Io. de Selua in tract. beneficiorum in 3. q. primæ partis post Feli. in d. c. ad audientiam. in prin.

Quintò, per istam regulam dicunt quidam nouissi. non incelebres, videlicet quidam Ioan. Lecisier Parisien. in nouo tracta. de primogenitur. q. 24. fol. 38. in 4. colum. quòd hodie omnes clerici vti possunt iure primogeni. Mouetur ista ratione: quia de iure diuino veteris testamenti omnes primogenitus ex mandato Dei efficiebatur sacerdos: vt patet Exod. 13. 22. 23. ca. in quorum locum hodie presbyteri nostri successerunt. vt patet in capit. cleros. §. presbyter. 21. dist. cùm igitur isti sunt in locum sacerdotum veteris testamenti subrogati, ergo debent habere naturam illorum in quorum loco fuerunt, subrogati per regulam istius text. sed illi habebant ius primogenituræ: ergo & isti. Ita dicit præfatus doct. & si eius dictum est verum, est maximi momenti propter statuta plura, & dispositiones terrarum quibus cauetur quòd stantibus pluribus filiis primogenitus succedat: & ita communiter obseruatur in regnis, ne domus regalis per plures extenuetur, & minuatur sceptrum. Tamen mihi istud dictum nullo pacto videtur verum ex eo, quia illud ius primogenituræ quod antiquis sacerdotibus & Leuitis veteris testamenti competebat, non ideo illis concedebatur, quia sacerdotes: sed quia primo nati: & sic ex eo quia primus vuluam matris aperiebat, & illud Domino offerebatur: sic ergo illud priuilegium siue prærogatiua ratione natiuitatis competebat quæ fortior reddebatur per assumptionem sacerdotii. Per hoc tamen si sacerdotium non erat, non desinebat prærogatiua primogenit. quæ ex natiuitate cõpetebat: ut patet Gene. 25. & 43. c. & Exo. 12. c. & tradunt omnes doct. in c. licèt. per text. in fin. extra de voto. & in c. quàm periculosum. 7. q. 1. & tradit Petr. de Anch. in consil. 84. col. fin. & latius per Oldra. consilio. 224. istæ sunt allegationes. per totum, per Bald. in l. cum antiquioribus. in 5. colum. C. de iu. deli. per Alexand. & alios in l. is potest. ff. de acqui. hære. & per doc. in c. grandi. de sup. neg. præla. li. 6. Concludo ergo ꝙ cum ius primoge. ex priori natiuitate competat, quòd clerici nostri temporis ita demum illo potientur, si primo nati fuerint: Nec obst. quòd fuerint subrogati in locum sacerdotum veteris testamenti: quia respondetur esse verum quò ad ministerium diuinorum, non autem quo ad ius primogenituræ, quod est ex natura primordiali: & ideo clerici hodierni, si primo nati sunt, non possunt dici subrogari quo ad istud ius, quia regula text. nostri quo ad hoc, vt procedat, debet in subrogatione concurrere natura primordialis, vt statim dicetur. Quæ si concurrat, habebit locum subrogatio. super quo tamen cogitabis. Sextò per istam regulam arguit Calca. in consil. 11. inci. quod non præsumatur. in 9. column. numero. 15. quòd sicut potest peti supplementum legitimæ si minus legitima relinquatur, ita potest fieri suppletio dotis, si minor sit data. Ratione mouetur: quia duos subrogatur in locum legitimæ
9 ut ibi latè probat: † ergo subrogatus debet habere naturam illius in cuius locum subrogatur. Et hoc idem tenet Fauianus de Monte in repe. Authen. nouissima. fol. 8. in 4. col. Tamen aduerte quòd istud dictum uidetur dubitabile ex eo, quia videmus ꝙ per pactum potest præiudicari doti: nã pater dotã do filiam potest incontinenti pacisci, siue pacto consentiente filia, siue per stipulationem dotem sibi reddi solu. mat. & non filiæ, & sic potest illi præiudicare: ut in l. quoties. ff. solu. mat. tradit Bar. in l. post dotem. eo. tit. facit. l. uxorem. §. testamẽto. ff. de

ff. de leg. 3. & l. fi. C. de do. promis. Secus autem in legitima: quia siue filia consentiat, siue non, nullum pactum valet in legitima: vt in l. si quando. §. illud. C. de inoffi. testa. & tamen si dos fuisset subrogata in locum legitimæ, idem dicendũ esset in dote, quod in legitima. Alia differentia potest colligi ex dictis Bald. in l. fi. C. de dot. promis. Præterea quia videmus ꝙ de legitima non potest detrahi falcidia. l. sancimus. C. de inof. te. secus tñ de dote. l. 2. §. idem quærit. ff. de dote præleg. tenet gl. in l. tali. in prin. ff. de iur. do. præterea habens legitimã nõ habet amplius regressum ad bona paterna. l. qm̃. & d. l. scimus. C. de inof. testa. quia illa est pars debita iure naturæ, qua contenta esse debet: & ideò amplius non auditur. l. si mater. ff. de inoffic. test. & tamen filia habens dotem habet regressum ad bona paterna, non obst. quòd fecisset pactum de non habendo: vt in l. pactum, quod dotali. C. de colla. item legitima debetur filiis iure naturæ. c. Rainaldus. de testa. ad quam præstandam pater cogitur iure actionis: aliàs rumpitur testamentum: & tamen pro dote pater non tenetur iure actionis, sed officio iudicis. l. qui liberos. ff. de rit. nup. tenet Bar. in l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & oblig. Item videmus, ꝙ pater filiæ naturali tenetur relinquere partem iure naturæ, quæ cõis est omnibus filiis. authen. licet. C. de nat. lib. & tamen dotare filiã naturalem non tenetur: vt l. vxorem. §. pater naturalis. de leg. 2. item legitima in vita patris peti non potest. l. Papinianus. ff. de inoffi. testa. firmat Lau. de Pala. in tract. quod extantib. mascu. in 5. col. secus tamen est in dote: vt ibi per eum. Plures aliæ differentiæ possent excogitari quas breuitatis causa omitto. Nisi ad primum dicamus, quòd tali casu modicum fiat ꝑiudicium filiæ in dote ex tali pacto, cùm possit sibi subueniri per remedium. l. fi. C. commu. vtriusque iud. Et pater vel hæres eius tenetur eam redotare, iuxta authenti. sed quamuis. C. de rei vxo. actio. Sed hoc non valet: quia per mortem filiæ, in hoc sibi præiudicium faceret: quia saltem liberè non posset disponere de dote: quod multũ consideratur, vt tenet Bar. in l. 2. in prin. in 3. col. versi. 2. oppo. ff. so. mat. dum alle. tex. in l. fin. ff. de vsu. & ha. & §. præterea. infrà, isto tit. Vel dicas quòd licèt inter legitimam & dotem sit aliqua differentia, ex quo tamen in pluribus aliis concordan. non impeditur regula, quòd subrogatus sapiat naturam illius in cuius locum subrogatur, ita in terminis nostris de dote & legitima respondet Paul. de Cast. in alio tamen casu, in consil. 73. inci. licet ista domina. col. fi. in j. li. quod errore est repetitum in eo. volu. consi. 265. Tamen ego dubito an plures sint casus in quibus concordẽt dos & legitima, quàm in quibs probatum est discordare: & ideò cogita. Septimò per istam regulam dicit Soci. in consil. 112. incip. multum abundè. in penult. col. in 2. vol. quòd stante statuto, quòd contractus minorum non valeat, nisi fiat in præsentia & cum consensu consanguineorum, si per minorem cõstituatur procurator cum dicta solennitate ille procurator debebit omnia obseruare quæ ipse minor tenebatur, ex quo censetur subrogatus in locum illius. Ita dicit ibi Socin. & super hoc dicit consuluisse genitorem suum. Et istud idem dictum ante ipsos pro notabili commendat Ioan. Bapt. de Sancto Seueri. in rep. l. cunctos populos fo. 14. in 2. col. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & Aret. in l. mutum. in vlti. col. ff. de acq. hære. & Hipp. de Marsi. in rep. rub. C. de proba. col. 71. Sed contra istud dictum facit dictum Bald. per illũ tex. in l. si pupillorum. §. j. ff. de re. eorum. vbi dicit, ꝙ si ecclesia obligauit prædium cuidam creditori cum decreto episcopi, si creditor postea vendat sine illa solennitate, valet & tenet
10 actus: quia sufficit per illũ tex. ꝙ à† principio interuenerit solennitas. Ad idem facit dictum Bar. in auth. hoc ius porrectũ. col. fin. vers. quæro pone. vbi alle. d. l. si pupillorum. §. j. sequitur Andr. Sic. in c. nulli. col. pe. de re. ec. non alie. & in terminis est decisio Are. in contrarium in §. hæres quoque. suprà de obli. quæ ex quasi contract. rationibus de quibus ibi per eum & plura adducit Ias. pro & contra in l. j. §. item acquirimus. in 1. & 2. col. ff. de acq. pos. post Soci. ex quibus patet ꝙ iste articulus esset disputabilis, sed quantum attinet ad propositum nostrum. prima opi. est communis.

Octauò, per istam regulam dicit Ias. post Aret. in l. possideri, 2. col. nu. 11. ff. de acq. poss. quòd sicut creditor ex forma statuti potest facere capi personaliter debitorem: ita etiam potest facere cessionarius qui est vtilis dominus: quia tali casu vtile dominium subrogatur loco directi. Vt declarat Bal. in l. per diuersas. in 10. q. C. man. & alleg. pro hoc tex. in §. reliquum, ver. vnde consequens. in authen de hære. quæ ab intesta. vbi in materia correctoria filius fratris, qui subrogatur loco fratris, ita excludit fratrem consanguineum sicut excludit frater. Et prætermissis multis aliis decisionibus, quas inferius remissiuè complectar, vnam inter alias non duxi omittendam, de qua facit hìc mentionem Ias. videlicet ꝙ stante ista regula, ꝙ subrogatus recipit omnes conditiones & qualitates subrogãtis, ex hoc decisio Bal. in l. Parabolani. C. de epi. & cle. & Bar. in l. j. C. de prin. agẽ. in re. li. 12. redditur firmior, dum volunt per istam rationem, ꝙ doc. destinatus ad legendũ non poterit
11 substituere, eo casu quo possit, scholarem, licèt doctum: † sed alium doct. ex eo, quia in scholari non poterit verificari subrogatio siue substitutio. Et istud dictum Bal. sequitur And. Sicu. in c. fi. §. his autem. de offic. dele. & Feli. in c. 1. ver. & aduerte. de sum. Trini. Hyp. in repe. rub. C. de probat. & Moder. in tracta. de doctori. in 4. parte q. 1. & Ioan. Bap. de S. Seue. in trac. de debitori. fug. in 4. prin. q. & alij, plures, quos breuitatis gratia omitto. Tamen mihi videtur quòd ista decisio non sit tuta præsupponendo prius vnum, quòd gradus doctoratus est quædam prærogatiua siue authorizatio vel declaratio, qua quis dignus & doctus reputatur: ita dicit glo. in ver. sequentes. in cle. 2. de magistr. Et sic gradus doctoratus in docto & perito homine est quoddam accidens: vt probatur ex not. per Bald. in proœ. Digestorum. & in l. iudices. vbi Bar. C. de dign. libr. 12. nam gradus ille dicitur quædam nobilitas: vt dicit Alexã. in addi. ad Bar, in l. j. C. de dig. lib. 12. & Bar. Bologni. in repe. authen. habita. C. ne fi. pro pa. in 11. col. vbi hoc latius probat & Bonus de Cur. in tract. nobilitatis, in tertia parte nu. 65. Sed nobilitas est quoddam accidẽs quod adest & abest præter subiecti corruptionẽ: vt in c. primo. & ibi glo. in verbo ingenuus extra de purg. cano. & in c. scripsi. & ibi gl. 27. q. 2. & habetur in d. l. j. & latè probant. d. Mod. in tract. nobilitatis. Quod etiã vlterius suadetur: quia doctoratus est quædã dignitas: vt in c. quantò. de magist. tenet Alex. in consi. 15 col. fi. in 1. uol. sed dignitas est accidens & quædã prærogatiua quæ extrinsecus accedit: vt tradit Abb. in c. de multa. de præb. & in c. cũ accessissent. de consti. igitur, &c. Hoc igitur præsupposito, dico tibi, ꝙ si doctor legens qui aliàs põt per substitutum legere, substituat scholarem doctum ꝙ talis subrogatio valebit: nam licet non sit doctor, illud nõ consideratur: quia ex quo ille gradus ẽ accidentalis: vt suprà probatum est, talis subrogatus non debet sapere naturam accidentalem, sed primordialem, secundum communem opin. per glo. in l. certi condictio. in prin. si cer. pe. vt dicetur inferius. sed natura primordialis in doctore est doctrina, & scientia quæ consistunt in animo, non gradus, ergo si illa concurrit in scholari, satisfactum est subrogat. om̃. & sic ista regula retorquetur contra Bal. Ias. & sequaces. Suadetur hoc per dictũ Abb. in c. cũm quæ. in pe. col. de iudi. ubi dicit quòd ipse dũ erat scholaris, legit tãquã substitutus à doctore suo. Et sic pro expedito tenet Abb. ꝙ hoc fieri possit, vbi industria & interpretandi peritia in scholari concurrent. Etiã pro ista opi. facit glo. iuncto text. in l. quisquis. C. de episco. & cler. Tamen non recedendum est à communi opin. quam vltra prædicta tenet Alex. in l. stipulationes commodissimè, in princi. de verb. obli. & in l. j. §. hæc actio in apostil. ad Bar. ff. si quis testa. lib. ius. fue. Corsetus in notabilibus suis, notabili 325. in verbo, substitutus. And. Sicu. in proœ. cle. in 9. char. & Io. Bap. de sancto Seuerino in repe. l. diem functo. in 44. q. ff. de offic. asse. & Are. in l. nemo. in 3. col. ff. de duo. re. ubi hoc per authoritates probant. faciunt ea quæ tradit Feli. in c. cum accessissent. in 7. col. de consti. cũ si. Non obst. quòd doctrina & scientia dicitur de natura primordiali: quia hoc est falsum, sed est de accidentali & extrinseca qualitate: ut glo. magistra. cõiter approbata in c. si fortè. in versi. scientiæ. de electio. libro. sexto. quam sequitur Fel. in c. proposuisti. in 3. col. de probat. & in c. fi. in 2. col. & ibi latè Bal. de præsump. Neque ob. dictum Abb. quia illud potest intelligi pro paucis diebus: ut tenet Io. Bap. de Sanct. Seue. in d. trac. de debi. fug. in 3. q. in fi. uel quod hoc factum fuerit propter eminentem uiri scientiam propter quã regulæ iuris transgrediuntur: ut dicit Bal. in l. sed & reprobari

§.ſi enim. per illum tex.ff.de excu.tu. Et per hoc dicit Andre. Sicu.in c.cum vigeſimum.in 7.col.de offic. deleg. quòd domi nus Io.de Imo. præceptor ſuus fuit admiſſus ad legendũ ius canonicum de manè in ciuitate Bononien.Non obſt.quòd ibi ſit ſtatutum quòd nullus forenſis poſsit ibi regere cathedram de manè: & hoc idem repetit Barb.in proœ.clem.in nono & decimo fo.per totum ſecundum impreſsionem paruam. & in trac. de præſtan. Car.in j. q. j.partis.col.15. & alibi ſæpè con clu. per iſtam regulam.dicit Are.in l.ſciendum. in 6. col. ff.de verb.obl. quòd quando contractus innominatus ſubrogatur loco contractus nominati,non habet locum in eo pœnitentia ſicut in contractu nominato. alleg. inter alia text. in l.j. C. de rerum permuta. & ibi Bald.Tamen circa iſtud dictum multũ diſceptant ibi nouiſsimi Taurinen. videlicet, quidam Claudius de Aquis vbi ferè per vnam integram colum.hoc diſcutit.Sed ſatis eſt quòd dictum Aret.eſt magis commune. Alias plures deciſiones pro ornamento iſtius regulæ reducerem, ni ſi me iam vinci in hoc exiſtimarem:ne plura præter inſtitutũ congererem: & ideò plures alias quæ hìc extendi poſſent, re miſsiuè complectar; videas igitur ad iſtam regulam vltrapræ dicta aliam deciſionem notabilem quam ponit Soci.in l.cũ ſi filioſa.in fi.ff.de leg.j.& in l.j.in 3.col.verſ.confirmatur. ff. de vulg.& pup. poſt Areti. ibi & Bar. in l.iuris gent. §. quinimo, num.8.ff.de pact. & Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore. nu. 390. ff. de vſuca.& in l.ſi grege. col.pen. nu.11.de leg.j.& in l. ſi hæredis ſeruus.col. j.in 2. not. eod.tit.& in l. ſi ſeruus plurium. §.j. in 2.not.eod.tit.& in l.licet Imperator.in 5.col.in 9.nota. eodem tit.& per Decium poſt Abb.in cap.paſtoralis. in pen. colum. verſic.ſucceſsiuè.de excep.per Andr.Sicul.in c.in literis.in 5. col.num.33.de offic.delega.per Ioan.de Ana. in c. Archiepiſcopatu. de rapto.in princ.per Signorolũ de homo. in conſi. 74.num.7.& in conſi.100.num.8.& in conſi.167. num. 20. & conſil. 251.& per Georgium Natam in repe. cle. ſæpe. in 15.col. de verborum ſignific.Alexan. in §.morte, columna prima.ff.de oper.no.nun. & Ang. in conſi. 112.& conſil.237. Albertus Brunus in conſi.10.uiſa quæſtione.in 3. col. & conſi. 11.in cauſa.col.fin;& Saly.vbi quandam diſtinctionem ponit in l. 1. §.ſed ſi ignoramus.nu.2.C.de rei.vx.act. & aliam facit Bar. magiſtralem.in dict.l.j.§.hæc actio.ff. ſi quis teſt. lib.eſſe iu.fue.& pleniorem diſtinctionem in iſta materia facit Henricus Boich, celebris doctor antiquus in c.eccleſia.in prima di ſtinctione. vt lit. pen. quem multum commendat & ſequitur Soci.in conſ.93. eleganter.in fi.in tertio vol.

Limitatur modò iſta regula communiter per doct. vt hic Iaſ. refert procedere in natura primordiali quam ſapit ſubrogatus: ſecus in accidentali.Iſtam limitationem ſequitur etiam Socin.in conſil. 151. conſideratis,in 2.col.j.libro, & in tract. regularum. 385.fal.j.& tenet idem Iaſo.in l.poſt dotem.in 6. col.num.28.ff.ſol.matri.& per hoc ſolet allegari text. in l.itẽ veniunt. §. cum prædiximus. ff.de petitio.hæreditatis.

Tamen iſta limitatio, licet ab omnibus approbetur:tamen mi hi non ſatisfacit ex eo,quia confunditur per tex. noſtrum, in quo nulla fit differentia de natura primordiali & accidentali, ſed generaliter actio ex ſtipulatu ſubrogata in locum rei vxoriæ capit vtranque naturam.Probatur, quia accipit naturam bonæ fidei, & tamen eſſe bonæ fidei vel ſtricti iur. eſt de natura accidentali & non primordiali vt concludit idem Iaſ. ſibi contrarius in l.certi condictio.in prin.ff.ſi.certum peta. & ibi communiter hoc tenetur, & probaui ſuprà in §.proxi.ponderando ibi text.& hoc vlterius ſuadetur per glo. notabilem. in §.actionum.in verb.permutatione. ſuprà eodem. vbi gloſſ. vult vt actio in factum,quæ ſubrogatur loco actionis præſcriptis verbis in illis duobus caſibus, in quibus eſt bonæ fidei, non dicetur bonę fidei:& idem dicit de certi condictione, nõ alia ratione, niſi quia illud eſſe bonæ fidei eſt quædam qualitas ſiue accidens quod ſubrogatus non capit:aliàs ſi fuiſſet de natura primordiali,nemini dubium eſt,quòd ſubrogatus ſaperet illud:vt omnes fatentur.Et pro iſta opinione bene facit textus in l.pri.§.belliſsimè.& §.ſi quis ſub conditione.ff. vt lega.no.capitu.doct.Barto.in l.videamus.§.ſi actionẽ.ff.de vſur. l.ſi ita ſtipulatus.eod.titu.in quibus iuribus probatur quòd actio ex ſtipulatu ſubrogata loco actionis bonæ fidei, recipit omnem eius naturam. Non obſt.text.in d.l.item veniunt.§.cũ

12 prædiximus, quia ibi petitio hæreditatis non † ſubrogata in locum legis Aquiliæ non capit naturam accidentalem eius, videlicet ne poſsit ad duplum agi:quia illud prouenit ex pœna: quo caſu ſecundum regulas communes proditum eſt, ꝙ diſpoſitio quæ comprehendit aliquos caſus non recipit caſus continentes pœnam:quia ſunt diuerſæ naturæ:argum.l.ſi præſes.ff.de pœnis.tradit Bart.in l.in teſtamento.& in l.multa. ff. de condition. & demonſtr.cum concord. vt per Decium qui latè hoc probat in l.factum. §.in pœnalibus.ff. de regulis.iu. Et hoc eſt quòd lex vel conſtitutio quæ aliàs extẽditur ex identitate rationis:nunquam extenditur reſpectu pœnæ:vt per plura probat Iaſ.in l.cum quidam.in ſecunda colum.verſi.ad iſtã regulam.ff.de liberis, & poſthumis.Secundò iſta regula limitatur vltra doctores hic procedere, quando ſubrogatio fit in locum extinctæ penitus actionis: & ita procedit iſte text. ſecus verò ſi actio prima duraret: quia eſſet potius accumulatio quàm ſubrogatio: ita iſtum textum declarat Iaſon in lege certi condictio.in ſeptima columna. ff. ſi certum petatur. Sed aduerte quia contrarium ibi tenet Angel.& Rom.& ultra ipſos.contra iſtam declarationem faciũt ea quæ adducit Pau. de Caſtro.in conſilio. 164.in præſenti cauſa.in quarta colum. in ſecundo uolum.dum alleg.l.cum filius. §. hæres meus. de legatis ſecundo. ubi concludit quòd aliquid poteſt ſubrogari in locum alterius extantis, & illud dictum Pau. de Caſtro approbant Moderniores in tractatu de primogenitura. in uigeſimaquinta quæſtione. lib. primo.uerſi. quadrageſimoquarto. in ſecund.colum.Et pro iſta parte eſt text.qui ſolet ad iſtã regulam communiter allegari,in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff. ſi quis cautio.Vbi fit ſubrogatio: & tamen prima actio iniuriarum ibi durat. Et pro iſta parte etiam ultra ipſum contra iſtã limitationẽ facit doctr. Bar.in l.filius.ff.de leg.ubi cõcludit ꝙ

13 uicerector † ſubrogatus ab uniuerſitate in locũ rectoris,recipit oẽs qualitates rectoris in cuius locum ſubrogatur: & tñ rector nõ erat extinctus:qa aliàs crearet rector nõ uicerector,& illud dictum Bar. ſequitur Roma.no.362.incipien.Barto.in l. filius.allegat pro hoc textum notabilem, licèt corruptè, in c. fin.93. diſtinct. quem text. ita tenet Felin.poſt Abb.in capitu. cùm olim. in primo notabili. de offic. delega. idem Felin.in rubrica de maio.& obe. in 4.col.uer.& limita.& Andr. Sicul. in c.ſanè. de offic.deleg. Alexan.in rubric. de offic. eius. in 4. colum. & in l. moræ.col.fin.ff.de iur.omn.iudic.Io. Bapti. de Sancto Seuerino in repet.l.diem functo.in 44.q. de offic. aſſe. cum ſimilibus. ut ibi per eos.In quibus locis apertiſsimè probatur quòd ſubrogatio fit in locũ extantis,& non extincti: ut eſt etiam caſus ultra prædicta in c.dilecto.de teſt. Non obſta. iſte text.quia non loquitur in ſimplici ſubrogatione prout doctores allegant:ſed in transfuſione & totali tranſlatione unius rei in alterã:quæ trãsfuſio idem eſt,quòd donatio legalis;quo caſu meritò dicitur quòd prima res debet extingui,ſicut uidemus in nouatione per quam actio prima in totum extinguitur & in aliam transmutatur. Et ideò nouatio dicitur prioris obligationis in alteram transfuſio atq; tranſlatio: ut in l.j.ff. de nouat.& iſto modo loquendi utitur iſte text. & ſic iſta uerba nõ competunt ſimplici ſubrogationi de qua nos loquimur, quæ poteſt fieri re prima exiſtente & in perpetuum & ad tempus. Et pro iſta ſolutione ego adduco doctri.Soci. facientem multũ ad propoſitũ in l.cũ filio.col. 14.uer. quarto loco. ff.de leg. j. & dictũ Bal. No. in tract.dotis,in 12.parte.in 4.col. ubi aſsignans drĩam inter nouationẽ hoĩs & legis,dicit ꝙ ĩ nouatiõe hoĩs actio nouans perſiſtit in ſua ꝓpria natura,nec accipit naturã nouatæ actionis. ut in l.aliã. ff. de noua. & not. in l.q bis idẽ ff.de uerbo.oblig.tamen ſecus eſt in nouatione legis,quia actio nouans recipit naturam actionis nouatæ. pro quo allegant text. hic,& ſic ſentit., quòd in iſto text. fit potius quędã nouatio legalis, quàm ſubrogatio. eſt bene uerum quòd eo caſu fieret ſubrogatio perſonarum in locum extinctæ naturaliter poſſet dici ſubrogatio: ut eſt text.in l.ſi iudex.& in l.mortuo. ff. de iudic. & ſic ſubrogatio in plus ſe habet quàm tranſfuſio: quia poteſt fieri & re extante & ea extincta:ut in capi. ſi hi contra quos.ut li. pen. libr. ſexto.& in capitu.fi.77. diſtinctio. & ita declarantur ea quæ dicit Barto.in l.inter.§.ſacram. colum.fin.ff.de uerbo.obliga. & ex iſtis patet quòd opin. Iaſ. & ſequacium in d.l.certi condictio.non eſt uera.

Terti

Tertiò limitatur ista regula nostri text. quòd non procedat vbi est diuersa natura & diuersa ratio in actione subrogata: secus si eadem . ita limitat Bart.in rep.l.pater filium.colum.penulti. versicu. dices tu.ff. de inoff.test.quem simpliciter sequitur Soci.in trac.regularum . num. 383. alleg. Bart. text.in l. cùm in fundo.§.si fundus.ff.de iu.dot.& hoc idem per illum text.sentit Soci.in l.cùm filio.in 14.col.& ibi repet. in 46. de leg. 1. & hoc expressè tenet Rom. notabili. 225. tu habes legem , &c. & istam limitationem tenet etiam Andr. Sicul.in c. ab excommunicato. in 5.col. num. 34. de rescrip. Tamen considerandum est, quia ista limitatio in primis confunditur per text. quem ibi ponderat Andr. Sicul. post Car.in c.ad audientiam. in 6. col. num. 32. de præscript. vbi volunt quòd subrogatum nomine alterius, licet non sit eiusdem naturæ: tamen censetur eodē iure, per text. ibi,qui probat, ꝙ pensio fuit ibi subrogata in locum beneficij. & tamen de illa debet fieri mentio in literis,sicut de beneficio:& tamen pensio nō est eiusdē naturę: vt patet in c.quamuis.de præben.li. 6. quod dicit Car. summè notandum.Ad idem contra illud dictum Bart. in d. l. pater filium.est decisio eiusdem Bar.sibi contrarij, in consi. 14. incip. an ius agendi. quem ibi ad hoc ponderant Bernard. Landrianus in apostillis ad eum: & eandem opi.tenuit idem Bart.in l. si quis filium.C.de inoffi.test.& ad tex.in d.l.cùm in fundo.§. cùm fundus.respondet Ludo.Bolog.ibi in primis suis interpretationibus. verum non hoc præsentis est indaginis , cùm variæ sint in hoc articulo super quo Bartol. ista dicit, scribentiū sententiæ: vt patet ex adductis per Saly. ibi. & Francisc.Cremen. qui de hoc opinio. turbine meminit notabi. 128. incip. antiqua est quæstio . Quartò limitatur prædicta regula quòd procedat quando subrogatus totā prærogatiuam capit à subrogante siue ab illo in cuius locum subrogatur : secus verò si per prius saltem in habitu aliquid competebat subrogato : quia tali casu si subrogatio fiat respectu actus siue exercitij, regula non procedit : quia iudicatur illa potestas, vt propria, non vt subrogata. istam limitationem colligit naturaliter Felin. ex dictis Abb.in c. licet ex suscepto. in 2. col. versi. ex qua signa.de fo.compe.& ibi Abb.col.fin. quam ibi Feli. vt notabilem commendat: tu etiam vt nouam signabis . est verum ꝙ in exemplo posito per Abb.ex quo ista colliguntur, posset moueri lis:tamen perniciosum duco aliquando nolle maiorū tantum authoritatibus acquiscere , vt quidam faciunt quorum opin.fuit, vt nisi cuncta vt malè dicta insequantur,non putent se gloriam adeptos. Quintò limitatur ista regula quòd non procedat quando est diuersa qualitas sub subrogato : quia tali casu non sapit naturam illius cuius in locum subrogatur : ita in notabili. q. limitat Alex. in consili. 117. viso themate. in 2.colum. versi. est similis . in 3. columin. & hoc idem tenet Feli.licet de Alexand.mentionem non faciat,in c. super his.in 5.col.de accu. vbi plura adducunt. & vltra ipsos pro ista limitatione bene facit quod idem Alexand. adducit in l. si grege. in fine. post Bald. ff. de leg. 1. facit etiam quod voluit Barto. in l.si quis nec causam.ff.si cer.pe. vbi dicit quòd in casu illius legis, licet depositum subrogetur in locum mutui:non tamen regulatur secundum naturam mutui, vt accipiens teneatur de casu fortuito : vt si pecunia fuit data in sacculo , quo casu non fuit translatum dominium : ideò propter diuersam qualitatem non sapit in hoc naturam mutui : ad idem facit text. in c.super quæstionum. §. si verò.de offi. deleg. vbi si duo sint delegati principis cum potestate subdelegandi , si vnus alteri subdelegauerit vices suas, nō poterit ille postea delegare propter qualitatem diuersam. Sextò ista regula limitatur per Soci.in rep.l.1.in 10.col.ff.quis & à quo appel. quòd non habeat locum quando aliquid specialiter plus vel minus reperiretur dispositum in subrogato , vt est in eo cui mandata est iurisdictio:quia licet censeatur subrogatus in locum iudicis ordinarij:tamen demandare iurisdictionem non potest sicut ordinarius:qa reperitur expresſè dispositū: vt in l.more.ff. de iu.om. iud:& istam limitationem sequuntur nouissimi, videlicet quidam Iac.de Nigris doc.Bononien.in l.fi.in primo not.ff.de offi.eius.vbi aliter declarat.vide ibi. Aliæ duæ limitationes ad istam regulā colligūtur ex dictis Alex.in l.1.§.fi.ff.de offic. eius cui man.est iurisd. Prima est quod ista regula nō procedit.ubi agitur de industria personæ.secunda,quòd nō procedat in materia iurisdictionis. Istas duas limitationes refert Deci. in c.si pro debilitate.de offic.deleg.ubi primam reprehendit, & sequitur secundā.sed in d.l.1.utrasq; reprehendit.breuiter ista uidetur ueritas ꝙ prima limitatio non multū est catholica: quia usque liquet eius ratio : secunda uerò cōmuniter approbatur ibi per docto. Et ista sufficiant quantum ad istud primum notabile, & regulam istius text. quam ingenuè fateor usque ad ista tempora illorū nullus qui iura ventilarunt, & de præsenti voluunt, ita digessit vel nouiter ampliauit: quæ omnia conferri possunt ad ea quæ Ias.& omnes tradunt in l.si eum. §.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.vbi Ias.pro ista regula sex ampliationes ponit præter istas.

14 † Secundò not.ex isto textu, quòd actio ex stipulatu competens pro dote est bonæ fidei : sed iuxta hoc dubitat Io.Fab.& Ias. nunquid sicut actio de dote est bonæ fidei , ita & ipse contractus dotis.Ioan.Fab.dicit quòd nō, per textum in c.veniens . de conuersion. coniug. Iason tamen concludit contrariū non satis clara ratione. Mihi videtur ꝙ vtraque opinio possit sustineri.primò,pro opin. Ioā. Fab.facit quia secundum regulam communem glossarum in §. suprà proximo,contractus omnes qui non reperiuntur expressi in d. §.sunt stricti iuris : sed contractus matrimonij non est expressus:igitur &c.secundò,quia dolus dās causam contractui bonæ fidei,annullat ipso iure contractum: sed matrimonium spirituale,quod est idem cum temporali,non annullat: vt in d.c. veniens.& in c.dudum.de conuer.coniuga. ergo &c.

Tamen ad ista duo potest responderi . ad primum quòd licet contractus non sit expressus in §. proximo : est tamen hic expressa actio de dote quæ est consequens ad matrimonium. & qui vult consequens præsupponit suum necessarium antecedens.l.illud.ff.de acquirenda hæreditate.& l.ad rē. ff.de proc. cū concor.vt per Alex.in rub C.qui admit. nam actus sequens confirmat pręcedentem & trahit eum in suam naturam.l.si nemo.§.finali. ff. de testamen. tutel. & quia virtus contractus in actione consistit : nam ad illum finem diriguntur vt experiamur in iudicio quod nobis debetur. Non obstat secunda ratio, quòd dolus dans causam bonæ fidei cōtractibus &c.quia illa regula negari pōt:vt latius dixi suprà in §. proximo.tamen pręsupposita illa regula,ꝓ vera ex alio illa regula limitatur procedere qn̄ dolus est talis qui caperet etiam prudentissimum: per dictum Inno.in capitulo.cùm dilectus.quod met.cau.qui communiter ibi approbatur:sed in d.c.veniens.&.c. dudū.nō fuit dolus huiusmodi : ideo valuit ingressus religionis. Vel secundò respondetur ꝙ illa regula, ꝙ dolus dans causam annullat contractum , est bene verum actus temporales : secus spirituales . ita est glo. communiter approbata in d. c. dudum . & in d.c.veniens:sed matrimonium est actus spiritualis: vt est text.& ibi glo.in verb. spiritualibus.in c.fi.de iud. lib.6. igitur illa regula non procedit.

Et pro hoc opi. Ias.cōfirmatur, dū vult huiusmodi cōtractū esse bonæ fidei.ꝓ quo vlterius facit:quia cū cōtractus matrim. pertineat ad eccl. & sit de iu. cano. ꝑ cōsequens necessariò est dicēdū esse bonæ fidei: cùm omnes cōtractus de iure canonico sm̄ cōmunem opi.sint bonę fidei,ꝓ dictū Bal.in c.1.de mut. pet.cū plurib.cōcor.quæ scripsi suprà in §.proxi.in 1. charta:licet ibi cōtrariū tenuerim.in proposito tñ retenta d.regula cōmuni,ꝓ vera multū facit pro ista parte.Præterea quia in cōtractu matri. agitur de bono & æquo & mediāte æquitate.c.fi & ibi Fel.& in c.cōsanguinei.de re iu.Ratio est:qa cū sit matrim. inuentū à Deo. reputatur fauorabile propter causas positas in l.1.ff.so.ma.& ista opi.vlterius suadet:quia ego habeo quod in contractibus stricti iuris impossibilis cōditio vitiat actum , sed non uitiatur. l. impossibilis. ff. de verborum obliga. secus tamen est in contractu matrimonij : vt tenet Feli. in c. 1.in 2. col.vt lit.non contest.per text.in c.fin.de condi.appos. & tamē inficiari non potest quòd istud sit priuilegum bonæ fidei : vt dixi suprà in §.proximo.dum allegaui Aretin. in l.vbi. de verborum obliga.si rectè recordor. item in contractu matrimonij tacitum habetur pro expresso. c. ex literis . de spon. quod tamen in contractibus bonæ fidei præcipuum est: vt suprà in §. proximo in glos. magna. Præterea sicut contractum bonæ fidei dolus dans causam annullat ipso iure , ita & matrimonium carnale.de hoc modo videtur esse casus in terminis non pōderatus in c.tua nos.de spōsa.& ad tex.in dicto c. ueniēs.&

c. dudum. suprà in contrarium allegatis patet solutio: quia loquuntur in matrimonio spirituali, puta de ingressu religionis; inter quæ est longa differentia: accipias tamen istam notabilem: quia videmus quod sententia lata in matrimonio carnali non transit in rem iudicatam. dicto c. consanguinei. & l. si hi qui. C. de adulte. secus tamen in matrimonio spirituali: vt est text. in c. cum dilecti. in fin. de electio. & notabiliter per Hostien. in summa, titulo de re iud. §. quot sunt eius species. col. 5. ver. sed nunquid hoc simpliciter verum. Abb. in c. cùm Bertoldus. col. 13. de re iud. domi. in c. ordinarij. §. 1. in fin. de offi. or. lib. 6. glo. 1. in fi. in c. 1. de conces. præb. cum si. sic ergo isto casu manifesto etiam apparet differẽtia circa dolum. Istis
15 tamen non obst. opi. † Ioan. Fab. mihi videtur iustior ea tantum ratione, quia ille contractus non reperitur expressus inter contractus bonæ fidei suprà in §. proximo: ergo erit stricti iuris: & ista regula iam longa & trita consuetudine doctorum firmata locū legis habere videtur, per ea quæ dicit Ang. in l. si idem cum eodem. §. 1. ff. de iur. om. iud. Nec ob. quòd actio de dote est bonę fidei. & qui vult consequens &c. quia respondetur quòd illa regula non procedit vbicunque aliud est datum pro forma. ita dicit Alex. post Saly. in l. fi. per illū tex. C. de hær. Insti. sequitur Ias. in l. Gallus. in prin. versi. tenẽdo. ff. de lib. & posth. sed in casu est data forma quòd omnes cōtractus qui non sunt expressi suprà in §. prominò, sin stricti iuris: ergo ab illa non est recedendum. Nec ob. quòd iste contractus est spiritualis, & dicitur de foro canonico de quo omnes contractus sunt bonæ fidei: quia dico, quòd licet ista causa matrimonij sit certo respectu spiritualis, prout declarat Bald. in l. quoties. C. de iudic. & Paul. de Cast. in l. Titia. ff. so. ma. post Bar. tamen non infert ꝙ propterea sit bonæ fidei. Et illud dictum ꝙ omnes contractus de iure canonico sint bonæ fidei est falsissimum: & ego suprà §. proximo per duo bona iura confundo; ad quæ nō potest iuridicè responderi. Non ob. quod dicebatur ꝙ matrimonium cōtinet plures fauores & priuilegia quæ enumerat Io. An. in c. 1. vt lit. non contest. & vltra illa præcipuū illud, ꝙ impossibilis conditio vitiatur, sed nō vitiat contractū: quia illud in primis non est sufficiens, vt contractū faciat bonæ fidei: patet, quia etiam in testamento cōditio impossibilis vitiatur & non vitiat. l. reprehendenda. C. de insti. & sub. & l. quidā. ff. de condi. insti. & nemo dicet testamentum esse bonæ fidei, nisi tantū actio pro eo competens in duobus casibus positis in l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. rest. nō est neces. vt declarat Bart. in l. si hæres. ff. quòd cer. loc. ergo eodem modo de contractu matrimonij dicendum est. & illud ꝙ habeat plura priuilegia & ꝙ tacitum habeatur pro expresso, etiam nō releuat: quia in mutuo etiā contra regulas iuris plura specialia priuilegia admittuntur: & ꝙ tacitum pro expresso habeatur; vt in l. singularia. & l. cum quid. ff. si cer. pe. & hoc etiam in tacitis necessarijs admittitur in stipulationibus: vt tradit Are. in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obli. & tamen omnes isti cōtractus sunt stricti iuris. Nō ob. postremò tex. in c. tua nos. quia in illo tex. plura concurrebant. s. dolus, error, & machinatio, quibus etiam concurrentibus concluditur ibi contrarium. s. ꝙ matrimonium valeat in foro seculari; secus est in foro Dei: & ita intelligitur quod suprà dictum est secundū communem intellectū. est igitur ibi casus pro ista opi. magis q̃ pro contraria. Cōcludo ergo, istū contractū esse stricti iuris. quāuis disputatiuè quælibet pars sustineri possit: tamen mihi opi. Io. Fab. præsens placet. Redeūdo igitur ad istud secundū notab. habes ex eo ꝙ actio ex stipulatu est bonæ fidei: secundo ꝙ contractus matrimonij iuris: & hoc respectu mulieris non habet dubiū. Sed maior est difficultas respectu mariti, videlicet an sicut actio ex stipulatu cōpetens vxori ad repetendam dotem est bo-
16 næ fi. ita † & illa quæ competit marito ad exigendā. Et breuiter cōmunis opi. est ista ꝙ sit bonæ fidei: vt hic tenent omnes. Et pro ista opi. ego pondero tex. in l. 1. in prin. ibi, omnes dotes &c. C. de rei vx. ac. vbi patet ꝙ priuilegiū tacitæ stipulationis datur ipsi doti, seu contractui ipsius dotis nō autem ipsi soli mulieri: sed maritus dū repetit dicitur agere ad dotem: ergo agit cū suo priuilegio: quia qualitas non potest cognosci neq; separari à subiecto. l. eius qui in prouincia. circa fi. ff. si cer. pet. no. Bal. in l. 2. C. de bo. pos. secūdū tab. & in l. omniū. C. de test. & in l. 1. & ibi Bal. C. de con. ob causam. Ias. in l. ꝙ si stipulatus. ff. si cer. pe. cū concor. vt tradunt Moder. Ticinen. in rep. l. Celsus. in 5. no. ff. de vsuc. Et pro ista parte facit etiam tex. in d. l. 1. §. & vt plenius. ibi, ex vtroque latere &c. & circa finē illius. §. ver. simili modo. ibi, ex vtraque parte &c. vbi colligitur ꝙ istud priuilegiū tacitæ stipulationis tam ex parte vxoris q̃ mariti cōpetit: & tamen postea text. in ea. l. §. sed & si qui. venit continuatiuè ad præceden. dicit talem actionem esse bonæ fidei: & sic intelligitur ꝙ in vtroque cōtrahentiū dispar sit cōditio. ar. l. fi. C. de fruct. & lit. exp. & c. nō debet. de re. iur. lib. 6. suadetur hoc: quia cum vir & vxor sint correlatiua. in correlatiuis quod introductum est fauore vnius, extenditur ad alium: vt est casus de marito & vxore in l. non tantum. ff. de re iudic. cum multis concor. decisio quæ tradit in proœ. Gregoria. in 1. colum. & Mod. Bononien. in trac. extensio. in 32. & 33. colum. & De-
17 cius in cap. translato. in 1. & 2. lec. de consti. † Vltimò pro ista opi. pondero nouiter text. nostrum hic ibi, in actione ex stipulatu quæ de dotibus exigendis proponitur &c. pondero verbum, Exigendis, quod denotat actionem pertinentem ad maritum: vt in l. ad exactionem. C. de do. promis. & tamen dicit hic text. quòd talis actio est bonæ fidei. Ex hoc potest inferri vnum contra omnes, quòd dispositio istius text. in eo quod loquitur de actione ex stipulatu, vt sit bonæ fidei, loquatur tantum de marito in quo erat dubium: quia de muliere non erat dubitandum, cùm per iura antiqua fuisset declaratum: & sic quò ad istum effectum text. iste vult quòd actio ex stipulatu quæ ad exigendam dotem dabatur, & sic ipsi marito: quòd hodie sit bonæ fidei, confirmatur hoc ex ver. perferri autem. vbi tex. loquens per aduersatiuā, Aūt, excipit mulierem circa vnum priuilegium concessum doti quod nō competit marito: & sic videtur innuere, quòd in præcedẽtibus tex. loquitur de marito. Concludendum est igitur, actionem marito competẽtem ad dotem esse bonæ fidei: quod per alia motiua præter ista probat Bald. Nouel. in tracta. dotis, in 4. parte, in 5. colum. versiculo quartò quæro. & ex hoc infero quòd sicut ista actio ex stipulatu in quam transfusa est actio de dote, est de iure ciuili propter istam transfusionem. ar. l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iu. ita & contractus dotis erit de iure ciuili: licet olim fuisset aliquo respectu de iure gentium. & ita tenet Baldus Nouel. in trac. dotis, in tertia parte. in 2. colum. & quia dicendum est actionem viro competentem esse bonæ fidei, quæri potest, quid in actione ex stipulatu quam sibi acquisiuit extraneus in traditione dotis, quod communiter concluditur quòd sit stricti iuris: vt per doc. omnes in l. de diuisione. ff. so. ma. quorum opi. ego ista ratione probo: quia clarū est quòd actio ex stipulatu hodie est effecta bonæ fidei in casibus in quibus competebat actio rei vxoriæ, vt hic patet: sed actio rei vxoriæ non dabatur extraneo, sed actio præscriptis verbis: vt in l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. ergo ista non competeret illi, cùm sit subrogata in locū illius: & ita tenet Soci. in d. l. 2. sed ista ratio euitari posset: quia eadem ratione esset dicendum ꝙ ista actio non deberet dari patri, cum de iure antiquo non cōpetebat sibi actio rei vxoriæ, sed actio propria sibi data: vt dicit gl. fi. hic in fi. & tamen videmus quòd competit illi actio ex stipulatu: vt in l. 1. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. & Bart. sibi contrarius tenuit istā opin. in l. si constāte. in 6. q. secundæ partis, sol. ma. rationibus satis coloratis de, quibus ibi per eū, ad quas satis bene respondet ibi Ias. Breuiter à cōmuni non est recedendum quam latè defendit idem Bal. Nouel. respōdens rationibus Bar. in d. trac. in 4. parte. in 2. col. & in 4. parte. vbi quęrit de pluribus alijs quæstionibus quas hic ponit Ias. vbi videas per te: quia hic non intendo singulas quæstiones ad materiam dotis pertinentes prosequi. non enim tractatū sed lecturā in qua tantū abest vt infirmos adhuc animos uestros multitudine rerū onerare uelim, quantum conducere arbitror scribentibus comentaria: ut tantum ad text. & ad glo. pertinentia
18 exactissimè exequantur. † Tertiò not. secundum Aret. hic ꝙ actio ex stipulatu pro dote etiam si expressè nō interponatur, præsumitur tamen tacitè à iure: & sic infertur, quòd aliquando lex fingit stipulationem ubi non interuenit. ita Ang. hic. Ias. tamen hic reprehendit Are. dicens istud notabile nō colligi posse ex isto text. nisi iudice. licet in se uerum sit. nā text. hic nihil dicit de tacita stipulatione, sed de tacita hypotheca, quæ inter se sunt multum diuersa. Sed aduertendum est quòd si subtiliter

liter

liter consideretur iste text. opin. Ang. Are. optimè probatur, in illis verbis, sed & tacitam ei dedimus. &c. pondero illam aduersatiuam Sed, de cuius natura est quòd quando ponitur cum copula, denotet eandem esse decisionem iuris cum superiori casu: licet diuersificet factum. casus est de hoc in l. j. ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi exi. quem ibi ad hoc notat. Ias. in 5. notabili. col. 3. & hoc idem tenet glo. in l. patris, & filij. & ibi Bar. ff. de vulg. & pup. cum alijs concor. vt per Deci. & Ias. in auth. ꝙ locum. C. de colla. & per Ias. in d. l. j. cū igitur text. in istis verbis loquatur de tacita hypotheca, per aduersatiuam, Sed &, ergo præsupponit idem esse in stipulatione quantum ad priuilegium iuris, licet diuersificet factum. & hoc ratione suadetur etiam, videlicet, quòd iste text. in illis verbis sentiat quòd idem sit in tacita stipulatione. nam clara, & aperta est iuris regula, quam isto casu Iaso. minimè debuit obliuisci, quòd paribus passibus ambulant priuilegium tacitæ stipulationis & tacitæ hypothecæ: quia quod dicitur de vno, & de alio repetitum censetur. l. vnica. §. sed vt plenius. C. de rei vxo. actio. quam regulam sequitur Bald. Nouel. in tract. dotis. in 6. parte in 6. speciali. in j. col. & in pluribus locis illius tracta. & est tex. in d. l. j. §. extraneum. qui loquitur de tacita stipulatione: & tamen doc. ibi dicunt idem esse in tacita hypotheca: ergo non est verum quod dicit Ias. esse diuersa: quia cum paribus passibus ambulent, prouisio istius text. de vtroque videtur inducta. Fortificat hoc: quia aut dispositio istius text. se refert ad l. vnicam. C. de rei vxo. aut ille se refert ad istam. Quouis modo consideres, cum in eodem casu loquatur, vna per aliam suppletur. l. non est nouum. & l. sed & posteriores. vbi gloss. ff. de legi. & sic omnis qualitas quæ est in termino ad quem fit relatio, intelligitur repetita in termino referente: vt dicit Bald. per illum tex. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. & idem Bald. & Ange. in l. si prior. per illum text. ff. sol. ma. & in l. si ita scripsero. de condit. & demon. & Ias. in l. vbi autem. §. illud. ff. de verb. obl. cum igitur text. in d. l. vnica, hoc apertius de tacita stipulatione exprimatur, ergo in isto text. siue sit prior siue posterior, debet illa qualitas suppleri per d. leg. sed & posteriores. sic ergo Angel. Aret. bene & optimè collegit notabile ex isto text. qui virtualiter hoc probat. Et ex hoc ego infero, quòd talis stipulatio non solum competet marito constante matrimonio ad exigendam dotem, sed etiam soluto mat. pro fructibus, & alijs contingentibus dotem. Ratio est: quia tunc quasi omnia priuilegia dotis habent locum. pro quo facit text. no. in l. si marito. §. fin. ff. solu. mat. glos. in l. diuortio. §. ob donationes. eodem titulo. & ideò videmus quòd sol. mat. durat fundus dotalis & eius priuilegium, vt sit inalienabilis: vt l. 3. & l. etiam. ff. de fun. do. & per hoc dico ꝙ glo. in l. omnino. ff. de impen. in reb. do. fact. non bene dixit: quæ vult actionem ex stipulatu nō competere ad fructus: nam ex quo tota virtus actionis de dote est transfusa in ista, ego non video quare stipulatio non cōpetat. Secundò infero, quòd sicut expressa stipulatio inducta est hoc casu in fauorem mariti, ita etiam tacita per istum tex. censetur inducta: quod etiam simpliciter firmat Bald. not. in tract. dotis. in 4. parte colum. 2. & sic resultat ex hoc vnum nouum quòd per istum text. censeatur sublata dispositio. l. ad exactionem. C. de dotis promiss. quæ disponebat virum posse agere ex pacto nudo ad exigendam dotem sibi promissam fauore dotis, contra regulam. l. iurisgentium. ff. de pact. nā ex quo hodie in simplici promissione dotis subintelligatur tacita stipulatio: vt suprà dictum est per istum textum, & tex. in d. l. 1. de rei vxo.. ac. tam in fauorem mulieris ad repetendam dotē quàm viri ad exigendam per istum text. in verbo exigendis. vt suprà diximus: ergo illa actio quæ dabatur viro pro dote exigenda vigore illius l. ad exactionem. est sublata, sicut est sublata actio de dote quæ dabatur vxori pro ea repetenda: & per hoc cessabit specialitas illius legis contra l. iuris gen. & inducetur aliud speciale præter illam legem: & per hoc ego cōfundo opin. Bald. Nouel. in trac. dotis. in 6. parte, in princ. qui tenebat contrarium, & malè: contra quam ego adduco opi. Barto. quem ibi communiter sequuntur doc. in l. j. versi. ad secun-

20 dum venio. ff. sol. mat. quamuis pro opi. † Bal. Nouel. sustinenda plura adducant Hispani nostri in l. legitima. ff. de pac. vt latius dixi in d. l. j. Infero etiam vnum aliud notabile ex ista stipulatione pro dote quòd ex quo in eam transfusa sunt omnia priuilegia actionis de dote, quod hodie non agetur: ad dotē certam certi condictione generali vel speciali ex stipulatu: dato quòd actio ex stipulatu de natura sui non competat nisi ad incertum: vt supra de verb. oblig. in princ. & ita tenet glo. in l. si quis certum. ff. si certum petatur. sic declarans istum text. & per hoc ego dico ꝙ dictum mod. videlicet cuiusdam Pauli de Citadinis in trac. suo de iure Pat. sit falsum: dum ibi. fo. 12. eiusdem tract. col. 2. vult quòd si dos incerta promissa sit, ꝙ competat certi condictio ad illam dotem: quod est falsum per prædictam glo. quæ communiter approbatur: vt patet ex adductis per doct. suprà de verb. oblig. in princ. & fortè inferius dicetur. Resultat etiam ex istis quòd dictum Alexan. in l. singularia. ff. si certum peta. magis fortificetur. dum ibi post Paul. de Cast. dicit quod licèt in mutuo inductum sit, ꝙ si numero pecuniam, & statim stipulor mihi reddi. quod non cōpetit mihi actio ex numeratione, sed ex stipulatione: nisi sit cōtractus bonæ fidei, puta depositum vel commodatum in quibus deponens vel commodans stipulatur ad sui cautelam. & ideo datur actio ex numeratione, ne illa cautela sit sibi damnosa ratione de qua ibi per eum, tamen secus est in terminis. istius text. & d. l. vnicæ. §. accedit. C. de rei vxo. ac. vbi si detur dos uel promittatur ab extraneo, & stipuletur sibi reddi, nō datur actio de dote, sed ex stipulatu. Ratio est: quia ex quo ꝑ transfusionem talis actio effecta est bonæ fidei, nō potest mulier considerare illam utilitatem obuenientem sibi ex prima actione bonæ fidei, quæ aliàs non facta ista transfusione cum tantundem consequatur, ut ibi per eum: super quo tamen latè disceptat Bald. Nouel. in prædicto trac. folio 5. in 2. & 3. colum. Quarto no. ibi, ut bonæ fidei sit. ꝙ istud uerbum non propriè significat tale, sed secundum quid. concord. text. in l. 3. §. genera. ff. de acqu. pos. quod est contra doc. Bar. in l. si maritus §. legis. ff. de adult. quem sequitur Ias. in l. nemo. in j. col. 2. lec. & in l. qui quartam. nume. 5. & in l. cætera. §. item quæri. nume. 4. de leg. j. Et hoc probatur hic quia stipulatio simpliciter est de natura sui stricti iuris: & quod isto casu sit bonæ fidei, accidentaliter procedit & secundum quid, non propriè & originaliter: & ideo uidemus ꝙ ista non enumeratur in §. proximo: quia ibi ponuntur actiones quæ ab origine & de propria sui natura sunt bonę fidei: quod no. reliqua notabilia expediē tur in glo. Glo. transtulimus. diuiditur in tres partes. in prima declarat text. per remissionem. in secunda ibi, & competit &c. ponit requisita istius stipulationis. in tertia ibi ibi, nam & alias. ponit concor. ad tex. in quibus etiam fingitur stipulatio. In secunda parte ibi, siue marito, &c. habes ex glo. ꝙ actio ex stipulatu, de qua hic tacita non solum competit marito & uxori, sed etiam patri istius mulieris. Modò ad plura est aduertendum circa istam conclusionem. Primò erit uidendum, de quadam suppletione Ioan. Fab. hic, dum supplet quod ista actio ex stipulatu datur marito siue uxori, ipse addit siue dos sit certa, siue incerta. Secundo erit uidendum, nunquid ista tacita stipulatio competat soli patri. Tertiò nunquid ista stipulatio dicatur ficta vel præsumpta. Vltimò quid quando stipulatio est inutilis. Circa primum Ias. hic dicit quod licet ista sit

21 communis opin. † quod actio ex stipulatu de qua hic, detur ad incerta: tamen sibi multum obstat unum motiuum: quia si ista communis conclusio esset uera, sequeretur quod inducerentur duo specialia contra l. j. C. de do. promis. primum ꝙ fingatur tacita stipulatio: secundo ꝙ detur ad certum: quod sibi multum obstat. & residet. Or audias diligēter, ꝙ licet istud motiuum tanquam proprium extollat Ias. hic, tamen illud originaliter & in terminis fuit Bald. Nouel. in tract. dotis in 6. parte in secundo speciali, ubi etiam non respondet ad illud: sed si tu rectè consideras, illud argumentū non facit cōtra dictū Io. Fab. quia ipse nō loquitur de tacita stipulatione, sed de expressa, secundū hoc nō essent duo specialia. sed posito ꝙ Io. Fab. de tacita loqueretur, dico tibi ꝙ ista duo specialia tēdūt ad diuersa: iō concurrere possunt, ut idē Bal. Nouel. dicit in d. tra. in 6. parte, in nono speciali. alleg. text. quē ēt ibi Mod. ad hoc ponderant in l. singularia. ff. si cer. pet. & l. si uero non remunerandi. §. idē Marcellus. ff. mandati. & c. quia in tantum. & ibi gl. de præb. & tenet Alex. in l. sciendū. ff. de uerb. obli. & tenet Bar. in l. fi. C. quib. ex cau. maio. cum si. Sed præsupposito etiam

to etiam quòd circa idem, ista specialia concurrerent, non est inconueniens quòd illa fauore dotis admittantur: vt est casus in le. final. C. ad Vella. vbi circa eundem actum non solum, duo specialia fauore dotis admittuntur, sed tria: & ita istum text. ad hoc idem ponderat Ioan. de Monteferrato in repetit. l. si constante. ff. solut. mat. ad idem est bonus text. in l. in rebus C. de iu. do. vbi concurrunt duo specialia. primum quòd transfertur dominium sine traditione, contra l. traditionibus. C. de pac. secundum quòd in re propria constituitur pignus contra l. neque. ff. de reg. iur. Et propriè in terminis nostris est glo. ad literam, quæ ponit 5. specialia fauore dotis, inter quæ enumerat ista de quibus est præsens disceptatio, in l. j. §. sed & si non ignoremus. in verbo actionis. C. de rei vxo. act. quam videas Non obstat modò text. in l. j. C. de dotis promis. quia in primis ille text. posset euitari illa cōmuni ratione posita per Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. quòd lex habens plures intellectus non est allegabilis: & illa non solum plures sed quinque vel sex intellectus habet: sed vt hæc missa faciam illud in præsenti ad resolutionem illius legis educam quod tradit Alex. in l. sciendum. in j. col. ff. de verb. obli. videlicet quòd ibi non sunt duo specialia: quia verbum, promisit, de quo ibi secundum regulas iuris in instrumento positum, stipulationē importat. d. l. sciendum. quam Alexand. rationem eo tacito Soci. sequitur. in l. j. ff. solu. mat. & Hispanus noster Fortunius, etiam vt propriam sibi vendicat in l. j. ff. de pac. & in repe. ca. j. col. 12. eodem tit. & ibi prædicti doct. aliter resoluunt dictam. l. j. & latius cæteris reassumit Ioan. Crot. de Monteferrato in rep. l. si is qui pro emptore. in 62. col. ff. de vsuca. vbi plures nouos sensus scribit circa d. l. j. quorum aliquos reprehendunt Mod. Bononien. in tract. de extensio. col. 25. non prosequor quantum satis latè dixi in repe. mea. l. j. ff. sol. mat. ubi est propria materia examinata per omnes: sufficit ergo Alexā. resolutio ad præsens pro enodanda illa. l. Circa secundum quod ex ista parte glo. colligitur† an actio ex stipulatu competat ipsi patri. Ias. hic grandi supercilio reprehendit glo. vt hic per eum: mihi videtur quod non meruerit reprehendi ex eo. quia nulli dubium fuit, quin quando actio est communis patris, & filiæ, quòd stipulatio tacita competat patri, vt patet in d. l. vnica. §. extraneum ver. parenti. immo ex generalitate illius tex. colligitur apertè idem esse quando dos consolidatur in patrē superstitē filia præmortua in matrimonio: sic ēt ecōtra qñ cōsolidatur in filiā factam sui iuris: vt colligitur in dic. §. extraneū. iuncto. §. seq. & §. videamus. eiusdem legis. & hoc est qđ vult dicere glo. nostra. Isto igitur casu actio fingitur in fauorem patris, qui in hoc est priuilegiatus plus quàm extraneus: qui dato quòd promissione dotis pacisceretur dotē sibi reddi so. ma. non tñ fingeretur tacita stipulatio: vt innuit tex. in d. l. vnica. §. accedit. dum ibi sentit Imperator in illis verbis, nulla stipulatione vel pacto in suam personam facto. &c. quòd ita demū actio ex stipulatu cōpetat extraneo, si expressè eam apposuit. & sic vides ꝙ in hoc non tantum fauetur extraneo: quod tenet glo. notabilis in l. 2. in princ. ff. sol. ma. Et tñ verum tale pactum de dote sibi reddenda dicitur vestiri cohærentia contractus, videlicet præambulæ promissionis dotis: vt habetur in d. §. accedit. & in l. auia. C. de iu. dot. & hoc est mirabile quòd nudū pactū per extraneū factū de dote promissa vestiat aliud pactū sibi coherens. s. de dote sibi restituenda: licet non ita sit in patre promittente dotē vt habetur in d. l. auia. & in l. quoties. ff. so. ma. rōne aūt diuersitatis ponit Iaso. quē videas: & hoc est notandum ad ea quæ tradunt in l. petens. C.

23 de pact. Circa tertium † an huiusmodi tacita stipulatio sit ficta vel præsumpta, gl. hic non aperit expressè. Bal. tamen in l. j. in prin. C. de rei vxo. ac. distinguit ꝙ aut constat expressè appositam esse stipulationē: & tunc est uera stipulatio: aut dubitatur, & tunc est præsumpta: aut pro certo habetur quòd non interuenit, & tunc est ficta. & istam distinctionē sequitur Ias. hic. Or audi ꝙ ex discussione huius puncti resulrat ista vtilitas: quòd si est ficta, nō pōt admitti probatio in contrariū: secus si præsumpta: ut not. in l. si duo. ff. de acq. hære. & in l. siue possidetis. C. de probatio. & glo. in l. fi. ff. quod met. causa. & propterea in terminis. l. sciendum. ff. de uerb. oblig. ex eo, quia ibi est præsumptio, poterit probari cōtrarium, quòd ibi postulatio non intercessit. Ad propositum igitur quæstionis redeū do mihi uidetur dicendum prima facie, quòd stipulatio, de qua hic agitur, censeatur ficta, & nō præsumpta quicquid Bal. dicat. & per hoc pondero text. in d. l. vnica in princ. ubi dicitur quòd stipulatio intelligitur re ipsa subsecuta: & sic totus ille text. loquitur per uerbum intelligitur. de cuius natura est, ꝙ fictionem importet. l. si tibi homo. §. cum fundus. ff. de leg. j. cum concor. ut per Ias. in ru. ff. so. mat. in 2. col. si ergo sit certum uel incertum quòd stipulatio non interuenit, uidetur de intentione illius legis quod inducatur ficta stipulatio. In contrarium tamen facit: quia uerbum, Intelligitur, præsumptionē inducit, non fictionem, prout est text. & ibi glo. in l. nec emptio. §. fi. ff. de contrahen. emp. c. ex studiis. & ibi glo. extra de præsump, & text. in l. fin. in prin. ff. de iureiur. igitur text. in d. l. vnica. quæ loquitur per dictum uerbum, inducit præsumptā stipulationem, & non fictam. Et ideò in ista contrarietate necessario tenenda est distinctio quam facit Bald. in d. l. unica. ex qua ego puto quòd ista iura possunt reduci ad concordiam, uidelicet, quod aut est certū ꝙ interuenit stipulatio: & tunc uerbum, intelligitur, inducit fictionem. Aut dubitatur, & tunc inducit præsumptionem: & secundum hoc poteris tu applicare omnes vtilitates quæ ex hoc resultant, & quas longo uerborum ambitu scribit hic Ias. & ante ipsum Bald. no. in d. tra. so.

24 9. † Et quid si maritus uel uxor essent muti, nunquid ista tacita stipulatio fingatur, attento quod extrema non sunt habilia: ut in l. j. ff. de uerb. oblig. Respondet hic Aret. post. Ioann. Fab. & Ias. quod tali casu poterit per seruum dotem promittere. quia tunc reputatur præsentes. Sed contra hoc obstat quod inducerentur duo specialia. primum quod absentes fingerentur præsentes. Secundum quod inter ipsos sic præsentes fingatur stipulatio: immo etiam eo casu quo absentes promittentes dotem per seruum loquerentur, procederet eadem ratio, & tñ secundum communes doct. duo specialia in dote non admittūtur. d. l. 1. C. de do. promis. nisi dicamus quod primum non ē speciale, sed procedit secundum ius commune: ut quis absēs per seruum suum possit sibi stipulari d. l. in princ. ff. de uerbo. oblig. sed istud credo non procedere qñ per nuntium promissio fieret: quia in eo contrarium procederet: nam nō puto eandem rationem esse in eo: ex eo, quia lex in seruo illud concessit: quia uox domini reputatur, & ex se quo ad actum illum iuris ciuilis pro mortuo reputatur. §. ei uero. suprà de inuti. stipula. & l. serui. de reg. iur. & ratio potestatis etiam multū tali casu suffragatur: quia omnia in simplici nuntio cessant. cogitabis tamen. Præterea colligitur unum aliud ex ista gloss. quod quando stipulatio minus utiliter ponitur, nihilominus rōne dotis ualet: & sic est hoc præcipuum dotis priuilegium: quia contrarium est de iure communi: quia stipulatio inutilis nō potest ualere in uim stipulationis, sed pollicitationis. l. an inutilis. ff. de acceptil. In tertia parte gloss. enumerat aliquos casus in quibus fingitur stipulatio, quos non curo prosequi: qa non faciunt ad propositum: sed tu uideas latè per Ias. & Mo-

25 der. in rubr. ff. de uerbor. oblig. Glo. parua in uerbo ei. † ponit duos intellectus ad istum tex. primus est, quòd tacita hypotheca quæ fauore dotis fingitur, tribuitur actioni ex stipulatu non autem soli mulieri. & secundum istum intellectum debet exponi tex. ei dedimus, id est actioni pro dote. secundus est intellectus, ut soli mulieri competat, exponendo, ei, scilicet, mulieri: & est euidens utilitas ex ista inuestigatione. quia secundum primum intellectum illud priuilegium transit ad hæredes, & quoscunque transit actio de dote: secus autem ex secundo intellectu: ut hic latius declarat Ias.

Videamus modò quis intellectus sit uerior: & resecatis superfluis iste intellectus est uerus & communis, ꝙ tacita hypotheca sit concessa actioni de dote non soli mulieri: qui quidem intellectus probatur per tex. nostrum, ubi in principio loquitur de actione de dote, non muliere: & posta subiungit, & tacitam ei dedimus hypothecam: & sic loquitur de actione, ꝑ dote: quia uerba sequentia declarantur & recipiunt influentiam ex præcedentibus. l. si filium. ff. quando di. le. cen. cum cōcord. ut per Mod. in rep. in l. si constante in 13. colum. ff. solut. matr. Ias. in l. pacta nouissima. column. 2. C. de pact. Secundò probatur ex isto eodem tex. dum postea in illa aduersatiua, præferri autem aliis. &c. loquitur tantum de muliere: ergo superius de actione dotis loquutus fuit, & de hoc est casus clarus

rus in l.unica.§.& ut plenius.C.de rei uxo.act.ubi tex.dicit il-
lud priuilegiũ tacitæ hypothecæ dotibus esse concessum; &
ita cũ ista opi.transit Bar.& comuniter omnes in l.1.ff.so.ma.
Et ex hoc infertur q istud priuilegiũ tacitæ hypothecæ transit
ad hæredes mulieris:item transit ad extraneũ ad quem transit
dos:vt hic vult Iaso.& priùs Bal.no. in trac.dotis in 12. parte.
quod videtur probari in d. l. vni.§.& vt plenius. ibi, siue ipsæ
principales personæ dotes dederint, vel promiserint vel susce
perint,siue aliæ pro his personis &c. istud etiã priuilegiũ tran
sibit in cessionariũ:vt dicit Bal.no, in d. loco. quod ita probat;
qa habemus regulam quam ponit Bart. in l.ex pluribus, ff.de
admi.tu.quòd illud quod est transmissibile ad hęredes,est ces
sibile.adde q istam regulam facit etiam Fran. Curt. in consil.
57.incip.summa prin.& Calcaneus in consi.18.pro parte ho-
spitalis.in 2. colum.nu.9. sed tamen diligenter aduertendum
est circa plura:in primis quantum ad illud quod est dictũ vel-
le hic Iaso. videlicet,q istud priuilegium tacitæ hypothecæ
transeat ad extraneum. hoc ante omnia est falsum, ista ra-
tione; quia clarum est quòd istud priuilegium tacitæ hypo-
thecæ competit illi cui competit actio pro dote. nam datur
actioni, vt suprà dictum est; sed extraneus non habet actio-
nem de dote:vt suprà conclusimus.in 2.notab.in fi.quia priui-
legia bonæ fidei non transeunt contra mulierem. cùm sint in-
ducta pro ea; & sic non competit talis actio extraneo; vt te-
net gloss.& communis opi.in l.2.& in l.de diuisione,ff.so.ma.
Si igitur extraneo non competit actio pro dote,non competet
etiam tacita hypotheca quæ p actione de dote datur. Nõ ob.
tex.in d. §.& vt plenius.ibi, siue ipsæ dotes dederint & c. siue
aliæ &c.quia illa verba nõ inferunt actionem de dote dari ex-
traneo, cùm textus ibi in princip. illius §. dicat solùm dari
ex vtroque latere. s. viro & vxori siue ipse promiserint dotem
siue aliæ personæ: nam debet intelligi, vt ipsi mulieri vel ma-
rito eius det actio; vt suprà predixerat,& istud teneo pro ve
rissimo.Circa verò dictum Bal.Nouel.quòd transeat ad cessio
narium, istud dictum non puto verum,cùm cessionarius dica
26 tur extraneus Non ob. illa regula † quòd quicquid est trans-
missibile &c.quia illa regula affirmatiuè non valet, sed nega-
tiuè.casus est de hoc singularis & in terminis quem ad hoc ibi
põderat Alex.& alij in l.si stipulatus fuerim.ff de verb. obl.ad
idẽ tex.in l.si mulier.§.ex asse.ff.de iu.dot.quem dicit non esse
alibi Bal. in c. nonnulli. in 6. colum. de rescri. & sequitur De-
cius reprehendens illos qui regulam affirmatiuè faciunt in l.
si maritus. in fin.C.de colla.in scriptis non impressis.& ita ne
gatiuè reperi Barto.istam regulam formare in l. iniuriarum.
la 2.ff.de iniurijs. & ita intelligit text. in d. l. ex pluribus. vbi
etiam Bar.in libro meo negatiuè loquitur: & sic miror Bald.
No.vel aliàs circunspectũ ad ista non aduertisse. Postremò vl-
tra prædicta ego probo ratione tale argum.negatiuè non pro
cedere:nam clarum est in iure quòd cessione non transferun-
tur directæ actiones,sed vtiles tantùm.Bar.& Bal.in l.emptor.
C.de hær.vel act.vend.& in l.1.C.de actio. & ob. Ratio est: qa
directę sunt affixę ossibus nostris vt character baptismi,quod
non potest auelli: vt in l.1.§. .ff.ad Tre.& in l.3.in prin.vbi gl.
ff.pro socio.tradit So.in consi.18.prosequendo in 5. col.lib.1.
& sic cõstat q directæ actiones non sunt cessibiles: & tamen
sunt transmissibiles ad hæredes: vt tradit Soci. & Deci. & alij
Mod.& ibi dixi,in l.cum filio.ff.de le.1.concludo ergo q taci-
ta hypotheca non transit in cessionariũ. & istã opi. tenet Bal.
in l.1.C.de priui.dotis.licet ibi Cy.aliter distinguat.Audias mo
dò diligenter:quia si bene aduertisti, hactenus cõclusimus q
priuilegiũ tacitæ hypothecæ, itẽ actio ex stipulatu tacita cõ-
peteret hæredib9 mulieris;& hoc totus mũdus fatetur rationi
bus superioribus adductis tã per ipsos q̃ vltra.modò mihi vi-
detur dicendũ q nullum priuilegium dotis trãsit ad hæredes:
de hoc est casus:iudicio meo,in terminis in auth.vt immobi-
lia ante nup. dona.§.fin.vbi tex.dicit q omnia priuilegia quæ
pro dote cõcessa sunt nulli alij cõpetant nisi mulieri: imò di-
cit plus text. q neque de iure antiquo concessa fuerunt neq;
nouo:habes igitur ibi tex. generaliter de omnibus priuilegijs
loquentẽ dũ vtit dictione, Omnibus,quæ nihil excludit;vt di
xi suprà in §.1.& est tex.in l.Iulianus.de le.2.q licet priuilegia
concessa sint doti,tamen illud ibi declaratur factũ esse contẽ-
platione mulieris:vt in simili dicit text.de relicto Episcopo cõ
templatione ecclesiæ.in c. requisisti. de test. & sic patet q non
sunt realia sed personalia priuilegia: quia persona tantũ con-
sideratur cuius contemplatione fit actus. l. cũ emancipati,§.si
duo.ff.de col.bo.l post legatum.§.admittere.ff.de his quib. vt
indig.l.cum plures.§.in arrogato.de vulga.& pup. cũ simi. vt
Mod.tradũt in l.si legatarius per illum text. C.de leg. & in l.si
defunctus.C.de suis & legit.sic ergo cum persona mulieris ta
li casu cõsideretur,vt probatur etiã in l.assiduis. C.qui pot. in
pig.hab.talia priuilegia non transibunt ad hæredes:vt l.ex om
nibus.& l.priuilegia.ff.de reg.iur. & per hoc secundus intelle
ctus glo.nostræ erit verior.vide tamen quæ circa hoc dicã, in-
frà in glo.fi.in 1.parte. Glo. hypothecam etiam. ista glo. pro-
pter sui breuitatẽ non diuiditur: tamen licet breuis sit,est ta-
men cõpendiosa & notanda:cõcludit ergo vnũ q tacita hypo
theca de qua hic in tex.cõpetit ex vtraq; parte.s.tã ex parte vi-
ri quàm vxoris;vt in l.vnica.§.1.Or audi, quòd gloss.ista sentit
vnum quòd tacita hypotheca non tantùm comprehendit bo-
na illius mulieris, sed illorum omnium qui ex parte mulie-
ris interueniunt; & sic quicunque dotem promittat pro mu-
liere, bona illius erunt tacitè hypothecata, vt puta in patre
vel quolibet extraneo: & eodem modo bona fideiussoris in-
tercedentis pro dote danda: & hoc est quòd dicit gloss. hic
dum dicit quòd tacita hypotheca competit ex parte mulie-
ris, & non dicit quòd bona mulieris solùm sunt tacitè hypo-
thecata.& eodem modo ex parte viri intelligendum est, vt
non solum bona sua,sed etiam recipientis dotem pro ipso &
fideiussoribus eius de dote restituenda in casu in quo interue-
nire potest: vt in l.si constante.§. quoties. ff. soluto matrimo-
nio. cum ibi traditis, sunt tacitè hypothecata. sic ergo ista ta-
cita hypotheca transit ad patrem vxoris & ad matrem viri
actiuè & passiuè. & in hoc dicit esse singularem Bald. No. in
trac.dotis in 6.parte.in 7 speciali, & ibi plures aliàs quæstio-
nes ponit de ista tacita hypotheca. Glossa creditoribus,diui-
do in 3.partes,prout tres opinio.prin.ponũtur.in prima quæ-
rit & soluendo põnit prima opin. quam reprobat. in secunda
parte ponit.2.opin.quã etiam reprobat.in tertia verò parte po
nit.3.opin. quam glos.sequitur.secunda ibi, secunda est opin.
tertia ibi, tertia est opin. & c. Pro expeditione igitur istius
glos.de vna ardua quæst.quam examinat gloss.hic principali-
ter contingit dubitari,qua expedita erit tota glos. finita.Quę-
stio igitur est nunquid mulier habens tacitam hypothecã præ
feratur cæteris creditoribus habentibus tacitam. & quid in
habentibus expressam. communis est opin. cum gloss. in sua
vltima parte, videlicet quòd mulier in sua tacita hypotheca
27 præfertur creditoribus † habentibus tacitam: secus si habent
expressam:ita dicunt omnes in l.assiduis.C.qui pot.in pig.ha.
& tenet Soci. affirmans istam esse communem opin. in l. 1.in.
fi.ff.soluto matrimonio.Bald.Nouel.in trac.dotis in 9.parte in
primo priuilegio.& in 10.parte, per totum.& ratio istius con
clusionis redditur hic per gloss. & doct. quia lex suum non
tuum denegat auxilium: nam lex potuit priuatis creditori-
bus auxilium tacitæ hypothecæ quod dedit, auferre propter
priuilegium datum doti: & in hoc non facit iniuriam credito
ribus,si auxilium suum quod dedit,auferat isto casu.sed quan
do creditores prouiderunt sibi de expressa hypotheca, illa
prouisio non fuit causata legis beneficio,sed hominis auxilio:
& ideo per tacitam hypothecam legis concessam doti illa nõ
aufertur: & ita per istam rationem istam opin. tenet Corneus
in consil. 172.incip. ad primum.in 3.colum.lib.1.& Decius in
consil. 208. ad clariorem rei &c. aliàs est consi. 4. in secunda
parte colum. penul.Sed aduertendum est,quòd Vltramon. te-
nuerunt contrarium, videlicet quòd mulier habens tacitam
præferatur creditoribus habentibus expressam. Et omissis
multis quæ in confuso congerit hic Iaso. post Aret. quorum
ambages lõga uerborum serie prius tradidit Bal. Nouel. in d.
tract. dotis. in 10. parte. mihi videtur q opin. Vltramon. non
sit omnino vltra montes, ut à ueritate penitus uideatur alie-
28 na: pro qua ego pondero esse text. † in l. assiduis. C.qui pot.
in pig. haben. super quo text.omnes istæ difficultates uersan-
tur,quæ iudicio meo clarè ibi decidunt:nam in illo text.uides
quòd Imperator taxat antiquos iurislatores qui non perfectè
ut par erat, dotibus subuenerunt; quando tantum illud in-
duxerũt,quòd mulier in actione de dote anterioribus credito

ribus

ribus personales tantum actiones habentibus præferretur, non tamen de hypotheca aliquid sanxerunt: & istud priuilegium, quamuis mulieribus vtile fuerit, non tamen ad plenũ & perfectè succurrebat, ex quo de hypotheca non dixerat. vnde Imperator huic defectui mederi cupiens, addit priuilegiũ tacitæ hypothecæ in quo eodẽ modo mulier sicut in personali præferatur. Or aduerte ad istum tex. nam Imperator in isto remedio siue additione videtur polliceri se perfectum priuilegium dare in illis verbis circa finem ibi, nos pleno iuris articulo consummauimus. nam plenũ idem est quod perfectum. l. fideicommissa. §. quamquam. de leg. 3. c. cum inter. vbi Inno. & alij. de re iud. Felin. in c. auditis. in 3. col. de præscri. Ias. in l. posthumo. colum. fina. C. de bono. poss. contra tab. ergo intelligitur Imperator plenum remedium induxisse respectu vtriusque hypothecæ: vt videlicet mulier non solùm perferatur habenti tacitam, sed etiam expressam: quia perfectum est illud quod ex omnibus partibus constat, & cui nihil deficit. l. nihil. & ibi Bal. C. de ma. vind. tenet Socin. in l. 3. §. ex pluribus. in penult. colum. ff. de acqui. poss. aliàs si hoc non diceremus, iam posset Imperator reprehendi in eo in quo ipse antiquos legumlatores de imperfectione reprehendebat, cũ ipse fuerit imperfectus, minimè ipsum dicimus de tacita hypotheca cauisse: quod non est dicendum, cum leges non debent esse ludibrio & imperfectæ: vt dicit Bal. in consi. schismatis. in 1. colum. posito sub titulo C. si quis aliquem testari prohibuerit. facit text. in cap. commissa. de elec. lib. 6. & l. 2. §. sanè. C. de lib. & eo. lib. Concludo ergo quòd quo ad hoc vt ille text. in verbis suis verificetur vt pleno iure Imperator dicatur succurrisse, oportet vt dicamus quòd tacita hypotheca mulieris nõ solum præfertur tacitæ aliorum creditorum sed etiam expressæ: quia taciti & expressi par est virtus. vult. l. cum quid. cum cumulatis ibi per Ias. ff. si certum petatur. & in l. stipulatio. §. habet. in primo no. ff. de ope. no. nun. & ita videtur quòd communis opin. reddatur dubitabilis. Non obst. fundamentũ

29 gloss. & communis opin. videlicet † quòd lex tollit auxilium suum, non autem proprium. l. fi. C. de pac. conuen. cum si. quia respondetur illud esse verum, nisi auxilium legis habeatur pro expresso per viam legis: quia tali casu prouisio hominis tollitur per prouisionẽ legis. ita notabiliter & quasi in terminis dicit Ro. in consi. 121. circa primum. colum. fin. alleg. text. in l. qui mutuam. ff. mandati. cum alijs adductis ibi per eum Et hoc vltra ipsum suadetur ex tex. in d. l. assiduis. vbi probatur ista limitatio in terminis. Nam ibi dicit text. quòd mulier in tacita hypotheca de iure Digestorum præfertur anterioribus creditoribus habentibus personalem: & tamen illa personalis fuit quæsita illis creditoribus facto eorum, non beneficio legis: vt dicit Ias. in l. 1. col. fi. ff. soluto matrimonio in secũda lectura. ergo est vera illa regula. Præterea & secundò illa regula limitatur habere locum in casibus expressis in iure: sed extra illos casus prouisio hominis bene potest tolli per legẽ: vt tradit no. Vitalis de Camba. doc. insignis Neapolitanus in trac. clausula. c. 3. fol. 3. s̃m paruam impressionem. probatur hoc vltra ipsum ex dictis Ioã. Fab. in §. item Seruiana. in 2. col. suprà eod. & Ias. ibi, nu. 67. cum sequen. vbi concludit quòd quamuis locator prouiderit sibi de certo pignore speciali, tamen eius bona inuecta & illata sunt tacitè hypothecata pro pensione domus. alleg. pro text. in l. item quia. vbi hoc etiam no. Ias. in 2. nota. ff. de pactis. & l. fundus. ff. de annu. leg. & tamen negari non potest quòd illa tacita hypotheca quòd inuecta & illata sint tacitè hypothecata etiam inducta auxilio & beneficio legis, quòd tali casu est potentius prouisione hominis, ex quo est in corpore iuris clausum: & ita est hic dicendum in tacita hypotheca dotis: quod expressè tenet Bald. Nouel. in alia tamen quæstione in dicto tractatu dotis in sexta parte in 68. priuilegio. quem sequitur Ioannes Crotus de Montefer. in repe. l. si constante. in 35. columna ff. soluto matri. vbi latiùs loquitur circa dictam regulam: & sex aliæ limitationes ad dictam regulam ponit Iason in l. secunda in 57. colum. num. 176. cum sequenti. C. de iur. emphy. quorum aliquæ hic applicari possent, quæ omitto. Non ob. etiam quòd fiscus & mulier paribus passibus ambulent: vt hic dicit glos. & tamen fiscus non præfertur priuato habenti expressam. igitur &c. quia respondetur dupliciter: Primò non esse verum ꝙ paribus passibus ambulent in omnibus per viam regulæ: quia hoc non probatur in l. 2. C. de priuil. fisc. Nam ibi solum dicit textus, ꝙ si mulier habet priorem hypothecam, fisco præfertur. & eodem modo si fiscus priorem habeat: quia in illis habet locum illa regula quod qui prior est tempore, potior sit iure. Non tamen per hoc dicit ibi textus quòd priuilegia fisci cõpetant mulieri, & econtra: quia ex eo quòd inter ipsos prior in hypotheca præferatur, non arguitur paritas. nam eadem ratione idem esset dicendum in priuato & fisco, quòd paribus passibus ambulent, ex eo quia in illis habet locum illa regula, qui prior est tempore &c. vt in l. si pignus. ff. qui pot. in pig. hab. & eodem modo in muliere & priuato respectu expressæ hypoth. vt in l. vbi adhuc. C. de iur. do. & tamen per hoc nõ dicimus eos parificari: sic ergo illa. l. secunda illam regulam non probat: imò contrarium tenet Bald. in l. dotis. C. de iure dot. & Bart. in l. non puto. per illum text. ff. de iure fisc. ad cuius intellectum videas latè Moder. Rhegien. post Bulga. in l. prima, fol. 50. & sequen. ff. soluto mat. vbi post Alexand. & Iasonem. latius super d. l. non puto. disceptant & Decius in rubrica. de iudicijs. in secunda lectura. coluna octaua. & ibi nouissimi Papien. & idem Decius in capitulo, ex literis. columna tertia. de probatio. Felin. in capi. pastoralis. columna secunda. de rescrip. & Cuma. qui alium intellectum ponit in l. inter pares. ff. de re iudicat. de quibus omnibus hic nõ dico: quia non congruè cadit: dixi tamen ibi post istos abundè. Tamen licèt omnia sint noua & à doctoribus minimè hic cõsiderata. Mihi tandẽ illis nõ obstantibus magis placet cõmunis opinio, quã probo vna ratione cõmuni. videlicet per text. in l. prima. ff. soluto matrimonio. secundum casus positionem quã ibi ponit Bar. & Dyn. qui communiter approbant. vult igitur ibi Bartol. exemplificando illum text. quòd si vno & eodem die appareat instrumentum creditoris priuati habens expressam hypothecam & instrumentum dotis etiam habens expressam confectum eadem die, si nescitur quod fuerit prius, fauore dotis interpretamur illud priuati esse posterius: & hoc dicit ille textus, quòd dotis causa semper & vbique præcipua est: & ita omnes sequuntur. Tunc sic si ista opinio contra communem esset vera quòd tacita hypotheca dotis præfertur etiam expressæ creditoris extranei, frustra esset dubitare: vt ibi dicit Ias. an si concurrant eodem die ꝙ dos debeat præferri, cum hoc esset fatuum dubitare attento quòd etiam constito de prioritate hypothecæ expressæ creditoris extranei, deberet anteferri illa dotis: quod tñ est falsum, ne illa lex ita exẽplificata, vt doctores volunt, sit de indubitabili, cõtra regulas cõmunes. l. quod Labeo. de carbo. edicto. & l. prima. ff. ad municip. & l. ancillæ. C. de fur. & l. illam. C. de collatio. in quibus pro forma traditur, legem debere esse de casu dubitabili.

30 † Præterea hanc ego communem opinionem alia ratione probo: quia habere expressam hypothecam in bonis alterius, est habere ius in re, non ad rem. l. in noxalibus. ff. de noxa. & l. eorum. ff. de damno infecto per quæ iura hoc firmat Signoro. in consi. 90. incipiente, Ambrosius mutuo. in 4. columna numero trigesimosecundo. & in consil. 176. quæstio opponitur. columna finali. & Ange. in consi. 208. viso puncto. col. fi. Et ratio est in prõptu: quia in hypotheca constituitur ius reale: vt in §. item Seruiana. suprà eodem. & habere ius reale dicitur ius in re: & ideo per prouisionem legis tolli non potest: quia princeps auferre non potest quæ nobis acquiruntur à iure gentium sine causa: vt tradunt doc. in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. & Alexand. in consi. 3. incip. ex his quæ in themate. columna penultima. libro quinto. & consilio octuagesimonono. excellentissimi. &c. in 2. columna eodem lib. & in l. cùm hæredes. col. 1. ff. de acqui. pos. cũ multis alijs concor. quæ scripsi suprà in §. 1. nu. 16. sic ergo est hic concludendum quòd ex quo creditor extraneus prouisione sua parauit sibi hypothecam expressè, & sic actionem realem in bonis debitoris, non poterit illa tolli per tacitam dotis concessam à lege. modò regula posita in d. l. fi. C. de pact. conuen. & in l. & habet. §. cum quis. de preca. cum si. optimè iustificatur. Non obstat, quòd illa regula non habeat locum, nisi in casibus expressis: quia respondetur illud falsum, & communiter contrarium tenetur. Nam si aduertatis ad intellectum

31 verum illius regulæ, illa limitatio non procedit. † Sensus ergo

ergo illius regulæ est quòd lex ita demum subuenit in aliquo casu vbi subuenire pollicetur: quoniam faciens illum actum non cauit sibi circa idem.exempli gratia: lex in fauorē mulieris finxit tacitam stipulationem & tacitam hypothecam pro dote in casu in quo in instrumento dotali non interuenissent: vt l.prima in princi.C. de rei vxo. actio. Sed si mulier expressè sibi cauisset per stipulationem, vel in instrumento apposuisset expressam hypothecam,tunc cessat prouisio legis:quia tali casu non est necessaria, imò esset superflua: vt l. qui bis idem.ff. de verborum obligatio. & ita illam regulam declarat Bartol. in l.si constante.in quinta quæstione. 2.q.prin. ff.solut.mat. & hoc tenet Socin.in repe. l.1. fo. 16. tertia colum. ff. de vulgari & pupillari. & dicitur circa idem quando eadem persona ex eadem causa ex qua lex auxilium suum pollicetur sibi prouidet: vt in exemplo posito: sed si diuersa persona ex diuersa causa sibi prouideat, vt quando creditor extraneus ex suo debito non ex causa dotis, sed ex alia causa priuata fortius sibi prouidet: tunc non est ex eadem causa: & propterea regula illa cessabit, & succedet alia regula communis, ꝙ prior in tempore potior erit de iure: vt de regulis iuris libro sexto. capitulo,qui prior. cui regulæ standum erit, cùm non reperiatur ei derogatum hoc casu. Vel secūdò illa regula.d.l.fi.intelligitur circa diuersa, videlicet ꝙ prouisio hominis tollat prouisionem legis de iure speciali in casu nostro: secus si illa prouisio legis fuisset de iure communi: ita dicit Ias. in l.hæc verba. in tertio nota.ff.de lega.1.& tenet Bartol.in d.l. fina. & Socin.in l.si filius quod patri.in 12.colum.ff.de vulga.& pupilla. & secundum iustum intellectum qui etiam communiter tenetur expressa hypotheca anterioris creditoris tollet tacitā mulieris pro dote, ex quo illa prouenit de iure speciali & ex priuilegio,vt concludunt communiter doctor.in l. 1. ff. sol. mat. Nec obstat quòd illud priuilegium sit in corpore iuris clausum,quo casu videretur de illo iudicādum, vt de iure communi:iuxta ea quæ habentur per Mod. in c. 1.in 10. col. de rescri. quia respōdetur esse verū in eo casu in quo loquitur:& ita procedunt dicta doct.in d.c.1.& in c.ad ordinem.eo.titul.secus verò circa diuersa: vt in casu nostro. nam priuilegium dotis est circa tacitam hypothecam:circa illam igitur habet illud priuilegium potentiam iuris communis, & sic in tali mulier præfertur extraneo creditori habenti etiam tacitam: secus verò si habet expressam: quia illa est diuersæ naturæ à tacita: & ideo in illa remanent regulæ iuris communis illæsæ cùm circa illam mulier non reperiatur priuilegiata. † Neque obstat, quòd taciti & expressi par est virtus:quia illa regula non procedit quando tacitum est inductum ex præsumptione legis? prout concludit notabiliter Bald. in l.centurio. in pe. col.ff.de vul. & pu. & ibi Bart. in 2. col. & alias plures instantias tradit Iason.in d.l.cùm quid.in secunda lectu. Et finaliter vbi non est eadem ratio, illa regula non procedit: vt patet in l. maior C. de pig.iuncta l.si tibi.§.de pignore.& ibi glo. & Ias.ff.de pact. & text.in cap.1.de iura.calum.lib.6.& in l.2.C. eo.tit.quæ omnia in casu nostro manifestè cōcurrunt:& ideo tenendū est firmiter extraneū creditorem anteriorē præferendū. Postremò non obst. inductio. l.assiduis. suprà facta: q̃a respondetur ꝙ Imperator nō potuit reprehēdi si nihil aliud plus q̃ ꝙ mulier præferat̃ habentibus tacitam hypothecā anteriorē: hoc enim maximum est priuilegiū non consideratū ab antiquis legū latonibus qui solū personales actiones cōprehendebant.neque obstant illa verba pleno iuris articulo: quæ verba perfectionē notant:q̃a respondetur esse verū circa eundē casum ab Imperatore inductū:secus uerò circa alios casus: q̃a talis perfectio non includit iniqua.argumēto capituli ,queādmodū.& c.q̃ntauallis.& c.ueniēs.de iureiurādo. & iniquitas esset si creditoribus auferat̃ ius quæsitū ex expressa hypoth. pp posteriorem tacitā mulieris.nā non tantū fauendū est dotibus,ut alijs fiat damnū uel iniuria.ut dicit tex.in cap.ex tenore. de foro competenti. & in cap.nuper. de donation. inter uirum & uxorem.

32 (see margin)

33 † Laudandus igitur potius erit Imperator ex tali decisione quàm reprehendendus: imò etiam si Imperator circa illam prouisionem tacitæ hypoth. depreheretur apertè imperfectum quid sanxisse, adhuc tamen laude potius dignus est q̃ reprehensione: ut est casus quem ad hoc ibi ponderat Angel. Areti. in §. cæterum.uer.nos uerò. supra de legi. agn.suc.

Ex quibus omnibus satis apparet communem istam opin.ualida ratione tueri posse.Fateor tamen ꝙ articulus esset disputabilis: in dubio tamen recedendum non est ab ea sententia quam crebrior authoritas patrū nostrorū recipit: ut dicit tex. quē ibi no.Bal.in l.1.ff.de offi.quæsto.& tradunt doc.in c.prudentiā.per illum tex.de offic.delega.& bonus textus in c. primo.de deci.ibi, traditioē accepimus non lege præceptam sed arbitrio magistrorum inolitam &c.Glossa cum ipsa.diuiditur in quinque partes.in prima ponderat textum nostrū in uerbo, ipsa.ex hoc faciens regulā.in secunda quęrit & soluit.in tertia limitat textū.in.quarta ponit tempus in quo mulier debet experiri actione de dote ex hoc faciens ampliationem.in quinta quærit nunquid priuilegia prælationis de quibus in textu,cōpetant patri.secunda ibi,sed nunquid.tertia ibi,itē ꝙ hic.quarta ibi,sed nūquid.

34 † In prima parte gl.concludit gl. ꝙ priuilegiū prælationis in tacita hypo. nulli alteri competat nisi mulieri & suis hæredibus,non autem extraneis: ut l.prima. C. de piuil.dot.& l.fin.C.qui potio.in pig.hab.& pro ista conclusione glossa ponderat textū nostrum in uerbo, ipsa.de cuius natura uidetur denotare personalitatē: ut est text. ultra glossam in capitulo. per inquisitionem.de electio. Et antequam ad particularem decisionem istius cōclusionis ueniamus, debes tu notare unum ex ista glossa.iuncto textu ultra alios quòd licet soleat dici quòd natura obligationis uel priuilegij nō soleat mutari ex persona hæredum. l. secunda §. ex his. ff. de uerborum obligationibus.tamen hic mutatur: quia priuilegiū prælationis ipsi tantū mulieri competit & nō hæredi. Ratio esse potest propter disparitatem ipsius fauoris. & ex hoc redditur dubia una doctrina.Bart.communiter approbata in l.Titia.ff.de leg. secundo.ubi uult quòd si pater substituit filio pupillo uulgariter, & relinquit uxorem dominam & usufructuariam, quòd attenta consuetudine uulgari mulier in uita pupilli non habet nisi tantum alimenta:eodem modo non plus habebit ab hærede substituto: & tamen esset dicendum contrariū per istum textum quia priuilegiū concessum fauore pupilli,ut non teneatur nisi ad sola alimenta, non deberet transire ad hæredem sicut hic dicit glossa de muliere: & hoc propter disparitatē fauoris pupilli & eius hæredis substituit, cuius contrarium ibi concludunt omnes. & pro ista parte facit quod notat Bald. in l.si extraneus.ff.de iure dotium. inducendo latiùs ut per Ioannem de Monte Pico.in repetitione d.§. Titia in uigesimaquinta columna. qui etiam ad hoc aduertit. Præterea per istud dictum glo.redditur etiam dubitabile dictum Bartoli,Ang.Pau. Alexand.& communiter scriben.in l.postulante. per illum textum.ff.ad trebellianum. ubi dicunt, quòd stante statuto quòd debitor possit incarcerari pro debito ciuili, quamuis hoc sta-

35 tutum † sit odiosum & strictum nullam faciens mentionem de hærede debitoris: tamen idem erit in hærede debitoris, cùm sit eadem persona: quod dictum sequitur Ang. Imol. & alij.in l.prima.ff.de his quę in testamento delen.& Iason in l.si cui legetur.§.finali. in tertio notabili. de legatis primo. & eodem modo dicendum est,quòd hæres debet succedere, & à fortiori in fauorabilibus ,ppter æquitatē regulę.l.eū.ff.de iure-iu.& hoc patet in l.qui patri.ff.de acq.hær. ubi ius accrescēdi, quod est fauorabile,trāsit ad hæredē:ut est ibi tex. quē ad hoc non esse alibi dicit ibi Bart.& Ias.& in l.testamen.C.de impu. in prin.& in l.quidā.in 2.not.C. de inpuber. cum similibus. & ista ratione eodem modo esset dicendum in casu conclusionis nostræ propter identitatem rationis utriusque personæ: per ea quæ latè dixi in §.actiones autem. suprà eo. & tamen his nō obstantibus contrarium concludit glos.Ista:quare ergo uidendum est de ueritate eius.

36 † Extat igitur conclusio gloss. nostræ suprà dicta, quòd priuilegium prælationis in tacita hypo.non transit ad hæredem extraneum: secus ad filium. Ista conclusio est communis quam ultra doctores hic sequitur Decius in consi. trigesimoprimo. incipiente in casu magnifici. in tertia col. secunda parte. Bald. in consi. 171. in 1. lib. & Fulg. in consil. 59. inci. domina Berta. & in consil. 206. pro eius de quo.colum. fin. cum similibus. Et ista conclusio glossæ debet intelligi de prælatione in tacita hypo. q̃a tale priuilegiū bene transit ad filium: secus tamen est in priuilegio prælationis in actione personali de qua iurislatores antiqui dixerunt. vt in l. quarta.ff.de priuileg.credi.de quo meminit Imperator in l.assiduis.

siduis.in princip.C.qui potio.in pig:hab.nam tale priuilegiũ soli mulieri competit. neque etiam ad filium transit. ita colligitur ex mente Barto.in l.prima.in 2. colu.ff.solu. matrimon. dum Barto.distinguit inter ista duo priuilegia, & dicit, quòd prælatio in personalibus non transit ad hæredes, sed prælatio in tacita hypotheca transit ad hæredem filium non extraneũ: & sic videtur Bartol.innuere,quòd in primo casu illud priuilegium non transeat ad filium : & ita Bartol. ponderat Paul. de Cast.in l.etiam in principio. ff. soluto matrimonio. Et si hoc est verum , esset maxima limitatio , & restrictio ad istam glo. Tamen non est vera : quia esset contra glo. in l. prima. C. de priuilegiis dot.& contra alias plures glo. quas adducit Alex. in l.etiam. vbi subdit,quòd hoc Barto. in suo libro non dicit, sed solùm de hęredibus extraneis.Sed modò circa omnia ista considerandum est : quia veritas omnium prædictorum dependet ex tacita decisione istius conclusionis.Mihi videtur,ꝙ illa distinctio Bar.in d.l.j.maximè sit necessaria ad cõcordandas multorum ambages. Nam licet Alex.dicat hoc non colligi ex lectura sua,tamẽ lib.meo optimè colligitur; & si colligi non potest,ego pro constanti firmo esse de iure verum, vno tamen plus addito contra Bartolum.Sic ergo pro vera declaratione supradictorum facio duas conclusiones.Prima,quòd priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ transit ad hæredes etiam extraneos:& in hoc teneo contra omnes. Secunda sit conclusio,quòd priuilegium prælationis in actione personali ad nullum hæredem transeat etiam filium : & in hoc teneo,vel opi.Bart.vel præter ipsum. Circa primam conclusionem moueor pluribus fundamentis:primò, quia priuilegium tacitæ hypothecæ & tacitæ stipulationis paribus passibus ambulant: vt supra dixi, & est text.in l.1. §. extraneum.C. de rei vxor.actio.vbi priuilegium tacitæ stipulationis,quod est concessum doti,transit ad patrem.& tamen doctores ibi communiter idem dicunt in tacita hypotheca.ad idem tex.in §.sed vt plenius.ea.l.ad idem est tex.in l.assiduis.§.ad hæc omnia. ibi sancimus.C.q pot.in pigno.hab.vbi text. dicit, ꝙ cui concessum est priuilegium tacitæ stipulationis, eidem etiam videtur concessum priuilegium tacitæ hypothecæ. Sed clarum est, quòd priuilegium tacitæ stipulationis transit ad hæredes mulieris:vt est casus in dicta lege prima. §. illo proculdubio. C. de rei vxo.actio.& tenent communiter omnes in l. prima. & in l.secunda.ff.soluto matrimo. ergo transibit etiam priuilegium tacitæ hypothecæ. Cõfirmatur hoc: quia ista priuilegia dantur dotibus.d.l.prima,in principio. & sic rei.ad quencunque igitur transit res,transit cum priuilegio suo: vt tenet Bart. in dicta l.prima.ff.solu.matri.in prin.transibunt igitur ad hæ-
57 redes per l.ex omnibus.& l.priuilegia.ff.de reg.iur.† Non obstant modò iura , quæ in contrarium possunt allegari. In primis non obst.iste tex.prout ponderat gloss.in verbo,ipsa.quia dico tibi, ꝙ illa dictio nõ excludit hæredem etiam extraneũ. casus est ad literam in l. stipulatio ista. in principio. ibi, sed si se obligat ne ipse faciat.ff.de verborum obliga.& ibi tenent omnes,& tenet etiam Rapha.Cuma.in consi.117. testator instituit.col.fin.& pro ista parte faciunt plura,quæ adducit Ias. in l.j.§. adipiscimur.in primo.nota.ff.de acquir.pos. & Socin. in consi.250.in cã.in 4.col.ver.3.nõ dicit &c.vbi cõcludit istã dictionẽ,ipse,non excludere hr̃des.& pro hoc facit tex.in l.stipulatus fuerim. ff. de verborum obligationibus. vbi stipulatio personalis sicut transit ad filium , ita & ad hæredes. ad idem est tex. in terminis istius dictionis, ipse.in l.cùm precario quis rogat.ff.de precario. quam legem dicit ibi notabilẽ Barto. Ex istis igitur patet,quòd glo. hic non bene dixit quantum ad illam dictionẽ.Nõ ob.tex.in c.per inquisitionẽ.de ele. quia ibi materia spiritualis super quo tractatur , non poterat uerificari in hærede , per text.in capitulo primo, de præben. & ea, quæ notat Abb.in capitulo venerabilem. de electio. per illum textum. & ideo uerificatur tantum in propria persona : secus verò in casu in quo materia subiecta est habilis,vt ad hæredes transeat.Non obstat etiam iste textus in aduersatiua,Autem,quam ponderat Bartolus in l.si constante.ff. soluto matrimonio. quia respondetur , quòd illa aduersatiua ponitur respectu aliarum personarum non hæredum : per ea quæ suprà proximè dicta sunt. Neque etiam obstat textum. ibi,cuius solius prudentia &c.quia dico, quòd illa dictio, solius, non excludit hæredes.l. liberi.ff.de contratabu. gloss. in §.sciendum.in versiculo,sed ille.supra de Senatusconsult.Orfi.tenet Barto. in l.quarta.§. cum Titio.ff.de adimp. lega. cum multis concordantiis.vt per Decium in l.prima per illum tex. in secundo notabili.C.de bonorum possessione contratabul. & hoc quantum attinet ad istum textum. Non obstat etiam textus, in lege prima. C. de priuilegio dota. quia ille textus loquitur de priuilegio prælationis in personalibus:vt cõmuniter ibi dicunt omnes doctores vt Salic.refert quo casu illud priuilegium non transit ad hæredes : sed quæstio istius glossæ est de prælatione in hypothe. in quibus aliter est dicendum:vt suprà & meritò Bartol.in dicta lege.j.soluto matrimonio.voluit illud priuilegium prælationis in personalibus non transire ad hæredes indistinctè:sed priuilegium tacitæ hypothe.non nisi ad filium, de quo loquitur tex.in l.fi..C.qui potio. in pig.hab.hic allegatus per glossam. Ex quo infertur secunda conclusio,quòd tale priuilegium adeo non transit ad hæredem,quòd etiam ad filium non transet: quia ex quo text.in dicta l.prima.C.de priuileg.dot.loquitur generaliter, quòd tale priuilegium non transit ad hæredes : ergo eadem ratione non transfertur ad filium eo , quia soli mulieri est concessum illud priuilegium,& sic personæ:ergo cum persona extinguitur.Nec est rõ vrgẽs quare potius ad filiũ transire debeat,quã ad hæredẽ,cum iura filium & hæredem parificent. vt in dicta l.si stipulatus fuerim . Et casu quo ad filium tale priuilegium transire deberet,à fortiori deberet ad hæredes transire ea ratione, quia hæredes reputantur eadem persona cũ defuncto: vt in l.j.in auth. de iureiu. à mort.pſti.& hæredes tenentur ad onera,& incommoda,defuncti,vt supra dictum est: ergo conueniens est,vt etiam priuilegia habeãt: quia ſm naturam est, vt eum sequantur commoda quẽ comitantur incommoda.l. fi.§.sed eũ in secundam.C.de fur.& §.si post.in fi.supra de cõtrahen.emp.In filio verò ista non procedunt:quia non reputatur vna & eadem persona cum matre , cũ identitas procedat ex patria potestate,vel nomine hæredis : vt latè probaui in §. actiones aũt.supra eodem.nullo igitur iure istud priuilegium potest transire.Non obstat,quòd priuilegium tacitæ hypothecæ transit in filium.vt d.l.fin.C.qui potio.in pigno. hab. quia respondetur illud procedere quando est hæres matris non solum eo respectu,quia filius:quia respectu matris reputatur extraneus & ita illum textũ nouiter intelligo.Nec ob. ibi tex.dũ in fi.loquitur de priuilegio tacitæ hypo. in quo vult filios admitti:ergo eodẽ modo in priuilegio prælationis personaliũ, ex quo in illo text. coniunctim ponuntur : quia respondetur, quòd illa sunt distincta & diuersa priuilegia,vt tenent omnes in l.1.sol.ma.& in l.j.de pri.dot.ergo ex diuersis non infertur. l.matrem.& l.neque.C.de proba. & maximè in priuilegijs in quibus non fit extensio de casu in casum nisi sit expressum, vt in capitulo sanè.de priuileg. & tali casu etiam si relatiuè loqueretur Imperator in d.l.final. non inconueniret, quòd talis relatio non extẽderetur. nam licet relatio debeat fieri ad proxima,tamen vbi fit in materia speciali,prout dotis,perdit relationem. ita notabiliter limitat istam regulã Pau. de Mon. pico in repe.l.Titia.§. Titia.in 25.colum.de lega.2. facit quod in alio casu dicit Aret.in l.si seruum.in princip. in prima columna.ff.de verborum obligationibus. & pro ista opinione videtur esse casus in anthentica,vt exactio.instan.dot.ibi,nõ enim alijs &c.qui textus turbauit spiritũ Bar. vt ipse dicit in l. post dotem.columna finali.ff.sol.mat.ad idem facit textus in §.fin. vt immobil.ante nupt.donatio.vbi non competunt illa priuilegia alteri præter quàm mulieri : quia ille textus loquitur de priuileg.in personalibus.Neque ob.dictio omnibus,ibi posita, quia respondetur dupliciter. primò, quòd illa dictio restringitur secundum subiectam materiam, vt est casus & ibi glo.in c.1.de consti.supra in §.j.Vel ij.responde,quòd nulli alteri cõpetũt illa priuilegia, cùm ipsa mulier agit, vt & specificè loquitur tex.secus verò, quando mulier non agit, quia tali casu in priuilegio tacitæ hypothe. hæredes succedẽt ad quos transit dos. & ita tex.noster nouiter potest declarari dum dicit,cum ipsa mulier de dote sua experiatur &c. ergo ea non agente à contrario sensu colligit,quòd hæres agit,qui reputatur eadem pesona. immo ex hoc posset vnum aliud contra omnes de mundo attentari, quòd omnia priuilegia dotis transeunt

transeunt ad hæredes. & textus in lege prima. C. de priuileg. dotis cum similibus, possunt resolui procedere quando ipsa mulier experitur: secus quando alius pro ea, vt procurator, cessionarius & hæres: quia tali casu competunt illis priuilegia. & sic in disputationis congressu potest sustineri vtraque pars, videlicet, quòd omnia priuilegia transeant, & quòd priuilegiũ istud prælationis in personalibus non transit neque ad hæredes neque ad filium. priuilegium verò tacitæ hypothe. bene trãsit & ad filium, & hæredes contra omnes: quæ omnia tene menti: quia non video. quòd obstant nisi solùm authoritas gl. vt dicit Alexander. in l. etiam. ff. soluto matrimonio. quæ hoc casu probabilis est, sed non necessaria: vt not. in l. prima. C. de leg. In alio glos. malè hic loquitur, dum vult istud priuilegium concessum mulieri competere etiam suis hæredibus. & sic præsupponit matrem habere suos hæredes: quod est falsum: vt tenet Bald. in l. in suis. circa me. ff. de suis & leg. & in l. sicut certi. C. de testamen. mili. sed quantum ad hoc potest defendi glo. quòd loquatur largo modo quo omnes hæredes possunt dici. secus propriè: ita dicit Bar. in l. fin. ff. de vsufr. accres. & in terminis pro ista solutione est decisio Bart. in l. prima. in principi. C. de priuileg. dotis. vbi facit istam oppositionem. In secunda parte gloss. habes vnum, quòd priuilegia dotis de quo hic, quæ dantur mulieri competunt etiam ius procuratori, per iura allegata in gl. quæ faciunt in argu. & ita cum glo. transeunt communiter doctores intelligendo tamen istam conclusionẽ de procuratore simplici: secus autem de procuratore in rem suam: & ratio esse potest: quia procurator simplex reputatur
38 vna † & eadem persona cum illo ad cuius vtilitatem negotia gerit: vt est gloss. notabilis in l. si procurator. la 2. in gloss. fin. ff. de doli mali except. quem vt notabilem sequitur Iason in l. prima. §. si procurator. in secunda columna. numero septimo. ff. si quis ius di. non obtemp. & hoc non habet dubium: sed maior esset dubitatio, nunquid priuilegia de quo hic competant cessionario, & sic procuratori in rem suam: ego superius tenui simpliciter, ꝙ nón, rationibus de quibus ibi, quicquid dicat Bar. in l. post dotem. ff. solut. matrimo. fateor tamen, quia articulus est disputabilis: sed quia extra materiam istius glos. ideo tu vide in isto articulo quod latiùs diffundit Bald. nouel. in tract. dot. in 12. parte. in quarta q. vbi notabi. loquitur.
39 † In secunda parte. glo. concludit, quòd priuilegia de quibus hic non habent locum in donatio. propter nupt. Ias. tamẽ in tertia not. suprà eod. post Ioan. de Pla. Aret. & alios tenet contrarium rationibus de quibus ibi. Audi modò quod si rectè intelligatur ista gl. sentit illud idem quod tenet Ias. nam tenet Ias. quòd priuilegium prælationis in tacita hypot. & hoc idem vult gl. nam gl. hoc ponderat hic tex. nostrum in illis verbis, dote, in quibus tex. loquitur de priuile. prælationis. in quo concludit, quòd suprà dictum est, de priuilegio verò simplicis hypothe. sine prælatione glo. nihil dicit immo videtur potius sentire quod sic: quia quod de vna negatur, de alio censetur affirmari. capitulo nonne. de præsumptionibus. Sed breuiter mihi videtur, quòd isto casu nulla priuilegia dotis competant. quia non reperitur expressum in iure: & priuilegia, quæ odiosa sunt, multiplicari non debent. l. in fraudem. ff. de milit. testamen. & l. prima. C. de do. promis. & quia text. in l. fin. circa fin. expressè hoc prohibet in don. propter nupt. non solũ ex verbis legis, sed ex mente & verbis: quia vtitur taxatiua tantum, ibi dum dicit, Hæc autem tantum ad dotem &c. de cuius natura est excludere casus non expressos dissimiles. §. hoc solito. suprà de hæredi. quæ ab inest. & l. 2. C. de patribus qui filios distraxerunt. capitulo cum ecclesia. de cau. pos. & propo. sed donatio propter nuptias est dissimilis doti: quia venit ex causa lucratiua, dos ex causa onerosa: igitur &c. Præterea hoc etiam est de mente tex. in d. l. finali. dum ibi tex. assignans rationem dicit, quòd ideo non vult priuilegia doti concessa in donatione propter nupt. habere locum, quia Imperator non vult priuilegiare mulierem in lucro acquirendo, sed ne damnum patiantur: & sic est de mente Imperatoris nolle introducere aliquod speciale in donatione, sed relinquere eam sub dispositione iuris communis: vt patet in illis verbis, & habere in creditores sui temporis ordinem: suadetur hoc ex his quæ dicit Bar. in l. 2. §. finali. ff. de priuilegiis cred. vbi vult à fortiori, quòd dispositio. dictæ l. fin. non habeat locum de sponsa de præsenti. quia text. ibi non dicit nisi de vxore cognita. & tamen nemini est dubium, quòd talis dicitur esse vxor: quia est verum matrimonium. capitulo penultimo, de spon. & in capitulo. 1. 3. & fina. de spon. duo. & tamen quia specialia nõ sunt multiplicanda Barto. in dicto loco tenet contrarium: quod dictum sequitur Felin. in capitulo tertio loco. in tertiã column. de præsumpt. & latiùs in rubrica de spon. in quarta columna. Non obstat tex. quem alleg. Ias. in l. vbi. C. de iure dotium. quia dico illum textum nihil probare de tacita hypotheca inducta pro donatione, sed solũ dicit, quòd potest dotem & bona donata propter nuptias quando vergit ad inopiam, vendicare:
40 quæ quidem † vendicatio excludet alios creditores mariti posteriores habentes hypothec. sed non anteriores: & tamen si ibi tex. loqueretur de tacita hypotheca, de qua hic, clarum est quòd præferretur mulier etiam priorem hypothecam habentibus. cuius contrarium ibi disponitur. Ex quo posset nouiter vnum contra omnes attentari, quòd hypotheca de qua loquitur iste text. Nõ habet locum quando mulier constante matrimonio propter inopiam repeteret dotẽ. non obstat tex. in l. rebus. circa fin. C. de iure dot. quia potest dici, ꝙ tex. ille loquitur de hypotheca expressa orta ex prouisione vxoris, patet ibi dum tex. dicit hypothecas. & sic tex. loquitur de proprio auxilio ipsius mulieris: quo casu illud habet locum cõstante matrimonio: secus in tacita hypotheca, quia lex non tuum, sed suum tollit auxilium. l. fi. C. de pac. con. Ne si contrarium dicamus, multiplicentur tot specialia, & regulæ iuris communis nimiũ vulnerentur: & isto modo tex. d. l. vbi. adhuc rectè procedet. In quarta parte gloss. colliguntur plures conclusiones. prima est, quòd mulier non potest agere pro dote, nisi solut.
41 matr. regulariter: & sic videtur gloss. innuere † quòd actio de dote antea non sit data nisi in casu. l. si costante. ff. soluto matrimonio. & l. vbi C. de iur. dot. Ista est communis opin. vt patet per adducta per Bart. & omnes in d. l. si constante. §. 1. licet super hoc sint plures opi. quas refert Io. Campe. in tract. dot. in 3. parte. q. 17. vbi finaliter transit cum communi. Et hoc est vtile scire propter præscriptiones, vt sciamus à quo tempore currere debeant. de quo est text. in l. in rebus. §. omnes. C. de iure dot. & tradit Cor. in consi. 93. inci. quia causa. ver. & constat. in 4. vol. Bald. in consi. 125. actio de dote. in 4, lib. & Raph. Cum. in consi. 92. viso suprascripto. in prin. & Bald. nouel. in tractat. dot. in 7. parte in secunda & quarta columna. & Mod. Taurinen. in tract. præscrip. in 1. parte sextæ partis princi. in 15. casu. & de hoc non est dubitandum. Et an & quãdo in terminis. d. l. si constante. dicatur nata actio videlicet an cum primùm maritus incipit depauperari, an verò quando est effectus pauper. dixi in repet. mea. l. si constante. in prima char. post Bart. ibi. & communis opi. est ista, quòd cum incipit depauperari: vt in §. illud. in authenti. de æqualit. do. per quem text. quòd hodie sit correcta dispositio d. l. si constante. & l. vbi. hic alleg. in glo. quam communem opi. sequitur Io. Cãpe. in trac. do. in 3. parte. q. 19. vbi alias quæstiones ponit pertinentes ad illas. ll. quas non prosequor, cùm sint extra propositũ. In ea parte glo. ibi, siue extraneus. &c. ista glo. potest intelligi dupliciter. licet doct. non aduerterint. primò, quòd istud quod dicit gl. extraneum posse agere ad dotem, quando stipulatus est sibi reddi, referatur ad proximum dictũ, videlicet in terminis. d. l. si constante. vt relatio fiat ad proxima, iuxta regulam. l. talis scriptura. in fin. ff. de leg. 1. & in l. 1. C. de lib. præte. Secundò potest intelligi, vt istud dictum gl. referatur ad primum dictum. s. in casu sol. ma. & tali casu relatio non fieret ad proxima, sed ad remota: & hoc aliquando tolerari potest, vt dicit Aret. in l. si ser-
42 uus. in 1. col. in vlt. not. ff. de de verb. ob. † Videamus modò qs intellectus sit verior. Breuiter mihi videtur quòd primus, secũdum quem conseruatur regula communis. l. talis scriptura. & quia talis intellectus est magis dubitabilis, quo casu ille intellectus dicitur amplecti: vt dicit Abb. in c. cum in iure peritus. per illum tex. in prin. de offi. deleg. & in cap. de multa. vbi dixi. 2. not. de præben. & colligitur ex verbis Barto. in l. in ambiguo. ff. de re. du. secundum quod ponderat ibi Soci. in 2. not. Retento igitur isto intellectu colligitur ista conclusio ex glos. quòd extraneus qui stipulatus est sibi dotem reddi, potest agere constante matrimonio ad repetendam dotem propter inopiã mariti, sicut ipsa mulier posset agere in terminis. d. l. si cõstan. c.

stante.& d.l.vbi quam opi.tenuit Raph. in dict.l.si constante. & Lud.Ro.vbi pluribus rationibus.Tamen communis opi.est in contrarium,quam tenet Bart.& alij in d.l.si constante. in 6. q.secundæ partis.quem communiter ibi sequuntur doct.Mouentur principaliter ista ratione:quia quando extraneus dans dotem simpliciter,stipulatur sibi reddi, omittit istum in causa inopiæ:quo casu relinquitur dispositioni iuris communis: sed de iure communi cōstante matri.non datur actio, nisi mulieri in casu inopiæ viri.l.2.iuncta.l.si constante.so.ma.ergo extraneus non poterit agere.& gl.ista non bene dicit.Aduerte,ꝙ ista ratio communis præsupponit, ꝙ si expresè extraneus stipulatus fuisset sibi reddi constante matrimonio in casu inopiæ viri, ꝙ tunc agere posset: hoc tamen falsum est : quia ius commune pactis priuatorum tolli non potest.l.nemo.de lega. 1.& l.priuatorum.C.de iurisdic.omn. iudi. & l.ius priuatorū. ff.de pactis. Et de iure communi est , quòd constante matrimonio agi non possit.dic.l.1.cuius regula fauore mulieris & prolis limitatur.Modò ex pacto extranei inducere aliam specialitatem & priuilegium esset plura inconuenientia inducere,quæ etiam non tolerantur fauore dotis. vt l.j.C.de dot. pro mis.& l.cum post.ff.de iure dotium.Præterea, quia huiusmodi pactum esset contra bonos mores duplici respectu.Primò, quia consideraretur tristē & aduersam fortunam mariti.contra.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.obligat.Secundò , quia præstaret occasionem delinquēdi ex eo, quia tali casu restitutio dot. quę fit constante matrimonio, fit quò ad effectū, vt ex illa sustineantur onera matrimonij , vt vxor & maritus cum filiis de fructibus illius viuāt: ita dicit tex.in l.vbi adhuc. C.de iure dotium.certè si extraneo fieret restitutio , certè posset contingere, quòd vxor quæ forte iuuenis & pulchra esset, gubernaretur & regeretur arbitrio extranei, ex quo posset vel
43 præsumptiuè honor viri, & mulieris † illa conuersatione lædi.nam Lis est cum forma iuncta pudicitiæ, vt inquit Menander Græcus.nam aliquo modo repugnatur,quod vndique incessetit, vt inquit Hieronym. euitanda est igitur assidua vxoris conuersatio cum viris extraneis , quæ prohibita est etiam inter consanguineos:vt patet in c.primo.de coha.cler.& mulier. & quia Varium & mutabile semper fœmina:vt in capitulo forus.de verbo.signifi. & natura earum semper nouas deproperat edere formas.c.j.de not.for.fi.& casta est,quam nemo rogauit,ut dicit Abb.in c.secundo.col. fin. de biga. solent etenim mulieres maritos quorū copiā habent. odisse:vt dicit gl.in l.pater seue.§.socrus.ff.de condi.& demon.nam omne rarum,carum:& frequentia vilescit:vt in c. legimus.93. distinct.& naturaliter nituntur in vetitum , & inhonesta appetunt: vt tradit Luc.de Penna in.l.quoties.de priuileg.scho.lib. 12. Ex istis igitur & infinitis aliis gignuntur rixæ inter virum,& vxorem. & generatur zelotypia,propter quam maritus indignatur & fremit,& portat gladium in manu sua: vt dicit tex.in c.nec aliqua.27.q.1. quod quidem malum magis in coniugatis viget, quàm in alijs:vt dicit Spe. in titu. de spon.§. si.circa medium: & ex tali conuersatione plerunque sequuntur adulteria:tradit Ioan.de Neuiz.in tract.siluæ nuptia.fol.3. & quarto.propter quæ mariti magis dolent de adulterio vxoris quàm de graui damno bonorum, immo quàm de vulnere:
44 vt tenet Ioannes Fab.† in §.sciendum.suprà de donati. immo plusquàm si filius proprius occideretur: vt ī l.codicillis.§. matre.ff.de legatis secundo.quem ad hoc alle. pro singulari Andre. Sicul. in capitulo primo. columna quinta. nu. 32. & in c. accedens.2.colum.tertia.vt lite non contest.Bal. in consil.161. Cæcilia.columna secunda.in tertio lib.& in l.in athletas.§. calumniator.ff.de infami.Feli.in capitulo,quæ in ecclesiarum.in quarta columna.de constitutio.Decius in cap.at si clerici.§.de adulteriis.columna secunda.de iudi.Ias.in l.transigere. in 2.in no.C.de transactio.cum similibus.immo si maritus non commoueretur,pręsumeretur leno. vt tradit Tho.Ferratius in cautel.13.vt igitur omnia ista euitentur,& ne vxor, & maritus necessitate compulsi ad huiusmodi occasiones inducātur, ideo dicendum est tale pactum non valere, cum contineat iniquū. Alia igitur mihi videtur ratio, quæ pro communi opi. firmior erit: quia clara ēiuris regula , ꝙ lex abhorret remedia frustratoria:quia lex,& natura nihil operantur frustra.l. qui bis idē. vbi doctores.ff.de uerborum obligationibus.& est tex. noster hic.Sed si concederetur extraneo posse: agi constante matri. illa esset sibi inutilis cùm dos deberet eodem modo deseruire oneribus matrimonij:& si quid superest , debet restitui viro:vt dicit Bar.in d.l.si constante.in 7.q. quartæ partis principalis.& sic ex hoc extraneus nullum commodum percipiet: ergo talis actio non debet esse in cōsideratione. arg.l.is à quo. §.si de testameto.ff.ad Trebel.Nec obstat, quòd iste extraneus habebit dotem: quia respondetur , quòd hoc fieri non posset propter occasionem delinquendi,de qua suprà dictum est : & quia iure non cauetur.Nec obstat etiam, quòd extraneus frustrabitur sua stipulatione de dote restituenda,si in casu inopię sibi non est consultum: quia respondetur , ꝙ iste extraneus ne frustretur sua stipulatione de dote reddenda , poterit sibi caueri remedio.l.in omnibus.ff.de iudi. quod habet locum tam in contractibus bonæ fi.quàm strict.iur.vt maritus vergens ad inopiam cautionem præstet de non alienando dotem. vt tradit Iaso.in d.l.si constante. in x.colu. & sic per ista communis opin.rectè sustinetur :pro qua nouiter prædicta ego pondero text.multum facientem ad propositum in l.si dotem. C.de iu. dot.inducendo isto modo.nam aut extraneus vult agere contra maritum vergentem ad inopiam sine aliqua culpa sua : & clarum est, ꝙ non potest non solùm per rationes suprà dictas, quæ a fortiori militant isto casu.sed quia non debet addi afflictio afflicto, cōtra.l.diuus.ff.de offi.præsi.& c.ex parte. de cle. ægro.nam si tali casu in vxore dubitatur cui in hoc leges fauent, ne sibi hoc casu detur actio:vt tradūt Mod.rep.s.Io.Cro. in d.l.si cōstāte.sup 3.q.primę part.col.2. post alios Mod.quātò à fortiori extraneo non cognito à lege tali casu denegabit? Aut uerò uis, ꝙ extraneo cōpetat actio viro vergēte ad inopiā culpa sui:quo casu uidetur magis facilè concedi debere tale remedium:& dico tibi,quòd etiā hoc casu non poterit agere. & per hoc induco tex.in d.l.si dotem. dicitur ibi, quòd extraneo,qui stipulatus est dotem traditam sibi reddi, si postea mulier sui culpa matrimonium dirimat dos non debet ad extraneum reuerti:sed ad maritum.pondero modo istum tex. nam si in casu in quo extraneus stipulatus dotem sibi reddi. solut.
45 ma.vel simpliciter † quod idem est: vt in l.stipulatio, de dote ff.de iur.do.non potest illam repetere,si matrimonium soluatur culpa mulieris,in quo casu futura esset vtilis sua stipulatio: quantò à fortiori non debet admitti in casu constantis matrimonij,in quo casu stipulatus non est , neque leges sibi fauent etiam si expresè hoc fecisset?Sed aduerte,quòd ad illum tex. posset respōderi per doc.Bal.in l.Gaius.in vit.q.ff.sol.mat.quē doct.sequuntur.& Ias.in l.si ita quis.§.Chrisogonus.in 10. not. ff.de verb.ob.cuius doctri.destruit intellectum.l.stipulatio de dote.ff.de iur.dotium.quia allegatur ad hoc, quòd paria sunt, quòd extraneus simpliciter sibi stipuletur dotem reddi, uel soluto matrimonio.& ita ad hoc illum textum allegat Ias.in dicta lege.si constante. in decima columna. & declaro in voce: quod tene menti:quia est nouum.Non obst.fundamenta Romani contra communem. quia ad illa sigillatim respondent repetentes in dicta lege,si constante. in trigesima septima colum.,& ibi aliàs latè fundamenta illa discutio , quæ declaro modo uobis,quæ hic non scribam ne sæpius idem repetatur. & hæc omnia procedunt tenendo primum intellectum glossæ de quo hic.Sed tenendo secundum ista omnia euitantur : sed ille casus non habet dubium : quia quòd extraneus tradendo dotem possit sibi stipulari de ea reddenda in casu soluti matrimonii,& quòd tunc agere possit:hoc est de indubitabili,cū plures sint tex.de hoc,ut in l.quoties.ff.sol. ma. & in l.Auia.C. de iu.do.& in l.j.§.accedit.C.de rei uxo.actio.cū traditis ibi p
46 gl.& doc.† In eadem patre gl. ibi parti actio & filiæ &c. Cōcludit gl.quòd quando pater dat dotem, & stipulatur sibi reddi,quòd actio erit communis patris & filiæ: quod procedit secundum Ias.hic in dote profectitia:secus in aduētitia , in qua filia solum potest agere,& dicitur habere hæredem: ut est casus no.in l.auus.ff.de iu.dot.quem doct.hic non adducunt, & ad hoc ponderat Bart.in l.post dotem. in 3. quæstio.ff. soluto matrimo.declarando,ut per eundem Barto. in l.dedit dotem. ff.de colla.bon.& per Alexand.in authent. quod locum.C.de colla.Secundò declaratur opi. istius glo. procedere in filia in potestate:secus in emancipata : quia tunc actio non est communis,sed solius filiæ:ita tenet glo.in l.2.§.1.solu.matri. quam doct.

doct.ibi communiter sequuntur.l. vnica.§. extraneum. C. de rei vxo.act.facit pro, & contra, text.in l.filiæ.ff.solu.matrimonio.Sed ista limitatio non videtur vera indistinctè, sed sublimitanda esset,procedere eo casu, quo solutum esset matrimonium diuortio,vel morte,relictis tamen liberis:secus verò si liberos mulier non relinqueret:quia tali casu ego credo, quòd actio sit patris, & non filiæ.Probo ratione: quia actio de dote nunquam fuit acquisita tali casu mulieri: quia itam demum acquiritur quando soluto matrimonio.potest agere,quia tunc nascitur:vt tenet communis opi.de qua per Barto. in l.si constante.§.j.ff.soluto matri. cum igitur filia mortua non fuit relictis filiis, consonum est,vt actio detur patri ex sua stipulatione interposita de sibi reddendo:& non est text.qui huic opin. aduersetur,cui de facili responderi non posit.facta prædicta distinctione cogita tamen:quia est nouum.Vlterius circa principalem conclusionem gloss. est aduertendum, quòd licèt actio de dote sit communis patris, & filiæ: tamen exercitium illius actionis est penes patrem consensu filiæ tacito, vel expresso:ita dicit glo.per l.2.§.fi.& l.seq.ff.sol.matri.& sic isto casu filia tacens habetur pro consentiente, vt ibi dicitur. & ratio est illa quæ colligitur ex l.nec in ea.in fi.ff.de adult.& in l.isti quidem.ff.quod met.cau. videlicet, quòd pater præsumitur bonum consilium capere pro filia: & istam rationem in puncto assignat Bald. in l.si fine.in 1.quæstio.C.ad Velleia.Tamen ista ratio non videtur sufficiens ex eo, quia illa attenta sequeretur, quòd filia posset contrahere cum patre sine consensu consanguineorum,stante statuto,quòd in contractibus filia debet cum illorum consensu contrahere: cuius tamen contrarium tenet Roma.Corne.& Ias.in l.pactum quod dotali.C.de colla.reprobata opin. Bald. ibi qui contrariũ tenebat.& illud dictum Roma.videtur sequi Alexan.in l.si quis mihi.§.si corã. nume.8.ff.de acqui.hæred. & tamen si pater præsumitur consilium capere pro filia,posset aliud admitti:nisi dicas,quòd il-
47 lud ideo est:quia erat data † forma per statutum à qua etiam in melius non licèt recedere: vt in l.3.§.in bello.ff.de re milit. & bonus tex.in l.fi.C.de delato.lib.x. per quem dicit ibi Ioan. de platea, quòd si legati principis aliquid agunt vltra, quàm in mandatis receperunt, etiam si bene gerant, debent puniri etiam capite,vt dicit text.etiam notabilis in capi. fin.§.fin.12. quæstio.2. & tradit Feli.in capitu.causam.in quarta columna. versi.3.limita.de iudi.& in cap. illud. de ma.& obed. & Fran. Cremo.notabili.150.cuius est initium,mandatum fuit: vbi dicit, quòd ob hanc causam illustrissimus senatus Venetorũ caput amputari iussit cuidã bellorum duci. Et hoc etiam de Romanis legimus apud Liuium libro nono, quòd Quintus Fabius,quamuis magna victoria Samnites fudisset: tamen capite damnatus fuit à Papyrio dictatore,mortemque obiisset, nisi impetu populi fuisset liberatus:de quo dicto meminit Ioã. de Ligna.in trac.de bello cap.29. quem etiam sequitur Felin. in cap.cùm dilecta.in 12.colum.versic. amplia quartò. de rescript. sic igitur in patre ex forma statuti idem erit dicendum.Replicari tamen potest:quia illa forma in fauorem filiæ fuerat introducta,cui licèt renuntiare.l.pe.cum materia.C.de pact.Et ideo alia videtur ratio, quòd filia tali casu tacendo cẽsetur consentire:quia emolumentum actionis tendit in vtilitatem suam,pro qua tacens habetur pro consentiente.l.qui patitur.ff.mand.Bar.in l.dotis.ff.sol mat.& ideò dicit glo. hic in vlt.parte, quòd tali actioni intentatæ per partem dantur priuilegia dotis,& ita declarat Bar.in l.post dotem. in fin.ff.soluto mat.Sed considera diligenter: quia non videtur varum, quòd
48 pater agens actione communi,† videatur agere ad vtilitatem filiæ:quia contrarium videtur tenere Barto.in l.2.§.1.sol.mat. quia ex quo exercitium actionis est patris, vt suprà est dictũ, petendo sibi dari nomine proprio, & filiæ, non dicitur agere ad vtilitatem filiæ, sed ad suam tantùm: casus videtur de hoc in l.si longius.iuncta glo.ff.de iudi.vbi actio iniuriarum, quæ est communis patris,& filij:vt in l.pater.ff.de iniur. si per patrem intentetur,dicitur intentata ad propriam non ad vtilitatem filij. Dicas ergo sic pro resolutione, quòd aut illud verbũ Reddi sibi dotem,est positum in libello sub verbo executiuo, vt reddi sibi & filiæ dotem: & tunc procedant superiora: vt colligitur per tex.quem ad hoc ibi not.Ange. in l.si cum dotem.§. si pater.ff. soluto matrimon. Aut verò non ponitur sub verbo executiuo: vt quia petit actione de dote communi sibi, & filiæ, dotẽ sibi reddi:& isto casu procedant cõtraria. Istud tamen declaratur procedere,prout declarat Bart.quẽ tibi declaro in voce,in l.vxorem.§.testamẽto.ff.de leg.3.Sed ex alio contra istam conclusionem gl.instatur.Nam dicitur hic quòd dos est communis patris & filiæ. hoc non videtur ex eo, quia iura dicunt dotem esse filiæ.l.3.§. sed vtrum.ff.de minoribus. l.Pomponius Philadelphus.ff.fami. ercis. ergo non competit patri:quia cùm sit realis, quæ competit pro dote, debet dari domino.l.officinm.ff.de rei ven.tradit glo.suprà in §.1.sed ad istud respondet Ias.in d.l.2.§.ex doctri.Bar. in auth. dos data. C.de dona.ante nup.vide per eum.Tu aliter dicas, quòd arg. procederet,quando dominium dotis fuisset propriè filiæ: sed hoc non est verum,sed impropriè ratione communionis, quã habet cum patre: & illud facit, quòd posit dici domina. ita no.declarat Bar.in l.post dotem.in quinta quæstione.ff.soluto matrimonio. cum quo transeunt alij, licèt de istis nullam faciat hic mentionem.Sed ista consideratio Barto.licèt ab omnibus approbetur,non videtur vera ex eo, quia tex.in d.§. sed
49 vtrum.in fi.simpliciter dicit dotem † esse ipsius filiæ: & sic in dubio debet intelligi de dominio propriè.lege prima.§.j.ff.si ager vecti.& not. Aret. in rubrica de acquir. posses. columna penul.cum si.vt per Decium in consi.73. in causa. colum.5. in in 2.parte Soci.in consi.vlti.in 2.libr.Suadetur hoc: quia text. in §.sed vtrũ.loquitur p verba genitiui casus,quæ in dubio important dominium directum, & nou vtile: ut est tex.in l.si do-
50 mus.§.fi.de legatis 1.† Sed defendendo Bar.potest dici,quòd regula posita in d.l.1.§.1.ff.si ager vectig.procedit,quia in illa materia verbum,dominium,non poterat referri ad vtile:ideo refertur ad solum directum: ita illum textum limitat Bart. in l.si mater.§.eandem.in pen.quæst.ff.de excep.rei iud.sequitur Ias.in §.sed istæ.nu.152.suprà eo.& in l.incerti.§.si nũmi. in 1. colum.ff.de condi.inde.& mod.Papien.in c.1.de iudi. Tamen considera,quòd illa limitatio Bar.cum sequacibus, non videtur vera:quia illud quod in d.§.1.non posset verificari in vtili, est ex eo, quia dominium vtile est impropriè dominium: vt casus in leg.si finita.§.si de vecti.ff.de dam.infec.& ibi Bal.no. & verba in dubio debent capi propriè: vnde si vtile dominium esset propriè dominium, bene dispositio illius text.in eo haberet locum.Ex quo infero,quòd dispositio illius text.& regula bene haberet locum in vtili dominio,quod contrariatur directo:vt est illud quod acquiritur nobis ex præsumptione: quia illud vtile est proprium dominium: secus in vtili dominio,quod recognoscit,& fatetur directũ dominiũ,vt emphiteuta,& vasallo de quo loquitur ille tex.quia illud non continetur simpliciter appellatione dominij: quia non est propriè dominium.ita singulariter dicit Bar.in l.1.ff.de acq.pos.in 4. col.quem multum commendat ibi Ias.& latè declarat in 17. col.nu.57.versi.not. tamen.Ex qua doctrina possunt declarari plura dicta ambigua in iure. Primò dictum Bald. in lege in conditionibus.§.1.per illum tex.ff.de condi.& demon. vbi appellatione dominij intelligitur de vtilita.& l.item Mela.§.legis.ff.ad leg. Aquil.& quod no.Bal.in l.ex testamento.ff.de cõdi.insti.& alibi sæpè.Considera tamen si posset dici, quòd nõ inconuenit,quòd in materia fauorabili, prout dotis,verba impropriè capiantur,maximè vbi reperitur diuersitas opi. vt in
51 casu nostro. † nam propter difficultatẽ opinionum cogimur interdũ deuiare à vera ratione, & concludẽti: vt colligitur ex dictis Bar.in l.iuris gentium.§. prætor ait. in fi.ff.de pac. Alex. in l.in iudicatæ.colum.fi.ff.solu.mat.Idem Bar.in l.ita stipulatus.colum.11.versi.quid ergo dicemus.ff.de ver.obli.sic. ergo dico,ꝙ in d.l.3.§. sed vtrũ.ille tex.licèt loquatur per verba genitiui casus & simpliciter tamen impropriatur de improprio dñio. quia ẽt videmus, ꝙ genitiuus importat impropriè dñium, prout dicit Deci.post Aret.in c.quia V.per illũ tex. de iudi.& trandit latius Ias.post alios in rub.ff.de ope.no. nun ti. secunda colum. Et hinc est,quòd quando actor in libello facit simpliciter mentionem de dominio, debet intelligi eo modo quo magis expedit actori:ar.l.si quis intentione.ff.de iudi. no.Paul. de Ca.in l.qđ principi.§.j.ff.de acqua plu.ar.& ita vr
52 in hoc passu cõclu lendũ.In quinta † & vltima parte gl. habes conclusionem,quòd priuilegium prælationis de quo hic, datur patri.Ista gloss. in hoc reputatur singularis secundum

Bald.in l.j.§.sed vt plenius.C. de rei vxori. act. & Bald. not.in tracta.dot.in 6.parte.in 7.speciali.Limitatur tamen ista gloss. secundum omnes hic procedere: quando pater agit viua filia: secus si ea mortua propter rationem glos. hic., quæ fundat se in hoc, quod ideo competunt patri talia priuilegia: quia tenetur dotem reseruare filiæ. quæ ratio cessat, quando est mortua. Bald.tamen nouellus, de quo isti non faciunt mentionem,in tracta.dot.in 12.parte.q.2. tenet contrarium omni casu,& Lud.Bol.hic in primis interpretationibus. Mouentur, quia priuilegium istud est concessum soli mulieri,& in eius fauorem: ergo non debet in damnum redundare, quod futurum esset,si matrimonium diuortio dissolueretur.& alia motiua adducit quæ non sunt digna recitatione. videas ibi, & ad istud motiuum respõde,quòd isto casu,quando pater agit ad vtilitatem filiæ dicitur agere,cùm agat communi nomine: vt tenent hic omnes,& glo.hic in proxima parte: ergo fauor filiæ non minuitur, sed conseruatur, cuius solius prouidentia iura hoc induxerunt,vt pater nomine communi agere possit pro conseruatione dotis, per rationem, de qua in l.2.§. 1.& fin.sol.mat.& ideo mihi videtur,quòd ista glo.declarata & limitata prout doc.volũt nõ sit vera.In primis moueor,quia clarum est,quòd quando pater stipulatur dotem sibi reddi solu.mat. illa verba intelliguntur, siue morte, siue diuortio fiat dissolutio: vt in l.j.ff.de diui. ergo ineptum esset interpretari actionem competere patri in casu diuortij tantùm,& nõ mortis:cum non reperiatur expressum: & tamen doct.omnes fatentur in l.1. §. extraneũ per illum text. competere priuilegia patri quando stipulatur dotem reddi. quo casu debent intelligi generaliter.Præterea pondero contra omnes glo. hic.nam si doct.volunt istam glo.intelligere, quòd priuilegia competant viuente filia,gl.non diceret, quòd pater agit sua actione: sed deberet dicere communi,prout dixit in casu præcedenti: quæ quidem actio communis competit viuente filia, & existẽte in potestate.l.2.§.quòd si in patris.ff.sol.ma.vnde ex quo dicit,sua,datur intelligi, quòd gl.loquatur de propria actione patris,quæ in ipsum consolidatur mortua filia: aliàs non diceret sua,si præsupponeret glo.filiã viuere: quia quod commune est,non potest dici propriè suum: vt tradit Ioan. And. & Domi.in capitulo fina.de verborum significa.lib.sexto.& tex. in c.ratio.& ibi no.Abb.de præben.cũ concor.quæ Alex.scribit in l.serui electione.§.Labeo.ff.de leg.1.Præterea,quia licèt glo.vt volunt doct.se fundet in illa ratione,quòd pater teneatur dotem reseruare pro filia: ista ratio sufficit, quòd aliquo casu poterit habere locum, videlicet filia viuente. vnde licèt postea cessauerit,non tamen cessat dispositio. glos.est de hoc notabilis in capitulo statutũ.in verbo,canonicis. de rescriptis libro 6. quam notabili. declerat Domi.in capitulo, licèt Canon.in secunda columnn. versicu. puta. de electio.lib.sexto.& prius Abb. in capitulo quoniam Abb. in quarta columna.de offic.delega.& in capitulo,sępè. in 3.columnn. de restitu. spol. & tradit magistraliter Barto. in l. ex facto.ff.de vulga. & pu-
53 pilla. † Nam quando actus est cosummatus per cessationem causæ,non debet effectus retractari.l.sancimus.C.de admini. tuto.Barto.l.Titia.§.Imperator.ff.de legatis 2.colum.penulti. Alexander. in l.si constante.& ibi repe. columna 57.ff. soluto matrimo. sed isto casu matrimonium per mortem filiæ est cosummatum,ratione cuius fuit inducta ista ratio gloss. ergo dato, quòd modò cesset,non debet effectus resultans ex tali causa cessare.Præterea quia ista ratio gloss.non est inducta à lege:ergo non est necessaria, sed de bene esse:vt tenet gloss. in l.prima.C. de leg. Barto.in l.prima.ff.si certum petatur. & præsupposito,quòd sit ratio efficax,dico tamen tibi, quòd illa non fuit sola ratio,vt patri daretur actio: sed stipulatio interposita per ipsum, quæ habet priuilegia tacitæ stipulationis, dicto §. extraneum. quę quidem stipulatio confertur ad omne tempus soluti matrimonij. & dato quòd viuente filia actio illa dicatur communis ratione de qua hic in glo.tamen ea mortua actio, & priuilegia non dantur patri illa ratione quæ tunc cessat, sed alia, videlicet iure consolidationis. facit l.filiæ.ff.soluto matrimoni.& not. in l.post dotem. eodem tit.nisi filia relinquat filios: vt suprà dictum fuit, & ita puto verum.Hic iam operi finem imponam,Deo optimo maximo authore:in quo quidem si quis a iure dissonum aliquid lector curiosus offenderit, piè corrigat, vel apertè referat. tantùm enim abest,vt scribi contra nos nolimus,vt id etiam maximè optemus:Iucunda etenim est laus,vt inquit Plato,& idem Cicero, eorum, qui cùm probabilia sequuntur,nec vltra, quàm id quod verisimile occurrerit,progredi possunt,& refellere sine pertinacia,& refelli se sine iracundia pati. In qua quidem re si,prout hæc varia legum conditio patitur,iure meritò corrigamur,illud Auli Gelij exemplum capite secundo decimitertij libris,nos abundè defendet. scribit enim Actium Poetã tragœdiam suam,cui Atreus nomen est, M. Pacuuio desiderãti legisse: tum Pacuuium dixisse aiunt,sonorã quidẽ esse, quæ scripsisset,& grandia, sed uideri ea tamen sibi duriora, paulum,& acerbiora.ita est,inquit Actius,vti dicis:neque id sanè me pœnitet.Meliora enim fore spero, quæ deinceps scribam. Nam quod in pomis est, itidem, inquit, esse aiunt in ingenijs, quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia, & iucunda. Sed quæ gignuntur statim vieta & mollia, atque in principio sunt viuida,non matura mox fiunt,sed putria.Relinquendum igitur vsum est in ingenio,quod dies atque ætas mitificet.

F I N I S.

INDEX
IN COMMENTARIA
LVDOVICI GOMESII
SVPER TITVLO DE ACTIONIBVS,
Omnium dictorum materias singillatim enucleans, ordine alphabetico elaboratus.

A.

B.

C.

D.

Digni-

E.

Excom-

F.

Fraus,

G.

H.

I.

L.

Nemo

O.

P.

Papa

Procedere

Q.

R.

S.

T.

Testimo-

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd
A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes ſunt quaterniones præter c Q duerniones.

VENETIIS,
Excudebatur apud Gaſparem Bindonum.
M. D. LXXIIII.

De A[illegible]

Auctor[illegible]


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm